


6
34 E
32

COMMENTARIA IN

PSALMOS DAVIDICOS

AVCTORIS INCOGNITI.

Nunc verò cogniti

R. P. MICHAELIS AYGVANI BONON.
Ordinis Carmelitarum, S. Theologiæ Mag.
& Doctoris Parisiensis.

TOMVS SECVNDVS.

CVM ADDITIONIBVS NOVITER DESVMPTIS ex Commentarijs manuscriptis eiusdem Auctoris.

Adiectis Indicibus Psalmorum & versiculorum, ac sententiarum principalium.

CVM LICENTIA, ET PRIVILEGIIS.





VENETIIS, Apud Ioannem Guerilium. M D CI.



COMMENTARIA IN


PSALMOS DAVIDICOS

R. P. MICHAELIS DE AYGVANIS BONONIENSIS, ORD. CARMELITARVM, Sacræ Theologiæ Doctoris:

ALIAS AVCTORIS INCOGNITI.

PSALMVS LXVII.

1048 1.q.4.homi nr. *EXurgat Deus, & dissipentur inimici eius: & fugiant, qui oderunt eum à facie eius.*



TITVLVS huius psalmi est. *In finem Psal. cantici Dauid.* Pro cuius euidẽtia sciendum, quòd in isto Psal. qui totus est doctrinalis, magis quam historialis, agit Dauid de exultatione ecclesiæ hic, & in futuro, quam debet habere de Christi exaltatione, & inimicorum Christi deiectione, vt malos terreat, & lætificet bonos. Est ergo seosus tituli. Iste psal. quem fecit Dauid dirigens nos in finem, scilicet in Christum, est, *Psal. cantici*, idest, laudis, & exultationis. Mouet ergo omnes fideles exultare de Christi exaltatione, & resurrectione, & inimicorum deiectione, ostendens primò misericordiam exultationis, quæ maximè est duplex, scilicet, Christi resurrectio, & Christi ascensio. Et sic psalm. iste diuiditur in duas partes. Quia primò agit de Christi resurrectione. Secundò de Christi ascensione. ibi. *Cantate Deo.* Circa primum tria facit. Quia prædicit primò Christi resurrectionem. Secundò Iudæorum confusionem: ibi. *Sicut deficit.* Tertiò iustorum exultationem, ibi. *Et iusti epulentur.* Quantum ad primum, resurrectionem Christi pronuncians ait. *Exurgat Deus*, idest, resurgat Christus à morte, vt nos exaltando dissipet inimicos. Vbi notandum, quòd tempore Moysi facto in deserto tabernaculo & arca domini, quandocunque pugnaturi erant cum hostibus, vt de ipsis triumpharent, arca domini per sacerdotes eleuabatur, & tunc Moyses dicebat, Surge, domine, & dissipentur inimici tui, & fugiant, qui oderunt te, à facie tua, vt habetur Numeri cap. 10. In quo figura erat, aperta, quòd dum Christus à mortuis resurgeret, inimici sui tam visibiles, scilicet, Iudæi, quàm inuisibiles, scilicet, dæmones, dissiparentur. Consimili-

Resurrectio Christi.

Arca fœderis.

ter & David sequens Moysi vestigia per Christi resurrectionem prædicit inimicos dissipandos, hic dicens. *Exurgat Deus & dissipentur*, idest, dissipabuntur, &c. Vbi per inimicos Iudæos intelligit qui tamen carne erant parentes & domestici Christi, de quibus dicitur. Inimici hominis domestici eius. Isti enim per resurrectionem Christi sunt dissipati, quando in vindictam Christi mortis per Titum, & Vespasianum fuerunt partim captiuati, partim trucidati, partim per orbem dispersi. Vnde Magister in glo. *Exurgat Deus, & dissipentur inimici eius*. Hoc iam factum est, quia surrexit Christus, & dispersi sunt omnes Iudæi. Hoc etiam de inimicis spiritualibus, scilicet, de dæmonibus verificatum est, quia Christo resurgente, ipsorũ mundi principatus, & potestas fuit dissipata, Christo dicente. Nunc princeps huius mũdi eijcietur foras, idest, eius potestas dissipabitur, ne in cordibus gentium, vt ante, regnare possit. Vnde August. ibidem super Ioannem. Nunc princeps huius mundi eijcietur foras. Absit vt diabolum ita mundi principem dictum existimemus, vt eum cœlo, & terræ dominari posse credamus, sed mundum gentes appellauit, quæ toto orbe terrarum erant diffusæ. Ideo dicit Apostolus, quòd Deus erat in Christo, mũdum reconcilians sibi. Hæ sunt ergo gentes, ex quarũ cordibus mundi princeps eijcitur foras, quia præuidebat dominus post passionem, & resurrectionem suam per vniuersum mundum multas gentes credituras, in quarum cordibus diabolus intus erat, cui quando ex fide renunciant, ipse dissipatur, & eijcitur, quod etiam ante longè præuiderat Psalm. dicens. *Exurgat Deus, & dissipentur inimici eius*, id est, Exurget à mortuis, & dæmones dissipabuntur. Et difficilius est intelligere, quod subditur. *Et fugiant qui oderunt eum, à facie eius*. Quomodo enim à facie Dei quis potest fugere, quia Deus vbique præsens est? Sicut enim impossibile est, fugere à cælo: quia à quacunque parte cœli fugeris, ad aliam partem accedis. Sic multò fortius impossibile est à Deo fugere, qui vbique præsens existit psalm. 138. Quo ibo à spiritu tuo, & quo à facie

Matth. 10.
Iudæorum dispersio.
Ioan. 12.
August.
Princeps mundi diabolus.
Fugere à Deo quomodo quis potest.

E tua fugiam? Ad quod intelligendum sciendum, quòd duplex est fuga, scilicet, quædam localis, & quædam cordialis. Locali fuga à facie Dei nullus fugere potest, quia vbique præsens est. Cordiali fuga à Deo fugiunt qui timore mentis, eius præsentiam timent, & libenter ab eius præsentia vellent abesse. Sic fugiunt mali, & obstinati homines, & dæmones, qui Dei præsentiam sufferre non possunt. Vnde glos. *Et fugiant, qui oderunt eum, à facie eius*. Fugiant, non loco, quia vbique præsens est, sed metu animi, scilicet timendo, F non latendo. Et est sensus. Tollantur metu animi, & voluntate à præsentia Dei, qui vbique præsens est. Et hoc est graue tormentum, & horrenda malorum hominum, & dæmonum maledictio, vt velint, & conentur fugere, quod nullatenus fieri potest.

Sicut deficit fumus, deficiãt, sicut fluit cera à facie ignis, sic pereant peccatores à facie Dei. 1049

De consecr. d. 3. c. Sit.

HIc clarius ponit Iudæorum omniũ malignorum confusionem, & præ G cipuè Iudæorum, & duplicem ipsorum confusionum notat, scilicet in præsenti, & in futuro. Quo ad præsens dicit. *Sicut deficit fumus, deficiant*. Fumus enim ex igne procedens in altum eleuatur. Et quanto plus eleuatur, tanto citius euanescit, & deficit. Et sic per fumum nota superbiam Iudæorũ contra Christum, quæ ex igne auaritiæ processit. Quoniam principalis causa propter quã Christum persequebantur, erat cupiditas dominandi populo, a quo lucra temporalia recipiebant. Istam enim causam in consilio suo ipsi allegabant H dicentes. Si dimittimus eum sic, venient Romani, & tollent locum nostrũ, & gentem, &c. ex illo ergo igne cupiditatis processit fumus eorum superbiæ contra Christum. Nonne ascendebat fumus eorum superbię, quando clamando dicebant, Tolle, tolle, crucifige eum, & similia? Sicut ergo fumus deficit ascendendo, sic eorum superbia se contra Christum eleuando fuit dissipata, & cito euanuit, quia propter Christi mortem perdiderunt locum, & gentem. Vnde de ipsis

Fumus superbia.
Ioan. 11.
Ioan. 19.

ipsis dicitur. Inimici verò domini mox vt honorificati fuerint, deficientes quẽadmodum fumus deficient, vide versiculum 586. Quo vero ad pœnam futuram subdit. *Sicut fluit cera à facie ignis, sic pereant peccatores à facie Dei.* Quod ideo dicit quia sicut cera ad ignẽ posita liquescit, & nulla stabilitate subsistit, sic & Christi persecutores ante faciem iudicis Christi liquefacti subsistere non poterunt. Vnde Michæ. primo capitulo. Sicut cera scindentur à facie ignis. Vel aliter, totus iste versus de pœnitentibus exponitur, Vbi nota quòd peccator ad pœnitentiam veniens, primò deficit sicut fumus. Per fumum. n. deuotio conscientiæ intelligitur, iuxta illud Apocalipsi. octauo, ascendit fumus incensorum &cætera. Deficiunt ergo pœnitentes, vt fumus, quia per deuotionem conscientiæ definit esse peccator. Sic enim dicitur Psalm. 103. Deficiant peccatores à terra, & iniqui, ita vt non sint, idest, deficiant à peccatis, ne iam sint, quod prius erant, idest, ut a modo non sint iniqui. Conformiter loquitur textus canonis, dicens. secundo quæst. prima. quid autem tibi, quod nomen adulteræ adultera per pœnitentiã perdit, & sic de quolibet alio peccato, quia scilicet per pœnitentiam de peccato cõuertitur ad virtutem. Quod magis aperit, dicens. *Sicut fluit cera à facie ignis, sic* &c. Vbi notandum quod per ceram tres virtutes significantur tribus principalibus vitijs oppositæ, de quibus vitijs dicitur, Omne, quod est in mundo &c. Nam in cera vide figuram humilitatis præceptorum legis impletiuæ. Puritatis vitiorum carnis exclusiuæ. Pietatis proximorum famis solatiuæ. Primò in cera figuratur humilitas. Nam secundum magistrum lib. 19. de proprietatib. rerum. Inter alias ceræ proprietates, cera calori non resistit. Et in hoc notatur humilitas, quæ calori veri ignis (scilicet Deo) non resistit per superbiam, sed liquescit, se diuinę volũtati totaliter subdens. Nam, vt experientia docet, cera liquefacta faciliter ducitur, & tractatur ad libitum. Sic & verè humilis sine resistentia diuinis obedit præceptis. Quòd de se ostendens sponsa, ait. Anima mea liquefacta est, vt dilectus locutus est.

Cera significat peccatores.

1. Ioan. 2.

Cera significat humilitatem, castitatẽ & charitatem.

Can. 5.

A Qnid enim est dilectum nostrum nobis loqui, nisi Deum sua præcepta nobis inspirare, ad cuius vocẽ anima liquescit, quando sine resistentia omnibus Dei mãdatis se subijcit, vt quilibet talis dicere possit. Factum est cor meum tanquam cera liquescens, &c. Et attende, quòd non solum virtus humilitatis in cera designatur, sed etiam eius præmium, quod est exaltatio, quia omnis qui se humiliat, exaltabitur. Lucæ 18. Sed quid exaltationem animæ expressius significat, quam cera? Nam secundum magistrum vbi supra habet hoc cera proprium, ꝙ B super omnes liquores supernatat, & cũ liquefit, non descendit, sed potius semper sursum tendit. Et hoc faciũt aliquæ partes igneæ, & aereæ, quæ in ipsa cera prædominantur. Sic & vere humilis ex igne dilectionis Dei, & aere dominante terræ scilicet, ratione dominante ipsi carni, quam in se includit, semper tendit ad superiora. Cuius figuram gessit ille primus noster pater Helias, qui in curru igneo per aerem ascendit in paradisum quarto Regum secundo. Helias. n. interpretatur Dei dominatio, & significat verum humilem, qui Dei dominatio C ni se totaliter subdit. Secundò in cera figuratur puritatis castitas. Quoniam ipsa producitur ab apibus, quæ nunquã coitu maculantur, sed uirginitatẽ semper conseruant. Et ideo castitatem significat, quæ solum castæ mentis fructus dicitur. Etiam castitatem significat ex utilitate consequente. Nam fructus castitatis est diuina visio. Matth. 5. Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbũt. Et quid clarius designat Dei visionem, quam ipsa cera? Quoniam ex ipsa lumẽ nutritur. Ad deuotandum, quòd virtute puritatis lumen spirituale nutritur in D nobis, quo Deus à mundis videbitur. Castitas etiam nos Deo summè similes facit, qui est speculum sine macula. Et hæc similitudo in cera denotatur. Nam secundum magistrum vbi supra, Cera inter omnia est apta ad recipiendum similitudinem rei sibi impressæ, & figuram, vt patet in sigillationibus. Sic & puritas est aptissima ad nos Deo conformandũ. Propter quod dicitur, Cum apparuerit, similes ei erimus. Et quod ista similitudo sit propter puritatem subdit.

Psal. 21.

1. Ioan.3. Omnis, qui habet hanc spem, sanctificat se sicut ille sanctus est. Tertiò in cera significatur pietatis charitas. Nam tria maximè habet homo ex charitate proximo impendere, quæ per ceram significantur. Nam quilibet debet proximum ab aduersis defendere. De secretis non prodere. De agendis instruere. Primum patet, quia ut dicitur Eccles. 17. vnicuique mandauit Deus de proximo suo, & hoc, vt miseratio hominis sit circa proximum suum. Eccles. 18. Et hoc significat cera, quia pannus lineus ex illa confectus, libris, vel aliis rebus inuolutus, per ipsam ceram ab exteriori nocumento custodit, vt puta ab aqua. Sic & homo cera charitatis contextus, proximum infra se recipiens, ab aqua aduersitatis, Eccl.4. quantum potest custodit. Vnde cuilibet nostrum dicitur. Libera eum qui iniuriam patitur, de manu superbi. Secundum patet, quia dicitur. Qui fidelis est, celat amici consilium. Hoc significat cera, quia ipsa secreta literarum sigillata Prou. 11. occultantur. Tertium patet primo Esdræ septimo. Imperitos doce liberè. Hoc significat cera, quæ in tenebris lumen ministrat. Ad propositum ergo peccator pœnitens, sicut cera perit à facie Dei, quia de superbo efficitur humilis, de immundo castus, & de cupido pius. Vnde istam expositionem ponit glo. dicens, quòd iste versus potest dici de pœnitentibus in bono quasi dicat, Odientes Deum fugiant & dissipentur, sed alij scilicet, pœnitêtes sicut fumus deficiât, non vt ad nihilum reducantur, sed vt quiescant à peccatis suis. *Et sicut cera fluit à facie ignis, sic pereant peccatores à facie Dei*, in hoc quod mali sunt, sed lachrymis pœnitentiæ, admoto igne spiritus sancti, duritia eorum soluatur.

1050 *Et iusti epulentur, & exultent in conspectu Dei, & delectentur in lætitia.*

De cõs.d.5. Ieiunium. Epulæ spirituales.

Consequenter hic ponit iustorum exultationem. Hoc ideo dicit, quia sicut malis supplicia, ita & iustis præmia debentur. Hoc autem intelligi potest de præsenti, & de futuro. Nam, si de præsenti intelligatur: sic epulamur gaudentes cũ Christo qñ sumimus eucharistiæ sacramentum omni suauitate plenum. 1. Cor. 5. Sic.n. docet Apostolus dicês, itaq; epule- E mur, non in fermento veteri malitiæ, & nequitiæ, sed in azymis, &c. Per azymi enim intellige Christi sacramentum, qđ in azymis efficitur. Sic enim de fidelib. dicitur, quod post resurrectionem Christi, quod erant vnanimiter perdurantes in templo, frangentes panem circa domos, sumebant enim cibum cum exultatione, collaudantes Deum. Act.2. Si autem de futuro accipiatur, per epulas quibus iusti epulantur in conspectu Dei, intellige gloriam æternam. Isto enim modo loquebatur Christus suis electis, dicês. Luc. 22. Ego dispono uobis regnum, ut edatis, & F bibatis super mensam meam in regno meo. Quod exponens ad propositum Beda. Beda dicit mêsa proposita omnibus sanctis ad fruendum cœlestis est gloria vitæ, quia qui esuriunt, & sitiunt iustitiam saturabuntur fruendo desiderato gaudio veri boni. Non autem hoc dicit, quasi futuris illic corporalibus escis, & quasi regno suo sensibili futuro. Erit enim illic angelica conuersatio. Sed & Paulus dixit, quòd regnum Dei esca, & potus non possidebunt. Sic enim dixit supra Psalm. 31. Lætamini in domino, & exultate iusti &c. vide versiculo 479. Vel per G istas epulas intellige sacram scripturam quæ epulas delitijs plenas nobis præstat quibus in præsenti uita iusti delectantur iuxta modum loquendi Greg. dicentis. Greg. 16. mor.c.10. Super omnipotentem delitijs affluere, est in amore illius sacræ scripturæ epulis satiari: in cuius nimirum verbis tot delitias inuenimus, quot ad profectum nostrum intelligentiæ diuersitates accipimus, vt modo nos nuda pascat historia, modo sub textu literæ velata medullitus nos reficiat moralis allegoria, modo ad altiora suspendat contemplatio in præsentis vitæ tenebris, iam de lu- H mine æternitatis intermicans &c.

Cantate Deo Psalmum dicite nomini eius: iter facite ei, qui ascendit super occasum dominus nomen illi. 1051

De pœn.1. Omnis qui non dirigit.

Haec est secunda pars principalis Psal. in qua agit de Christi ascensione & eius beneficijs. Et diuiditur in duas partes. Quia ad laudandum Christum ascendentem, primò inuitat angelos. Secundò inuitat homines, ibi.

Regna

Regna terræ cantate domino. Prima in A duas. Quia primo inuitantur angeli ad laudandum Deum de ipsius mysterio. Secundò de ipsius consortio, ibi. *Currus Dei*. Prima in duas, quia primo Dauid facit propositum. Secundo ad hoc adducit exemplum, ibi. *Deus, cum egredereris*. Circa primam partem ostendit quatuor Christi prærogatiuas, propter quas angeli, ac etiam homines in eius ascensione ipsum debent laudare, scilicet, primo ratione suæ victoriæ. Secundò ratione suæ clementiæ, ibi. *Exultate in conspectu eius*. Tertiò ratione suæ concordiæ, ibi, *Deus in loco*. Quartò ratione suæ poten- B tiæ, ibi. *Qui educit*. Quantum ad primũ notandum, quòd psal. volens ostendere Christum laude dignum, ostendit ipsum fœliciter triumphasse per hoc quod ipse super occasum ascendit. Quid enim occasus propriè dicitur, nisi mors? Nam secundum grammaticos ab occido, occidis, occasus, idest, obitus, mors, euersio. Sic ergo victoria Christi fuit, quia ascendit super occasum, quia de morte triumphauit. Sic enim istum versum exponit Greg. dicens. *Iter facite ei, qui ascendit super occasum*. Super occasum Christo fuit ascendere ipsam mortem, quam C pertulerat resurgendo superasse. Ait ergo. *Et qui ascendit super occasum, iter facite*, idest, resurgenti, & ascendenti domino in cordibus vestris, per fidem niã præbete. Et secundum istam expositionem psalmus magis hic hominibus loquitur quam angelis, quia angeli per fidem Christo viam propriè præparare non possunt. istum etiam modum exponendi, ponit magister in glo. dicens. *Cantate, &c. qui ascendit super occasum*. Quia Christus resurgendo casum corporis vincit, morte quippe sua mortem nostram consumpsit. Vel per occasum D intelligitur mors uitiorum, quo à gratia anima cadit. Et tunc est sensus, quod psa. fideles hortatur ad Christi laudem, quia surrexit dominus. Et ideo *cantate* mente, viuendo Deo, *& psalmum dicite nomini eius*, idest, rectè operamini ad gloriam nominis eius. *Iter facite ei*, i. in cordibus vestris præparate iter, ut intret, quia impolluta est uia eius. Et ideo, *iter facite ei, quia ascendit super occasum*. Occasus .n. mortis .i. uitiorum, & peccatorũ

Occasus est mors.

Greg. 19. mor. c. 3.

Occasus est pænitentia.

cedit illi, cum sol iustitiæ oritur &c. Si autem hic Psal. principalius loquatur ad angelos, vt in diuisione textus dixi, tunc notandum, quòd per occasum hic cœlũ intelligitur. Nam secundum quòd dicit Nicolaus, propria litera Hebræorũ hic habet. *Qui ascendit super cœlũ*, quod propriè Christo competit, qui ascendit super cœlum empyreum, quod antonomastice dicitur cœlum. Et hoc notat hic textus noster, dicens. *Super occasum*. Vbi aduertendum, quòd Iudæi adorabant versus occasum, nam facies anterior tabernaculi erat ad oriẽtem, & sancta sanctorum, versus quam orabant, ad occidẽtem per oppositum ecclesiarum nostrarum. Per hoc ergo, quod dicitur, Christum ascendisse super occasum, intelligitur ipsum ascendisse super locum adorationis humanæ scilicet, ad locum adorationis angelicæ, qui locus est cœlum empyreum, vbi adorant Deum, & uenerantur. Sic ergo iste uersus ad angelos principaliter dirigitur, qui Christo ascẽdenti exhibebant ministerium cum laudibus, non propter sui indigentiam, sed propter sui reuerentiam, sicut fecerunt post dæmonis tentationem, Matth. 4. Ecce angeli accesserunt, & ministrabant ei. Vnde in eius ascensione apparuerunt angeli, vt patet Act. 1. Dicat ergo angelis. *Cantate Deo &c. iter facite ei*, idest, ministerium exhibete Christo ascendenti, *qui ascendit super occasum, &c.* Et subdit ad Christi laudem. *Dominus nomen illi*, quia super omnem creaturam plenam habet potestatem, propter quod dixit. Data est mihi omnis potestas in cœlo, & in terra.

Matth. ult.

Exultate in conspectu eius: turbabuntur à facie eius patris orphanorum & iudicis uiduarum. 1052

Hic ostendit Christum laudandum, ratione suæ clementiæ, quia scilicet ipse est pater orphanorum & uiduarum. Vbi notandum quòd dominum vel principem nulla res apud subditos magis laudabilem reddit, quàm pietas & clementia. Vnde Isidorus dicit, quod regiæ virtutes præcipuę sunt duæ scilicet, iustitia & pietas, plus autẽ in regibus pietas laudatur. Hæc autem uirtus maxime

Pietas.

Isidorus 9. Ethim.

fuit in Christo, cui proprium erat mise- reri & parcere. Quod innuens Psalm. hic ipsum vocat patrem orphanorum & viduarum iudicem, quia inter cæteros orphani & viduę magis miseratione indigent. Spiritualiter autem orphanus dicitur quilibet iustus. Nam orphanus dicitur pupillus carens patre & matre. Pater autem omnium nascentium hominum est ipse diabolus, quia omnes nascimur filij irę, vel ipse mundus. Mater autem est ipsa concupiscentia carnis. Et sic orphanus dicitur quilibet iustus, qui patrem primum scilicet, diabolum vel mundum abnegauit, & à se abdicauit matrem, scilicet concupiscentiam carnis. Et quia tales Christus in suam accipit curam ideo orphanorum dicitur pater, ideo Christo dicitur. Tibi derelictus est pauper, orphano tu eris adiutor. Vidua verò dicitur quę marito pręterito caret. Quis autem maritus animæ primus nisi peccatum cum quo oritur, à quo ducitur, & regitur? Et per consequēs illa anima dicitur vidua, quę caret peccato. Et talium iudex est Christus, ipsius merita præmiando. Iob vigesimonono. Cor viduæ consolatus sum. Ante faciem ergo Christi, qui est pater orphanorum, & iudex viduarum, iusti exultabunt, sicut prędictum est. Et iusti epulentur, & exultēt in conspectu Dei, sed mali, & peccatores turbabuntur, quia videbunt iustos præmiari, se autem æternis deputari supplicijs. Sap. 5. Videntes turbabuntur timore horribili, &c.

Orphanus dicitur qui libet iustus.

Psal. 9.

1053 *Deus in loco sancto suo, Deus, qui inhabitare facis unius moris in domo.*

Vnitas.

OStendit hic Christum laudandum ratione suæ vnitatis, & concordiæ: quia scilicet non dyscolos, & schismaticos secum habitare permittit, sed solum charitate vnanimes, & cōcordes. Vbi notandum, quòd quamuis Deus sit vbique per potentiam, præsentiam, & essentiam, tamen specialiter in cœlo empyreo dicitur esse: quia ibi dicitur res esse, vbi apparet. Ibi autem apparet Deus sanctis sicut est. Ideo locus hic Dei, & Christi dicitur ipsum cœlum empyreum, in quo animas beatificat, de

E quo loco dicitur Psalmo vigesimoquinto. Domine, dilexi decorem domus tuę, & locum habitationis gloriæ tuę. In isto autem loco, & domo solum vnanimes facit habitare, quia nullus sine charitatis vnitate ibi manere potest. Vel per istam domum intellige ecclesiam militantem, quæ statim post Christi ascensionem fuit vnius moris, quia ut habetur Actuum 4. Multitudinis credentium erat cor unum, & anima vna, nec quisquam eorum, quæ possidebat, suum aliquid esse dicebat, sed omnia erant eis communia. Et sic qui in domo ecclesiæ F vult habitare, concordiam cum omnib. debet tenere. Sic enim dictum est Psal. 54. In domo Dei ambulauimus cum cō sensu, idest, cum una uoluntate.

Psal. 54.

Qui educit vinctos in fortitudine, similiter eos, qui exasperant, qui habitant in sepulchris. 1054

HIc ostendit Christum fore laudandum ratione suæ potestatis. Hic enim ex multis ostēdit potentiam Christi. Primo in absolutione peccatorum. Secundum enim quod dicit Augustinus super Ioannem. Maius est, iustifi- G care impium, quàm creare cœlum, & terram. Vnde Iustificare impium alicui creaturæ Deus cōmunicare non potest, sicut nec potestatem dimittendi peccata, vt dicit magister libro 4. distinction. 5. maximè autem de illo peccatore, qui in peccato manet ligatus vinculo prauæ consuetudinis. Et tamē hoc potest Christus & facit. Propter quod dicit de Christo. *Qui educit vinctos in fortitudine*, scilicet, sub peccato ligatos absoluit. Et de istis peccatorum uinculis dicitur Sapiētia decimoseptimo. Iniqui uinculis tene- H brarum compediti sunt. Adhuc autem secundum nostrum modum intelligendi maioris potestatis esse uidetur, quòd quando aliquis non solum prædicto modo ligatus existit, sed etiam quādo actualiter est in actu persecutionis fidei, & Christi, quòd talis subito de infidelitate conuertatur ad fidem, sicut fuit de Paulo, & pluribus alijs. Et de talibus subdit, dicens. *Similiter eos qui exasperant*, scilicet cōtra Christum, & fidē eius verbis, & factis persequētes. Propter qđ Paulo sic

Vinculum peccati.

Vide censu in principio huius tomi.

Potestas Christi.

Act. 9.

sic exasperanti fuit dictum. Saule, Saule, quid me persequeris? Adhuc etiam difficilius videtur, quòd aliqui, qui in infidelitate sint mortui, & sepulti in mortali peccato, vt scilicet tales reducantur ad vitam, & per pœnitentiam conuertantur ad Christum. Sicut fuit de iuuene suscitato à sancto Ioanne Euangelista, & de illo, qui per suspendium se interfecerat, à beato Martino resuscitato, & baptizato, & de multis alijs, qui in nomine Christi resuscitati fuerunt. Et de istis dicitur. *Qui habitant in sepulchris.* Vnde de omnibus istis dicit hic gl. *Qui educit vinctos:* quia soluit vincula peccatorum, vel educit vinctos ad cœlum de inferno, quo tenebantur. Similiter educit eos, *qui exasperant*, idest, blasphemant in Deum, vel qui exasperant persequendo bonos, & resistendo iustitiæ. *Et qui habitant in sepulchris*, i. in carnalibus & fœtidis desiderijs sepulti: hos enim omnes soluit per gratiam. Et hoc *in fortitudine sua*, quam habet vt Deus.

1055 *Deus, cum egredieris in conspectu populi tui, cum pertransieris in deserto.*

Consequenter hic Psal. per exemplum conferendo legem Euangelicam cum antiqua, ostendit consimiles gratias, immo maiores per Christum nobis factas, quam fuerint gratiæ factæ in antiqua lege. Et ideo amplius ipse Christus nunc est laudandus. Et diuiditur in duas partes, quia ponitur primò Christi incarnatio. Secundò legis Euangelicæ publicatio, ibi. *Dominus dabit verbum.* Prima pars diuiditur in quatuor. Quia ponitur primò Christi incarnatio. Secundò gentium conuersio, ibi, *Terra mota est.* Tertiò gratiæ infusio, ibi, *Pluuiam.* D Quartò credentium perfectio: ibi. *Animalia.* Quantum ad primum sciendum, quòd Psal. hic vult deducere beneficia legis nouæ per exempla beneficiorũ legis antiquæ. Inter autem omnia beneficia legis antiquæ illud fuit magnum, quòd populum suum eduxit de Aegypto, & quadraginta annis duxit per desertum, præcedens semper populum in die per columnam nubis, quæ omnibus dabat refrigerium, & in nocte per columnam A ignis, qua noctis obscuritas perlustrabatur. Inter omnia autem beneficia nouæ legis, maximum fuit beneficium incarnationis, quo verbum Dei humanitatẽ nostram assumpsit. Et istud sine comparatione præcedit primum, ergo nunc amplius tenemur laudare Deum. Ponit ergo beneficium antiquæ legis primum dicens. *Deus, cum egredieris in conspectu populi tui*, scilicet exeuntis de Aegypto, tu supple præcedebas eos per diem in columna nubis, &c. Et hoc tam diu durauit, quandiu transierunt per desertũ. Et hoc est quod subditur. *Cum pertransieris in deserto.* Per hoc autem nobis innuit B Christi incarnationẽ. Quoniam egressus Dei quid aliud est, nisi eius incarnatio? ipso dicente. Exiui à patre, & veni in mundum. Et est sensus secundũ gl. *Deus cum egredieris in conspectu populi tui*, carnem. s. assumẽdo verè nos educis per gratiam tuam, & doctrinam. Educis. s. de Aegypto tenebroso. s. de peccato. Egreditur autem in conspectu populi, cum hominibus per opera se Deum manifestat. Hæc autem sunt opera, quibus apparet, quia vinctos soluit, quòd mortuos suscitar. Et hæc tandiu nobis exhibes, quan-C diu pertransieris in deserto. s. huius mundi, nobiscum essendo, idest, vsque ad finem mundi, ipso dicente. Ego autem vobiscum sum vsque ad consummationem sæculi. Moraliter autem circa istã egressionem incarnationis, notandum quòd ista egressio nobis figuratur. Gen. 2. vbi dr quòd fluuius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum paradisum, qui diuiditur in quatuor capita. Nomen vni Phison: ipse circuit terrã Euilath, nomen secundi Geõ, ipse circuit terrã Aethiopiæ, nomẽ tertij Tigris, ipse vadit contra Assyrios: fluuius autẽ quartus, ipse est Euphrates. In qua figura huius egressionis Christi, scilicet per incarnationem vide tria, scilicet Prolis incarnatæ humilitatis excellentiam, quia fluuius egrediebatur. Matris fœcundatæ virginitatis permanentiam, quia de loco voluptatis. Generis visitatæ vtilitatis abundantiam, quia ad irrigandam terram. Primò vide prolis incarnatæ humilitatem, quia fluuius egrediebatur. Per fluuiũm enim intellige ipsum verbum incarnatum, quoniam sicut fluuius aquarum habet abundantiam, sic

Incarnatio.

Egressio Christi. 1. Io. 16.

Matth. vlt.

sic verbum incarnatum omnium gratiarum habet plenitudinem, Per aquam enim gratia intelligitur. Ioan. 4. Qui biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet vnquam, &c. Hic ergo fluuius aquarum habet plenitudinem. Vnde & Christus de seipso dicit. Ego quasi fluuius Dorix, exiui de paradiso, &c. Vide istam figuram prolixè expositam in lectura mea super Mich.

Eccl. 24.

1056 *Terra mota est, etenim cæli distillauerunt à facie Dei Sinai, à facie Dei Israel.*

Terra significat gentiles.

HIc consequenter ostendit vtilitatē incarnationis, quia per ipsam gentes ad fidem sunt conuersæ. Vbi nota quantum ad exemplum antiquæ legis, q. quando Deus egrediebatur in conspectu populi sui per desertum, quod tunc terra fuit mota, quia quando dominus descendit in igne super montem Sinai, vt legem daret Moysi, totus ille mons vi debatur tremere, vt apparet Exodi 19. In illo etiam monte apparuit nubes densissima, ex qua pluuia distillabat, vt habetur ibidem. Et hoc est, quod dicit: quòd *tunc terra mota est*, quia mons tremere vi debatur. *Etenim cæli distillauerunt*, quia nubes illa, quæ erat in cœlo aereo pluuiam distillabat. Et hoc *à facie Dei Sinai*, idest, à facie Dei, qui descēderat in montem Sinai, qui erat de Israel, scilicet quē colebat populus Israel. Et hoc est, quod dicit. *A facie Dei Sinai, à facie Dei Israel*. Per hoc autem nobis innuit conuersionem gentium. Quid enim per terrā nisi gentiles, qui terram, idest, Deos de terra factos, colebant? Per Christum ergo incarnatum terra mota est, quia gentiles per eius incarnationem, qui terra dicuntur, à cultura idolorum de terra factorum recedentes, ad fidem veri Dei sunt conuersi. Et vnde hoc nisi quia cœli distillauerunt? Per cœlos accipe Apostolos, & sanctos prædicatores, qui Christi fidem per mundum distillauerūt, & enarrauerunt, vide supra versiculo 252. *Terra ergo*, idest, gentes, mota est à cultura idolorum, ad Christi fidem, ratio: *quia cæli distillauerunt*, idest, Apostoli Christi fidem per mundum prædicauerunt. Sed vnde hāc distillationem fidei habuerūt?

E Non quidem à seipsis, sed à facie Dei Sinai, idest, ab illo vero Deo, qui legem antiquam patribus dedit in monte Sinai. Isti cœli scilicet Apostoli habuerūt gratiam, qua legem euangelicam mundo distillando prædicarent. Istam expositionem satis innuit magister in glo. dicens. Ideo terra mota est, *quia cæli*, idest, Apostoli, & sancti prædicatores *distillauerunt*, idest, fide mundum irrigauerunt. Et hoc *à facie Dei*, scilicet informati, & inspirati: cuius Dei subdit. De Sinai, idest, illius Dei, qui legē dedit Moysi in monte Sinai. Et per hoc vult ostendere

F conformitatem legis nouæ, & veteris: quia ab eodem legislatore data, quia ille qui legem dedit populo per Mosen in monte Sinai, illemet dedit legem Euangelicam toti orbi per Apostolos. Quāuis prima lex data sit in terrore, secunda verò in gratia, & amore.

Pluuiam voluntariā segregabis, Deus hæreditati tuæ, & infirmata est, tu verò perfecisti eam. 1057

COnsequenter hic ostenditur terræ motæ gratiæ infusio. Vbi notādum

G quantum ad exemplum legis antiquæ, quòd (sicut habetur Leuitic. vigesimosexto,) promiserat Deus antiquis patribus, dicens. Si in præceptis meis ambulaueritis, dabo vobis pluuiam temporibus suis, qua scilicet terra fructum debitum producere possit. Per hoc exemplum volens ostendere, quòd in nouo testamento multo fortius dat pluuiam, qua terra nostræ humanitatis fructus meritorios gignere possit. Quid enim est pluuia nisi aqua desursum descendens? quid autem est aqua nisi spiritussancti gratia? Pluuiam ergo voluntariam segre

Pluuia, gratia & doctrina.

H gat Deus hæreditati suæ, quia gratiam suam suis donat electis, quę vocatur pluuia voluntaria, quia gratia non datur ex meritis, sed sola Dei voluntate, & gratia: vnde glo. *Pluuiam voluntariam*, &c. idest doctrinam & spiritussancti gratiam, quæ voluntaria dicitur, quia sine meritis datur sola Dei voluntate, voluntariè quippe segregauit nos verbo veritatis. Vel per pluuiam voluntariam accipe fidei prædicationem, qua terrenorum corda irrigantur. Sic enim istum versum exponit

Gregor.29. mor.c.19. ponit Gregori. super illo verbo: Iob trigesimooctauo. Quis pater pluuiæ est: dicens. Sunt enim plerique ad verba Dei valdè insensibiles, fidei quidem nomine censentur, verba vitæ auribus audiunt, sed ea transire vsque ad interna cordis non permittunt. Hi quid aliud quàm deserta terra sunt? Quæ scilicet terra homines non habet, quia eorum mens sensu rationis caret. Sed cum misericors Deus imbri suo cursum viam dare dignatur, compuncti per internam gratiam verbis vitæ aures cordis aperiunt. Et sic facies terræ, gratia innouatur, dum gratia stillante compluitur. De hac enim pluuia per Psal. dicitur. *Pluuiam voluntariam segregabis, Deus, hæreditati tuæ.* Pluuiam quippe volũtariam hæreditati suæ Deus segregat, quando eam nobis non pro nostris meritis, sed pro suæ munere benignitatis præstat, &c. Sed quid ex ista pluuia consequatur hæreditas Dei, scilicet gentilitas conuersa, subdit. *Infirmata est, tu verò perfecisti eam.* Quid enim est infirmari, nisi humiliari, & se infirmum, & nullius boni dignum cognoscere? Infirmata est ergo hæreditas Dei per pluuiam gratiæ, & prædicationis, quia ex hoc agnouit nihil esse ex se. Et ex tali humilitate perficitur, quia vt dicit Apostol. 2. Corinth. 12. Virtus in infirmitate perficitur. Et hoc est, quod subditur. *Tu verò perfecisti eam.*

1058 *Animalia tua habitabunt in ea, parasti in dulcedine tua pauperi, Deus.*

23.q.3.iã verò.

Consequenter hic ostenditur cõuersarum gentium perfectio. Vbi notandum, quòd per sanctos Euangelistas, & doctores gentes cõuersæ sunt ad Christi fidem. Sic quòd in fide, & hæreditate Christi primo habitauerunt Euangelistæ sancti & doctores, & per ipsos aliæ gentes ad Christi hæreditatem sunt introductæ. Et hoc hic notans Psal. dicit. *Animalia tua habitabunt in ea*, scilicet in hæreditate tua. Quid enim per animalia nisi sancti Euãgelistæ, & doctores intelliguntur? Sic enim Euangelistas per quatuor animalia figurauit Ezechiel. Sic & Ioan. Apoc. 4. dicens. Animal primũ simile leoni, & secundum animal simile vitulo, &c. Vnde Gregor. dicit Euangelista Ioannes dum sub animalium specie Euangelistas quatuor se vidisse describeret, & in eis hominis, leonis, bouis, ac aquilę faciem sibi apparuisse testatur, dicens. Primũ animal simile leoni, secundum animal simile vitulo, tertiũ animal habens faciem quasi hominis, & quartũ animal simile aquilæ volanti. Et quibus singula ad vnumquemq; Euangelistã rectè conueniant, dũ alius humanæ natiuitatis ordinem, alius per mundi sacrificij mactationem, quasi vituli mortem: alius potestatis fortitudinem, quasi leonis clamorem insinuat, alius natiuitatem verbi intuens, quasi ortum solem, quasi aquila aspiciat: possunt tamen hæc quatuor animalia ipsum suum caput, cuius sunt membra, significare &c. Ex quibus patet, quòd animalia dicuntur principaliter ipsi prædicatores fidei, & euangelistæ, qui scilicet primitus fidem recipientes, ipsam alijs spargunt. Et de istis animalibus dicit. *Animalia tua habitabunt in ea*, scilicet ecclesia, vel hæreditate tua. Sed quia per sanctos prædicatores aliæ gentes deductæ sunt ad fidei, & gratiæ dulcedinem: ideo subditur. *Parasti in dulcedine tua pauperi, Deus.* Quis enim pauper nisi gentilis populus, qui omni vero bono carebat, intelligitur? Cui pauperi Deus per sanctos prædicatores dulcedinem suę gratię distillauit, secundum quod dicitur Prouer. 31. Palmas suas extendit ad pauperem.

Animalia significant Euangelistas, & doctores.

Ezech. 1.

Gregor. 31. mor. c. 33.

Apoc. 4.

1059 *Dominus dabit verbum Euangelizantibus in virtute multa.*

11.q.3. ita sæpe.

Hic ponitur legis Euangelicæ publicatio. Vbi notat Psalm. quòd verbi Euangelici prædicatio fuit in mundo magnę efficacię, quod probat ex multis, quæ ostendit fuisse ex ipsa euangelizatione, quorum fuit primum miraculorum operatio. Secundum peccatorum iustificatio: ibi. *Rex virtutum.* Tertium scripturarum concordatio, ibi. *Si dormiatis.* Quartum gratiarum distributio, ibi. *Dum discernit.* Quintum generalis omnium eruditio, ibi. *Mons coagulatus.* Sextum Christi exaltatio: ibi. *Mons in quo.* Quantum ad primum notandum, quòd primis prædicatoribus Deus verba ministrabat per spiritum sanctum. Sic enim Apostolis suis Christus dixit. Nolite cogita-

Matth. 10.

cogitare, quomodo, aut quid loquamini: dabitur enim vobis illa hora, quid loquamini, non enim vos estis, qui loquimini, sed spiritussanctus, qui loquitur in vobis. Sed fortè dices. Quomodo sollicitudinem studendi Dei verbum, quod prædicare habemus, hic nobis prohibet Christus, dicens. Nolite cogitare quomodo, aut quid loquamini, cum alibi Petrus Apostolus dicat. Parati semper ad satisfactionem omni poscenti vos rationem reddere de ea, quæ in vobis est fide. Ad hoc respondet Chrysostomus super Matth. dicens. Cum inter fideles, & in medio amicorum certamen erit iubentur esse solliciti. Cum autem iudicium terribile, & plebes insanientes, & timor vndique, auxilium à Christo præbetur, vt confidenter loquantur, & non obstupescant. Quia ergo in primitiua ecclesia Apostoli erant missi ad prædicādum, non amicis, & fidelibus, sed infidelibus. Ideo ne timerent, in eis spiritussanctus loquebatur. Et hoc est, quod hic notat Psalmista, dicens. *Dominus dabit verbum euangelizantibus*. Et aduerte, quòd non solum datur à Deo verbum prædicatoribus, sed etiam in virtute multa. Quod ideo dicit, quia in primitiua ecclesia prædicatores prædicando Christi fidem multa miracula faciebant, vt non solum verbis, sed signis infideles ad fidē conuerterent. Propter, quod dicitur Actuum 4. Virtute multa reddebāt Apostoli testimonium resurrectionis Iesus Christi. Sed in hoc multi mirātur, quare in primitiua ecclesia prędicatores à Deo habebant verbum prædicationis in virtute multa, quia prædicando multa miracula faciebant, nunc autem fine ostensione miraculorum prædicant, nunquid ergo deserta putabitur à Christo ecclesia? Hanc difficultatem mouet Gregor. & soluit, dicens. Sunt namque nonnulli, qui cum mira Apostolorum opera audiunt, quòd accepto spiritu sancto, mortuos verbo resuscitarent, ab obsessis dæmonia pellerent, sola vmbra infirmitates amouerent, ventura quæque prophetizando prædicarent, & vnigenitum verbum Dei omnium gentium lingua prædicarent, quia has virtutes nunc in ecclesia non vident, subtractam iam ab ecclesia supernam gratiam suspicantur,

Quæstio. *Prędicator.* *1. Petr. 3.* *Chrysost.* *Quæstio.* *Miraculū.* *Gregor. 27. mor. c. 4.*

E nescientes pensare, quod scriptum est. Adiutor in tribulationibus. Tunc quippè sancta ecclesia miraculorum adiutorijs indiguit, cum eam tribulatio persecutionis pressit. Nam, postquam superbiam infidelitatis edomuit, non iam virtutum signa, sed solum merita operum requirit, quamuis & illa per multos, cum opportunitas exigit, ostendat. Vbi ergo omnes fideles sunt, quæ causa exigit, vt signa monstrentur? Vnde citius fortasse satisfacimus, si quid de ipsa Apostolica dispensatione memoremus. Paulus nanque egregius prædicator Militenem veniens, & plenam infidelibus insulā sciēs, patrem Publij dysenteria, febribusque vexatum, orando saluauit. Et tamen ægrotanti Timotheo præcipit, dicens. Modico vino vtere propter stomachum tuum, & frequentes tuas infirmitates. Quid est, ò Paule, quòd ægrum infidelē orando ad salutem reuocas, & tuum adiutorem Euangelij more medici per alimenta curas, nisi quòd idcirco fiunt exteriora miracula, vt mētes hominum ad interiora perducātur? quatenus per hoc, quod mirum visibiliter ostenditur, ea, quæ mirabiliora sunt inuisibilia credantur. Signo quippè virtutis pater Publij sanandus fuerat, vt mēte viuisceret, dum miraculo ad salutem rediret. Timotheo autem adhibendum miraculum foris nō fuerat, quia iā totus intus viuebat. Quid igitur mirum, si propagata fide crebro miracula non fiunt, quādo hoc ipsi quoque Apostoli in quibusdam iam fidelibus non fecerūt, &c.

Psalm. 9. *1. Tim. 5.*

F

G

Rex virtutum dilecti, dilecti, & speciei domus diuidere spolia. 1060

H Ostendit hic, quòd per prædicationem euangelij fiebat peccatorum remissio. Quoniam multi reges mundi, & potentes, qui infideles multis peccatis erant inuoluti, per prædicationem euangelij venerunt ad fidem, & sic purgati facti sunt dilecti Christi. Et multa donaria ecclesiæ sunt largiti, quæ postea ecclesia diuersis locis distribuit, & officijs. Quod notans hic dicit. *Rex virtutum*, idest, reges in mundo potentes. Accipitur enim hic singulare pro plurali, sicut Exod. 8. Venit musca, idest, multitudo

Dilectus.

tudo muscarum. Dicat ergo, *Rex virtutum dilecti*, idest, reges multi potentes, facti sunt dilecti. Et sic ly primum *dilecti* est numeri pluralis, & casus nominatiui. Sed cuius facti sunt dilecti, subdit, *Dilecti*, idest, Christi, qui est dilectus patris. Matthæ. 3. Hic est filius meus dilectus. Et sic ly secundum, *dilecti*, est numeri singularis, & casus genitiui. Sequitur. *Et species domus diuidere spolia*. Nam vt dictum est: reges conuersi ad ornamentum ecclesiæ magna dona contulerunt: vt patet de Constantino, de Carolo Magno, & de alijs, quæ dona diuersis officijs, & locis distribuere spectabat ad ecclesiam Romanã, quæ est caput, & pulchritudo omnium ecclesiarum. Quid est enim speciei domus, nisi ecclesia Romana, ad quam scilicet spectat diuidere spolia, idest, dona ecclesiæ collata? Vel aliter secundum magistrum in gloss. vt ly *rex* sit Deus pater: qui dicitur rex virtutum, idest, omnium angelorum, qui virtutes dicuntur. Psalm. 102. Benedicite domino omnes virtutes eius &c. Quę etiam virtutes sunt ipsius Christi, qui dilectus patris dicitur. Et sic est sensus. *Rex virtutum dilecti*, idest, pater, qui est rex omnium angelorum, qui angeli sunt etiam ipsius Christi à patre dilecti. Quod autem iterum repetitur dilecti, fit ad maiorem Christi commendationem: quamuis in pluribus libris dilecti semel ponatur. Ad istum ergo regem, scilicet Deum patrem spectat diuidere spolia speciei domus: vbi per spolia accipe omnes illos, quos diabolus captiuos tenebat, qui per Deum de potestate diaboli sũt erepti, quos Deus diuisit, scilicet per diuersa officia: quia, scilicet aliquos fecit Apostolos, aliquos euangelistas: quosdam prophetas. Et sic ista spolia diuidendo facta est *species domus*, idest, ecclesia speciosa, & ornata. Ista spolia per Deum sic ad speciem domus ecclesiæ diuisa, notat Apostolus. 1. Corinth. 12. dicens. Quosdam quidem posuit Deus in ecclesia, primum Apostolos: secundò prophetas, tertiò doctores, deinde virtutes, exinde gratiam orationum, genera linguarum &c. Nunquid omnes Apostoli, nunquid omnes prophetæ, nunquid omnes

Ecclesia species domus.

A doctores &c. Sicut enim diuersitas colorum pictoram reddit magis speciosam, sic & donorum varietas, ecclesiam facit pulchriorem.

Si dormiatis inter medios cleros, pennæ columbæ deargentatæ, & posteriora dorsi eius in pallore auri. 1061

Hic ostendit, quòd in prædicatione euangelij fuit scripturarum concordia. Pro cuius expositione oportet primò exponere terminos, & consequenter construere. Primò ergo sciendum

B quòd per ly *cleros*, significantur duo testamenta sacræ scripturæ. Cuius ratio est. Nã cleros idem est quòd sors, vt dicitur distin. 21. cleros. Sors autem in veteri testamento partes hæreditatis terræ promissę significant, quæ ex promissione dicitur, quasi ex sorte proueniant. Sic ergo cleros significat duo testamenta, quia per ea datur nobis hæreditas æterna. Dormire ergo inter medios cleros, est in auctoritate, & fide duorum testamentorum pacificè quiescere. Dormit ergo prædicator euangelicus inter medios cleros: quando duo testa-

C menta firmiter credens, ipsorum cõcordiam docet, & prædicat. Per columbam verò intellige ecclesiam, Christi sponsam quæ (vt habetur 24. q. 1. omnibus consideratis.) vnica columba appellatur, quæ sponsa est Christi non habens maculam, neque rugam. Ista autem columba est deargẽtata, i. diuinis eloquijs erudita. In scriptura enim diuina, per argentum diuina eloquia intelliguntur. Vnde in psal. dicitur, Eloquia domini, eloquia casta: argẽtum igne examinatũ. Pennæ autem, scilicet alæ istius columbæ ecclesiæ sunt sancti doctores & præ

Columba dicitur ecclesia.

D dicatores, per quos semper volat ad alta, quia ipsorum prædicatione in cœlũ fertur gloria ecclesiæ. Posteriora verò dorsi huius columbæ ecclesiæ sunt posteriora tempora ecclesiæ quæ, s. erunt in cõmuni resurrectione, vel quæ erunt in fine cuiusque. Quæ posteriora dorsi in specie auri splendebunt: quia postquam quisque membrum ecclesiæ exit de ecclesia militante, statim additus ecclesiæ triumphanti super aurum splendet. Vocatur ergo columba ecclesię

in

in parte anteriori argentea, sed in parte posteriori aurea: quia hic in præsenti vt argentum sonat, & lucet veritate doctrinæ: sed in posterioribus. i. post hanc vitam erit *in pallore auri*. i. in requie cœlestis gloriæ, quę per aurum denotatur. His visis, talis est sensus literæ, ut psal. loquatur doctoribus, & prædicatorib. euangelicis per pēnas columbæ figuratis, dicens. Vos, ô pēnæ *columbæ deargentata*, idest, ô vos doctores ecclesiæ militantis. *Si dormiatis inter medios cleros*, i. si fide requiescatis, inter duo testamenta, eorum consonantiam, f. verbis docendo, & operibus adimplendo, tunc *posteriora dorsi eius*, idest, ecclesiæ erunt *in pallore auri*, idest, in requie cœlesti. Ex hoc enim notat ꝙ bonitas doctorū est causa bonitatis subditorum: & consimiliter malitia doctorum est causa malitiæ subditorum. Ideo totum imponit doctoribus, dicens. Si uos *pennæ columbæ deargentatæ dormiatis*, &c. aliter istum textū magis mysticè exponit Adamant. de virgine Maria, dicens. *Si dormiatis inter medios cleros*, &c. Columba est virgo Maria, in qua manet spiritussanctus ad emūdationem omnis iniquitatis. Colūba est, cuius simplicitatis antidoto venenati serpētis detegitur astutia multiformis. Pennæ huius columbæ duæ sunt, scilicet humilitas, & virginitas. Deargentatæ sunt: quia diuino eloquio insignitæ. Eloquium Dei est verbum Dei, filius Dei. Quid est ergo argentum in columbæ pennis, nisi filius Dei in materia per præsentiam carnis? His pennis leues, & expediti volant ad cęlum: his malè deorsum æstuantibus refrigerij præstatur vmbraculum. *Posteriora dorsi eius in pallore auri*. Ecce nos præcessit ad gloriam Maria, præcedentem sequamur. Quid de præcedente nisi dorsum videmus? Posteriora dorsi eius nos sumus quicunq; post dorsum relicti, ipsam aliquatenus imitari conamur: posteriora hæc in pallore auri sunt. Per aurum, quo nullum in metallis est preciosius: designatur virginitas Mariæ, qua nihil post Deum est excellentius. Aurum hoc habet splendorem, & pallorem. Splendorem in veritate naturæ. Pallorem in superficie mutabili massæ. Splendorem ergo habet naturaliter. Pallorem accidentaliter.

Columba dicitur virgo Maria.

E Splendor auri est castitas incorrupta. Pallor est castitas post lapsum per continentiam reformata. Vtrumque est in auro Mariæ, & splendor, & pallor: quia inhærendo ei, alij permanent in integritate corporis, alij de longe eam sequendo etsi florem perdiderunt virginitatis, castitatis tamen amore vincunt in se luxuriam carnis. Quid ergo si virginitatem perdidimus, ideo neqnaquā ad virginem, vel ad virginis filium pertinemus? Ne desperes: quia posteriora dorsi eius in pallore auri. Quam pulchra columba, & quam diues, deargentata est in pennis, in posterioribus deaurata. In pennis sonat argentum, & licet in dorso splendet aurum, & pallor. Lux argenti refertur ad gratiam, sonus ad doctrinam: splēdor auri ad sapientiam, pallor ad patientiam: pallor, qui est indicium vultus afflicti, designat patientiā in aduersis exhibitam ex amore Dei. Ergo & gratiæ plenitudo, & doctrinę rectitudo sunt in pennis columbæ, hoc est in virtutibus Mariæ. Fulgor cęlestis sapientiæ, & pallor patientiæ sunt in dorso columbæ, idest, in exemplum actionis virgineæ. Sed quare in dorso

F

G aurum vt sequentibus, & dorsum solū intuentibus aurum ostendatur? In dorso quid auro concupiscibilius, quid in præcedentis dorso conspicabilius? Qui ergo aurum in dorso portat, sectatores, & æmulatores habere desiderat. Sed cui datum est aurum hoc æmulari, & has pennas intueri? Cui concessum est dormire inter medios cleros, hoc est in medio clerorum? Nam cleros sors dicitur, sors hæreditas appellatur. Sortes ergo sunt duæ hæreditates filiorum hominū, vna, quam habent ex eo quòd sunt filij Dei: altera quia filij hominum. Illa cœ-

H lestis, ista terrestris: illa animæ, ista corporis: illa futura, ista præsens, illa debet esse in desiderio, ista in vsu necessario. Qui ergo requiescit inter vtraq;, inferioris strepitum fugiens, superioris quietem appetens, sic dormiendo, videt sponsam sicut columbam ascendentem desuper riuos aquarum. Vnde & Dauid videns requiem quòd esset bona, ait. In pace in idipsum dormiam, & requiescā. Vnde sequaces habere volens, & dormitionis suæ socios. Si dormiatis, inquit, inter Psal. 4.

inter medios cleros, &c. Medium clerorum vbi dormiendum est, charitas dici potest, per quam in animo mundi cupiditas tumultuosa sopitur, & æternæ hæreditatis quietum desiderium expectatur. Vis videre medium clerorum à mediatricem intuere Mariam. Ipsa medium est inter cælum, & terram. Media, & mediatrix est inter Deum, & hominem. Medium intelligamus per condescensionis clementiam. Quæ tamen super cælos eleuata est per gloriam. In ipsa ergo quiescendum est, quia super ipsam requieuit spiritus almus, sine quo omnis spiritus est iniquus. Aliter istũ versum magis literaliter exponit Nico. de Lyra, vbi dicit. Sciendum est, quòd cleros Græce, idem est quòd sors Latinè. Columba autem hic accipitur pro ecclesia: quæ columba frequenter nominatur in Canticis. Pennæ autem huius columbæ sunt virtutes eam ad cœlestia eleuantes. Dicat ergo. *Si dormiatis inter medios cleros*, idest si quiescatis inter status ecclesiæ, scilicet militantis, & triumphantis, quod fit, quando sic vtuntur homines bonis præsentis vitæ, vt non perdant bona æterna, sed magis acquirant: quia sicut diuitiæ impedimenta sunt reprobis, ita probis sunt adiuuamenta virtutis. Et sic pennæ columbæ deargentatæ sunt, quia præsens uita in puritate ducitur conscientiæ. *Et posteriora dorsi eius*, idest superiores partes pennarum, quæ sunt supra columbæ dorsum, sunt *in pallore auri*, idest, terminantur in perfecta charitate. Hæc ille. Ista etiam expositio sententialiter habetur in glos. Magistri.

Nicolaus.

1062 *Dum discernit cælestis reges super eam niue dealbabuntur in Selmon, mõs Dei mons pinguis.*

HIc consequenter ostendit, quòd in prædicatione Euangelij est gratiarum distributio. Pro cuius euidentia, primo notandum, quòd cœlestis dicitur quilibet in cœlis habitans. Et sic cum Deus singulari modo in cælis habitet, ipse per cælestem significatur. Et sic cælestis quandoque dicitur Deus pater. Matthæ. 6. Pater noster qui es in cœlis. Et Luc. Estote perfecti sicut pater vester

Cælestis.

A cælestis perfectus est. Dicitur etiã Christus cælestis. 1. Cor. 15. Primus homo de terra terrenus, secũdus de cælo cælestis. Et sic accipitur hic cælestis pro Deo patre, siue pro ipso Christo. Notandum ét quòd reges dicti sunt apostoli & principes ecclesiæ, ac eius successores, quia ecclesiam habent regere. Vnde de ipsis dicitur. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij, constitues eos principes super omnẽ terram. Et Magist. dicit lib. 4. d. 29. ꝙ prælati, & clerici reges dicuntur, quia se, & alios regere habent. In cuius signũ coronam in capite portant. Item notandum, quod secundum Grammaticos, di B scernere idem est, ꝙ videre, desiderare, præponere, statuere, & diuidere. Hic autem accipitur pro diuidere, siue distribuere. Item notandum, quòd Selmon aliquando est nomen proprium cuiusdam montis, vt habetur Iudic. 9. ꝙ Abimelech ascendit montem Selmon. Quãdoque vero Selmon est nomen appellatiuum, & sic interpretatur vmbra. Et sic significat vmbraticos, & obscuros gentiles, & idololatras peccatis obscuratos. Ex prædictis ergo sic versus debet construi, & exponi, *Dum discernit cælestes reges super eam*, idest dum cælestis pater C Deus, siue Christus, *discernit*. i. distribuit *reges*. i. apostolos, & alios prælatos super ecclesiam. Quia ad regimen ecclesiæ Apostoli fuerunt à Deo in diuersis partibus mundi discreti, & deputati. Et ipsi per orbem alios episcopos & sacerdotes, qui omnes reges dicuntur, ordinauerunt, vt patet ex eorũ gestis. Quid ex hoc secutum est, quòd Dei gratia distributa est gentibus, quæ accepta fide Christi, sunt ab omnibus uitijs purgatæ? Et hoc est quòd illi, qui sunt in Sel-D mõ, idest, in gentilitate, *niue dealbabuntur*, idest, supra niuem albi, & puri efficientur, quia per fidem accipient puritatem animæ, quæ excedit omnem puritatem, vel albedinem corporalem. Et sic illi, qui prius erant in Selmon, idest, in obscuritate errorum & infidelitatis, per distributionem Apostolorum, Episcoporum, & Regum, à peccatis purgabuntur, quia scilicet, per ministros fideles ecclesiæ baptizabuntur. Et quia per conuersionem talem gentilium augmẽtata numero, & gratijs ditata fuit ecclesia,

Reges dicũtur prælati.

Psal. 44.

Discernere.

Selmon.

Psal. 15.

sia. Ideo de ecclesia subditur. *Mons Dei, mons pinguis*. Vbi notandum est, quòd in scriptura sacra mons in singulari numero, multa significat, & alia in plurali numero. Vt ostendit Gregor. super illo verbo Iob 40. Huic montes herbas ferunt, dicens. In scriptura sacra, cum mõs in singulari numero ponitur, aliquando incarnatus dominus, aliquando sancta ecclesia: aliquando testamentū Dei: aliquando apostata angelus: aliquando quilibet hæreticus designatur. Cū verò montes in plurali numero nominãtur: aliquando celsitudo Apostolorum: aliquando verò sæcularium potestatum tumor exprimitur. Mons namque dominum significat. Sicut scriptum est. Et erit in nouissimis diebus præparatus mons domini in vertice montium. Mõs quippe est in vertice montium incarnatus dominus, transcendens celsitudinē prophetarum. Rursus per montem sancta Dei designatur ecclesia, sicut scriptum est. Qui confidunt in domino, sicut mons Sion. Sion namque speculatio dicitur, per quam. s. speculationem contē plans Deum ecclesia figuratur. Rursus per montem testamentum Dei accipitur, sicut Abacuc ait. Deus à libano veniet, & sanctus de monte vmbroso, & condenso. Qui enim venturum se per testamenti sui paginas spopondit, quasi inde venit, vnde velut sub promissione se tenuit. Quod scilicet testamentum benè mons condensus & umbrosus dicitur, quia spissis allegoriarum obscuritatibus opacatur. Rursus per montem apostata angelus designatur, sicut sub Babylonis regis specie, de antiquo hoste prædicatoribus dicitur. Super montem caliginosum leuate signum. Prædicatores quippe sancti super caliginosū montem signum eleuant: quando cõtra Sathanæ superbiam quæ sæpè sub nebula simulationis absconditur, virtutem crucis exaltant. Rursus per montem hæreticus quilibet exprimitur, sicut ex voce ecclesiæ Psal. ait. In domino confido, quomodo dicitis animæ meæ, transmigra in montes sicut passer. Cum enim fideli animæ vnitate derelicta, in tumēti doctrina confidere hæretici prædicatoris dicitur, deserto domino quasi in montem transmigrare suadetur. Rursus

Mons multa significat.
Greg. 33. mor. c. 2.
Esa. 2.
Psal. 124.
Abac. 3.
Esa. 13.
Psal. 20.

E per montes, Apostolorum atque prophetarum celsitudo designatur, sicut scriptum est. Iustitia tua sicut montes Dei. Et voce Pauli dicitur. Vt nos efficiamur iustitia Dei in ipso. Vel sicut iterum voce sperantis ecclesiæ, Psalm. ait. Leuaui oculos meos in montes, vnde veniet auxilium mihi. Rursum per montes, sæcularium potestatum tumor exprimitur, de quibus Psalm. ait. Montes sicut cera fluxerunt à facie domini: quia multi qui prius alta rigiditate tumuerunt, Deo in carne apparente magno sunt per pœnitentiam timore liquefacti &cæt. Ad propositum ergo hic

F cum dicitur. Mons Dei, mons pinguis. Per montem significatur ecclesia, quæ mons pinguis dicitur propter multitudinem gentium ad ecclesiam conuersarum, & propter abundantiam gratiæ in ecclesia fidelibus collatam. Vel aliter, istum versum exponit magister in glo. ab illo loco. In Selmon mons Dei mõs pinguis, dicens, quòd ecclesia propter reges distributos super niuem dealbabor, idest purificabor, & causam huius purificationis subdit, dicens. *In Selmõ*, idest in vmbra gratiæ quæ venit ex cor

G pore Christi. Selmon enim interpretatur vmbra, idest gratia spiritussancti, quia non meritis suis discernuntur ab æstu carnis, sed spiritu obumbrante. Vmbra enim gratiæ defensaculum nobis est contra incentiua carnalium concupiscentiarum. De qua ad virginem parituram angelus ait. Virtus altissimi obumbrabit tibi, idest, vmbram faciet tibi. Vmbra autem fit lumine & corpore. Lumen est verbum. Caro Christi corpus. Accessit lumen corpori, idest, verbum carni, verbum enim caro factum est. Et credentes hac vm

H bra protegimur, quæ de corpore eius manet, de cuius plenitudine omnes accepimus. Deinde ad commendationem montis subdit, dicens. Iste Selmon, idest, iste in quo est plenitudo gratiæ, & vnde nobis vmbra fit, scilicet Christus est mons Dei, mons positus in vertice montium, ad quem fluent omnes gentes. Et est *mons pinguis*, idest, vber, vnde aquæ, scilicet, irriguæ, & suaues currunt.

Psal. 35.
2. Cor. 5.
Psal. 120.
Psal. 96.
Vmbra gratia.
Luc. 1.

Mons

1063 *Mons coagulatus, mons pinguis, vt quid suspicamini montes coagulatos?*

Ostendit hic, quòd in prædicatione Euangelij est generalis omnium eruditio. Vbi notandum, quòd Euāgelij prædicatores primò considerant capacitatem auditorum, & paruulis intellectu leuia prædicant, quæ faciliter capi possunt, altioribus autem altiora, quia nec paruuli altis instruerentur, nec alti leuibus, sicut mater filio paruulo lac porrigit, non escam, maiori autem escam, & non lac. Sic dicebat Apostolus 1. Cor. 3. B Non potui vobis eloqui quasi spiritualibus, sed tanqnam carnalibus, tanquam paruulis in Christo, lac potū vobis dedi, non escam. Et sic omnibus conuenit sermo diuinus. Vnde Greg. ait. Diuinus etenim sermo sicut mysterijs prudentes exercet, sic plerumque superficie simplices refouet. Habet in publico, vnde paruulos lacte nutriat, seruat in secreto vnde mētes sublimium in admiratione suspendat. Quasi quidam quippe est fluuius (vt ita dixerim) planus & altus, in quo & agnus ambulet, & elephas natet, &c. Istam communitatem scripturæ sacræ omnibus paruulis, & magnis congruentem hic ostendit Psalm. dicens de scriptura Euāgelica, quòd est mons coagulatus, mons pinguis. Per montem enim ipsa ecclesia in qua prędicatur Euāgelium designatur, vt in præcedenti versu. fuit dictum. Dicitur ergo ecclesia mons coagulatus, quoad paruos, quos lacte fidei nutrit. Nam coagulatus est lac coagulo constrictum, & sic est cibus lacteus. Dicitur etiam mons pinguis propter fertilitatem altioris doctrinæ, qua alta ingenia pascit. Et istum intellectum ponit Magister in glos. dicens. *Mons coagulatus* dicitur quoad paruulos quos lacte interioris doctrinæ nutrit. Dicitur *mons pinguis*, propter fertilitatē altioris intelligentiæ, quoad maturos, & doctos, quos pane solidioris doctrinæ cibat. Et propter ista ecclesia catholica omnem aliam doctrinam & sectam excedit, quia ecclesia sola omnibus dat doctrinam salutis, quæ extra ecclesiam reperiri non potest, quia extra catholicam ecclesiam salus non consistit, extra de

Sacra scriptura.

Prou. 11.

A summa Trinit. cap. firmiter. Et hoc notans Psalm. vertit se ad gentes idola colentes, dicens. *Vt quid suspicamini, montes coagulatos?* idest, vt quid falso creditis extra ecclesiam esse montes coagulatos, scilicet, aliquas leges, vel sectas esse extra ecclesiam, quæ salutem possint suis conferre, vt facit mons coagulatus ecclesiæ?

Mons in quo benè placitum est Deo habitare in eo, etenim dominus habitabit in finem. 1064

Hic ostendit, quòd in ecclesia habitat Christus, & ponitur Christi exaltatio. Vbi notandum est, ꝙ quamuis Deus sit vbique per essentiam, præsentiam, & potentiam non tamen vbiq; habitat, sed solū ibi habitat, vbi est per gratiam. Vnde ait Magister libro 1. dist. 37. non enim vbicunque est Deus, ibi habitat, vbi verò habitat, ibi est. In solis verò bonis habitat, qui sunt templum eius, & sedes. Vnde per Esaiam dominus ait. Cœlum mihi sedes est, & terra scabellum pedum meorum, quia in electis, qui sunt cœlum, habitat Deus, & regnat, qui C eius voluntati deuoti obtemperant, malos verò, qui sunt terra, iudicij discretione calcat. Vnde in libro Sapient. dicitur, Thronus sapientiæ anima iusti, quia in iustis specialius est quàm in alijs: in quibus tamen omnibus est totus. Quēadmodum anima (vt ait August.) per omnes particulas corporis tota adest simul nec minor in minoribus, nec in maioribus maior est, sed tamen in alijs intensius, in alijs remissius operatur, cum in singulis particulis corporis tota sit. Ita & Deus cum sit essentialiter in omnibus, ac totus in illis, tamen plenius dicitur esse, quos inhabitat, idest, in quibus ita est, vt faciat eos esse templum suum, & cætera. Ex quibus patet, quod ibi solum Deus habitat, vbi est per gratiam gratum facientem, cum ergo extra montem ecclesiæ, idest congregationem fidelium nullus sit in gratia, quia sine fide impossibile est placere Deo, ad Hebræ. vndecimo, sequitur quòd Deus solum in montem ecclesiæ habitat, & non extra. Et hoc notans Psalm. dicit, quòd ecclesia est *mons in quo benè placitum est Deo*

Habitatio Dei.

Esa. 66.

August. in epistola ad Hiere. de origine animæ.

Matth. vlt. *Deo habitare in eo*. Et hoc quantum ad ecclesiam militantem, propter quod dicebat Christus. Ego autem vobiscum sum omnibus diebus, vsque ad finem seculi. Quo autem ad ecclesiam triuphantem subdit. *Etenim dominus habitabit in finem*, quia in illa æternaliter habitabit in sanctis. Vnde textus Hierony. habet. *Etenim dominus habitat in sempiternum*. Vel aliter secundum glo. per istum montem intelligitur Christus, in quo solo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, quod de nullo sancto verificatur, ideo de Christo dicit, quod est mons in quo benè placitum est Deo habitare

Matth. 7. in eo. Sic enim de ipso ait pater: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. Conformiter hoc prædicit Psalm. dicens: Mons, in quo benè placitum est Deo habitare in eo. Quod ideo dicit ne quis audeat eum cæteris comparare propter illos, qui dicebant eum esse Ioannem Baptistam, alij Heliam, &c. quos increpat hic, quia iste solus est mons, in quo benè placitum est, &cæt. Deo, idest, verbo habitare in eo per se, in alijs autem per ipsum. Et quia verbum inseparabiliter habitat in Christo, ideo subdit. *Etenim dominus*, scilicet, verbum, *habitabit in finem*.

1065 *Currus Dei decem millibus multiplex, millia lætantium, dominus in eis in Synai in sancto.*

IN ista parte inuitantur Angeli ad laudandum Deum de Christi ascensione ex eius consortio. Et diuiditur in partes duas. Quia primò facit quod dictum est. Secundò ostendit ex ascensione Christi ecclesiæ vtilitatem, & profectum, ibi. *Benedictus dominus*, Quantum ergo ad primum sciendum, quòd ad regis dignitatem declarandam facit multitudo militum, & ministrorum ipsum associantium. Vnde Prouerb. 14. dicitur, in multitudine populi dignitas regis, in paucitate verò plebis ignominia principis. Volens ergo Christus suam regiam dignitatem ostendere, cum magna multitudine militum, idest, sanctorum Angelorum ascendit. Et quantum ad hoc primò Psal. hoc probat per exemplum arguens per locum à minori. Secundò con-

Ascendit Christus cũ Angelorum multitudine.

E cludit propositum, ibi. *Ascendisti in altum*. Quantum ergo ad primam partem Psal. facit talem orationem, si de quo minus videtur inesse inest, & id de quo magis, sed minus videtur quòd Deus in datione legis descenderit in monte Synai cum Angelorum multitudine, quam quod ipse de terris ad patrem, & tamen primũ fuit, ergo & secũdum: hic autem probat primum fuisse, scilicet, quod cum Angelorum multitudine Deus descendit in monte Synai legem daturus, d. *Currus Dei decem millibus multiplex millia*. Sciendum est ergo quod quando Deus descen-

Currus Dei.

F dit in montem Synai ad dandum legem cum ipso descenderunt sibi ad ministerium legis dandum viginti millia Angelorum. vnde dicitur Deuter. 32. Dominus de Syna venit, & cum eo sanctorum millia, & in dextera eius ignea lex, & hoc est quod hic ponit Psalm. declarans quot millia sanctorum, scilicet Angelorum cum ipso fuerint, dicẽs, *Currus Dei decem millibus multiplex millia*. Currus enim Dei dicuntur sancti Angeli, in quibus Deus vt in sede, vel in curru sedet, & per quos sua iudicia operatur. Vnde Psal. 79. dicitur. Qui sedes super cheru-

G bim. Sed quot Angeli fecerunt istum currum, subdit, *Decem millia multiplex*, idest, decem millia multiplicata, idest, duplicata vnde in Hebræo habetur. *Bis decem millia lætantium*, quia tot Angeli fuerunt in datione legis in monte Synai. Et hoc est quod subdit, *Dominus in eis in Synai in sancto*, i. dominus ab eis fuit, associatus in datione legis super mõtem sanctum Synai. ex hoc ergo vult arguere Psal. quòd maior multitudo Angelorum lætantium cum Christo debuit esse quando in cœlum ascendit. Quia Christi ascensio fuit maioris solemnita-

H tis tam Angelis, quam hominibus quia in illa ex hominibus cępit restaurari ruina Angelorum, & hoc est quod subditur de Christi ascensione.

Ascendisti in altum, cepisti captiuitatem, accepisti dona in hominibus. 1066

CHristus enim quo ad humanitatẽ ascendens in cœlum altiora loca cœli penetrauit, ad quæ ante nullus hominum fuerat ingressus, quia ascendit in cœlum

Ascensio Christi.

cœlum trinitatis, quod supereminet omnibus alijs cœlis. Et hoc est quod dicit. *Ascendisti in altum*. Et ponit præteritum pro futuro. Et verè ascendit in altũ, quia super omnes cœlos, ad Ephes. 4. Ascẽdit super omnes cœlos. Nam ponunt doctores septem esse cœlos. Vnde glo. super 2. c. Deut. enumerat septem cœlos. Primò ponens cœlum aereum. Secundò cęlum æthereum. Tertiò cœlum igneũ. Quartò sidereum. Quintò cœlum cryttallinum. Sextò cœlum empyreum. Septimò cœlum sanctæ trinitatis. Et istud dicitur cęlum cęlorum propter dignitatis excellẽtiam. Et ad istud Christus ascendit. Quod notans Psal. ait, *Ascendisti in altum*. Sic enim dicitur infra. Psallite Deo qui ascendit super cęlum cęli. Sequitur, *Cepisti captiuitatem*. Christus enim ascendendo secum ad cęlos duxit sanctos patres, qui prius in limbo tenebantur captiui Zacha. 9. Eduxisti vinctos de lacu, in quo non erat aqua. *Accepisti dona in hominibus*, Christus enim ascendens, accepit à Deo dona spiritussancti hominibus distribuenda. Vnde post eius ascẽsionem misit hominibus spiritumsanctũ in signo visibili. Sic ergo ascẽdens à Deo accipit dona spiritussancti, non quidem in se, quia ab instanti suæ conceptionis spiritu sancto fuit plenus. Sed pro tanto dicitur tunc accepisse dona spiritussancti, quia ad declarationem suæ gloriæ, q; sedet ad dexteram maiestatis spiritũsanctũ in signo visibili misit, propter quod dicitur Ioan. 7. quòd spiritussanctus nõdum erat datus, quia nondum Christus erat glorificatus. Istum versum ad literam de Christo dictum allegat Apostolus ad Ephes. 4 dicens. Vnicuique nostrũ data est gratia secundum mensuram donationis Christi propter qd dicit. Ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus, quod exponit ibidem glos. dicens. Christus ascẽdit in altum loco, & dignitate. Captiuam ducit captiuitatem, idest, eos, quos diabolus captiuauerat à paradiso, & proprios mundi, & inferni fecerat. Iterum fecit Christus captiuos, dum ad cęlos reducerentur. Ipsos namque homines appellauit captiuitatem, quia captiuati tenebantur sub diabolo, sicut cum dicitur militia intelliguntur, qui militant. Eandem captiuitatem Christus captiuam ducit, vt sit fęlix captiuitas, possunt enim homines ad bonum capi: Vnde dictum est Petro. Ex hoc iam eris homines capiens. Captiuati ergo dicuntur, quia captiui, & capti quia captiuati sub leue iugum Christi missi liberati, à peccato, serui autem facti Deo, *Dedit dona hominibus*, idest, spiritumsanctum. Notissimũ enim est dominum Iesum Christũ cum post resurrectionem ascendisset in cęlũ: dedisse spiritumsanctũ, quo impleti credentes loquebãtur omnibus linguis: Tamen glo. ibidem notat varietatem inter textum Psalmi & Apostoli. Quia in Psal. dicitur, Accepisti dona in hominibus: Paulus verò Apostolica auctoritate maluit dicere, Dedit dona hominibus, vt ex vtroque verbo, vno scilicet, Apostolico, & altero prophetico (quia in vtroque est diuini sermonis auctoritas) sensus plenissimus redderetur, vtrumq; enim verum est, & quia dedit dona hominibus, & quia accepit. Dedit hominibus tanquam caput membris suis. Accepit in hominibus idem ipse vtique in membris suis. Ipse Christus dedit de cœlo, & accepit in terra, dedit, quia Deus est cum patre, secundum quod dat accepit, quia ipse est in suis membris, & ecclesia in qua accepit. Et hoc est in hominibus accipere. Et hæc omnia etiam sententialiter hic ponit glos. Ex his omnibus vult ostendere Psalmista, quod ista Christi ascensio maioris festiuitatis Angelis, & hominibus fuerit quàm datio legis antiquæ, & ideo si in datione legis fuit associatus à viginti millibus Angelorum, multo fortius in ista ascensione. Et attende, quod dicit, Accepisti dona in hominibus indefinitè loquens de hominibus, quia spiritumsanctum in signo visibili non solum dedit Apostolis, vt promiserat, sed etiam aliquibus gentilibus. Vnde sequitur.

Cæli multiplex. — *Ioan. 7.*

Etenim non credentes, inhabitare dominum Deum. 1067

IDest, per donum spiritussancti fecisti inhabitare gentes dominum Deum, quæ tamen prius non credebãt in Deũ, Sicut legimus de Cornelio centurione qui gentilis erat, quem tamẽ spiritussancti

eti per donum suæ gratiæ habitauit, & cōuertit ad fidem, vt habetur Actu.10. Sic & de multis alijs gentilibus, cōuersis ad fidē, quos Deus per gratiam habitabat, & ipsi Deum inhabitabant, quoniam vt dicitur 1.Ioan.4. Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. Et sic Ly, *non credentes* potest hic teneri nominatiuè, & accusatiuè. Hoc autem quod spiritus sanctus in gētibus quæ prius nō credebant, per gratiam fuerit etiam in signo visibili datus, magnam admirationem induxit Iudæis etiam credentibus, quoniam vt habetur Actu.10. Adhuc loquente Petro cecidit spiritussanctus super omnes qui audiebant verbum. s. gentiles, & obstupuerunt ex circuncisione fideles, quia & in nationes spiritussancti gratia diffusa est: audiebant enim illos loquentes linguis, &c. F

Gentilium conuersio.

1068 *Benedictus dominus die quotidie, prosperum iter faciet nobis, Deus salutarium nostrorum.*

De consecr. d.2. accesserunt.

HIc ostendit ex ascēsione Christi ecclesiæ vtilitatem, & profectum & hoc dupliciter, s. primo ex Christi ascensione declarando ecclesiæ promotionē. G Secundò inimicorum depressionem ibi. *Veruntamen*. Promotio autem fidelium est duplex, quia ascensio Christi primò paradisum nobis aperuit. Secundò nos in aduersis fortificauit, ibi. *Deus noster*. Quantum ad primum notandum, quod primus homo cœlos penetrans fuit Christus in sua ascensione, quia ante nullus quamtumcunque iustus cęlum intrabat, sed descendebat ad limbum. Vnde Christus ascendens cœlum aperuit, & omnibus iustis iter in cœlum ascendendi fecit, propter quod de ipso dicitur figuraliter. Mich.2. Ascendit iter pandens an- H te eos. Et de hoc Deo gratias agens Psal. ait, *Benedictus dominus*, &cæt. *Prosperum iter faciet nobis*, i. aperiet cœlum ascēdendo vt nobis iter, ad ipsum prosperè sēquendum ostendat, Dicit ergo. *Benedictus dominus die quotidie*. i. per singulos dies laudetur dominus à fidelibus. Vnde alia litera habet. *Benedictus dominus de die in diem*, i. iugiter quod idem valet. Et causam subdit dicens. *Prosperum* iter faciet nobis. s. quo possimus ad ipsum ire.

Ascensio Christi iter nobis fecit.

E Tum quia ascendens cęlum nobis apparuit, tum quia spiritum sanctū misit qui ecclesiam suam ad cœlestia dirigit semper. *Deus salutarium nostrorum*, qđ ideo dicit in plurali salutarium, & non solum salutis, quia de pluribus periculis nos saluat, vt puta quia non credentes vocat, peccata remittit, per gratiam iustificat. Sic conformiter in plurali dixit Psalm. 27. Dominus fortitudo plebis suæ, & protector saluationum Christi sui est, Vide supra vers.409.

Deus noster, Deus saluos faciendi, & domini domini exitus mortis. 1069

VBi nota differentiam inter Deum nostrū, qui verus Deus est, & Deos gentium. Quoniam dij gentium nullum saluare possunt, quia nec ipsi in se ipsis habent salutem, Deus autem noster est Deus saluationis. Primò quia omnes vult saluos fieri voluntate signi. Vnde 1. Timoth.2. Vult omnes saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. Etiam quia suos electos multipliciter saluat, vt dictū fuit vers.716. Et de hoc vero Deo dicit. *Deus noster* inquam est, *Deus saluos faciendi*, qui. s. suos saluat, quia nullus saluatur, nisi per ipsum. Est ergo *Deus saluos faciendi*, s. qui potestatem habet, & voluntatem saluandi suos electos, vnde ab ipso est salus nostra, sed perditio à nobis, Vnde Oseæ 13. Perditio tua ex te, Israel, tantum modo in me auxilium tuum. Et quia saluat nos in ipsum sperātes, aduersa timere non debemus, exemplo eius fortificati, propter quod subdit, *Et domini domini exitus mortis*. Qđ duobus modis de Christo exponitur. Primò quod Christus, qui erat omnium dominus, & sine peccato etiā passus fuit mortem. Cum ergo miles delicatior rege non debeat esse, sequitur quòd tu Christi exemplo mortem timere non debes. Et quantum ad istum sensum dicit. *Et domini domini exitus mortis*, quasi dicat secundum glos. Ipse est Dominus saluos faciendi. Sed ne dicas. Cur morimur? potius patienter fer mortem Non indigneris si morieris, quia & dominus Deus noster Iesus Christus etiam habuit exitum, scilicet, de vita præsenti, qui exitus vtiq; fuit exitus mortis, qui scilicet exitus mortis nos à timore liberat mortis.

Mortuus fuit Christus.

Mori timere non debemus.

1.Petr.4.

Gregor.14. mor.c.29.

Volun-

Volūtatē enim Christus habuit exitum mortis, ne homo mortem timeret. Sic ergo Christus per exitum mortis, quem habuit, nos fortificat in aduersis. Christo ergo in carne passo, & vos eadem cogitatione armamini. Et ad istum intellectum loquitur Gregor. dicens. Redemptor noster suscepit mortem, ne mortē timeremus. Ostendit resurrectionem, vt nos resurgere posse confidamus, &c. Secundo modo hoc de Christo exponitur, vt per exitum mortis nō intelligas Christum de mundo exijsse per mortem, sed Christum exijsse à morte per resurrectionem. Est ergo sensus, *Deus noster Deus saluos faciendi*, &c. i. Deus saluat nos. Et ne turberis de morte, sed spera resurrectionem, quia Christus à morte per resurrectionem exiuit, & nobis similiter exitum parauit. Et hoc est, quod dicit. *Et domini domini exitus mortis*, idest, resurrectio, qua à morte exiuit. Sed forte dices. Quare hic duplicat hoc nomen *domini domini*? Videtur enim quædam nugatio. Sciendū ergo, quod in Hebræo hic loco *dominus domini*, habentur duo nomina scilicet, tetragrammaton, Adonai, Tetragrammaton autem idem significat simpliciter quod Deus. Adonai autem idem quod dominus. Et pro istis duobus nominibus, hic dicitur, *Domini domini*, idest, domini Dei, domini scilicet, qui est Deus, scilicet Christus.

Tetragrammaton.

Adonai.

1070 *Veruntamen Deus confringet capita inimicorum suorū, & verticē capilli perambulantium in delictis suis.*

HIc ex Christi ascensione ponitur inimicorum Christi depressio. Et primò quātum ad Iudæos reprobos. Secundò quantum ad gentiles obstinatos, ibi. *Increpa feras*. Prima in duas. Quia primò ponitur Iudæorum depressio. Secundò fidelium exaltatio, ibi. *Præuenerunt principes*. Circa autem depressionē Iudæorum Psal. duo facit. Quia primo ponit ipsam. Secundò ipsius depressionis assignat causam, ibi. *Viderunt ingressus*. Quantum ad primam partem Psal. ostēdit destructionem Iudæorū, quoad tria. Primò quoad principes sacerdotum. Secundo respectu ciuitatis Hierusalem, & ædificiorum, ibi. *Dixit dominus*. Tertiò

A respectu cæterorum popularium, ibi. *Vt intingatur*. Quantum ad primum sciendum, q hic inimici Dei dicuntur ipsi Iudæi Christi persecutores, ex quibus secundum carnem erat natus. Math. 10. Inimici hominis domestici eius. Quorū capita erant principes sacerdotum, Pharisæi, & Scribæ, quia illi regebant populum, & ipsorum suasionibus induxerunt populares ad Christum persequendum. Et isti, qui erant aliorum capita, quando per Titum, & Vespasianum fuit capta ciuitas Hierusalem in vindictam mortis Christi, fuerunt primò ante alios trucidati, vt Iosephus dicit.

Capita Iudæorū sunt sacerdotes.

B Et hoc est, quod præuidens Psalm. de illis dicit. *Veruntamen Deus confringet capita inimicorum suorum*, scilicet, ipsos principes Pharisæos, & scribas quasi dicat, Psal. Et quāuis Deus noster sit Deus saluos faciēdi, non tamen credas, quòd mala pertinacium sint impunita. Vnde ait. *Veruntamen Deus confringet capita inimicorum suorum, verticem capilli perambulantium in delictis suis*. Vbi notandum, q per verticem capilli intelligit ciuitatem Hierusalem, quæ dicebatur vertex, & caput totius regni Iudæorum, quia erat metropolis.

Iosephus.

Vertex capilli fuit Hierusalē.

C Dicebatur etiam vertex capilli, idest, capillorum, quia ibi capillus ponitur pro capillis, quia sicut caput benè capillatum capillis ornatur, ita ipsa ciuitas quæ caput regni erat, videbatur capillis ornata. s. propter altos muros, & turres, & templum, quod erat in mōte. Quibus ædificijs ciuitas ornabatur, & fortificabatur, sicut vertex capilli. Ista autē capita inimicorum Christi istam ciuitatem possidebant & in ipsa dominabantur, & non ad Dei cultum ampliandum, sed magis ad suas voluptates exequendas. Vnde ipsi dominando perambulabant *verticem*

D *capilli*, i. ciuitatem Hierusalem in delictis suis. Vel moraliter potest intelligi, quòd Deus *confringet capita inimicorum suorum*, scilicet, principes gentilium, ipsos ad pœnitentiam reducendo, & sibi subiugando per fidem.

Dixit dominus ex Basan conuertam, conuertam in profundum maris. 1071

OStendit hic destructionem ciuitatis, & ædificiorum. Ad cuius intellectum sciendum, quòd terra Iudæorum

Destructio Hierusalē.

(in qua metropolis erat Hierusalem) ex vna parte habet flumen Iordanis iuxta quod est terra Basan, vt habetur Deuter.3.& ex lib.Numerorum in multis locis. Ex alio verò latere habet mare mediterraneum. Vespasianus missus à Nerone contra Iudæam, congregauit sibi exercitum ex vtroq; latere, scilicet, per terram Basan, & per mare, vt expugnaret Hierusalem. Et hoc est, quod dicitur. *Dixit dominus*, idest, disposuit destruere ciuitatem Hierusalem, in vltione Christi mortis sicut Christus prædixerat Lucæ 19.& per quem modum subditur. *Ex Basan conuertam*. scilicet, exercitum contra Hierusalem etiam *conuertam in profundum maris*. idest, etiam adducam exercitum, à parte maris profundi, quia ex vtraque parte congregauit Vespasianus exercitum. Vel aliter *conuertam in profundum maris*, quia plures Iudæorum tunc fugientes, fugiebant per viam, quę ducit ad mare. Quos hostes persequentes, proiecerunt in maris profundum. Vel aliter, sed magis moraliter, Basan enim interpretatur confusio, & significat gentiles qui confusè viuebant adorando idola. Per mare autem, quod est amarum, accipe amaritudinem pœnitentiæ. Multos autem conuertit Deus de gentibus ad fidem per pœnitentiam. Et sic est sensus. *Dixit dominus*. Dicere Dei est facere, quia ipse dixit, & facta sunt. *Ex Basan conuertam*, idest, ex gentilitate, conuertam *in profundum maris*, s. in amaritudinem pœnitentiæ.

Conuersio.

1072 *Vt intingatur pes tuus in sanguine, lingua canum tuorum ex inimicis ab ipso.*

HIc ostendit destructionem popularium Iudæorum. Vbi notandum, quòd in destructione Hierusalem, tantorum fuit occisio Iudæorum, & tanta sanguinis effusio, quòd pedes ambulantium sanguine occisorum tingebantur. Similiter & canes sanguinem occisorũ lingua bibere poterant. Nam sicut dicit Iosephus in lib.de Iudaico bello. A principio belli vsque ad finem fuerunt occisa decies centena millia Iudæorũ. Quod præuidens Psal. ait, quod tanta erit strages Iudæorum, *vt intingatur pes tuus in*

Iosephus.

E *sanguine, & lingua canum tuorum ab ipso*, scilicet, sanguine possit satiari. Vel aliter, & magis moraliter. Vbi notandum, quòd per canes, qui suis latratibus custodiunt domũ, intelliguntur sancti doctores, qui suis prædicationibus, & latratibus contra infideles custodiunt domum ecclesiæ, qui pro fide vsque ad sanguinẽ sunt parati certare. Hi autem canes sunt ex inimicis scilicet, conuersi. Sicut egregius prædicator Paulus de persecutore factus defensor, ex impugnatore fidei, factus est prædicator. Qui non à seipsis conuersi sunt ad fidem prædicãdam, sed F *ab ipso*, scilicet, Christo, vt de Paulo patet. Item notandum, quòd dicti canes, idest, sancti prædicatores dicuntur pedes Christi, quia ipsum Christum, per mundum prædicando portauerunt, vt ostendit Grego. est ergo sensus. *Lingua canum tuorum*, idest, prædicatorum tuorum, *ex inimicis ab ipso*, scilicet, Christo cõuersis, talium inquam canum lingua est parata constanter, vsque ad sanguinem veritatẽ prædicare. Et hoc est quod dicit. *Vt intingatur pes tuus in sanguine*, idest, vt si necesse sit pes tuus ò Christe, idest, quilibet talis prædicator, *intingatur in sanguine*, G scilicet, proprio pro veritate martyrium nõ recusans, Et ad istum sensum exponit hunc versum Gregor. dicens. Quis est grex sanctæ ecclesiæ, nisi multitudo fidelium? Vel qui alij huius gregis canes vocantur, nisi doctores sancti, qui eorundem fidelium custodes extiterunt? Qui dum pro domino suo diurnis, nocturnisque vigilijs intenti clamauerunt, magnos latratus prædicationis dederunt. De quibus canibus eidem ecclesiæ per Psalm. dicitur. *Lingua canum tuorum ex inimicis ab ipso*, Nonnulli quippe ab idolorum cultura reuocati, facti H sunt prædicatores Dei. Lingua ergo canũm ecclesiæ ex inimicis prodijt, quia conuersos gentiles dominus prædicatores fecit, &c.

Canes sunt prædicatores.

Pedes Christi sunt prædicatores.

Greg. li.18. mor.c.19.

Gregor.20. mor.c.7.

Viderunt ingressus tuos, Deus, ingressus Dei mei, regis mei, qui est in sancto. 1073

De consec. d. 2. Christus. Viderũt Iudæi opera Christi, & intellexerunt.

HIc depressionis Iudæorum prædictæ assignat causam, quia scilicet ex malitia moti, veritati, quam viderunt

Christū de Messia venturo esse impletum.

de Christo, credere noluerunt, neque ipsum recipere. Et hanc causam assignat Psalm. Christo loquens dicens, *Viderunt ingressus tuos, Deus.* Viderunt enim aperte Iudæi ingressum Christi per mūdum, vt puta quod in Christi natiuitate adimpleta erant omnia per prophetas de venturo messia prædicta. Viderunt in eius ingressu Angelos cantantes Gloria in altissimis Deo. Angelum clara voce dicentem. Annuncio vobis gaudium, &c. Magos ab oriente Christum adorare, stella duce venientes. Viderunt gressus Christi per terram ipsorum discurrendo, prædicando, miracula faciendo. Et tamen obstinati, in omnibus istis credere noluerunt. Et ideo ex his ipsorum peccatum aggrauabatur, & ipsi magis erāt puniendi. Hanc ergo causam notans Psal. punitionis ipsorum dicit. *Viderunt ingressus tuos, Deus, ingressus Dei mei,* scilicet, Christi. Et ideo quia ista viderunt, de peccato suo excusationem non habent, Et hoc est, quod de ipsis, ait Christus.

Matth. 2.

Ioan. 15.

Si opera non fecissem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent. Nūc autem viderunt, & oderunt me, &c. Si nō venissem & locutus eis non fuissem, peccatum non haberent. Nunc autem excusationem non habent de peccato suo. Et nota, quod Psalmista dicit. *Regis mei qui est in sancto.* Loquitur enim de Christo, *qui est in sancto,* scilicet assumptus in cælo supremo. Quod quidem sanctum vocatur propter diuinitatis inhabitationē. Vel per hoc mysticè Psalmista vult ostēdere vnde prædicatores habent tantam constantiam, quia vsque ad mortē sunt parati prædicare veritatem, vt in versiculo præcedenti est dictum. Certè ex hoc, quia *viderunt ingressus tuos, Deus.* scilicet, quia viderunt te, Christe præcessisse, & pro veritate saluanda te mortem non recusasse, & te modo cognoscunt in cœlis triumphare, quia es in sancto, scilicet, cœlo. Hoc enim exēplo moti, & ipsi pro fide certant.

1074 *Præuenerunt principes coniuncti psallentibus, in medio iuuencularum tympanistriarum.*

HIc ex Christi ascensione ponitur fidelium exaltatio. Exaltantur au-

A tem fideles in multis secūdum literam, Primò, quia à malo fuerunt præseruati. Secundò, quia ad Dei laudes fuerunt eleuati, ibi. *In ecclesiis.* Tertio, eorum inimici fuerunt pacificati. ibi, *Ibi Beniamin.* Quartò, quia fideles in bono fuerunt cōfirmati, ibi. *Manda, Deus.* Quantum ad primum sciendum, quod dum instaret excidium ciuitatis Hierusalem, multa signa ante apparuerunt, vt illis moniti fideles de Hierusalem recederent, ne in captione ciuitatis interirent. Vnde angelicæ voces auditæ fuerunt per ciuitatē multis dicentes. Transeamus ab his sedibus,

B antequam Romani venirent ad obsidendam ciuitatem Hierusalem. Quibus vocibus, & signis spiritusancto edocti principes fidelium, qui alios fideles dirigebant, cū omnibus alijs fidelibus vtriusq; sexus, de Hierusalem recesserunt, & se transtulerunt ad regnum Agrippæ, qui cum Romanis erat confœderatus, vt ibi securi existerent, vt plenius in historijs scholasticis habetur. Et hæc præuidens Psalmista, ait, *Præuenerunt principes,* idest Apostoli, & alij principales inter fideles, præuenerunt obsidionem ciuitatis inde recedentes, & ad regnum Agrippæ

C confugientes, ubi cum alijs fidelibus diuinis laudibus insistebāt, rogantes Deū, vt in tanto excidio futuro ecclesiā suam conseruaret. Et hoc est, quod dicit, *Coniuncti psallentibus.* Et quia in tali fuga erant multæ mulieres, matronæ, virgines, & adolescentulæ cum eis. Ideo dicit, quod isti sic fugientes erant in medio iuuencularum. Inter omnes enim devotas mulieres, nominat iuuenculas, quia ratione ipsarum puritatis, earum laudes Deo sunt gratiores. Et hæ vocantur tympanistriæ, quia cum alijs fidelibus diuinis insistebant laudibus. Ista

D enim causa beatus August. in ser. de natiuitate Beatæ Mariæ, uocat beatam Mariam tympanistriam, idest, Dei laudatricem, dicens. Audite quemadmodum tympanistria nostra Maria cantauerit. Ait enim, magnificat anima mea dominum, &c. Cuius ratio est, quia cum instrumentis musicis laudes cantabantur domino. Inter quæ organum maximè viris congruebat, sed mulieres magis tympano, & cymbalo utebantur. Est ergo sensus uersiculi, quòd principes, idest,

August.

principales fidelium edocti à spiritusancto, præuenerunt, scilicet, captionem ciuitatis Hierusalem fugiẽdo ad regnum Agrippæ. Et non ipsi solum, sed etiam cum alijs fidelibus, & virginibus Deum laudantibus. Ideo erant in medio iuuenculárum tympanistriarum. Magis moraliter per iuuenculas tympanistrias intellige fideles animas, quæ carne domita, corio siccato per pœnitentiam, & extenso, exclusa enim duplicitate peccati, in Dei laudes consurgunt. Fit enim tympanum de corio extenso, & siccato. Sic igitur præueniunt principes, idest, prælati ecclesiarum, præueniunt diem mortis, benè operando. Ideo *coniuncti psallentibus*, idest, bonis operibus manu psalterium decem præceptorum adimplentibus. *In medio iuuencularum*. &c. idest, omnium animarum, *tympanistriarum*, i. per tympanum pœnitentiæ ad iuuentutem gratiæ deductæ, iuxta illud Psalm. 102. Renouabitur vt aquilæ iuuentus tua.

1075 *In ecclesiis benedicite domino, de fontibus Israel.*

24 q. 1. alie nus.

HIc ponitur ex prædictis fidelium ad laudem Dei eleuatio. Ex eo enim quod principes ecclesiæ sic præuenerunt excidium ciuitatis Hierusalem fugiendo, ipsorum exemplo alij omnes ad Dei laudem sunt excitati, qui suos fideles sic liberauit. Ex hoc ergo Psalmista alios ad laudem Dei prouocat dicẽs, *In ecclesiis benedicite domino*. Vbi notandum, quòd fontes Israel literaliter dicuntur ipsi Apostoli, & alij primitiuę ecclesiæ principes, quia ex eis tanquam à fontibus processit principium fidei, & laudis diuinæ, qui etiam ex Israel duxerunt originem. Dicat ergo (omnes ad laudes Dei excitando) Psal. *In ecclesiis benedicite domino*, idest, in congregatione fidelium, *Benedicite domino*, idest, laudando Deum, ei agendo gratias. Et hoc erudiri ab Apostolis, & alijs principalibus in fide, qui erant fontes diuinæ laudis. Ideo dicitur *de fontibus Israel*, idest, accipientes exemplũ diuinæ laudis ab ipsis Apostolis, qui erant ex Israel secundum carnem geniti. Vel per fontes Israel accipe doctrinam Apostolorum, quos Christus prius ex Israel elegit, vt eos faceret fon-

Fõtes Israel sunt Apostoli.

E tes aquæ viuæ salientis in vitam æternam. Et tunc est sensus. *Benedicite Deo de fontibus Israel*, idest, ad imitationem doctrinæ Apostolorum laudes Dei prędicate, & ei de omnibus bonis vobis collatis gratias agite.

Ibi Beniamin adolescentulus in mentis excessu. 1076

OStendit hic materiam laudis diuinæ, quia tantæ est potentiæ, quòd ex inimicis ad libitum facit amicos, laudatores ex detractoribus. Quis enim inter Iudæos fuit apertior Christi inimicus quàm Paulus? quis apertior detractor nominis Christi? Vnde dixit Ananias, quãdo dominus ipsum ad Paulum mittebat. Actuum nono. Domine, à multis audiui de viro hoc, quanta mala fecerit sanctis tuis in Hierusalem, & hic habet potestatem alligandi omnes, qui inuocant nomen tuum. Et tamen Deus quando voluit subitò ipsum fecit amicum, & prædicatorem fidei, quem prius impugnabat, & ipsum Apostolis sociauit. Et hoc prævidens Psalmista dicit. *Ibi*, scilicet inter Apostolos Deum laudantes, *Beniamin in mentis excessu*. Per Beniamin enim intelligitur ipse Paulus. Ad literam enim ipse fuit de tribu Beniamin, sicut ipse dicit ad Romanos vndecimo: Nã & ego Israelita sum ex semine Abrahæ, de tribu Beniamin. Vnde de ipso Paulo de tribu Beniamin nato prædixerat Iacob Beniamin lupus rapax, mane comedet prædam, & vespere diuidet spolia, quia à principio fuit rapax, & Christi persecutor, sed postmodum dona spiritus sancti gentibus, prædicando diuisit. Hic etiam dicitur adolescentulus, quia in adolescentia conuersus fuit ad Christum. Vt enim dicitur Actuum septimo, quando Stephanus fuit lapidatus testes deposuerunt vestimenta sua secus pedes adolescentuli, qui vocabatur Saulus. Et eodem anno fuit ad fidem conuersus. De Paulo ergo, qui tantus ecclesiæ persecutor fuit, volens ostendere Christi virtutem, qui ad libitum inimicos facis amicos, & laudatores, dicit. *Ibi*, scilicet, inter Apostolos, & principes Deum laudantes, ibi inquam est,

Act. 9.

Pauli conuersio.

Roma. 11.

Paulus fuit Beniamin.

Gen. 49.

Raptus Pauli fuit mentis excessus. est, *Beniamim*, Et quòd maius est, non solum Paulus cum alijs fuit Deum laudans, sed præ alijs fuit in mentis excessu, quia præ omnibus alijs Apostolis hic fuit raptus vsque ad tertium cœlum, & audiuit arcana verba &c. Qui raptus vocatur mentis excessus, quia visio ei ostensa, excedebat vires suæ mentis. Vnde dicebat. 2. Cor. 12. se raptum vsque ad tertium cœlum, siue in corpore, siue extra corpus, nescio, Deus scit. Fuit ergo in mentis excessu, vsque ad tertium cœlum raptus. Sed qualiter vsque ad tertium cœlum raptus fuerit in mentis excessu, ibi notat magister in glo. dicens. Tres cœli intelliguntur tria genera visionum. *Cœlum triplex dicitur triplex visio.* Nam primum cœlum est corporalis visio, cum quædam corporaliter uidentur Dei munere, quæ alij videre nõ possunt, sic Hælisæus vidit igneos currus quando raptus fuit Helias in cœlum, & Balthasar vidit manum scribentis in pariete. Secundum cœlum est visio imaginaria, vel spiritualis, scilicet qoando aliquis in extasi vel in somno videt, non corpora, sed rerum imagines Dei reuelatione. Vt Petrus Actuum 10. vidit linteum emissum de cœlo, in quo erant omnia quadrupedia, & serpentia terræ. Tertium cœlum est visio intellectualis, quando nec corpora, nec imagines eorum videntur, sed in substantijs incorporeis intuitus mentis, mira Dei põtẽtia figitur. Ad hoc cœlum raptus est Paulus, ut ipsum Deum in se, non in aliqua figura videret, &c. Et sic Beniamin fuit in mentis excessu. Sed ne tu ex hoc credas Paulum solum fuisse ducem fidelium in primitiua ecclesia. Ideo Psalm. consequenter ostendit alios etiam Apostolos Christi fuisse duces ecclesiæ. De quibus subdit.

1077 *Principes Iuda duces eorum, principes Zabulon, principes Nephtalim.*

Hic enim ostendit, quòd apostoli, & non solum Paulus fuerunt duces ecclesiæ fidelium. Vnde nominat tres tribus, ex quibus fuerunt, scilicet, Iuda, Zabulon, & Nephtalim. *Apostolici duces ecclesiæ.* De tribu Iuda fuit Christus, qui ex Iuda secundũ carnem descendit, vt habetur Matth. primo. Et per consequens consobrini

A eius, scilicet Iacobus, & Ioannẽs filij Zebedæi, Iacobus minor, Simon, & Iudas, qui omnes erant de tribu Christi, quia consanguinei Christi. Istos ergo nominans dicit. *Principes Iuda duces eorum*, idest, prædicti Apostoli de tribu Iuda, qui principes dicebantur. Psalm. quadragesimoquarto. Constitues eos principes super omnem terram. *Erant Duces eorum*, scilicet fidelium, quia prælati eorum, & doctores. De alijs autem Apostolis subdit. *Principes Zabulon, principes Nephtalim.* Istæ enim duæ tribus acceperunt sortem suam in Galilæa, vt haberi B potest Iosue decimonono. Multi autem Apostolorum Christi fuerunt de Galilæa, vt Andreas, Petrus. Vnde & Apostoli Galilæi dicebantur. Actuum primo & secundo. Quia Apostoli principes ecclesiæ, & duces fidelium, maximè, fuerunt ex istis tribubus, scilicet de tribu Iuda. Zabulon, & Nephtalim. Ideo hos notãs Psalm. dicit *principes Iuda duces eorum*, scilicet fidelium, *principes Zabulon, principes Nephtalim.* Istum autem textum aliter exponit, Hieronym. in traslatione iuxta Hebraicam veritatem, dicens. *Princeps Iuda in purpura sua*, vt ly *purpura*, *Hieron.* C referatur etiam ad principes Zabulon, & Nephtalim. Vbi notandum quòd purpura, quæ tingitur ex sanguine vermiculi, martyrium significat, quo martyres *Apostolorũ martyrium.* proprio sanguine rubricantur. Dicit ergo istos principes, idest Apostolos in purpura sua: quia omnes martyrio pro Christo rubricati fuerunt, ad dandum alijs in fide exemplum fortitudinis. Et si obijcias de Ioanne euangelista, qui sine gladio vitam finiuit. Tamen certum est, quòd paratus fuit pro Christo sustinere martyrium, quando in feruentis olei dolium fuit missus, martyrium autem plus D stat in mente quàm in carne. Et vide secundum gloss. ordinem martyrij in istis tribus nominibus, Iuda, Zabulon, Nephtalim. Nam Iudas confessio interpretatur, Zabulon fortitudo, & Nephtalim dilatatio. Quia in martyribus primò præcedit Iudas, idest confessio fidei. Sequitur fortitudo patienter tormenta tolerando, ad quæ sequitur Nephtalim, scilicet cordis per charitatem dilatatio.

Manda

1078 14.q.3. loquitur. *Manda, Deus, virtuti tuę, confirma hoc, Deus, quod operatus es in nobis.*

HIc ostenditur fidelium in bono cōfirmatio. Hic enim Psalmista orat, vt uirtutes, quas Deus principibus ecclesiæ contulit, scilicet Apostolis, illas confirmet per finalem in bono perseuerantiam. Vbi notandum, quod Christus prædicando promisit Apostolis se illis missurum spiritum sanctum, quo scilicet fortificarentur, & de omnibus prædicandis plenè informarentur. Vnde dicit. Si
Ioan.16. enim non abiero, paracletus non veniet ad uos, si autem abiero, mittam eum ad vos &c. Vnde vt hoc impleatur orat psalmista, dicens. *Manda Deus, virtuti tua*, Per virtutem Dei accipe ipsum verbum incarnatum. Vnde ad Hebr. primo. Portans omnia verbo virtutis suæ, &c. Dicit ergo patri. *Manda virtuti tua*, idest per effectum fac cum uerbo tuo, quod disposuisti, scilicet spiritum sanctum mittere; Et per illum spiritum sanctum, *confirma hoc, quod operatus es in nobis*. Loquitur. n. in persona Apostolorum, & primitiuorum fidelium, qui virtutem fidei, spei, & charitatis iam per Christi gratiam acceperant, sed in illis nondum confirmati erant. In cuius signum ab illis omnes ceciderunt tempore Christi passionis, sed post missionem spiritussancti sic illi fuerunt confirmati, ut nec verba, aut verbera, sed nec mortem timerent, quia
Confirmat nos Deus multipliciter. vt habetur Actuum quinto. Ibant Apostoli gaudentes à cōspectu concilij, &c. Et hic nota, quòd Deus suos electos confirmat multipliciter, scilicet confirmat per aduersitatis tolerantiam. Confirmat per prædicationem Apostolicam. Confirmat per fidem catholicam. Confirmat per eucharistiæ efficaciam. Confirmat per spiritussancti gratiam. Confirmat per salutarem pœnitentiam. Primò patet. Quoniam sicut prosperitas etiam iustos mollificat, & remittit, sic econtrario aduersitas ipsos in bonum roborat, & confirmat, propter quod dicit Apostolus. Cum infirmor, tunc potens sum. Ideo de patientibus aduersa dici-
2.Cor.12. tur. In Christo modicum passos, ipse
1.Petr.5. perficiet, confirmabit, solidabitque. Vnde glos. super illud psalmo trigesimosex

E to. Quoniam brachia peccatorum conterentur, confirmat autem iustos dominus in aduersis per spem, per exempla, & maximè exemplo suæ crucis. Crux. n. finita est, & pœna, & gloria manet. Vnde crux à locis suppliciorum transit ad frōtes imperatorum. Qui tātum honorem dedit pœnis suis, quid faciet fidelibus suis? Et ideo quia Christus præ omnibus alijs acriora fuit passus, ipse singularius à Deo dicitur confirmatus Psal. 79. Fiat manus tua super uirū dexteræ tuæ, & super filium hominis, quem confirmasti tibi. Secundum patet. Quoniam
F confirmatis columnis, restat vt ædificiū superexistens confirmatum credatur. Apostoli autem in suis prædicationibus fuerunt columnæ uirtutum, qui à Deo confirmati dicuntur. psalm. septuagesimoquarto. Liquefacta est terra, & omnes, qui habitant in ea, ego confirmaui columnas eius. Vbi gl. Terra, idest, eius habitatores, prius vitijs erat constricta, sed modo flante spiritusancto, liquefacta est, vt germina virtutum emittat, & rationem subdit. Quia ego confirmaui columnas eius, idest Apostolos, qui in passione nutauerunt, qui confirmati sūt
G in resurrectione. Vnde de confirmatione per prædicationem apostolicam dicitur Actuum decimoquinto. Verbo plurimo consolati sunt fratres, & confirmauerunt. Tertium patet. Sic enim per fidem confirmare Romanos optabat Paulus Romanor. primo dicens. Desidero videre uos &cet. Ad confirmandum uos per eam, quæ inuicem est fidem vestram, atque meam. Sic per fidem se confirmatū asserit psalm. dicens, psalm. septuagesimo. In te confirmatus sum ex vtero. Vbi glos. In vtero ecclesiæ concipimur, sed per fidem confirmamur. Quartum pa-
H tet. psalm. centesimotertio. Panis cōr hominis confirmet. Vbi glo. Temporalis panis stomachum confirmat hominis, & ventrem replet, sed hic est spiritualis panis, qui confirmat cor, hic est panis, qui de cœlo descendit, & idem est panis, & uinum, qui ut uinum lætificat cor, ut panis confirmat. Ideo psalm. 104. Quærite Deum, & confirmamini. Quinto confirmamur per spiritussancti gratiam, quia sicut illa nos mundat à peccatis, sic nos confirmat in bonis psalm. 50. Cor mundum

mundum crea in me, Deus, sequitur, & A spiritu principali confirma me, vide ibi. Vnde de ista confirmatione gratiæ dicitur primo Thessal. 3. Abundare faciat charitatem vestram ad confirmanda corda vestra. Sextò confirmamur per pœnitentiam. Quoniam exempla aliorum pœnitentium, & veniam consequentium multos ad pœnitentiam prouocant, ipsosque in bonis confirmant. Considerà quod ad pœnitentiam prouocauit, & confirmauit pœnitentia Dauid, Petri, Pauli, & Magdalenæ, ac cæterorum, qui post peccata enormia pœnitēdo veniam sunt consecuti. Et ad istum B

Luca 22.

sensum dixit Dominus Petro. Tu aliquando conuersus cōfirma fratres tuos, quod non solum de eius fratribus, scilicet, Apostolis intelligitur, sed etiam de cæteris fidelibus, qui eius exemplo

Theophil.

ad pœnitentiam erant prouocandi. Vnde prædicta verba exponens Theophilus, ait. Confirma fratres tuos, quasi dicat. Postquam me negato ploraueris, ac pœnitueris, corrobora cæteros, cum te principem Apostolorum deputauerim. Hoc enim decet te, qui meum robur es, & petra ecclesiæ. Hoc autem intelligendum est non solum de Apostolis, vt confirmarentur à Petro, sed de C omnibus, qui usque ad finem mundi futuri sunt fidelibus, ne scilicet aliquis fidelium diffidat de venia, videns eum, qui, cum esset Apostolus, Christum negauit, & iterum per pœnitentiam obtinuit prærogatiuam, ut esset antistes mundi. Vnde in figuram huius de mari pœnitē-

Psal. 73.

tiæ dicitur. Tu confirmasti in virtute tua mare. Et omnibus istis modis confirmata est ecclesia, quod postulabat Psalm. hic dicens. *Confirma hoc, quod operatus es in nobis*. Per istas enim confirmationes deducitur finaliter ad confir- D mationem gloriæ facialis Dei visionis. Psal. 40. Me autem propter innocētiam suscepisti, & confirmasti me, in cōspectu tuo in æternum.

1079 *A templo tuo, quod est in Hierusalem tibi offerent reges munera.*

Hic enim declarat prædictum versiculum quo ad duo. Primo ad hoc quod dicit, quod operatus es in nobis. Secundò quoad effectum dictæ confirmationis. Quantum ad primum Psalmista in ecclesia Christi postulauit confirmationem virtutum, scilicet fidei, spei, & charitatis, quas Christus prædicando in suis fidelibus fuerat operatus. Si autē quæras de loco, in quo illas virtutes in suis fidelibus fuerat operatus. Respondet, quòd in *templo sancto tuo, quod est in Hierusalem*, quia in templo illo Christus frequenter docuit, & prædicauit. Vnde ipse ait. Quotidie eram in templo docens.

Luca 7.

Et dicit *à templo*, vt ly à accipiatur pro in, vel *à templo*, scilicet inchoando. Vel aliter magis mysticè, per ly templum, accipe Christum incarnatum, ipso dicente. Ioan. secūdo. Soluite templum

Ioan. 2.

hoc &cęt. confirma ergo dicit Deo, hoc quod operatus es in nobis. *A templo*, idest ab ipso verbo incarnato. Consequenter declarat huius confirmationis effectum, dicens. *Tibi offerent reges munera*. Quod aliqui exponere volunt de regibus tribus, qui venerunt adorare Christum statim natum. Sed hoc stare non potest: quia Christus nondum vocauerat Apostolos patres ecclesiæ, nec in illis dictas virtutes fuerat operatus. Intelligitur ergo de alijs regibus, post ascensionem Christi conuersis. Certum est enim, quod per hoc, quod Christus apostolos, cæterosque fideles sic per spiritum sanctum confirmauit, quòd ipsi constanter fidem per totum orbem prædicauerunt, quòd multi reges, & principes conuersi ad fidem, obtulerunt multa, & magna munera, tam ad ædificationem ecclesiarum, quam ad sustentationem pauperum, sicut patet de Constantino imperatore, de Carolo magno, & multis alijs.

Increpa feras arundinis, congregatio 1080
taurorum in vaccis populorum,
vt excludant eos, qui probati sunt
argento.

Feræ. Arundo. Romani.

Consequenter hic ponitur infidelium depressio, quantum ad gentiles obstinatos. Vbi aduerte, quòd iste versus maximè de tyrannis superbis Romanorum intelligitur. Et primo ponitur ipsorum increpatio. Secundò diuersarum nationum ad fidem Christi conuersio, ibi. *Venient legati*. Notandum, quòd principes Romanos, & imperatores hic vocat

uocat feras arundinis. Feras enim ipsos dicit propter crudelitatem quam exercuerunt in sanctos martyres. Sicut Nero in Petrum, & Paulum: Decius in Laurentium, & huiusmodi. Vt enim notant grammatici, à feto fers, dicitur hæc fera feræ, vel ferus feri, quia toto impetu feratur. Et est idem quod crudelis, inhumanus. Vnde psalm. septuagesimonono. Singularis ferus depastus est eam. Sic ergo Romani principes propter crudelitatem, quam exercebant in Christianos, feri siue feræ dicebantur. Vel quia multoties sanctos martyres feris tradebant deuorandos, ut patet in multis sanctorum historijs. Vocabantur etiam feræ arundinis. Nam arundo faciliter vento mouetur, & agitatur, vt dicit Christus
Matth. 11. Matthæ. vndecimo. Quid existis in deserto videre, arundinem vento agitatā? Romani autem principes quicquid agebant, totum faciebant agitati vento vanæ gloriæ, vt deducit Augustin. in principio de ciuitate Dei per plures libros. Vocat ergo ipsos feras arundinis, idest, crudeles vento vanæ gloriæ agitatos. Et bene feras arundinis, quia quamuis quælibet gentium haberet Deum suum, ipsi tamen Romani ad cultum cuiuslibet idoli faciliter conuertebantur. Vnde de ipsis dicit Leo Papa in sermone Apostolorum Petri, & Pauli: quòd Romani magnam se credebant fecisse religionem, cum nullius gentis Deos respuissent. De istis ergo dixit. *Increpa feras arundinis*, idest, argue, & castiga, vel corrige. Vnde hic dicit Nicolaus de Lyra quòd in hoc psalm. spiritu prophetico eleuatus præuidit Constantinum imperatorem post multā stragem Christianorum à Deo lepra percutiendum, & à Petro, & Paulo percutiendum, & sic corrigendum, & ad fidem conuertendū, vt patet in historia sancti Siluestri. De eisdem etiam Romanis principibus sub dit. *Congregatio taurorum in vaccis populorum*. Vbi nota, quòd tauri siluestres, cum vaccis familiariter conuersari non possunt, sed bene tauri domiti. Dicebantur Romani feræ arundinis, & congregatio taurorum in vaccis populorum. Primum quia non solum conabantur crudeliter dissipare Christianos per tormenta tanquam feræ, sed etiam multotiens tanquam tauri domestici, per blandimenta conabantur Christianos à fide Christi seducere eis promittendo diuitias, honores & similia. Et sic dicebantur, *Congregatio taurorum in vaccis populorum*, idest, tauri domestici cum vaccis, quia sic crudelitatem sanctis, quos peruertere volebant, non ostendebant, sed sub quadam pietatis apparentia, illos alliciebant. Et totum ad istum finem, vt eos à Christi fide seducerēt. Et hoc est, quod subditur. *Vt excludant*, scilicet à fide, *eos*, scilicet sanctos, *qui probati sunt argento*, idest, qui sunt à Deo magis in fide probati, quàm argentum in fornace. Sic enim loquitur scriptura. Tanquā aurum in fornace probauit electos dominus. Sap. 3.

Dissipa gentes, quæ bella uolunt, uenient legati ex Aegypto, Aethiopia præueniet manus eius Deo. 1081 6. q. 1. si omnia.

Pars ista spectat ad præcedentem versum, quæ similiter de Romanis intelligitur, qui bellis totum orbem sibi subiecerunt. Et notandum, quòd dissipatur quis dupliciter, scilicet quo ad substantiam scilicet quando destruitur vel occiditur. Psalm. quinquagesimosecundo. Deus dissipat ossa eorum, qui hominibus placent. Et quo ad qualitatem, vt quando mali hominis malitia tollitur, & ipse bonus efficitur. Sic dicitur Prouerb. 20 Rex qui sedet in solio suo dissipat omne malum, scilicet quia dissipat hominum malitias: & sic accipitur hic. *Dissipa gentes, quæ bella uolunt*, idest, Romanos belligerosos conuerte ad fidē, in eis dissipādo infidelitatem. Sequitur. *Venient legati ex Aegypto*. Hic ponitur diuersarum nationum ad fidem conuersio. Istum textum exponunt aliqui de Philone. Vbi sciendum, quòd sicut dicitur in libro virorum illustrium, Philo fuit quidā genere Hebræus, patria Alexandrinus, de genere sacerdotum scriptorum insignissimus, magnæ scientiæ, qui multos libros composuit. Hic post Christi ascensionem, de Alexandria, quę est in Aegypto, fuit cum certis socijs Romam missus legatus ad Caium, vel ad Claudium. Et tunc dum esset Romæ, cōtraxit familiaritatem cum beato Petro Apostolo

Dissipare.
Constantinus conuertitur.

Apostolo Romæ existenti. Qui legatione completa, rediit Alexandriã, & Christi fide à beato Petro suscepta, construi fecit ecclesiam sancti Marci in Alexandria, quã multis donis ditauit, & in suis scriptis fidem catholicam multum commendauit. Istius ergo legationem cum suis contribulibus, & conuersionem ad fidem præuidens Psalm. dicit. *Venient legati ex Aegypto*, idest ex Alexandria, quę est in Aegypto. Et tamẽ quia ante istius conuersionem iam beatus Matthæus cõuerterat Aethiopiam, quæ est prope Alexandriam. Qui veniens ad Aethiopiam baptizauit regem, & eius filium, quem mortuum suscitauerat, & regis filiam virginem Christo dedicauit, & eam ducentis virginibus præfecit, & magnam partẽ populi illius regni ad fidem conuertit, & baptizauit, vt in historia beati Matthæi habetur, ideo narrata conuersione Agypti, conuersionem Aethiopiæ ipsi præponit, dicẽs. *Aethiopia praueniet*, scilicet in conuersione præueniet Aegyptũ. *Manus eius Deo*, idest, confœderabitur cum Deo per fidem. Vbi notandum, quòd dare manus alteri, est signum confœderationis, vt patet supra versiculo 713.

1082 *Regna terræ, cantate domino, psallite domino.*

HIc ex omnibus præmissis inuitantur homines ad gratiarum actiones Deo referendas, dicens. *Regna terræ cantate domino*, idest, homines qui habitatis in vniuersis regnis terræ, *cantate*, idest, laudibus extollite. *Psallite domino*, idest, operibus bonis ipsi obedite. Quid enim sit cantare domino, & quid psallere. Vide supra versic. 399.

1083 *Psallite Deo, qui ascendit super cęlum cęli ad orientem.*

VBi notandum, quòd *cælum cæli* dicitur summum cœlorum, ad quod Christus secũdum quod homo ascendit, vt dictum fuit versiculo 1066. Et sic in isto versiculo notat Psalm. duos terminos ascensionis Christi, scilicet terminum ad quem ascendit, quia *super cælum cęli*. Secundò terminum à quo ascendit: *Ascensio Christi.*

A scilicet *ad orientem*. Vbi nota, quòd, vt habetur Actuum primo Christus ascendit in cœlum de monte Oliueti, qui est in parte orientali ciuitatis Hierusalem. Et sic dicitur ascendisse ad orientem de parte illa, quæ respicit ad orientem. Vnde & alia litera habet, *ab oriente*. Vel magis moraliter, ascendit *ad orientem*, scilicet nostrę illuminationis. Et est *ascendit ad orientem*, idest, ascendit vt lumen gratiæ nobis oriri faceret.

Ecce dabit voci suæ vocem virtutis, date gloriam Deo super Israel, 1084
B *magnificentia eius, et virtus eius in nubibus.*

QVia de loco, ad quẽ ascendit Christus, ad iudicandum mundum est venturus, ideo descripto loco ascensionis, describitur aduentus ad iudicium. Vbi notandum, quòd iste textus per Magistrum in gl. exponitur de uoce, qua suscitabuntur mortui. De qua ait Apostolus, quòd ipse dominus in voce Archangeli descendet de cęlo: cui dabit tantam virtutem, vt ad ipsius vocis sonitum omnes mortui resurgant. De qua dictũ est
C ps. 28. Vox domini in uirtute, vox domini in magnificentia. In illo autem aduentu non veniet humilis, vt in primo, sed magnificus, & gloriosus. Vnde ab omnibus in forma serui glorificata videbitur. Et sic à malis plus timebitur quam in primo aduentu, & à bonis plus glorificabitur. Ideo hoc præuidens dicit. *Date gloriam Deo super Israel*, idest, tunc boni magis Christum glorificabunt, quam fecerit populus Israel in primo aduentu. Sed cum quibus veniet, subdit, quod *magnificentia eius, & virtus eius in nubibus*, vbi per nubes intellige sanctos, cũ *Nubes sunt sancti.*
D quibus descendet ad iudicium, vnde Matthęo vigesimosexto dixit. Videbitis filium hominis venientem in nubibus cœli. Vbi ait Orig. Hæ nubes sunt prophetæ, & Apostoli sanctiq; viri: quibus mandauit pluere, cum oportet. Et sunt nubes cœli non transeuntes, quasi portantes imaginem cęlestis, & dignæ sunt vt sint sedes Dei, quia hæredes Dei, cohęredes autem Christi. Vel aliter, & fortè magis literaliter, totus iste versus intelligitur de prædicatione Apostolorum, quibus

lorum, quibus ascendens Christus præcepit. Ite prædicate Euangelium omni creaturæ. Et hæc dicitur vox Christi, eo quòd eius mandato ipsi prædicauerint.
Mar. vlt. Cui voci dedit vocem virtutis, quia ipsorum prædicationi dedit virtutem miraculorum, & penetrandi gentilium corda, ut ad fidem conuerterentur: quia voci ipsorum Christus cooperabatur, pro-
Mar. vlt. pter quod dicitur. Illi autem profecti prædicauerunt vbique domino cooperante, & sermonem confirmante, sequêtibus signis. Sequitur. *Date gloriam Deo super Israel*. Vbi nota, quòd per Israel, quod interpretatur videns Deum, intelliguntur omnes fideles, qui Deum per fidem speculantur, qui etiam circunciduntur, non quidem carne, sed spiritu, iuxta modum loquendi Apostoli ad Roman. 2. volentis, quòd Iudæus dicitur, non qui carne circunciditur, sed spiritu. dicens. Non enim qui in manifesto circunciduntur in carne, sed qui in abscondito Iudæus est, & circuncisio in spiritu, non litera. De fidelibus ergo dicit. *Date gloriam Deo super Israel*, idest, propter bona, quæ fecit super fideles, quia ipsorum voce Apostolorum vocauit ad fidem. Vnde de ipsis Apostolis subditur. *Magnificentia eius, & virtus eius in nubibus*, idest in Apostolis, qui nubes dicuntur. Esaia sexagesimo. Qui sunt isti, qui ut nubes volant, &cæt. Vide versiculo 556. In Apostolis enim fuit magnificentia Christi: quia ipsum magnificum per totum orbem prædicauerunt.

1085 *Mirabilis Deus in sanctis suis, Deus Israel ipse dabit virtutem, & fortitudinem plebi suæ: benedictus Deus.*

De cons. d. 5. de spiritusancto.

SI versus iste continuetur ad præcedentem, secundum primam expositionem, tunc iste versus exponit quod dictum est superius, & uirtus eius in nubibus, quia descendet ad iudicium cum sanctis suis qui nubes dicuntur. Vnde ne nubes aliter intelligeres, nisi sanctos, cum quibus ueniet, statim de ipsis subdit. *Mirabilis Deus in sanctis suis*. Quia in ipsis apparebit mirabilis, eo quòd tunc omnibus sanctis erit Israel,

E quia Israel interpretatur videns Deum. Et tunc omnes sancti uidebunt eum, sicut est. Et tunc in iudicio ipse Deus dabit virtutem, & fortitudinem plebi suæ. Virtutem quoad animam quam supra virtutem naturalem eleuabit per lumen gloriæ ad claram diuinitatis uisionem. fortitudinem, quo ad corpus, quia tantam fortitudinem corporis dabit, vt amplius nec mori possint nec pati: etiam dabit fortitudinem agilitatis, ut nullo pondere grauentur. Esaia quadragesimo. Assumet fortitudinem, current, & non laborabunt, &cætera. Pro qui-
F bus omnibus gratias agens, dicit, *Benedictus Deus*. Si autem continuetur ad præcedentem iuxta secundam expositionem, tunc per sanctos hic intellige ipsos Apostolos, in quibus Deus mundo apparuit mirabilis, quia per ipsos faciebat mirabilia, sanando infirmos, mortuos suscitando. Et quod amplius est, mentes infidelium ad fidem conuertendo, & conuersis tantam donando constantiam, ut pro ipsius fide seruanda omnia aduersa patienter tolerarent, etiam, & ipsam mortem, quod est supra naturalem virtutem. Vnde talis con-
G stantia à Deo datur. Et hoc est, quod dicit. *Deus Israel*, idest, fidelium, *ipse dabit virtutem, & fortitudinem plebi suæ*, idest, fidelibus suis, pro quibus omnibus magnificandus est Deus. Ideo concludit. *Benedictus Deus*. Et nota, quòd Psalmista Christi fideles vocat nomine plebis, Cuius ratio est, quoniam à polys, qđ est pluralitas, dicitur hæc plebs: quia in populo plures sunt plebeij quā nobiles. Est enim plebs collectio tantum ignobilium. Cum ergo primi fideles fuerint, quo ad modum ignobiles. Vnde primæ Corint. primo Videte vo-
H cationem vestram, fratres, quia non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles, sed quę sunt mundi ignobilia elegit Deus, &c. Ideo ratione primorum fidelium omnes fideles plebeij vocantur, quamuis etiam inter fideles sint multi, etiam secundū mundum nobiles. Vnde de Ioanne Baptista dicitur Lucæ primo. Ipse præibit ante illum parare domino plebem perfectam.

PSAL.

PSAL. LXVIII.

1086 *Saluum me fac, Deus, quoniam intrauerunt aquæ vsque ad animam meam.*



Itvlvs huius psal. est *In finem pro ijs, qui commutabuntur ipsi Dauid*. Ad cuius intellectum considerandum, quòd in sacra scriptura cõmutatio multiplex reperitur, scilicet commutatio valoris, & iustitiæ, quam facit æqualitas, commutatio doloris, & miseriæ, quã facit pęnalitas, commutatio falsitatis, & malitiæ, quam facit iniquitas, commutatio salutaris pœnitentiæ, quam facit synceritas. Primò est commutatio valoris, & iustitiæ, quando, scilicet secundum iustitiam commutatiuam vna res pro alia commutatur, vt puta panis vnus commutatur pro uno denario. Quæ commutatio dicitur æqualitatis, non quidem quòd in se tantum valeat vnus denarius, sicut unus panis, imò nec etiam mille, sed quia ad conuiuendum simul, iustitia commutatiua sic disponit, quòd tales res pro talibus commutãtur. Ideo dicitur commutatio. quando res datur pro tali, vel tanto pretio. Et de ista commutatione loquitur Saluator Matth. 16. Quid prodest homini, si vniuersum mũdum lucretur, animæ verò suæ detrimentum patiatur? aut quã dabit homo commutationem pro anima sua? Ex hoc innuens, quòd in mundo non est aliquid tanti valoris, pro quo iustè commutari possit anima. Vnde Chrysostomus super Matth. prædicta verba exponens, ait. Sed pone etiam cum anima, idest, cum vita corporali totum orbem terrarum, quid ex omnibus his erit amplius homini, anima in perpetuum pereunte? Si enim famulos tuos videris in lætitia, te autem in malis vltimis constitutum, quid hic lucraberis ex eorum dominio. Hoc enim in anima tua reputa, cum carne lasciuiẽte ipsa futuram perditionem expectat. Sed etsi regnaueris supra vniuersum orbem terrarum, non poteris animam tuam emere. Propter quod dicit Christus. Aut quã dabit homo commutationem pro anima sua? quasi dicat

Anima.

A diuitias si perdideris, poteris alias dare, ad ipsas rediměndas: animam autem tuã si perdideris, non poteris aliam animam dare pro ipsa redimẽda, sed nec aliquid aliud. Quid autẽ mirabile si hęc omnia contingant in corpore nostro, vt nulla pro ipso possit fieri cõmutatio? Etenim si decem milia diademata corpori insanabiliter ægroto imposueris, non curatur. Et ideo quòd anima nullo pretio commutari possit, dicitur Iob vigesimo-octauo. Nec appendet argentum in commutatione eius. Secundò est commutatio doloris, & miserię. Mirabilis est enim
B commutatio, cum quis de gloria ad pœnas, de honore ad opprobria commutatur. Istam commutationem in Christo factam nobis improperant infideles dicentes ipsum commutatum fuisse ad pęnas, crucem, & mortem, ignorantes quòd ista commutatione nos commutamur de morte ad vitam, de terris ad cœlum. Et hoc est quod dicitur Psalm. 88. Memor esto, domine opprobrij seruorum tuorum. Sequitur. Quod exprobrauerũt inimici tui, domine, quod exprobrauerunt commutationem Christi tui, quasi dicat, secundum glo. Memor esto opprobrij illati seruis tuis à multis gentibus.
C Iam enim Christus sedet in cœlo, & crimen Christianis objicitur de Christo. Vnde sequitur. Quod exprobrauerunt inimici tui, domine, idest. Iudæi, & pagani nobis improperant dicentes perijsse Christum morte crucis. Et repetit. quod exprobrauerunt commutationẽ Christi tui. Hanc enim commutationẽ Christi nobis objiciunt dicentes, quòd Christus mortuus est, & crucifixus. Sed hæc commutatio à temporali uita ad æternam, à terra ad cœlum, à Iudæis ad gentes cedit in gloriam nostram. Quid
D ergo insani hanc commutationem nobis objiciunt? Nunquid opprobrium est, *Psal. 54.*
quod objiciunt? Num opprobrium est, quod objicitur? Vtinam & ipsi sic commutarentur, sed de ipsis dicitur, Non est illis commutatio, scilicet talis, & non timuerunt Deum, &c. Tertiò est commutatio falsitatis, & malitiæ, qua scilicet homines uirtutes commutant ad vitia, & ueritatem in fallaciam, de qua Roman. primo. Qui commutauerunt ueritatem Dei in mendacium. Quartò est commu-

commutatio salutaris pœnitentiæ prædictæ opposita qua de falsitate aliquis ad veritatem commutatur, & de vitijs ad virtutes. Et hæc est summa commutatio, si consideres, quòd Deus super bonos manum dexteram tenet, super malos verò sinistram, sed dum boni commutantur ad vitia, mali uero per pœnitentiam ad virtutes, ipse Deus, similiter manus suas super illos commutat. Quod plenè fuit figuratum in commutatione manuum Iacob super Ephraim, & Manassen, de qua Genes. quadragesimooctauo. Vbi dicitur, quòd Ioseph
F posuit duos filios suos, scilicet Ephraim, & Manassen ante Iacob patrem suum, vt eis benediceret, & posuit Ephraim ad sinistram patris, Manassen vero ad dexteram. Qui Iacob manus extendens, dexteram manum posuit super caput Ephraim iunioris, sinistram verò super caput Manasse commutans manus. Ephraim enim, qui crescens interpretatur, significat illos, qui commutãtur per pœnitentiam de vitijs ad virtutes, qui cum essent in culpa, erant ad sinistram Dei collocati, sed per pœnitentiam commutatis, dextera manus Dei super illos
G extenditur, qui in virtutibus crescunt. Manasses verò, qui obliuiosus interpretatur, significat illos, qui de statu gratiæ ad culpam commutantur, & Deum, quem prius nouerunt obliuiscuntur, & isti de dextera Dei commutantur ad sinistram. Et ideo, quia carent commutatione pœnitentiæ, carent etiam benedictione diuinæ dexteræ. Et hæc commutatio est à Deo. Eccl. 8. Potentissimus faciem eius commutat. Ad propositum ergo de ista cõmutatione pœnitentiæ, qua quis commutatur de malo ad bonum, & de bono ad melius, loquitur titulus psal. dicens. *In finem pro ijs qui commutabun-*
H *tur*, &c. Et quia talis commutationis causa est Christi passio, à qua & per quã pœnitentia nostra efficaciam habet. libro secundo distinct. 18. libro 4. distinct. secunda. Per hãc enim ipse Christus trãsiuit de mundo ad patrem, in qua & nos transire facit de morte ad uitam æternam, de terra ad cœlum. Inde ipse descẽdit ad eos, qui ceciderant, vt eos subleuaret. Est ergo sensus tituli talis. Psalm. iste dirigens nos in finem, idest, in Chri-

E stum, attribuitur ipsi Dauid, idest, Christo, qui hic loquitur secundum caput & secundum corpus, agens pro ijs, idest de causa mutationis eorum, idest, de passione Christi, qui commutabuntur de malo ad bonum, de timore ad securitatem, de mundo ad cęlũm, quia, scilicet psal. hic agit de Christi passione, quæ est causa talis commutationis. Sciendum etiam quod iste psal. non habet historiam antiquæ legis pro fundamento, sed ad literã loquitur de Christi passione, & suorum, quia psal. præuidens Christi passionem in Christo & in suis membris futuram, fecit hunc psalm. quod ex multis locis noui testamenti potest declarari. Primo quia Christus adducit scripturam istius testamenti de se dictam, dicẽs. Sed, vt impleatur sermo, qui in lege eorum scriptus est. Quia odio habuerunt me gratis, quod de isto ps. sumitur, vbi dicitur. *Multiplicati sunt super capillos capitis mei, qui oderunt me gratis.* Ecce hoc Christus dicit de se adimpletum, ostendens quod hoc de ipso fuit prædictum. Item Apostolus de Iudæis, qui Christum per sequentes fuerunt excæcati, adducit literam istius psalm. dicens. Fiat mensa eorum coram illis in retributionem & in scandalum, obscurentur oculi, eorum, ne videant. Item ad Roman. 15. adducit quod habetur in hoc psalm. de Christo. *Et opprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me.* Quod ad literam in personam Christi ostendit dictum fuisse. Item Ioã. 2. dicitur quod cum Christus facto flagello de funiculis eiecisset vendentes & ementes de templo, recordati sunt discipuli eius, quia scriptum est. *Zelus domus tuæ comedit me*, per hoc ostendens Euangelista, quòd hæc scripta erant de Christo. Ex quibus omnib. clarè patet, quòd totus iste psal. ad literam de Christo dictus est, & de membris eius. Sic ergo intelligendo psal. istum accedo ad eius diuisionem. Dauid ergo loquens in persona Christi, & membrorum eius tria facit. Primò petit à pœnis absolutionẽ. Secundò prædicit Iudæorum punitionem, ibi. *Fiat mensa eorum.* Tertiò consurgit ad Dei laudationẽ, ibi. *Ego sum pauper.* Prima in duas, quia primò ponitur pęnarũ explicatio. Secundò à pęnis postulatur liberatio, ibi. *Ego uero orationẽ meã.*

Ioan. 15.

Rom. 15.

Prima pars diuiditur in duas, quia primo explicantur pœnæ illatæ factis. Secundo pœnæ illatæ verbis, ibi. *Quoniam propter te.* Prima in duas, quia primo plā gitur pœnarum illatio. Secundò inferentium multiplicatio, ibi. *Multiplicati sunt.* Prima pars diuiditur in partes quatuor: quia Christus primo à Iudæis reus mortis iudicatur. Secundò à gentibus vestibus suis denudatur, ibi. *Infixus sum.* Tertiò Christus sepultus custoditur, ibi. *Veni in altitudinem.* Quartò Christus clamans à suis non auditur, ibi. *Laboraui.* Quantum ergo ad primum ostendit Ps. q Christus à Iudæis morti fuit adiudicatus, dicens patri. *Saluum me fac, Deus,* &c. Vbi notādum, q ista litera dupliciter exponitur, s. de capite Christi, & de membris eius. Si de Christo sciendū, q in scriptura per aquas intelligitur populus, quia sicut omnes partes aquæ, sic coniunguntur adinuicem, quòd faciunt vnū corpus aquæ, sic & omnes, qui sunt de vno populo vniti, vnum corpus debent facere. Propter quod dicitur Apocal. 17. Aquæ populi sunt. Inter omnes autem gentes mundi, aute solum Iudæi faciebant populum: cęteri autem gentes vocabantur. Propter quod gentilibus conuersis dicebat Petrus 1. Pet. 2. Qui aliquando non populus, nunc autem populus Dei. Cuius ratio assignatur superius. versi. 816. quia nulla multitudo facit populum, nisi regatur iustitia, iustitia regi non potest, qui non subditur Deo. Quia igitur soli Iudæi subdebātur Deo per verum cultum, ideo soli Iudæi faciebant populum. Sic ergo aqua significat populum, & populus Iudæos: ergo ex cōsequenti aqua significat Iudæos, de quibus hic ad patrem orans Christus d. *Saluum me fac, Deus, quoniam intrauerunt aquæ,* i. Iudæi, *vsque ad animam meam.* vnde glo. *Saluum, &c. quoniam intrauerunt vsque ad animam meam aquæ,* i. turbæ Iudæorum: *intrauerunt vsque ad animam meam* tollendam: quia, s. deliberauerunt nō solum me tenere, me ligare, flagellare: sed etiam me occidere, & auferre animam meam. Sic enim de istis aquis Iudæorum dicitur. Inundauerunt aquæ super caput meum, dixi perij. Et Dan. 12. Si autem ista verba sint corporis, s. Christi membrorum suorum fide-

Aqua significat populum & Iudæos.

Thren. 5.

A lium, tunc per aquas intellige aduersitates, pœnas, & miserias vitæ præsentis. Rectè. n. per aquas aduersitas vitæ præsentis figuratur: quoniam sicut in aqua res leues supernatant, & eminent, vt lignum: res autem graues submerguntur, vt plumbū, & ferrum: sic leues, & bonos homines peccati pondere non grauatos aduersa sursum eleuant per gratiam, & ad Deum ipsorum mentes dirigunt, sed malos, & graues, s. peccatis implicatos per impatientiam submergunt. Et hoc, quod dicitur Sap. 10. Transuexit illos, s. bonos per aquam nimiam: inimicos autem eorum, scilicet, malos demersit in

B mare. Iusti ergo aduersitatibus afflicti, ne desperent clament ad Deum, dicentes. *Saluum me fac, domine: quoniam intrauerunt,* &c. ne cedant iniquitati timore mortis, vltra nō habent mali aliquid quòd eis facere possint. Clama ergo, Christi membrum, ad dominum, & saluabit te, de quo dicitur Psal. 33. Iste pauper clamauit, & dominus exaudiuit eum & ex omnibus tribulationibus eius saluauit eum.

Aqua significat aduersa.

Infixus sum in limo profundi, & non est substantia. 1090

C Hic Christus vestibus suis denudatur. Vbi notandum, quòd nomine substantiæ bona temporalia intelliguntur, quæ per contemptum nobis subijcere debemus, & non mente subijci illis. Sic enim substantiam pro diuitijs & temporalibus reb. accipit scriptura de Abraham & Loth, vbi dicitur. Erat enim eorum substantia multa, & nequibant habitare simul. Et Tob. 4. De substantia tua fac eleemosynam. Secundò notandum quòd per limum intelligitur huma-

D num genus, quod fuit de limo terræ formatum quo ad corpus. Gen. 2. Formauit dominus Deus hominē de limo terræ, &c. non tamen de profundo limo, sed de limo, qui erat in superficie terræ, sed homo per peccata cadendo factus est limus profundi, idest, iniquitatis. Et sic per limū profundi intelliguntur mali, qui limus dicuntur ratione corporis, sed limus profundi ratione iniquitatis. Dicit ergo Christus. *Infixus sum in limo profundi:* i. traditus sum in manibus malo-

Substantia significat diuitias.

Limus dicitur peccator.

malorum, qui ad profundum iniquitatis deuenerunt. Et isti maximè fuerunt milites Pilati, qui Iudæis cupientes complacere omnia Christi bona temporalia abstulerunt. Christus enim præter vestes alia temporalia bona non habebat: quibus tamen à militibus fuit expoliatus, & nudus crucifixus, & in maiorem
Psal. 21. Christi derisionem diuiserunt sibi vestimenta eius, & super illa miserunt sortē. Et hoc est, quod dicit Christus. *Infixus sum, &c. Et non est substantia*, quia ad tātam paupertatem temporalium me deduxerunt, quòd nulla substantia mihi remansit, quia etiam vestes, quib. tegebar, abstulerunt, vt sic expoliatus omnibus temporalibus Christus illud ps. 38. diceret. Substantia mea tanquam nihilū ante, idest, ad nihilum pro te est deducta.

1091 *Veni in altitudinem maris, & tempestas demersit me.*

HIc consequēter Christus mortuus sepelitur. Vbi notandum, quòd Christo statim in cruce mortuo, anima descendit ad infernum, corpus verò sepulturæ traditum fuit. Quæ duo hic de se Christus ostendit, quo ad primum dicit. *Veni in altitudinem maris*, quo verò
Mare dicitur infernus. ad secundum dicit. *Et tempestas demersit me*. Quid est enim maris profundum, nisi infernus ad quem anima Christi de
Greg. 29. mor. c. 7. scendit? Vnde Gregor. tractans illud Iob 38. Nunquid ingressus est profundum maris, &c. dicit. Ac si apertè dicat Christus. Ego non solum mare, idest, sæculū per assumptam carnem, atque animam petij, sed etiam per animam sponte in morte positam, vsque ad vltima inferni quasi ad maris profunda descendi. Si enim mare diuini eloquij sæculum debet intelligi, nihil prohibet profundum maris inferni claustra sentire. Profundum ergo maris dominus petijt, cum inferni nouissima electorum suorum animas ereptus intrauit. Vnde per prophetam dicitur. Posuisti profundum ma
Esa. 51. ris viam, vt transirent liberati. Hoc nam que profundum maris ante redemptoris aduentum, non uia sed carcer fuit: quia etiam electorum animas quamuis non in locis pœnalibus clausas tenebat, quod tamen in profundum Dominus vitam posuit, quia illuc veniens electos suos à claustris inferni ad cœlestia transire concessit, &c. Hoc ergo Christus notans dicit. *Veni in altitudinem maris*, idest ad profundum inferni descendi. Quid enim hic est altitudo, nisi profunditas, sicut dicitur Ioan. 4. Puteus altus est, idest, profundus. Quo verò ad sepulturam corporis dicit. *Et tempestas demersit me*. Vbi notandum, quòd mors est causa sepulturæ, quia mortuo homine, statim de sepultura corporis agitur. Tempestas Tempestas demersio.
autem significat mortem. Nam tempestas secundum Grammaticos componitur ex peste, & tempore, & sic significat mortem temporalem. Notans ergo Christus sepulturam sui corporis ait. *Et tempestas*, idest, mors temporalis *demersit me*. Demergere enim est deorsum mergere vel includere, & sic significat Christi sepulturam, in qua corpus Christi defunctum fuit demersum, & inclusum. Quam demersionem, & sepulturam fecerunt duo amici & pacifici Christi, scilicet Ioseph ab Arimathia, & Nicodemus. De qua sepultura dicitur. Viri Hiere. 38.
pacifici tui demerserunt te. Huius demersionis, & sepulturæ figuram prætulit Ionas, qui à Ceto absorptus, demersus est, sed tertia die vomitus, vt habetur Ionæ 2. & Matth. 12.

Laboraui clamans, raucæ factæ sunt fauces meæ, defecerunt oculi mei, dum spero in Deum meum. 1092

HIc Christus clamans non auditur. Christus enim multotiens clamauit, Iudæos increpādo, vt eos ad gratiam reduceret, vt puta quando clamabat. In die magno festiuitatis stabat Iesus, & cla Ioan. 7.
mabat dicens. Si quis sitit, veniat ad me, Matth. 23.
& bibat. Et quando clamabat. Væ vobis, Scribæ, & Pharisæi, &c. similia. Et in isto clamore laborabat, quia fructum sui clamoris non percipiebat. Clamans enim tunc laborat, cùm non auditur, non autem laborat, cum votum eius impletur, vnde subditur. *Rauca facta sunt fauces meæ*. Et ideo dicit, quia raucus effectus quanto magis clamat, minus intelligitur. Sic & Christus quanto magis Iudæos clamando reprehendebat, tanto amplius ipsi contra ipsum indignaban-

gnabantur, & minus ipsum curabant intelligere. Et quod grauius est, non solum Iudæi non intellexerunt eum clamantem, sed etiam nec discipuli sui. Nonne in nocte passionis omnes suos discipulos de scandalis ipsis futuris docuit, dicens, Omnes vos scandalum patiemini in me in nocte ista? Ipsi autem de seipsis confidentes ipsum intelligere noluerunt. Vnde & Petrus dicit. Ego nunquam scandalizabor. Similiter & omnes discipuli dixerunt. Et tamen omnes in eadem nocte scandalizati defecerunt. Et hoc est, quod subdit. *Defecerunt oculi mei, dum spero* &c. Per oculos Christi intellige eius discipulos. Vnde alia littera habet. *Discipuli mei dispaxerunt*, quod fuit, quando, Christo capto, discipuli vidẽtes quòd Christus nolebat vti sua potestate, omnes relicto eo, fugerunt. Et hoc est, quod subdit. *Dum spero in Deum meum*. Qui enim in aliquem sperat nõ vtitur potestate sua, sed totaliter illi, in quem sperat, se committit. Sic & Christus se totaliter patri committendo, in quem sperabat, potestate sua non fuit vsus, quando se capi, & ligari permisit. Quod oculi sui, idest, discipuli videntes, defecerunt, scilicet ab eius sequela, & ipso relicto, fugerunt. Et de isto clamore Christi qui raucus est effectus, dicitur Apocal. 10. quòd clamauit voce magna, quemadmodũ leo, cum rugit. Vbi notandũ quòd clamor Christi clamori leonis comparatur. Nam vt ait Magister de proprietatibus lib. 12. Leo clamãdo terribiliter bestias in terra concludit, liberaliter gratiam humilibus facit: efficaciter vitã filijs tribuit, stabiliter aduersa multa recipit, laudabiliter benefactori se subijcit: mirabiliter captiuis libertatem concedit. Primò ergo leo clamãdo terribiliter bestias in terra concludit. Dicit enim Magister vbi supra, Esurit, clamat, & bestiæ adueniunt: & tunc ipse cum cauda circulum facit, vt nullum animal audeat exire. Sic & Christus prædicando circulum fecit in terra, verbum Dei vbique spargẽdo: quoniam vt habetur Matthæ. 9. Circuibat Iesus per ciuitates, & castella docens in synagogis eorum. Et in isto circulo concludebat bestias, idest, bestiales homines, quia ipsos intra metam rationis, & fidei astringebat. Isto enim modo Paulum prius bestialem, & infidum suo circulo conclusit, quando circumfulsit eum lux de cœlo, &c. ita vt circulum fidei exire non auderet. Roman. 8. Quis nos separabit à charitate Christi, &c. Sic enim sibi fuerat dictum à patre. Hierem. 22. Clama & in Basan da vocem tuam, clama ad transeuntes. Basan enim confusio interpretatur, & significat infideles, ad quos Christus clamando prædicabat. Secunda conditio leonis est, quòd clamando liberaliter humilibus gratiam facit. Dicit enim Magister vbi supra, quòd leo nisi læsus nescit irasci, & prostratis animalibus parcit. Sic verè Christus, nisi peccatis offensus, nescit irasci. Esa. 30. Populus pro uocans me ad iracundiam est, & humilibus, scilicet, contritis humiliter parcit liberaliter. dicit Psal. 114. Humiliatus sum, & liberauit me. Pater de Achab. 3. Reg. 21. Sicut enim vt parceret clamabat Iesus. Si quis sitit veniat ad me, &c. Tertio leo clamãdo filijs tribuit vitam. Nam vt dicit Magister vbi supra leonis talis est natura, quòd catulus suus genitus tribus diebus, & noctibus fertur dormire sed leo magno rugitu clamoris ipsum catulum excitat ad vitam. Sic verè filius Dei filios suos, quos in hoc mundo creauit, tribus diebus vt mortui iacent, scilicet, tribus principalibus peccatis, scilicet superbiæ, luxuriæ, & auaritiæ; quos tamen Christus suo clamore excitat ad vitam: dum eos de tumulis dictorum peccatorum ad gratiam vocat. Sic enim clamando Lazarũ resuscitauit de morte ad vitam. Sic enim sibi à patre dictum fuit. Clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam, & annuncia populo meo scelera eorum, & domui Iacob, &c. Quartò leo aduersa multa sustinet: quoniam vt ait Magister, leo quasi continuè febricitat: imò frequenter seipsum clamando cauda sua verberat, & isto modo se reddit audacem. Sic & Christus aduersa multa sustinuit vt animaret ad patienter tolerandum aduersa. 1. Petr. 2. Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, &c. Et ideo aduersa patiendo, clamauit in cruce, quando circa horam nonam clamauit Iesus voce magna, dicens: Heli heli, &c. quasi sic cla-

Matth. 26. *Oculi Christi discipuli.* *Mag. li. 12. de proprietatibus rerum.* *Act. 9.* *Ioan. 7.* *Figura.* *Ioan. 11.* *Esa. 58.* *Matth. 27.*

clamans diceret patri. Ad hoc me aduersitatibus exposuisti, vt meo exemplo ad patientiam vocarem fideles, vt sicut me in aduersis clamantem liberasti, sic & ipsi inter aduersa clamantes, à te liberari sperarent. Psal. 119. Ad dominum cum tribularer, clamaui, & exaudiuit me. Quintò leo se suo benefactori subijcit. Est enim animal mirabiliter suum recognoscens benefactorem. Nam vt refert Plinius de mirabilibus mundi, cum semel vltra mare esset exercitus Romanorum, quidam miles casu quendam leonem reperit, quem quidam serpens taliter ligauerat cauda, quòd se non poterat mouere, qui miles pietate motus, serpentem occidit, & liberauit leonem. Leo autem ille vt gratus, se seruituti militis subiecit, sic & quotidie ibat per nemora prædas capiendo, quas captas militi deferebat in tantum quòd nō solùm militi, sed etiam magnæ parti exercitus contulit plura commoda. Sic verè, & Christus in quantum homo fecit, quia Deo benefactori suo se subijciēs, & prędas scilicet animarum de manu diaboli capiens suo patri offerebat. Sic enim fecit, quando in cruce voce magna clamans, ait. Pater, in manus tuas commendo spiritum meum, idest, meorum. Sextò leo donat libertatem. Nam vt dicit Magister vbi supra, leo captiuos obuios liberè in patriam ire permittit. Sic & Christus clamās in cordibus nostris, nos peccato captiuos liberās ad patriam redire facit, dum clamore suo nos patri adoptat in filios: quia misit Deus spiritum filij sui in corda nostra clamātem, abba pater. Sed quia tempore eius passionis istos clamores discipuli intellige re noluerunt, ideo de ipsis nunc conqueritur Christus dicens. *Laboraui clamās*, vt expositum est.

Exemplum de leone. *Luc. 23.* *Galat. 4.*

1093 ***Multiplicati sunt super capillos capitis mei, qui oderunt me gratis.***

POstquam Christus expressit pœnarum illationem, hic plangit inferentium multiplicationem. Et circa istam partem Christus multa prædicit, scilicet, primò contra ipsum Iudæorum multiplicationem. Secundò gentilium malignationem, ibi. *Confortati sunt.*

E Tertiò suorum membrorum compassionem. ibi. *Deus tu scis.* Quartò patrum de limbo liberationem, ibi. *Non erubescant.* Quintò discipulorum confirmationem, ibi. *Non confundantur.* Quantum ad primum notandum, quòd inimici Christi, ipso prædicante, cōtinuè multiplicabantur, procurante inuidia malorum. Nam primò cum cœpit corrigere sacerdotum vitia, ipsi odium ceperunt contra Christum, deinde ipsorum procuratione, Pharisæi, deinde scribæ, & doctores, vltimò populus ab omnibus istis deceptus, Christum fuit persecutus. Pro

F pter quod dicitur. Principes autem sacerdotum concitauerunt turbam, vt magis peterent Barrabam, Iesum verò perderent. Hoc ergo notans Christus dixit de ipsis. *Multiplicati sunt super capillos capitis mei.* Modus est loquendi, ad ostendendum inimicorum multiplicationem. Sic enim similiter dicitur Genes. 26. Multiplicabo semen tuum sicut stellas cœli, &c. Sed quia Christus eis causam nō dederat talis inimicitiæ, ideo subdit de illis dicens. *Qui oderunt me gratis*, Ideo sine causa, cum econtrario meipsum deberent diligere propter do-

G ctrinam, & multa beneficia per me ipsis collata. Vnde istum textum de se literaliter dictum allegat Christus dicens. Nunc autem viderunt, & oderunt me, & patrem meum, sed vt impleatur sermo, qui in lege eorum scriptus est, quia odio habuerunt me gratis. Vbi August. Gratis odit, qui nullum ex odio commodum quęrit, vel incommodum fugit. Sic oderunt Iudæi Christum, sic diligūt iusti, vt alia præter illum non expectent, quoniam ipse erit omnia in omnibus. Cōsimiliter de Iudæis cōqueritur Christus. psalm. 119. dicens. Cum ijs, qui

H oderunt pacem, eram pacificus, cum loquebar illis, impugnabāt me gratis. Vel aliter, & pulchrius exponitur iste versus. Vbi notandum, quod caput ecclesiæ est ipse Christus, ad Ephes. 1. Capilli autem huius capitis sunt omnes Apostoli, & alij iusti Christo capiti per charitatem adhærentes, & munditiam. De quibus dicitur Apocal. 1. quòd caput eius & capilli erant candidi tanquam lana alba, & tanquam nix. Lana enim alba, & nix conueniunt in colore, sed discrepant in effectu,

Matth. 15. *Literaliter.* *Ioan. 15.* *Odire gratis.* *August.* *Capilli dicūtur iusti.*

effectu, quoniam lana alba calefacit, sed A nix alba frigefacit. Comparatur ergo primo caput nostrum Christus lanæ albæ, & niui, ad denotãdum quòd in Christo fuit ignis charitatis, & frigus humilitatis. Consimiliter capilli huius capitis, idest, homines sancti his duobus ratione suæ mundiciæ comparantur, quia ipsorum mens fuit feruida per charitatem contra frigus aduersitatis, & frigida per puritatem contra calorem luxuriæ & uoluptatis. Vnde & glos. super illo verbo psal. 39. *Multiplicati sunt super capillos capitis mei*. dicit. Capilli capitis Christi sunt fideles, qui in Christo capi B te sunt radicati, quod ornant bene uiuẽdo. Et de istis capillis vide supra vers. 666. Ad oppositum uolens ostendere Christus, quòd maior erat numerus inimicorum suorum quam iustorum, de inimicis dicit, quod *multiplicati sunt super* Matth. 20. *capillos capitis sui*, idest, plures facti sunt inimici, quàm sint amici, & plures reprobi, quàm prædestinati: quia plures sunt vocati, pauci verò electi.

1094 *Confortati sunt, qui persecuti sunt me inimici mei iniustè, quæ non rapui, tunc exoluebam.*

HIc consequenter ponit gentilium malignationem, & aggrauationẽ. Hic enim loquitur de principibus gentilibus, scilicet de Pilato, & Herode, qui Luc. 23. contra Christum fauorem Iudæis dederunt, vt puta Herodes spreuit illum cum exercitu suo, & illusum veste alba remisit ad Pilatum. Et sic fuit confortatus, id est, simul cum Iudæis ad malum contra Christum fortificatus. Similiter & Pilatus qui in fauorem Iudæorum scienter sententiam dedit contra Christum. Et sic Christo imposuerunt pœnas, quas D Rapere. non meruerat. Quod notans subdit. Soluere. *Quæ non rapui, tunc exoluebam*. Vbi nota, quòd omnis peccans, rapinam committit, quia honorem Deo debitum non exoluit. Et talem rapinam si quis voluntariè non soluit per pœnitentiam, Deus ab ipso inuito exigit per damnationem æternam. Raptores ergo fuerunt primi parentes, sed solutor pœnæ debitæ Christus, qui pœnam peccatorum Glossa. nostrorum portauit in corpore suo super lignum crucis. Vnde glossa. *Quæ non rapui, tunc exoluebam*, scilicet in passione, quasi dicat Christus. Non peccaui, & pro peccato pœnas exolui. Rapuerunt Adam & Eua, idest, præsumentes rapere voluerunt diuinitatem, & perdiderunt fœlicitatem. Christus autem huius debiti fuit solutor. Ista autem verba tractans Balduinus ad propositum dicit. *Quæ nõ rapui, tunc exoluebam*. Debitores sumus Christo, qui commune omnium negotium gerens, pœnam, quam non meruerat, pro nobis exoluit. Verum qualia soluit pro nobis, talia exigit à nobis. Et qui ei poterit exæquari? Quædam magna summa passionum Deo debebatur pro liberatione generis humani, & singuli conferre debemus ad hanc summam, donec facta collatione, tota compleatur, Deoque soluatur. Quid enim iustius, quàm quòd homo patiatur pro Christo, pro quo passus est Christus? Hinc Apostolus ait. Adimpleo, quæ desunt passionum Christi in carne mea. Ergo Christo pro nobis passo, non solum timoris, sed pudoris nobis esse debet, si delicatè viuamus, si curam carnis in desiderijs perficiamus, C Nam si dominus & talis dominus in cruce pendeat, & seruus malus plagisque dignus in delitijs agat, nonne confusione dignus est? nonne ridiculum est, si Christus in cruce pendens dixit, sitio, & corda nostra grauentur crapula, & ebrietate? Nonne probrosum est & (vt vulgo dici solet) non æquè partitus est ludus iste. Passio certè Christi nec ludus est, nec ludo similis. At nos uitam nostram ludo similem æstimamus, & quasi artem quandam ad ludendum compositam. Ad hoc in mundo versamur quasi in campo certaminis, in quo dominus noster pro nobis occisus est. Quod si quis de hoc campo exierit, non habens in se plagam, nec tumorem, nec liuorem, inglorius reputabitur. Et nos siquidem qui liuore ipsius sanati sumus, domino pro nobis in acie occiso, si illæsi euadamus, si sani, & corpore integri, nonne rei proditionis iudicamur, reique mortis Christi? Verè etenim mortis Christi, rei fuerunt, & auctores mortis Christi, & qui consenserunt, & ministri qui crucifixerunt. Reus si-

Christi pas-sio.

Balduin.

Nota totũ.

Coloss. 1.

Prouerb.

E quidem mortis Christi quodammodo
est, qui virtutem mortis Christi in se ma
le viuendo euacuat. Quamuis enim non
egerit vt Christus mortuus sit, id tamen
agit, vt quantum ad ipsum gratis mor-
tuus sit. Mors enim Christi illi ad salutẽ
nõ operatur, nec crux saluatoris illi pro-
ficit, qui crucem Christi non baiulat, ip-
se se perdit, hæc ille.

1095 *Deus tu scis insipiẽtiam meam, & deli-
cta mea à te non sunt abscondita.*

HIc Christus ostendit suorum mem
F brorum compassionem, quia defe
ctus nostros suos esse ex compassione
reputat. Vnde hic loquitur in persona
membrorum suorum. Ista enim verba
de persona Christi intelligi nõ possunt,
in qua nulla fuit insipientia, cum ab ini-
tio suæ cõceptionis omnia nouerit, quæ
Deus nouit, vt ait Magister sentẽtiarum
lib. 3. distinct. 13. Sed hoc dicit per mo-
dum compassionis ratione vnitatis mem
brorum cum capite. Vnde sicut sibi di-
cit factum, quod suis membris factum
fuerit, sic & insipientiam suorum dicit
suam, & delicta suorum dicit sua. Dicit
G etiam insipientiam suam, & delicta sua,
quia illa, idest, pœnam illorum pro no-
bis portauit. Satisfaciens enim pro debi
to alterius illud quodammodo facit esse
suum. Et aduerte, quòd non omnem
insipientiam dicit esse suam, neque om-
nia delicta, sed solum illam insipiẽtiam,
quam Deus nouit, & illa delicta, quæ à
Deo non sunt abscondita hic commen-
dans confessionis mysterium. Quamuis
enim sint nota, quantum tamen ad nos
illa dicuntur abscondita Deo, quæ nos
abscondere conamur, & illa Deo manife
sta, quæ nos per confessionem reuela-
H mus. Quamuis enim passio Christi suf-
ficiens fuerit pro omnibus peccatis quo-
runcunque, tamen pro illis solum satis-
fecit quo ad efficientiam, quæ Deo per
confessionem reuelantur. Et quia illa
dicit sua pro quibus efficaciter satisfe-
cit, ideo nunc ait Deo. *Delicta mea à te
non sunt abscondita*, quasi dicat, Illa deli-
cta dico mea, & ad meam passionẽm
pertinere, quæ à te non sunt abscondita,
sed per confessionem reuelata.

Non erubescant in me, qui expectant 1096
te, domine, domine uirtutum.

HIc prædixit Christus ex morte sua
liberationem patrum suorum de
limbo. Vbi sciendum, quòd sicut magna
erubescentia esset homini sapienti, &
astrologo, si prædiceret aliqua esse ven-
tura tali tempore, & ex tali causa, si illa
non euenirent, sic sanctis patribus, &
prophetis qui prædixerunt Christi pas-
sionem, mortem, & resurrectionem, &
ipsorum per Christum de limbo edu- *Erubescere*
ctionem, merito erubescere deberent, si
prædicta non euenirent. Prædixerunt
enim sancti patres Christi resurrectio-
nem, ut puta Dauid in multis psalm.
Christi animæ ad infernum descensionẽ
& per eum sanctorum patrum inde libe
rationem. Vt puta Zacha. 9. Tu autem
in sanguine Testamenti tui, &c. Ipsis er-
go in limbo existentibus qualis esset cõ-
fusio, si per eos prophetata non eueni-
rent? Ideo de ipsis patribus, & maximè
prophetis in limbo cum magno deside-
rio Christum expectantibus, qui talia
ventura prædixerunt, loquitur Chri-
stus orans, ut prædicta eueniant, di-
cens. *Non erubescant in me, qui expectant
te*, scilicet per me ipsos libera nunc *Do- Expectare.*
mine Deus uirtutum Vbi nota, quod erube-
scentia propriè loquendo, est quoddam
signum interioris verecũdiæ, vide supra.
344 In eo autẽ quod dicit. *Domine Deus
virtutum*, notandum, quod virtutes accipiũ-
tur pro Angelis, quia quidam Angelo-
rum ordo virtutes uocantur, & sic aper-
tè denominando totum per uirtutes in
telliguntur omnes Angeli. Item per vir-
tutes intelliguntur dona gratiarum ac
etiam potestates mundi, quorũ omnium
Deus dominatur, vide supra versic. 343.
Et nota, quòd sancti in limbo multiplici
ter Deum expectabant, vide vers. 601.

Non confundantur super me, qui quæ 1097
runt te, Deus Israel.

HIc quærit Christus ex morte, & re
surrectione sua discipulorum con
firmationem. Sciebat enim Christus
discipulorum animos in sua passione
perturbandos, sed in resurrectione ali-
qualiter erigendos, sed per spiritusan-
cti

& missionem ex toto confirmandos ad Christi confessionem, & omnium tormentorum tolerationem. Petit ergo hic à patre suam resurrectionem, per quam erigantur, petit etiã spiritussancti missionem, per quam plenè confirmentur, dicens. *Non confundantur super me*, &c.
Cõfundere. Vbi notandum, quòd confundo, dis, cõponitur ex con, & fundo, dis, & est confundere idem quòd totum simul fundere, siue spargere. Confunditur ergo ille, qui totaliter spargitur, & dissipatur. Et sic quanto quis est in maioribus bonis, & virtutibus, tunc confunditur, quando peccat, quia omnia ipsius bona
B spargantur, & dissipantur. Orat ergo Christus pro Apostolis, vt per spiritum sanctum sic confirmẽtur, ne amplius per mortale peccatum confundantur. Vnde notandum est, ꝙ circa peccatũ multipliciter est cõfusio, & bona & mala, vt ostẽdit Ber. super illo verbo Math. 11. Venite ad me oẽs, qui laboratis, &c. d. Est confusio in vitijs, & est confusio cõtra vitia. Confusio in vitijs est, qñ quis pessimis passionibus dissipatus, non ratione regitur, sed vitiorum tumultu pessimè agitatur. Confusio pro vitijs est, quando quis comprehensus, & conuictus criminis alicuius confunditur, vel pœnitens,
C & confitens quæ commisit salubri purgat confessione. Porrò confessio contra vitia est, quando homo conuersus ad Deum tentationi, quam patitur ex parte confusionis recordatione, resistit. Hic autẽ orat Christus ne Apostoli sui confundantur prima confusione, scilicet quæ est in vitijs, dicens. *Non confundantur*, &c. Et in hoc maximè orat, vt Apostoli à triplici præseruentur peccato, quod maximè omnia in homine bona confundit, scilicet superbia, auaritia, & luxuria, vide supra versi. 346. quia
D ista tria vitia maximè prædicatoribus, & Euangelicis viris contradicunt. Dicat ergo Christus orando patri. Apostoli mei, qui quærunt te Deus Israel, scilicet manifestare per orbem, cultum diuinum vbique prædicando, oro vt *non confundantur super me*, idest, vt non peccẽt super me, idest, non contradicant fundamento virtutum per me eis datum, s. humilitatis contra superbiam. Matthæ. 11. Discite à me, quia mitis sum, &c. paupertatis contra auaritiam. Matthæ. 10. Nolite possidere aurum, neque argentũ, &c. castitatis contra luxuriã. Luc. 12. Sint lumbi vestri præcincti, &c.

Qm̃ propter te sustinui opprobrium, operuit confusio faciem meam. 1098

Consequẽter hic Christus explicat pœnas sibi verbis illatas. Et diuiditur in partes duas, quia primò ostẽditur Iudæorum malitia. Secundò Christi iustitia, ibi. *Quoniam* zelus. Iudæorũ autẽ ostenditur in duobus. Primo quia Christum verbis blasphemauerunt. Secundò ipsum fide nõ receperũt, ibi. *Extraneus*. Primò ergo ponit iniuriam sibi verbis à Iudæis illatam, dicẽs patri. *Quoniam propter te sustinui opprobrium*, &c. Vbi notandum, ꝙ omnia Christi verba, & opera erant ad excitandum patris honorem in cordibus hominum. Propter hoc enim vitia Iudæorum corrigebat, virtutes prędicabat, & miranda faciebat opera, vt fidem verbis suis darent. Ipsi autẽ ex hoc magis cõtra ipsum insurgebãt, & ipsum lacerabant. Propter quod eis dicebat Christus. Ego honorifico patrẽ meum, *Ioan. 8.*
& vos inhonorastis me. Ex quibus patet, ꝙ omnia conuitia, quæ Christus à Iudæis sustinuit, fuerunt propter patris honorem, quem prædicabat. Vñ & nunc patri loquens d. *Quoniam propter te sustinui opprobrium*. Sed quale opprobrium? Nam vocauerunt eum magũ, d. In Belzebub principe dæmoniorum eijcit dæmonia. Vocauerũt dæmoniacũ, d. Nonne bene dicimus nos, quia Samaritanus es tu, & dęmonium habes? Gulosum dicentes. Hic homo est vorax, & potator vini. Et multa opprobria consimilia Christo propter patrem, quem honorabat, intulerunt. Ex quibus omnibus confusionem Christi quærebant. Et hoc est, quod subdit. *Operuit confusio faciẽ meã.* Vbi aduerte, ꝙ confusio accipitur hic, non pro erubescentia, qua quis ex peccato cõmisso verecundatur, sed pro iniuria etiam contra iustitiam alteri illata. Sic enim facies Christi à Iudæis fuit confusa, quando ante Annam pontificẽ alapa fuit percussus, quando velauerunt faciem eius, & qñ expuerunt in faciẽ eius. Quæ omnia ad Christi confusionem, &

Luc. 11. *Ioan. 8.* *Matth. 11.* *Ioan. 19.* *Matth. 26.*

verecundiam faciebant, quod Christus notans d. *Operuit confusio faciem meam*. Sed quia glo. hic notat, ꝙ talis confusio maximè euenire solet in bono laceratis, qui solent tanto amplius ad tempus effici tristes, quanto in se cognoscunt iniqua confingi. Ideo occurrit quærendũ, quæ est causa maioris tristitiæ, & confusionis, s. an iniuriari sine culpa, siue cũ culpa. Et videtur, ꝙ sine culpa, quia ibi est maior iniustitia. Iniuriari autem pro culpa est, quasi actus debitus, & iustitiæ. Certum est autẽ ꝙ actus iniustitiæ maioris confusionis, & tristitiæ causa est q̃ actus iustitiæ. Et hinc est quod communiter dicũt sine causa patientes, si fecissem, quod imponitur mihi, patiẽter portarem, & similia. Ad oppositum quia iniuriari pro culpa cõmissa, duo mala continet, s. culpam, & pœnam. Respondeo, ꝙ tolerabilius est, pati sine culpa, quàm pro culpa, pater, quia innocentem confortat innocentia, sed reũ deprimit culpa. Ad argumentum aũt dico, ꝙ quamuis pati sine culpa includat iniustitiã ex parte agentis, non autẽ ex parte patientis, puniri autem pro culpa includit iniustitiam ex parte patientis. Quilibet aũt recto ordine magis tristari debet de culpa propria quàm de aliena.

Quæstio.

1099 *Extraneus factus sum fratribus meis, & peregrinus filijs matris meæ.*

HIc notat Iudæorum infidelitatem, qui Christum fide non receperũt. Vbi nota, ꝙ aliqui dicuntur adinuicẽ fratres multipliciter, s. carnis propinquitate, vt qui ex eisdem parentibus sunt geniti. Sic enim dicit Gen. 42. Duodecim fratres sumus ex vno patre geniti. Item legali adoptione, vnde adoptatus in filium dicitur secundum iura, frater carnalis filij. Sic enim Christus, qui est naturalis Dei filius, frater est omnium fidelium à Deo in filios adoptiuorum. ad Hebr. 2. Nõ confunditur vocare eos fratres, dicens. Narrabo nomẽ tuum fratribus meis. Item sacramenti ratione. Vnde filius spiritualis alicuius frater dicitur filij naturalis. Sic enim omnes Apostoli à Christo baptizati adinuicem fratres dicebantur, Propter quod d. Christus Petro. Tu autem conuersus confirma fratres tuos. Iudæi autẽ erant Christi fratres secundum carnẽ, quia & Christus secundum carnem ex Iudæis natus erat, de quibus dicit Christus Fratres mei præterierunt me. Sic ergo nomine fratrum Iudæos intelligit non qui Christum per fidem recipere noluerunt, quo niam vt dicitur Ioan. 1. In propria venit, & sui eum non receperunt, quod hic notans Christus ait. *Extraneus factus sum fratribus meis*. Et hoc idem alijs verbis exprimit dicẽs. *Et peregrinus filijs matris meæ*, quia ipsum non reputabant fratrem sed aduenam, & forẽsem, vnde de Christo dixerunt. Hunc aũt nescimus vnde sit. Et nota, ꝙ quamuis Iudæi ex malitia reputauerunt Christum extraneum, & peregrinum, tamen realiter quantum ad spiritum peregrinus potest vocari, sicut in die resurrectionis ei dixerunt illi duo discipuli. Tu solus peregrinus es? Habuit enim Christus omnes veri peregrini conditiones, vt notat Iacob. de Voragine in sermone feriæ ij. post Pascha. Vnde Christus populo Iudæorum dicit illud psal. 38. Quoniã aduena ego sum apud te, & peregrinus sicut omnes patres mei.

Luc. 22. *Iob 6.* *Ioan. 9.*

Quoniã zelus domus tuæ comedit me, & opprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me. 1100

OStẽdit hic Christus suam iustitiã. Iustitia autem perfecta cõsistit in multis, quæ omnia Christus hic se habuisse ostendit. Primum est cultus venerratio, in principio. Secundum est propriæ carnis maceratio, ibi. *Et operui ieiunio*. Tertium est patiens iniuriarum tolleratio, ibi. *Aduersum me*. Quantum ad primum sciendum, quòd ad venerationem diuini cultus non solum requiritur Deum colere, sed etiã omnia, quæ ad ipsum cultum spectãt venerari, sicut sunt vasa sacra, vestes & locus ad cultum deputatus, scilicet ecclesia, quia irreuerentia circa prædicta habita peccatum aggrauat, non modicũ, magis enim peccat quis indutus sacris quàm sine, magis in die festo, magis in loco sacro, quã extra, vt satis haberi potest extra de reliquijs, & veneratione sanctorũ, decret. lib. vj. Principes autem sacerdotum cupidi-

pidiiate moti, domum Dei vilipendendo, fecerant forum animalium, qui in templo ordinauerant animalia vendi, campsores tenere mēsas suas, quoniam vt ait Beda super Ioan. Quoniam homines de longè ad Hierusalem ratione sacrificij properantes, quæ iussa fuerant immolari secum ferre non poterant, eorum precia secum deferebant. Vnde nata occasione, hæc animalia scribæ, & pharisæi vendi in templo instituerūt, vt venientes emerent, & offerrent, eadéq; oblata sibi alijs vēderent, & sic sua lucra accumularēt. Vnde & numularij ad hoc sedebant ad mēsam, vt inter emptiones, venditionesq; bestiarum prompta esset pecunia. Dominus autem Iesus nolens in domo sua aliquid esse terrenæ negotiationis, omnes expulit foras zelo domus domini motus. Hunc ergo Christi zelum domus domini præuidens psal. in persona Christi dicit patri. *Quoniam Zelus domus tuæ comedit me*. Sic ergo hęc prophetia verificata fuit in Christo, quando Christus inuenit in templo vendentes oues, & boues, & numularios sedētes, quos omnes facto flagello eiecit, d. Auferte ista hinc, &c. Vnde statim subditur. Recordati sunt discipuli, quia scriptum est. *Zelus domus tuæ comedit me*. Est autem hic zelus quidam feruor animi, quo mens relicto humano timore, pro defensione veritatis accēditur. Per istum autem zelū Christi indignati principes sacerdotum, videntes ꝙ eorum illicita lucra destruebantur, Christi mortem tractauerunt. Et hoc est quod subdit. *Et opprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me*. In hoc enim ꝙ domus Dei male tractabatur opprobrium Deo patri inferebāt, sed quia opprobria Christus voluit corrigere, ideo eius mortem tractauerunt, & sic illa opprobria super Christum ceciderunt. Et sic est sensus. *Zelus domus tuæ comedit me*, idest, fuit mihi causa mortis.

Anania sacerdotis.

Ioan. 2.

1101 ***Et operui in ieiunio animam meam, & factum est in opprobrium mihi.***

Hic ostenditur iustitia Christi ex carnis maceratione. Requirit em̄ iustitia, vt semper inferius suo superiori obediat, vt anima Deo, & caro animæ.

A Caro autem delicatè nutrita aduersus animam bella mouet. Vnde Prouer. 29. dicitur. Qui delicatè nutrit seruum suum, inueniet eum contumacem. Ne ergo caro repugnet spiritui, non delicatè est nutrienda, sed ieiunijs castigari iustitia dictat. Et quamuis in Christo nō esset fomes peccati, quo caro spiritui repugnaret, tamen exemplum iustitiæ nobis præbens, carnem suam afflixit ieiunio, quod fuit adimpletum, quando Christus in desertum ductus à spiritu ieiunauit quadraginta diebus, & quadraginta noctibus. Et hoc ieiunio operta

Ieiunium.

B fuit anima Christi, idest, vita Christi: quia per illud ieiunium diabolus dubitauit, an Christus esset verus homo, quia per quadraginta dies, & noctes cibū non capiendo viuere excedit virtutem humanam. Et istud ieiunium ad opprobrium Christi deuenit, propter quod subdit. *Et factum est in opprobrium mihi*. Nōne ad opprobrium domini vertitur, quòd seruus supra dominum eleuetur, quòd seruus sibi quærat subijcere dominum? Hoc autem Christo propter suum ieiunium euenit: quia ex hoc diabolus occasionem accepit ipsum tentandi, im-

C mo quod opprobriosum magis fuit, diabolus Christo suasit, vt ipsum adoraret cadens in terra. Audire enim contumelias nobis illatas gloriosum est, & meritoriū, sed audire contumelias Deo illatas, est nimis opprobriosum. Et ideo quando Christus audiuit tantam Dei contumeliam, vt diabolus cultum Dei sibi vendicare vellet, ad opprobrium sibi reputauit. Vnde & per modum indignantis ipsum diabolum repulit dicens. Vade Sathana. Vnde Chrysostomus super Math. 4. ait. Quando diabolus post ieiunium Christi Dei sibi v-

D surpauit honorem, dicens. Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me, tunc Christus exasperatus est, & repulit eum dicens, Vade, Sathana, vt nos illius discamus exemplo nostras quidem iniurias magnanimiter sustinere, Dei autem iniurias neque vsque ad auditum sufferre, quoniam quidem in proprijs iniurijs esse quempiam patientem, laudabile est, iniurias autem Dei dissimulare, nimis impium est.

Et

1102 *Et posuit uestimentum meum cilicium, & factus sum illis in parabolam.*

Ostendit hic Christus suæ carnis macerationem à vestibus, per cilicium enim intellige historicè asperitatem vestium Christi, quibus ipse utebatur. Cum enim Christus improbaret molliciem vestimentorum, dicit. Ecce enim, qui mollibus vestiuntur, in domibus regum sunt, consequens est, quòd ipse asperis vestibus utebatur, quia omnia, quæ Christus docuit, ipse primò fecit. Vnde vtebatur Christus cilicio ad carnem. Nam secundum Nicolaum, tunica Christi, quæ erat inconsutilis desuper contexta per totum, erat quoddã cilicium. Certum est enim, quòd cilicium est vestis non consuta, sed contexta totaliter. Et ista tali veste factus est Christus in Parabolam, quando ad eius derisionem milites Christi uestimenta diuidentes, super istam uestem ciliciã sortem miserunt. Tunc enim factus fuit Christus Iudæis in parabolam, idest, in prouerbium, quoniam ipsis in prouerbium uersum fuit. Christus tamen rex fuit, quòd ipsius uestimenta inter milites fuerunt diuisa, & super eius uestem cilicinam sors fuit missa. Vel magis mysticè per cilicium, quo caro pungitur, accipe punctiones pœnarum, quas Christus pro nobis in cruce suscepit, dum pœnam peccatorum nostrorum pro nobis portauit in cruce, in quo cilicio, siue pœna factus fuit Iudæis in parabolam, quando ipsi insultantes dicebant. Alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere, & similia. Vel per cilicium intellige carnem Christi, qua diuinitas celabatur, & occultabatur. Vnde supra versic. 536. Ipse autem propter carnem passibilem factus fuit illis in parabolam, propter quod dicit Psalm. 34. Ego autem cum mihi molesti essent, induebar cilicio.

Matth. 1. — Iob 19.

1103 *Aduersum me loquebantur, qui sedebant in porta, & in me psallebant, qui bibebant uinum.*

Sedere in porta, iudex.

Hic ponitur Christi patiens iniuriarum toleratio. Ad cuius euidentiam sciendum, quòd per sedentes in porta significantur sacerdotum principes, scribæ, & pharisæi, qui reliquũ populum habebant iudicare, quoniam vt ait Greg. Mos apud ueteres fuit, ut ad portam ciuitatis seniores sederent, idest, iudices, qui certantium iurgia iudiciaria examinatione distinguerent, quatenus vrbem, in qua concorditer oportet uiuere, discordes minimè intrarent. Et sic portæ nomine iudicium intelligitur, quia in portis agebatur. Et sic sedentes in porta sunt iudices, qui in iudicio sedent. Sic ergo sacerdotes, scribæ, & pharisæi dicuntur sedentes in porta. Vel quia in porta domus domini stabant prædicando. Sic enim Hieremiæ sacerdoti à Deo dictum fuit. Sta in porta domus domini, & prædica ibi, &c. Isti aduersum Christum loquebantur, quando quærebant falsum testimonium aduersus Iesum, ut eũ morti traderent, quando condemnauerunt eum esse reum mortis, quando Christo iam crucifixo, principes sacerdotum cum scribis, & senioribus dicebant. Alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere? Quid autem mirum si loquebantur aduersus Christum, quoniam ex abundantia cordis os loquitur: Matth. 12. Omnis autem illorum cogitatio erat contra Christum, vt ipsum morti traderent. Psal. 55. Omnes cogitationes eorum aduersum me in malum. *Et in me psallebant qui bibebant uinum.* Vbi notat Nico. quòd scribitur in quodam libro Hebraico, qui intitulatur, condẽnatus iudicio, quod propter Salomonis dictum Prouerb. 31. Date siceram, idest potum inebriatiuum mœrentibus, & vinum ijs, qui amaro sunt animo, quod sapientes Iudæorum ordinauerunt, vt condemnatis ad mortem daretur plenus scyphus de vino forti, vt quasi inebriati mortis dolores minus sentirent. Et tale uinum fuit in die passionis pro Christo, & duobus latronibus condemnatis præparatum. Sed Iudæi in Christi derisionem, & vt maiorem dolorem sentiret in morte, illud vinum bonum biberunt, & ad Christum potandum acetum felle mixtum præparanerunt. Et de istis hic loquitur Christus, dicens. *Et in me psallebant, qui bibebant uinum*, idest contra me cantabant, & me deridebant, *qui bibebant uinum*. Vel hic ali-

Gregor. 21. mor. ca. 14. — Hier. 7.

aliter Christus vult dare differentiam inter principes & iudices Iudæorum, qui ipsum persequebantur, & eius fideles, qui ipsum venerabantur. Nam primi per sedentes in porta significantur, qui aduersum Christum (vt dictum est) loquebãtur. Sed per bibentes vinum significantur deuoti, qui Christi sanguinem sub specie uini traditum deuote recipiunt, quo spiritualiter lætificentur. De quo vino dicitur, Psal. 103. Et vinum lætificet cor hominis. Isti autem tales in Christo psallunt, quia Christum bonis operibus laudant dicentes illud Psalm. 137. In conspectu Angelorum psallam tibi, &c.

1104 *Ego uero ad orationẽ meam ad te, domine, tempus beneplaciti, Deus.*

CONsequenter hic Christus pro se, & suis petit à pœnis liberationẽ. Et facit duo, quia primo petit liberationem, secundò ad hoc adducit rationem, ibi. *Exaudi me domine*. Prima in duas, quia primo petit liberationem in generali, secundò in speciali, ibi. *Eripe me de luto*. Et primò ponit orationem, secundò petit exauditionem. ibi *In multitudine*. Quantum ad primum sciendum, quòd in persecutionibus & aduersitatibus maximum remedium est, pro persecutoribus orare, quod Christus facere nos suo docuit exemplo, quando in cruce positus, patrem pro persecutoribus orauit, dicens. Pater ignosce illis, &c. Quod præuidens Psalmista hic in persona Christi dicit, quòd illi aduersum me loquebantur, *ego vero orationem meam ad te, domine*, supple dirigo. Vbi glos. Hic enim Christus prædictis malis orationẽ opponit, vt nos discamus, non rixas, sed orationes iurgijs opponere, quasi dicat, Christus. Illi contra me sæuiunt, ego verò, dum illi sic insultãt, dirigebam ad te orationem meam. Cum enim mali non corriguntur, non restat nisi pro eis orare. Sed quod hic loquatur de oratione, quam pro persecutoribus fecit tẽpore passionis ostendit, dicens. *Tempus beneplaciti, Deus*. Tempus enim beneplaciti Dei fuit tempus reconciliationis Dei ad humanam naturam, quod fuit tẽpus Christi passionis, q͂n, scilicet Christus per mortem suam nos Deo reconciliauit. Coloss. 1. De quo tempore ait Apostolus. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. Et nota, quod tempus Christi passionis dicitur tempus beneplaciti Dei, quia in illo tria fuerũt, in quibus specialiter consistit Dei beneplacitum. Primum est peccatorum absolutio. Eccles. 35. Beneplacitum, est domino, recedere ab iniquitate. Et hoc fuit tempus Christi passionis, quando lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. Secundum est concordia proximorum, & dilectio. Eccles. 25. In tribus beneplacitum est spiritui meo, concordia fratrum, amor proximorum, &c. Et hoc fuit tempus passionis Christi, quando Christus pacificauit omnia per sanguinem crucis eius. Tertium est fides deuotorum. Eccles. 1. Beneplacitum est illi fides, & mansuetudo. Et hoc fuit tempus Christi passionis, quando rogauit, ne fides Ecclesiæ deficeret. Istis ergo causis tempus passionis Christi dicitur tempus beneplaciti.

Oratio aduersa. — *Luc. 23.* — A — *2.Cor.6.* — *Apoc. 1.* — B — *Coloss. 1.* — *Luc. 22.*

In multitudine misericordiæ tuæ exaudi me, in ueritate salutis tuæ. 1105

C PEtit hic Christus orationis exauditionem. Vbi notandum, quòd Christi passio à Deo erat ordinata pro peccatorum nostrorum satisfactione, quod fuit opus magnæ misericordiæ, vt ipse pœnam nostrorum peccatorum portaret in cruce. Fuit etiam opus multæ misericordiæ, quia nostra peccata erant multa. Et ideo Christus hic orans, vt effectus suæ passionis impleatur, quo scilicet multitudo nostrorum peccatorum tollatur: multitudinem diuinæ misericordiæ inuocat, dicens. *In multitudine*

D *misericordia tua*, &c. Et attende quomodo misericordia Dei dicatur magna, & multiplex. Vide supra vers. 834. Et nota, quòd pro sua exauditione non solum inuocat misericordiam patris, sed etiam iustitiam, dicens. *In ueritate salutis tua*. Iustitia enim Dei requirit, vt ipse sua promissa perficiat. Promisit autem per prophetas per Christi passionem nos liberare, sic quòd propter nos pateretur. Esa. 53. Verè lãguores nostros tulit, & dolores nostros ipse portauit ipse aũt vulneratus

neratus est pp iniquitates nostras &c. cuius liuore sanati sumus. Hoc ergo notans Psalmista, dicit. *Exaudi me in ueritate salutis tuæ*, idest, propter tuam iustitiam, & ueritatem, qua salutem mundo per mortem meam promisisti. Omnis autem Christi oratio fuit exaudita, quia solum postulabat, quę patri erant placita. De hoc vide supra versic. 190. Et, si dicas, quare Christus orabat, cũ omnia, quæ petebat, clarè sciret futura? Respondeo, quòd sicut præsciebat omnia, quæ petebat esse futura, sic & præsciebat illa virtute suæ orationis esse ventura.

1106 *Eripe me de luto, vt non infigar, libera me ab ijs, qui oderunt me, & de profundis aquarum.*

HIc in speciali explicat Christus suã orationem. Vbi notandum, quòd sicut Christus sua passione pro nostris peccatis satisfecit, sic sua resurrectione causat nostram resurrectionem & corporis, & animæ. Propter quod hic Christus specialiter orat pro sua resurrectione. In morte enim Christi corpus positum fuit in monumento, ad limbum autem descendit anima. Et sic Christus orando pro sua resurrectione, duo petit. Primò ne corpus domini detineatur à sepulchro. Secundo ne anima diu detineatur in limbo, ibi. *Non me demergat.* Quãtum ad primum sciendum, quòd hic per lutum intelligitur Christi sepulchrum, quãuis excisum esset in petra, quia omnis lapis, est de luto, vel terra productus. Vel secundum aliquos, quamuis sepulchrum Christi esset cauatum in saxo, vel petra, tamen ibi exterius adornamentum illius speluncæ erant aliqua opera de lateribus facta, qui lateres propriè de luto efficiuntur. De isto ergo luto sepulchri Christus orat, ne suum corpus in eo infigatur. Infigitur enim res in luto, quando sic in ipso profundatur, quòd inde faciliter extrahi non potest. Et hoc est, quod dicit. *Eripe me de luto, vt non infigar*, idest eripe corpus meum de sepulchro, ne ibidem per corruptionem infigatur. Hoc autem fuit per resurrectionem, quando corpus Christi gloriosum resurrexit, & impassibile. Et ideo tunc corpus Christi liberatum fuit ab omni

E persecutione Iudæorum, & omnium iniquorum, & liberum factum ab omni aduersitate. Et hoc est, quod subdit, dicens. *Libera me ab ijs, qui oderunt me*, id est, per resurrectionem me ab illis liberabis, quia amplius in corpus meum sæuire non poterunt, etiam ab omni aduersitate liberabor. Vnde subdit, *Et de profundis aquarum*. Per aquas enim aduersa significantur, ut patet supra uers. 150. & 1089. In passione enim sua Christus fuit in profundo aduersitatum. Hic *Lutũ multiplex.* nota, quòd in scriptura multiplex lutũ reperitur, scilicet, Primò lutum nostrę
F humanitatis & hoc quo ad corpus. Iob 10. Memento, quòd sicut lutum feceris me. Secundò lutum peccati & iniquitatis, Psal. 17. Vt lutum platearum delebo eos. Tertiò lutum pœnæ & aduersitatis. Psal. 39. Eduxit me de lacu miseriæ, & de luto fecis, Quartò lutum gratiæ & pietatis. Ioan. 9 Lutum fecit Iesus ex sputo, & cœcum illuminauit. Quintò lutum auaritiæ & cupiditatis. Abacuc. 2. Væ ei, *Abacuc. 2.* qui congregat non sua, vsque quo aggrauat contra se densum lutum. Sextò lutum Christi sepulturæ siue mortis, vt hic. *Eripe me luto*, &c. Gregorius autem
G distinguit aliter lutum. 34 mor. cap. 8. dicens. Luti nomine in sacro eloquio, aliquando terrenarum rerum multiplicitas, aliquando sordidum sapiens iniqua doctrina, aliquando autem desiderij carnalis illecebra designatur. Per lutũ quippe terrenarum rerum multiplicitas designatur, sicut per Abacuc prophetam dicitur. Væ ei, qui congregat non sua, vsquequo aggrauat contra se densum lutum. Denso enim luto se aggrauat qui per auaritiam terrena multiplicans, peccati sui oppressione se angustat. Rursum luti nomine doctrina sordidum sapiens
H figuratur, sicut per eundem Prophetam domino dicitur. Viam fecisti in ma *Abacuc. 3.* ri equis tuis in luto aquarum multarum. Ac si diceret. Aperuisti iter prædicatoribus tuis inter doctrinas huius sæculi sordida, & terrena sapientes. Per lutum quoque desiderium sordidæ voluptatis exprimitur, sicut Psalmista deprecans ait. *Eripe me de luto, vt non hæream.* Inhærere luto est sordidis desiderijs concupiscentiæ carnalis inquinari.

Non

1107 *Non me demergat tempestas aquæ, neque absorbeat me profundum, neque vrgeat super me puteus os suum.* A

Hic Christus orat, ne eius anima diu detineatur in limbo. Vbi nota, quod nomine profundi infernus intelligitur, similiter & nomine putei. Profundum namq; significat infernum, ad quē ante Christum Patres, & sancti descendebant. Propter quod & Iob dicit, Iob 17. In profundum infernū descendent omnia mea. Quæ verba exponens Gregor. (*Gregor. 13. mor. ca. 22.*) B quæstionem mouet, dicens. Cum constet, quòd apud inferos iusti non in locis pœnalibus, sed in superiori quiete sinu tenerentur, magna nobis oboritur quæstio, quidnam sit quòd beatus Iob asserit, dicens. In profundum infernum descendent omnia mea. Quoniam etsi ante aduentum mediatoris Dei, & hominum in infernum descēsurus erat, liquet tamen, quia in profundissimum infernum descensurus non erat. An ipsa loca superiora inferni profundissimum infernum vocat, quia videlicet quantum ad sublimitatem cœli iam huius aeris C spacium non immeritò infernus dici potest. Vnde cum apostatæ angeli à cœlestibus sedibus in hoc caliginoso sunt detrusi aere, Apostolus Petrus dicit. (*2. Petr. 2.*) Angelis peccantibus non pepercit, sed rudentibus inferni detractos in tartarum tradidit, in iudicio cruciandos reseruari. Si itaque quantum ad celsitudinem cœli aer iste caliginosus infernus est, quantum autem ad eiusdem aeris altitudinē & illa loca inferni, quæ superiora sunt alijs receptaculis inferni, hoc loco non incongruè inferni profundissimi appellatione significantur, quia quod aer ad D cœlum, terra ad aerem, hoc ille est superior infernorum locus ad terram, &c. Vnde & sancti patres, qui in limbo, vel inferno erant orantes vt inde, per Christum educerentur, dicentes. (*Puteus dicitur infernus.*) Psalm. 129. De profundis clamaui ad te, Dñe, &c. Sic ergo nomine profundi infernus, siue limbus intelligitur. Similiter & nomine putei idem infernus siue limbus designatur. Vide supra versiculo 900. Est ergo sensus Christi orationis hic. *Non me demergat tempestas aquæ*, idest, oro ne tempestas aduersitatis, & passionis meæ me demergat, idest, ex toto suffocet, ne resurgam, quod exponens subdit. *Neque absorbeat me profundum*, scilicet, ne infernus sic absorbeat animam meam, vt ibi diu detenta non ualeat exire. Et idem alijs verbis repetit, dicens. *Neque vrgeat super me puteus os suum*, id est, neque claudat super animam meam puteus, idest, infernus os suum. Vnde litera Hebraica habet. *Non obturet super me os suum puteus*, idest, infernus, siue limbus. Hoc enim ideo orat ad differētiam aliarum animarum quæ sic ad infernum descendebant, quòd inde exire non poterant. Anima autem Christi licet ad infernum vt alię descenderit, tamen ad libitum inde tertia die exiuit. Propter quod dicit Christus. Psal. 87. Anima mea in inferno appropinquabit. Sequitur. Factus sum sicut homo inter mortuos liber.

Exaudi me, domine, quoniam benigna est misericordia tua, secundum multitudinem miserationum tuarum respice in me. 1108

Hic Christus adducit rationem, qua re exaudiri debet. Vbi aduertendum, quòd sepē rationes adducit Christus, quibus ostendit se dignum exaudiri. Primò ratione diuinæ pietatis. Secundò ratione suæ puritatis, ibi. *Ne auertas*. Tertiò ratione Iudæorum iniquitatis, ibi. *Intende animæ*. Quartò ratione manifestæ veritatis. ibi. *Tu scis*. Quintò ratione diuinæ potestatis, ibi. *In conspectu*. Sextò ratione derelictæ humilitatis, ibi. *Et sustinui*. Septimò ratione inflictę pœnalitatis, ibi. *Et dederūt*. Prima ergo ratio sumitur ex parte diuinæ pietatis, & misericordiæ. (*Misericordia.*) Misericordia enim est quædam Dei proprietas, qua miseris compatitur. (*Iustitia.*) Duæ enim sunt principales uirtutes regum, & dominorum, scilicet, iustitia, & pietas, plus tamē in ipsis commendatur, & relucet pietas, vt dicit Isid. 9. etym. Cum ergo Deus sit rex regum, & dominus dominantium, in ipso summe regnat pietas, vnde & eius dicitur esse, propter quod cantat ecclesia, dicēs. Deus, cui propriū est misereri, &c.

Hanc

Hanc ergo causam allegat Christus, dicens. *Exaudi me domine quoniam benigna est misericordia tua,* &c. Et hic nota, quanta est benignitas diuinæ misericordiæ, quoniam, vt docet scriptura, diuina benignitas culpæ remittit uitium, pœnæ absoluit debitum, humanum assumpsit habitum, nos fortificat in agonibus, nos gratificat in operibus, nos glorificat in cœlestibus. Primum patet, quoniam ipse Deus offensus à nobis sua benignitate ad se reuertentibus, sua benignitate statim dimittit offensam, propter quod consulitur Iohelis 2. Conuertimini ad dominum Deum vestrum, quoniam benignus, & patiens est, & misericors, & præstabilis super malitiam. Cuius ratio est, quia ipse Deus nõ delectatur in perditione morientium, sed magis vt cõuertantur, & uiuant, sciens quòd non minus est gloriosum misereri infelici, quam hostem superare, vt ait Valerius lib. 5. ca. 1. In hoc ergo diuina relucet benignitas, quòd liberè offensas dimittit. Vnde ipsa diuina benignitas in benignitate Põpeij Romani principis potest figurari. De quo ait idem Valerius vbi supra, quòd cum Pompeius regem Armeniæ, qui magna, & multa contra rempublicam gesserat bella, & infestissimus vrbi Romanæ fuerat, cepisset, ipsum tamen captum in conspectu suo diutius iacere supplicem non fuit passus, sed benignis verbis ipsum consolatus, diadema, quod abiecerat, capiti reponere iussit, cæterisque rebus imperatis, in pristinæ fortunæ gradum ipsum restituit, æquè pulchrum esse iudicans, & uincere reges, & facere. Et conformiter est de Deo, & nobis. Nos enim multa agimus contra Deum, quia quando peccamus, ipsum impugnamus bellando, sed tandem ab ipso captiuamur, quando ipso inspirante, eius ditioni subijcimur, & veniã supplices postulamus, ipse tunc aliqua nobis imponit, scilicet, emendationem uitæ per contritionem, confessionem, & satisfactionem, & ad pristinum statum, scilicet, meritorum nos adducit. Vnde ista benignitate omnes ad pœnitentiam merito trahit, dicente Apostolo. An ignoras, quòd benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit, &c. Secundum patet, quoniam quodlibet peccatum, quo

Benignitas Dei.

Exemplũ.

Ad Ro. 2.

E Deus mortaliter offenditur, æternã pœnam meretur, quam tamen Dei benignitas in pœnam temporalem, & breuem commutat. Peccatum enim Deus non relaxat inultum (vt ostendit Gregor.) quia aut nos punimus, aut Deus punit. Benignitas autem Dei, vt à nobis peccati pœnam auferret debitam, ipsam in Christi dorso posuit. Propter quod dicitur Ephe. 4. Estote autem inuicem benigni, misericordes, donantes inuicem, sicut Deus in Christo donauit nobis. In Christo enim Deus pœnas nobis donauit debitas, dum nostras pœnas in suo F corpore posuit. O quam admirabilis benignitas, & omni prosequenda laude, quia, vt nos liberaret, se tradidit morti: meritò quantum ad hoc figuratus in illo Panopionis seruo, de quo narrat Valerius. lib. sexto, capitulo octauo, quòd cum ipse ad dominum suum proscriptũ occidendum milites venisse cognosceret, mira benignitate motus, commutata cum eo veste, illum postico clam emisit, & se in lectum eius posuit, & sic sese pro Panopione occidi permisit. Quis itaque iste Panopio proscriptus est, nisi genus humanum peccato primi paren- G tis à paradisi patria exul effectum? Quis autẽ iste seruus tam fidelis, & benignus, nisi Dei filius, qui propter nos exinaniuit semetipsum, formam serui accipiẽs? Qui vt nos à pœnis liberaret inferni, non biscum commutauit habitum, quia habitu inuentus vt homo, & se pro nobis permisit occidi. Non dicam occisores prouocauit, vt à pœnis liberaret ingratos, vt de eius benignitate dicatur illud Luc. 6. Ipse benignus est super ingratos, & malos. Tertium patet, quoniam ipse Deus hominem deuium vt corrigere posset, factus est homo, vt deducit Gre- H gor. 24. moral. cap. 1. Et hanc benignitatem commendat Apostolus ad Titũ. 3. dicens. Apparuit benignitas, & humanitas saluatoris nostri Dei, &c. Quomodo enim nos ab æterna morte eripuisset, nisi sua benignitate homo factus fuisset? Cuius benignitas satis figuratur in benignitate illius nobilis Romanorũ principis Curij. De quo ait Valerius lib. 5. capitulo sexto, quòd cum in mediam partem fori uasto, ac repentino hiatu terra subsideret, responsumq; esset

Greg. 4. moral. cap. 21.

Valerius.

Philip. 2.

Gregg. mor. lib. 24. c. 1.

set à dijs ea re illum tantummodò compleri posse, qua populus Romanus plurimum valeret. Curtius & animo, & genere nobilissimus adolescens, militaribus insigniis ornatus, equum conscendit, eumque vehementer admotis calcaribus præcipitem in illud profundum egit, super quem uniuersi ciues honoris gratia certatim fruges ingesserunt, & continuò terra pristinum habitum recuperauit. Magna postea decora in foro Romano fulserunt. Nullum tamen hodie pietate Curtij erga patriam clarius obseruatur exemplum. Hic clarè vide figuram benignitatis Christi, qua carnem assumpsit humanam, quoniam ante eius incarnationem in medio fuerat hiatus vel vorago, quæ omnes ad infernum trahebat, à Deo data fuit sententia, quod claudi non poterat, nisi nobiliore genito. Et quis est iste nisi filius Dei, qui assumptis regalibus ornamentis, factus homo, vt ipsum clauderet ibidem se præcipitem dedit, quando scilicet in triduo mortis ad infernum descendit? Vnde quantum ad benignitatē in illo triduo nobis ostensam dicere possumus illud Actuum 28. Nos suscipiens triduò benignè exhibuit. Quartum patet, quia sua benignitate contra insidias diaboli nos fortificat. Quomodo enim contra tot, & tales hostes, scilicet dæmones, mundum & carnem possemus resistere, nisi sua benignitate nos dextera sua protegeret? Vnde Sapient. 7 dicitur, quòd ipse est spiritus humanus, benignus, stabilis, securus, & certus, omnem habens uirtutem. Vnde quòd sola Dei benignitate illorum tentationibus ualeamus resistere, Vlricus super illo verbo psalmi. *Psal. 118.* Non me derelinquas vsquequaque, dicit, quasi *Derelinquere.* dicat, Scio, quòd derelinquere soles vtiliter sanctos tuos, vt eos probes, aliter *Tentatio.* enim ab aduersario tentari non possunt nisi à te paulisper fuerint derelicti. Et ideo non rogo, vt me nunquam derelinquas: sed vsque ad nimietatem. Nulla enim virtus humana, si diutius in tentatione tuæ benignitatis auxilio deseratur, sua poterit constantiæ perdurare. Vnde oportet, vt tu, qui humanarum virium es conscius, tua benignitate sis & luctaminum moderator. Hanc benignitatis diuinæ contra hostes fortifica-

A tionem petebat Psalmista dicens. Benigne fac in bona voluntate tua Sion, ut ædificentur muri Hierusalem. *Psal. 50.* Quid enim per muros Hierusalem, nisi fortitudo designatur? Sed ista benignitate fortificante illi abutuntur, qui non solum se à tentationibus uinci permittunt; sed ipsi peccando tentationes præueniunt. *Nota de præuenientibus tentationes. Psal. 51.* Vnde cuilibet tali dicitur. Dilexisti malitiam super benignitatē, &c. Quintum patet, quoniam nulla nostra opera ex se esse possunt meritoria, nisi ex mera Dei benignitate ad meritum sint accepta. Et sic sola Dei benignitate B terra nostra fructificat in meritis psalmo octuagesimoquarto. Dominus dabit benignitatem, & terra nostra dabit fructum suum. Sextum patet, quoniam sicut ipsa diuina benignitas nostra facit merita, sic & meritis præmia demonstrat, ad Tit. 3. Apparuit benignitas & humanitas saluatoris nostri Dei, &c. qui secundum misericordiam suam saluos nos fecit. Ideo si æterna præmia cupimus, oportet nos benignitatem Dei implorare, & cum Psalmista dicere. *Exaudi me, domine, quoniam benigna est misericordia tua.* Quibus omnibus de C diuina benignitate consideratis consulit Apostolus Coloss. 3. Induite vos sicut electi sancti uiscera misericordiæ, humilitatem, benignitatem, supportantes inuicem, &c. Hanc ergo rationem, scilicet, benignitatem Dei allegat hic Psalmista, dicens. *Exaudi me, domine, quoniam benigna est misericordia tua.* Et hoc alijs verbis confirmat dicens. *Secundum multitudinem miserationum tuarum respice in me.* Respicere enim Dei *Respicere Dei.* in nos, est nos exaudire. Vide supra versiculo 444. & 541. Qualiter autem misericordia differt à miseratione, vide D supra versic. 664.

Et ne auertas faciem tuam à puero 1109
tuo, quoniam tribulor, uelociter
exaudi me.

HIc Christus se exaudiendum ratione suæ puritatis petit, ex contrarijs enim contraria efficiuntur. Cum ergo impuritas, & peccatum impediant orationem ne exaudiatur. Esai. 1. Cum *Exauditur oratio pura.* multiplicaueritis orationes vestras, non exau-

exaudiam vos, manus enim vestræ san- E
guine plenæ sunt. Et Ioann.9. Scimus
quia peccatores Deus non exaudit, con
sequens est, quòd puritas orationem fa-
Gregor.10. mor.ca.17. cit exaudiri. Quod ostendit Gregorius
dicens. Faciem ad Deum leuare, est in
Deum animum per studium orationis
attollere. Sed eleuatam faciem macu-
la inquinat, si intendentem mentem rea
tus sui conscientia accusat, & à spei fidu
cia protinus frangitur, si intenta preci-
bus necdũ deuictæ culpæ memoria mor-
detur. Diffidit namque se accipere pos-
se, quod petit, quæ profectò reminisci-
tur nolle se adhuc facere, quod diuini- F
1. Ioan.3. tus audiuit. Hinc per Ioannem dicitur.
Nota de retinētibus propositum peccandi, quorum oratio sit execrabilis. Si cor nostrum non reprehenderit nos,
fiduciam habemus apud Deum, ꝙ quic-
quid petierimus, ab eo accipiemus. Hinc
Salomon ait. Qui auertit faciem, ne
audiat legẽ, oratio eius execrabilis erit.
Cor quippe in petitione nos reprehen-
dit, cum resistere præceptis eius, quem
postulat, se meminit. Et oratio fit exe-
crabilis cum à censura auertitur legis,
quia dignum profectò est, vt ab eius be-
neficijs fit quisque extraneus, cuius ni-
mirum iussionibus non vult esse subie-
ctus, &c. Ideo dicebat Apostolus. 1. Ti- G
mot.2. Volo viros orare leuãtes manus
puras, &c. Hanc autem puritatem in se
Christus ostendit, hic se purum vocans,
dicens. *Ne auertas faciem tuam à puero*
Puer dicitur Christus. *tuo.* Vbi nota, quòd puer quandoque di-
citur ab ætate, & sic significat mundiciã,
quia illa ætas adhuc carnis voluptates
ignorat. Esai.9. Puer natus est nobis &c.
Dicitur quandoq; à qualitate, quia puer
à puritate dicitur. Et sic omnis iustus
dicitur puer. Vnde & Christus Aposto-
los suos iam ætate prouectos post resur-
rectionem pueros uocabat, dicens. Pue-
ri, nunquid pulmentarium habetis? Sic H
& isto modo Christus hic dicitur puer à
Ioan.21. puritate. Vnde Actuum 4. dixit Pe-
trus. Conuenerunt aduersus puerum
sanctum tuum Iesum Herodes & Pon-
tius Pilatus cum gẽtibus & populis, &c.
Puer etiam dicitur à sensualitate, qui
scilicet magis sensualitate quam ratio-
ne regitur. Esa.65. Puer centum anno-
rum morietur, & peccator centum an-
Glossa. norum maledicetur. Vnde hic ait glo.
Ne auertas faciem tuam à puero tuo, idest

E à Christo. De quo per prophetam di-
citur. Ecce puer meus, quem elegi, qui
rectè dicitur puer à puritate propter
peccati immunitatem.

Intende animæ meæ, & libera eam: propter inimicos meos eripe me. 1110

HIc Christus ostendit se exaudien-
dum ratione iniquitatis inimico-
rum. Iustum est enim iniquos persecuto
res comprimere, & liberare afflictos in-
iustè. Propter quod dicitur. Libera eum
qui iniuriam patitur de manu superbi. *Eccles.4.*
F Iudæi autem iniustè Christum innocen
tem persequebantur, ergo iustum erat
Christum de ipsorum manibus libera-
re. Vnde de Christo ad literam dici-
tur, Sapien.2. Si est verus filius Dei, li-
beret eum de manibus contrariorum.
Hanc causam assignans Christus dicit.
Intende, &c. Propter inimicos meos, scili-
cet, iniustos *eripe me*, idest, considerata
iniquitate inimicorum meorum, qui me
iniustè opprimunt, me liberare debes.
Notandum autem, quòd Magister in gl.
istam petitionem admiratur, dicens. Mi-
randa petitio ista, nec cursim transilien
G da, quòd causam suę ereptionis cõstituit
Christus in confusione inimicorum, vel
conuersione, tanquam aliter non sit li-
berandus, quod si neutrum illorum est,
nunquid non est liberandus? Est vti- *Liberatio*
que. Sed ideo sic dicit, vt notentur duę *duplex.*
liberationes, occulta, scilicet, & manife-
sta. Est enim quædam liberatio occul-
ta, scilicet in anima, quæ fuit in sanctis
martyribus. Sic enim illi septem fra-
tres Machabæi occultè liberati sunt, qui *2. Mach.7.*
corporaliter igne consumpti sunt, cum
matre eos hortante, vt potius eligerent
pro legibus Dei, mori, quam contra eas
H hominibus consentire. Sic & Stephanus,
sic Petrus, sic Paulus, sic Laurentius oc-
cultè in anima sunt liberati: quamuis in
corpore perierint. Est etiam & alia
liberatio manifesta, quæ fit propter ini
micos vel puniendos, vel liberandos.
Sic enim tres pueri de camino ignis li-
berati sunt. Vnde ipse Nabuchodono- *Dan.3.*
sor conuersus, Deum ipsorum, quem
ante contempsit, prædicauit. Sic etiam
liberatus fuit Daniel de lacu leonum *Dan.14.*
vnde eius persecutores fuerunt puniti.

Et ambas istas liberationes hic tangit Christus. Primam. d. *Intende animæ meæ, & libera eam*, hoc ad occultam liberationem pertinet animæ. Et hoc intelligit Christus de anima sua & suorum, vt, s. in persecutionibus sic fortificentur gratia, ne contra Deum consentiant hominibus. Alteram liberationem, scilicet apertam, & corporalem tangit, dicens, *Propter inimicos meos eripe me*. Hic enim petit sui corporis apertam resurrectionem, ut corpus per resurrectionem effectum gloriosum, & impassibile, manibus inimicorum non sit subditum. Et hæc liberatio fuit facta propter inimicos Christi, scilicet, ad aliquos conuertendos, & ad puniendos obstinatos. Sic enim multi audiētes liberationem corporis Christi per resurrectionem conuertebantur, sicut legitur Actuum 2. quòd prædicante Petro Christi resurrectionem multi ad fidem sunt conuersi. Et tunc intelligitur *propter inimicos*, scilicet, conuertēdos. Sic etiam propter istam liberationem corporis Christi, multi obstinati manentes fuerunt confusi, scilicet à Tito & Vespasiano trucidati, captiuati, venundati, & per orbem dispersi, & ex hoc gentiles multi ad fidem conuersi, & hoc est quod Christus dicit, Psal. 17. Eripies me de cōtradictionibus populi, constitues me in caput gentium.

Inimicus Christi.

Psal. 17.

IIII *Tu scis improperium meum, & confusionem meam, & reuerentiam meam.*

OStendit hic Christus se exaudiendum ratione manifestæ veritatis. Iudex enim in manifestis iniurijs procedere debet ad punitionem rei. Cū ergo iniusta Iudæorum contra Christum persecutio Deo sit manifesta, cōsequēs est, quòd Deus illos iudicare debet, & Christum liberare. Et hanc rationem assignat Christus patri, dicēs. *Tu scis improperium meum*, &c. Improperium enim dicitur iniuria, & conuitium verbis iniuriosis illatum, vt puta quando Iudæi Christo dicebant. Dæmoniū habes, vel ipsum blasphemabant, quoniam vt habetur Matth. 27. Prætereuntes blasphemabant eum, mouentes capita sua. Id ipsum & latrones, qui cum eo crucifixi erant, impropeA rabant ei. Propriē tamen loquendo, improperium illud magis insultantiū Christo, quam ipsius Christi erat, sicut econtra honor propriē dicitur, non in honorato, sed in honorante, ut habetur, 4. Ethic. *Et confusionem meam*, vt puta, quia captus, & ligatus ad modum latronis, sputis deturpatus, vt fatuus ab Herode illusus. Et nota, quòd talis confusio temporalis est, non æterna, exterior, non interior, apparens in conspectu hominū, sed non existens apud Deum. Sic enim Deus quādoque confundit electos suos temporaliter, dum eos passionibus, & opB probrijs exponit, vel ad augenda merita, vel ad ipsorum virtutes manifestandas, vel pro aliorum salute. Sic enim sancti martyres talem confusionem temporalem patiebantur, dum à falsis eis falsa crimina imponebantur. Vnde in persona eorum dicitur. Confusio faciei meæ cooperuit me à voce exprobrantis, & obloquentis, i. crimen imponentis. Exprobrare. n. est in faciem maledicere, sed obloqui est absenti detrahere. Consimili modo & Christus confusus dicitur. Sic enim dicit superius patri. Quoniam propter te sustinui opprobrium, operuit cōC fusio faciem meam. Vide supra versiculo 1098 *Et reuerentiam meam*. Hic enim accipitur reuerentia non pro honore, sed pro verecundia. Sic irreuerens dicitur inuerecundus, sic & reuerentia quādoque dicitur verecundia. Vnde textus Hieronym. habet. *Et ignominiam meam*, idest verecundiam mihi factam, puta alapas, flagella, & quod Pilato tanquā reus fuit traditus. Quæ omnia non pro reatu suo, sed pro nobis sustinuit. De his ergo omnibus ad patrem loquitur, dicēs. *Tu scis*. Quantum est ex parte Iudæorum, tu scis, scientia visionis, sed quanD tum est ex parte mea, tu scis, illam acceptando pro satisfactione peccati generis humani.

Improperiū

Confusio.

Psal. 43.

Nota differentiam inter exprobrare & obloqui.

Reuerentia

In conspectu tuo sunt omnes, qui tribulant me, improperium expectauit cor meum, & miseriam.

HIc ostendit Christus se exaudiendum ratione diuinæ potestatis. Vbi notandum, quòd per conspectum Dei quandoque significatur eius sapien-

Conspectus Dei.

tia, qua omnia cognoscit, etiam occultas cogitationes cordium. ad Hebr. 4. Non est ulla creatura inuisibilis in conspectu eius: quia omnia nuda, & aperta sunt oculis eius. Aliquando verò accipitur pro potestate Dei: cui nihil resistere potest, vnde 1. Reg. 6. quis poterit stare in cõspectu Dei? Quod ideo dictũ fuit, quòd tanta est diuina potestas, quòd ad conspectum eius dum arcam fœderis cõspicerent Bethsamitæ, mortui fuerunt quinquagintamillia hominum. Hic ergo accipitur conspectus Dei pro potestate, vt sit sensus. *In conspectu tuo sunt omnes, qui tribulant me*, idest, in potestate tua, & pro uoluntate tua ipsos punire potes. Sequitur. *Improperium expectauit cor meum, & miseriam.* Hic Christus omnia prædicta se ostendit voluntariè passum pro nobis. Omnia enim ista præuidit, & discipulis prædixit, Matth. 26. Scitis, quia post biduum pascha fiet, & filius hominis tradetur, &c. Non tamen fugit, vt illa euaderet, sed sponte ad locum passionis venit crucifigendus, expectans pati pro nobis. Propter quod dicit. Desiderio desideraui hoc pascha manducare vobiscum, antequam patiar. Et hoc notans Christus dicit. *Improperium expectauit cor meum, & miseriam.* Et dicit *cor meum*, quia licet caro fugeret mortem, voluntas tamen, quæ per cor intelligitur, illam quærebat, illam desiderabat.

1113 *Et sustinui, qui simul contristaretur, et non fuit, & qui consolaretur, & non inueni.*

Cõparatio. Ostendit hic se exaudiendum ratione derelictæ humanitatis. Miseria enim hominis augetur, & dolor, quando non videt alios sibi compatientes, sed magis sibi improperantes. Sic fuit de Christo tempore passionis, quia omnes contra ipsum insurgebant, unde Lucæ vigesimotertio. Surgens omnis multitudo eorum duxerunt eum ad Pilatum, & cœperunt accusare illum in multis. Homini autem innocẽti sic ab omnibus derelicto, magis est succurrendum. Et hoc est quod allegat Christus patri dicens. *Contristari.* *Et sustinui qui simul contristaretur, & non fuit.* Sed fortè dices hoc esse falsum: quia vt habetur Lucæ 23. quãdo Christus ducebatur ad mortem, sequebatur illum multa turba populi, & mulierum, quæ plangebant, & lamentabantur eum. etiam omnes Apostoli in eius morte cõtristati sunt, secundum quod prædixerat eis. Ioan. decimosexto. Amen dico vobis, quia plorabitis, & flebitis vos, &c. Propter quod canit ecclesia. Tristes erãt Apostoli de nece sui domini. Item quia dicitur Lucæ 23. quòd omnis turba eorum, qui simul aderant ad spectaculum illud, & videbant, quæ fiebant, percutiẽtes pectora sua reuertebantur. Quomodo ergo Christus dicit, quòd nõ fuit qui simul cum eo contristaretur? Ad hoc respondet glo. quòd Christus loquitur de persecutoribus, qui scelus mortis Christi leti peregerunt. Vel aliter dicendum, quòd Christus hic loquitur secundum modum loquendi, quo dicitur nullus adest, vbi pauci sunt comparatiuè. Sicut dicitur nullus est in ecclesia, vel in foro: quia pauci sunt secũdum quòd deberẽt, vel consueuerũt esse. Ita in morte Christi comparatiuè pauci fuerunt contristati, cum tamen omnes debuissent compati ei, cui etiam insensibilia compati ui debantur: quia in morte Christi sol obscuratus est, terra mota est, & petræ scissæ sunt, & monumẽta aperta sunt, ut patet Matth. 27. *Et qui consolaretur, & non* *Consolari.* *inueni*, scilicet ex persecutoribus. Sicut enim consolatur medicum, qui curatur infirmus, sic Christum consolatur, qui ad ipsum conuertitur. quod nullus ex persecutoribus fecit tempore passionis. Et si aliqui, pauci tamen fuerunt. Vnde de humilitate Christi dicitur. Nõ est, qui *Thren. 1.* consoletur eam ex omnibus charis eius. Quin etiam mater eius compatiens nõ consolabatur, sed eius augebat dolorẽ.

Et dederunt in escam meam fel, & in siti mea potauerunt me aceto. 1114

Hic ostendit Christus se exaudiendum ratione inflictæ pœnalitatis. Quanto enim maior est crudelitas iniustè persequentium, tanto facilior debet esse exauditio innocentis iniustè persecuti. Crudelitatem ergo Iudæorum alle- *Bibit Christus vinum felle & myrrha mixtũ.* gans pro sua exauditione, dicit. *Dederũt in escam meam fel*, &c. Et uide quam clarè Dauid Christi passionem præuidit, quia

quia ad literam ipsi Christo existenti in
cruce, dum diceret sitio, potum fellis &
aceti propinauerunt. Vbi notandum, quod
Christo in passione bis Iudæi potum de
derunt, ut narrat Matth. 27. Primò quan-
do peruenerunt ad locum crucifixionis.
Tunc enim crux extensa fuit in terra, &
Christus affixus cruci. Et tunc antequã
crux eleuaretur, sic Christo affixo cru-
ci dederunt bibere vinum cum felle mix
tum. Et secundum Marcum, hoc vinũ
vocatur myrrhatum, idest myrrha, quæ
est amarissima, mixtum. Sic ergo potus
Christo primo datus fuit felle mixtus,
& vinum myrrhatum: quod duobus mo
dis intelligitur. Primo quia in illo vi-
no erat fellis, & myrrhę mixtio, quorum
vnum ponit Matth. dicens. Et dederunt
ei bibere vinum felle mixtum. Secundũ
verò ponit Mar. decimoquinto dicens,
& dabant ei bibere myrrhatum vinum.
Secundò ut nomine fellis amaritudo in
telligatur, & sic vinum myrrhatum, quia
est amarissimum, dicatur felle mixtum.
Augustin. Et istos duos modos intelligendi ponit
Augustinus in de consensu Euangelista-
rum, dicens. Secundum Matth. dederunt
ei bibere vinum felle mixtum Fel quip-
pe pro amaritudine posuit. Myrrhatum
enim vinum amarissimum est, quanquã
fieri possit, vt fel, & myrrha utrumque
simul uinũ amarissimum redderent. Se-
cundò autem cum iam in cruce fuisset
per tempus, videns omnia à patre sibi
imposita consummata, iam morti appro
pinquans, cum dixisset sitio: vas posi-
tum erat ibi aceto plenum, tunc illi spõ-
giam aceto plenam hissopo circumpo-
nentes, obtulerunt ori eius. Ipse autem
cum gustasset, noluit bibere. Istas ergo
duas potiones amaras præuidens psal-
mista, dicit. Primò quoad primam. *Dede-
runt in escam meam fel*. Quantum verò
ad secũdam. *Et in siti mea potauerunt me
aceto.* Sed hic duo occurunt dubia. Pri-
mum, quare Psalmista dicit. *Dederunt in
escam meam fel*, cum euangelista dicat,
quòd dederunt ei bibere vinum felle
Glossa. mixtum. Aliud est enim esca, aliud po-
tus. Hanc dubitationem glos. soluit di-
cens. In euangelio legitur ei oblatum
vinum felle mixtum, sed in potum, non
in escam. Quomodo ergo nunc dicit
psalmista. *Dederunt in escam meam fel*,

A & non dicit in potum? Respondit, my-
stice ergo hoc dicitur. Vnde bene con-
gruit quòd non dicitur fel dederunt in
potum, sed fel dederunt in escam: quia
iam dominus escam acceperat, qui cum
discipulis manducauerat pascha. Vbi sa-
cramentum sui corporis manducauit, & *Eucharistia*
ministrauit, quod est esca dulcis, esca sua
uis, esca veritatis Christi, quam commẽ
dat Apostolus dicens. Quoniam unus
panis, & vnum corpus multi sumus. In *1. Cor. 10.*
hanc ergo escam, idest, super hanc escã
suauem quam cum discipulis acceperat,
quæ est vnitas Christi in æternum, fel,
B idest, amaritudinem resistendo veritati,
& resistendo euangelio, quod adhuc ho
die facit contemptor sedentis in cœlo,
& grauius peccat: quam qui crucifixe-
runt ambulantem in terra. Sicut ergo
tunc Iudæi, ita etiam hodie dant biben-
dum amarum potum, qui malè viuendo
faciunt scandalum in ecclesia, vt hæreti-
ci amaricantes, hæc gl. Est ergo sensus,
quòd *dederunt in escam fel*, idest, fel, quod
dederunt ad potandũ Christo, dederunt *2. Quæst.*
in escam Christi, idest contra escam, quã
Christus in cœna sui corporis dederat
discipulis. Secundum dubium est, quo-
C modo hic dicit potauerunt me, cum di-
catur Matt. 27. quòd cum gustasset, no-
luit bibere, & sic non fuit potatus? Re- *Respon.*
spondetur, quòd hic notat intentionem
Iudæorum, qui uolebant aceto Christũ
potare, in euangelio verò euangelista
notat effectum.

Fiat mensa eorum coram ipsis in la- 1115
*queum, & in retributionem, & in
scandalum.*

HIc consequenter Christus ponit
Iudæorum punitionem, & est se-
D cunda pars principalis psalm. Et diuidi-
tur in sex partes, secundum quòd sex pę-
nas Iudæis ex morte Christi prædixit es
se futuras: quoniam ipsi primò ab inimi
cis fuerunt circundati, & obsessi. Secun-
do in Dei cultu fuerunt excæcati, ibi.
Obscurentur. Tertio à Romanis fuerunt
captiuati ibi. *Effunde super eos*. Quartò
vt vagabundi fuerunt per orbem dispersi
ibi. *Fiat habitatio*. Quintò in peccatis
fuerunt multiplicati, ibi. *Appone*. Sex-
tò de libro prædestinationis fuerunt

cancellati, ibi. *Deleantur*. Quantum ad primum notandum, quòd Iudæorũ principalia festa per octo dies celebrabant, & tunc omnes ad ciuitatem metropolim, scilicet Hierusalem, vbi erat tẽplũ, conueniebant. Et secundum Chrysost. super illo verbo Ioa. 7. In nouissimo autem die magnæ festiuitatis, inter istos octo dies festiuitatis, prima, & octaua erat solennior, & circa Dei cultum magis vacabant. Per sex autem dies medios magis intendebant voluptatibus, lætitijs, & comestionibus. Cũ autem Titus, & Vespasianus vindictam mortis Christi vellẽt facere, applicauerunt infra octauam festi paschæ, & sic inuenerunt omnes Iudæos in Hierusalem congregatos solatijs vacantes, & mensis, & sic dum vacarent solatijs, & mensis, à Romanis illaqueati sunt. Quod præuidens psalmista dicit, *Fiat* idest, fiet *mensa eorum coram ipsis in laqueum*, idest, quando in simul mensis, & epulationibus vacabant infrà octaua festiuitatis, à Romanis illaqueati fuerunt, quia statim ciuitas fuit circundata, & ad modũ laquei, ne quis euadere posset, obsessa. Et hoc est, quod eis prædixerat Christus. Circundabunt te inimici tui vallo, idest fossatis, & munitionibus circũ circa: ne aliquis euadere possit. Et iste talis laqueus fuit eis in retributionem, scilicet, propter culpam mortis Christi. Sic enim prædixerat eis Christus. Circundabunt te, &c. eo quòd nõ cognoueris tempus visitationis tuæ. De hac retributione dictum est ps. 30. Veritatem requiret dominus, & retribuet abũdanter facientibus superbiam. Hæc autem retributio fuit eis in scandalum. Scandalum enim secundum grammaticos est idem, quòd ruina, quia per istam conclusionem & illaqueationem factam à Romanis, Iudæi in ruinam ceciderunt, vnde scandalum, quod Christo præparabant, super eos cecidit, propter quod de Christo dicitur 1. Petr. 2. Hic est lapis offensionis, & petra scandali ijs, qui offenderunt: & Matth. 26. Væ illi, per quem scandalum venit. Aliter autem, & magis mysticè hunc passum exponit Magister in gloss. dicens. Mensa scriptura sancta est, quia sicut in mensa diuersa fercula ad refectionem corporis ponuntur, ita & in sancta scriptura diuersæ

Festa Iudæorum. *Chrysost.* *Mensa.* *Laqueus.* *Luc. 19.* *Scandalũ.* *Mensa scriptura.*

E sententiæ ad animarum refectionem. Vnde & in tabernaculo domini post introitum erat mensa, super quam erant duodecim panes de simila Deo positi? Panes duodecim, duodecim Apostoli sunt, & eorum successores, qui theologicis paginis inuigilare debent vt sint parati omni poscenti reddere rationem de fide, & spe. Vnde dicitur Malach. secundo. Labia sacerdotis custodiunt scientiam. Hanc autem mensam, habuerunt Iudæi, dum mandata Dei coluerunt, sed postquam à fide ieiuni sunt, hæc mensa coram ipsis gentibus data est, vt grauius
F doleant. Sic enim dicitur Matth. 21. Auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti, &c. Est ergo sententia versiculi, *Mensa eorum*, idest, scriptura eorum, quæ eis prolata est, & quæ gentibus coram ipsis data est, *fiat eis in laqueum*, i. in reprehẽsionem, vt qui litera alios astringebant, in ea obligati cadant. *Et in retributionem*, quia illis ablata, & gentibus data malorum retributio fuit, dum nolentes in ea epulari spiritualiter intelligendo, ab ea exclusi sunt. *Et in scandalum*, quia deserentes pacis auctorem, rixas sibi, & dissidia praua excitant. Ista tamẽ
G expositio magis mystica est, quam literalis.

Obscurentur oculi eorum, ne videant, & dorsum eorum semper incurua. 1116

HIc ponitur secunda pœna, quæ est interioris hominis excæcatio. Iudæi enim, qui erant scripturarum doctores, in Christi præsentia intellectum scripturarum perdiderunt, & datus fuit gentibus, Propter quod Christus dicit. Ego veni in iudicium in hunc mundum, vt qui non vident, videant, & qui vident, cæ
H ci fiant. Quod ad literam de Iudæis, & gentibus intelligitur, quia Iudæi Christum recipere nolentes, intellectum scripturarum amiserunt, & gentiles, qui scripturas sanctas ignorabãt, per spiritũsanctum intellectum scripturarũ receperũt. Dicat ergo de Iudæis. *Obscurentur oculi eorum, ne videant*, scilicet, oculi interiores. *Et dorsum eorum semper incurua*, vt. s. mens eorum de vno peccato ad aliud cadat. Vel aliter, per oculos Iudæorum intellige ipsorum scribas, & legis docto-

Iudæorum excæcatio. *Ioan. 9.* *Oculos.* *Dorsum.*

res,

res, qui lumen scripturarum alijs præsta A bant. Per dorsum verò intellige subditos, & minores. Et sic est sensus. *Obscurentur oculi eorum, ne videant*, scilicet doctores eorum lumen scientiæ perdant. *Et dorsum eorum semper incurua*, idest: minores, quia, dum scientiam perdunt, qui alijs ducatum præstant, sequentes ad terrena quærenda inclinantur. Et sic istum versum exponit Greg. dicens. *Obscurentur oculi eorum*, &c. ac si dicat, qui humanæ vitæ actionibus quasi præuidendis itineribus præsunt, veritatis lumen non habeant, vt & qui sequuntur subditi iniquitatum suarum oneribus incuruati B omnem statum rectitudinis amittant, quod factum proculdubio in Iudæa nouimus, cum in ipso nostri redemptoris aduentu Pharisæorum, scribarumque turba, ac sacerdotum à uero lumine mentis oculos clausit, & per præpositorum exempla gradiens in infidelitatis tenebris populus errauit. Consimiliter istũ textum ad propositum adducit Apostolus ad Rom. 11.

Gregor. 25. mor. c. vlt.

1117 *Effunde super eos iram tuam, & furor iræ tuæ comprehendat eos.*

C

HIc ponitur tertia pœna, quæ fuit à Romanis captiuatio. Notandum, quod, vt dictum fuit superius uersiculo 12. quamuis ira, & furor non cadant in Deo, quia tam ira, quam furor sunt passiones, motum animi contra aliquem significantes, qui motus nõ cadit in Deo, qui nunquam ira, vel furore commouetur, dicente Sapiente Deo. Tu autem, domine virtutum, cum tranquillitate iudicas. Cum tranquillitate autem nõ stat ira, neque furor. Sed dicitur Deus iratus, vel furibundus iuxta nostrum modum loquendi, quia ad similitudinem D irati, vel furibundi quandoque videtur punire malos. Differt ergo isto modo in Deo ira à furore, quia tunc dicitur Deus iratus contra peccatores, quando ipsos punit ut emendet, quia irascitur contra nos Deus, vt nos conuertat, non ut perdat, ut dicitur de pœniten. distinct. 1. sed econtrario. Propter quod Deuter. 32. dicitur Deo. Cum iratus fueris, misericordiæ recordaberis. Furit autem, quãdo punit, vt damnet. Et sic ira Dei effunditur in præsenti, sed furor in futuro malos comprehendit. Propter quod Iob. 35. dicitur. Nũc enim non infert furorẽ suum, neque ulciscitur scelus valdè. Ad propositum autem tunc super Iudæos effudit iram suam: quando puniuit eos in præsenti per Romanos principes ipsos cruciando, venundando, captiuãdo, & per totum orbem dispergẽdo. Ex qua punitione non est dubium, multos ad Deum fuisse cõuersos. Sed furor iræ suæ comprehendit eos, quãdo obstinatos in malo supplicio damnat æterno. Hoc ergo notans hic psalmista ait, *Effunde super eos iram tuam*, ipsos per Romanos captiuando, & cruciando, sed in futuro obstinatos, *furor iræ tuæ comprehendet eos*. In uita enim præsenti quoad animam nullus comprehensus dicitur, quia volũtas libera de malo ad bonum, & econtrario liberè potest permutari. Sed in futuro mali comprehenduntur, quia à malo ad bonum conuerti non possunt. In præsenti ergo punit iratus, sed in futuro comprehendit furibundus.

Cap. 12. Ira Dei. Furor Dei.

Ira Dei in præsenti, furor Dei in futuro.

Fiat habitatio eorum deserta, & in tabernaculis eorum non sit, qui inhabitet. 1118

POnitur hic quarta Iudæorum pœna, scilicet ipsorum per orbem dispersio. Et primo ponitur hæc pœna. Secũdò ipsius redditur causa, ibi. *Quoniam quem tu percussisti*. Quantum ad primũ sciendum, quòd iste versus dupliciter exponitur, scilicet de habitatione temporali, & spirituali. De temporali, quia Romani capta ciuitate Hierusalem, ipsam destruxerunt, & maximè templum, & palatium regis, quæ erant in monte Siõ, ita vt nullus in illis habitare posset, quia funditus destructa. Reliquam autem ciuitatem destruxerunt, non quidẽ funditus, quin aliqua habitatio ibidem remaneret ad tempus, sed postea funditus destructa fuit, sicut prædixerat Christus, Luc. 19. Non relinquent in te lapidem super lapidem &c. Et hoc secũdũ Greg. ipsa ciuitatis transmigratio testatur: quæ nunc in eo constructa est, vbi extra portã fuerat dominus crucifixus, vnde prior illa Hierusalẽ funditus euersa est. Intelligitur ergo iste versus de habitatione tempo-

Destructio Hierusalẽ per Romanos.

temporalis templi, & palatij regalis, in quibus maxime Iudæi confidebant. Etsi pro tūc aliqua pars ciuitatis, vel domus remanserit in quā aliquis habitare posset: non tamen aliquis Iudæus ibi habitare potest. Vnde hic dicit gl. *Et non sit, qui inhabitet in ea*, idest inhabitatione templi, & palatij simpliciter. Vel si ad ciuitatem referatur. *Non sit qui inhabitet in ea*, scilicet de numero Iudæorum. Secundò exponitur de habitatione spirituali. Nā ibi habitat Deus, vbi adest per gratiam. Et sic ante solum in Iudæis habitabat, quoniam solum Iudæa Deum colebat. Ps. 75. Notus in Iudæa Deus, &c. Et ibi. Habitatio eius in Siō. Sed propter Christi persecutionem ab eis recessit Deus, & transmigrauit ad gentes. Et hoc est, quòd dicit. *Fiat habitatio eorum deserta*, idest deserantur eorum mentes à Deo, *Et non sit qui inhabitet in ea*, idest & Deus non sit ille qui habitet in ea: sed diaboli, secundum quod prædictum fuerat Esa. 13. Habitabunt ibi struthiones, & pilosi saltabunt ibi.

Glossa.

Habitatio.

1119 *Quoniam quem tu percußisti, persecuti sunt, & super dolorem vulnerum meorum addiderunt.*

HIc ponitur causa prædictæ dispersionis. Vbi notandum, quòd eadē res à duobus potest fieri, ab vno. s. benè, & virtuosè, ab alio autem malè, & vitiosè. Sicut duo medici possunt dare eandem potionem infirmo, vnus ad finem, vt ipsum sanet, alius ad finem, ut ipsum occidat, & tamen eadem potio erit. Sic & de passione Christi. Nā Christus traditus fuit in mortem à patre, & à Iudęis. Tradidit illum pater. Roman. 8. Proprio filio suo nō pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Tradiderunt illum iniqui. Actuum 2. Iesum traditum per manus iniquorum, quem interemistis. Vnum ergo fuit opus passio Christi, sed à Deo bene, à Iudæis autem malè. Vnde Magist. lib. 3. dist. 21. Traditus est Christus à patre, traditus est à seipso, traditus est à Iuda, & Iudæis. Ab istis omnib. vna res facta est. Quid ergo discernit inter istos? quia hoc fecit pater, & filius ex charitate. Iudas verò ex proditione. Vnde non quid facit homo, sed qua vo-

Paßio Christi.

Voluntas.

E luntate, considerandum est. In eodem facto inuenimus Deum, & Iudam, Deum benedicimus, Iudam detestamur: quia Deus cogitauit nostram redemptionē, Iudas cogitauit pretium, quo vendidit dominum. Passio ergo Christi, & opus fuit Iudæorum, & Dei, &c. Ex quibus apparet, quòd Christus in passione percussus fuit à patre, sed bona uoluntate nostræ redemptionis & pro satisfactione peccatorum nostrorum. Esa. 53. Propter scelus populi mei percussi eum. Et hoc est, quod Psalmista patri loquitur, dicens. *Quoniam quem tu percußisti per*

F *se*, s. quasi dicat secundum gl. patri. Percussisti Christum, non pro culpa sua, sed pro redemptione generis humani, illum isti persecuti sunt, scilicet ad malū: quia mala uoluntate ipsum ad mortem deduxerunt. Vnde supra versic. 1094. Persecuti sunt me iniustè, quæ non rapui, tunc exoluebam, vide ibi. Et vide eorū malitiam: quia adhuc non fuerunt contenti persequi Christum ad mortē, nisi etiam super Christi mortem adderent persecutiones Apostolorum, martyrum & aliorum fidelium. Et hoc est, quod subdit. *Et super dolorem vulnerum meorum*

G *addiderunt*, quia non solum persecuti sunt Christum, sed etiam membra eius, vt puta Stephanum lapidando, Iacobū gladio perimendo, & alios fideles incarcerando. Si ergo quæris causam, quare habitatio fuit deserta, respōdet Christus *quia quem tu percußisti*, idest me, &c. Et istam causam sub alijs verbis exprimit Christus, dicens. Eo quòd non cognoueris tempus uisitationis tuæ, scilicet mei aduentus, veneram enim visurus, & saluaturus te.

Gregor.

Luc. 19.

H *Appone iniquitatem super iniquitatem eorum, & non intrent in iustitiam tuam.* 1120

HIc ponitur eorum quinta pœna, quæ est in peccatis multiplicatio. Qualiter autem Deus apponit iniquitatem super iniquitatem, cum Deus iniquitatem non faciat, sed neque diligat? alijs verbis ostendit Paulus ad Rom. 1. dicēs. Propter quod Deus tradidit illos in desideria cordis eorum, &c. Vbi glo. Tradere autem est permittere, non incitare,

Qualiter Deus addidit peccatũ peccato. *Gregor. 25 mor. c. 12.*

citare, non immittere. Et similiter apponere iniquitatem iniquitati est permittere. Præcedentibus quippe culparum causis, iuste, & merito deseruntur à Deo peccatores; vt in alijs peccatis cadere permittantur, ut ostendit Gregor. vigesimoquinto. moral. cap. 12. dicens. Omne quippe peccatum, quod citius pœnitendo non tergitur, peccatum est, & causa peccati, aut peccatum est, & pœna peccati. Peccatum namque, quod per pœnitentiam non diluitur, ipso suo pondere ad aliud trahit. Vnde fit, ut non solum sit peccatum, sed peccatum, & causa peccati. Ex illo quippe vitio culpa subsequens oritur ex quo cæcata mens ducitur, vt peius & in alio ligetur. Sed peccatum, quod ex peccato oritur, non iam peccatum tantummodo, sed peccatum est, & pœna peccati, quia iusto iudicio Deus omnipotens cor peccantis obnubilat, vt præcedentis peccati merito etiã in alijs cadat. Hinc enim uoce angeli ad Ioannem dicitur. Qui nocet, noceat adhuc, & qui in sordibus est, sordescat adhuc. Hinc Dauid ait. *Appone iniquitatem super iniquitatem eorum*, &c. Vel etiã iniquitati apponitur iniquitas, quia peccatum quantum vlterius procedit fortius aggrauatur, sicut viam rectam deserens, quanto amplius procedit, amplius errat, ut patet de duabus lineis rectis procedentibus à centro ad circunferentiam, quæ quanto vlterius procedũt, magis abinuicem distant. Vel aliter, & facilius. Vbi notandum, quòd accipitur quandoque pro culpa iniquitas, ut patet psalm. 50. Quoniam iniquitatem meam ego cognosco. Quandoque pro pœna peccati, vt Esa. 53. Omnes nos errauimus, & dominus posuit in ipso iniquitates omnium nostrum, scilicet pœnam peccatorum. Cum ergo dicitur D hic. *Appone iniquitatem super iniquitatem eorum*, primo loco iniquitas stat pro pœna, secundo pro culpa, vt sit sensus. *Appone iniquitatem*, idest, pœnam debitam, *super iniquitatem*, idest supra peccata, quod est reddere eis pœnam peccatis ipsorum debitam. Et tunc ly apponere, propriè competit Deo, quia pœnam apponit Deus, & punit & non solum permittit.

Peccatũ est pœnitentia peccati & causa.

Apoc. 22.

A *Deleantur de libro viuentium, & cũ iustis non scribantur.* 1121

Ponitur hic sexta pœna, quæ est de libro vitæ cancellatio. Vbi notandũ, quòd aliquis dicitur scribi in libro vitæ, siue prædestinationis diuinæ tripliciter, scilicet primò secundum ęternã Dei prædestinationem. Secundo secundum præsentem iustitiam. Tertiò secundum opinionem propriam. Primo modo scribuntur ab æterno, qui sunt prædestinati, & electi à Deo, sicut fuit Petrus, & tales de dicto libro deleantur secundum præsentem iustitiam, B quando mortaliter peccant, sed non delentur secundum æternam præscientiam, quia finaliter saluantur. Secundo modo scribuntur omnes qui sunt in statu gratiæ, quamuis æternaliter sint reprobati, Et tales delentur, quia finaliter in peccato moriuntur. Tertio modo scribuntur illi, qui de sua iustitia præsumentes, se in libro vitæ scriptos putant, licet non sint. Et tales delẽtur, quando experimentaliter se uident damnatos. Hic ergo loquitur de deletione facta secundo modo & tertio modo. Et est sensus. *Deleantur de libro viuentium*, C idest finaliter in peccato decedant, & cũ iustis, qui sunt in libro secundum æternam Dei præscientiam, non scribantur. Et hoc fuit impletum de persecutoribus Christi. De ista materia vide diffusè in decretis, de pœnit. distinct. 4. in multis capitulis.

Prædestinatio. *Reprobatio.* *Deleri de libro uitæ quid sit.*

Ego sum pauper, & dolens, salus tua, Deus, suscepit me. 1122

Haec est tertia pars principalis ps. in qua Christus ex omnibus prædictis consurgit ad Dei laudem, & gratiarum actionem. Et diuiditur in partes quatuor, quia Christus primò suæ resurrectionis explicat beneficium. Secundo gratiarum actionis exhibet officium, ibi *Laudabo nomen Dei*, Tertiò fidelium ad hoc excitat consortium, ibi. *Videant pauperes.* Quarto beatorum prædicat solatium, ibi. *Quoniam Deus saluam faciet Sion*. Quantum ad primum sciendum, quòd beneficium collatum alicui, tanto maius apparet, quanto recipiens in maiori necessitate consistit. Maius enim

esset beneficium pauperi accipere dena E
rium,quam diuiti equis. Ideo ad magnificandum resurrectionis beneficium, Christus primo præmittit suam necessitatem,dicens. *Ego sum pauper,& dolens.*
Pauper id est humilis. Vbi nota, quòd pauper quandoq; dicitur idem quòd humilis. Matth. 5. Beati pauperes spiritu, &c.Vbi Aug. in serm. Domini in monte.Spiritus audaciam,& superbiam significat. Vnde vulgo superbi magnum spiritum habere dicuntur, nam spiritus ventus uocatur. Quis verò nesciat superbos inflatos dici tanquam vento distentos? Quapropter hic rectè
Christus Pauper. intelliguntur pauperes spiritu,idest hu- F
miles,& timentes Deum, idest, non habentes inflantem spiritum. Et isto genere paupertatis, nullus fuit pauperior Christo,qui cum in forma Dei esset,humiliauit semetipsum factus obediens vsque ad mortem crucis. Secundo pauper significat egenum rebus mundi. Sic. n. dicitur, psal.73. Pauper, & inops laudabunt nomen tuum. Et isto modo Christus fuit etiam pauper: quia in paupertate natus, in paupertate conuersatus, in paupertate mortuus,& sepultus,quia in alieno sepulchro repositus. Propter
2.Cor. 8. quod de Christo dicitur.Scitis.n.gratiã G
domini nostri Iesu Christi, quoniam propter nos egenus factus est, cum esset diues,vt illius inopia nos diuites faceret
Matth.8. Vnde Christus dicit. Vulpes foueas habent,&c. filius autem hominis non habet,vbi reclinet caput suum.Consimiliter ergo hic dicit. *Ego sum pauper, & dolens*,scilicet ratione passionis.In qua passione,vt dicitur Esa. 53. Languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit.Propter quod dicit psalm. 87. Pauper sum ego,& in laboribus à iuuen-
Resurrectio dicitur susceptio. tute mea. Omnis dolor irruet in eum. Iob 20.Sequitur.*Salus tua, Deus, suscepit* H
me, scilicet me resuscitando à morte. Vnde psal.72.patri dicebat.Tenuisti manum dexteram meam, & in uoluntate tua deduxisti me, & cum gloria suscepisti me. Sic ergo suscipere notat resurrectionem,psal.3. Tu autẽ susceptor meus es,gloria mea,&c.Hanc resurrectionem postulat Christus, vt inimici confundantur, dicens.Suscipe seruum tuum in bonum,vt non calumnientur me superbi.

Laudabo nomen Dei cum cantico, & magnificabo eum in laude. 1123

CHristus hic insurgit ad gratias. Et duo facit,quia primo Deũ laudat, secundo Dei laudem exaltat ibi.*Et placebit.* Quantum ad primum nota,quòd cãticum significat lætitiam mentis interiorem,vt dictum fuit versic.29.Et sic Deũ laudat cum cantico, qui Deum læto corde exaltat, quod dicitur ad differentiã illorum, qui laudant cantando ore, sed cor habent alienum,vt hypocritæ,pigri, & negligentes,*Et magnificabo eum in laude.* Non est intelligendum,quòd ex laude nostra aliquid Deo accrescat, propter quod à nobis magnificetur fieri dicatur,sed magnificamur in illo,dum laudibus extollimus ipsum. Vnde qualiter nos magnificamur in Deo, & nos Deũ magnificamus, vide supra versic. 172. & 503. Aliter exponit istum uersum Hugo,vide in originali,versi. 1002.

Et placebit Deo super vitulum nouellũ,cornua producentẽ,& vngulas. 1124

HIc laudem Dei exultat.Vbi notandum, quòd in antiqua lege offerebantur sacrificia animalium vitulorũ, hircorum,& huiusmodi,quæ quidem de se Deo non erant accepta,sed solum ratione deuotionis offerentis. Sed sacrificium laudis cũ cantico,i.ex deuoto corde procedentis, ratione sui Deo est acceptum.Et hoc est, quod hic dicit, quòd sic laudare Deum cum cantico, placebit Deo super vitulum,&c. idest magis quã sacrificium uituli,qui ad literam producit vngulas, & cornua. Vel per sacrificiũ laudis dicitur sacrificium Eucharistiæ, vt fuit superius ostensum versicul. 823. Certum est autem, quod istud magis Deo placet, quàm sacrificium vitulorũ. Propter quod dicitur ps. 49. Sacrificiũ laudis honorificabit me,&c. Vel per vitulum nouellum,&c.intellige superbos, & lasciuos Iudæos, ut supra versic. 840. De quibus dicit Christus Circundederunt me vituli multi. Et illi vituli producebant cornua,& vngulas,scilicet cornua superbiæ contra Christum,& vngulas rapinę cõtra proximũ. Quia sacerdotes Iudæorum, ne sacrificia carnalia *Psal.21.*
per-

perderent, Christum superbe sunt persecuti, & cum illis sacrificijs expoliabãt subditos. Vult ergo dicere Psalmista, q' sacrificium laudis. s. noui testamenti, & Eucharistię placet Deo *super vitulũ*, &c. idest, plus quàm sacrificia sacerdotũ legis antiquæ. Hic nota, quòd multa Deo singulariter placent:, scilicet deprecatio humilium ad exauditionem. Iudith 9. Humilium, & mansuetorum semper tibi placuit deprecatio. Secundò tribulatio innocentium, quò ad probationẽ. Iob 1. Sicut domino placuit, sic factum est. Tertiò confessio pœnitẽtium, ad peccati detestationẽ. Malach. 3 Placebit Deo sacrificium Iuda, qui cõfessio interpretatur.

Placẽt Deo multa.

1125 *Videant pauperes, & lætentur, quærite dominũ, & viuet anima vestra.*

HIc ad Dei laudem fidelium aduocat consortiũ. Et primò facit hoc. Secundò adducit motiuum, ibi. *Quoniam exaudiuit.* Quantum ad primum sciẽdum, quòd nomine pauperum intelligit primitiuos fideles, vt Apostolos, & alios, qui in primitiua ecclesia nihil possidebãt, sed omnia erant eis communia, vt habetur Act. 4. Habere enim in communi, non obuiat veræ paupertati. Vel per pauperes intelligit humiles, vt dictũ est, supra versic. 1122. Et tunc hortatur omnes fideles, qui in humilitate fundati debent, dicẽs. *Videant pauperes. Videant*, scilicet Christum transisse de morte ad vitam, de pœnis ad gloriam. Videant etiam per Christum sacrificia antiquæ legis in vnum verum sacrificium Eucharistiæ permutata. Et ideo ex hoc lætentur laudantes Deum, & sic sacrificium laudis offerentes. Et ex hoc vide differẽtiam inter sacrificia legis antiquæ, quę fiebant in vitulis, agnis, & alijs animalibus, quæ solum diuites offerre poterant: quia pauperes illis carebãt. Sacrificium autem laudis nouæ legis commune est omnibus tam pauperibus, quàm diuitibus, à quo nullus se excusare potest, quia hoc sacrificium stat in mente, illa autem in rebus exterioribus. Dicat ergo. *Videant pauperes, & lætentur*, scilicet, in Christo. Vbi nota, quòd lætitia est multiplex, scilicet, temporalis, spiritualis, & æternalis. Vide supra versic. 841.

A Vnde Psalm. dicit, Lætamini in domino, & exultate iusti, quasi dicat non in mundo, sed in Christo domino. Propter qđ subdit. *Quærite dominum, & viuet anima vestra*, idest, quærite dominum per fidẽ, & amorẽ, & viuet anima vestra vita gratiæ. Qualiter autẽ quærendus sit Deus, notandum, quòd aliqui Deum non quęrunt, nec inueniunt, aliqui Deum quærunt, sed non inueniunt, aliqui Deum quærunt, & inueniunt. Primi sunt, qui totam spem suam in temporalibus ponunt, de Deo nihil curantes, figurati per regem Asa. de quo dicitur 2. Paralip. 16.
B quòd ægrotauit dolore pedum vehemẽtissimè, nec in infirmitate sua quæsiuit dominum, in arte medicorum confisus, & mortuus est. Vbi nota, quòd per regem Asa, qui plasmatio interpretatur, significatur homo, quem Deus fecit quò ad corpus, & creauit quò ad animam, qui ideo rex dicitur, quia omnibus creaturis præpositus fuit. Tales autem multi sunt solum quærentes temporalia, & non Deum, & moriuntur non solum corporaliter, sed etiam æternaliter, qui infirmantur in pedibus, idest, in affectionibus mentis, quas ad vana mundi applicant. Vnde de talibus dicitur 2. Paralip.
C 15. Si quis non quæsierit dominum, moriatur. Secundi sunt, qui stant in carnis delitijs. Isti figurantur per sponsam, quæ dicit. Cantic. 3. In lectulo meo per noctes quæsiui, quem diligit anima mea, & non inueni. Tertij sunt, qui in munditia, & pluritate cordis eum quærunt. Et tales inueniunt figurati in Magis, qui venerunt Hierosolymam quærẽtes regem Iudæorum, & ipsum inuenerunt. Matth. secundo. Et nota, quòd Magorum exemplo, Christum tripliciter quærere debemus, scilicet, festinanter, ne morte præ-
D ueniamur, perseueranter vt ad fidem perducamur, gaudenter, ne coacti iudicemur. Primò quæramus festinanter, quamuis enim certus sit quilibet, quòd quandocunque per pęnitentiam perfectè Deum quæsierit, quòd placatum inueniet per gratiã, tamen dubius esse debet, an in futurum ipsum debitè poterit inquirere, quia vt dicitur Eccles. 9. Nescit homo finem suum, quilibet ignorat quid sibi futurum tẽpus apponat. Qui a etsi Deus pęnitenti veniam spopondit, pec-

Psal. 96. & Psal. 31.

Quærere Deum.

Nota.

Asa.

Nota qualiter tripliciter est quærẽdus Christus.

peccanti tamen diem crastinum non promisit. Propter quod Christus dicit Prouerb. 8. Qui mane vigilauerit ad me, inueniet me. Et dicit mane, quia statim habita opportunitate, debes de peccato dolere, & per pœnitentiam quærere Deum. Sic & Magi fecerunt, quia statim Christum natum quæsierunt. Et hoc est quod dicitur. Eccles. 5. Ne tardes cõuerti ad dominum, &c. vnde Esa. 55. Quærite dominum, dum inueniri potest, &c. Et Magister lib. 4. dist. 20. Dico tibi, dum sanus es, pœnitentiam age, &c. Secundò quæramus ipsum perseueranter. Quid enim bonum facere proficit, si ante finẽ vitæ deseratur? quoniam secundum Isidorum vnumquemq; Deus iudicat non de sua vita præterita, sed de suo fine, & Christus ait: Qui autem perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit. Vnde dicitur Hierem. 29. Cum quæsieritis me in toto corde vestro, inueneritis me. Psalm. 104. Quærite dominum & confortamini, quærite faciem eius semper. Quærit Deum in parte cordis, qui ad tempus illum quærit, sed in toto corde, qui perseueranter. Tertiò quæramus lætanter. Omnia enim bona nostra cum lætitia cordis debent fieri, non cũ tristitia, quia omne triste coactum, & violentum iudicatur, & nullum coactum seruitium apud Deum meretur premium. Et hoc est, quod dicitur Psalmo 69. Lætentur in te omnes, qui quærunt te. Sic enim & Magi quærentes dominum, gauisi sunt gaudio magno. Sic & nunc conformiter Psalmista dicit, *Audiant pauperes, & lætentur, quærite dominum*, &c.

Isidorus. *Matth. 10.*

1126 *Quoniã exaudiuit pauperes dominus, & vinctos suos non despexit.*

Deus cum lætitia quærendus.

Ostendit hic Christus motiuum, quare cum lætitia Deũ debemus quærere, quia scilicet desideria pauperũ adimplet, captiuos liberando. Per pauperes enim intellige humiles, quos exaudit Deus, quoniam inter virtutes humilitas orationem exaudiri facit, vt patet supra vers. 315. & 362. & 437. *Et vinctos suos nõ despexit.* Per vinctos intellige sanctos patres, qui vincti tenebãtur in lymbo, quos Christus resurgendo liberauit Zach. 9. Tu autem in sanguine testamẽti tui eduxisti vinctos de lacu, in quo non erat aqua. Vel per vinctos accipe peccatores, quoniam vt dicitur. Prouerb. 5. Funibus peccatorum suorum constringitur quisque. Sed nota, q peccatores sunt duplices, aliqui sunt Dei, & aliqui diaboli. Dei sunt peccatores, qui tamen æternaliter à Deo sunt prædestinati, sed diaboli sunt, qui à Deo æternaliter sunt reprobati. Primos Deus nõ despicit, sed finaliter saluat, & liberat. Sed secundos finaliter despicit, & damnat. Vnde de primis hic postulat Psalmista. d. *Et vinctos suos non despexit.* Vel *vinctos suos*, i. præceptis suis, & legibus astrictos.

Peccator duplex.

1127 *Laudent illum cæli, & terra, mare, & omnia reptilia in eis.*

Hic ex prædictis ostendit omnem creaturam ad Deum laudandum obligatam. Et primò proponit laudem debitam. Secundò ostendit laudis causam, ibi. *Quoniam Deus.* Quantum ad primum sciendum, quòd laus est duplex, quædam verborum, & quædã operum. De laude verborum dicitur 2. Paral. 29. Præcepit Ezechias, vt laudarent dominum sermonibus Dauid. De laude operum dicitur de sapientia increata Prou. 31. Laudent eum in portis opera eius. Laudare Deum verbis, & operibus potest omnis creatura rationalis, quia ipsum laudat sermonibus, dum ipsum verbis verum Deum confitetur. Psalmus. Labia mea laudabunt te. Laudat operibus, dum mandata Dei, & ordinem sibi à Deo datum perficit omnis creatura. Isto modo homo laudat Deum, quando mãdata Dei perficit. Solum laudat Deũ, quando ordinem sibi datum à Deo conseruat, sic mare, &c. Hæc omnia insensibilia Deum laudant, dum seruando ordinem à Deo sibi datum, ipsum Deũ laudandum nobis ostendunt. Hic ergo ex Christi resurrectione sic omnem creaturam ad Dei laudem excitat, vt sicut omnis creatura in Christo passo turbationẽ ostendit, sic & in resurrectione lætetur. Nam Angeli suo modo fuerunt turbati. Esa. 33. Angeli pacis amarè flebunt. Cœli, quia sol obscuratus est. Terra, quia mota est, &c. Sed in Christi resurrectione omnia dominum laudare cum exultatione

Laudare Deum.

ratione videbantur. Nam Angeli in veste candida mulieribus apparuerunt. Sol præuenit diē per tot horas, quibus obscuratus fuerat in die passionis. Terra, quia reddidit mortuos suos, &cæt. Quæ omnia præuidens Psalmista, d. *Laudent illum cæli, & terra.* Vel per cœlum intellige Apostolos, & viros cœlestes, Psal. 18. Cœli enarrant gloriam Dei. Per terram intellige Iudæos, quibus terrena præmia promissa erant. Per mare intellige gentes per pœnitentiam amaram conuersas. Per reptilia intellige cæteros peccatores terrenis deditos, qui omnes Deū laudare tenētur, quia pro omnibus quo ad sufficientiam fuit passus. Et aduerte, ꝙ ad laudem Dei omnes tam bonos quàm malos excitando cœlos præmittit, dicēs. *Laudent illum cæli,* quia cœli maximè nobis Deum laudabilem ostendunt, quod sic ostenditur. Nam opus artificē ostendit laudabilem. Cœli autem sunt opus Dei subtilissimum. Propter quod cœli dicuntur opera digitorum Dei. Psalm. 8. Quoniam videbo cœlos tuos, opera digitorum. Illa.n. quæ subtiliter operari volumus, digitis, & non tota manu operamur. Dicit.n. Philosophus, ꝙ opus laudat artificem. Constat autem, ꝙ operatio corporum cœlestium, & ipsorum dispositio est imago pulcherrima. Si ergo hodie laudatur sculptor ex pulchra imagine facta, similiter pictor ex pictura, doctor ex lege edita, & hmôi, quanto ex cōsideratione cœlorū magis laudandus est Deus? Sic ergo nota, ꝙ qñcunq; in scriptura insensibilia dicuntur laudare Deū sic intelligendū est, quia hominibus materiam diuinæ laudis præstant.

Philoso. 10. de anima. libus.

1128 *Quoniam Deus saluam faciet Sion, & ædificabuntur ciuitates Iudæ.*

HIc beatorum explicat gaudiū, siue solatium. Vbi notādum, ꝙ omnes tres versus sequentes exponuntur, non solum de viatoribus, vel de ecclesia militante, sed etiam de triumphatoribus, & ecclesia triumphante. Primo ergo exponitur de ecclesia militante. Vbi notandum, quòd per Sion intelligitur militās ecclesia, & ratione nominis, & ratione operis. Ratione nominis, quia Sion interpretatur specula, & ecclesia militans

Sion significat ecclesiā

A videt per speculum in ænigmate. Etiam ratione operis, quia in monte Sion incœpit Christi ecclesia ædificari per Christi prædicationem, quoniam in templo quod erat in monte Sion, Christus pluries prædicauit. Ibi etiam Christus cœnauit, & sacramentum Eucharistiæ confecit. Ibi spiritumsanctum misit Apostolis, quo informati Apostoli ecclesiam per orbem dilatauerunt. De hac ergo dicit, ꝙ tenemur laudare Deum, ratio, *quoniam Deus saluam faciet Sion,* i. ecclesiam militantem, quia.s. saluabit omnes, qui sunt membra ecclesiæ, saluabit in præsenti, quia Apostolos, & alios fideles
B fortificabit, ne per peccatum cadant aduersitatibus pressi, vt patuit in Apostolis, & martyribus. Et saluabit in futuro eorum meritis dando præmia. Quæ autem sint eorum merita ostendit dicens. *Et ædificabuntur ciuitates Iudæ.* Ecclesia enim catholica dicitur ciuitas, eo quod in ipsa sit ciuium vnitas. Et quamuis sit solum vna ecclesia generalis, tamen particulariter multæ dicuntur ecclesiæ, vt ecclesia Romana, Constantinopolitana, Rauennen. &c. Apostoli autem spiritusancto recepto, per orbem diuisi ciuita-
C tes ædificauerunt, idest, ecclesias, quod notans Psalmista dicit: *Et ædificabuntur ciuitates Iudæ,* idest, ecclesiæ Christi, qui per Iudam significatur, quia fuit de tribu Iuda. Potest etiam exponi de ecclesia triumphante, quæ Sion appellatur, quia Deum facietenus speculatur. De qua dicit Apostolus ad Hebr. 12. accessistis ad Sion montem, & ciuitatem Dei viuentis Hierusalem cœlestem, &c. Et de hac cœlesti Sion dicit: *quoniam Deus saluam faciet Sion,* quia, scilicet per homines beatificatos restauratur Angelorum ruina, & sic *ædificabuntur ciuitates Iudæ,* idest,
D ordines Angelorū restaurabuntur, qui dicuntur *ciuitates Iudæ,* i. Christi, qui fuit de Iuda, quia in beatis Angelis, & hominibus, qui sunt ciues supernæ ciuitatis, est summa voluntas, vnitas, & cōcordia.

Et inhabitabunt ibi, & hæreditate acquirent eam. 1129

HOc similiter exponitur de ecclesia militante, & triumphante. Vbi notādum, ꝙ differentia est inter habitare, & in- *Habitare.*


Inhabitare. & inhabitare. Nam habitatur corpore, E
sed inhabitatur mente, quoniã inhabitare est intus habitare. In ecclesia militante multi habitant, qui non inhabitant, vt puta, qui nomine sunt Christiani, non re. Sed illi inhabitant, qui re, & mente ecclesiæ sunt membra, sicut fuerũt Apostoli, & alij Christi fideles. De quibus dicitur Psal. 67. Deus, qui inhabitare facit vnius moris in domo, quia in ecclesia nullus mente inhabitat, nisi cum cæteris fidelibus sit vnius moris, & voluntatis. Et tales ecclesiam sibi hæreditate acquirunt spe. De beatis autem exponitur, ꝙ in cœlesti Hierusalem beati inhabitabũt F
ibi. *Et hæreditate acquirent eam*, i. stabiliter in perpetuum ibi habitabunt, quia Deus hæreditas eorum erit, Psal. 15. Dominus pars hæreditatis meæ. De hac hæreditate, vide supra ver. 974. & 975.

1130 *Et semen seruorũ eius possidebit eam, & qui diligunt nomen eius, habitabunt in ea.*

HIc exponit, qui sunt illi, qui habitant in ecclesia militante, vel triũphante. Vbi nota, quòd nomine seminis
Semen. imitatores intelliguntur, eo quòd semẽ, G
quod nascitur ex arbore, vel herba, imitatur, & continet naturam herbæ, vel arboris, ex qua oritur, vnde simile generat. Sic & in hominibus illi vocantur semen alterius, qui illius mores imitãtur. Sic enim semen bonorum vocantur boni. psalm. 21. Qui timetis dominum, laudate eum, vniuersum semen Iacob, glorificate eum. Consimiliter & mali malorum semen dicuntur. Dan. 13. Semen
Seruus. Chanaan, & non Iuda, &c. Serui autem Dei vocantur propriè patres antiqui, qui Dei voluntatem seruabant, vt Abrahã, Isaac, & Iacob, vel quia ipsi à Deo serua H
bantur. Nam vt ait August. 19. de ciuitate Dei. Origo vocabuli seruorum in Latinam linguam inde creditur educta: quia ij qui iure belli à victoribus poterant occidi, conseruabantur, & serui fiebant à seruando appellati. Sic ergo sancti patres serui Dei dicuntur, quia ab ipso Deo seruati, ne à dæmone per peccatum occiderentur finaliter. *Semen ergo seruorum eius possidebit eam*, scilicet, hæreditatem, idest, imitatores patrum sanctorum. Et sic exponit glo. dicens. *Semen seruorum eius*, &c. i. imitatores fidei, & bonorum operum sanctorum patrum. Sed quia nullus potest imitari sanctos patres, nisi Deum diligat, ideo exponit quid per nomen seminis intelligat, dicens. *Et qui diligunt nomen eius habitabunt in ea.* Vbi glos. Hi sunt semen seruorum, non qui carne filij sunt, quia etiam serui dilexerunt nomen eius, qui non diligunt, non se dicant semen eius, & qui diligunt nomen eius, non se negent semen seruorum eius. Et nota, quòd hic accipitur pro re significata per nomen Dei.

PSAL. LXIX.

DEus, in adiutorium meum intende, domine, ad adiuuandum me festina. 1131


HIc Psalmus talem habet titulum. *Psalmus Dauid in rememoratione, quòd saluum fecit eum dominus.* Pro cuius expositione sciendum, ꝙ istum Psal. fecit Dauid, quãdo ab Absalon filio suo, Deo permittente propter peccatũ adulterij, & homicidij commissum in Bersabe, & Vriam, de Hierusalem fugit. Nam vt habetur 2. Regum 15. Fuit tunc in magno mortis periculo, à quo tamẽ saluus factus est, ipsum Deo protegẽte mediante cõsilio Chusi, & eius inimici fuerunt mortui, & dissipati. Et tunc hoc videns Dauid fecit istum Psalmum, in recordatione tanti beneficij à Deo recepti. Ex quibus patet materia psalmi, & tituli, cuius sensus est iste. Psal. Dauid, scilicet quem fecit Dauid, *in rememoratione, quod saluum fecit eum dominus*, s. à persecutione Absalon, & aliorum. Et sic quãtum ad literam iste psalmus habet tres partes, quia Dauid in ista persecutione primo petit inimicorum deiectionem. Secundò amicorum exultationem, ibi. *Exultent*, &c. dic vt Nic. Quantum verò *Memoria.*
ad sensum propheticum sciendũ, ꝙ iustorum recordatio stat in duobus, s. in recordatione peccatorum commissorum, propter quæ Dei iudicium timemus, & in re-

in recordatione æternorum præmiorũ, quæ firmiter speramus. De prima recordatione agit titulus Psal. 37. De secunda verò agit iste. Propter hoc dicitur, *in recordatione, quòd eum saluum fecit dominus*, scilicet, per spem. Et sic est sensus tituli talis. Psal. Dauid, i. iste psalmus factus est à Dauid, & competit omni iusto per Dauid figurato. Et factus est adhuc *in rememoratione*, i. agens de rememoratione, non vtique peccatorum, sed huius rei, *quod dominus saluum fecit eum spe*, scilicet, & certitudine. Et vide quàm bene præsens psalmus sequitur præcedentem ad ostẽdendum conformitatem capitis, & membrorum Christi, & fideliũ. Nam in præcedenti psalm. actum est de Christi persecutione, morte, & passione, & cõsequenter de ipsius resurrectione. Hic autem conformiter agitur de membrorum Christi persecutione, & pœnis, & consequenter de ipsorum gloria, & præmiatione. Diuiditur ergo psalmus iste in duas partes, quia primo petit Dei adiutorium, vt ab inimicis protegatur. Secundò vt in bonis collocetur, ibi. *Exultent*. Prima in duas, quia primo petit adiutorium Dei contra persecutiones dæmonum. Secundò contra persecutiones hominum, ibi. *Confundantur*. Quantum ad primum sciendum, quòd diabolus illos magis tentat, & inuadit, quos sibi magis rebellare per bona opera conspicit, quod ostendit Gregor. dicens. Mater negligentiæ solet esse securitas. Ne ergo securitas negligẽtiam generet, scriptum est, fili, accedens ad seruitutem Dei, sta in iustitia, & timore, & præpara cor tuũ ad tentationem. Non enim ait, ad requiem, sed ad tentationem, quia hostis noster adhuc in hac vita nos positos, quantò magis nos sibi rebellare conspicit, tantò amplius expugnare contendit. Illos enim pulsare negligit, quos quieto iure possidere se sentit. Contra nos verò eo vehemẽtius excitatur, quo ex corde nostro quasi ex iure proprio nostræ habitationis expellitur. Hoc enim in seipso dominus quasi sub quadam dispositione figurauit, qui diabolũ non nisi post baptisma se tentare permisit, vt signum nobis quoddam futuræ conuersationis innueret, quod membra eius postquam ad Deum pro ficerent, tunc acriores tẽ-

Tentat diabolus bonos.
Securita. negligẽtia.
Gregor. 24. mor. c. 12.

A tationum insidias tolerarent, &c. Ad propositum ergo iusti in hoc mundo videntes, quòd quanto deuotius erga Deum disponuntur, tanto acrius infestantur à diabolo, cui per seipsos resistere non valent, ad Dei inuocandum adiutorium excitantur, dicentes. *Deus, in adiutorium meum intende*. Quia si Dei adiutorium tardat, nos aduersarius superat. Et ideo accelerationem adiutorij quærit, dicens. *Domine, ad adiuuandum me festina*. Et notandum, quòd inter alias virtutes oratio maximè mentes nostras ad Deum erigit. Et ideo orantes maximè diabolus impugnat. Et ideo ne nobis orãtibus præualeat, semper in principio horarũ istum versiculum præmittimus, dicentes. *Deus, in adiutorium meum intende*, &c. Et hoc est, quod Magister notat in glo. dicens, Nota, quòd hic versiculus ante omnes horas dicitur, quia cùm orare debemus, tunc maximè nos diabolus tentat. Contra ergo illius insultus, auxilium à domino postulamus ante omnia. Circa adiutorium Dei nota, ꝙ Deus adiutorium suum multis generibus hominum præbet, quia adiuuat pœnitentes, adiuuat patientes, adiuuat præliantes, adiuuat meditantes, adiuuat confidentes, adiuuat deprecantes. Vide supra vers. 957. vbi agitur de primo membro. De secundo membro agitur. versic. 983. De sexto autem membro, quod est magis ad propositum agitur versic. 673. vbi istud membrũ distinguitur in sex. Quia ibi notatur, ꝙ orando debemus petere adiutorium Dei, vt scilicet adiuuet captiuatos, tribulatos, impugnatos, fatigatos, infirmatos, & adoptatos. Et ibi agitur de primo. Nunc ergo dicamus de secundo. Dico ergo quòd orãdo debemus petere, vt Deus adiuuet tribulatos cõsolando paternaliter, dicens illud psal. 45. Deus noster, refugium, & virtus, adiutor in tribulationibus, &c. Ipse. n. in tribulationibus orantes adiuuat, propter quod dicitur. Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, consolationes tuæ lætificauerunt animam meam. Et rationẽ adiungit, dicens, quia factus est mihi dominus in refugium, & Deus meus in adiutorium spei meæ. Secundum enim naturã tribulationis dat consolationem. Sic enim adiuuit tres pue-

Adiutor Deus.
Psal. 45.
Psal. 93.
Dan. 3.
Dan. 14.

B C D

ros in camino ignis positos, ventum roris ministrando. Danielem in lacum leonum missum, leones mansuefaciãdo. Susannam eius accusatores occidendo, & multa similia. Vnde merito quilibet in
Psal. 95. tribulatione sic adiutus, ei dicat. Tu autem domine, adiuuisti, & consolatus es me. Tertiò, petamus, vt adiuuet impugnatos nos defensando. Sine.n. Dei adiutorio à dæmonibus impugnantibus, & malis hominibus saluari non valemus.
Psal. 118. Et ideo dicamus ipsi Deo. Adiuua me, & saluus ero. Deus.n. qui non est acceptor personarum, stat in medio omnium oppressorum paratus æqualiter omnes adiuuare, ipsum inuocantes. Propter quod de ciuitate omnium oppressorum dici-
Psal. 45. tur. Deus in medio eius non commouebitur, adiuuabit eam Deus manè diluculo. Quartò petamus, vt adiuuet fatigatos, eos sociando. Hoc est, quòd nos sic adinuicem societ, vt vnus adiuuet alium onera nostra portantes adinuicẽ, & tunc securi erimus, quoniam vt scribitur Prouerb. 18. Frater, qui adiuuatur à fratre, quasi ciuitas firma. Quintò vt adiuuet infirmantes, eos roborando. Quilibet enim per se debilis est, & infirmos ad tolerandũ aduersa, propter quod Dei egemus adiutorio. Sic & illa Hester contra Aman hostem Iudęorum debilem se cognoscens, à Deo quærebat adiutorium,
Hester 14. dicens. Domine, rex solus, adiuua me: quia pręter te nullus auxiliator est alius & statim fuit adiuta. Sextò vt adiuuet adoptatos nos beatificando, sibi dicẽtes illud Ps. 108. Adiuua me, domine Deus meus, saluum me fac propter misericordiam tuam. Et aduerte, quòd illud Dei adiutorium aliqui contemnunt, qui scilicet plus in diuitijs quàm in Deo confidunt. Psalm. 51. Ecce homo, qui non posuit Deum adiutorium suum, sed sperauit in mul. &c. Aliqui illud tollunt, qui scilicet proximos adiuuare contemnũt, quia tales Dei adiutorio se indignos faciunt. De quibus Psalm. 109. Non sit illi adiutor, nec sit, qui misereatur pupillis eius, rationem subdit, dicens. Pro eo q non est recordatus facere misericordiã. Aliqui impugnant. s. qui non credunt Deum disponere ista inferiora, sed solũ superiora. Et sic tales non credunt se adiuuari à Deo, sed magis suis operibus credunt iuuare Deum, quos reprehendit scriptura, dicens. Cuius est adiutor, Iob 26.
nunquid imbecillis, & sustentas brachiũ eius, qui non est fortis. Veruntamẽ sciendum, quòd ipsum Deum fortissimum etiam humiliter agentes adiuuare dici-
mus. Vnde per Paulum dicitur. Adiutores Dei sumus. Nam cui ipse internam 1. Cor. 3.
gratiam infundit, nos exhortationis voce concurrimus, hoc ille per spiritum agit intrinsecus, quod nos exterius ministerio vocis adiuuamus. Aliqui intrant, qui scilicet gratia Dei iustificantur. Et sic intrare cupiebat Psalmista, dicens.
Adiuua nos, Deus salutaris noster, & Psal. 78.
propter gloriam nominis tui libera nos, & cætera. Aliqui transeunt per istud adiutorium, qui. s. per gratiam, operantem proficiunt in meritis. Et sic intrabat & transibat illa anima, quæ dicit Psal. 45. Adiuuabit eam Deus mane diluculo, Deus in medio, &c. Aliqui autem in isto adiutorio habitant, qui, scilicet, in gloria sunt assumpti. De quibus Psalm. 88. Posui adiutorium super potente, & exaltaui electum, &cæt. Nos ergo isto modo
adiuuari quæramus, dicentes. Adiuua Psal. 118.
me, & saluus ero. Quod nunc nos facere docet Psalmista, dicens. *Deus, in adiutorium meum intende.*

Confundantur, & reuereantur, qui quærunt animam meam. 113.

HIc petit Dei adiutorium contra persecutiones hominum. Et diuiditur in tres partes, secũdum quòd sunt
tria genera persecutorum, quia quidam *Persecuto-*
sunt aperti, quidam occulti, quidam adu *rum tria ge*
latores. Primò petit contra primos. Se- *nera.*
cundò contra secundos, ibi. *Auertantur.* Tertiò contra adulatores, ibi. *Auertantur statim*. Primò ergo agit de apertis persecutoribus, d. *Confundantur, & reue-*
reantur, &c. Vbi notandum, q confusio *Confusio.*
est triplex, vt dictum fuit supra ver. 345. scilicet confusio in vitijs, pro vitijs, & contra vitia. Confusio in vitijs, est mentis deordinatio propter vitia. Confusio pro vitijs, est pœna vitijs debita. Sed cõfusio contra vitia, est displicẽtia propter commissa vitia, siue pœnitentia. Hic ergo versus potest intelligi de qualibet illarum. Nam, si intelligatur de duabus primis

primis confusionibus, tunc stat præuisi-
uè, non optatiuè, vt talium confusionem
præuidens Psalmista, non optans d cat.
Confundantur, idest, confundentur. Sic
etenim dicit Hier. 17. Confundantur il-
li, & non confundar ego. Si autem acci-
piatur tertio modo, tunc stat optatiuè,
vt scilicet tales persecutores consideran-
tes mala sua erubescant, & conuertãtur.
& istũ sensum magis sonat litera. Pro-
pter quod sequitur. *Et reuereantur.* Ve-
reor enim secũdum Grammaticos, idem
est quòd ex aliquo facto verecundari, vel
timere cum exhibitione alicuius reue-
Reuereri. rentiæ. Et componitur cum re, & fit re-
uereor, idest, valde vereri. Et sic pecca-
tor reueretur, quando ex consideratio-
ne peccatorum erubescit, & verecunda-
tur, & timens Deo exhibet reuerẽtiam.
Vnde hic ait glos. *Confundantur*, primò
de peccatis suis, & postea *reuereantur*, id-
est, conuertantur. Nam reuereri est ti-
mere, ne pro læsa iustitia pœna sequa-
tur. Sic enim dicitur Psalm. 70. Lingua
mea tota die meditabitur iustitiam
tuam, cum cõfusi, & reueriti fuerint, qui
quærunt mala mihi.

2133 *Auertantur retrorsum, & erubescant*
qui volunt mihi mala.

HIc agit de inimicis, & persecutori-
bus occultis. Vbi notandum, quòd
diuersa fuit persecutio ecclesiæ, & fide-
lium. Nam primo fuit impetus persequẽ
tium apertus, quando, scilicet, reges, &
imperatores aperte persequebantur ec-
clesiam, martyres trucidantes. Et de illis
statim dicitur. *Confundantur, & reue-*
reantur, qui quærunt animam meam, idest
vitam meam auferre per mortẽ. Posteà
venit persecutio occulta, s. hæreticorũ,
qui sub ratione christianitatis, Christi
fidem persequebantur, vt tempore Ar-
rij, Nestorij, & huiusmodi. Et isti plus
nocuerunt quam primi, quia periculo-
sior est hostis occultus quã manifestus,
sicut morbus occultus quã manifestus:
quia contra manifestum remedia appo-
ni possunt, non contra occultum. Et de
istis occultis persecutoribus, orat dicẽs.
Auertantur retrorsum, & erubescant, idest
reuertantur, vt ecclesiam sequantur; &
non ipsam proscindere velint. Sic enim

A multi hæretici finaliter ecclesiæ verita-
tem cognoscentes, auersi sunt à via sua
mala; *& retrorsum*, idest post ecclesiam
abierunt, vt de Euthychio expressè ostẽ
dit Gregor. libro 14. mor. cap. 31. Quia
verecundatus errore suo, quo resurre-
ctionem negabat corporum, veritatem
fuit confessus. Et hoc est quod dicit. *Et*
erubescant. Erubescentia enim signum
est interioris verecundiæ. Vide suprà ver
siculo 344. Et notandum, quòd auersio *Auersio*
quandoque accipitur in bono, quando- *multiplex*
que in malo. De bona dicitur. Cũ auer- *Ezech. 18.*
terit se impius ab impietate sua, &c. De
B mala autem dicitur ibidem. Si auerterit
se iustus à iustitia sua, &c. Hic autem
accipitur de bona auersione, qua quis ab
errore conuertitur ad veritatem. Vnde
ista aduersio dicitur quidam actus salu-
taris pœnitentiæ. De qua Eccles. 8. dici-
tur. Ne despicias auertentem se à pecca-
to, &c. Et hæc auersio est multiplex. Pri-
mò est auersio à mala societate, sic Moy
ses auertit se à Pharaone. Exo. 10. Auer-
tit se Moyses, & egressus est à Pharao-
ne. Secundo est auersio à crudelitate, sci-
licet per pietatem. Thobiæ 4. Noli auer-
tere faciem tuam ab vllo paupere. Ita
C enim fiet, vt non auertatur à te facies
domini. Tertio à dolositate ad virtutẽ.
Prou. 4. Non declines ad dexteram, ne-
que ad sinistram, auerte pedem tuum à
malo. In huius enim figuram asina Ba-
laam, sciẽs viam suam contrariam Deo,
cernens Angelum stãtem euaginato gla
dio, auertit se de itinere. Quarto furo-
ris ad pacem. Prouerb. 29. Homines pe- *Num. 22.*
stilentes dissipant ciuitatem, sapientes *2. Reg. 15.*
verò auertunt furorem. Sic & illa mu-
lier sapiens Abigail suis verbis pacificis
auertit furorem Dauid concitatum
contra virum suum Nabal. Quinto à lu
D xuria ad castitatem. Cant. 6. Auerte ocu
los tuos a me, quia ipsi me auolare fece
runt, & Eccl. 9. Auerte faciẽ tuam à mu
liere compta, & ne circũspicias speciem
alienam. Sextò ab idololatria ad fidem.
Ezech. 14. Recedite ab idolis vestris, &
ab vniuersis contaminationibus vestris
auertite facies vestras. Septimò ab hæ-
resi ad veritatem, quam in persona hæ-
reticorũ postulabat Dauid, dicens. Auer
te oculos meos, ne videant vanitatem.
Hic enim accipit oculos interiores, qui- *Psal. 118.*
bus

bus vera vel falsa contemplamur, qui E tunc vanitatem vident, quando falsitatem contra veritatem sacræ scripturæ attestantur, & docēt. Et istam auersionem hæreticorum hic postulat Psalmista, dicens. *Auertantur retrorsum & erubescant, qui volunt mihi mala,* scilicet, mala semina falsitatis inserere.

1134 *Auertantur statim erubescentes, qui dicunt mihi euge, euge.*

Adulatio. Hic agit de inimicis adulatoribus, qui sub specie boni ad malũ alios trahunt, quales sunt hodie in ecclesia F multi laudantes alios etiam in malis. Et tales multum nocent, quia laudata culpa fauoribus crescit, vt deducit Greg. 4. moral. cap. 23. Et contra istos orat propheta dicens. *Auertantur statim erubescentes, qui dicunt,* &c. *Euge.* Euge enim est interiectio lætantis, sicut quãdo quis vult alteri congaudere, & ipsum laudare, dicit. Euge euge, quasi dicat, benefecisti. Et sic adulatores etiam fidelibus nocent, dum eis adulando ipsos ad vanã gloriam incitant. Vnde hic ait glos. *Auertantur statim, &c. qui dicunt. Euge euge,* glo. idest irrisoriè, vel adulatoriè. Duo enim sunt G genera persequentium, scilicet adulantium, & vituperantium. *Vituperiũ. Laus.* Sicut enim aurum igne probatur, ita vir lingua adulantium. Plus enim lingua adulatoris nocet, quam manus persecutoris. Vtrunque enim, scilicet laudatio, & vituperatio ignis est; intrat hunc ignem, qui tentatur vituperio, vel laude, exit integer, qui neutro capitur. Et, si quæras quod magis nocet homini, vel vituperium siue conuitium illatum, vel laus, & adulatio: credo quòd plus nocet adulatio, & laus, quia difficilius est resistere laudi, ne homo per superbiam eleuetur, quam H vituperio, ne per impatientiam irascatur, multi enim vituperio resistunt, non tantum perfecti, sed laudi nullus resistit nisi perfectus. *Gregor. 22. mor. c. 9.* Quod ostendit Greg. dicens. Despecto enim honore conditoris, seipsum plus amare cõuincitur, qui suis præconijs lætatur. Quamuis etiam sancti viri de bona sua opinione gaudeãt sed cum hanc perficere audientes pensant, nec ideo de opinione sua, sed de proximorum gaudent vtilitate, quia aliud est, fauores quærere, & aliud, ad vtilitatem subditorum gaudere. Qua in re necesse est, vt cum audientium vtilitati non proficit, mentem nostram famæ laudis non eleuet, sed fatiget, &c. Et sequitur. Vnde per Salomonem dicitur. *Prou. 27.* Sicut probatur in conflatorio argẽtum, & in fornace aurum, ita probatur homo ore laudantis. Argentum quippe vel aurum si reprobum est, igne consumitur, si perfectum verò, igne declaratur. Sic nimirum est de hominibus. Nam qualis sit quisque in eo quod laudatur ostenditur. Si enim auditis suis laudibus se extollit, quid iste aliud quam aurum vel argentum reprobum fuit, quem videlicet fornax linguæ consumpsit. Si autem fauores suos audiens ad superni iudicij considerationem redeat, ac de his apud occultum arbitrum grauetur, meruit, quasi ex purgationis igne ad magnitudinem claritatis excrescit, & vnde incendium trepidationis sustinet, inde clarius fulget. Ex quibus claret, quam periculosa sit laudatio, quam bene trepidans Psalmista nunc dicit. *Auertantur statim erubescentes, qui dicũt mihi euge, euge.* Quod nihil aliud est orare, nisi vt adulatores non sint.

Exultent, & lætentur in te omnes, qui quærunt te, & dicant semper magnificetur dominus, qui diligunt salutare tuum. 1135

Hæc est secunda pars principalis, in qua à persecutionibus liberatus petit in bonis collocari. Vbi ostẽdit, qui vult in Deo finaliter beatificari, tria debet facere, scilicet, Primo Deum magnificare. Secundò debet seipsum humiliare, ibi. *Ego autem.* Tertiò debet in solo Deo spem ponere, ibi. *Adiutor meus.* Quantum ad primum sciendum, quòd omnis nostra lætitia, & exultatio ponenda est in Deo solo, propter quod dicitur. Lætamini in domino, & exultate iusti, &c. *Psal. 31.* De hoc vide supra, versic. 470. & 480. Nota etiam, quòd iste versus & alij duo sequentes quasi formaliter ponuntur supra in fine Psalm. 39. vide ibi. versiculo 671. & 672. Dicat ergo Psal. *Exultent, & lætentur in te omnes, qui quærunt te,* scilicet, in præmium, *& dicant semper*

semper magnificetur dominus. Loquitur enim hic more humano: vbi quis laudibus crescit, quod nō facit Deus, sed nos Deum laudando proficimus. Non ergo in se, sed in nobis magnificat Deus. De hoc vide supra ver. 272. & 501. & 552.

1136 *Ego verò egenus, & pauper sum: Deus, adiuua me.*

OStendit hic, quod homo seipsum debet humiliare, si Deum in præmium vult habere. Quid enim est seipsum humiliare, nisi seipsum cognoscere, quòd à se nihil habet, quòd per se nihil potest, vnde sicut debemus Deū magnificare, ita nos egenos, & pauperes confiteri debemus. Quæ autem differētia sit inter egenum & pauperem vide supra versicul. 674. Sequitur. *Deus, adiuua me*. Qualiter autem pauperes, & mendicos, dicitur superius: Psalmo trigesimonono: Ego autem mendicus, & pauper sum, dominus sollicitus est mei, vide ibi versic. 672.

Psal. 39.

1137 *Adiutor meus, & liberator meus es tu, domine, ne moreris.*

HIc ostēdit, quòd in solo Deo spem debemus ponere. In tot enim aduersitatibus positū, sine Dei adiutorio subsistere non valemus. Ipse autem tribulatos, & in aduersis oppressos in se sperātes adiuuat, quòd patet: quia, si iustus homo dici non posset, qui iustos iniustè oppressos non adiuuaret, dum posset, quomodo Deus iustus diceretur, si iniustè oppressis denegaret adiutorium? Vnde de ipso dicitur Psalmo nono. Factus est Deus refugium pauperi, adiutor in opportunitatibus, in tribulatione. Et de isto adiutorio abundat tota scriptura. Nonne Deus adiuuit tres pueros in camino ignis positos iniustè, quibus ignis nocere non valuit? Sic adiuuit Ioseph propter castitatis amorē incarceratum iniustè, vt inde ipsum honorificè extraheret, & dominum Aegypti constitueret. Sic adiuuit Susannam propter amorem castitatis iniustè ad mortē condemnatam, vt ipsius castitatē ostendens falsos criminatores traderet morti. Et sic de multis alijs. Propter quod dē

Dan. 3. Adiutor Deus. Gen. 14. Dan. 14.

A Psal. 45. Deus noster, refugiū, & virtus: adiutor in tribulationibus &c. Etsi quandoque ad adiuuandum tardus nobis uideatur, tamen adiuuare nos semper est paratus, & tempore debito auxiliū præstat: vnde festinum eius auxilium postulat Psal. d. *Domine, ne moreris*, i. ne mihi tardius videatur, quòd adiuues. Illi ergo qui eget, adiutorium sibi tardius præstari videtur. Sic ergo vide quomodo finis istius Psal. concordat principio, quia in principio dicitur. *Deus, in adiutorium meum intende*: hic aūt dr̄. *Adiutor meus, & liberator meus es tu, domine*. Ibi dr̄. *Ad*
B *adiuuandum me festina*, hic autē dicitur. *Domine, ne moreris*. Itē nota, q̄ propter septem peccata mortalia, aduersa vndique premunt, quia cuilibet peccato suā correspondet pressura, quia aliunde premitur superbus: aliunde auarus, & sic de singulis. Ideo septem vicibus in die, idest, in septem canonicis horis adiutoriū Dei postulamus dicentes. *Deus, in adiutorium meum intende*.

PSAL. LXX.

C *IN te, domine, speraui, non confundar in æternum, in iustitia tua libera me, & eripe me.* 1138

SEcundum aliquos expositores iste Psalm. non est Psal. distinctus à præcedēti: sed idem penitus, vt in multis Biblijs Hebræorū reperitur. Sed quia Hieronymus ponit istum psalmum distinctum à præcedenti, quia præcedentē dicit 69. sed istum vocat septuagesimū. Et sic communiter vt Psal. distinctus tracta-
D tur in libris nostris. Ideo ipsum vt distinctum à præcedenti tractabo. Et quamuis in Hebræo, & secundum Hieronymum hic nullus ponatur titulus, Magister tamen in glo. hic talē titulum ponit; *Psal. Dauid filiorum Ionadab, & priorum captiuorum*. Sed quia iste titulus in nullo facit ad literā Psalmi: sed solum ad sensum propheticum: ideo primo exponam literam Psalmi, antequam ad titulum accedam. Sciendum igitur quòd etsi iste Psal. à præcedenti sit alius, habet tamen

Hierony.

men eandem materiam: quia tam iste E quam ille fuit factus à David, quando Absalon filius suus ipsum persequebatur. Unde in præcedenti Psal. divinum postulabat adiutorium pro sua liberatione, hic autem consequenter inducit rationes pro sua exauditione. Et sic Psal. iste dividitur in partes duas, quia David primo pro sua exauditione adducit rationes ex parte Dei. Secundò ex parte sui, ibi. *In te cantatio*. Tertiò ex parte aduersarij, ibi. *Confundantur, & deficiant.* Circa primum allegat primo Dei magnificentiam. Secūdò eius iustitiam, ibi. *Deus meus eripe me*, &c. Dic ut Nic. F de Lyr. Quantum verò ad sensum propheticum primò exponendus est titulus, qui est: *Psal. David filiorum Ionadab, & primorum captiuorum.* Ubi notandum, quod per filios Ionadab significantur iusti, & Deo obedientes, sed per primos captiuos significantur mali, & peccatores. Ratio primi est, quia filij Ionadab summè patri suo Ionadab fuerunt obedientes. Unde obedientiam ipsorum ad exprobrandum inobedientiam Iudæorum Deo adducit propheta dicens, quòd adduxit filios Ionadab in domo domini, & posuit corā eis scyphos vino plenos dicēs G eis, Bibite vinum. Qui responderunt. Non bibemus vinum, quia Ionadab filius Rechab pater noster præcepit nobis dicens, Non bibetis vinum &c. obedivimus ergo voci Ionadab filij Rechab patris nostri. Et ex ista obedientia improperatur Iudæis, quòd voci Dei obedire nolebant. Unde sequitur in eodem cap. Vade, & dic viris Iuda. Nunquid non recipietis disciplinam, vt obediatis voci domini? dicit dominus. Præualuerunt sermones Ionadab filij Rechab, quos præcepit filijs suis, vt non biberent vinum, & non biberunt vsque in præsentem diem, H obedientes voci patris sui. Ego autem locutus sum ad vos, & non obedistis mihi &c. Et sic ratione tantæ obedientiæ per filios Ionadab intelliguntur iusti Deo obedientes. Sed per priores captiuos intellige peccatores, & iniustos. Ubi aduerte, quòd captiui dicūtur omnes peccatores, quia per peccatum à Diabolo captiui tenentur. Et isti sunt in duplici differentia scilicet in præsenti, & in futuro, scilicet in inferno. Illi

Hier. 35.

qui sunt in præsenti captiui peccato, possunt liberari, unde & primi captiui dicuntur. Sed captiui peccato in inferno amplius evadere non possunt, & dicuntur captiui secundi, sicut captiuitas præsens futuram præcedit. Est ergo sensus tituli iste, *Psal. David filiorum Ionadab*, idest, iste Psal. est obedientium, qui ideo cantatur, vt in obedientia Dei perseuerent. Est etiam *priorum captiuorum*, scilicet, captiuorum, qui sunt in præsenti, qui ideo cantatur, vt à peccato desistant. Sic ergo iste Psal. mouet iustos ad perseuerantiam, & malos ad pœnitentiam. Quibus visis, sciendum, quòd hic Psal. loquitur generaliter in persona iustorū, & dividitur in partes tres: quia primò petit à malis liberationem. Secundò malorum conuersionem, ibi. *Confundantur, & deficiant.* Tertiò surgit ad gratiarum actionem, ibi. *Ego autem semper sperabo.* Prima in partes duas, quia Deum inuocādo, primò allegat Dei misericordiam. Secundò suam innocentiam, *In te cantatio*. Prima in duas, quia primò allegat Dei misericordiam. Secundò Dei iustitiam, ibi. *Deus meus, eripe me.* Prima dividitur in tres partes, quia primo ponit suam in Deo confidentiam. Secūdo Dei petit clementiam, ibi. *Inclina ad me.* Tertio Dei confitetur potentiam, ibi. *Quoniam firmamentum.* Quantū ad primum sciendum, quod spes, siue cōfidentia in Deo habita oratione facit exaudiri, tria enim Oratio. sunt, quæ orationem faciunt exaudibilē, scilicet pœnitentia, de diabolo victoria, & in Deo confidentia, vnde versic. 624. Et hanc confidentiam psalm. se ostendit habere. d. *In te, domine speraui.* q. d. iustus Deo. *In te, domine, speraui*, non in me, non in mundanis, quæ caduca sunt. Et ideo si in illis spero, cōfusionem patior, sed quia in te spero, ideo in æternum non confundar, sed à peccatis liberor, & temporalibus periculis. Ideo subdit. *In iustitia tua libera me.* s. à peccatis, & *eripe me* à periculis. i. secundum hoc quòd tua iustitia exigit. s. vt parcas oranti, non in sua iustitia, sed in tua confidentia, vnde Eccles. 2. dicitur. Respicite, filij, nationes hominum, & scitote, quia nullus sperauit in domino, & confusus est, permansit in mandatis eius, & derelictus est. Meritò ergo sperare debemus in domino.

Vbi

Vbi notandum, quòd tribus hominum generibus spes maximè est necessaria, in quibus est i præsenti quilibet homo. Est enim spes necessaria primò dimicātibus (quia spes victoriæ vires pugnantis fortificat, nos autem in præsenti) vt adiuuentur. Secundò nauigantibus, vt conseruentur. Tertiò ægrotantibus, vt liberentur. Primò dimicantibus quia spes victoriæ vires pugnantis fortificat, nos autem in præsenti in continuo bello pugnamus, s. contra diabolū, carnem & mūdum. Psal. 55. Multi bellantes aduersum me. Quomodo autem istis resistere possemus, nisi spe essemus muniti? Ideo dicitur Psal. 61. Sperate in eo omnis congregatio populi, effundite corā illo corda vestra, quia Deus adiutor noster in æternum. Narratur in historijs Britonum, quòd Harturus in scuto suo ab intra portabat imaginē beatæ Mariæ, quæ filium tenebat in brachijs. Vbi quotiens in bellis pressura fatigari incipiebat, ad hanc imaginē respiciebat, ex cuius intuitu vires resumebat, & quasi recēs fiebat, quia spem in Christū, & in matrem ponebat. Sic & nos bellantes fatigati spem nostram erigamus ad Deum, & vires ministrabuntur à Deo. In cuius figurā dicitur 2. Mach. 15. quòd Machabeus confidebat cum omni spe auxilium sibi affuturum à Deo, & hortabatur suos, & sequitur, quòd victoriā obtinuit. Secundò sumus nauigātes in huius mundi mari periculoso, de quo Psal. 103. Hoc mare magnum, & spatiosum, illic reptilia, quorum nō est numerus. Nautis autem magnum solatium confert, quando de nocte stellā maris aspicere possunt, quia ad ipsius intuitum gressus suos dirigunt, sine cuius intuitu quasi desperāt. Quid autem est stella maris, nisi Christus, qui de seipso dicit. Ego sum genus, & radix Dauid, stella splendida, & matutina. Et ideo dum ipsam stellā spe conspicimus, assecuramur. Vnde sperando in ipsum dicamus illud Psalm. 64. Exaudi nos, Deus salutaris noster, spes omnium finium terræ, & in mari longe. Tertiò sumus ægrotantes, spes autem sanat ægrotos: vnde primo Machab. 2. Dicebat Mathathias filijs. Cogitate per generationem, & generationem, quia omnes, qui sperant in Deum, nō infirmantur. Narrat Seneca in suis declamationibus, ꝙ quidam pater abdicauit filium: abdicatus autem filius audiens medicinā, medicus effectus est. Contigit autem patrem infirmari. Rediit filius factus medicus, & patrem curat, facta cura, filius reconciliatur patri. Contigit, ꝙ vxor patris nouerca filij simili morbo infirmatur. Iubet pater filio curare nouercam: filius se excusat, & abdicatur. Secundò pater accusat filium de eo quòd noluit, & sciuit curare nouercā. Quod autem sciuit, & potuit, probat per hoc, quòd patrem de simili morbo curauerat. Filius respondet, quòd nescit, an possit eam curare, vel non, quia spes, quam habuit pater curari à filio, fortè fuit magis causa curationis, quam scientia eius. Ad propositum cum simus multipliciter infirmi, spes nobis summè est necessaria, & confidentia tam de habenda salute, quam de Christi medicina, ac bonitate. In cuius figuram paralytico Christus dicit. Confide, fili, remittuntur tibi peccata tua. Propter defectum huius spei peccatum Cain, & Iudæ fuit irremissibile, quia peccauerunt in spiritumsanctum, quòd non remittitur in hoc seculo, nec in futuro. Vnde de quolibet peccatore sperante in ipsum, dicit Christus. Quoniam in me sperauit, & ego liberabo eum, protegam eum, &c. Et hoc ponit hic Psalm. dicens, *In te, domine, speraui, &c.*

Spes. — Exemplū. — Apoc. 22. — Exēplum. Seneca. — Matth. 9. — Psal. 90.

Inclina ad me aurem tuam, & salua me. 1139

HIc consequēter diuinam petit clementiam. Et primò petit, vt exaudiatur. Secundò vt protegatur, ibi. *Esto mihi*. Quantum ad primum nota, quòd nullus autem alteri inclinat, nisi minori. Qui enim altiorem vult audire, aurem eleuat, non inclinat. Petens ergo Psal. vt Deus ad ipsum aurem inclinet, se paruum dictat, & humilem, vide supra versic. 437. Vnde hic ait glo. *Inclina ad me aurem tuam*. Hæc enim est confessio humilitatis. Qui enim hoc dicit, hoc confitetur, quia iacet velut ęger medico stanti prostratus, ideo subdit. *Et salua me*, scilicet, ab ęgritudine, quę intus est, scilicet, a peccatis. Vbi nota, ꝙ tripliciter

Oratio. — Humilitas.

tet saluamur à peccatis, scilicet, per pœnitentiam de sceleribus. Hierem. 23. In diebus illis saluabitur Iuda, qui confitês interpretatur, per munditiam in operibus. Iob 22. Saluabitur innocens munditia manuum suarum. Per patientiam in aduersitatibus. Tob. 13. Tu flagellas, & saluas. Et sic dicere Deo, salua me, idem est quod petere, da mihi veram peccatorũ pœnitentiam: da mihi in operibus, & in conscientia munditiam: da mihi in aduersis veram patientiam. Si ergo Deo deuote dicamus, salua me: ipse statim respondet. Tecum sum dicit dominus, vt saluet te. Item nota quod in scriptura auris Dei quandoque significat Dei misericordiam, quandoque Dei iustitiam. Primum patet, quoniam quando diuina pietas nostras supplicationes exaudit: tunc aurem suam nobis inclinare dicitur, vel auribus suis nostra percipere vota. Sic enim Psal. 5. dicitur Deo. Verba mea auribus percipe &c. intellige clamorem meum. Quod exponens glo. ait. Auris Dei non corporeum instrumentum est, sed potentia diuinæ maiestatis accipitur. Vox enim corporalis aure corporis auditur: spiritualis verò intelligitur. Auris enim Dei eius est misericordia, & clementia. Et quia Dei misericordia exaudit preces iustorum, ideo dicitur Ps. 33. Oculi domini super iustos, & aures eius in preces eorum. Secundum patet, scilicet de aure iustitiæ, quoniam Deus aures habet iustitiæ, quibus ad vindictã audit oppressiones malorũ: vnde Iac. 5. dicitur. Ecce merces operariorum vestrorum, quæ fraudata est à vobis, & clamor ipsorum in aures domini sabbaoth introiuit. Hic autem accipiuntur aures pro misericordia Dei.

Saluare. *Hiere. 3.* *Auris Dei duplex.*

1140 *Esto mihi in Deum protectorem, & in locum munitum, vt saluum me facias.*

HIc petit vt à Deo protegatur. Vbi nota, quòd duæ sunt maxime virtutes, quæ de Deo prædicantur, scilicet misericordia, & iustitia. Et quamuis ista vnum sint in Deo, habent tamen diuersa significata siue connotata, quia misericors dicitur, quando parcit siue defendit, sed iustus, quando punit. Et sic aliquibus se offert in Deum protectorem per misericordiam, aliquibus autem in Deum punitorem per iustitiam. Iustus ergo nõ confidens de sua iustitia, Deum postulat habere protectorem per misericordiam, non vltorem per iustitiam, dicens. *Esto mihi in Deum protectorem:* vide supra versic. 438. Et nota, quòd ostendit scriptura tres virtutes nos protegere, id est, quòd illæ virtutes Deum prouocãt ad nos protegendum, & defendendum. Primò æquitas iustitiæ. Ecclesi. 27. Si sequeris iustitiam, apprehendes illam; & proteget te. Secundò largitas misericordiæ. Eccle. 7. Sicut protegit sapientia, sic protegit & pecunia, scilicet, liberaliter impensa. Tertiò fidelitas amicitiæ. Ecclesi. 6. Amicus fidelis protectio fortis. Ergo, si vis Deum habere protectorem, serua iustitiam, vt sis obediens Deo serua misericordiam, vt sis compatiens proximo, serua amicitiam, vt sis fidelis in promisso. Et sic securè Deo dicere poteris illud Psal. 16. Sub vmbra alarum tuarum protege me &c. Et idem alijs verbis exprimit dicens. *Et in locum munitum.* Locus enim munitus dicitur locus fortis ad defensionem aptus, in quo quis ab hostibus potest saluari. Et ideo quia martyres gratia Dei sic erant fortificati, quòd persecutorũ iacula eorum corda penetrare nõ poterant, ideò dicebantur mysticè ciuitates munitæ. Sic enim Hieremiæ dictum est. Nec te timere faciam vultum eorum, ego enim dedi te hodie in ciuitatem munitam &c. Et nota, quòd in præsenti tres defectus patimur, contra quos nos munit Deus, scilicet ignorantiam, concupiscentiam, & impotentiam. Contra ignorantiam nos munit per sapientiam illuminantem, vnde Sap. 4. Videbunt finem sapientis, & non intelligent, quòd munierit illum Deus. Contra concupiscentiã per gratiam fortificantem. Et hanc specialiter hic quærit Psal. dicens. *Esto mihi in locum munitum.* Vel hic quærit muniri per gloriam, vt ab omnibus periculis sit saluus. Et hanc munitionem alibi quærebat Psal. 59. dicens. Quis deducet me in ciuitatẽ munitam, &c. scilicet, in gloriam, vt saluum me facias: quia in illa solum salus nostra consistit.

Dua diuina virtutes. *Protegere.* *Hiere. 1.* *Munitus.*

Quoniam

1141 *Quoniam firmamentum meum, & refugium meum es tu.*

HIc psal. confitetur Dei potentiã. Vbi nota, quòd Deus aliter est firmamentum iustorum, & aliter refugiũ. Est enim firmamentum, dum in aduersis nobis dat patientiam. Est refugium, dum ad se nostram dirigit conscientiam. Dirigit ergo firmamentum, dum nobis in aduersis donat patientiam. Quis enim mũdi aduersa posset sustinere, nisi per patientiam Deus ipsum firmaret? Vnde ipse dicitur patientia nostra, quia ipsam efficit. De isto firmamento figuraliter dicitur Genes. 1. Fecit Deus firmamentum, & diuisit aquas, quæ erant sub firmamento ab ijs, quæ erant supra firmamentum. Vbi nota, quòd per aquam fluidam significantur mundi aduersitates, quæ homines faciũt fluxibiles, & instabiles, iuxta illud psal. 68. Saluum me fac, Deus, quoniam intrauerunt aquæ vsq; ad animam meam. Istæ autẽ aquæ sunt duplices, scilicet superiores significantes aduersitates, quæ nobis immittuntur à Deo, vt est infirmitas corporalis, &c. & inferiores significantes aduersitates, quę immittuntur à mundo, à carne, à diabolo, vt sunt odia, persecutiones, concupiscentiæ, &c. Sed Deus tunc nostrum firmamentum efficitur, quando inter istas aduersitates per patientiam nos fortificat, ne illas formidemus, quod facit per donum fortitudinis. Quod patuit in Petro, qui antequam per donum fortitudinis fortificaretur à Deo inter aduersa firmus esse non poterat. Vnde ad vocem ancillæ Christum negauit. Sed post acceptum donum fortitudinis inter omnia aduersa firmamentum factus fuit, vt habetur Actuum 4. Quod ostendit Gregor. dicens. Scimus, quòd Petrus Apostolorum primus ante acceptum spiritũ dum mori timuit, vitam negauit, qui nõ pœnis, non afflictionibus, non terribili potestate cuiusquam, sed unius mancipij interrogatione prostratus. s. ab ancilla ostiaria requisitus. Ecce quam vilis ad tentandum persona est requisita, vt aperte proderetur, quanta eum timoris infirmitas possideret, quia ante vocem ancillæ non subsisteret. Sed iã hic paulò ante timidus qualis post aduentum spiritus

Firmamentum. *Aduersa.* *Patientia.*

Gregor. 17. mor. c. 10.

A extiterit videamus. Certè Lucã attestante, discimus, quanta cõtra sacerdotes, ac principes auctoritate dominum prędicauit, vt nec verba, nec verbera, non mortem iam firmatus timeret, &c. vide ibi. Petro ergo firmamẽtum factus est Deus quando per spiritumsanctũ dono fortitudinis inter omnia aduersa ei patientiam contulit, vt meritò diceret illud psal. 17. Diligam te, dñe, fortitudo mea, dñs firmamentum meum, & refugium meum, & liberator meus. Dicitur autem Deus nostrum refugiũ, dum nostram conscientiam ad se dirigit. Qualiter aũt Deus sit B nostrum refugium, uide supra vers. 438.

Deus meus, eripe me de manu peccatoris, & de manu contra legem agentis, & iniqui. 1142

ORando hic allegat Misericordiam. Ad misericordem enim spectat, miseris compati. Ideo ut exaudiatur tria facit, quia iustus primo explicat suam miseriam. Secundò allegat Dei misericordiam ibi. *Quoniam tu es*. Tertiò Dei potentiam, ibi. *In te confirmatus*. Quantum ad primum sciẽdum, quòd duo sunt C genera hominum, qui nos in præsenti opprimũt, s. aliqui sunt sub nomine Christianitatis, & aliqui sine lege. Ab istis fuit passus Christus, scilicet, à Iudæis, qui legem Dei acceperant, & à gentilibus, qui legem Dei non acceperant. Consimiliter & Christi membra patiuntur. Primò ab infidelibus qui. s. conati sunt ecclesiã ad nihilum deducere, persequendo Christianos, & martyrizando, ut fuit Nero, Diocletianus, Maximianus, &c. Secundò à fidelibus, qui, scilicet fidem confitentur, vt puta à tyrannis, qui simplices persequuntur, & à falsis fratribus. Et ab D his omnibus hic Psalmista a Deo petit liberari, primo in genere, dicens. *Deus meus, eripe me de manu peccatoris*. Peccator enim generaliter est omnis iniustus persecutor, deinde istos peccatores distinguit in dicta duo genera, dicens, *De manu contra legem agentis*, id est de manu transgressoris legis. Propriè enim contra legem agere dicitur, qui legem accepit, & ipsam transgreditur. Et aliud genus subdit dicens. *Et iniqui*. Per iniquum enim simpliciter intelligit

Persecutio duplex.

temporalis templi, & palatij regalis, in quibus maximè Iudæi confidebant. Etsi pro tunc aliqua pars ciuitatis, vel domus remanserit in qua aliquis habitare posset: non tamen aliquis Iudæus ibi habitare potest. Vnde hic dicit gl. *Et non sit, qui inhabitet in ea*, idest inhabitatione templi, & palatij simpliciter. Vel si ad ciuitatem referatur. *Non sit qui inhabitet in ea*, scilicet de numero Iudæorum. Secundò exponitur de habitatione spirituali. Nā ibi habitat Deus, vbi adest per gratiam. Et sic ante solum in Iudæis habitabat, quoniam solum Iudæa Deum colebat. Ps. 75. Notus in Iudæa Deus, &c. Et ibi. Habitatio eius in Siō. Sed propter Christi persecutionem ab eis recessit Deus, & transmigrauit ad gentes. Et hoc est, quòd dicit. *Fiat habitatio eorum deserta*, idest deserantur eorum mentes à Deo, *Et non sit qui inhabitet in ea*, idest & Deus non sit ille qui habitet in ea: sed diabolus, secundum quod prædictum fuerat Esa. 13. Habitabunt ibi struthiones, & pilosi saltabunt ibi.

Glossa. *Habitatio.*

1119 *Quoniam quem tu percussisti, persecuti sunt, & super dolorem vulnerum meorum addiderunt.*

HIc ponitur causa prædictæ dispersionis. Vbi notandum, quòd eadē res à duobus potest fieri, ab vno. s. benè, & virtuosè, ab alio autem malè, & vitiose. Sicut duo medici possunt dare eandem potionem infirmo, vnus ad finem, vt ipsum saner, alius ad finem, ut ipsum occidat, & tamen eadem potio erit. Sic & de passione Christi. Nā Christus traditus fuit in mortem à patre, & à Iudæis. Tradidit illum pater. Roman. 8. Proprio filio suo nō pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Tradiderunt illum iniqui. Actuum 2. Iesum traditum per manus iniquorum, quem interemistis. Vnum ergo fuit opus passio Christi, sed à Deo bene, à Iudæis autem malè. Vnde Magist. lib. 3. dist. 21. Traditus est Christus à patre, traditus est à seipso, traditus est à Iuda, & Iudæis. Ab istis omnib. vna res facta est. Quid ergo discernit inter istos? quia hoc fecit pater, & filius ex charitate. Iudas verò ex proditione. Vnde non quid facit homo, sed qua vo-

Passio Christi. *Voluntas.*

E luntate, considerandum est. In eodem facto inuenimus Deum, & Iudam, Deum benedicimus, Iudam detestamur: quia Deus cogitauit nostram redemptionē; Iudas cogitauit pretium, quo vendidit dominum. Passio ergo Christi, & opus fuit Iudæorum, & Dei, &c. Ex quibus apparet, quòd Christus in passione percussus fuit à patre, sed bona uoluntate nostræ redemptionis & pro satisfactione peccatorum nostrorum. Esa. 53. Propter scelus populi mei percussi eum. Et hoc est, quod Psalmista patri loquitur, dicens. *Quoniam quem tu percussisti per*

Gregor. 55. mor. c. 10.

F *se*, s. quasi dicat secundum gl. patri. Percussisti Christum, non pro culpa sua, sed pro redemptione generis humani, illum isti persecuti sunt, scilicet ad malū: quia mala uoluntate ipsum ad mortem deduxerunt. Vnde supra versic. 1094. Persecuti sunt me iniustè, quæ non rapui, tunc exsoluebam, vide ibi. Et vide eorū malitiam: quia adhuc non fuerunt contenti persequi Christum ad mortē, nisi etiam super Christi mortem adderent persecutiones Apostolorum, martyrum & aliorum fidelium. Et hoc est, quod sub dit. *Et super dolorem vulnerum meorum*

G *addiderunt*, quia non solum persecuti sunt Christum, sed etiam membra eius, vt puta Stephanum lapidando, Iacobū gladio perimendo, & alios fideles incarcerando. Si ergo quæris causam, quare habitatio fuit deserta, respōdet Christus *quia quem tu percussisti*, idest me, &c. Et istam causam sub alijs verbis exprimit Christus, dicens. Eo quòd non cognoueris tempus uisitationis tuæ, scilicet mei aduentus, veneram enim visitaturus, & saluaturus te. *Luc. 19.*

H *Appone iniquitatem super iniquitatem eorum, & non intrent in iustitiam tuam.* 1120

HIc ponitur eorum quinta pœna, quæ est in peccatis multiplicatio. Qualiter autem Deus apponit iniquitatem super iniquitatem, cum Deus iniquitatem non faciat, sed neque diligat? alijs verbis ostendit Paulus ad Rom. 1. dicēs. Propter quod Deus tradidit illos in desideria cordis eorum, &c. Vbi glo. Tradere autem est permittere, non in-

citare,

Qualiter Deus adducit peccatū peccato. Gregor. 25 mor. c. 12.

citare, non immittere. Et similiter apponere iniquitatem iniquitati est permittere. Præcedentibus quippe culparum causis, iure, & merito deserunntur à Deo peccatores; vt in alijs peccatis cadere permittantur, ut ostendit Gregor. vigesimoquinto. moral. cap. 12. dicens. Omne quippe peccatum, quod citius pœnitendo non tergitur, peccatum est, & causa peccati, aut peccatum est, & pœna peccati. Peccatum namque, quod per pœnitentiam non diluitur, ipso suo pondere ad aliud trahit. Vnde fit, ut non solum fit peccatum, sed peccatum, & causa peccati. Ex illo quippe vitio culpa subsequens oritur ex quo, cæcata mens ducitur, vt peius & in alio ligetur. Sed peccatum, quod ex peccato oritur, non iam peccatum tantummodo, sed peccatum est, & pœna peccati, quia iusto iudicio Deus omnipotens cor peccantis obnubilat, vt præcedentis peccati merito etiã in alijs cadat. Hinc enim uoce angeli ad Ioannem dicitur. Qui nocet, noceat adhuc, & qui in sordibus est, sordescat adhuc. Hinc Dauid ait. *Appone iniquitatem super iniquitatem eorum*, &c. Vel etiã iniquitati apponitur iniquitas, quia peccatum quantum vlterius procedit fortius aggrauatur, sicut viam rectam deserens, quanto amplius procedit, amplius errat, ut patet de duabus lineis rectis procedentibus à centro ad circunferentiam, quæ quanto vlterius procedũt, magis abinuicem distant. Vel aliter, & facilius. Vbi notandum, quòd accipitur quandoque pro culpa iniquitas, ut patet psalm. 50. Quoniam iniquitatem meam ego cognosco. Quandoque pro pœna peccati, vt Esa. 53. Omnes nos errauimus, & dominus posuit in ipso iniquitates omnium nostrum, scilicet pœnam peccatorum. Cum ergo dicitur hic. *Appone iniquitatem super iniquitatem eorum*, primo loco iniquitas stat pro pœna, secundo pro culpa, vt sit sensus. *Appone iniquitatem*, idest, pœnam debitam, *super iniquitatem*, idest supra peccata, quod est reddere eis pœnam peccatis ipsorum debitam. Et tunc ly apponere, propriè competit Deo, quia pœnam apponit Deus, & punit & non solum permittit.

Peccatū est pœnitentia peccati & causa.

Apoc. 22.

A *Deleantur de libro viuentium, & cũ iustis non scribantur.* 1121

POnitur hic sexta pena, quæ est de libro vitæ cancellatio. Vbi notandũ, quòd aliquis dicitur scribi in libro vitæ, siue prædestinationis diuinæ tripliciter, scilicet primò secundum ęternã Dei prædestinationem. Secundo secundum præsentem iustitiam. Tertiò secundum opinionem propriam. Primo modo scribuntur ab æterno, qui sunt prædestinati, & electi à Deo, sicut fuit Petrus, & tales. de dicto libro delentur secundum præ- B sentem iustitiam, quando mortaliter peccant, sed non delentur secundum æternam præscientiam, quia finaliter saluantur. Secundo modo scribuntur omnes qui sunt in statu gratiæ, quamuis æternaliter sint reprobati. Et tales delentur, quia finaliter in peccato moriuntur. Tertio modo scribuntur illi, qui de sua iustitia presumentes, se in libro vitæ scriptos putant, licet non sint. Et tales delẽtur, quando experimentaliter se uident damnatos. Hic ergo loquitur de deletione facta secundo modo & tertio modo. Et est sensus. *Deleantur de libro viuentium*, C idest finaliter in peccato decedant, & cũ iustis, qui sunt in libro secundum æternam Dei præscientiam, non scribantur. Et hoc fuit impletum de persecutoribus Christi. De ista materia vide diffusè in decretis, de pœnit. distinct. 4. in multis capitulis.

Prædestinatio. Reprobatio. Deleri de libro uitæ quid sit.

Ego sum pauper, & dolens, salus tua, Deus, suscepit me. 1122

HAec est tertia pars principalis ps. in qua Christus ex omnibus prædictis consurgit ad Dei laudem, & gra- D tiarum actionem. Et diuiditur in partes quatuor, quia Christus primò suæ resurrectionis explicat beneficium. Secundo gratiarum actionis exhibet officium, ibi *Laudabo nomen Dei*, Tertiò fidelium ad hoc excitat consortium, ibi. *Videant pauperes*. Quarto beatorum prædicat solatium, ibi. *Quoniam Deus saluam faciet Sion*. Quantum ad primum sciendum, quòd beneficium collatum alicui, tanto maius apparet, quanto recipiens in maiori necessitate consistit. Maius enim

esset beneficium pauperi accipere dena-
rium, quam diuiti equũ. Ideo ad magni-
ficandum resurrectionis beneficium,
Christus primo præmittit suam necessi
tatem, dicens. *Ego sum pauper, & dolens.*
Pauper idest humilis. Vbi notat, quòd pauper quandoq; dici-
tur idem quòd humilis. Matth. 5. Beati
pauperes spiritu, &c. Vbi Aug. in serm.
Domini in monte. Spiritus audaciam, &
superbiam significat. Vnde vulgo supec
bi magnum spiritum habere dicuntur,
nam spiritus ventus uocatur. Quis verò
nesciat superbos inflatos dici tanquam
Christus Pauper. vento distentos? Quapropter hic rectè
intelliguntur pauperes spiritu, idest hu-
miles, & timentes Deum, idest, non ha-
bentes inflantem spiritum. Et isto gene-
re paupertatis, nullus fuit pauperior
Christo, qui cum in forma Dei esset, hu-
milianit semetipsum factus obediens vs
que ad mortem crucis. Secundo pauper
significat egenum rebus mundi. Sic. n.
dicitur, psal.73. Pauper, & inops lauda-
bunt nomen tuum. Et isto modo Chri-
stus fuit etiam pauper: quia in pauper-
tate natus, in paupertate conuersatus,
in paupertate mortuus, & sepultus, quia
in alieno sepulchro repositus. Propter
2.Cor. 8. quod de Christo dicitur. Scitis .n. gratiã
domini nostri Iesu Christi, quoniam
propter nos egenus factus est, cum esset
diues, vt illius inopia nos diuites faceret
Matth.8. Vnde Christus dicit. Vulpes foueas ha-
bent, &c. filius autem hominis non ha-
bet, vbi reclinet caput suum. Consimili-
ter ergo hic dicit. *Ego sum pauper, & do-
lens,* scilicet ratione passionis. In qua paſ
sione, vt dicitur Esa. 53. Languores no-
stros ipse tulit, & dolores nostros ipse
portauit. Propter quod dicit psalm. 87.
Pauper sum ego, & in laboribus à iuuen
Resurrectio dicitur susceptio. tute mea. Omnis dolor irruet in eum.
Iob 20. Sequitur. *Salus tua, Deus: suscepit
me,* scilicet me resuscitando à morte.
Vnde psal.72. patri dicebat. Tenuisti ma
num dexteram meam, & in uoluntate
tua deduxisti me, & cum gloria suscepi-
sti me. Sic ergo suscipere notat resurre-
ctionem, psal.3. Tu autẽ susceptor meus
es, gloria mea, &c. Hanc resurrectionem
postulat Christus, vt inimici confundan
tur, dicens. Suscipe seruum tuum in bo-
num, vt non calumnientur me superbi.

E *Laudabo nomen Dei cum cantico, &* 1123
magnificabo eum in laude.

CHristus hic insurgit ad gratias. Et
duo facit, quia primo Deũ laudat,
secundo Dei laudem exaltat ibi. *Et place
bit.* Quantum ad primum nota, quòd cã
ticum significat lætitiam mentis interio
rem, vt dictum fuit versic. 29. Et sic Deũ
laudat cum cantico, qui Deum læto cor
de exaltat, quod dicitur ad differentiã
illorum, qui laudant cantando ore, sed
cor habent alienum, vt hypocritæ, pigri,
& negligentes. *Et magnificabo eum in lau*
F *de.* Non est intelligendum, quòd ex lau-
de nostra aliquid Deo accrescat, pro-
pter quod à nobis magnificus fieri dica
tur, sed magnificamur in illo, dum laudi
bus extollimus ipsum. Vnde qualiter
nos magnificamur in Deo, & nos Deũ
magnificamus, vide supra versic. 271. &
503. Aliter exponit istum uersum Hu-
go, vide in originali, vers. 1002.

Et placebit Deo super vitulum nouel- 1124
lũ, cornua producentẽ, & vngulas.

HIc laudem Dei exultat. Vbi notan
G dum, quòd in antiqua lege offe-
rebantur sacrificia animalium vitulorũ,
hircorum, & huiusmodi, quæ quidem de
se Deo non erant accepta, sed solum ra-
tione deuotionis offerentis. Sed sacrifi-
cium laudis cũ cantico, i. ex deuoto cor-
de procedentis, ratione sui Deo est acce
ptum. Et hoc est, quod hic dicit, quòd
sic laudare Deum cum cantico, placebit
Deo super vitulum, &c. idest magis quã
sacrificium vituli, qui ad literam produ
cit vngulas, & cornua. Vel per sacrificiũ
laudis dicitur sacrificium Eucharistiæ,
vt fuit superius ostensum versicul. 823.
H Certum est autem, quod istud magis
Deo placet, quàm sacrificium vitulorũ.
Propter quod dicitur ps. 49. Sacrificiũ
laudis honorificabit me, &c. Vel per vi-
tulum nouellum, &c. intellige superbos,
& lasciuos Iudæos, ut supra versic. 840.
De quibus dicit Christus Circumdede- *Psal.21.*
runt me vituli multi. Et illi vituli pro-
ducebant cornua, & vngulas, scilicet cor
nua superbiæ contra Christum, & vngu-
las rapinę cõtra proximũ. Quia sacerdo
tes Iudæorum, ut sacrificia carnalia
per-

perderent, Christum superbe sunt persecuti, & eum illis sacrificijs expoliabāt subditos. Vult ergo dicere Psalmista, q sacrificium laudis.s. noui testamenti, & Eucharistię placet Deo *super vitulū*,&c. idest, plus quàm sacrificia sacerdotū legis antiquæ. Hic nota,quòd multa Deo singulariter placent, scilicet deprecatio humilium ad exauditionem. Iudith 9. Humilium,& mansuetorum semper tibi placuit deprecatio. Secundò tribulatio innocentium, quò ad probationē.Iob 1. Sicut domino placuit,sic factum est.Tertiò confessio pœnitērium,ad peccati detestationē.Malach.3. Placebit Deo sacrificium Iuda, qui cōfessio interpretatur.

Placēt Deo multa.

1125 *Videant pauperes,& lætentur,quarite dominū, & viuet anima vestra.*

Hic ad Dei laudem fidelium aduocat consortiū. Et primò facit hoc: Secundò adducit motiuum, ibi. *Quoniam exaudiuit.* Quantum ad primum sciēdum,quòd nomine pauperum intelligit primitiuos fideles, vt Apostolos,& alios,qui in primitiua ecclesia nihil possidebāt,sed omnia erant eis communia, vt habetur Act.4. Habere enim in communi, non obuiat veræ paupertati. Vel per pauperes intelligit humiles, vt dictū est, supra versic. 1122. Et tunc hortatur omnes fideles,qui in humilitate fundari debent,dicēs. *Videant pauperes. Videant*, scilicet Christum transisse de morte ad vitam, de pœnis ad gloriam. Videant etiam per Christum sacrificia antiquæ legis in vnum verum sacrificium Eucharistiæ permutata. Et ideo ex hoc lætentur laudantes Deum, & sic sacrificium laudis offerentes. Et ex hoc vide differētiam inter sacrificia legis antiquæ,quę fiebant in vitulis, agnis,& alijs animalibus,quæ solum diuites offerre poterant: quia pauperes illis carebāt. Sacrificium autem laudis nouæ legis commune est omnibus tam pauperibus, quàm diuitibus, à quo nullus se excusare potest, quia hoc sacrificium stat in mente, illa autem in rebus exterioribus. Dicat ergo. *Videant pauperes,& lætentur*, scilicet, in Christo. Vbi nota, quòd lætitia est multiplex,scilicet,temporalis, spiritualis,& æternalis. Vide supra versic. 841.

A Vnde Psalm. dicit, Lætamini in domino, & exultate iusti,quasi dicat non in mundo, sed in Christo domino. Propter qđ subdit. *Quarite dominum,& viuet anima vestra*, idest,quærite dominum per fidē, & amorē, & viuet anima vestra vita gratiæ. Qualiter autē quærendus sit Deus, notandum,quòd aliqui Deum non quęrunt, nec inueniunt, aliqui Deum quærunt, sed non inueniunt, aliqui Deum quærunt,& inueniunt. Primi sunt, qui totam spem suam in temporalibus ponunt,de Deo nihil curantes,figurati per regem Asa.de quo dicitur 2.Paralip.16.

B quòd ægrotauit dolore pedum vehemētissimè, nec in infirmitate sua quæsiuit dominum, in arte medicorum confisus, & mortuus est. Vbi nota, quòd per regem Asa, qui plasmatio interpretatur, significatur homo,quem Deus fecit quò ad corpus,& creauit quò ad animam, qui ideo rex dicitur, quia omnibus creaturis præpositus fuit. Tales autem multi sunt solum quærentes temporalia, & non Deum,& moriuntur non solum corporaliter, sed etiam æternaliter, qui infirmantur in pedibus, idest, in affectionibus mentis,quas ad vana mundi applicant.

C Vnde de talibus dicitur 2.Paralip. 15. Si quis non quæsierit dominum,moriatur. Secundi sunt, qui stant in carnis delitijs. Isti figurantur per sponsam, quæ dicit. Cantic.3. In lectulo meo per noctes quæsiui,quem diligit anima mea, & non inueni. Tertij sunt,qui in munditia, & pluritate cordis eum quærunt. Et tales inueniunt figurati in Magis, qui venerunt Hierosolymam quærētes regem Iudæorum,& ipsum inuenerunt. Matth. secundo. Et nota,quòd Magorum exemplo, Christum tripliciter quærere debemus, scilicet, festinanter,ne morte præ-

D ueniamur, perseueranter vt ad fidem perducamur,gaudenter,ne coacti iudicemur. Primò quæramus festinanter, quamuis enim certus sit quilibet, quòd quandocunque per pęnitentiam perfectè Deum quæsierit,quòd placatum inueniet per gratiā,tamen dubius esse debet, an in futurum ipsum debitè poterit inquirere, quia vt dicitur Eccles. 9. Nescit homo finem suum, quilibet ignorat quid sibi futurum tēpus apponat. Quia etsi Deus pęnitenti veniam spopondit, pec-

Psal.96.& Psal.31.

Quærere Deum.

Nota.

Asa.

Nota qualiter tripliciter est quærendus Christus.

peccanti tamen diem crastinum non promisit. Propter quod Christus dicit. Prouerb.8. Qui mane vigilauerit ad me, inueniet me. Et dicit mane, quia statim habita opportunitate, debes de peccato dolere, & per pœnitentiam quærere Deum. Sic & Magi fecerunt, quia statim Christum natum quæsierunt. Et hoc est quod dicitur. Eccles.5. Ne tardes cõuerti ad dominum, &c. vnde Esa.55. Quærite dominum, dum inueniri potest, &c. Et Magister lib.4. dist.20. Dico tibi, dum sanus es, pœnitentiam age, &c. Secundò quæramus ipsum perseueranter. Quid enim bonum facere proficit, si ante finẽ vitæ desertatur? quoniam secundum Isidorum vnumquemq; Deus iudicat non de sua vita præterita, sed de suo fine, & Christus ait: Qui autem perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit. Vnde dicitur Hierem.29. Cum quæsieritis me in toto corde vestro, inuenietis me. Psalm. 104. Quærite dominum & confortamini, quærite faciem eius semper. Quærit Deum in parte cordis, qui ad tempus illum quærit, sed in toto corde, qui perseueranter. Tertiò quæramus lætanter, Omnia enim bona nostra cum lætitia cordis debent fieri, non cũ tristitia, quia omne triste coactum, & violentum iudicatur, & nullum coactum seruitium apud Deum meretur præmium. Et hoc est, quod dicitur Psalmo 69. Lætentur in te omnes, qui quærunt te. Sic enim & Magi quærentes dominum, gauisi sunt gaudio magno. Sic & nunc conformiter Psalmista dicit, *Audiant pauperes, & lætentur, quærite dominum*, &c.

Isidorus. Matth. 10.

1126 *Quoniã exaudiuit pauperes dominus, & vinctos suos non despexit.*

Deus cum lætitia quærendus.

Ostendit hic Christus motiuum, quare cum lætitia Deũ debemus quærere, quia scilicet desideria pauperũ adimplet, captiuos liberando. Per pauperes enim intellige humiles, quos exaudit Deus, quoniam inter virtutes humilitas orationem exaudiri facit, vt patet supra vers.315. & 362. & 437. *Et vinctos suos nõ despexit.* Per vinctos intellige sanctos patres, qui vincti tenebãtur in lymbo, quos Christus resurgendo liberauit Zach.9. Tu autem in sanguine testamẽti tui eduxisti vinctos de lacu, in quo non erat aqua. Vel per vinctos accipe peccatores, quoniam vt dicitur. Prouerb. 5. Funibus peccatorum suorum constringitur quisque. Sed nota, ꝙ peccatores sunt duplices, aliqui sunt Dei, & aliqui diaboli. Dei sunt peccatores, qui tamen æternaliter à Deo sunt prædestinati, sed diaboli sunt, qui à Deo æternaliter sunt reprobati. Primos Deus nõ despicit, sed finaliter saluat, & liberat. Sed secundos finaliter despicit, & damnat. Vnde de primis hic postulat Psalmista. d. *Et vinctos suos non despexit*. Vel *vinctos suos*, i. præceptis suis, & legibus astrictos.

Peccator duplex.

Laudent illum cæli, & terra, mare, & omnia reptilia in eis. 1127

Hic ex prædictis ostendit omnem creaturam ad Deum laudandum obligatam. Et primò proponit laudem debitam. Secundò ostendit laudis causam, ibi. *Quoniam Deus*. Quantum ad primum sciendum, quòd laus est duplex, quædam verborum, & quædã operum. De laude verborum dicitur 2. Paral.29. Præcepit Ezechias, vt laudarent dominum sermonibus Dauid. De laude operum dicitur de sapientia increata Prou. 31. Laudent eum in portis opera eius. Laudare Deum verbis, & operibus potest omnis creatura rationalis, quia ipsum laudat sermonibus, dum ipsum verbis verum Deum confitetur. Psalmus. Labia mea laudabunt te. Laudat operibus, dum mandata Dei, & ordinem sibi à Deo datum perficit omnis creatura. Isto modo homo laudat Deum, quando mãdata Dei perficit. Solum laudat Deũ, quando ordinem sibi datum à Deo conseruat, sic mare, &c. Hæc omnia insensibilia Deum laudant, dum seruando ordinem à Deo sibi datum, ipsum Deũ laudandum nobis ostendunt. Hic ergo ex Christi resurrectione sic omnem creaturam ad Dei laudem excitat, vt sicut omnis creatura in Christo passo turbationẽ ostendit, sic & in resurrectione lætetur. Nam Angeli suo modo fuerunt turbati. Esa.33. Angeli pacis amarè flebunt. Cœli, quia sol obscuratus est. Terra, quia mota est, &c. Sed in Christi resurrectione omnia dominum laudare cum exultatione

Laudare Deum.

ratione videbantur. Nam Angeli in veste candida mulieribus apparuerunt. Sol præuenit diē per tot horas, quibus obscuratus fuerat in die passionis. Terra, quia reddidit mortuos suos, &cæt. Quæ omnia præuidens Psalmista, d. *Laudent illum cæli, & terra.* Vel per cælum intellige Apostolos, & viros cœlestes, Psal. 18. Cœli enarrant gloriam Dei. Per terram intellige Iudæos, quibus terrena præmia promissa erant. Per mare intellige gentes per pœnitentiam amaram conuersas. Per reptilia intellige cæteros peccatores terrenis deditos, qui omnes Deū laudare tenētur, quia pro omnibus quo ad sufficientiam fuit passus. Et aduerte, ꝙ ad laudem Dei omnes tam bonos quàm malos excitando cœlos præmittit, dicēs. *Laudent illum cæli*, quia cœli maximè nobis Deum laudabilem ostendunt, quod sic ostenditur. Nam opus artificē ostendit laudabilem. Cœli autem sunt opus Dei subtilissimum. Propter quod cœli dicuntur opera digitiorum Dei. Psalm. 8. Quoniam videbo cœlos tuos, opera digitorum. Illa. n. quæ subtiliter operari volumus, digitis, & non tota manu operamur. Dicit. n. Philosophus, ꝙ opus laudat artificem. Constat autem, ꝙ operatio corporum cœlestium, & ipsorum dispositio est imago pulcherrima. Si ergo hodie laudatur sculptor ex pulchra imagine facta, similiter pictor ex pictura, doctor ex lege edita, & hmōi, quanto ex cōsideratione cœlorū magis laudandus est Deus? Sic ergo nota, ꝙ qñcunq; in scriptura insensibilia dicuntur laudare Deū sic intelligendū est, quia hominibus materiam diuinæ laudis præstant.

Philoso. 10. de animalibus.

1128 *Quoniam Deus saluam faciet Sion, & ædificabuntur ciuitates Iudæ.*

Hic beatorum explicat gaudiū, siue solatium. Vbi notādum, ꝙ omnes tres versus sequentes exponuntur, non solum de viatoribus, vel de ecclesia militante, sed etiam de triumphatoribus, & ecclesia triumphante. Primo ergo exponitur de ecclesia militante. Vbi notandum, quòd per Sion intelligitur militās ecclesia, & ratione nominis, & ratione operis. Ratione hominis, quia Sion interpretatur specula, & ecclesia militans

Sion significat ecclesiā

A videt per speculum in ænigmate. Etiam ratione operis, quia in monte Sion incœpit Christi ecclesia ædificari per Christi prædicationem, quoniam in templo quod erat in monte Sion, Christus pluries prædicauit. Ibi etiam Christus cœnauit, & sacramentum Eucharistiæ confecit. Ibi spiritumsanctum misit Apostolis, quo informati Apostoli ecclesiam per orbem dilatauerunt. De hac ergo dicit, ꝙ tenemur laudare Deum, ratio, *quoniam Deus saluam faciet Sion*, i. ecclesiam militantem, quia. s. saluabit omnes, qui sunt membra ecclesiæ, saluabit in

B præsenti, quia Apostolos, & alios fideles fortificabit, ne per peccatum cadant aduersitatibus pressi, vt patuit in Apostolis, & martyribus. Et saluabit in futuro eorum meritis dando præmia. Quæ autem sint eorum merita ostendit dicens. *Et ædificabuntur ciuitates Iuda.* Ecclesia enim catholica dicitur ciuitas, eo quòd in ipsa sit ciuium vnitas. Et quamuis sit solum vna ecclesia generalis, tamen particulariter multæ dicuntur ecclesiæ, vt ecclesia Romana, Constantinopolitana, Rauennen. &c. Apostoli autem spiritusancto recepto, per orbem diuisi ciuita-

C tes ædificauerunt, idest, ecclesias, quod notans Psalmista dicit. *Et ædificabuntur ciuitates Iuda*, idest, ecclesiæ Christi, qui per Iudam significatur, quia fuit de tribu Iuda. Potest etiam exponi de ecclesia triumphante, quæ Sion appellatur, quia Deum facietenus speculatur. De qua dicit Apostolus ad Hebr. 12. accessistis ad Sion montem, & ciuitatem Dei viuentis Hierusalem cœlestem, &c. Et de hac cœlesti Sion dicit: *quoniam Deus saluam faciet Sion*, quia, scilicet per homines beatificatos restauratur Angelorum ruina, & sic *ædificabuntur ciuitates Iuda*, idest,

D ordines Angelorū restaurabuntur, qui dicuntur *ciuitates Iuda*, i. Christi, qui fuit de Iuda, quia in beatis Angelis, & hominibus, qui sunt ciues supernæ ciuitatis, est summa voluntas, vnitas, & cōcordia.

Et inhabitabunt ibi, & hæreditate acquirent eam. 1129

Hoc similiter exponitur de ecclesia militante, & triumphante. Vbi notādum, ꝙ differentia est inter habitare, & in-

Habitare.

Inhabitare. & inhabitare. Nam habitatur corpore, E sed inhabitatur mente, quoniã inhabitare est intus habitare. In ecclesia militante multi habitant, qui non inhabitant, vt puta, qui nomine sunt Christiani, non re. Sed illi inhabitant, qui re, & mente ecclesiæ sunt membra, sicut fuerũt Apostoli, & alij Christi fideles. De quibus dicitur Psal. 67. Deus, qui inhabitare facit vnius moris in domo, quia in ecclesia nullus mente inhabitat, nisi cum cæteris fidelibus sit vnius moris, & voluntatis. Et tales ecclesiam sibi hæreditate acquirunt spe. De beatis autem exponitur, ꝙ in cœlesti Hierusalem beati inhabitabũt F ibi. *Et hæreditate acquirent eam*, i. stabiliter in perpetuum ibi habitabunt, quia Deus hæreditas eorum erit, Psal. 15. Dominus pars hæreditatis meæ. De hac hæreditate, vide supra ver. 974. & 975.

1130 *Et semen seruorũ eius possidebit eam, & qui diligunt nomen eius, habitabunt in ea.*

HIc exponit, qui sunt illi, qui habitant in ecclesia militante, vel triũphante. Vbi nota, quòd nomine seminis *Semen.* imitatores intelliguntur, eo quòd semẽ, G quod nascitur ex arbore, vel herba, imitatur, & continet naturam herbæ, vel arboris, ex qua oritur, vnde simile generat. Sic & in hominibus illi vocantur semen alterius, qui illius mores imitãtur. Sic enim semen bonorum vocantur boni. psalm. 21. Qui timetis dominum, laudate eum, vniuersum semen Iacob, glorificate eum. Consimiliter & mali malorum semen dicuntur. Dan. 13. Semen *Seruus.* Chanaan, & non Iuda, &c. Serui autem Dei vocantur propriè patres antiqui, qui Dei voluntatem seruabant, vt Abrahã, Isaac, & Iacob, vel quia ipsi à Deo serua H bantur. Nam vt ait August. 19. de ciuitate Dei. Origo vocabuli seruorum in Latinam linguam inde creditur educta: quia ij qui iure belli à victoribus poterant occidi, conseruabantur, & serui fiebant à seruando appellati. Sic ergo sancti patres serui Dei dicuntur, quia ab ipso Deo seruati, ne à dæmone per peccatum occiderentur finaliter. *Semen ergo seruorum eius possidebit eam*, scilicet, hæreditatem, idest, imitatores patrum sanctorum. Et sic exponit glo. dicens. *Semen seruorum eius*, &c. i. imitatores fidei, & bonorum operum sanctorum patrum. Sed quia nullus potest imitari sanctos patres, nisi Deum diligat, ideo exponit quid per nomen seminis intelligat, dicens. *Et qui diligunt nomen eius habitabunt in ea.* Vbi glos. Hi sunt semen seruorum, non qui carne filij sunt, quia etiam serui dilexerunt nomen eius, qui non diligunt, non se dicant semen eius, & qui diligunt nomen eius, non se negent semen seruorum eius. Et nota, quòd hic accipitur pro re significata per nomen Dei.

PSAL. LXIX.

DEus, in adiutorium meum intende, domine, ad adiuuandum me festina. 1131

HIc Psalmus talem habet titulum. *Psalmus Dauid in rememoratione, quòd saluum fecit eum dominus.* Pro cuius expositione sciendum, ꝙ istum Psal. fecit Dauid, quãdo ab Absalon filio suo, Deo permittente propter peccatũ adulterij, & homicidij commissum in Bersabe, & Vriam, de Hierusalem fugit. Nam vt habetur 2. Regum 15. Fuit tunc in magno mortis periculo, à quo tamẽ saluus factus est, ipsum Deo protegẽte mediante cõsilio Chusi, & eius inimici fuerunt mortui, & dissipati. Et tunc hoc videns Dauid fecit istum Psalmum, in recordatione tanti beneficij à Deo recepti. Ex quibus patet materia psalmi, & tituli, cuius sensus est iste. Psal. Dauid, scilicet quem fecit Dauid, *in rememoratione, quod saluum fecit eum dominus*, s. à persecutione Absalon, & aliorum. Et sic quãtum ad literam iste psalmus habet tres partes, quia Dauid in ista persecutione primo petit inimicorum deiectionem. Secundò amicorum exultationem, ibi. *Exultent*, &c. dic vt Nic. Quantum verò *Memoria.* ad sensum propheticum sciendũ, ꝙ iustorum recordatio stat in duobus, s. in recordatione peccatorum commissorum, propter quæ Dei iudicium timemus, & in re-

in recordatione æternorum præmiorũ, quæ firmiter speramus. De prima recordatione agit titulus Psal. 37. De secunda verò agit iste. Propter hoc dicitur, *in recordatione*, quòd eum saluum fecit dominus, scilicet, per spem. Et sic est sensus tituli talis. Psal. David, i. iste psalmus factus est à David, & competit omni iusto per David figurato. Et factus est adhuc *in rememoratione*, i. agens de rememoratione, non vtique peccatorum, sed huius rei, *quod dominus saluum fecit eum spe*, scilicet, & certitudine. Et vide quàm bene præsens psalmus sequitur præcedentem ad ostẽdendum conformitatem capitis, & membrorum Christi, & fideliũ. Nam in præcedenti psalm. actum est de Christi persecutione, morte, & passione, & eõ sequenter de ipsius resurrectione. Hic autem conformiter agitur de membrorum Christi persecutione, & pœnis, & consequenter de ipsorum gloria, & præmiatione. Diuiditur ergo psalmus iste in duas partes, quia primo petit Dei adiutorium, vt ab inimicis protegatur. Secundò vt in bonis colloeetur, ibi. *Exultent*. Prima in duas, quia primo petit adiutorium Dei contra persecutiones dæmonum. Secundò contra persecutiones hominum, ibi. *Confundantur*. Quantum ad primum sciendum, quòd diabolus illos magis tentat, & inuadit, quos sibi magis rebellare per bona opera conspicit, quod ostendit Gregor. dicens. Mater negligentiæ solet esse securitas. Ne ergo securitas negligẽtiam generet, scriptum est, fili, accedens ad seruitutem Dei, sta in iustitia, & timore, & præpara cor tuũ ad tentationem. Non enim ait, ad requiem, sed ad tentationem, quia hostis noster adhuc in hac vita nos positos, quantò magis nos sibi rebellare conspicit, tantò amplius expugnare contendit. Illos enim pulsare negligit, quos quieto iure possidere se sentit. Contra nos verò eo vehemẽtius excitatur, quo ex corde nostro quasi ex iure proprio nostræ habitationis expellitur. Hoc enim in seipso dominus quasi sub quadam dispositione figurauit, qui diabolũ non nisi post baptisma se tentare permisit, vt signum nobis quoddam futuræ conuersationis innueret, quod membra eius postquam ad Deum proficerent, tunc acriores tentationum insidias tolerârent, &c. Ad propositum ergo iusti in hoc mundo videntes, quòd quanto deuotius erga Deum disponuntur, tanto acrius infestantur à diabolo, cui per seipsos resistere non valent, ad Dei inuocandum adiutorium excitantur, dicentes. *Deus, in adiutorium meum intende*. Quia si Dei adiutorium tardat, nos aduersarius superat. Et ideo accelerationem adiutorij quærit, dicens. *Domine, ad adiuuandum me festina*. Et notandum, quòd inter alias virtutes oratio maximè mentes nostras ad Deum erigit. Et ideo orantes maximè diabolus impugnat. Et ideo ne nobis orãtibus præualeat, semper in principio horarũ istum versiculum præmittimus, dicentes. *Deus, in adiutorium meum intende*, &c. Et hoc est, quod Magister notat in glo. dicens, Nota, quòd hic versiculus ante omnes horas dicitur, quia cùm orare debemus, tunc maximè nos diabolus tentat. Contra ergo illius insultus, auxilium à domino postulamus ante omnia. Circa adiutorium Dei nota, ꝙ Deus adiutorium suum multis generibus hominum præbet, quia adiuuat pœnitentes, adiuuat patientes, adiuuat præliantes, adiuuat meditantes, adiuuat confidentes, adiuuat deprecantes. Vide supra vers. 957. vbi agitur de primo membro. De secundo membro agitur. versic. 983. De sexto autem membro, quod est magis ad propositum agitur versic. 673. vbi istud membrũ distinguitur in sex. Quia ibi notatur, ꝙ orando debemus petere adiutorium Dei, vt scilicet adiuuet captiuatos, tribulatos, impugnatos, fatigatos, infirmatos, & adoptatos. Et ibi agitur de primo. Nunc ergo dicamus de secundo. Dico ergo quòd orãdo debemus petere, vt Deus adiuuet tribulatos cõsolando paternaliter, dicens illud psal. 45. Deus noster, refugium, & virtus, adiutor in tribulationibus, &c. Ipse. n. in tribulationibus orantes adiuuat, propter quod dicitur. Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, consolationes tuæ lætificauerunt animam meam. Et rationẽ adiungit, dicens, quia factus est mihi dominus in refugium, & Deus meus in adiutorium spei meæ. Secundum enim naturã tribulationis dat consolationem. Sic enim adiuuit tres pue-

Margin notes: *Tentat diabolus bonos.* *Securitas neglegẽtia.* *Gregor. 24. mor. c. 12.* *Adiutor Deus.* *Psal. 45.* *Psal. 93.* *Dan. 3.* *Dan. 14.*

tos in camino ignis positos, ventum roris ministrando. Danielem in lacum leonum missum, leones mansuefaciãdo. Susannam eius accusatores occidendo, & multa similia. Vnde merito quilibet in tribulatione sic adiutus, ei dicat. Tu autem domine, adiuuisti, & consolatus es me. *Psal. 95.* Tertiò, petamus, vt adiuuet impugnatos nos defensando. Sine. n. Dei adiutorio à dæmonibus impugnantibus, & malis hominibus saluari non valemus. Et ideo dicamus ipsi Deo. Adiuua me, & saluus ero. *Psal. 118.* Deus. n. qui non est acceptor personarum, stat in medio omnium oppressorum paratus æqualiter omnes adiuuare, ipsum inuocantes. Propter quod de ciuitate omnium oppressorum dicitur. Deus in medio eius non commouebitur, adiuuabit eam Deus manè diluculo. *Psal. 45.* Quartò petamus, vt adiuuet fatigatos, eos sociando. Hoc est, quòd nos sic adinuicem societ, vt vnus adiuuet alium onera nostra portantes adinuicẽ, & tunc securi erimus, quoniam vt scribitur Prouerb. 18. Frater, qui adiuuatur à fratre, quasi ciuitas firma. Quintò vt adiuuet infirmantes, eos roborando. Quilibet enim per se debilis est, & infirmus ad tolerandũ aduersa, propter quod Dei egemus adiutorio. Sic & illa Hester contra Aman hostem Iudæorum debilem se cognoscens, à Deo quærebat adiutorium, dicens. *Hester 14.* Domine, rex solus, adiuua me: quia præter te nullus auxiliator est alius & statim fuit adiuta. Sextò vt adiuuet adoptatos nos beatificando, sibi dicẽtes illud Ps. 108. Adiuua me, domine Deus meus, saluum me fac propter misericordiam tuam. Et aduerte, quòd illud Dei adiutorium aliqui contemnunt, qui scilicet plus in diuitijs quàm in Deo confidunt. Psalm. 51. Ecce homo, qui non posuit Deum adiutorium suum, sed sperauit in mul. &c. Aliqui illud tollunt, qui scilicet proximos adiuuare contemnũt, quia tales Dei adiutorio se indignos faciunt. De quibus Psalm. 108. Non sit illi adiutor, nec sit, qui misereatur pupillis eius, rationem subdit, dicens. Pro eo ꝙ non est recordatus facere misericordiã. Aliqui impugnant. s. qui non credunt Deum disponere ista inferiora, sed solũ superiora. Et sic tales non credunt se adiuuari à Deo, sed magis suis operibus credunt iuuare Deum, quos reprehendit scriptura, dicens. Cuius est adiutor, nunquid imbecillis, & sustentas brachiũ eius, qui non est fortis. *Iob 26.* Veruntamẽ sciendum, quòd ipsum Deum fortissimum etiam humiliter agentes adiuuare dicimus. Vnde per Paulum dicitur. Adiutores Dei sumus. *1. Cor. 3.* Nam cui ipse internam gratiam infundit, nos exhortationis voce concurrimus, hoc ille per spiritum agit intrinsecus, quod nos exterius ministerio vocis adiuuamus. Aliqui intrant, qui scilicet gratia Dei iustificantur. Et sic intrare cupiebat Psalmista, dicens. Adiuua nos, Deus salutaris noster, & propter gloriam nominis tui libera nos, & cætera. *Psal. 78.* Aliqui transeunt per istud adiutorium, qui. s. per gratiam, operantem proficiunt in meritis. Et sic intrabat & transibat illa anima, quæ dicit Psal. 45. Adiuuabit eam Deus mane diluculo, Deus in medio, &c. Aliqui autem in isto adiutorio habitant, qui, scilicet, in gloria sunt assumpti. De quibus Psalm. 88. Posui adiutorium super potente, & exaltaui electum, &cæt. Nos ergo isto modo adiuuari quæramus, dicentes. Adiuua me, & saluus ero. *Psal. 118.* Quod nunc nos facere docet Psalmista, dicens. *Deus, in adiutorium meum intende.*

Confundantur, & reuereantur, qui quærunt animam meam. 113

Hic petit Dei adiutorium contra persecutiones hominum. Et diuiditur in tres partes, secũdum quòd sunt tria genera persecutorum, quia quidam sunt aperti, quidam occulti, quidam adulatores. *Persecutorum tria genera.* Primò petit contra primos. Secundò contra secundos, ibi. *Auertantur.* Tertiò contra adulatores, ibi. *Auertantur statim.* Primò ergo agit de apertis persecutoribus, d. *Confundantur, & reuereantur,* &c. Vbi notandum, ꝙ confusio est triplex, vt dictum fuit supra ver. 345. *Confusio.* scilicet confusio in vitijs, pro vitijs, & contra vitia. Confusio in vitijs, est mentis deordinatio propter vitia. Confusio pro vitijs, est pœna vitijs debita. Sed cõfusio contra vitia, est displicẽtia propter commissa vitia, siue pœnitentia. Hic ergo versus potest intelligi de qualibet illarum. Nam, si intelligatur de duabus primis

primis confusionibus, tunc stat præuisiuè, non optatiuè, vt talium confusionem prævidens Psalmista, non optans d ean *Confundantur*, idest, confundentur. Sic etenim dicit Hier. 17. Confundantur illi, & non confundar ego. Si autem accipiatur tertio modo, tunc stat optatiuè, vt scilicet tales persecutores considerantes mala sua erubescant, & conuertãtur. & istũ sensum magis sonat litera. Propter quod sequitur. *Et reuereantur*. Vereor enim secũdum Grammaticos, idem est quòd ex aliquo facto verecundari, vel timere cum exhibitione alicuius reuerentiæ. Et componitur cum re, & fit reuereor, idest, valde vereri. Et sic peccator reueretur, quando ex consideratione peccatorum erubescit, & verecundatur, & timens Deo exhibet reuerẽtiam. Vnde hic ait glos. *Confundantur*, primò de peccatis suis, & postea *reuereantur*, idest, conuertantur. Nam reuereri est timere, ne pro læsa iustitia pœna sequatur. Sic enim dicitur Psalm. 70. Lingua mea tota die meditabitur iustitiam tuam, cum cõfusi, & reueriti fuerint, qui quærunt mala mihi. *Reuereri.*

2133 *Auertantur retrorsum, & erubescant qui volunt mihi mala.*

HIc agit de inimicis, & persecutoribus occultis. Vbi notandum, quòd diuersa fuit persecutio ecclesiæ, & fidelium. Nam primo fuit impetus persequẽtium apertus, quando, scilicet, reges, & imperatores aperte persequebantur ecclesiam, martyres trucidantes. Et de illis statim dicitur. *Confundantur, & reuereantur, qui quærunt animam meam*, idest vitam meam auferre per mortẽ. Posteà venit persecutio occulta, s. hæreticorũ, qui sub ratione christianitatis, Christi fidem persequebantur, vt tempore Arrij, Nestorij, & huiusmodi. Et isti plus nocuerunt quam primi, quia periculosior est hostis occultus quã manifestus, sicut morbus occultus quã manifestus: quia contra manifestum remedia apponi possunt, non contra occultum. Et de istis occultis persecutoribus, orat dicẽs. *Auertantur retrorsum, & erubescant*, idest reuertantur, vt ecclesiam sequantur; & non ipsam proscindere velint. Sic enim

A multi hæretici finaliter ecclesiæ veritatem cognoscentes, auersi sunt à via sua mala; *& retrorsum*, idest post ecclesiam abierunt, vt de Euthychio expressè ostẽdit Gregor. libro 14. mor. cap. 31. Quià verecundatus errore suo, quo resurrectionem negabat corporum, veritatem fuit confessus. Et hoc est quod dicit. *Et erubescant*. Erubescentia enim signum est interioris verecundiæ. Vide suprà versiculo 344. Et notandum, quòd auersio quandoque accipitur in bono, quandoque in malo. De bona dicitur. Cũ auerterit se impius ab impietate sua, &c. De *Auersio multiplex* *Ezech. 18.*
B mala autem dicitur ibidem. Si auerterit se iustus à iustitia sua, &c. Hic autem accipitur de bona auersione, qua quis ab errore conuertitur ad veritatem. Vnde ista auersio dicitur quidam actus salutaris pœnitentiæ. De qua Eccles. 8. dicitur. Ne despicias auertentem se à peccato, &c. Et hæc auersio est multiplex. Primò est auersio à mala societate, sic Moyses auertit se à Pharaone. Exo. 10. Auertit se Moyses, & egressus est à Pharaone. Secundo est auersio à crudelitate, scilicet per pietatem. Thobiæ 4. Noli auertere faciem tuam ab vllo paupere. Ita
C enim fiet, vt non auertatur à te facies domini. Tertio à dolositate ad virtutẽ. Prou. 4. Non declines ad dexteram, neque ad sinistram, auerte pedem tuum à malo. In huius enim figuram asina Balaam, sciẽs viam suam contrariam Deo, cernens Angelum stãtem euaginato gladio, auertit se de itinere. Quarto furoris ad pacem. Prouerb. 29. Homines pestilentes dissipant ciuitatem, sapientes verò auertunt furorem. Sic & illa mulier sapiens Abigail suis verbis pacificis auertit furorem Dauid concitatum contra virum suum Nabal. Quinto à lu- *Num. 22.* *2. Reg. 15.*
D xuria ad castitatem. Cant. 6. Auerte oculos tuos a me, quia ipsi me auolare fecerunt, & Eccl. 9. Auerte faciẽ tuam à muliere compta, & ne circũspicias speciem alienam. Sextò ab idololatria ad fidem. Ezech. 14. Recedite ab idolis vestris, & ab vniuersis contaminationibus vestris auertite facies vestras. Septimò ab hæresi ad veritatem, quam in persona hæreticorũ postulabat Dauid, dicens. Auerte oculos meos, ne videant vanitatem. Hic enim accipit oculos interiores, qui- *Psal. 118.*

bus

bus vera vel falsa contemplamur, qui tunc vanitatem vident, quando falsitatem contra veritatem sacrę scripturę attestantur, & docēt. Et istam auersionem hæreticorum hic postulat Psalmista, dicens. *Auertantur retrorsum & erubescant, qui volunt mihi mala*, scilicet, mala semina falsitatis inserere.

1134 ***Auertantur statim erubescentes, qui dicunt mihi euge, euge.***

Adulatio. HIc agit de inimicis adulatoribus, qui sub specie boni ad malū alios trahunt, quales sunt hodie in ecclesia multi laudantes alios etiam in malis. Et F tales multum nocent, quia laudata culpa fauoribus crescit, vt deducit Greg. 4. moral. cap. 23. Et contra istos orat propheta dicens. *Auertantur statim erubescentes, qui dicunt*, &c. Euge enim est interiectio lætantis, sicut quādo quis vult alteri congaudere, & ipsum laudare, dicit. Euge euge, quasi dicat, benefecisti. Et sic adulatores etiam fidelibus nocent, dum eis adulando ipsos ad vanā gloriam incitant. Vnde hic ait glos. *Auertantur statim, &c. qui dicunt. Euge euge*, glo. idest irrisoriè, vel adulatorie. Duo enim sunt G genera persequentium, scilicet adulantium, & vituperantium. Sicut enim aurum igne probatur, ita vir lingua adulantium. Plus enim lingua adulatoris nocet, quam manus persecutoris. Vtrunque enim, scilicet laudatio, & vituperatio ignis est; intrat hunc ignem, qui tentatur vituperio, vel laude, exit integer, qui neutro capitur. Et, si quæras quod magis nocet homini, vel vituperium siue conuitium illatum, vel laus, & adulatio: credo quòd plus nocet adulatio, & laus, quia difficilius est resistere laudi, ne homo per superbiam eleuetur, quam H vituperio, ne per impatientiam irascatur, multi enim vituperio resistunt, non tantum perfecti, sed laudi nullus resistit nisi perfectus. Quod ostendit Greg. dicens. Despecto enim honore conditoris, seipsum plus amare cōuincitur, qui suis præconijs lætatur. Quamuis etiam sancti viri de bona sua opinione gaudeāt sed cum hanc perficere audientes pensant, nec ideo de opinione sua, sed de proximorum gaudent vtilitate, quia

Euge.

Vituperiū. Laus.

Gregor. 22. mor. c. 9.

E aliud est, fauores quærere, & aliud, ad vtilitatem subditorum gaudere. Qua in re necesse est, vt cum audientium vtilitati non proficit, mentem nostram famæ laudis non eleuet, sed fatiget, &c. Et sequitur. Vnde per Salomonem dicitur. Prou. 27. Sicut probatur in conflatorio argētum, & in fornace aurum, ita probatur homo ore laudantis. Argentum quippe vel aurum si reprobum est, igne consumitur, si perfectum verò, igne declaratur. Sic nimirum est de hominibus. Nam qualis sit quisque in eo quod laudatur ostenditur. Si enim auditis suis laudibus se extollit, quid iste aliud quam aurum vel argentum reprobum fuit, quem videlicet fornax linguæ consumpsit. Si autem fauores suos audiens ad superni iudicij considerationem redeat, ac de his apud occultum arbitrum grauetur, metuit, quasi ex purgationis igne ad magnitudinem claritatis excrescit, & vnde incendium trepidationis sustinet, inde clarius fulget. Ex quibus claret, quam periculosa sit laudatio, quam bene trepidans Psalmista nunc dicit. *Auertantur statim erubescentes, qui dicūt mihi euge, euge.* Quod nihil aliud est orare, nisi vt adulatores non sint.

Exultent, & lætentur in te omnes, qui quærunt te, & dicant semper magnificetur dominus, qui diligunt salutare tuum. 1135

HAec est secunda pars principalis, in qua à persecutionibus liberatus petit in bonis collocari. Vbi ostēdit, qui vult in Deo finaliter beatificari, tria debet facere, scilicet, Primo Deum magnificare. Secundò debet seipsum humiliare, ibi. *Ego autem.* Tertiò debet in solo Deo spem ponere, ibi. *Adiutor meus.* Quantum ad primum sciendum, quòd omnis nostra lætitia, & exultatio ponenda est in Deo solo, propter quod dicitur. Lætamini in domino, & exultate iusti, &c. De hoc vide supra, versic. 470. & 480. Nota etiam, quòd iste versus & alij duo sequentes quasi formaliter ponuntur supra in fine Psalm. 39. vide ibi. versiculo 671. & 672. Dicat ergo Psal. *Exultent, & lætentur in te omnes, qui quærunt te*, scilicet, in præmium, *& dicant semper* Psal. 31.

semper magnificetur dominus. Loquitur enim hic more humano: vbi quis laudibus crescit, quod nō facit Deus, sed nos Deum laudando proficimus. Non ergo in se, sed in nobis magnificatur Deus. De hoc vide supra ver. 272. & 501. & 552.

1136 *Ego verò egenus, & pauper sum: Deus, adiuua me.*

OStendit hic, quod homo seipsum debet humiliare, si Deum in præmium vult habere. Quid enim est seipsum humiliare, nisi seipsum cognoscere, quòd à se nihil habet, quòd per se nihil potest, vnde sicut debemus Deū magnificare, ita nos egenos, & pauperes confiteri debemus. Quæ autem differētia sit inter egenum & pauperem vide supra versicul. 674. Sequitur. *Deus, adiuua me*. Qualiter autem pauperes, & mendicos, dicitur superius. Psalmo trigesimonono. Ego autem mendicus, & pauper sum, dominus sollicitus est mei, vide ibi versic. 672.

Psal. 39.

1137 *Adiutor meus, & liberator meus es tu, domine, ne moreris.*

HIc ostēdit, quòd in solo Deo spem debemus ponere. In tot enim aduersitatibus positi, sine Dei adiutorio subsistere non valemus. Ipse autem tribulatos, & in aduersis oppressos in se sperātes adiuuat, quod patet: quia, si iustus homo dici non posset, qui iustos iniustè oppressos non adiuuaret, dum posset, quomodo Deus iustus diceretur, si iniustè oppressis denegaret adiutorium? Vnde de ipso dicitur Psalmo nono. Factus est Deus refugium pauperi, adiutor in opportunitatibus, in tribulatione. Et de isto adiutorio abundat tota scriptura. Nonne Deus adiuuit tres pueros in camino ignis positos iniustè, quibus ignis nocere non valuit? Sic adiuuit Ioseph propter castitatis amorē incarceratum iniustè, vt inde ipsum honorificè extraheret, & dominum Aegypti constitueret. Sic adiuuit Susannam propter amorem castitatis iniustè ad mortē condemnatam, vt ipsius castitatē ostendens falsos criminatores traderet morti. Et sic de multis alijs. Propter quod dicitur

Dan. 3. Adiutor Deus. Gen. 14. Dan. 14.

A Psal. 45. Deus noster, refugiū, & virtus: adiutor in tribulationibus &c. Etsi quandoque ad adiuuandum tardus nobis uideatur, tamen adiuuare nos semper est paratus, & tempore debito auxiliū præstat: vnde festinum eius auxilium postulat Psal. d. *Domine, ne moreris*, i. ne mihi tardius videatur, quòd adiuues. Illi ergo qui eget, adiutorium sibi tardius præstari videtur. Sic ergo vide quomodo finis istius Psal. concordat principio, quia in principio dicitur. *Deus, in adiutorium meum intende*: hic aūt dr̄. *Adiutor meus, & liberator meus es tu, domine*. Ibi dr̄. *Ad*
B *adiuuandum me festina*, hic autē dicitur. *Domine, ne moreris*. Itē nota, q̄ propter septem peccata mortalia, aduersa vndique premunt, quia cuilibet peccato sua correspondet pressura, quia aliunde premitur superbus: aliunde auarus, & sic de singulis. Ideo septem vicibus in die, idest, in septem canonicis horis adiutoriū Dei postulamus dicentes. *Deus, in adiutorium meum intende*.

PSAL. LXX.

C *IN te, domine, speraui, non confundar in æternum, in iustitia tua libera me, & eripe me:* 1138

SECVNDVM aliquos expositores iste Psalm. non est Psal. distinctus à præcedēti: sed idem penitus, vt in multis Biblijs Hebræorū reperitur. Sed quia Hieronymus ponit istum psalmum distinctum à præcedenti, quia præcedentē dicit 69. sed istum vocat septuagesimū. Et sic communiter vt Psal. distinctus tracta-
D tur in libris nostris. Ideo ipsum vt distinctum à præcedenti tractabo. Et quamuis in Hebræo, & secundum Hieronymum hic nullus ponatur titulus, Magister tamen in glo. hic talē titulum ponit. *Psal. Dauid filiorum Ionadab, & priorum captiuorum*. Sed quia iste titulus in nullo facit ad literā Psalmi: sed solum ad sensum propheticum: ideo primo exponam literam Psalmi, antequam ad titulum accedam. Sciendum igitur quòd etsi iste Ps. a præcedenti sit alius, habet ta-

Hierony.

men eandem materiam: quia tam iste quam ille fuit factus à Dauid, quando Absalon filius suus ipsum persequebatur. Vnde in præcedenti Psal. diuinum postulabat adiutorium pro sua liberatione, hic autem consequenter inducit rationes pro sua exauditione. Et sic Psal. iste diuiditur in partes duas, quia Dauid primo pro sua exauditione adducit rationes ex parte Dei. Secundò ex parte sui, ibi. *In te cantatio*. Tertiò ex parte aduersarij, ibi. *Confundantur, & deficiant.* Circa primum allegat primo Dei magnificentiam. Secūdò eius iustitiam, ibi. *Deus meus eripe me*, &c. Dic vt Nic. de Lyr. Quantum verò ad sensum propheticum primò exponendus est titulus, qui est: *Psal. Dauid filiorum Ionadab, & priorum captiuorum.* Vbi notandum, q̄ per filios Ionadab significantur iusti, & Deo obedientes, sed per primos captiuos significantur mali, & peccatores. Ratio primi est, quia filij Ionadab summè patri suo Ionadab fuerunt obedientes. Vnde obedientiam ipsorum ad exprobrandum inobediētiam Iudæorum Deo adducit propheta dicens, quòd adduxit filios Ionadab in domo domini, & posuit corā eis scyphos vino plenos dicens eis, Bibite vinum. Qui responderunt. Non bibemus vinum, quia Ionadab filius Rechab pater noster præcepit nobis dicens, Non bibetis vinum &c. obediuimus ergo voci Ionadab filij Rechab patris nostri. Et ex ista obedientia improperatur Iudæis, quòd voci Dei obedire nolebant. Vnde sequitur in eodem cap. Vade, & dic viris Iuda. Nunquid non recipietis disciplinam, vt obediatis voci domini? dicit dominus. Præualuerunt sermones Ionadab filij Rechab, quos præcepit filijs suis, vt non biberent vinum, & non biberunt vsque in præsentem diem, obedientes voci patris sui. Ego autem locutus sum ad vos, & non obedistis mihi &c. Et sic ratione tantæ obedientiæ per filios Ionadab intelliguntur iusti Deo obedientes. Sed per priores captiuos intellige peccatores, & iniustos. Vbi aduerte, quòd captiui dicūtur omnes peccatores, quia per peccatum à Diabolo captiui tenentur. Et isti sunt in duplici differentia scilicet in præsenti, & in futuro, scilicet in inferno. Illi

Hier. 35.

E qui sunt in præsenti captiui peccato possunt liberari, vnde & primi captiui dicuntur. Sed captiui peccato in inferno amplius euadere non possunt, & dicuntur captiui secundi, sicut captiuitas præsens futuram præcedit. Est ergo sensus tituli iste, *Psal. Dauid filiorum Ionadab*, idest, iste Psal. est obedientium, qui ideo cantatur, vt in obedientia Dei perseuerent. Est etiam *priorum captiuorum*, scilicet, captiuorum, qui sunt in præsenti, qui ideo cantatur, vt à peccato desistant. Sic ergo iste Psal. mouet iustos ad perseuerantiam, & malos ad pœnitentiam.

F Quibus visis, sciendum, quòd hic Psal. loquitur generaliter in persona iustorū, & diuiditur in partes tres, quia primò petit à malis liberationem. Secundò malorum conuersionem, ibi. *Confundantur, & deficiant.* Tertiò surgit ad gratiarum actionem, ibi. *Ego autem semper sperabo.* Prima in partes duas, quia Deum inuocādo, primò allegat Dei misericordiam. Secundò suam innocentiam, *In te cantatio*. Prima in duas, quia primò allegat Dei misericordiam. Secundò Dei iustitiam, ibi. *Deus meus, eripe me*. Prima diuiditur in tres partes, quia primo ponit suam in Deo confidentiam. Secūdo Dei petit clementiam, ibi. *Inclina ad me*. Tertio Dei confitetur potentiam, ibi. *Quoniam firmamentum*. Quantū ad primum

G sciendum, q̄ spes, siue cōfidentia in Deo habita orationē facit exaudiri, tria enim sunt, quæ orationem faciunt exaudibilē, scilicet pœnitentia, de diabolo victoria, & in Deo confidentia, vnde versic. 624. Et hanc confidentiam psalm. se ostendit habere. d. *In te, domine speraui.* q. d. iustus Deo. *In te, domine, speraui*, non in me, non in mundanis, quæ caduca sunt. Et ideo si in illis spero, cōfusionem patior,

H sed quia in te spero, ideo in æternum non confundar, sed à peccatis liberor, & temporalibus periculis. Ideo subdit. *In iustitia tua libera me.* s. à peccatis, & *eripe me* à periculis. i. secundum hoc quòd tua iustitia exigit. s. vt parcas oranti, non in sua iustitia, sed in tua confidentia, vnde Eccles. 2. dicitur. Respicite, filij, nationes hominum, & scitote, quia nullus sperauit in domino, & confusus est, permansit in mandatis eius, & derelictus est. Meritò ergo sperare debemus in domino.

Oratio.

Vbi notandum, quòd tribus hominum
Spes. generibus spes maximè est necessaria, in
quibus est i præsenti quilibet homo. Est
enim spes necessaria primò dimicātibus
(quia spes victoriæ vires pugnantis for-
tificat, nos autem in præsenti) vt adiu-
uentur. Secundò nauigantibus, vt con-
seruentur. Tertiò ægrotantibus, vt libe
rentur. Primò dimicantibus quia spes
victoriæ vires pugnantis fortificat, nos
autem in præsenti in continuo bello pu
gnamus, s. contra diabolū, carnem & mū
dum. Psal. 55. Multi bellantes aduersum
me. Quomodo autem istis resistere pos-
semus, nisi spe essemus muniti? Ideo di-
citur Psal. 61. Sperate in eo omnis con-
gregatio populi, effundite corā illo cor-
da vestra, quia Deus adiutor noster in
Exemplū. æternum. Narratur in historijs Brito-
num, quòd Harturus in scuto suo ab in-
tra portabat imaginē beatæ Mariæ, quæ
filium tenebat in brachijs. Vbi quotiens
in bellis pressura fatigari incipiebat, ad
hanc imaginē respiciebat, ex cuius in-
tuitu vires resumebat, & quasi recēs fie-
bat, quia spem in Christū, & in matrem
ponebat. Sic & nos bellantes fatigati
spem nostram erigamus ad Deum, & vi-
res ministrabuntur à Deo. In cuius figu
rā dicitur 2. Mach. 15. quòd Machabeus
confidebat cum omni spe auxilium sibi
affuturum à Deo, & hortabatur suos, &
sequitur, quòd victoriā obtinuit. Secun-
dò sumus nauigātes in huius mundi ma
ri periculoso, de quo Psal. 103. Hoc ma
re magnum, & spatiosum, illic reptilia,
quorum nō est numerus. Nautis autem
magnum solatium confert, quando de
nocte stellā maris aspicere possunt, quia
ad ipsius intuitum gressus suos dirigunt,
sine cuius intuitu quasi desperāt. Quid
autem est stella maris, nisi Christus, qui
de seipso dicit. Ego sum genus, & radix
Apoc. 22. Dauid, stella splendida, & matutina. Et
ideo dum ipsam stellā spe conspicimus,
assecuramur. Vnde sperando in ipsum
dicamus illud Psalm. 64. Exaudi nos,
Deus salutaris noster, spes omnium fi-
nium terræ, & in mari longe. Tertiò su-
mus ægrotantes; spes autem sanat ægro
tos: vnde primo Machab. 2. Dicebat Ma-
tathias filijs. Cogitate per generatio-
nem, & generationem, quia omnes, qui
sperant in Deum, nō infirmantur. Nar-

A rat Seneca in suis declamationibus, q̄ Exēplum.
quidam pater abdicauit filium: abdica- Seneca.
tus autem filius audiens medicinā, me-
dicus effectus est. Contigit autem pa-
trem infirmari. Redijt filius factus me-
dicus, & patrem curat, facta cura, filius
reconciliatur patri. Contigit, q̄ vxor
patris nouerca filij simili morbo infir-
matur. Iubet pater filio curare nouer-
cam: filius se excusat, & abdicatur. Se-
cundò pater accusat filium de eo quòd
noluit, & sciuit curare nouercā. Quod
autem sciuit, & potuit, probat per hoc,
quòd patrem de simili morbo curaue-
B rat. Filius respondet, quòd nescit, an
possit eam curare, vel non, quia spes,
quam habuit pater curari à filio, fortè
fuit magis causa curationis, quam scien-
tia eius. Ad propositum cum simus mul
tipliciter infirmi, spes nobis summè est
necessaria, & confidentia tam de haben-
da salute, quam de Christi medicina, ac
bonitate. In cuius figuram paralytico
Christus dicit. Confide, fili, remittun-
tur tibi peccata tua. Propter defectum Matth. 9.
huius spei peccatum Cain, & Iudæ fuit
irremissibile, quia peccauerunt in spiri-
tumsanctum, quòd non remittitur in
C hoc seculo, nec in futuro. Vnde de quo-
libet peccatore sperante in ipsum, dicit
Christus. Quoniam in me sperauit, &
ego liberabo eum, protegam eum, &c.
Et hoc ponit hic Psalm. dicens, *In te, do* Psal. 90.
mine, speraui, &c.

Inclina ad me aurem tuam, & sal- 1139
ua me.

HIc consequēter diuinam petit cle-
mentiam. Et primò petit, vt exau-
diatur. Secundò vt protegatur, ibi. *Esto*
mihi. Quantum ad primum nota, quòd
D nullus aurem alteri inclinat, nisi mino-
ri. Qui enim altiorem vult audire, au-
rem eleuat, non inclinat. Petens ergo Oratio.
Psal. vt Deus ad ipsum aurem inclinet,
se paruum dictat, & humilem, vide supra
versic. 437. Vnde hic ait glo. *Inclina ad*
me aurem tuam. Hæc enim est confes-
sio humilitatis. Qui enim hoc dicit, hoc Humilitas.
confitetur, quia iacet velut æger medico
stanti prostratus, ideo subdit. *Et salua*
me, scilicet, ab ęgritudine, quę intus est,
scilicet, a peccatis. Vbi nota, q̄ triplici-

tet saluamur à peccatis, scilicet, per pœnitentiam de sceleribus. Hierem.23. In diebus illis saluabitur Iuda, qui confités interpretatur, per munditiam in operibus. Iob 22. Saluabitur innocens mundi tia manuum suarum. Per patientiam in aduersitatibus. Tob.13. Tu flagellas, & saluas. Et sic dicere Deo, salua me, idem est q̃ petere, da mihi veram peccatorũ pœnitentiam: da mihi in operibus, & in conscientia munditiam: da mihi in aduersis veram patientiam. Si ergo Deo deuote dicamus, salua me: ipse statim respondet. Tecum sum dicit dominus, vt saluet te. Item nota quod in scriptura auris Dei quandoque significat Dei misericordiam, quandoque Dei Iustitiam. Primum patet, quoniam quando diuina pietas nostras supplicationes exaudit: tunc aurem suam nobis inclinare dicitur, vel auribus suis nostra percipere vota. Sic enim Psal.5. dicitur Deo. Verba mea auribus percipe &c. intellige clamorem meum. Quod exponens glo. ait. Auris Dei non corporeum instrumentum est, sed potentia diuinæ maiestatis accipitur. Vox enim corporalis aure corporis auditur: spiritualis verò intelligitur. Auris enim Dei eius est misericordia, & clementia. Et quia Dei misericordia exaudit preces iustorum, ideo dicitur Ps.33. Oculi domini super iustos, & aures eius in preces eorum. Secundum patet, scilicet de aure iustitiæ, quoniam Deus aures habet iustitiæ, quibus ad vindictã audit oppressiones malorũ: vnde Iac.5. dicitur. Ecce merces operariorum vestrorum, quæ fraudata est à vobis, & clamor ipsorum in aures domini sabbaoth introiuit. Hic autem accipiuntur aures pro misericordia Dei.

Saluare. — *Hiere.3.* — *Auris Dei duplex.*

1140 *Esto mihi in Deum protectorem, & in locum munitum, vt saluum me facias.*

HIc petit vt à Deo protegatur. Vbi nota, quòd duæ sunt maximè virtutes, quæ de Deo prædicantur, scilicet misericordia, & iustitia. Et quamuis ista vnum sint in Deo, habent tamen diuersa significatã siue connotata, quia misericors dicitur, quando parcit siue defendit, sed iustus, quando punit. Et sic ali-

Duæ diuinæ virtutes. — *Protegere.*

E quibus se offert in Deum protectorem per misericordiam, aliquibus autem in Deum punitorem per iustitiam. Iustus ergo nõ confidens de sua iustitia, Deum postulat habere protectorem per misericordiam, non vltorem per iustitiam, dicens. *Esto mihi in Deum protectorem*: vide supra versic.438. Et nota, quòd ostendit scriptura tres virtutes nos protegere, id est, quòd illæ virtutes Deum prouocãt ad nos protegendum, & defendendum. Primò æquitas iustitiæ. Eccles.27. Si sequeris iustitiam, apprehendes illam, & proteget te. Secundò largitas misericordiæ. Eccle.7. Sicut protegit sapientia, sic protegit & pecunia, scilicet, liberaliter impensa. Tertiò fidelitas amicitiæ. Eccles.6. Amicus fidelis protectio fortis. Ergo, si vis Deum habere protectorem, serua iustitiam, vt sis obediens Deo serua misericordiam, vt sis compatiens proximo, serua amicitiam, vt sis fidelis in promisso. Et sic securè Deo dicere poteris illud Psal.16. Sub vmbra alarum tuarum protege me &c. Et idem alijs verbis exprimit dicens. *Et in locum munitum.* Locus enim munitus dicitur locus fortis ad defensionem aptus, in quo quis ab hostibus potest saluari. Et ideo quia martyres gratia Dei sic erant fortificati, quòd persecutorũ iacula eorum corda penetrare nõ poterant, ideò dicebantur mysticè ciuitates munitæ. Sic enim Hieremiæ dictum est. Nec te timere faciam vultum eorum, ego enim dedi te hodie in ciuitatem munitam &c. Et nota, quòd in præsenti tres defectus patimur, contra quos nos munit Deus, scilicet ignorantiam, concupiscentiam, & impotentiam. Contra ignorantiam nos munit per sapientiam illuminantem, vnde Sap.4. Videbunt finem sapientis, & non intelligent, quòd munierit illum Deus. Contra concupiscentiã per gratiam fortificantem. Et hanc specialiter hic quærit Psal. dicens. *Esto mihi in locum munitum.* Vel hic quærit muniri per gloriam, vt ab omnibus periculis sit saluus. Et hanc munitionem alibi quærebat Psal.59. dicens. Quis deducet me in ciuitatẽ munitam, &c. scilicet, in gloriam, vt saluum me facias: quia in illa solum salus nostra consistit.

Hiere.1. — *Munitus.*

Quoniam

1141 ***Quoniam firmamentum meum, & refugium meum es tu.***

HIc psal. confitetur Dei potentiã. Vbi nota, quòd Deus aliter est firmamentum iustorum, & aliter refugiũ. Est enim firmamentum, dum in aduersis nobis dat patientiam. Est refugium, dum ad se nostram dirigit conscientiam. Dirigit ergo firmamentum, dum nobis in aduersis donat patientiam. Quis enim mũdi aduersa posset sustinere, nisi per patientiam Deus ipsum firmaret? Vnde ipse dicitur patientia nostra, quia ipsam efficit. De isto firmamento figuraliter dicitur Genes. 1. Fecit Deus firmamentum, & diuisit aquas, quæ erant sub firmamento ab ijs, quæ erant supra firmamentum. Vbi nota, quòd per aquam fluidam significantur mundi aduersitates, quæ homines faciũt fluxibiles, & instabiles, iuxta illud psal. 68. Saluum me fac, Deus, quoniam intrauerunt aquæ vsq; ad animam meam. Istæ autẽ aquæ sunt duplices, scilicet superiores significantes aduersitates, quæ nobis immittuntur à Deo, vt est infirmitas corporalis, &c. & inferiores significantes aduersitates, quæ immittuntur à mundo, à carne, à diabolo, vt sunt odia, persecutiones, concupiscentiæ, &c. Sed Deus tunc nostrum firmamentum efficitur, quando inter istas aduersitates per patientiam nos fortificat, ne illas formidemus, quod facit per donum fortitudinis. Quod patuit in Petro, qui antequam per donum fortitudinis fortificaretur à Deo inter aduersa firmus esse non poterat. Vnde ad vocem ancillæ Christum negauit. Sed post acceptum donum fortitudinis inter omnia aduersa firmamentum factus fuit, vt habetur Actuum 4. Quod ostendit Gregor. dicens, Scimus, quòd Petrus Apostolorum primus ante acceptum spiritũ dum mori timuit, vitam negauit, qui nõ pœnis, non afflictionibus, non terribili potestate cuiusquam, sed unius mancipij interrogatione prostratus. s. ab ancilla ostiaria requisitus. Ecce quam vilis ad tentandum persona est requisita, vt aperte proderetur, quanta eum timoris infirmitas possideret, quia ante vocem ancillæ non subsisteret. Sed iã hic paulò ante timidus qualis post aduentum spiritus

Firmamentum. *Aduersa.* *Patientia.* *Gregor. 17. mor. c. 10.*

A extiterit videamus. Certè Lucã attestante, discimus, quanta cõtra sacerdotes, ac principes auctoritate dominum prędicauit, vt nec verba, nec verbera, non mortem iam firmatus timeret, &c. vide ibi. Petro ergo firmamẽtum factus est Deus quando per spiritumsanctũ dono fortitudinis inter omnia aduersa ei patientiam contulit, vt meritò diceret illud psal. 17. Diligam te, dñe, fortitudo mea, dñs firmamentum meum, & refugium meum, & liberator meus. Dicitur autem Deus nostrum refugiũ, dum nostram conscientiam ad se dirigit. Qualiter aũt Deus fit B nostrum refugium, uide supra vers. 438.

Deus meus, eripe me de manu peccatoris, & de manu contra legem agentis, & iniqui. 1142

ORando hic allegat Misericordiam. Ad misericordem enim spectat, miseris compati. Ideo ut exaudiatur tria facit, quia iustus primo explicat suam miseriam. Secundò allegat Dei misericordiam ibi. *Quoniam tu es*. Tertiò Dei potentiam, ibi. *In te confirmatus*. Quantum ad primum sciẽdum, quòd duo sunt C genera hominum, qui nos in præsenti opprimũt, s. aliqui sunt sub nomine Christianitatis, & aliqui sine lege. Ab istis fuit passus Christus, scilicet, à Iudæis, qui legem Dei acceperant, & à gentilibus, qui legem Dei non acceperant. Consimiliter & Christi membra patiuntur. Primò ab infidelibus qui. s. conati sunt ecclesiã ad nihilum deducere, persequendo Christianos, & martyrizando, ut fuit Nero, Diocletianus, Maximianus, &c. Secundò à fidelibus, qui, scilicet fidem confitentur, vt puta a tyrannis, qui simplices persequuntur, & à falsis fratribus. Et ab D his omnibus hic Psalmista a Deo petit liberari, primo in genere, dicens. *Deus meus, eripe me de manu peccatoris*. Peccator enim generaliter est omnis iniustus persecutor, deinde istos peccatores distinguit in dicta duo genera, dicens. *De manu contra legem agentis*, id est de manu transgressoris legis. Propriè enim contra legem agere dicitur, qui legem accepit, & ipsam transgreditur. Et aliud genus subdit dicens. *Et iniqui*. Per iniquum enim simpliciter intelligit

Persecutio duplex.

ligit infidelem quemlibet sine lege peccantem. Et hoc notat hic glo. dicẽs. Duo enim sunt genera peccatorũ. Alij. n. legẽ acceperũt, vt Iudæi, & Christiani, & istos significat, dicẽs. *Et de manu contra legem agentis*. Alij non, vt pagani, & istos significat, d *Et iniqui*. Et nota ꝗ à tribus hostibus nos maximè eripit Deus. s. à carne tentante. 2. Petr. 3. Nouit Deus de tentatione nos eripere. A dæmone decipiẽte. Coloss. 1. Eripuit nos de potestate tenebrarũ, &c. A mundo alliciente. Gal. 1. Dedit semetipsum, vt nos eriperet de præsenti sæculo nequam.

Glossa. *Eripere.*

1143 *Quoniã tu es patientia mea, domine, domine, spes mea à iuuentute mea.*

HIc allegat Dei misericordiam. Notandum est hic, ꝗ aliqua prædicantur de Deo per essentiã, aliqua verò per causalitatem. Illa prædicantur de Deo per essentiam, quæ idem sunt, ꝗ essentia Dei, vt cũ dicimus Deus est bonus, æternus, iustus, &c. Illa verò prædicantur per causalitatem, quæ singulari efficientia in nobis causantur ab ipso, vt cum dicimus, Deus est amor meus, spes mea, patientia mea. Et est sensus, Deus est patiẽtia mea, idest, causa patientiæ meæ, & huiusmodi. Vnde ait Magister lib. 1. d. 17. Dicitur Deus spes nostra, patientia nostra, non ꝗ ipse sit ista, sed quia ista ex eo sunt. Vn de in Psal. dicit. Quoniam ab ipso patiẽtia mea. Sic ergo volens ostendere Psal. misericordiam Dei dicit, *quoniam tu es patientia mea*, q. d. Tu sola misericordia tua mihi donas patientiam, & spem. Sed notandum est, quod non omnis patientia est bona nec à Deo similiter nec omnis spes. Quod non omnis patientia sit bona, patet: quia patientem esse in iniurijs Dei est summa crudelitas, vt ait Hieronymus. Vnde Bernar. super illo verbo 2. Corinth. 11. Libenter sufferstis insipientes ait. Magna est virtus patientiæ, sed interdum impatientem esse, probius est. Tu approbes illorum patientiam, quibus Paulus dicebat. Libenter suffertis insipientes, &c. Nisi fallor ironica erat, vt non laus, sed suggillatio quorundam mansuetudinis, qui à pseudo Apostolis trahi se in peregrina, & peruersa dogmata patienter ferrẽt, vnde & subdit

Patientia. *Spes.* *Deus.* *Hierony.* *Bernard.*

E dicẽs. Sustinetis enim, si quis vos in seruitutem redigit, &c. Non est patientia bona, cum possis esse liber, seruum te fieri permittere, &c. De tali ergo patiẽtia non possumus Deo dicere. *Quoniam tu es patientia mea*. Sic enim dicitur homo duplex, scilicet nouus, & vetus, nouus per gratiam generatus, vetus in peccatis antiquatus. Sic & dicitur iuuenis. i. nouus, & antiquus. i. vetus. Dicit ergo, *spes mea à iuuentute mea*. i. postquam me per gratiam generasti, & renouasti. Et nota, ꝗ qui in iuuentute gratiæ, vult generari, in iuuentute naturali ad bona opera

F debet assuefieri, & maximè ad tria. s. ad munditiam castitatis, ad prudentiam veritatis, ad obedientiam humilitatis. Primò ad munditiam: nam vt dicitur 2. Eth. Non parum confert, imò multum, si sic, vel sic ex iuuene confestim assuescit, sed magis autem omne. i. totum. Quia vt dicitur. 2. Pol. Amamus prima magis, vt. s. sicut in talibus crescit ætas corporis, sic & crescat ætas virtutis. Vnde & Hieronymus in lib. de continentia virginali, ait. Crescit vitæ ætas cum annis, cum ætate iustitia: & fides eo perfectior videatur, quo senior. Et sequitur. Omne tempus,

G in quo te non senseris meliorem, hoc te existima perdidisse. Et propter hoc dicitur Thre. 3. Bonum est viro, cum portauerit iugum ab adolescentia sua. Et Hierem. 31. Lætabitur virgo in choro, iuuenes & virgines simul. Secundò ad prudẽtiam, vt. s. sint moribus ornati, sensibus præditi, gestu maturi, & honesti. Vt. n. ait Valerius. Ciuitas nostra. i. Romã nobilium iuuenum ingenia ab insolentia reuocando, magnos, & vtiles ciues fecit, honoribusq; nõ patiendo eos à scurris peti, debitum vtilitatis pondus adiecit, vnde dicitur psal. 118. In quo corrigit

H adolescentior, &c. Et Sap. 8. Puer eram ingeniosus, & sortitus sum animam bonam. Tertiò ad obedientiam, vt, scilicet, sint obsequiosi, non proterui aut dyscoli. Quia, vt dicit Bern. lib. de duodecim abusionibus, tertius gradus abusionis, est adolescens sine obedientia. Et sequitur. In senibus sobrietas, & morum perfectio requiritur. Sic in iuuenibus obsequium, subiectio, & obedientia iure debentur. Et post, sicut fructus non reperitur in arboribus, in quibus prius flos

Iuuentus. *Hieronym.* *Adolescẽs.* *Valerius. lib. 7. c. 5.* *Bernard.*

non apparuit: sic nec in senectute honorem legitimum consequi poterit, qui in iuuentute sua disciplinæ non laborauerit. 1. Reg. 3. quia vt dicitur Eccles. 30. Filios habes? curam fer eorum à iuuentute. vnde 1. Petr. 5. Adolescentes subiecti estote. Et ista tria documenta ponit Philosophus 8. Polit. circa principium.

Philosophus

1144 *In te confirmatus sum ex vtero, de ventre matris meæ, tu es protector meus.*

HIc allegat Dei potentiam. Vbi notandum, quod per vterum æternũ Dei consilium vel prædestinatio intelligitur, quia sicut in vtero proles concipitur, quæ in hac vita profertur, sic in Dei prædestinatione ab æterno concepti ad vitam gratiæ nascimur, vnde Greg. ait. In Deo, qui corporis forma non circũscribitur, mẽbra corporis .i. manus, oculus, vterus ita nominantur, vt ex membrorũ vocabulis effectus eius potentiæ designetur. Oculus quippe habere dicitur, quia cuncta videt. Manus habere describitur: quia cuncta operatur. In utero proles concipitur, quæ in hac vita profertur. Quid ergo vterum Dei, nisi eius consilium debemus accipere, in quo ante sæcula per prædestinationem concepti sumus, ita vt creati p sæcula perducamur, vt de isto vtero dicatur illud Iob 31. Nũquid in vtero fecit me Deus? Est ergo sensus. *In te confirmatus sum ex vtero*, i. quod sim in gratia tua confirmatus finaliter, hoc habes ex vtero tuæ prædestinationis, quia prædestinatio causa est nostræ confirmationis in bono. Sequitur, *De ventre matris meæ tu es protector meus.* Quid enim est mater nostra, nisi sancta mater ecclesia, quæ nos per sacramenta generat Christo? De ventre ergo matris producimur, cum per sacramẽta generamur, quibus sacramentis protegimur contra diabolũ, & adiuuamur, quia statim, vt per sacramenta generati Christi nomen accipimus sub eius protectione gubernamur. Vnde de quolibet sic nato ait Psal. 90. Protegam eum, quoniam cognouit nomen meum. Et de matre ecclesia, & eius ventre dicitur Ps. 21. De ventre matris meæ Deus meus es tu, ne discedas à me.

Gregor. 14. mor. c. 22.

Vterus.

Prædestinatio.

Deus.

A *In te cantatio mea semper, tanquam prodigium factus sum multis, & tu adiutor fortis.* 1145

COnsequenter hic iustus quilibet vt exaudiatur allegat suam innocentiam. Et diuiditur in tres partes, quia primò ostendit suam innocentiã. Secundò petit in bono perseuerantiam ibi. *Ne proiicias.* Tertiò exprimit persecutorum malitiam, ibi. *Quia dixerunt.* Vbi nota, q Dei laudes solum innocẽtes possunt canere. Et hoc est quod dicitur Apocal. 14. quod nemo poterat dicere can- B ticum, nisi illi, qui cum mulieribus non erãt coinquinati: virgines enim sunt &c. In hoc ergo quòd iste semper Deo cantat, suam ostendit innocentiam. Sed aduertendum, quòd duplex est cantus, siue cantatio, scilicet quædam deuotionis, & reuerentiæ, qua Dei laudantur mirabilia, & quædam exultationis & lætitiæ, qua Dei recoluntur beneficia. Prima est in præsenti. Secunda in patria. Primò ergo agit de prima. Secundò de secunda, ibi. *Repleatur.* Quantum ergo ad primum sciendum quòd non solum corde: sed etiam ore Dei mirabilia reso- C nare debemus, Psalm. 97. Cantate domino &c. quia mirabilia fecit, & talis est cantus ecclesiasticus, qui ideo est institutus, vt ipso fideles ad deuotionem excitentur. Et ideo ab ipso omnis vanitas debet excludi, vt solum per illum mens cantantis & audientis dirigatur in Deũ. Propter quod dicit Hugo in lib. de 12. abusionibus claustri. In ecclesia dum ad cantandum ventum fuerit &c. vide supra versic. 482. Hanc autem deuotionem omni exclusa vanitate, se hic iustus habere prætendit dicens Deo. *In te cantatio mea semper:* quia cãtatio mea D est, vt soli tibi placeam, non hominibus. Verùm quia quantò quis iustior est, & magis Deo deuotus, tantò amplius deridetur à malis, vt patet versic. 449. ideo subdit. *Tanquam prodigium factus sum multis.* Per multos intellige malos, vt supra versic. 895. Prodigium enim dicitur quasi procul à digito, vt quãdo quis derisoriè digito alijs monstratur. Sic enim hodie boni malis tanquam prodigium efficiuntur, vt puta quando eis insultant, dicentes, Quid vis perdere, q

Cantare.

Psal. 97.

Hugo.

habes, scilicet temporalia, pro eo, quod non habes? vel quare vis credere, quod non vides? & similia. Sed boni adiuti à Deo ipsorũ insultationes superant. Propter quod subdit, *Sed tu adiutor fortis.*

1146 **Repleatur os meum laude, vt cantem gloriam tuam, tota die magnitudinem tuam.**

HIc de cantu patriæ nota. Vbi sciẽdum, quòd quandiu sumus in præsenti vita carne mortali grauati, totamente in Deum tendere non valemus, sed hoc fiet in patria, vbi perfecta erit charitas in nobis, vt ostendit Magister lib. 3. distinct. 37. Ibi enim os nostrum, scilicet cordis Dei laude totaliter repletum erit. Et hoc postulat hic iustus, dicens. *Repleatur os meum laude*: quia in patria summè recolentes Dei beneficia, exultando laudabimus Deum cantando gloriam Dei per ipsum nobis communicatam. Et talis cantus sine magna cordis lætitia esse non poterit, quod patet, quoniã inter omnes actus humanos cantare requirit lætitiam mentis & organorum debitam dispositionem, vt ostendit Gregor. 1. Moral. capit. 5. dicens. Quilibet peritus cantandi artifex artem cantandi explere non valet, nisi ad hanc exteriora instrumenta concordent, quia nimirum cãtum quem docta manus imperat, quassata organa propriè non resultant, nec arté flatus exprimit, si scissa rimis fistula stridet. Vt igitur debitè Dei beneficia recolendo eidem canticum resonare valeamus, oportet quòd cum debita exultationis lætitia fiat. Propter quod dicitur Psal. 99. Iubilate Deo omnis terra, seruite domino in lætitia. Vbi considera, quod sancti in patria Dei beneficia recolendo, & laudando triplicem lætitiam habent. Prima est lætitia mẽtis interioris, quod notatur, cum dicitur, Iubilate. Iubilum namque secũdum Gregorium dicitur quando ineffabile gaudium mente concipitur, quod nec abscondi potest, nec sermonibus aperiri, quod quamuis quibusdam motibus proditur, nullis proprietatibus exprimi potest. Sic ex natiuitate Christi ecclesia tantum gaudium concipiens, quòd nec tacere valet omnino, nec perfectè exterius ostendere, diuersis melodijs cantando illud conatur exprimere in nocte natiuitatis Christi, cãtando illum versum. Tanquam sponsus, &c. quem præ alijs diuersis melodijs cantat. Hic ergo est cantus lætitiæ cordialis, qui erit in patria. De quo Tob. 13. de cœlesti Hierusalem dicitur. Per vniuersos vicos tuos decantabitur alleluiah. Secunda est lætitia vocis, & oris, quæ notatur, cum dicitur. Cantate, exultate. Ibi enim facta resurrectione, nõ solum corde, sed etiam ore Dei laudes resonabunt. Propter quod dicitur infrà. Exultabunt labia mea, cum cantauero tibi, &c. Et Psal. 88. Misericordias domini in æternum cantabo. Tertia est lætitia exterioris operis, quæ notatur, cum dicitur. Psallite. Psallere enim est cum psalterio canere, quod fit per tactum manus, quo significatur operatio. In patria autem sancti omnes suas operationes totaliter in Deũ dirigẽt, vt quilibet eorum dicat. Cantabo dño, qui bona tribuit mihi: psallam nomini dñi altissimi Psal. ergo vt taliter Dei laudẽ in patria canere possit, ideo nunc orat d. *Repleatur os meum laude: vt cantem tibi gloriam tuam.* i. vt tibi gratias agã de gloria tua, quam mihi dedisti, &c.

Can tare. Lætitia. Iubilum. Gregor. 24. mor. cap. 6. Psal. 12.

Ne proijcias me in tempore senectutis: cum defecerit virtus mea, ne derelinquas me. 1147

COnsequenter hic petit in bono perseuerantiam. Sciens enim Psal. quod senectus deficit in multis, ideo ne tempore illo cadat à gratia, petit à Deo conseruari. Vbi nota, quod Deũ hominem proijcere à se vel derelinquere, nihil aliud est quã hominem proprijs viribus relinquere, quod fuerat expertus Dauid, quando sibiipsi à Deo relictus, statim per adulterium cecidit & homicidium. Ideo postea à Deo postulabat dicens. Ne proijcias me à facie tua, &c. vide ibi. versicu. 844. Et hoc maxime timendum est tempore senectutis, quando virtus hominis amplius solito deficit. Nam vt ponit Magister Ioannes in epistola ad Titum. Senectus deficit à cognitionis claritate, inficit corpus infirmitate, excludit ab omni voluptate, impellitur mortis propinquitate. Primo deficit à cognitionis

Psal. 50.

gnitionis claritate: nam per philosophū dicentem. Formidabile est, quod seniores (etsi sunt virtuosi) sint per totam vitam domini iudiciorum. Item Aristot. dicit, quod qui vixerunt multū & multa sunt experti, & in multis decepti fuerunt, tales non affirmant aliquid simpliciter, sed in omnibus dubitant magis quam oportet. Et quia nihil sciunt, ideo dubie sententiantes, in dictis eorū semper apponunt æque, idest, quasi, & fortè. Et ita dicunt omnia, fixe autem nihil. Et ideo dicitur. Iob 31. Non sunt longæui sapientes, nec senes intelligunt iudicium. Sed contra hoc videtur quod ait Aristot. 7. Politic. dicens, quod potentia est in iunioribus: sed prudentia in senibus. Et secundo rhetoricæ dicitur, quod loqui sententijs congruit ætati seniorum. Et Tullius dicit. Non enim viribus, aut celeritate, aut velocitate corporum res magnæ geruntur, sed consilio, auctoritate, & scientia, quibus non modo nō orbari, sed augeri senectus solet. Ad hoc respōdetur, quod primū est communius, istud autem rarius. Secundo inficit corpus infirmitate. vnde Aug. in lib. de catechizandis rudib. ait. Quisquis optat senectutem, quid sibi optat nisi infirmitatem? Et hæc est ratio, quare senes communiter sunt auari, & illiberales, quia propter ipsorum cōtinuas infirmitates semper timent, ne eis deficiat ipsorum substantia, quam sciunt sibi prodesse, vt dicit Philosophus 3. Pol. Vnde Philosophus 4. Ethic. dicit. Videtur omnis senectus, & omnis impotentia illiberales facere. Tertiò senectus excludit ab omni voluptate, patet, quia propter eorum continuas infirmitates semper sunt tristes. Propter quod dicitur. 8. Ethico. Breue est, quod in senibus delectationis est. Et hæc est ratio, quare senes deficiunt in affabilitate. Nam vt videmus ad sensum semper turbātur, quando vident iuuenes solatiari, aut ludere. vnde senes nihil amant nisi causa lucri nō delectationis, vt dicitur. 3. Rhethoric. & 8. Ethicor. Quartò senectus impellitur mortis propinquitate, vnde & Cyprianus dicit. Quid stolidius fieri potest, si mens ad perfectionem venire non contendat, quando totus habitus corporis senectute confectus ad in-

Aristotel. 2. Polit.

Tullius lib. de senect.

Cyprianus de 12. abusionibus.

A teritum festinat? Dum oculi caligant, aures grauiter audiunt, capilli fluunt, facies in pallorem mutatur, dentes numero minuuntur, cutis arescit, flatus non suauiter olet, tussis cachinnat, pedes inflantur, genua trepidant, & hæc omnia domum ruiturā cito pronunciant. Hæc igitur omnia considerans Psal. vt in bono finaliter perseuerare possit tempore senectutis quo tot defectus concurrūt, petit ne relinquatur ab adiutorio Dei dicens. *Ne proijcias me*, &c.

B *Quia dixerunt inimici mei mihi: & qui custodiebant animam meam, consilium fecerunt in vnum.* 1148

Consequenter hic ostenditur persecutorum malitia. Et primò ponitur ipsorum malitia. Secundo inuocatur Dei misericordia, ibi. *Deus, ne elonges te*. Prima in duas: quia primo ponitur ipsorum mala consultatio. Secundò malæ consultationis deliberatio, ibi. *Dicentes*. Quantum ad primum sciendum q̄ mali homines conātur bonos ad malum inducere, sicut vnū contrariorum conatur aliud ad suam trahere similitudinē. C Sunt enim omnia mundi naturaliter cōtagiosa tam bona quam mala. Volnnt ergo mali bonos ad malū trahere quandoque sub specie pietatis, & hoc disconfortando eos, vt puta si quis ieiunat dicunt, quare carnem tuam tantum affligis, vt sis tuiipsius homicida? Si quis humilitatem sequitur, dicunt. Cum enim sis imago Dei, teipsum despiciendo, despicis Deum, & similia. Et sic malè consulunt iustis, vt ad præcipitium trahant. Quod hic notās psal. ait: *Quia dixerunt inimici mei mihi*, scilicet mala verba, s. me disconfortauerunt à boni perseueratione. D Sic. n. custodientes, & obseruantes iustorum vitam, consulunt adinuicem, vt ipsos faciant cadere more dæmonū. De quibus ait Greg. Astuta dæmonum consilia: dum quasi blanda prouisione cōsulunt: cor à forti intentione peruertunt. Et ponit exempla. Ecce quidā propt ijs rebus cōtentus huius mundi occupationibus implicari formidans, quietis suæ lucra perdere, & peccatis lucra cumulare despicit. Ad hunc hostis callidus veniens, vt intentionem bonæ opinionis subruat,

Mali bonos persequuntur.

Gregor. 32. mor. c. 20.

Consilium malorum.

subruat, quasi vtilitatis cõsilium subministrat, dicens. Ea quidem quę habes in præsenti sufficiunt, sed his deficientibus, quid acturus es? si etiam nulla post hæc prouidentur, quæ ad præsens sunt, impẽdenda sunt filijs, sed cum paranda sint, quæ frequenter deesse possunt, solicitudo prouida esset parare, quod deest. An nõ terrena actio sine peccato peragi potest? Hoc iterum blandiens insinuat, & seorsum jam in negotio terreno, quos præuidit peccati laqueos parat. Et consequenter aliud ponit exemplum dicẽs. Alius decreuit non solum terrena commoda non quærere, sed etiam cunctis, quæ possidet renunciare, vt Christum nudum valeat nudus sequi. Huius cor hostis insidians occulta suggestione alloquitur dicens. Vnde hæc temeritatis tãtæ audacia surrexit, vt credere audeas ꝙ omnia relinquendo subsistas? Aliter te creator condidit, aliter tu teipsum disponis. Robustiorem enim te fecisset, si sequi te sua uestigia cum inopiæ necessitate voluissem, &c. multa alia exempla ponit consequenter, vide ibi. Et de talibus consultoribus ad malum hic loquitur Psal. d. *Et qui custodiebant animam meam, consilium fecerunt*, &c. De quibus dictum est. psal. 21. Circundederunt me sicut canes multi, consilium malignantium obsedit me.

1149 *Dicentes, Deus dereliquit eum, persequimini, & comprehendite eum: quia non est, qui eripiat.*

HIc consequẽter ponitur malæ consultationis intentio [?], quæ, scilicet, est vt bonos perdant. Ubi notandum, ꝙ Deus tripliciter hominem derelinquit, scilicet, temporaliter non ostendendo potentiam, vt puta quando ab aduersis non liberat. Et isto modo etiam hominẽ Christum dereliquit in cruce psalm. 21. Deus meus, Deus meus, vt quid reliquisti me. Quod exponens Magister lib. 3. dist. 21. dicit. Fatemur Deum quodammodo in morte illum hominem dereliquisse, qui potestati persequentium illũ exposuit ad tempus suam potestatẽ non exercendo, illũ non defendit vt non moreretur, &c. vide versic. 291. Secundò derelinquit spiritualiter ipsum, propriæ

Derelinquere.

E virtuti relinquendo, & isto modo nunquam derelinquit hominem, nisi primò relinquatur ab homine. Et de ista derelictione dicit Greg. Omnipotẽs Deus cor humanum destruit, cum derelinquit, &c. vide vers. 857. Vnde 2. Paral. 15. dicitur. Si dereliqueritis Deum, derelinquet ipse vos. Tertiò derelinquit æternaliter non saluando per misericordiã. Paral. 24. Quare dereliquistis dominũ, vt derelinquat vos? Modo ad propositũ mali in præsenti, uidentes iustos primo modo à Deo derelictos, idest, aduersitatibus expositos, cum maiori audacia ipsos persequuntur, F videntes Deum non pugnare pro ipsis. Sic enim Decius uidens beatum Laurentium captum non liberari à Deo, crudelius sæuiebat in eum, & sic de alijs persecutoribus martyrum. Quinimo & sic de ipso Christo accidit in cruce posito, cui insultando dicebant. Confidit in Deo, liberet eum nunc, si vult. Consimiliter dicunt de quolibet iusto. *Persequemini & comprehendite eum*, quia non est, qui eripiat, nõ aduertentes, quòd etsi Deus iustos à præsenti miseria non statim eripit, ex hoc ipsorum vtilitatem intendit, & tamen ipsos G eripit multipliciter, scilicet à pugna tentationis ne capiantur. 2. Petr. 2. Nouit Deus pios de tentatione eripere. A culpa inquinationis, ne maculentur psal. 55. Eripuisti animam meam de morte, pedes meos de lapsu. A potestate dæmonis, ne superentur. Colo. 1. Eripuit nos de potestate tenebrarum. A tormentis æternis, vt glorificentur. 2. Thessa. 1. Eripuit nos ab ira ventura.

Gregor. 11. mor. cap. 5.

Deus, ne elongeris à me, Deus meus, in auxilium meum respice. 1150

H HIc inuocatur [?] Dei misericordia, ut iustum persecutum non deserat. Sed dubitant multi, cum Deus sit spiritus incircunscriptus, qui loco non comprehenditur, qui est vbique per essentiã præsentiam, & potentiam, & nullibi deesse potest, & per consequens à nulla re potest elongari. Qualiter ergo orat psalmista, dicens. *Deus meus, ne elongeris à me.* Sciendum ergo quòd specialiori modo est Deus in hominibus iustis quàm in cæteris rebus, vt ostendit Augustin. in lib.

Quæstio. Elongatur Deus à nobis longè.

lib. de præsentia Dei ad Dardanum, di-
cens. Cum Deus sit natura incorporea,
& incommutabiliter viua æterna stabili-
tate in seipsa manens, totus adest rebus
omnibus & singulis inest totus, sed in
quibus habitat, habent eum pro suæ ca-
pacitatis diuersitate, alij amplius, alij mi
nus, &c. Quamuis ergo sit impossibile
Deum ab aliqua re elongari per essen-
tiam, & potentiam & præsentiam, tamẽ
eo modo quo est in iustis per gratiam
elongari potest, scilicet quando subtra-
cta gratia, vel protectione sua, ipsos suis
viribus exponit. Et sic Deus elongatur
à nobis, quando nos per peccatum elon
gamur ab eo. Et quando nostris pecca-
tis exigentibus, nos aduersitatibus expo
Psal. 39. nit. Sic enim dicitur Prouer. 15. Longè
est dominus ab impijs. Et istam elon-
Psal. 21. gationem formidat iustus dicens. Tu au
tem, domine ne longè facias miseratio-
nes tuas à me; vide supra versic. 664. &
psal. 21. Tu autem domine ne elongaue-
ris auxilium tuum à me. Consimiliter &
nunc iustus orat dicens. *Deus ne elonge-
ris à me*, scilicet, auxilium tuum subtra-
hendo. Et hoc est quòd exponẽdo quod
dixerat subdit. *Deus meus in auxilium
Deserit. respice*. Vel aliter. Vbi sciendum, quod
Deus iustos. Deus ad tempus suos iustos deserit, vt
fortius probentur & purgentur. Quod
Gregor. 10. ostendit Greg. super illo verbo Iob 30.
mor. c. 22. Dissipauerunt itinera mea, & non fuit
Psal. 9. qui ferret auxilium, dicens. Cum de diui
Adiutoriũ Dei. no adiutorio psalm. clamet. Adiutor in
opportunitatibus in tribulatione, spe-
rent in te, qui nouerunt nomen tuum,
quoniam derelinquis quærentes te, do-
mine. Qua itaque ratione nunc iusti di
cunt, & non fuit, qui ferret auxilium ni
si quia omnipotens Deus eos, quos in
æternum diligit, aliquando ad tempus re
Esa. 54. linquit? Vnde scriptum est. Ad punctum
in modico dereliqui te, & in miseratio
Psal. 118. nibus magnis congregabo te. Hinc &
Psal. deprecatur, dicens. Non me derelin
quas vsquequaque. Derelinqui ergo se
ad modicũ posse nouerat, qui ne vsque-
quaque derelinqueretur petebat. San-
ctos etenim suos dominus ueniendo ad
iuuat, & derelinquendo probat, donis fir
mat, tribulationibus tentat. Vnde om-
nipotens Deus electorum suorum ad-
uersarios permittit excrescere, ut per

A malorum sæuitiam purgetur vita bono-
rum. Nunquam quippe dominus aduer
sos bonis esse permitteret, nisi etiã quan
tum prodessent videret. Nam dum in-
iusti sæuiunt, iusti purgantur, & utilitati
innocentium militat vita prauorum, dũ
hanc & premendo humiliat, & humilian
do semper ad melius format. Quæ om-
nia considerans iustus oppressus, vel ip-
sa ecclesia orat dicens. *Deus ne elongeris
à me*, scilicet permittendo me aduersis
succumbere. Ideo subdit. *Deus meus,
in auxilium meum respice*.

B *Confundantur, & deficiant detrahen-* 1151
*tes animæ meæ; operiantur confu-
sione, & pudore, qui quærunt ma-
la mihi.*

Confusio multiplex. CONsequenter hic orat pro malorũ
conuersione. Vbi nota, quod con-
fusio est multiplex, scilicet, in vitijs, pro
vitijs, & contra uitia, vide supra versicu.
Confusio bona. 345. & 1097. Hic autem loquitur de
confusione, quæ est contra vitia, quando
scilicet, quis pœnitens considerando ui-
tia, quæ commisit, abhorret, turbatur, &
confunditur. Ad hoc enim Deus sua pec
C cata homini ostendit, vt illis considera-
tis confundatur, & doleat, vnde Hier. 31.
dicitur, postquam conuertisti me, egi pœ
nitentiam, & postquam ostendisti mihi,
percussi femur meum, confusus sum, &
erubui. Notandum autem, quòd aliqui
ex consideratione peccatorum suorum
sic confunduntur, quòd de illis verè pœ
nitent, & per confessionem illa emittũt.
Et ista propriè dicitur confusio, quasi si-
mul peccatorum effusio. Et ista confu-
sio gratiam præstat, & gloriam. Aliqui
autem sic confunduntur, quòd interius
dolent se peccasse, tamen uerecundia
D ducti peccata per confessionem non ef-
fundunt. Et ista confusio propriè con-
fusio non dicitur, nec gratiam acquirit,
sed magis auget peccatũ, quia tales plus
timent verecũdari apud homines quam
offensam Dei. Et de ista duplici confu-
sione dicitur. Pro anima tua non con-
Eccl. 4. fundaris dicere verum. Est enim con-
fusio adducens peccatum, & confusio ad
ducens gratiam, & gloriam. Quæ verba
exponens Bernard. ad propositum ait.
Bonus pudor, quo peccasse aut peccare
confun-

confunderis, & tam diuinum quàm humanum, tam uerecundius revereris aspectum, quanto verius tam Deum quam hominem cogitas puriorem, tantoque grauius offendi à peccante, quanto constat longius ab illo esse omne peccatū. Huiusmodi confusio fugat opprobrium parat gloriam, dum aut peccata omnia adimit, aut admissa pœnitendo punit, &
Cōfusio mala. confitendo expellit. Quod si quis tantum compungitur, intus, sed tamen confiteri confunditur, talis confusio peccatum adducit, & gloriam de conscientia perdit, quando malum quod ex profundo cordis compunctio conatur expellere, confusionis, & pudoris metus obtuso labiorum ostio, non permittit exire. Ideoque sapiens ait. Non cōfundaris pro anima tua dicere verum. Ad propositū ergo de confusione, quæ peccatum totaliter effundit, nunc orat ecclesia pro suis persecutoribus, vt confundantur, dicēs. *Confundantur, & deficiant*, &c. Deficit quis multipliciter vers. 1789. Deficiunt, scilicet à peccatis, vt amplius non sint peccatores. Sic enim alibi orat Psalmista, Psal. 105. Deficiant peccatores, & iniqui, ita vt non sint, scilicet peccatores. Et hoc idem alijs verbis replicat dicēs. *Operiantur confusione, & pudore, qui quærunt mala mihi*. Vbi nota quòd confusio spectat ad mentem, quia est quædam verecundia mentis, & compunctio de malis gestis. Sed pudor secundum grāmaticos est verecundia corporis, idest apparens in corpore ex aliquo casu malo. Est ergo sensus. *Operiantur confusione*, idest, intus ex compunctione verecundētur, & pudore, idest, etiam in signis corporalibus ostendant verecundiam. Sicut quādo aliquis ex aliquo malo casu faciē vel oculos non audet eleuare.

1152 **Ego autem semper sperabo, & adijciā super omnem laudem tuam.**

HIc consurgit ad gratiarū actionē. Et diuidit in partes tres: quia primò gratias agit. Secundò gratiarum modum ostendit, ibi. *Quoniam non cognoui*. Tertiò rationem gratiarum adducit, ibi. *Deus docuisti*. Prima in duas, quia primo gratias agit corde. Secundò ore ibi. *Os meum*. Quantum ad primum ait. *Ego autem semper sperabo*, quod ideò præmittit, quia sine spe nullus debitè Deum laudare potest, quia qui non sperat, desperat. Et ideo nota quod tripliciter sperare debemus, vide supra versic. 1122. *Et adijciā super omnem laudem tuam*. Vbi notandum, quòd quamuis alij sancti prophetę Deum laudauerunt, vt Moyses, Abrahā, Iacob, &c. Nullus tamen laudes Dei docuit, vt Dauid, qui de pluribus beneficijs Deum laudauit, dum nobis prædixit verbi incarnationem, Christi passionem, resurrectionem, ascensionem, spiritus sancti missionē, &c. quæ omnia clarè in eius psalmis continentur, vt ostendi in principio. Et ideo quia plures Dei laudes prædixit quàm aliquis aliorum, ipse per excellentiam super omnes alios propheta dicitur: Quod tunc notans dicit. *Et adijciam super omnem laudem tuam*. Similiter hæc sunt verba ecclesiæ, quibus Christum de omnibus virtutibus laudat quòd nulla alia secta facit. Vel per hoc intelligit Christum laudare de redemptione peccatorum. Si enim Deus damnaret peccatores, adhuc laus Deo esset perfecta, quia hoc requirit iustitia, sic omnis uirtus laudans Dei iustitiam, ipsam perfectè laudat. Hic autem perfecta laus accipitur pro omni laude. Et sic laudans Deum, quia peccatores saluat, & liberat, adijcit laudem super omnem laudem Dei, quia super laudem iustitię. De laude Dei vide supra ver. 1044. Et nota, quòd tripliciter Deus laudatur scilicet corde in ipso exultando. Dan. 3. Hi tres quasi uno ore laudabant, & glorificabant Deum. Opere ipsum honorādo. Threno. 2. Surge, & lauda in nocte, &c. Spe ipsum manifestādo. Esai. 49. Laudate cœli, & exultet terra.

Os meum annunciabit iustitiam tuam, tota die salutare tuum. 1153

HIc Deū laudat ore, quia hic Christum prædicat alijs, vel se prædicaturum promittit dicens. *Os meum annunciabit iustitiam tuam*. Vbi sciendum q in scriptura sacra Christus dicitur iustitia, non quidem participatione, sed per essentiam, quia est iustitia iustificans, vt ostendit Gregor. 18. mor. cap. 30. Quod etiam deducit lib. 16. c. 15. super illo verbo

bo Iob 23. Nolo multa fortitudine con-
tendas mecum, æquitatem proponas cō-
trà me, dicens. Mens enim quælibet iusti
si ab omnipotente Deo districtè iudica-
tur, mole magnitudinis premitur. In qui-
bus nimirum verbis hoc quoque intelli-
gendum est, quòd sanctus uir, dum Dei
fortitudinē deuitat, quid aliud quā eius
infirmitatem desiderat? Et scriptum est.
1.Cor.1. Quòd infirmum est Dei, fortius est ho-
minibus, ideo protinus subiungit. Pro-
ponas æquitatem contra me. Quis enim
alius nisi mediator Dei, & hominum hō-
mo Christus Iesus æquitatis nomine de-
signatur de quo scriptum est. Qui factus
1.Cor.1. est nobis sapiētia à Deo, & iustitia. Quæ
scilicet iustitia dum in hunc mundum
contra vias peccatorum venit, antiquū
hostem uincimus, à quo captiui teneba-
mur. Dicit ergo, proponas contra me
æquitatem, idest, ad redarguendas vias
meas filium incarnatum mittat, &c.
Istam ergo iustitiam, scilicet Christum
incarnatum se prædicaturam dicit ec-
clesia dicens. *Os meum annunciabit iusti-
tiam tuam.* Et quòd iustitia pro Christo
accipiatur, declarat cum subdit. *Tota die
Luc.2. salutare tuum.* Quis enim salutare dici-
Luc.1. tur, nisi Christus, de quo ait Simeon.
Quia viderūt oculi mei salutare tuum.
Et ipsa virgo dicit. Exultauit spiritus
meus in Deo salutari meo? Istam expo-
sitionem ponit gloss. dicens. *Os meum an-
nunciabit iustitiam tuam,* idest Christum
per quē impleta est omnis iustitia, quia
Matth.3. ait Ioānis. Sine modo, sic decet nos im-
plere omnem iustitiam. Sed ne aliter ac-
cipias iustitiam, addit. *Salutare tuum.* Et
nota, quòd dicit, *tota die* Tota enim dies
dicitur dies cum nocte. Per diem autem
intelliguntur prospera, sed per noctem
aduersa. Et sic est sensus. *Os meum an-
nunciabit iustitiam tuam tota die,* idest, in
prosperis, & in aduersis, quia tam pro-
spera quàm aduersa laudis materiam
Dies. mihi præstant. Vel aliter secundum glos.
Tota dies dicitur dies cum sua nocte,
quod tamen totum tempus dicitur dies
& non nox, quia nox diei seruit, & non
dies nocti. Nox verò caro nostra est, &
dies iustitia est. Quicquid ergo fit in
carne veluti in nocte, iustitiæ tanquam
diei seruiat. Et quicquid fit ex præce-
pto Dei, non propter emolumenta car-
A nis fiat, ne dies nocti seruiat, sed propter
iustitiam ut diei seruiat nox. Et sic est
sensus. *Tota die annunciabo salutare tuum*
idest ita, vt quicquid in carne gero, iusti-
tiæ seruiat.

*Qm̄ non cognoui literaturam, introibo
in potentias domini, domine, memo-
rabor iustitiæ tuæ solius.* 1154

HIc modum gratiarum ostēdit. Vbi
sciendum quòd per literaturā hic
intelligit legem Moysi secundum sen-
sum literalem acceptam, vt cōmuniter
B faciunt Iudæi, de qua litera dicit Aposto-
lus. Litera occidit, spiritus autem viui- 2.Cor.3.
ficat. Per literam intelligit antiquam Litteratura
legem, sed per spiritum nouam. Illa Magist. lib.
enim (vt ait Magister) multum distat ab 3.dist.4.
euangelio, quia habet diuersa promissa:
quia illa terrena promittebat, hæc cœle-
stia. Habent diuersa sacramenta, quia il-
la solum significabat gratiam, ista confe-
runt, &c. Illa litera occidit, quia morbū
ostendit, sed non curat, quia scilicet ostē-
dit quid debeas facere, sed non confert
gratiam adiuuantem. Et sic facit sciēter
peccare. Ista autem ostendit, & per gra-
C tiam iuuat. Ad cuius euidentiam dicit
gloss. 2. Cor. 3. Aduerte, quam dicit Apo-
stolus literā, quæ occidit, qui velut econ-
trario spiritum viuificātem ingerit. Illa
certè litera est decalogus in illis duabus
tabulis scriptus, quia lex subintrauit, vt
abundaret delictum. Porrò autem præ-
cepta ista utilia sunt facienti, & nisi quis
ea fecerit, vitam habere non potest. Nō
ergo dicitur litera occidens, eo quòd ma-
la sit lex, sed quia prohibens peccatum,
præuaricationem cumulat, nisi liberet
gratia per legem fidei. Apparet ergo
literæ vetustas, si desit nouitas spiritus,
D reos facit potius homines congregatio-
ne peccati, quam liberet à peccato. Vn-
de qui apponit scientiam, apponit do-
lorem. Non lex ipsa malum est, sed
quia mandatum bonum habet tantum
in litera demonstrante, non in grā-
tiæ adiuuante, quod mandatum si fit
timore pœnæ, non amore iustitiæ, ser-
uiliter non liberaliter fit, ideo nec bo-
nè fit. Itēm nota, quòd cognoscere
quandoque idem est, quod approbare,
& non cognoscere, idem quod non ap-
proba-

probare. Dicat ergo nunc mater ecclesia. *Quoniam non cognoui literaturam*, idest literam legis non approbaui, sed ipsius propheticum sensum & spiritualẽ quia sensus spiritualis legis antiquæ totam euangelicam legem continet. Et nunc exemplum ponit de ista literatura gloss. dicens. Misit Helisæus baculum per seruum suum ad suscitandũ puerum mortuum, & non surrexit, descendit ipse, & incuruauit se super puerum, & surrexit puer, vt habetur 4. Reg. 4. Lex enim fuit baculus Helisæi per seruum missus ad suscitandum mortuum, quo non surrexit mortuus. Venit ergo ipse Helisæus & cum viuus esset, & adultus contraxit magnitudinem suam, & coaptauit se puero mortuo, & surrexit mortuus. Helisæus est Christus, qui per seruum, scilicet Moysen misit baculum, scilicet legẽ ad suscitãdum mortuum in peccato. Sed quia legis baculus non potuit viuificare illum, venit ipse Helisæus, scilicet Christus contraxit suam magnitudinem ad paruitatẽ mortui, quia semetipsum exinaniuit formam serui accipiendo, & coaptauit se mortuo, quia habitu inuentus est vt homo, & ita surrexit mortuus. Et hoc est, quod dicit. *Quoniam non cognoui literaturam*, quia per illam historiam intelligis Christi incarnationem, per quã potentia patris filio est communicata ad suscitandum mortuos spiritualiter, ipso dicente. Data est mihi omnis potestas, &c. Ideo subdit. *Introibo in potentias domini*, idest literam antiquam applicabo ad Christum, qui est patris potestas. Et qua tota litera legis ad Christi mysteria, qui est vera iustitia, applicatur, ideo subdit. *Domine, memorabor iustitiæ tuæ solius*. q. d. In tota antiqua litera *solius iustitiæ tuæ*, idest Christi recordabor.

Helisæus significat Christum.

Matth. vlt.

1155 *Deus, docuisti me à iuuentute mea, & vsque nunc pronunciabo mirabilia tua.*

HIc adducit gratiarum actionis rationes. Et diuiditur in duas partes, quia primo assignat recepta beneficia, pro quibus gratias agit. Secũdò gratiarum actionem resumit, ib. *Nã & ego*. Prima diuiditur in partes quinque, secũdum quod quinque beneficia narrat. Primum est mentis illustratio. Secundum est fidei confirmatio ibi. *Et vsque in senectam*. Tertium est verbi incarnatio, ibi. *Donec*. Quartum est operum iusta retributio, ibi. *Potentiam tuam*. Quintum est in aduersis cõsolatio, ibi. *Quantas*. Quãtum ad primum sciendum, quod aliter docet Deus hominem, aliter homo, quia homo solum docet exterius voce exteriori pulsando antẽ corporis, sed Deus docet interius mentẽ illustrãdo. Quod ostendit Greg. super illo verbo Iob 38. Et uiam sonanti tonitrui, dicens. Aliquãdo tonitruus ipsa uox prædicatoris acci pitur, per quam supernorum iudiciorũ terror auditur. Sed quia prędicator quilibet verba dare auribus potest, corda verò aperire non potest, & nisi per internam gratiam solus omnipotens Deus prędicantium verbis ad corda audientiũ inuisibiliter aditum præstet, incassum prædicatio aure audiẽtis percipitur, quæ peruenire ad intima surdo corde prohibetur, ideo dominus se viam sonantis tonitrui dare asserit, qui cum prædicationis verba tribuit, per terrorem corda cõpungit. Hanc viam egregius prædicator Paulus dum superna mysteria terribiliter insonaret, se à se habere nõ posse conspiciens, discipulos admonebat dicens. Orãtes simul & pro nobis, vt Deus aperiat nobis ostium verbi ad loquendũ mysterium Christi. Qui ergo mysteria loquebatur, sed in corde audientium eisdem mysterijs à domino aperiri ostium precabatur, habebat iam quidem tonitruum, sed dari ei desuper viam quærebat. Hanc uiam se dare non posse cognoscebat Ioannes, qui dicebat. Non necesse habetis, vt aliquis doceat vos, sed sicut vnctio eius docet vos de omnibus &c. Et hoc satis apertè ostendebat Christus dicens. Nolite uocari magistri super terram, vnus enim est magister vester Christus, qui solus docet animam interius, nos autem exterius solũ formamus uerba. Vbi Ioãnes Chrysostomus ait. Vnus est enim Magister vester Christus, qui scilicet homines naturaliter docet. Si enim homo hominem doceret omnes homines discerent, qui habẽt doctores. Nunc autem quia non homo docet, sed Deus, multi quidem docẽntur, sed pauci discunt. Homo enim non intellectum

Docere.

Gregor. 29. mor. ca. 16.

prædicator.

Tonitruus.

Ad Col. 4.

1. Ioan. 2.

Matth. 23.

A præstat homini docēdo, sed à Deo præstitū per admonitionē exercet. Sic ergo quia solus Deus animam docet interius, ideo ecclesia se à Deo illuminatā recognoscit d. *Deus docuisti me ex iuuentute mea.* Quia statim formata ecclesia fuit à Deo illuminata scilicet in die Pentecostes, quando Apostoli patres & fundatores ecclesiæ (qui ante homines idiotæ piscatores, & sine literis erant) per spiritum sanctum plenè de omnibus mysterijs fidei edocti fuerūt, sicut ante eis pro-

Ioan.16. miserat Christus, dicens. Cum autem venerit spiritus veritatis, docebit vos omnem ueritatem. B Et quia ecclesia adhuc in principio sic per spiritumsanctū fuit docta, & illuminata, vt quæ didicerat, alijs prædicando, gentes vocaret ad fidem. Ideo hoc se facturam promittit dicens. *Et usque nunc pronunciabo mirabi-*

Nunc. *lia tua.* Vbi sciendum, quod per ly *nunc*, quod est præsentis temporis denotatur æternitas, cui nihil preterit, nihilque succedit, cui omnia subsistunt præsentia, vt ostendit Gregor. 4. moral. c. 32. Dicat ergo *vsque nunc pronunciabo mirabilia tua*, idest, per omne tempus vitæ præsentis. Sed quæ mirabilia pronunciabit? Respōdet Magister in glo. *Pronunciabo mirabilia tua*, C scilicet quòd me regis, quod me in uia posuisti salutis, quod me uiuere facis, quem in anima suscitasti, quod est mirabile. Quid enim mirabilius, quam mortuos in anima suscitare? Suscitatus corpore viuit & absente suscitatore, sicut Lazarus Christo corporaliter absente, quia vita corporis in anima est. Sed anima suscitata non sic viuit sine Deo, qui est eius vita. Hæc est gratia mirabilis, vt suscitet mortuos, & post nobiscū sit, ne moriamur. Vel mirabilia, quæ pronūciat ecclesia, sunt verbi incarnatio, q

Ioan.3. D Deus est homo, & homo Deus: Christi passio, resurrectio, & huiusmodi, quod tantum nos dilexit Deus, vt filium suum vnigenitum in mortem daret pro nobis. Quæ omnia cōsiderando dicamus illud Luc.5. Vidimus mirabilia hodie.

1156 *Et usq; in senectam, & senium: Deus ne derelinquas me.*

HIc ostendit secundum beneficium quod est fidei, & ecclesiæ confirmatio. Vnde ad videndum, quid sit propriè ecclesiæ militantis senectus, vel senium sciendum, quod, vt dicit Catholicon, mundi ætates distinguuntur ad similitudinem ætatis vnius hominis. Variantur autem in homine ætates secundum diuersas & notabiles varietates in statu ipsius. Vnde prima ætas dicitur infantia vsque ad septimum annum. *Senium.* Secūda pueritia usque ad tertium decimum. *Senectus.* *Aetas.* Tertia adolescentia usque ad vigesimum septimum. Quarta iuuentus usq; ad quinquagesimum. Quinta senium usque ad septuagesimum. Sexta senectus, quæ nullo annorum termino concluditur. Senium autem dicitur ultima pars senectutis. Consimiliter ergo in tempore mundi sex describuntur ætates. Prima ab Adam vsque ad Noe, in qua fuit humani generis institutio, & lapsus. Secunda à Noe usq; ad Abraam, in qua fuit generis humani per diluuium consumptio, & reparatio. Tertia ab Abraam vsq; ad Dauid, in qua fuit circuncisionis & legis institutio. Quarta à Dauid vsque ad transmigrationem Babylonis, in qua lex floruit sub regibus, & prophetis. Quinta à trāsmigratione Babylonis usque ad Christum, in qua fuit populi captiuatio, & liberatio. Sexta a Christo usque ad finem mundi, in qua est humani generis redemptio. Ad propositum ergo sicut sexta hominis ætas uocatur senectus, cuius finis dicitur senium, sic & vltima ætas mundi quæ durat a Christo usque ad finem mundi, dicitur senectus, cuius ultima pars, quæ scilicet erit tempore antichristi, senium appellatur. Ecclesia ergo orās ne derelinquatur a Deo vsque in senectam, & senium, petit ecclesiæ fidem seruari a Deo usque in finem & præcipuè in senio, idest, tempore antichristi, quo ecclesiæ maxima persecutio fiet. Dicat ergo ecclesia. *Et usque in senectam*, &c. quasi dicat secundum gloss. quia nisi usque ad ultimum mecum sit gratia tua, nihil ero. Vel potest dici, q ista uerba non tam dicit precatiuè quā prædictiuè, ut exponatur ly *ne derelinquas*, idest non derelinques. Sic enim docta erat ecclesia a Christo, quod vsq; ad ultimum ab ipso non derelinquetur, ipso dicente. Ego autem uobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi. *Matth. ult.*

Donec

1157 *Donec annunciem brachium tuum, generationi omni, quæ ventura est.*

HIc ponitur tertium beneficium, quod est Christi incarnatio. Vbi notandum, quod quamuis in scriptura brachium multa significet, vt patet, supra versicu.583. hic tamen specialiter significat Christum incarnatum, qui quãdoque dicitur dextera, quandoque brachium, vt patet supra versic.713. Recolens ergo ecclesia Christi incarnationẽ ipsam mundo prædicando annunciare cupit. Et ideo ad hoc petit vt non derelinquatur à Deo, ad hoc, scilicet, *donec annunciem brachium tuum*, id est, Christũ incarnatum *omni generationi*, &c. Sed aduerte, quod ait *donec*. Ista enim prædicatio solum durabit in uita præsenti, quia in futura vita non erit opus doctrina vel prædicatione. Non quidem beatis, quia clarè videbunt Dei verbum in quo relucent omnia, sed neque damnatis, quia non erunt in statu in quo possint ad bonum conuerti, vt deducit Greg. lib.30. mor.c.9. Dum igitur petit non derelinqui à Deo, donec annunciet brachium Dei, nunquid ergo vult derelinqui, postquam hoc fecerit? Dicendum, quòd donec quandoque significat semper &c. vide supra vers.915. Præsens ergo versus est quasi expositio præcedentis, quia enim statim superius dicit. Pronunciabo mirabilia tua. Ideo si quæras, quæ mirabilia. Respondetur, scilicet Christi incarnationẽ, in qua cętera miracula relucẽt.

Brachium. Christus.

1158 *Potentiam tuam, & iustitiam tuam, Deus, vsque in altissima, quæ fecisti magnalia, Deus, quis similis tibi?*

HIc ponitur quartum beneficium, quod est operum iusta retributio. Vbi notandum, quòd in scriptura per potentiam Dei intelligitur eius misericordia, qua peccatores iustificat, & iustificatos præmiat. Per iustitiam uero eius æquitas, qua in malo obstinatos æternaliter damnat. Et ratio primi est, quia secundum August. super Ioan. maioris potestatis est impium iustificare, quam totum mundum ex nihilo producere. Cuius ratio est, quia peccatũ magis Deo contrariatur quàm nihil. Et hoc est, q E in collecta quadam notat Ecclesia dicẽs. Deus, qui omnipotentiam tuam parcendo maximè & miserando manifestas. Sic enim Dei misericordiam sub nomine potentiæ, vt nos saluos faceret orando postulabat Psal. dicens. Excita, domine potentiam tuam, & veni, vt saluos facias nos. *Psal.79.* Ratio verò secundi est, quia quamuis in oĩ opere Dei insimul concurrant misericordia, & iustitia, tamen in punitione malorum principalius relucet iustitia. Vnde malorum punitio vocatur iustitia. Sap.14. Benedictum lignum, per quod fit iustitia. Est ergo huius versiculi F sensus. *Annunciabo mirabilia tua*. Et si quæras, quæ? Respondet, *Potentiam tuam & iustitiam*. Et istum intellectum ostendit Magister in gloss. dicens. O Deus *annunciabo potentiam tuam*, scilicet liberando homines, quia per tuam incarnationem captiuos liberas. *Et iustitiam tuam*, qua, scilicet punis malos: qua, scilicet hominem peccãtem iusto iudicio dãnas. Ista autem duo, scilicet potentia ad saluandum, & iustitia ad puniendum, inter opera Dei uocantur magnalia, quia in omni opere Dei concurrunt. Opera enim misericordiæ dicuntur magnalia. G Vnde (vt habetur 2.Reg.7.) cum promisisset dominus Dauid firmare regnũ eius ait Dauid. Secundum cor tuum domine fecisti omnia magnalia hæc. Opera etiã iustitiæ quæ malos puniunt dicũtur magnalia. Vt puta quibus puniuit Aegyptios Psal.105. Qui fecit magnalia in Aegypto. Vnde glo. hic ait. Vtraque opera sunt magnalia scilicet per gratiam redimere hominem, qui per iustitiam erat damnatus. Et per iustitiam Adam expellitur de paradiso, qui in paradiso fuerat creatus: per gratiam latronem in paradisum ponere, & per iustitiã Iudam Apo- H stolum damnare. Et nota quòd ista magnalia opera gratiæ, & iustitiæ non solũ fecit Deus in hominibus de terra creatis sed etiam in Angelis altissimis in cœlo altissimo creatis, quia bonos per gratiã beatificauit, superbos autem iustitia dãnauit. Et hoc est quod ait. *Vsque in altissima quæ fecisti magnalia*. Vnde gloss. *Vsque in altissima quæ fecisti, magnalia* quod ideo dicit, quia Angelos in altissimis factos quosdam misericorditer beatificauit, quosdam verò iustè puniendo dam-

Potentia. Iustitię Dei.

damnauit. Et hæc omnia considerans Psal. concludit dicens. *Deus quis similis tibi?* Et loquitur Christo incarnato per quem in Ecclesia ista magnalia fiunt. Vide superius, quòd in Christo nullus similis dici potest vers. 532. Et hic notat gl. ꝙ homines dupliciter Deo similes esse dicuntur. s. benè & malè, vnde dicit. Est similitudo peruersa, qua homo stultus se extulit, & credidit diabolo suggerenti, eritis sicut dij, & inde fuit captiuus. Omnis. n. qui ipsi Adæ similis est, dũ peruersè vult esse similis Deo, cadit in captiuitatem. Est & alia similitudo bona, qua homo iustus, qui diligit inimicos, & benefacit eis, similis est Deo, ad cuius imaginem factus est, qui solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos, & iniustos. Hęc est similitudo obedientiæ non superbiæ, imitationis non æquiparationis. Est ergo bene similis Deo, qui credit Deũ summum esse, nullo egere, se verò non per se, sed per eum esse. Qui verò vult esse per se vt Deus à nullo est, peruersè vult esse similis Deo, vt diabolus, qui noluit esse sub eo, & homo, qui vt seruus noluit teneri pręcepto sed voluit vt nullo sibi dominante esset quasi Deus, quæ est peruersa similitudo. Prima ergo similitudine imitationis boni sunt similes Deo. Sed secũda, quæ est superbiæ, & ambitionis, multi quidem similes Deo esse volunt, sed similis nullus existit. Propter quod dicitur. Non
Psal.85. est similis tui in dijs, domine, non est secundum opera tua.

1159 *Quantas ostendisti mihi tribulationes multas, & malas, & conuersus viuificasti me, & de abyssis terræ iterum reduxisti me.*

Ostenditur hic quintum beneficiũ, quod est in aduersis cõsolatio. Vbi notandum, quòd ecclesia à principio per aduersitates, & persecutiones exercitata fortis effecta numero creuit, & sanctitate. Vnde quando sancti martyrizabãtur, corpore moriebatur vnus, & spiritu innumerabiles viuificabantur. Quod nũc pręuidens Psal. ait. *Quantas ostendisti mihi tribulationes*, &c. Vnde & multi gentiles videndo martyrum constantiam, cõuertebantur ad Christum. Hoc ideo, quia

A Deus illorum exemplis se conuertebat ad illos. Et hoc est, quod sequitur. *Et conuersus viuificasti me*, quia. s. gentiles vita gratiæ carentes reuocauit ad vitam, & illos, qui erãt in abysso terrenorum vitiorum, reduxit ad gratiam. Sic ergo Deus percutiebat electos, vt ægrotos sanaret, occidebat viuentes, vt mortuos reuocaret ad vitam. Et hoc beneficium recolẽs Ecclesia dicit. *Quantas ostendisti mihi tribulationes*, &c. Potest etiã hic versus intelligi de quolibet electo, quẽ Deus idcirco tribulationibus percutit exterius, vt intus animam reducat ad vitam. Vnde

B Greg. ait. Aliquando. n. omnipotẽs Deus carnem percutit, & mentis duritiam suo pauore labefacit. Vulnerando ergo ad salutem reuocat, cum electos affligit exterius, vt interius viuant. Vnde per Mosen loquitur dicẽs. Ego occidam, & ego viuere faciam, percutiam & ego sanabo. Occidit. n. vt viuificet, percutit vt sanet, quia idcirco foras vulnera adhibet, vt intus vulnera delictorum curet. Et hoc est quod ait Apostolus. Id enim quod in præsenti est momentaneum, & leue tribulationis nostræ supra modum in sublimitate ęternum gloriæ pondus opera-

C tur in nobis. Quod ideo est, quia tribulatio amorem Dei accendit in nobis. Dicit. n. Isidorus. 16. Etym. ꝙ natura calcis viuæ dicitur esse mirabilis, nam aquis incenditur, quibus ignis solet extingui, & oleo extinguitur, quo ignis solet accẽdi. Et causam primi reddit Albertus tertio meteor. ꝙ in calce frigido est ignis dispersus, qui congregatur in vnum, per hoc quòd per aquam expellitur à quibusdam partibus calcis ad alias quasdã. Ex quo patere potest causa secundi, s. de oleo: quia certum est, quòd oleum talẽ frigiditatem expellens, nõ habet ignem

D congregare, sed magis dispergere, & sic ipsum extinguit. Similiter in proposito. Nam per calcem amor intelligitur, quia vsus calcis est in structura domorum interius: quia lapis lapidi fortiter adhærere non potest, nisi calce coniunctus. Sic per amorem fit adhæsio fortis amantis cum amato. Contingit ergo quandoque amorem nostrum circa Deum & spiritualia tepescere, & secundum dictum Christi multorum charitatem frigescere: quia feruor cordis, circa tem-

Gregor. 6. mor. c. 17.

Deut. 32.

2. Cor. 4.

Isidorus. Calx. Oleum.

poralia distrahitur. Et ideo Deus quandoque infundit aquam tribulationis, & aduersitatis, vt sic feruor cordis extrinsecus repercussus (quia nihil inuenit extra se, nisi aduersum & contrarium) interius congregetur, & erga Deũ inflammetur. Oleum autem, idest, prosperitas mundi omnino facit oppositum. Et hoc
Nahum 1. est quod dicitur Nahum 1. Bonus dominus, & confortans in die tribulationis. Et hoc confirmans subdit.

2160 *Multiplicasti magnificentiam tuam, & conuersus consolatus es me.*

VBi nota, quod magnificentia dicitur Christus, vt patet superius versic. 83. quæ multiplicari debet, non in persona, sed in naturis, quia in vna persona verbi, tres substantiæ sunt vnitæ, s. diuinitas, anima, & caro. Ista ergo magnificẽtia
Multiplicatur Christus. fuit multiplicata, quãdo verbum caro factum est. In qua multiplicatione consolatus est nos, dando nobis exemplũ patientiæ in omnibus aduersis, & præmia pro aduersorum patientia conferẽs æterna. Et nota, quod multiplicata magnificentia, dicit Deum esse conuersum, quod ideo dicit, quia per incarnationẽ Christi seueritas legis antiquæ in amorem nouæ legis est mutata, vt qui ante dominus vocabatur per timorem, nunc per amorem dicatur pater misericordiarum, & Deus totius consolationis, qui consolatur nos
2. Cor. 1. in omni tribulatione nostra 2. Corin. 1. Quinimo secundum mensuram tribulationis datur mensura consolationis. Psal.
Psal. 93. 93. Secundum multitudinem dolorum meorũ in corde meo consolationes tuæ lætificauerunt animam meam.

2161 *Nam & ego confitebor tibi in vasis psalmi veritatem tuam, Deus, psallam tibi in cithara, sanctus Israel.*

HIc resumit gratiarum actionẽ. Et ex tribus assumit materiã gratiarum actionis. Primò ex diuinitatis veritate. Secundò ex pietatis charitate, ibi.
Veritas multiplex. *Exultabunt.* Tertiò ex retributionis æquitate, ibi. *Sed & lingua mea.* Quantum ad primum sciendum, quod veritas est duplex, sicut & iustitia, quædam per essentiã, qua omnia sunt vera, & hæc est Deus dicẽte

E Christo, Ego sum via, veritas, & vita. Quædam autem est veritas accidẽtalis, *Ioan. 14.* & participata. s. quælibet creata veritas. Et hæc est triplex. s. veritas vitæ. Tob. 1. *Tobiæ 1.* Viam veritatis non deseruit. Veritas doctrinæ. Exod. 28. Pones in rationali do- *Exod. 28.* ctrinam & veritatem. Veritas iustitiæ. Exo. 18. Prouide de omni plebe viros ti- *Exod. 18.* mentes Deum, in quibus sit veritas. Et quælibet istarum est veritas accidẽtalis, quia deficit & minuitur. Psal. 11. Dimi- *Psal. 11.* nutæ sunt veritates à filijs hominum. Prima namque veritas, s. vitæ iam penè in omnibus defecisse videtur. Esa. 59. Facta *Esa. 59.*
F est veritas in obliuionem. Et Mich. 7. Perijt sanctus de terra, in hominibus non est veritas. Secunda veritas, s. doctrinæ defecisse videtur, quia quãuis multi multa scientes vera loquantur, tamen pauca faciũt eorum, quæ docent, & sic propriè in talibus nõ dicitur esse veritas, quæ est adæquatio rei ad intellectum. Vnde de talibus dicit Greg. super Ezech. parte 1. Homil. 10. quod eorum intellectus ad spiritualia inuitat, & tamen vita in factis carnalibus remanens ab intellectu discordat. de quibus dicitur 2. Tim. 4. Erit tempus (& nunc est) cum sanam doctrinam
G non sustinebunt, &c. Tertia vero veritas, scilicet, iustitiæ defecit in iudicibus, & rectoribus 1. Mach. 7. Non est in eis veritas, & iudicium. & Esa. 59. Iustitia lõgè stetit, quia corruit veritas. Veritas autẽ essentialis, quæ Deus est, stabilis est & æterna. Ps. 116. Veritas domini manet in æternum. Ad propositum, quid est confiteri veritatem Dei, nisi quod Deus verè Deus est? quod de dijs gentium dici non potest. Et hoc est quod dicit. *Nam & ego confitebor tibi veritatem tuam*, s. q. quod verè Deus es, & hoc *in vasis psalmi*, i. in decãtatione psalmorum, qui sunt vasa verita-
H tis. Illud. n. quod veritatem, & laudem continet vas vocatur, sic. n. quia Deus veritatem fidei impleuerat, Paulum in triduo excæcationis ipsum vas nominauit dicens Ananiæ: Vade quoniam vas ele- *Act. 9.* ctionis est mihi iste, vt portet nomẽ, &c. Sic & conformiter psalmi, quia laudem, quam cõtinent, per totum spargunt, vasa dicuntur. Sequitur. *Psallam tibi in cithara, sanctus Israel.* Hoc multipliciter intelligitur secundum quòd multiplex est cithara, vide supra vers. 481.

Exul.

1162 *Exultabunt labia mea cum cantauero tibi, & anima mea, quā redemisti.*

Hic gratias agit ratione suæ pietatis, & charitatis, qua nos redemit. Secundum enim, q ait Chrysost. super Matt. Nihil est, propter quod magis grātias Deo agere debeamus, quā propter mortem suam, qua nos piè redemit. Vnde omnis nostra salus in Christi morte consistit. Considerans ergo ecclesia se à Christo redemptam, cum exultatione gratias agēs, dicit. *Exultabunt labia mea, cum cantauero tibi.* i. cū prædicauero charitatem, qua me redemisti, & tibi gratias adducam per fidem. Et, si quæras, quæ est causa talis exultationis, & cātus, Respondet. *Anima mea, quam redemisti.* Qualiter autē redēpti sumus per Christum, vide supra vers. 431. Et nota, quòd ad hoc quòd labia nostra dignè Deo cātare valeant, multas conditiones debēt habere, scilicet quia debent esse labia discreta contra verborum temeritatem. Prou. 10. In labijs sapientis inuenitur sapientia. Labia modesta, cōtra verborum superfluitatem. Prouerb. 5. Disciplinam labia tua conseruent. Labia honesta, contra verborum inhonestatem. Prou. 22. Qui diligit cordis munditiam propter gratiam labiorum habebit amicū regē. Labia iusta & recta contra verborum iniquitatem. Prouer. 23. Exultabunt renes mei, cum locuta fuerint recta labia mea. Talibus ergo labijs exultando ecclesia Deum laudat, dicens. *Exultabunt labia mea*, &c.

Chrysost.

Labia.

1163 *Sed & lingua mea tota die meditabitur iustitiam tuam, cum confusi, & reueriti fuerint, qui quærunt mabi mala.*

Hic gratias agit ratione æquitatis, & iustitiæ. Vbi notandum, quòd in vita præsenti sicut mali præ alijs florent, ita & iusti infirmantur, prosternuntur, & vituperantur, vnde nō benè discernūtur à malis. Sed in futura vita, vbi omnia erunt clara & aperta, mali cōfundentur, iusti autem coronabuntur. Ideo, hic iusti non habent meritum perfectæ lætitiæ, sed habebunt in futuro, sic. n. dictat diuina iustitia. Et hoc est, quod hic dicitur. *Sed & lingua mea meditabitur iustitiam tuam*, i. contemplando laudabit iustitiam tuam. Sed quando hoc erit? *Cum confusi fuerint, & reueriti qui quærūt mala mihi*, i. cum mali apertè confusi fuerint, quod erit in iudicio. Quāta autem tunc erit confusio damnatorum, vide supra vers. 455. De quibus nūc dicit. *Cum confusi, & reueriti fuerint*. Sed quid est, reueriti fuerint? Sciendum, q secundum Grammaticos vereor, eris, veritus sum: idem est, q verecundari, vel timere, & componitur cum re, & fit reueritus sum, idest, iterum cōfusus, vel verecundatus. Erunt ergo in futuro mali reueriti, quia dupliciter confusi, & verecundati, scilicet intus, & extra. Intus, quia ipsos accusabit conscientia, extra, quia ipsorum mala opera erunt omnibus manifestata. Et hoc est, quod alijs verbis de ipsis dicitur. Induantur sicut diploide confusione sua, diplois enim est vestis duplex. Induentur ergo sicut diploide confusione secundum glos. quia confundentur intus, & foris, & coram Deo, & coram hominibus.

Reueriti.

Psal. 108.

PSAL. LXXI.

Deus, iudicium tuum, regi da, & iustitiam tuam filio regis. 1164



Hic Psalmus talem habet titulum. *In Salomonem.* Secundum opinionem multorum Hebræorum, ac etiam doctorum nostrorum Dauid fecit hūc Psalmum orās pro Salomone filio suo, quem regem constituerat, orans Deum vt regnum Israel in manu sua prosperaretur cum iustitia, & ueritate. Et ideo intitulatur à Salomone, non tāquam ab auctore, sed tāquam ab illo, pro quo fuit factus. Sed Hieronymus in prologo super psalterium expresiè dicit, quòd Salomon istum Psalmum fecit. Et hoc tenetur communius. Vnde pro tituli expositione sciendum, q iste psalmus non agit de prosperitate regni Iudæorū sub Salomone, sed agit de prosperitate ecclesiæ per Christum regem in ueritate, & iustitia gubernatæ. Multa. n. in isto Psalmo

Hierony. in prol. super Psal.

Salomon. mo continentur, quæ de Salomone rege intelligi non possunt, vt puta, orietur in diebus eius iustitia, & abundantia pacis, donec auferatur luna, &c. Pax enim, quę fuit sub Salomone, non durauit vsque ad ablationem lunæ, quæ erit in die iudicij, immo ipso mortuo, statim regnum eius diuisum fuit, vt patet 3. Regum 11. Etiam Salomon non habuit dominium à mari vsque ad mare, nec vsque ad terminos orbis terrarum, (sicut hic dicitur) sed tantum in Iudæa, & aliquibus terris propinquis fuit dominatus. Sed hæc omnia in isto Psal. contenta competunt propriè Christo. Et per Salomonē hic intellige Christum. Salomon.n. interpretatur pacificus, quod verissimè cōpetit Christo, qui vt verus mediator pacem attulit mundo. *Lucæ 2.* Propter quod ipso statim nato, Angeli cantauerunt. Gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus, nos Deo pacificauit in sanguine suo. *Ephes. 2.* Ephe. 2. Ipse est pax nostra, qui fecit vtraque vnum. Cum iniuriantibus pacificus mansit. Psal. 119. Cū iis, qui oderūt pacē, eram pacificus. In hunc ergo Salomonem verum pacificum dirigitur iste Psalm. Quibus visis, accedo ad diuisionē psalmi. Ergo iste agens de Christo diuiditur in partes quinque, quia agit primo de Christi iudiciaria potestate. Secundo de Christi humili natiuitate, ibi. *Descendet.* Tertiò de Christi adoranda diuinitate, ibi. *Et dominabitur.* Quartò de Christi cōmendāda bonitate, ibi. *Quia liberauit.* Quintò de Christi laudanda maiestate, ibi. *Sit nomen domini.* Prima pars diuiditur in tres, quia primò agit de Christi potestate. Secundò de potestatis auctoritate, ibi. *Iudicabit.* Tertiò de ipsius æternitate, ibi. *Et permanebit.* Prima pars diuiditur in tres, quia primò Christi potestas optatiuè prædicitur. Secundò declaratiuè exponitur, ibi. *Iudicare.* Tertiò qualiter recipiatur ostenditur, ibi. *Suscipiant.* *Nomina relatiua de Deo sunt duplicia.* Quantum ad primum sciendum, quod nomina relatiua, quæ de Deo dicūtur, sunt duplicia, quia quædam sunt intrinseca, quædā extrinseca. Intrinseca sunt, quæ de Deo dicuntur æternaliter, vt pater, & filius, spirator, & spiritus. Sed extrinseca sunt, quæ relationem ad creaturā important, vt dominus dicitur respectu serui, gubernator respectu gubernati, conser-

E uator respectu cōseruati, sic & rex respectu recti. Cum igitur relatiua posita se ponant, & perempta se perimant, & ab æterno non fuerit seruus, nec gubernatus, nec conseruatus, nec aliquis ab alio rectus, sequitur, quod ab æterno Deus non fuit dn̄s, non conseruator, non gubernator, neq; rex, sed simul cùm creatura cępit esse, talia nomina relatiua de Deo prædicari potuerunt extrinsecè. Et quia tales relationes extrinsecæ æqualiter de tribus personis dicuntur, sequitur quod oēs tres æqualiter dn̄r unus dominus, unus conseruator, vnus rex respectu creaturę. F Istam tn̄ dignitatem regiā Deus Christo homini communicauit, qn̄ uerbū humanitatem nostram assumpsit. Qd̄ prænidens nunc Psal. Deo loquitur, d. *Deus, iudicium tuum regi da*, i. Christo homini, *Iudicium.* qui est rex, inquantum Deus dabis potestatem iudiciariam, qua habebit oēs iudicare. Cum.n. iudicare sit actus ad extra, & per consequens toti trinitati cōpetat, tn̄, quia solus filius inhumanitate ab omnibus in iudicio uidebitur, ideo specialiter iudicium filio attribuitur. Est etiā filius Regis, quia filius Dei, de quo subditur. *Et iustitiam tuam filio regis.* Sed re- G plicatur eadē sn̄ia sub alijs uerbis, quia repetitiones eiusdem sn̄iæ sub eisdē uerbis, uel sub aliis, multum commendāt diuina eloquia, maximè quæ sunt in eodē genere sermonis, quo effectus animi est mouendus, ut cum dicitur. Deus meus, *Psal. 21.* Deus meus, ut quid dereliquisti me? Vel *Psal. 87.* cum dicitur. Domine Deus salutis meæ. *Iustitia.* Vel aliter secundum Grammaticos differentia est inter iudicium, & iustitiam: quia iudicium dicitur à ius, quasi iuris dictio, & est iudicium, cum causa discutitur, sed iustitia, cum causa determinatur. Sic Christus in iudicio ultimo faciet iu- H dicium, cum dicet. Esuriui, & dedistis *Matth. 25.* mihi, & cætera. Sed iustitiam cum dicet. Venite benedicti patris mei, & cætera. Et nota, quòd quamuis Deus trinus, & unus sit uere rex noster, quia nos gubernat, & regit: tamen Christus incarnatus singulari modo rex noster dicitur, *Rex dicitur Christus.* *Aristotel.* Dicit enim Philosophus primo Polit. quòd rex debet esse de genere illorum, quibus principatur. Sic enim erit maximè regit, & subditorum mutuus amor. Ideò Christus, ut congruentiuę

gruentius nobis rex fieret, de genere nostro voluit esse, dum nostram naturam assumpsit. Et hoc satis insinuat scriptura dicens. Non poteris alterius generis hominem regem facere, qui non est frater tuus. Et de isto rege dicitur. Deus autem rex noster ante sæcula operatus est salutem in medio terræ, i. rex noster Christus, qui est rex ante sæcula.

Deut. 17.

Psal. 73.

1165 *Iudicare populum tuum in iustitia, & pauperes tuos in iudicio.*

HIc declaratur iudiciaria Christi potestas. Quia enim statim prædixit dandam Christo potestatem iudiciariā, nunc declarat ad quid, quasi dicat. Da iudicium tuum regi, &c. Ad quid, ad hoc scilicet, *iudicare populum tuum in iustitia*, &c. Vbi nota, quòd duplex est iudicium, scilicet, discretionis, & condemnationis. Et de vtroque loquitur hic dicēs. De iudicio discretionis, vt scilicet discernat populum suum à non suis, & pauperes a diuitibus, idest, humiles à superbis, quod facit in præsenti, non quidem loco, sed merito. In iudicio autem faciet loco, & merito, quando scilicet separabit oues ab hœdis Matth. 25. Et nota hic, quòd pro eodē accipitur *populum tuum, & pauperes*. Quis autem propriè dicatur populus, vide supra versiculo 816. Sed quilibet sic faciens populum est humilis, & per consequens pauper spiritu: vide 99. & 128. Et sic per populum & pauperes iusti significantur. Istos ergo *iudicabit in iustitia*, dando sententiam pro ipsis, *& in iudicio* eorum merita discutiendo. Item nota, quòd per hoc quod dicit *tuum & tuos*, ostendit omnia quæ sunt patris, esse filij & econtrario, vnde & ipse filius patri dicebat. Ioan. decimoseptimo, Omnia mea tua sunt, & omnia tua mea sunt.

Iudiciū duplex.

Pro eodem populus Dei & pauperes.

Ioan. 17.

16 6 *Suscipiant montes pacem populo, & colles iustitiam.*

OStenditur hic, qualiter Christi potestas, vel ipse Christus recipitur. Vbi primò notandum, quid per montes, quid per colles intelligitur. Secundò quid per pacem, & quid per iustitiam. Primò namque per montes significātur

Montes Angeli.

A Sancti Angeli, quia sicut mōtes nos protegunt. Vnde Gregor. Montes sunt sublimes Angelorum virtutes, quæ hic nos ministrando, & adiuuando reficiūt, quæ Deo largiente in omni nos certamine protegunt, quorum defensione contra aduersarios ex omni latere munimur. De quibus dicitur Psal. 124. Montes in circuitu eius, idest, Angeli, vt August. exponit. Et sic per colles, qui sunt montes minores, intelliguntur sancti Apostoli, & doctores, quibus Angelorum ministerio mysteria diuina sunt reuelata. Apocal. 1. Significauit Deus mittens B per Angelum suum seruo suo Ioāni &c. Propter quod de diuinis mysterijs dicitur. De monte in collem transierunt. Dicit igitur. *Suscipiant montes pacem populo*, quia sancti Angeli acceperunt mandatum à Deo annunciandi pacem populo in Christi natiuitate dicentes. Et in terra pax hominibus bonæ voluntatis. *Et colles iustitiam*. Per iustitiam autem hic accipe legem euangelicam, quæ hominem iustificat obseruantem. Hoc ideo, quia Apostoli & alij doctores acceperunt mandatum de prædicando populo euangelia. Mar. vltimò, Euntes in mun- C dum vniuersum, prædicate Euangelium omni creaturæ. Vel aliter per mōtes accipe Apostolos, prælatos, & alios, qui inter cæteros eminent dignitate, & magis per vitam approximant cęlo. De quibus dicitur Psal. 120. Leuaui oculos meos in montes, &c. Per colles vero accipe minores, & subditos. Ad prælatos autem, & maiores pertinet præcipuè subditorum pacem procurare, & vnitatē, vt habetur dist. 90. discordātes. Ad subditos autem præcipue spectat humilitas, qua suis obediant superioribus. Ipsa autem humilitas per iustitiam, significatur. Matth. 3. D Sic decet nos implere omnem iustitiam. Dicat igitur Psal. *Suscipiant montes pacem populo*, i. prælati, & doctores mandatum pacis in populo seruandæ, quia excellentes in ecclesia debent paci vigilanti animo consulere, ne propter suos honores superbè agendo schismata faciant, vnitatis compage dirupta. *Et colles iustitiam*, idest, minores humilitatem, vt maioribus obediant, & in eis Christum anteponant vt de his dicatur. Incuruati sunt colles mundi.

Gregor. 30. mor. c. 29.

Colles, idest prædicatoris.

Hiere. 5.

Luc. 2.

Mar. vlt.

Montes prælati.

Matth. 3.

Abac. 3.

1167 *Iudicabit pauperes populi, & saluos faciet filios pauperum, & humiliabit calumniatorem.*

Paupertas multiplex. HIc agitur de potestatis Christi auctoritate. Vbi aduertendum, quòd cũ paupertas sit multiplex, scilicet, quædam necessitatis, quædam volũtatis non spiritualis, quædam autem voluntatis spiritualis, solum de tertia est hic intelligendum, quòd tales pauperes saluos faciat Christus, quod ostendit Bernard. super illo verbo Matth. 5. Beati pauperes spiritu, dicens. Quid enim tam absurdum, quam paupertatem esse beatam? F attamen veritas loquitur, quæ nec falli nec fallere potest. Sic vos, insensati filij Adam, diuitias quæritis, diuitias desideratis vsque adhuc, cum beatitudo pauperum diuinitus sit commendata? Qua fronte, vel qua mente Christianus diuitias quærit, postquam Christus beatos pauperes prædicauit. Sed diligenter attẽde, quod non simpliciter pauperes nominat propter plebeios pauperes necessitate miserabili, non voluntate, de quibus hoc loco non dicit, sed de ijs, qui possunt dicere: Voluntariè sacrificabo tibi. Sed nec omnes pauperes voluntarij G laudem habent apud Deum. Nam & Philosophi omnia sua voluntariè reliquisse leguntur, vt expediti à mundialibus curis studio veritatis vacare possent liberius, & nolebant sensu abundare terreno, vt abundarent magis in sensu suo. Hos discernit, quòd dictum est, spiritu, idest, spirituali voluntate. Beati enim pauperes spiritu, idest, spirituali intentione, propter solũ beneplacitum Dei, & animarum salutem, quoniam ipsorũ est regnum cœlorum, & meritò. Nam miserrimus ille hostis antiquus de cœlo eiectus est, quoniam affectauit celsitudi- H nem, sublimitatem præsumpsit, nonne consequens est beatos esse, qui sponte in paupertatis humilitate sese deponũt? Et vide, quam sapiẽter ordinauit sapientia contra primum peccatum remedium primum opponens, ac si dicat. Vis obtinere regnum cęlorum, quod perdidit superbiens Angelus, qui confisus est in virtute sua & in multitudine diuitiarũ suarum, paupertatis vtilitatem amplectere, & tuũ erit? Et hoc est quod hic sub alijs

Bernard. Matth. 5.

E verbis dicit Psal. *Iudicabit pauperes populi*. i. in populo. Sed qualiter eos iudicabit, subdit. Et. i. quia *saluos faciet filios pauperum*. Idem. n. sunt pauperes, qui & filij pauperũ, sicut idem est ciuitas Sion, & filia Sion. Sequitur. *Et humiliabit calumniatorem.* Quis autem dicatur calumniator ostendit Greg. dicens. Calũniatores rectè dicere possumus oẽs iniquos, non solum qui exteriora bona rapiunt, sed etiam qui malis suis moribus, & vitę reprobæ exemplo interna nostra dissipare contendunt. Illi namque ea, quæ nobis extra sunt, inuadere ambiunt, isti vero prædari interius quærunt. Illi amore rerum, isti odio non cessant sæuire virtutum. Illi inuident quod habemus, isti q̃ viuimus. Isti student rapere bona exteriora, quia placent, isti student interiora bona dissipare, quia displicent. Quanto ergo morum vita à rerum substantia distat, tanto grauior calumniator est qui malè viuendo vim infert nostris mentibus quam qui violenter opprimendo damna ingerit rebus, &c. Ex quibus patet, quòd duplex est calumniator. s. spiritualis, qui bonis spiritualibus insidiatur & alius temporalis qui tẽporalibus. Primus est diabolus. Secundus quilibet tyrannus. Et de vtroque hoc exponit. Et primò de calumniatore spirituali diabolo, quem Christus humiliauit, dum per suam passionem dominium mũdi ei abstulit. Vnde Magister in glos. Calũniator diabolus humiliatus est in Christi passione, quando per calumnias Iudæorum eum occidit in quo nihil iuris habuit, vnde meritò eos amisit, in quibus aliquid iuris habere videbatur, qui verò calumniator dicitur, quia innocentes in culpã trahere nititur, quod est calũniari. Hunc autem humiliauit Christus in passione, sed nondum penitus extinxit. Vnde alibi scriptum est. Humiliasti sicut vulneratũ superbum. Potest etiam intelligi de calumniatoribus temporalibus, quia Christus humiliauit tyrannos fidelium persecutores, sicut patet de Nerone, qui primam persecutionem mouit contra ecclesiam, & de Domitiano, qui mouit secundam, & vterque deiectus fuit de imperio. Vnde primus interfecit seipsum: secundus autem à senatu fuit occisus, & sic de multis alijs.

Calumniator. Gregor. 26. mor. c. 9.

Calumniator duplex. Diabolus fuit humiliatus.

Psal. 88.

1168 **Et permanebit cum sole, & ante lunã in generatione & generationem.**

HIc agitur de Christi æternitate. Vbi nota, quòd in Christo est duplex natura, scilicet diuina, & humana. Secundum diuinam est simpliciter æternus, sed secũdum humanam à parte ante non est æternus, sed à parte post. Itẽ nota, ꝙ per solem accipitur omne tempus, sed per lunam omnia temporalia. Per solem.n. ideo significantur omnia tẽpora, quia iuxta cursum solis mutantur, & distinguuntur tempora. Et sic est sensus. *Et permanebit cum sole*.i. secũdum humanitatem quandiu voluerit ipse permanebit.s. in ecclesia per sacramẽtum sui corporis. Matth. vlt. Ego autem vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem seculi. Et hoc dicit ad confutationem illorum, qui dicunt ecclesiam vel Christianam religionem aliquando defituram. Quantum verò ad diuinitatẽ dicit, ante lunam. Per lunam enim, quæ nunquam in eodem statu permanet, intellige omnem creaturã, quæ de se semper mutabilis est. Si ergo Christus permanet ante lunam, sequitur quòd permanet ante omnem creaturam, & sic est æternus, ad Hebr. 13. Christus heri, & hodie ipse in sæcula. Vel aliter per solem intellige Deum patrem, quia sicut sol habet splendorem sibi coæuum, sic & ipse filium, qui est splendor, & figura substantiæ patris, ad Hebræos 1. Permanet ergo cum sole, quia coæternus est patri, quoad diuinitatem. Sed permanet ante lunam, per quam ecclesia intelligitur, quæ de præsenti generatione, s. mortali trãsibit ad generationem immortalem. Permanet ergo, *ante lunam*, idest in conspectu ecclesiæ ipsum protegendo, donec transeat de generatione mortali ad immortalem.

Sol pro omni tempore, luna pro tẽporalibus.

Matth. vlt.

Luna omnẽ creaturam signat.

1169 **Descendet sicut pluuia in vellus, & sicut stillicidia stillãtia super terram.**

COnsequenter hic agitur de Christi incarnatione, & natiuitate. Et duo facit, quia primò ponit natiuitatis modum. Secundo eius fructum, ibi. *Orietur*. Quantum ad primum sciendum, ꝙ iste versus fundatur super historiam, quæ ha-

A betur Iudicum 6. Nam cum populus Israel propter peccata sua in seruitutem Madian esset traditus, Angelus domini apparuit Gedeoni dicens, quòd ipse liberaret populum de manu Madian. Gedeon autem super hoc volens habere aliquam certitudinem, dicit ad Angelũ. In hoc sciam, quòd dominus liberet populum per manum meam. Ponam vellus in area, & si hac nocte descendat pluuia supra vellus solum, sic quòd in tota terra areæ sit siccitas. Et factum est ita. Nam de mane consurgens, inuenit totũ vellus madidum, sic quòd ex vellere cõ-
B cham plenam roris expressit, & in tota terra erat siccitas. Deinde vt certior fieret, postulauit signum per oppositum, scilicet vt tota area complueretur, & in solo vellere siccitas esset, quod & factũ est. Nam nocte descendit pluuia suauiter distillans, & guttatim, & compluit totam aream. In vellere autem solo remansit siccitas. Consimiliter ergo ad istam historiam ostẽdit Psalmista Christi incarnationem fiendam. Vbi notandum, quòd in incarnatione sua nõ venit cum magnitudine potestatis, sed benignitate humilitatis maximæ, secundum
C quod fuerat prophetatum Zacha. 9. Ecce rex tuus venit tibi mãsuetus, &c. Et hoc notans dicit. *Descendet sicut pluuia in vellus*, idest, suauiter, & imperceptibiliter descendet in virginem, quia in humilitate summa & lenitate veniet. Et hoc est. Descendet in vterum virginis, sicut pluuia in vellus Christus, qui magna potestate venire potuisset si voluisset. Leniter sine aliquo strepitu in vterum virginis descendit, sicut pluuia in vellus. Et congrua similitudo, vt ait gl. Lana enim accipiendo vel reddẽdo aquam nõ rumpitur, sed integra manet. Sic in gloriosa
D Virgine Maria, virginitas ante partum, post partum, & in partu permansit inuiolata. Et adhuc addit aliam similitudinẽ, dicens. *Et sicut stillicidia stillantia super terram*. Stilla enim idest gutta componitur cum cado, dis. & fit stillicidium. dij, idest, aqua guttatim, & suauiter cadens. quæ in modum roris summa suauitate descendit. Quis ergo (ait glo.) post tam aptam similitudinem adductam dubitet de virginis partu? Et attende, quòd sicut isto signo prædicto Gedeon liberauit popu-

Iudic. 6.
Madian.
Gedeon.

populum de manu Madian. Gedeon enim interpretatur circuiens in vtero, & significat Christum, qui in vtero virginis existens, totum mundum circüiendo continebat. Madian vero interpretatur iniquitas, vel contradictio, & significat diabolum, qui sua iniquitate omnibus bonis contradicit. Et ista similitudine voluit vti Psalmista, demonstrando Christi incarnationem. Vel aliter exponitur iste versus secundum glo. quæ dicit. In exemplo enim Gedeonis significatur mystice, quòd populus Iudæorũ prius irroraretur gratia Christi, remanente sicca area gentilitatis, postea compluereeur gentilitas, sicco remanente vellere Iudæorum. Per vellus enim Iudæa accipitur, quæ auctoritate doctrinæ

Vellus Iudaea. expolianda erat, vt ouis vellere. Per vellus enim Iudæa accipitur, quia pluuiam doctrinæ detinebat, quam gentibus prædicare noluit, vt vellus detinet pluuiam. Ait ergo de Christo, quod scilicet prius *descendet sicut pluuia in vellus*, idest, gratia Christi prius descendit in populum Iudæorum, vnde sibi matrem elegit, & Apostolos, sicca remanente area totius orbis, sicut pluuia prius descendit in vellus Gedeonis, sed postea *descendet sicut stillicidia stillantia super terram*, idest, super gẽtes, sicco vellere Iudæorum, sicut postea compluta fuit area Gedeonis, sicco vellere. Et sic Christus primò venit ad Iudæos, relictis gentibus, postea ad gentes, relictis Iudæis.

1170 *Orietur in diebus eius iustitia, & abundantia pacis, donec auferatur luna.*

Ostenditur hic fructus Christi natiuitatis. Vbi notandum, quòd per iustitiam intelligitur lex euangelica, in

Lex antiqua. qua omnis iustitia continetur, quia lex antiqua solam iustitiam docebat exteriorem, hæc autem exteriorem simul, &

Lex noua. interiorem. Propter quod de lege noua sub nomine iustitiæ dicitur Psalm. 118. Iustitia tua iustitia in æternũ, & lex tua veritas. Et de hac iustitia dicit. *Orietur in diebus eius iustitia*, quia. s. ipse Christus natus, legem iustitiæ dedit in monte discipulis suis. *Et abundantia pacis.* Quidã de pace temporali hoc exponunt, quæ

E fuit per vniuersum orbẽ tempore Christi natiuitatis, quando vnus erat in orbe monarcha. Sed hoc non videtur competere literæ sequenti. s. *Donec auferatur luna*, quia illa pax non multum durauit, & maximè in Iudæa, ipsis Iudæis rebellantibus Romanis, propter quod Hierusalem destructa fuit, & ciuitates multæ. Sed ad hoc dici posset, quòd Psalmista prædicit duo tempora Christi orienda, scilicet iustitia euangelica legis, & abundantia pacis, quorum primum durabit, donec auferatur luna, non secundum. Et sic ly *donec auferetur luna*, refertur ad ly

F *iustitia*, non ad *abundantiam pacis.* Aliter autem, & melius exponitur de pace spirituali, quam attulit Christus. De qua, ipso nato, Angelus ait. Et in terra pax hominibus bonæ voluntatis, quia in bonis hominibus semper ducat pax melioris conscientiæ, quia vt dicitur Prouerb. 12. Non contristabit iustum, quicquid ei acciderit. Ista autem durabit donec auferatur luna, per lunam enim intelligitur ecclesia, quia sicut luna illuminatur à sole, sic ecclesia à Christo. Vnde Greg. 17. lib. mor. c. 8. dicit. Quid per lunam nisi cuncta simul designatur ecclesia? propheta

Luc. 2.

Prouer. 12.

G attestãte, qui ait. Abacuc 3. Eleuatus est sol, & luna stetit in ordine suo, quia ascẽdente ad cœlos domino, sancta protinus ecclesia in prædicationis auctoritate roboratur, &c. De ecclesia ergo dicit. *Donec auferatur luna*, s. ecclesia tollatur de statu mortali, in quo nunc est, & deducatur ad statum immortalitatis. Vnde alia litera habet. *Donec extollatur luna*, idest, donec ecclesia subleuetur per statum resurrectionis. Et accipe hic *donec*, vt supra versiculo 915.

Et dominabitur à mari vsque ad mare, & à flumine vsque ad terminos 1171
H *orbis terrarum.*

Consequẽter hic agit de Christi adoranda diuinitate. Et diuiditur in partes quatuor: quia primò ponitur regni Christi dilatatio. Secundò gentilium ad fidem conuersio, ibi. *Coram illo.* Tertiò dominij Christi recognitio, ibi. *Reges Tharsis.* Quartò fidelium per orbem multiplicatio, ibi. *Et adorabunt.* Quantum ad primum notandum, quòd regnum

gnum Christi dilatatum fuit, primò ra- A tione suæ potestatis, qua corda infidelium per gratiam sibi poterat subiugare. Et istam potestatem habuit in primo instanti suæ conceptionis in vtero virginis. Secundò fuit dilatatum per prædicationem legis, & sacramentorum collationem, & incœpit in baptismo Christi, quando à Ioanne fuit baptizatus in Iordanis flumine. Primam dilatationis causam notat, dicens, *Et dominabitur à mari vsque ad mare*. Per mare enim in scriptura aliquando intelligitur virgo Maria. Vnde ipsa à mari Maria nuncupatur. Nec mirum quoniam ipsa ad mo- B dum maris est magnæ puritatis, capacitatis, & vtilitatis. Patet primum, quia nihil immundum retinere potest, sic nec virgo aliquam peccati contraxit immunditiam. Vnde de ipsa dicitur Apocal. quarto. In conspectu sedis, (scilicet Dei) tanquam mare vitreum simile crystallo. Crystallus enim, & vitrum habent claritatem, & frigiditatem, quæ puritati congruunt virginis Mariæ. Secundum patet: quia omnia flumina intrant mare. Sic in beata virgine omnes gratiæ congregatæ fuerunt. Vnde Hieronymus. Cæteris gratia per partes præ- C statur, Mariæ autem se tota gratiæ plenitudo infundit, &c. Vnde Genesis primo. Congregationes aquarum appellauit Maria. Tertium patet quia non est terra ista sterilis, quæ (supra mare situata) non abundet omnibus bonis. Sic & beata virgo omnibus peccatoribus iuxta ipsam per deuotionem positis gratiarum copiam confert. Vnde Bernardus. Maria omnibus sinum suæ misericordiæ aperuit, ut de plenitudine eius capiant vniuersi. Secundo per mare quandoque intelligitur pœnitentiæ status: mare ab amaritudine dictus. Vn- D de Ricardus super psalm. Qui diuisit mare rubrum in diuisiones, ait. Maris aquæ amaræ sunt valde. Quid ergo mare, nisi amaritudo pœnitentiæ? Mare ergo quasi indiuisum manet, quando quis solum ex damnationis formidine gemere nouit. Sed mare diuiditur, quando compunctione geminatur amaritudo cordis quando quis, scilicet compunctionis fletum geminat, vt non solum defleat malum, quod pertimescit, sed etiam pro

Mare dicitur virgo Maria.

Hieronym.

Bernard.

Mare pœnitentia.

Ricardus. Psal. 135.

bono, quod concupiscit. Et in isto mari pœnitentiæ Aegyptij submerguntur, quia per pœnitentiam omnia peccata annullantur. Vnde Michææ septimo. Proijciet in profundum maris omnia peccata nostra. Est igitur sensus psalmi. *Et dominabitur à mari vsque ad mare*, quia dominatio Christi, qua per suã gratiam dominatur, & regnat in fidelibus, incœpit à mari gloriosæ virginis Mariæ, quando, scilicet in ea fuit conceptus, & processit per totum orbem vsque ad mare, idest, ad omnes per pœnitentiam pro peccatis amaros. Secundò dilatatum fuit Christi regnum per prædicationem euangelij, & sacramentorũ collationem, & quantum ad hoc, dicit. *A flumine vsque ad terminos orbis terrarum*. Hic enim fluuius secundum gloss. fuit Iordanis, in quo Christus fuit baptizatus, & super ipsum vox patris insonuit Hic est filius meus dilectus. Inde ergo incœpit Christi doctrina, ibi incœperunt sacraméta, quia baptismus, qui est sacramentorum omnium ianua, & fundamentum. Et inde, idest ab isto flumine manauit doctrina Christi, & sacramentorum: *vsque ad terminos orbis terrarum*, idest, per totum orbem diffusa fuit, vt dicitur psalm. 18. In omnem terram exiuit sonus eorum &c. idest apostolorum, & aliorum prædicatorũ. Vel aliter. Vbi nota, quòd tota terra mari circundatur. Mare enim Oceanum licet sit vnum mare, secundum tamen sui partes diuersas variè nuncupatur, vt puta mare oriétale à parte oriétis, occidentale à parte occidétis, aquilonare à parte aquilonis, & sic de alijs. Quid est ergo à mari vsq; ad mare, nisi ab vno extremo terræ, vsq; ad aliud extremum? Et per consequens in omni terra, quia in omni parte terræ Christus habuit aliquos per fidem sibi subiectos. Sed tamen quia ista prædicatio incœpit à flumine Iordanis, vt dictũ est, ideo subditur, *A flumine vsque ad terminos orbis terrarum*, vt supra.

Fluuius Iordanis.

Coram illo procident Aethiopes, & inimici eius terram lingent. 1172

OStenditur hic gentium ad fidem Christi conuersio. Vbi nota, quòd ad prædicationem apostolorum ex gẽtibus aliqui

Aethiopum Conuersio. aliqui sunt conuersi ad Christum, aliqui vero in sua infidelitate permanserunt. De primis dicit. *Coram illo procedent Aethiopes*, qui conuersi fuerunt ad prædicationem beati Matthæi Apostoli, quia ad illam prouinciam veniens, suscitato filio regis defuncto, ipsum regem cum filio baptizauit, & vnam eius filiam virginem Christo consecrauit, & eam ducentis virginibus præfecit, & populum regni illius Aethiopiæ pro magna parte baptizauit. Sic ergo Aethiopes, qui erant prius gentiles, accipiuntur generaliter pro omnibus gentibus, ut moris est scripturæ accipiendi partem pro toto. Vnde de conuersis gentilibus, dicit. *Coram illo*, scilicet Christo *procedent Aethiopes*, scilicet generaliter gentiles. Nā secundum grammaticos cado, dis, componitur cū pro, & fit procido, dis. idest, ante cadere, sicut quando aliquis vult adorare alium, cadendo ante illum se prosternit, vt dicitur psalmo nonagesimoquarto. Venite, adoremus, & procidamus ante Deum. De illis autem, qui in infidelitate permanserunt, subditur. *Et inimici eius terram lingent*, scilicet pertinaces, & schismatici, qui gloriæ Christi inuident, *terram lingent*, scilicet in modum serpentis, cui dictum est. Terram comedes: *Lingent terram*, idest amabunt terrena, spreta gloria Christi Micheæ septimo. Lingent puluerem sicut serpentes. Vel aliter etiam exponitur in bonum, scilicet de gentilibus, qui prius erant inimici Christi per idololatriam, audita prædicatione Euangelij, inclinauerunt se ad Christum adorandum deuotè, ac si terram ex deuotione, & humilitate lingere vellent, sicut prædictum fuit Esaiæ sexagesimo capitulo. Venient ad te, qui detrahebant tibi, & adorabunt vestigia pedum tuorum. Et sic in istis impletum est, quod dictum est Esaiæ quadragesimonono. Vultu in terra demisso, adorabunt te, & puluerē pedum tuorum lingent. Vel aliter, hoc exponitur ab aliquibus de Iudæis contra Christum obstinatis, qui in obsidione Titi fuerunt ita fame compressi, q ipsi quærebant ad comedendum illa, quæ de emundatione ciborum, ad terram fuerant proiecta, & sic terram lingere videbantur.

Gentes.

Procidere.

Lingere terram.

E *Reges Tharsis, & insulæ munera offerent, Reges Arabum, & Saba dona adducent.* 1173

Hic ponitur dominij Christi recognitio, quoniam alij reges terræ venerunt ad Christum statim, ipso nato, ad recognoscendum ipsum verum regem, & in modum tributi ei obtulerunt munera. Vnde ad literam hoc exponitur de illis tribus regibus de quibus dicitur Matt. 2. Cum natus esset Iesus &c. Ecce Magi &c. qui venerunt adorare dominum cum muneribus, qui ad literam F fuerunt de istis prouincijs hic nominatis, cum quibus etiam insulæ, i. aliqui extremi. Vnde & illi dicebant. Venimus cū muneribus adorare eum. Sic & hoc prævidit ps. d. *Reges Tharsis, & insulæ offerent ei munera*, &c. Quia apertis thesauris, obtulerunt ei munera, aurum, thus, & mirrham. Quilibet enim illorum ista tria obtulit. Vnde cognouerunt ipsum esse verum Deum, quia thus obtulerunt, quod in sacrificijs diuinis offertur, verum regem, vnde obtulerunt aurum, qđ offertur regibus. Et verum hominem mortalem, quia obtulerunt myrrham, G qua corpora mortuorum condiuntur. Vnde August. in sermone de Epiphania, dicit, Aurum ei soluitur quasi regi magno, thus ei immolatur, vt Deo vero, myrrha ei præbetur tanquam pro salute omnium morituro, vnde & singuli prædicta munera obtulerunt, quia singuli ipsum suis muneribus regem Deum, & hominem prædicauerunt. Potest etiam hic versus exponi de alijs regibus, & principibus mundi, qui ad Christi fidem conuersi larga munera dederunt ad sustentationem pauperum, & ecclesiarum constructionem.

Magi.

August.

Munus.

H *Et adorabunt eum omnes reges terræ, omnes gentes seruient ei.* 1174

Ponitur hic familiæ Christi per orbem multiplicatio. Vbi notandum, quòd hoc videtur impletum fuisse tempore Constantini, cui tanquam monarchæ obediebant omnes reges terræ, & ipse præcepit ad cultum, & honorem Christi ecclesias vbique ædificari. Et sic omnes reges terræ adorauerunt Christum,

stum,quia Constantinus,qui erat caput A omnium regum. Vel alio modo intelligitur, vt hic ly *omnes* stet pro generibus singulorum non pro singulis generum.quia non fuit gens aliqua, quæ saltem in parte sui non adorauerit Christum. Quid autem sit adoratio,& qualiter diuersa diuersimodè adorari debent. vide supra versic.320.

Adorare.

1175 *Quia liberauit pauperem à potente, et pauperem, cui non erat adiutor.*

HAec est quarta pars principalis, in qua agitur de Christi commendāda bonitate. Vbi notandum, quod duæ virtutes maximè regibus conueniūt (vt dicit Isidorus.) scilicet iustitia,vt iniustè oppressi liberentur, & misericordia, vbi bonis præmia conferantur. Et secūdum ista duo hic regis nostri commendatur bonitas.Primo in liberatione oppressorum. Secundò in collatione bonorum, ibi. *Et viuet.* Quantum ad primum sciēdum quòd ante Christi aduētum humanum genus triplici malo premebatur. Primò diabolo subiugabatur. Secundò peccato maculabatur.Tertiò pœnæ obligabatur. A quibus tribus liberauit nos C Christus. Et sic pars prima diuiditur in tres partes,quia primo ostenditur,quòd nos liberauit à diabolo.Secundò à peccato,ibi, *Parcet,* Tertio à pœna, ibi. *Ex vsuris.* Primò ergo ante Christi aduentum nos diabolus tenebat captiuos. Vnde & princeps mundi dicebatur, ex eo quod eius tentationibus nullus plenè poterat resistere,vt deducit Greg.2. moral.cap.22.dicens.Ab Adam quippe vsq. ad aduentum domini diabolus omnes nationes gentium post se traxit. Circuiuit terram, & perambulauit, quia per corda gentium iniquitatis suæ impressit D vestigia. Cadens enim de sublimibus humanas gentes iure possedit, quia in culpæ suæ vinculo nolentes astrinxit, tantoque in mundo latius est vagatus,quāto à reatu illius quisque per omnia liber inuentus non est. Cui quasi ex potestate mundum circuisse est, nullū qui sibi plenè resisteret inuenisse. Vnde de ipso dicebatur Iob quadragesimoprimo Non est potestas super terram, quæ cōparetur ei.Sed ab eius potestate nos li-

Isidorus.

Ioan. 12.
Greg. 2. mor.c.22.

berauit Christus,ne tantum possit in nobis.quantum poterat ante. Quod ostendit Magister,dicens. Christus diabolum morte sua vicit vt in hac vita tentando, nobis non præualeat.Licet enim nos tētet post Christi mortem, quibus modis ante tentabat,non tamē vincere potest, sicut ante vincebat.Nam & Petrus, qui ante Christi mortem voce ancillæ territus negauit Christum,post Christi mortem ante reges, & præsides ductus,non cessit,quare?quia fortior,idest, Christus veniens in domum fortis,idest, in corda nostra,vbi diabolus habitabat, alligauit B fortem, idest, à seductione compescuit fidelium &c.Et hoc est,quod præuidens hic Psalmista dicit. *Quia liberauit pauperem à potente, pauperem* inquam, scilicet populum humilem, & credentem, *à potente*, idest à diabolo, quem non sua virtus,sed hominum peccata potentem fecerunt, quem pauperem nullus præter Christum liberare poterat,quia non angelus,non communis homo iustus, non liberum arbitrium poterat eum liberare nisi tātum leo de tribu Iuda.Et hoc est, quod subdit. *Pauperem, cui non erat adiutor.*

Magister lib.3.d.19.
Tentatio diaboli.
Matth. 26.
Actuum 4. & 5. & multis locis
Liberat Christus.

Parcet pauperi, & inopi, & animas pauperum saluas faciet. 1176

OStendit hic quomodo nos Christus liberauit à peccato: quia scilicet peccata dimittit, sed quibus? pauperi, & inopi. Vnde nota, quòd pauper dicitur, qui aliquid habet,licet parum. Inops vero dicitur, qui nihil habet. Per pauperem ergo intellige peccatorē, qui fidem Christi habet licet informem, ut puta,qui fide recepta peccauit. Hi enim parum habent,quia talis fides informis, licet non sit meritoria, disponit tamen ad pœnitendum, quia ad cogitandum peccatum commissum.Per inopem autē intellige infideles, & idololatras, qui de fide Christi nihil habent. Istis duobus generibus peccatorum parcit Christus, & peccata dimittit, pauperibus per actū pœnitentiæ, sed inopibus quando eis supernaturaliter fidem inspirat.Vel per pauperem & inopem intellige humiles, qui de seipsis nihil præsumūt, sed solum de gratia Dei.Sed hic est dubium, quomodo

Pauper.
Inops.
Quæstio.

modo

modo Deus parcit peccatori, cum peccatum impunitum dimittere non possit? (*Iob.9.*) Vnde scriptum est, Verebar omnia opera mea, sciens, quod non parcis delinquenti. (*Parcere peccato.*) Ad hoc respondet Gregor. prædicta verba tractando, dicens. (*Gregor.9. mor.cap.27*) Si enim delinquenti nõ parcitur, quis ab æterna morte eripitur, cum à delicto mundus nemo reperiatur? An pœnitenti parcit, &. delinquẽti non parcit: quia cum delicta plangimus, nequaquam iam delinquentes sumus? Sed quid est quòd Petrus cũ negat respicitur, & redemptoris negati respectu ad lachrymas vocatur? Quid cum Paulus redemptoris nomen conaretur in terra extinguere, eius verba meruit audire? Sed tamen culpa in vtroque punita est: quia & de Petro teste euãgelio, scriptum est, Recordatus Petrus verbi Iesu, quod dixerat, egressus, foras, fleuit amarè. (*Luca 22.*) Et de Paulo hæc eadem, quæ ipsum vocauit veritas, dicit. (*Actuum 9.*) Ego ostendam ei, quanta oportet eum pro nomine meo pati. Delinquenti ergo nequaquam dominus parcit: quia delictum sine vltione non deserit, aut enim ipse hoc homo in se pœnitens punit, aut hoc Deus cum hominem vindicans percutit. Nequaquam igitur parcit peccato, quia nullatenus vindicta relaxatur. Sic igitur pęnitenti parcit Deus. Malach. secundo. (*Malac.2.*) Parcam eis sicut vir parcit filio suo. Quod præuidens Psalmista, dicit. *Parcet pauperi*, &c. Sequitur. *Et animas pauperum saluas faciet*, scilicet ab iniquitate, scilicet dando gratiam ad faciendam iustitiam, & opera meritoria. Et attende secundum quod ait Magister in glo. duplex adiutorium gratiæ hic commendatur. Primum est, quòd in remissione peccatorum cum ait, parcet pauperi, & inopi. Secundum est, quod in participatione iustitiæ cum addit, *& animas pauperum saluas faciet.*

1177 *Ex vsuris, & iniquitate redimet animas eorum, & honorabile nomen eorum coram illo.*

OStendit hic, quod Christus nos liberat à pœna. Vbi sciẽdum est pro eius euidentia, quòd vsura est multiplex (*Multiplex vsura.*) scilicet vsura culpæ, vsura pœnæ, vsura gloriæ. Primo est vsura culpæ, vt culpa,

E cum quis exigit vltra sortem, in rebus, cuius vsus est ipsarum consumptio. Et de ista dicitur. Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo, &c. (*Psal. 14.*) Sequitur. Qui pecuniam suam non dedit ad vsuram. Et ab ista nos debent retrahere multa primũ timor diuinæ maiestatis. Leuit. 23. (*Leuit.23.*) Dominum Deum time, vt possit viuere frater tuus apud te, pecuniam tuam non dabis ei ad vsuram. Secundum est amor diuinæ bonitatis. Deut. 23. (*Deut.23.*) Fratri tuo id, quo indiget, sine vsura commodabis, vt benedicat tibi Deus. Tertium odium dolosæ iniquitatis, contra quod dicitur

F in psal. Non defecit de plateis eius vsura, & dolus. Quartum est desiderium supernæ fœlicitatis, ad quam non ascendit vsuras exercens, vt dictum est, qui pecuniam suam non dedit ad vsurã &c. de isto genere vsuræ, vide supra versiculo 886. Secundo est vsura pœnæ, quando scilicet plus exigitur in pœnis, quam commissum fuerit in delictis. Et de ista intelligitur iste versus. *Ex vsuris*, &c. Vsuræ enim secundum gloss. sunt, quando plus exigitur in supplicijs, quam commissum fuerit in culpis. Et istud plus intelligitur multipliciter, scilicet quoad plu-

G ra. Verbi gratia. Cum homicida tantum corpus hominis perimat, animæ vero nihil noceat, ipsius tamen homicidæ corpus, & anima perditur in gehenna. Vel potest intelligi, quoad durationem, quia peccati delectatio est breuis, & transitoria, sed pœna æterna. vel quò ad intentionem, quia longè maior, & intensior est afflictio in pœna, quam fuerit delectatio in culpa. Ezechiel. 22. (*Ezech. 22.*) Vsuram, & superabundantiam accepisti. Tertio est vsura gratiæ siue gloriæ. De qua dicitur. (*Luc. 19.*) Quare non dedisti pecuniam meam ad mensam, vt, & ego veniens cum vsuris

H exegissem illam? Dominus enim nobiscum vsuram facit, quia per suos prædicatores verbum Dei nobis præstat, & cum verbis à nobis exigit opera. Vnde prædicta verba exponens Chrysostomus ait (*Chrysost.*) In sensibilibus, & temporalibus diuitijs debitores solius accommodati obnoxij sunt, quantum enim receperunt, tãtum necesse est eos reddere, nec plus ab eis quæritur. In diuinis autem eloquijs non solum ad custodiam obligamur, sed etiã multiplicare monemur, Qui enim ver- (*Beda.*)

bi pe-

bi pecuniam à doctore percipit credendo, necesse est vt eum vsuris eam soluat operando, ac etiam vt ex ijs, quę audiuit etiam alia studeat intelligere, quæ necdum ex prædicatoris ore didicit. Ad propositum igitur hic loquitur de vsuris secundi generis, quia cum Deus à culpa nos liberat, etiam ab vsuris pœnæ æternæ absoluit, vnum enim consequens est ad aliud. Ideo illa duo simul copulat, dicens. *Ex vsuris, & iniquitate redimet animas eorum.* Sequitur. *Et honorabile nomē eorum coram illo.* quia scilicet tales ante se in regno collocabit honorificè. Vel secundum aliam literam. *Et honorabile nomen eius coram ipsis*, quia tales sic per Christum liberati in multa reuerentia, & honore habent Christi nomen.

1178 *Et viuet, & dabitur ei de auro Arabiæ, & adorabunt de ipso semper, tota die benedicent ei.*

Hic consequenter commendatur bonitas Christi ex collatione bonorum. Duo autem bona maximè suis confert, scilicet veritatis cognitionem, & in bono confirmationem. Secundum, ibi. *Erit.* Quantum ad primum sciendū, *Aurum sapientia.* q; in scriptura per aurum sapientia designatur. De qua per Salomonem dicitur. Thesaurus desiderabilis requiescit ĩ ore sapientis. Aurum quippe sapientiā esse vidit, quā thesaurum vocauit, quæ rectè auri appellatione significatur, quia sicut auro temporalia, ita sapientia æterna mereantur. Si enim aurum sapientia nō esset, nequaquam Laodiceæ ecclesiæ ab angelo diceretur. Suadeo tibi emere à me aurum ignitum. Aurum quippe emimus, cum ad acceptam sapientiam prius obedientiam prębemus. Ad quem videlicet contractum nos bene quidem sapiens excitat, dicens. Concupiscę sapientiam, serua mādata, & dominus præbebit illam tibi, &cæt. Per Arabiam nāque, quæ humilis interpretatur, humilitatis accipe virtutem. Quid ergo est dicere. *Dabitur ei de auro Arabia*, si dabitur ei, scilicet Christo sapientia, qua seipsum humiliabit pro nobis vsque ad mortem crucis? Sapientiam enim tantam Deus animæ Christi contulit quoad ei amplius conferri non potuit: quia

A omnia nouit quæ Deus, vt ostendit Magister libro tertio distinctio decimatertia. Humilitatem vero habuit, quia humiliauit semetipsum formam serui accipiens &c. Propter quod & Deus exaltauit illum &c. Dicat ergo de Christo. *Et viuet*, idest etsi pro nobis sit mortuus, tamen resurget immortalis, quia Christus resurgens ex mortuis, iam non moritur. Ro. 6. *Et dabitur ei de auro Arabia*, de fonte diuinæ sapientiæ cum summa humilitate. Et hæc omnia accepit Christus propter nos, scilicet sapientiam, ut nos de mysterijs fidei illuminaret, ipso dicente. *Ad Phil. 2. Rom. 6.*

B Ego sum lux mūdi. Humilitatem, ut nos ad humilitatem inclinaret. Matth. 11. Discite à me quia mitis sum &c. Et ideo fideles per Christum illuminati fide seipsos illi humiliāt ipsum adorando. Quod præuidens psalmista, de fidelibus nunc loquitur, dicens. *Et adorabunt de ipso semper*, scilicet illi qui sunt de ipso, idest de corpore suo, quod est ecclesia, semper Christum vt verum Deum adorabūt, & hoc actu, vel habitu. *tota die benedicent ei* scilicet gratias agendo pro receptis ab eo beneficijs. Vel aliter, per aurum Arabiæ accipe sapientiam sæcularem, nam *Ioan. 8. Matth. 11.*

C Arabia interpretatur terrestris. Et sic dabitur de auro Arabiæ, quia sapientes mūdi sibi subijcientur. Sic enim exponit gl. dicens. *Et dabitur ei de auro Arabia*, idest sapientes mundi in Christum credent. Per Arabiam enim gentes significantur. Per aurum vero, quod excellit inter omnia metalla, sapientia, quę excellit inter doctrinas. Vel ideo hoc dicit, quia post resurrectionem Christi multi principes & potentes ad fidem Christi conuersi, dederunt aurum, & munera preciosa ad ædificationem ecclesiarum. Et sic verisimile est, quod dederunt de auro Arabię

D quod est preciosius, &c.

Erit firmamentum in terra in summis montium, super extolletur super Libanum fructus eius, et florebunt de ciuitate sicut fœnum terrę. 1179

Ostendit hic, quod Christus fuit cō ferens in bono confirmationem. Vbi primo notandum quod secundū aliquos doctores hæc litera uitio scriptoris est corrupta quādo d. *Et erit firmamē tum*

tum, quia dicere debet. *Et erit firmamentum*. Quod probant per hoc, quia in Hebræo habetur. *Et erit abundantia frumenti*. Et in translatione Hierony. habetur. *Et erit memorabile triticum*. Et ideo dicūt quod translatio communis est corrupta per scriptores ex similitudine dictionū habens firmamentum pro frumentum. Vnde istum passum exponunt Hebræi, dicentes, quod in aduentu messiæ, quem falso expectant, frumenta crescent in altitudine tanta, sicut cedri Libani; & facient spicas altas, & latas, ex quibus, vento flante, decidet simila, de qua Iudæi ad libitum poterunt saturari. Sed posito, quod textus diceret. *Et erit frumentum*. tamen illa expositio videtur satis puerilis, & non vera. Sed tunc acciperetur frumentum pro sacramento eucharistiæ, in quo Christus realiter continetur, qui se grano frumenti comparat. Et tunc sic exponetetur. *Et erit frumentum*, scilicet sacramentum euchatistiæ, *in terra, in summis montium*. quia episcopi, & sacerdotes, q̄ sunt in ecclesia Dei quasi montes, super capita sua eleuant hoc sacramentum. *Super extolletur super libanum fructus eius*, quia fructus huius sacramēti extollit, & eleuat hominem ad altitudinem cœli, & vitæ beatæ. Ioan. 6. Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum. *Et florebit de ciuitate sicut fænum terræ*, idest Christiani, qui in ecclesia velut in ciuitate vniuntur fide, & charitate. Ciuitas enim dicitur ciuiū vnitas. De ista ergo ciuitate florebunt Christiani, idest multiplicabuntur. Et hoc sicut fœnum terræ. Quod ideo sic dicit: quia sicut fœnum subito multiplicatur, sic & Christiani in paruo tempore per totum orbem multiplicati fuerunt. Sed legendo istum textum vt habet communis translatio, scilicet. *Et erit firmamentum in terra*, &c. Vbi notandum quòd per montes in scriptura sacra sancti prædicatores designantur, vt ostendit Gregorius dicens. In scriptura sacra sæpe montium nomine prædicantium altitudo designatur. De quibus per psalmistam dicitur. Suscipiant montes pacem populo. Electi quippe prædicatores æternæ patriæ non immerito montes vocantur: quia per uitæ suæ celsitudinem ima terrarum deserunt, &

Frumentū

De aduētu messia secū dum Hebraos.

Eucharistię Ioan. 12.

Ioan. 6.

Gregor. 9. moral. c. 2. mōtes sunt prædicatores.

E cęlo propinqui fiunt. Summa ergo montium sunt summi prædicatores scripturarum, scilicet Prophetæ, & Apostoli; quorum vaticinijs Christus incarnatus fuit. Firmamentum, quia omnia ab illis prædicta per Christum sunt firmata & completa. Et hoc in terra, idest propter eos qui sunt in terra. Vnde propter hoc Christus in terram venit, ut in ea impleret quæ prædicta erant. Firmamentum ergo prophetarum est, quia quod dixerunt impleuit. *Et extolletur super Libanum fructus eius*. Quis est enim fructus Christi, nisi quilibet iustus? De quo F fructu dicit Iesus Apostolis. Ego posui vos, ut eatis, & fructus vester maneat. De isto ergo fructu dicit. *Et extolletur super Libanum fructus eius*. Quod ideo dicit, quia sicut Libanus producit proceros fructus, & altos, ita Christus iustos suos altius subleuat, dum eos attollit ad celum. *Et florebunt de ciuitate*, scilicet Ecclesiæ, vt supra *sicut fænum terræ*. Vbi nota quòd hic fęnum accipitur pro viriditate, non pro ętate, sicut de iustis alibi dicitur. Iustus vt palma florebit, quia viriditatem gloriæ semper obtinebunt.

Firmamentum dicitur Christus.

G *Sit nomen eius benedictum in sæcula, ante solem permanet nomen eius,* 1180

Haec est vltima pars, in qua agit de Christi laudanda maiestate. In qua per multas rationes probat Dei maiestatem à cunctis venerandam. Et primò ratione suæ æternitatis, quia ante solem permanet nomen eius, ergo ante omnē creaturam cuius deductio ex hoc patet. Omnia creaturarum genera à principio simul creata fuerunt, & non successiuè. Eccl. 18. Qui uiuit in ęternum creauit omnia simul, quod Aug. intelligit omnia H simul fuisse creata in materia, & forma. Sed Greg. solum in materia, postea autem per opera sex dierum fuerūt per suas species distincta ex quib. sequitur, quòd nulla creatura fuit ante solem vel saltem ante materiā solis. Ergo omne, quod fuit ante solē, est æternū, sed Christus fuit ante solem quia nomē eius ante solem permanet, quod verum est quantum ad suppositum Christi. Vel aliter per solē intelligit natura angelica, quia sicut sol cæteris astris cunctis est lu

mino-

minorior, sic & natura angelica cæteris creaturis, quamuis non pertingat ad claritatem cognitionis diuinæ, quia ut dicitur Ecclesi. uigesimotertio. Oculi domini multo lucidiores sunt sole, quod exponitur de natura angelica. Cum igitur ante naturam angelicam nihil fuerit creatum, consequens est ut qui ante solem fuit, sit æternus. Et hanc rationem laudis assignat psalmista, dicens. *Sit nomen eius benedictum*. idest dignum est benedictione, probat ratione æternitatis. *Et ante solem permanet nomē eius*. Vbi ly, &, stat pro quia.

Eccles. 23.

1181 *Et benedicentur in ipso omnes tribus terræ, omnes gentes magnificabunt eum.*

Hic ostendit Christum laudandum ratione suæ bonitatis, quam scilicet omnibus communicat. Vbi nota, quòd Christus incarnatus in mundo cōuersatus, passus, & mortuus fuit, non pro una gente tantum, ut puta pro Iudæis, vel Sarracenis vel pro Græcis, sed pro omnibus generaliter quantum ad sufficientiam, pro solis autem electis quantum ad efficaciam, quibus passio fuit causa salutis, cuius participatione benedictionem cęlestem consequuntur ab ipso Christo. Et hoc erit in die iudicij, quando omnes electos insimul congregatos ad regnum cœleste vocabit, dicens. Venite benedicti, possidere, &cæt. Ista est promissio facta Abrahæ. Benedicentur in te omnes cognationes terræ, ut signum vniuersale ly omnes accipiatur pro generibus singulorum non pro singulis generum, quod in Christo qui fuit de semine Abrahæ completum fuit, quod etiam nunc præuidens psalmista, ait. *Et benedicentur in ipso omnes tribus terræ*. Vbi notandum, quòd hoc nomen tribus dicitur à tris vel a tribus. Et dicitur tribus progenies à tris, quia in principio Romani à Romulo fuerunt trifariam transcripti, scilicet in senatores, milites, & plebeios. Et sic alia est progenies senatorum, alia militū, alia plebis. Et isto modo duodecim filij Iacob fecerunt duodecim tribus, quia de quolibet illorum tres prædictæ progenies descenderunt, cum ad istam triplicem progeniem quilibet reducatur; quia quilibet aut est de progenie dominorum, aut militum, aut plebium, sequitur quod per omnes tribus intelligatur omnis homo. *Benedicentur ergo in Christo omnes tribus*, idest, omnis homo. Et quia sancti à Christo sic benedicti, non sunt sibi ingrati, ideo sequitur, *omnes gentes*, scilicet sic à Deo benedictæ magnificabūt eum. Qualiter autē Christus magnificatur, & magnus efficitur à nobis, Vide supra versi. 272. & 503. & 551.

Benedictio Christi.

Matth. 25.

Gene. 12.

Tribus vnde dicitur.

Benedictus dominus Deus Israel, qui facit mirabilia solus. 1182

Hic ostendit Christum fore laudandum ratione suæ potestatis, quia ipse solus mirabilia facit. Omnia enim opera trinitatis ad extra sunt indiuisa, & sic æqualiter competunt filio, ut patri. Cum ergo solus Deus mirabilia faciat sua infinita potentia, consequens est, quod etiam Christus solus mirabilia facit, quia Christus est Deus. Vnde Iob quinto. Quia fecit magna, & inscrutabilia, & mirabilia absque numero. Quod exponens Gregorius sexto. moral. capitulo sexto ait. Quis omnipotentis Dei mirabilia scrutari sufficiat, quod cuncta ex nihilo creauit, quod ipsa mundi fabrica mira potentiæ virtute disposita, & super aera cœlum suspenditur, & super abyssum terra libratur, quod ex rebus inuisibilibus omnis hęc vniuersitas existat, quod hominem fecerit, ut ita dixerim, in breui colligens mundū alterum, quod hunc ex anima, & carne constituens inuestigabili uirtutis dispositione permiscuit spiritum, & lutum? Ex his itaq; aliud nouimus, aliud sumus sed tamen hæc mirari negligimus, quia ea, quæ incomprehensibili indagatione mira sunt humanis oculis vsu viluerunt. Vnde fit ut si mortuus homo suscitetur, in admirationē omnes exiliant, & quotidie homo, qui non erat, nascitur, & nemo miratur, cum proculdubio omnibus constet, quod multo plus sit creari, quod non erat, quam reparari, quod erat. Quia arida virga Aaron floruit, cūcti mirati sunt, quotidie ex arente terra arbor producitur, virtusque pulueris in lignum vertitur, & nemo miratur. Quia quinque

Iob. 5.

Gregor. 6. moral. c. 6.

quinque fuerunt pànibus quinque millia hominum satiati, creuisse escas in dẽtibus cuncti mirati sunt, quotidie sparsa grana seminum pleniiudine implentur spicarum, & nemo miratur. Aquam semel in vinum permutatam videntes cuncti sunt admirati, quotidie humor terræ, in radicem vitis attractus per botrum in vinum vertitur, & nemo miratur. Mira itaque sunt omnia, quæ mirari homines negligunt, quia ad considerandum (vt prædiximus) vsu torpescunt. Et sequenti cap. addit alia exempla ad propositum ex quibus omnibus patet mira Dei potentia, quæ mirabilia operatur. vnde & laude concluditur dignus. Quod modo attendens psalmista, ait. *Benedictus dominus Deus Israel, qui facit mirabilia solus*. Et si dicas. Nonne etiam quandoque homines alij faciunt mirabilia, vt Petrus, qui sola vmbra sui corporis curabat infirmos: solo verbo suscitabat mortuos, erigebat claudos, cæcos illuminabat, & sic de alijs etiam sanctis? Quomodo ergo de Christo dicitur: qui facit mirabilia solus? Ad hoc respondet glo. quia & quicunque alius si mirabilia facit, ipse in illo facit, quia omnia per ipsum facta sunt Ioan. 1. Vnde Esaiæ. 26. Omnia opera nostra operatus es in nobis domine.

Ioan. 1.
Esai. 26.

1183 *Et benedictum nomen maiestatis eius in æternum, & replebitur maiestate eius omnis terra: fiat, fiat.*

OStendit hic Dei maiestatem laudã dam ex eius immensitate. Sicut.n. æternitas Dei simul continet omnia tẽpora præsentialiter, sic & immensitas Dei simul replet omnia loca, & omnem naturã, sic quod vbiq; præsens est. Quoniam vt ait Magister libro 1. distin. 37. Deus incommutabiliter semper in se existens, præsentialiter, potentialiter, & essentialiter est in omni natura, siue essentia, sine sui diffinitione, & in omni loco sine circunscriptione, & in omni tempore sine mutabilitate &c. Vnde Hierem. Vigesimotertio dicitur, Cœlum, & terram ego implebo, dicit Dominus. Vnde Gregor. ait. Creator quippe hominum in parte non est, quia vbique est, & tunc minus inuenitur, quando is, qui totus

Hier. 23.
Gregor. 10. mor. c. 15.

E vbique est, in parte quæritur. Incircunscriptus namque spiritus omnia intra se metipsum habet: qui tamen omnia implendo circundat, & circundando implet, & sustinendo transcendit, & transcendendo sustinet. Hæc autem Dei immensitas, scilicet quod omnia repleat, ratione naturali probari potest, vt sic arguatur. Aut Deus est essentialiter vbique, aut nusquam, aut alicubi sic, & alicubi non. Si primum habetur propositum. Si secundum, ergo Deus non est, si nullibi est, dato quòd sit solus. Quis.n. audeat dicere, diuinam essentiam nusquã F esse? Si autem detur tertium, quòd alicubi sit, & alicubi non: ergo sequitur, quod Deus sit localis, & quod possit de loco ad locum moueri, quod nulla philosophia suspicatur. Nec valent aliquorum argumenta ad propositum facta, dicentium, Deus ab æterno non fuit vbique, ergo nunc essentialiter non est vbique. Patet consequentia, quia omne, quod Deo conuenit essentialiter, ei conuenit ab æterno, cũ eius essentia ab æterno fuerit perfectissima. Sed antecedens patet, quia ab æterno non fuit in ciuitate Bononiæ, quia ciuitas Bononiæ non G erat, nec in aliquo loco, quia nullus locus erat. Et confirmant, quia Deus essentialiter est incommutabilis, ergo nõ est vbique: patet consequentia, quia tunc se quereretur, quòd ad creationem noui loci esset in illo in quo ante non fuit. Vnde, & Damasc. lib. 1. quod Deus immaterialis existens, in loco non est. Ista non concludunt. Nõ primum, quia, cum dicitur, ꝙ omne, quod Deo conuenit essentialiter, ei conuenit ab æterno. Hoc enim intelligi debet de illis, qui nullam creaturam connotant. Nam Deus essentialiter est dominus omnium, quod non fuit ab H æterno, quia Deum esse dominũ connotat seruitutem creaturæ. Et sic dico in proposito, quod Deum esse vbique, connotat creaturam quia connotat locum. Ad secundum cõsimiliter dicitur, quod solum illud quod locum nouum acquirit circunscriptione, vel habitum, sic deperdit: quod solum tale mutatur. Deus autẽ circunscriptiuè locum nouum non acquirit, vel habitum perdit, sed solum dicitur esse in loco nouo, quia locus nouus est, vel habitum deperdit, quia habitus

Vbique est Deus.

tus locus desinit esse. Ad Damascenum dicitur consimiliter, quod intelligit de esse in loco circumscriptiuè. Ad propositū ergo ratione huius immensitatis diuinæ, psalmista ostēdit Dei maiestatem fore laudandam, dicens. *Et benedictum nomen maiestatis eius in aeternum.* Et sub dit causam, dicens. *Et,* pro quia, *replebitur maiestate eius omnis terra: fiat, fiat,* i. amen, amen. Et secundum distinctionē factam in principio, hic finitur secundus liber psalterij. Quia vbicunque ponitur fiat, fiat: ibi est finis libri. Quid autē nomine maiestatis intelligitur, d. Catholicon, quod maiestas dicitur à maior, & est maiestas idem quod dignitas sic dicta, quasi maior potestas.

Maiestas.

PSAL. LXXII.

1184 *Quam bonus Israel Deus ijs, qui recto sunt corde?*

Tertius liber psalmorum.



TItulus huius psalmi est. *Defecerūt laudes vel hymni Dauid filij Iesse. Psal. Asaph.* Circa istum titulum duplex est opinio. Prima: totus iste titulus vsq; ad illud, psalmus Asaph: spectat ad psalmum præcedētem, & est finis ipsius: sed titulus istius psalmi solum est. *Psal. Asaph.* Et hæc est opinio aliquorum Hebræorum: Vnde in fine præcedētis psalmi hoc totum ponitur. *Defecerunt laudes vel hymni Dauid filij Iesse.* Et si arguatur cōtra, quia psalmus, & orationes Dauid in præsenti psal. non sunt cōpletæ, quia postea in hoc libro etiā consequenter ponuntur multi psal. ab ipso Dauid facti. Quomodo igitur in præcedenti psalmo defecerunt laudes Dauid? Respōdet, quòd hoc dicitur pro tāto, quia in præcedenti psalmo agitur de Christi regno ad quod omnes psalmi à Dauid facti, vt ad finem sunt ordinati. finis autē importat complementum. Sed ista responsio non valet, quia multi alij psalmi Dauid agunt de Christi regno, vt est psal. 20. & 21. & 22. &c. Non tamen in illis ponitur talis finis, i. defecerunt laudes &c. Ideo aliter respondet Nicolaus, dicens, quod iste psalmus fuit vltimus

A inter psalmos factos à Dauid, sed in hoc libro non fuit vltimo loco scriptus, quia psalmi scribebantur eodem ordine, quo inueniebantur. Et ex hoc contigit, quòd psal. 144. qui primus fuit factus à Dauid, vel factus fuit de Psalm. est positus propè finem libri, quia fuit de vltimis inuentis. Et conformiter accidit, quod iste psal. qui fuit vltimus factus à Dauid ponitur circa medium libri, quia. s. tali ordine fuit inuentus. Et hanc solutionē dicit tangere Ra. Sal. in glo. Vnde quāuis in titulis psalmorum multorum ponatur nomen Dauid absolutè, nūquam

B tamen ponitur cum articulo vt hic Dauid filij Iesse, quod non vacat mysterio. Nam qn̄ Dauid absolutè ponitur, ratione suæ interpretationis significat Christum quò ad caput, vel quò ad membra. Ideo ne hic sic acciperes Dauid s̄m interpretationem pro ipso Christo, ipsum non posuit absolutè, sed cum articulo. s. filij Iesse, vt intelligeres illum hominem realiter, qui fuit dictus Dauid filius Iesse, quo tempore suo tēporaliter regnauit in populo Iudæorum carnali. Et sic quia Dauid erat rex, & caput illius carnalis populi, per ipsum Dauid intellige

C illum populum Iudæorum, qui pro temporalibus bonis habēdis Deo seruiebat, non intelligens, quod per illa bona tēporalia, quæ Deus eis dabat, & promittebat signabant̄ bona spiritualia, & æterna. Vnde & illa bona temporalia multotiēs Deus ab eis auferebat, & dabat idololatris, vt viderēt illa cōmunia esse bonis, & malis, & per consequens pro illis non debere Deum colere principaliter, sed pro bonis æternis in illis signatis. Boni aūt Iudæi, & spirituales, qui significantur, non per Dauid filium Iesse, sed per Dauid filiū Dei, non colebant Deū

D pro illis temporalibus. sed pro spiritualibus figuratis per illa. Et sic in istis deficiebant laudes Dauid filij Iesse, i. illius populi carnalis, sed non laudes Dauid filij Dei. Ad propositum, Asaph, qui fuit vnus de principaliorib. cātoribus, quot Dauid instituit volens abducere illum carnalem populum ab illis terrenis ad bona spiritualia, & æterna per illa figurata, fecit istum psalmum. Ex quibus apparet sensus tituli, qui est talis. *Defecerunt laudes vel hymni Dauid filij Iesse,* idest, laudes

laudes illius carnalis populi, qui pro tẽ E poralibus Deum colebat, significari per David filium Iesse. *defecerunt*. s. in bonis & spiritualibus qui scilicet non laudant Deum, vel et sunt pro temporalib. principaliter, sed pro bonis æternis. Et de hoc agit iste ps. quem fecit Asaph. Iste ergo psal. non est exponendus historialiter, sed solum doctrinaliter. Unde in toto psalmo, iste vult ostendere divinam bonitatem erga illos, qui ipsum colunt devote. Dividitur ergo psalmus iste in tres partes quia primo psalmista ponit intentam cõclusionem. Secundo arguit ad utramque partem, ibi. *Mei autem*. Ter F tio ponit veritatis determinationẽ, ibi. *Sic dicebam*. Quantum ad primum sciendũ, quòd principalis intentio psalmistæ est, ostendere erga nos Dei bonitatem, quam proponit dicens. *Quam bonus Israel Deus*, &c. q. d. Deus Israel est valde bonus. Et loquitur ipsi populo Israel quia quamvis Deus sit omnium Deus, specialiter tamen erat Deus Israel per verum cultum, & cognitionem, quia solus populus Israel Deum colebat. Ubi notandum, quòd iste Asaph, quandoque fuit opinionis contrariæ. s. quod Deus esset melior malis quam bonis, quia vide- G bat malos amplius prosperari in præsenti. Nunc autem ab errore conversus oppositum tenet, quod bonis, & rectis corde melior est. Unde dicit. *Quam bonus Deus iis, qui recto sunt corde*, quasi dicat secundũ glo. Hoc mihi non semper visum fuit, quia perversus eram, & verè bonus est Deus bonis, quia bonitas divina non sentitur à malis, sicut nec claritas solis delectabilis est oculis ægris. Ideo dicit *Iis qui recto sunt corde*, qui. scilicet recto corde tendunt in Deum sicut in summũ bonum. Et nota, quod solus Deus multipliciter dicitur esse bonus. Vide supra, H versicul. 351.

1185 *Mei autem penè moti sunt pedes, penè effusi sunt gressus mei.*

Hic incipit arguere ad partes. Et primò arguit ad oppositum divinæ bonitatis. Secundò ad propositum, ibi. *Si dicebam*. Quantum ad primum arguit contra bonitatem divinã improbãs divinam providẽtiam ex duobus. Primò ex prosperitate malorum. Secundo ex adversitate bonorũ, ibi. *Convertetur*. Quantum ad primũ notandum, quod hic propheta loquitur in persona propria, quia quandoque non fuit veræ opinionis in ista materia, ut dictum est. Vel loquitur in persona populi infirmi, qui vidẽs malorum prosperitatẽ incipit dubitare de bonitate divinæ providentiæ. Propter quod multi dicunt divinam providentiã etiam circa ista inferiora non versari. In quorum persona dicitur Iob 22. Circa cardines cœli perambulat, nec nostram inferiora considerat. Circa hoc autem duo facit, quia primò describit malorũ prosperitatẽ. Secundò ostendit ipsorum iniquitatem, ibi. *Ideo tenuit*. Prosperitatem autẽ malorum describit ex tribus. Primò, quia pacis habent tranquillitatem. Secundò, quia vitæ habent diuturnitatem, ibi. *Quia non est*. Tertiò, quia quietis habent voluptatem, ibi. *In labore*. Ante tamen quam ista producat præmittit quòd istorum consideratio sibi periculum ruinæ fuit, & erroris, d. *Mei autem penè moti sunt pedes*. Ubi notandum, quòd per pedes hic accipit affectiones, & cogitationes, quibus totus homo interior circumfertur, sicut exterior corporis pedibus. Videntes enim multi tam malorum prosperitates quam bonorum adversitates, & scientes quod iustitia oppositum dictat, scilicet ut mali deprimantur, & boni exaltentur, in seipsis syllogizant, dicentes. Aut Deus non est iustus, aut de istis inferioribus non habet providentiam. Hac enim consideratione motus Hieremias. d. Iustus quidem tu es, domine, si disputem tecum, verumtamen iusta loquar ad te. Quare via impiorum prosperatur, bene est omnibus, qui inique agunt, &c. Cõsimiliter & Iob ista considerans, dicit. Quare impij vivunt, sublevati sunt, confortatique divitijs, &c. Et multorum affectiones & iudicia à via recta divinæ providẽtiæ errant, & aliqui sunt in periculo erroris. De quorum numero hic erat Psalmista, dicens. *Mei autem penè moti sunt pedes, & effusi gressus*, sed penè, quia cœpi errare, sed non perseveravi, cœpi cadere, sed non cecidi. Unde hic idem sunt pedes, & gressus. Et sic prima pars versus, & secunda continent eandem sententiã, sed repli-

Iob 22.
Hiere. 12.
Iob 21.

Effusio multiplex. replicatam alijs verbis. Et notandum, quòd effusio est multiplex, scilicet voluptatis, & lasciuiæ. Gen. 49. Ascendisti cubile patris tui, effusus es &c. Quædam crudelitatis & malitiæ Psalm. 78. Effuderunt sanguinem innocentem, &cæt. Quædam miserationis, & clementiæ, Esa. 58. Cum effuderis esurienti animam tuam, orietur in tenebris lux tua. Quædam deuotionis, & reuerentiæ, Matthæ. 26. Alabastrum vnguenti effudit super caput eius. Quædam contritionis, & potentiæ. Psalm. 61. Effudite coram illo corda vestra. Quædam dubitationis, & inconstantiæ, vt hic. *Penè effusi sunt gressus mei.*

(*Gen. 49. Psal. 78. Esa. 58. Matth. 26. Psal. 61.*)

1186 *Quia zelaui super iniquos, pacem peccatorum videns.*

Hic declaratur malorum prosperitas. Et primo quia habent hic pacis trãquillitatem. Vnde iste versus cum duobus sequentibus respondet prædicto, quia si quæratur, quare penè moti sunt pedes &c. respondet. *Quia zelaui super iniquos,* &c. Vbi notandum, quòd zelare quandoque sumitur in bono, & quandoq; in malo. Nam secundum grammaticos zelus zeli masculini generis idẽ est quandoque quod amor, quandoque idem quod inuidia, quandoque idem quod æmulatio tam in bono quam in malo. Et hinc dicitur zelo, las, idẽ quod amare, inuidere vel æmulari siue imitari. Est enim zelare idẽ quod imitari. Ps. 36. Noli æmulari in malignantibus, neque zelaueris, idest, imitatus fueris facientes iniquitatem. Quandoque idem quod amare. Eccles. 9. Neque zeles, idest, ames, mulierem proximi tui. Quandoq; idem quod inuidere & dolere. Act. 17. Cum multitudo magna fidem Christi recepisset, zelantes Iudæi assumpserũt quosdam de vulgo, & turba facta, concitauerunt ciuitatem. Sic & in proposito zelare stat pro inuidere, vel dolere. Vnde dicit *Quia zelaui super iniquos,* &c. quasi dicat. *Videns pacem peccatorum,* inuidi eis, & grauiter tuli. Vel secundum alios hic zelari stat pro imitari, vt sit sensus. *Zelaui super iniquos,* idest, quasi motus fui per quandam concupiscentiam ad sequendum eos. Et motiuum dictæ concupiscentiæ tangit, dicens. *Pacem peccatorum videns,* scilicet ipsorum fœlicitatem temporalem. Circa autem pacem peccatorum notandum, quòd pax peccatorum triplex reperitur, scilicet pax libidinosæ familiaritatis, quæ est carnalium peccatorum. Pax calumniosæ fraternitatis, quæ est mũdialium cõspiratorum. Pax ociosæ impunibilitatis, quæ est negligentiæ prælatorum. Primò dicitur pax libidinosæ, &c. Et hæc reperitur inter libidinosos virum, & mulierem, sed inhonestè amantes. Vnde talis mulier dicit illud Can. 8. Ego murus, & vbera mea sicut turris ex quo facta sum cõ eo pacem reperiens. Talis pacificus fuit Salomon. De quo Eccles. 47. Salomon imperauit in diebus pacis, & citò post de ipso dicitur. Inclinasti femora tua mulieribus. Et notandum, quòd talis pax non habetur in diebus belli, vel aduersitatis, quia tunc homines non vacant libidini: sed in diebus otij, & prosperitatis. Vnde Dauid cum ociosus deambularet in solario domus, suis militibus existentibus in bello, cõmisit adulterium. 2. Reg. 11. Sic & ciuitas Romana cum à bellis, quibus Carthago euersa est, haberet pacem, continnò Romani vitijs gulæ, & luxuriæ vacantes fuerunt. Vnde plus nocuit Romæ euersa Carthago, quàm prius nocueret aduersa: sicut d. Aug. 3. de ciuitate Dei. Secundò est pax calumniosa, &c. quæ nihil aliud est, quàm quædam violentia calumniosæ fraternitatis, quia mali confœderant se adinuicem, vt bonis resistere possint. Hæc figuratur per pacem Herodis, & Pilati, qui Christum occiderunt. Sic enim videmus, quòd inter spinas steriles maior est connexio, quam inter arbores fertiles, sic & inter malos maior est connexio ad brigas, & discordias, quàm inter bonos ad bona. Sic & Iudas pacem fecit cum Iudæis, vt traderet Christum, Psal. 40. Homo pacis meæ, in quo sperabam. Tertio est pax ociosa. Et hæc nihil aliud est quàm quædam negligentia punitionis. Quando enim prælatus videt delictum puniendum, & dissimulat, nec punit, tunc à subditis vocatur pacificus. Similiter & quia Deus malos non punit, dicunt mali se habere pacem cum Deo. Et de ista pace hic loquitur psal. d. *Quia zelaui super iniquos, pacem peccatorum videns.*

(*Zelus. Psal. 36. Eccles. 9. Act. 17. Pax triplex peccatorũ. Can. 8. Eccle. 47. 2. Reg. 11. Augusti. Psal. 40.*)

1.Thes.5. dens. Sed aduertēt, quod scribitur. Cum dixerint pax, & securitas, tunc repentinus eis superueniet interitus.

1187 *Quia non est respectus morti eorum, & firmamentum in plaga eorum.*

HIc secundò declaratur malorum prosperitas, quia habent vitæ diuturnitatem. Vbi sciendum, ꝙ respectus dicitur à respicere, seu videre. Et sic illud dicitur habere respectum, quod sæpe cernitur, & videtur, & illud non habere respectum, quod tardius, vel rarò videtur. Et isto modo, quia Deus in præsenti sanctos suos aduersitatibus exponit, ipsi à Deo respici non videntur, sed quia in futurum ipsos conseruabit, ideo tunc erit respectus illorum. Sap.3. Tanquā aurum in fornace probauit electos dominus. Sequitur. Et in tempore, s. futuræ vitæ erit respectus illorum. Et isto modo hic loquitur Psalmista, quòd *non est respectus morti* malorum, quia scilicet diu viuunt amplius quàm iusti. Et hoc est quod dicit, *quia non est respectus morti eorum:* quia etsi aliquando infirmantur, eò quia in diuitijs abundant, habēt remedia præparata medicorum, & aliorum necessariorum, quibus citò curantur. Iusti autem quia temporalibus carent, illa remedia habere non possunt. Et hoc est, quod subdit. *Et firmamentum in plaga eorum.* Vnde negatio, quæ est in principio versus, ad ambas partes refertur: vt dicatur, *Non est respectus morti eorum; & non est firmamentum in plaga eorum.* quia scilicet eorum plaga, vel infirmitas non firmatur, vt diu duret, sed citò curatur. Sed huic sententiæ videtur aduersari, quod superius dictū est psal. 54. Viri sanguinum, & dolosi non dimidiabunt dies suos. Hic autem dicitur, quòd non est respectus morti eorum. Respōdeo, quòd ambæ propositiones sunt indefinitæ, ideo insimul stare possunt in veritate, sicut iste homo currit, & homo non currit. Secundò quòd illud, viri sanguinum &c. non dimidiabunt dies suos, intelligitur, quòd non interponent medium malis suis per pœnitentiam, vide vbi sup. versic. 902. Vel aliter iste versus exponitur. Vbi considerandum, ꝙ multiplex est mors, scilicet culpæ. Ezec.18.

E Anima, quæ peccauerit, ipsa morietur. Naturæ. Hebr. 9. Statutum est hominibus semel mori. Gratiæ, quia scilicet quis moritur mundo, & peccatis, 1.Pet. 2. Christus peccata nostra pertulit super lignum crucis in corpore suo; vt peccatis mortui, iustitiæ viuamus. Isto enim modo religiosi dicuntur mortui, quia ex perfectione sua mundo, & vitijs mori profitentur. Et de ista morte gratiæ loquitur Psalm.30. dicens. Obliuioni datus sum tanquàm mortuus à corde. Quod exponens Gilbertus, dicit. Obliuioni datus sum tanquā mortuus à corde, idest, à propria voluntate. Bona obliuio, si teipsum nescias, vt proximo prosis. Bene autem mortuus à corde qui dicit. Viuo ego, iam non ego: viuit autem in me Christus. Mortem hanc, quæ fit à corde, infert charitas. De qua loquitur sponsa in canticis. Vulnerata charitate ego sum, fortis est vt mors dilectio, vt mortem in nobis, non vitā occidat. Vnde & audacter morti minatur, dicens. Ero mors tua, ò mors. Quia peccatum occidit, quod omnino vitam expulerat, animāq; innocentiæ restituit. Verum si præualet morti charitas: ita vt illum in ingressu vincere possit: cur non dicitur morte fortior, nisi quia & ipsa est mors, & seipsa fortior esse nō potest. Bona mors, non vitæ, sed mortis. Bona mors non abhorrenda, quæ etiam si vitā adimit, adimit quidem, sed ad tempus restituendam in tempore sine tempore duraturam &c. Ad propositum. Ista morte aliquando moriuntur mali, quia pœnitent de peccatis, & charitate eleuātur ad Deum, sed nō perseuerant ad vitam peccati redeuntes. Et hoc notans hic Psalmista, dicit, ꝙ *non est respectus morti eorum, & firmamentum,* &c. quia scilicet non durant firmiter vsq; ad mortem.

Mors multiplex.

Ad Gal. 2.

In labore hominum non sunt: & cum hominibus non flagellabuntur. 1188

Iob 5. HIc tertiò declarat prosperitatem malorum qui quietis habēt voluptatē. Cum enim dicatur. Homo nascitur ad laborem, & auis ad volandū, ille videtur à natura declinare hominis, qui in præsenti labore caret. Sed quis est hic cū in oī statu, & gradu labor sit, & dolor?

Et

Et ideo notãdum, quòd ficut duplex eft homo, fcilicet re, qui viuit fecundum rationem, vt quilibet iuftus, & eft homo folo nomine, qui viuit, non fecundum rationem, fed fecundum fenfualitatẽ. Sic duplex eft labor, fcilicet hominum iuftorum, & labor peccatorum. Labor iuftorũ eft hic quotidie flagellis, & aduerfitatibus atteri, & mente ad cœleftia eleuari. Vnde Gregor. exponens illud, Homo nafcitur ad laborem, ait. Ad laborẽ quippe homo nafcitur, quia nimirum is, qui præditus eft ratione, cõfiderat, quòd valde fit fibi impoffibile, vt hic peregrinationis fuæ tempora fine gemitu euadat. Vnde benè Paulus cum tribulationes fuas difcipulis enumeraret, ad fixit. Ipfi enim fcitis, quod in hoc pofiti fumus, fed in eo quod caro flagellis afficitur, mens ad appetenda altiora fubleuatur, Paulo atteftante, qui air. Et licet is, qui foris eft nofter homo, corrumpatur, is tamen, qui intus eft, renouatur de die in diem. Homo autem ad laborem nafcitur, & auis ad uolandum, quia inde mens ad fumma euolat, vnde caro in infimis durius laborat &c. Et in iftis laboribus aduerforum, & flagellorum fuerat Paulus, qui dicebat. In laboribus plurimis, in carceribus abundantius, in plagis fupra modũ, in carceribus frequẽter. Et in ifto labore dicit Pfalmifta, quod multi mali non funt, quia voluptatibus, & delitijs vacant, Et fic *in labore hominum*, f. iuftorum non funt. Sed nunquid ideo funt fine labore? Certe in labore funt peccatorũ, quinimo quanto in mundo altior eft gradus dignitatis, gradus voluptatis, vel diuitiarum, tantò in illis magis anxie laboratur. Nã grauis labor eft hanc ipfam præfentis vitæ gloriam quærere quæfitã, qñq; percipere, & perceptam cum omni circunfpectione cuftodire. Grauis labor eft, hic cum magna fatigatione apprehẽdere, quod is, qui apprehendit, nouerit, fe diu ftare non poffe. Ille enim huius mundi mala ueraciter fentit, qui mundi bona inhianter appetit. Verba funt Greg. 6. mor. ca. 5. In iftis autem laboribus peccatorum non funt iufti, quia tranfeuntia non amant, ideo in eorum grauibus ærumnis non laborant. Sic & mali in labore iuftorum non funt, quia cæleftia non defiderant, ideo

Labor duplex.

Greg. 6. moral. c. 5.

1. Theff. 3.

2. Cor. 4.

2. Cor. 11.

A amore cœleftium carnem non affligunt. Et hoc eft, quod hic de malis dicit. *In labore hominum non funt, & cum hominibus, f. iuftis non flagellabuntur*. Iftũ, aũt verficulũ exponit Bern. de clericis lafciuis, & prælatis. d. *In labore hominum non funt, dicit*. Ad nullos rectius arbitror, q̃ ad noftri temporis clericos referendum. Habent enim fingula quæque hominũ genera laboris aliquid, & aliquid uoluptatis. Sed aduerte prudentiã iftorũ, & mirare quẽadmodum nouo inter hæc artificio difcernentes, totum quod delectat eligũt, quod moleftum eft, fugiunt, & declinãt. B Cum militibus nempè fuperbiæ faftus amplam familiam, & nobiles apparatus, equorum phaleras, accipitres, aleas, & fimilia quæq; frequentant, & molliciem omnem atque gloriam fuam à mulieribus mutuantes. Cautè verò loricæ pondus, & infomnes in caftris noctes, incertaq; præliorum difcrimina uitant. Mulierumq; uerecundiam, & difciplinam, & fi aliquid ille fexus laboris habere creditur, declinant. Sudant agricolæ, putant, & fodiunt vinitores, & clerici inter hęc ocio torpẽt. Accedẽte vero fructuũ fpe, innouari fibi horrea iubent, & prõ- C ptuaria eorum plena, vtinam non præ illis, vtinam vel cum illis, viuunt tritico: bibunt fanguinem vuæ meraciffimum, parum eft impinguantur, & dilatantur ex adipe frumenti. Herbarum uiribus peregrinarum mutant uina faporem, & additur oleum camino. Sed confidera, & negociatores. Circumeunt mare, & aridam in labore corporis, & periculo vitæ perituras fibi diuitias congregantes, & ifti in terra dulces capiunt fomnos, ne dicam in ftratis fuis lafciuiunt. Erit tñ inuenire in die fefto graues in uafis aureis & argenteis miniftrorum dexteras, D refertas uarijs opibus manicas, & perifcas oneratas, & in fcrinijs tam multiplices loculos, vt fi mẽfas adhibueris, numularios illos putes. Quid fabros, quid cęmẽtarios cæterofq; hmõi operarios neceffe eft enumerare? Victum fibi multo labore quærunt, illi aũt madent delitijs copijs affluunt ociofi. An non meritò tales poeta fubfannet? Ne forte cum fuas repetitum venerit olim grex auium plumas, moueat cornicula rifum furtiuis nudata coloribus. Cum ergo refurgere ho-

Bernardus in fermone dixit Simon Petrus ad Iefum.

mines cœperint, vnusquisque in ordine suo, vbi putas generatio ista locabitur? Si ad milites fortè diuertant, exsufflabũt illos, quod non secum pericula, & labores tolerauerunt. Sic agricolæ, sic negociatores, & cæteri singuli à finibus suis eos arcebunt, vt putà, quia in labore hominum non fuerunt. Quid ergo restat, nisi, vt quos omnis ordo repellit pariter, & accusat, eum sortiãtur locum, vbi nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat? Erunt enim necessariò in labore demum qui cum hominibus non flagellati, in labore hominum non fuerunt.

1189 *Ideò tenuit eos superbia, operti sunt iniquitate, & impietate sua.*

CONsequenter hic describit malorũ iniquitatem. Horum autem iniquitatem ostendit per quatuor. Primò ex præsumpta superbia. Secundò ex certa malitia, ibi. *Prodijt.* Tertiò ex docta nequitia, ibi. *Cogitauerunt.* Quartò ex ingrata dementia, ibi. *Posuerunt.* Quãtum ad primum sciendum, quòd vitia quandoque tenent hominem, quandoque verò tenentur ab homine. Tenent hominem, quando sic radicata sunt in homine, vt homo ab illis faciliter diuertere non possit, sicut quando quis peccat ex habitu vitioso, qui de difficili dicitur mobilis. Sicut grauiter infirmus ab infirmitate tenetur, quia sibi non est facilè ab illa resilire. Sic enim dicitur Lucæ 4. Socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus. Sed homo tunc tenet vitia, & non tenetur, quia non peccat ex habitu, vel consuetudine, sed solum aliquo actu accidentaliter, vnde ab illo faciliter resilire potest, sicut homo illud, quod tenet in manu, faciliter potest dimittere. Sic dicebat Apostolus secundæ Thessal. 2. cap. Qui tenet nunc, teneat. Per hoc ergo quod dicit. *Ideò tenuit eos superbia*, quia talis malorum superbia non est ad horam per modum passionis transeuntis, sed magis per modum habitus permanentis. Quod ideò contingit, quia quasi connaturaliter altũ gradum, vel magnas prosperitates mundi superbia concomitatur. Vnde glossa. *Tenuit eos superbia*, quia prosperis sunt eleuati. Ideo, *Ideò tenuit eos superbia*, quasi qui-

E busdã manibus ne euadere possint, quod peius est scilicet, superbia teneri, quam quolibet actu superbire. Vnde ad denotandum, quòd tales totaliter à superbia possidentur, subdit. *Operti sunt iniquitate, & impietate sua.* Vnde non dicit amicti sunt, sed *operti*, nam qui vestitus est, saltem caput habet liberum, qui autem opertus est, nihil liberum habet. *Operti sunt ergo iniquitate* contra proximum, & *impietate sua* contra Deum, quia superbia & Deum contemnit, & proximum calcat. Et ad prædictum sensum istum passum exponit Gilbertus, dicens. *Ideò* Superbia.

F *tenuit eos superbia*, &c. Quid est tenuit, nisi irretiuit, & implicauit, & delicato vinculo consuetudinis obligauit? Et hoc est, quod sequitur. *Operti sunt iniquitate, & impietate sua*, vt scilicet non facilè euoluere, & explicare ab illa se possint. Et amplius dicam, quasi cute quadã, sic aliqui praua operti & inuoluti sunt consuetudine vitiorum, vt illam exuere non tam expoliari sit quàm excoriari. In cuius rei indicium forte continet legis institutio hostiæ pellem abstrahi. Nam è regione quod stricta sacerdos indui iubetur linea, veritatis te-

G vult illius, quæ de terra orta est habitu arctius astringi, ut per se castimoniæ, & puritatis, & innocentiæ tibi virtus inhæreat, & tibi conglutinetur, sed omnia sacerdotis indumenta catenulis, vel uittis astricta, & colligata sibi vult esse lex, vt cum indueris dominum Iesum Christum, certè indueris viscera misericordiæ, benignitatem, charitatem, & contemplandæ virtutis inuiscaueris affectũ, omnia tibi coaptẽtur, & constricta sint, nihilq; circa te vagari, & fluctuari possit, nec ex tentationis vento dissolui.

H *Prodijt quasi ex adipe iniquitas eorũ, transierunt in affectum cordis.* 1190

HIc ostendit malorum iniquitatem eorum deliberata malitia. Vbi sciẽdum, quòd peccatum tantò grauius est, quanto ex minore occasione procedit. Hinc est, quòd peccatum dæmonis fuit maius quam peccatum hominis, quia dæmon nullam habuit occasionem ad peccandum, nisi uolũtatem propriã. Homo autem ad peccandũ fuit tẽtatus.

Ideò

Ideò peccatum hominis remedium habere meruit, non autem dæmonis peccatum, vt ostendit Greg. lib. 4. Mor. c. 9. Vnde si quis mentitur timore mortis: alius autem sola libidine mentiendi, grauius peccat secundus quàm primus. Similiter si quis furatur paupertate coactus, minus peccat quàm diues. Et ideo mali tyranni, qui in hoc sæculo prospe rantur, alios expoliantes, quia hoc non faciunt ducti necessitate, sed magis abutentes libertate propria, magis peccāt, quàm facerent pauperes indigentia moti, alios expoliantes. Volens igitur psal. ostendere malorum grauitatem peccati, qui prosperantur in mundo, ait. ***Prodijt quasi ex adipe iniquitas eorum:*** quasi dicat secundum glossam. Iniquitas eorum in apertum prodijt ex adipe, idest ex abundantia, nō ex motiuo necessitatis. Sunt enim quidam mali ex macie, idest, ex necessitate, alij autem ex abundantia, vt cùm pauper egestate furatur, diues ex cupiditate. Et hoc notans subdit. ***Transierunt in affectum cordis.*** idest peccādo sunt imitati affectum, & voluntatem cordis eorum, nō necessitatem, vel aliam occasionem inducentem ad extra, q.d. Hoc desiderio agunt, non necessitate, vt grauius ostendant illos peccasse. Vnde illum versum ad propositum inducit Grego. 13 Moral. c. 25. dicens. Sicut enim ex abundanti cibo adeps, ita ex abundantia rerum nascitur quod impinguat mentem diuitis, dum eleuatur animus superbientis. Superbia enim cordis, quasi quædam pinguedo est crassitudinis. Vnde & plerique ex abundantia peccata perpetrant, sicut per prophetam dicitur. ***Prodijt quasi ex adipe iniquitas eorum.***

Greg. mor. lib. 4. c. 9.

1191 ***Cogitauerunt, & locuti sunt nequitiam, iniquitatem in excelso locuti sunt.***

Hic ostendit malorum iniquitatem ex docta nequitia. Vbi sciendum, quòd peccatum, quod alijs exemplum, & occasionem peccandi tribuit: grauius est quam aliàs foret. Vnde & si quis publicè peccat, etiam transacto actu peccati, tātò grauius augetur peccatū, quantò exemplo illius alij ad peccandum inducuntur: sicut dicitur de Arrio hæretico, quòd peccatum eius continuè augetur: dum alij suo errore inducti deficiūt: sic ad propositum peccans in secreto cordis sui, non tantum malus est sicut peccatum suum publicans, & docens alios consimiliter peccare grauius peccat. Sic malorum iniquitatem nunc exasperās psalmista dicit. ***Cogitauerunt,*** scilicet in corde malum facere, & sic fecerunt. Et hoc non sufficit eis, nisi etiā alios docerent malè facere. Vnde subdit. ***Et locuti sunt.*** scilicet alios docendo, quasi dicat secundum glossam. Non satis fuit eis peccatum, quod intus habent, nisi illud exterius effundant, & alios doceant. Et quia nullus peccare potest in proximum, quin etiam peccet in Deum, ideo doctrina, qua quis aliū peccare docet, contra Deum procedit, & quod subditur. ***Iniquitatem in excelso locuti sunt.*** Quasi sicut omnia bona proximis exhibita Deus sibi exhibita approbat, sic conformiter de malis est iudicandum. Et nota quòd in hoc quod dicit. ***Locuti sunt nequitiam,*** notat quòd mali sunt parati alios omnia peccata docere, quia per nequitiam omne significatur peccatum, quoniam nequitia significat primo peccatū superbiæ. primo Regum decimosexto. Exagitabat eum spiritus nequam. Et Eccles. 37. O præsumptio nequissima, vnde creata es? Secundò peccatum inuidiæ. Eccles. decimoquarto. Nequam est oculus inuidi. Matthæi vigesimo. An oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum? Tertio iracundiæ. Eccles. vigesimoquinto. Morari cum leone, & dracone magis placebit, quam cum muliere nequā, nequitia enim mulieris immutat faciem eius. Quartò auaritiæ. Actuum octauo. Pœnitentiam age ab hac nequitia tua, volebat enim Simon emere gratiam, vt ipsam alijs dādo lucraretur, & inde dicuntur simoniaci. Quintò acediæ. Eccles. decimoquarto. Qui sibi nequam, cui bonus erit? Talis est ociosus, qui nec sibi nec alijs proficere curat. Sextò luxuriæ. Eccles. decimonono. Qui se iungit fornicarijs, nequam erit. Septimò gulæ. Eccles. decimoseptimo. Quid nequius quā quod cogitat caro, & sanguis? Et ideò de malis dicendo, quòd ***locuti sunt nequitiam;***

vult ostendere, quòd ipsi alios omnia genera peccatorum docent.

1192 *Posuerunt in cœlum os suum, & lingua eorum transiuit in terra.*

OStendit hic malorum iniquitatem ex ingrata dementia. Quid magis ingratum excogitari potest quam suo benefactori non solum gratias non agere, sed honorem ei debitum inique sibi vsurpare? Quod quidam faciunt prosperantes in mundo, qui maiorem reuerentiam, & obedientiam sibi exhiberi cogunt quàm Deo. Et in hoc se Deum æstimari volunt: quia sua præcepta seruari volunt plusquam Dei. Si quis blasphemauerit Deum leuiter, patitur sibi. Si quis blasphemauerit principem, statim crimine læsæ maiestatis punitur. In hoc ergo *os suum ponunt in cœlum:* quia se Deo præponentes, detrahunt Deo: more Nabuchodonosor, qui Holoferni præcepit, vt omnes deos terræ exterminaret, ad hoc vt ipse solus Deus putaretur. Et ideo *lingua eorum transiuit in terra.* Quamuis enim tales contra domini præcepta faciant, non tamen eorum præcepta à iustis recipiunt, sed ab eis contradicitur more Petri dicentis. Actuum quinto. Obedire oportet magis Deo quam hominibus. Non ergo transit præceptum eorum in iustis, sed solum *in terra*, idest, in terrenis hominibus, qui terrenis principibus complacere volentes, ipsorum præcepta recipiunt, & Dei mandata contemnunt. Et hoc est quod subdit. *Et lingua eorum transiuit in terra:* quia scilicet, solum ab hominibus terrenis est recepta.

1193 *Ideo conuertetur populus meus hic, & dies pleni inuenientur in eis.*

HIc consequenter arguit contra bonitatem diuinæ prouidentiæ ex aduersitate bonorum. Circa quam sic procedit, quia ponitur primò aduersitatis bonorum consideratio. Secundò ex hoc infertur conclusio, ibi. *Et dixerunt.* Tertiò conclusionis probatio, ibi. *Ecce ipsi.* Circa primum sciendum, quòd vita iustorum pluribus aduersis quoad corpus, & mūdum hic premitur, quàm vita ma-

E lorum, quinimò vt in pluribus, quantò quis iustior, tanto grauiora sustinet aduersa, vt patet de Christo, de Apostolis, & sanctis martyribus. Sic quòd nullus vnquam iustus expers aduersitatis fuit, vt deducit Gregor. lib. 5. Moral. cap. 14. Sic autem hic iusti assiduè considerant, & reperiunt dies suos plenos pœnalitatibus, & aduersis. Et hoc est quod dicit. *Ideo conuertetur populus meus hic*, scilicet ad considerandas aduersitates bono rum: *Et dies pleni*, scilicet aduersitatibus *inuenientur in eis*. Sic enim ad hoc considerandum se conuertit, & alios cōuer-

F ti docebat illa sancta mulier Iudith omnibus dicens. Memores estote: quomodo pater noster Abraam tētatus est, & per multas tribulationes probatus amicus Dei effectus est. Sic Isaac, sic Iacob: & omnes qui placuerunt Deo, per multas tribulationes trāsierunt fideles. Et nota, quòd ista talis cōsideratio aliquos inducit ad amorē Dei, quia considerant Deum ad modum boni patris filiorum mala hic emendare velle, & corrigere, ne puniantur æternaliter, reproborum autem mala ad æternam damnationem reseruare: aliquos autem ducit in erro- Iudith. 8.

G rem, quia cōsiderāt cum Deus sit iustus, quomodo bonis infert aduersa, & malis prospera, si prouidentiā haberet de istis inferioribus. Et ideò ex hoc arguunt, quòd Dei scientia, vel prouidentia ad ista inferiora non se extendit. Vnde & argumentationē ex hoc sic errantium infert consequenter. d. Vel aliter. Iusti plenos habent dies, scilicet, mercede ęterna. Vide Gregor. 5. Moral. cap. 16. & 20.

Et dixerunt, quomodo scit Deus, &, si est scientia in excelso? 1194

H HIc ergo ex præmissis infertur conclusio. Cùm enim ad principem spectet bonos præmiare, & punire malos, quos nouit, sequitur quòd postquā Deus hic malos non punit, nec præmiat bonos, quòd nostra bona opera, vel mala non cognoscit. Inter omnes enim virtutes, quæ requiruntur in principe est scientia, qua opera, & conditiones subditorum cognoscere possit. Ad principem enim spectat iudicare de subditis. Solū autem quis rectè iudicare potest de ijs,

quæ

quæ nouit, & hoc solum est bonus iudex, vt ait Philosophus 1. Ethic. Vnde ꝙ in regno aliquo boni deprimãtur, & mali exaltentur, ex duobus prouenire potest, s. aut ex malitia principis, aut ex nescientia. Cùm ergo in præsenti vita mali exaltentur, & boni deprimantur, aut hoc est ex malitia Dei, aut ex nesciẽtia: sed cùm malitia in Deũ cadere nõ possit, sequitur ꝙ hoc prouenit ex nescientia. Et sic concludunt, ꝙ Deus nõ habet scientiam actuum nostrorum. Sic ergo multi vidẽtes prauorum prosperitatem, & aduersa bonorum dixerunt. *Quomodo scit Deus, &c. si est scientia in excelso?* idest in Deo, q. d. si Deus ita sciret ista, talia euenire non permitteret. Ista opinio, scilicet, ꝙ Deus actus nostros nõ sciat, ponitur Iob 22. vbi dicitur. Quid enim nouit Deus, & quasi per caliginé iudicat, nec nostra considerat, &c. Istius etiam opinionis videtur Philosophus fuisse in 12. Metaph. vbi ponit, ꝙ intelligibile est perfectio intelligentis, ergo si Deus intelligit aliud à se, intellectus eius perficitur ab alio. Quod si verum dicatur, ad hoc sequitur triplex inconueniens. Primum ꝙ eius cognitio vilescit, cùm perficiatur à re minus nobili quã sit Deus. Secundum ꝙ eius cognitio transmutatur, quia omne, quod ab aliquo alio perficitur, transmutatur, & per consequens etiam ipse Deus transmutatur, cùm cognitio Dei sit ipse Deus. Tertium est, ꝙ Deus ab alio extrinseco perficitur. Sed ad oppositum, s. ꝙ Deus omnia cognoscat, est textus Eccles. 23. Domino Deo, antequam crearentur, omnia sunt agnita, & post perfectius respicit omnia. Ad hanc autem difficultatem dicendum, ꝙ Deus omnia nostra opera cognoscit. Vnde ad intelligentiam huius difficultatis notandum est, ꝙ Deum cognoscere ista inferiora, & alia à se potest intelligi dupliciter. Primò ꝙ illa cognoscat per aliquod medium à se distinctum. Secundò illa cognoscat nõ per aliquod medium à se distinctum, sed per seipsum. Quando enim cognoscens cognoscit aliud à se per aliud & non per seipsum, tunc verum est, quòd perfectionem habet aliũde, & est transmutabile. Hoc autem est omninò impossibile circa Deum. Quando autem cognoscit per seipsum:

A tunc cognoscens est actus respectu cognitionis. Et tunc non recipit perfectionem à cognoscibili, sed magis econtrario. Et isto modo ponemus Deum cognoscere alia à se, non per aliud, sed per seipsum. Et sic non procedit ratio philosophi, sed secũdum primam viam, & ita intellexit philosophus, si verum dixit. Errant, ergo, qui dicunt, quòd non scit Deus ista inferiora, & quòd non est scientia in excelso. Quam opinionem hic recitat psalmista, dicẽs. *Et dixerunt, quomodo scit Deus &c.*

B *Ecce ipsi peccatores, & abundantes in sæculo obtinuerunt diuitias.* 1195

POnitur hic probatio conclusionis ipsorum errantium circa diuinam prouidentiam. Et hoc inducit primo ex prosperitate malorum. Secundò ex aduersitate bonorum, ibi. *Et dixi.* Quantum ad primum (vt dictum est) multi mirantur, quòd mali in hoc mundo magis florent, & bonis temporalibus abundant quàm boni, & ex hoc arguunt Deum actuum nostrorum nõ habere notitiam. Et hanc rationem adducit psalmista. dicens. *Ecce ipsi peccatores, & abundantes* C *in sæculo*, i. in malis & vitijs huius sæculi, *Obtinuerunt diuitias*, idest abundant diuitijs. Ex quo sequitur quòd etiam abundant alijs bonis temporalibus, quia vt dicitur Eccles. 10. Pecuniæ omnia obediunt. Sed tales sic arguentes non aduertũt quòd sicut Deus nullum malum dimittit impunitũ, sic & nullum bonum irremuneratũ. Cum ergo reprobi quantumcunque mali, aliquod bonum de genere bonorum quandoque faciant, quia illo nõ sunt digni æterna remuneratione, Deus in præsenti vita bonis tempo- D ralibus eos præmiat. Vnde diuitiæ, & prospera huius sæculi sunt magis signũ diuinę reprobationis quàm dilectionis, vide supra versic. 587. 1.

Et dixi, ergo sine causa iustificaui cor meum, & laui inter innocentes manus meas? 1196

HIc consequẽter arguunt errantes propositum suum ex aduersitate bonorum. Et primò ponit bonorum frustra-

frustrationem. Secundò bonorum afflictionem,ibi. *Et fui.* Quantum ad primum sciẽdum,quòd quantò quis iustior est, tantò amplius premitur aduersis: Quod multi considerantes,dicunt. Ad quid proficit se abstinere à peccatis, cũ talibus plura eueniant aduersa? Et hoc inferunt dicentes. Ergo postquam bonis mala eueniant, frustra à peccato abstineo. Et notat hic duplex peccatum, scilicet peccatum cordis, dicens. *Sine causa iustificaui cor meum*, idest, iustum cor habui abstrahendo à peccato cordis. Et peccatum operis dicens. *Et laui inter innocentes manus meas*, idest, manus habui mundas à peccato operis, quia ex hoc præmium non consequor, sed magis supplicium. Et tales sic arguentes nõ aduertunt,quòd non est aliquis tam iustus,quin multoties cadat,quia si dixerimus quòd peccatum non habemus,nosipsos seducimus. Deus autem electos in futuro præmiare volens,hic de suis peccatis punit, vt postmodum purgari reperiantur. Et nota,quòd cor iustificatur, siue emundatur multipliciter, scilicet per adhæsionem credendorum. Require supra versic.843. Et statim causam quare dicit, sine causa iustificaui cor meum G adiungit dicens.

Peccatũ duplex.

1.Ioan.1.

1197 *Et fui flagellatus tota die, & castigatio mea in matutinis.*

LOquitur enim hic in persona istorũ qui præ cæteris magis hic affliguntur aduersis. Vbi nota, quòd per diem tẽpus vitæ nostræ designatur,vt ait Gregorius. Tota ergo die flagellatur iustus, quia per totam vitam suam aduersis quatitur,vel per magnam partem. Sic enim dicitur psal.37. Miser factus sum, & curuatus sum vsque in finem, tota die contristatus ingrediebar. Talia autem flagella iustis non immittit Deus frustra, sed vt in ipsis purget,si quod uitium habẽt, dicens. Multæ tribulationes iustorum, & de omnibus his liberabit, &c. Et Apostolus ad Hebræos 12. Flagellat autem Deus omnem filium, quem recipit, & Apocalyp.3. Quos amo,hos corrigo, & castigo. Et non solum flagellat Deus iustos, sed flagellare non tardat. Quod notans psalmista,dicit. *Et castigatio mea*

Greg.4.moral.c.6.

Psal.33.

E *in matutinis*,idest, velociter adhibita. Quando enim electi cadunt in peccatũ Deus non differt eos punire vsque ad finem,sed citò punit,& corrigit, quod est signum magnæ misericordiæ. Vnde dicitur.2.Machab.6. Etenim multo tempore non sinere peccatoribus ex sententia agere, sed statim puniiones adhibere, magni beneficij est indicium. Et nota, quòd castigatio idem est quòd disciplina,vel correctio. Castigatio autem Dei quandoque præcedit peccatum, quia quandoque flagella Deus immittit, vt per illa peccatũ vitetur, sic dicebat Apo F stolus. Ne magnitudo reuelationum extollat me,datus est mihi stimulus,&c. Quandoque concomitatur peccatum. Sic enim dicitur psal.77. Adhuc escæ eorum erant in ore ipsorũ,& ira Dei ascẽdit super eos. ad Heb.12. Quem diligit Deus,castigat,&c. Quandoque sequitur post peccatum. Sic enim populum Iudæorum propter ipsorum peccata castigauit,quando ipsum in captiuitatem duci permisit. Tob.13. Castigauit nos propter iniquitates nostras.

Castigatio Dei.

2.Cor.12.

Si dicebam,narrabo sic,ecce nationem filiorum tuorum reprobaui. 1198

HIc consequenter arguit ad oppositum quęstionis,ostendens,quod si aduersa adueniunt iustis, quòd hoc non est ideò,quia Deus non cognoscat ipsorum virtutes,& merita,sed ideo scienter illa immittit,vt iustorum præmia augeãtur,quia coronam non meretur,nisi qui legitimè certat. Et sic,quanto certamẽ est maius, tãto sibi maius præmium correspondet. Et hoc est,quod dicebat illa sancta mulier Iudith. Omnes,qui placuerunt Deo, per multas tribulationes H transierunt fideles,sic Abrahã,sic Isaac, sic Iacob. Vnde & Ioseph à fratribus fuit venditus, Dauid à Saule persecutus, Esaias secatus, Hieremias lapidatus. Vnde Actuum 14. Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei. Ex quibus apparet, quòd filij Dei non casu,sed a prouidentia Dei patiuntur aduersa in præsenti, vt in futuro ipsorum præmia augeantur. Quid est ergo negare prouidentiam Dei, nisi negare generationem filiorum Dei? Et hoc exponens

Iudith 8.

nens psalmista ait. *Si dicebam, narrabo sic*, id est, si tenebo opinionem prædictã, quòd Dei prouidentia non se extendit ad ista inferiora. *Ecce nationem filiorum tuorum*, id est iustorum, *reprobaui*, id est negabo, quia scilicet sic negarem ipsorũ meritum, & præmium. Reprobat enim nationem filiorum Dei, qui dicit illos per aduersa nõ mereri, & à Deo amplius præmiari. Vnde Magister in glossa. *Si dicebam narrabo sic*, id est si astruam sic, scilicet, quòd Deus non curat ista, ꝗ quis frustra iustè uiuat, *ecce reprobaui*, id est reliqui, *nationem filiorum tuorum*, id est sanctorum patriarcharum, & prophetarum qui omnes docent iustè viuere, & Deum æternaliter cognoscere.

1199 *Existimabam, vt cognoscerem, hoc labor est ante me.*

Hic consequenter ponitur prædictæ quæstionis determinatio. Et primo ponitur quęstionis difficultas. Secundò ostenditur quæstionis ueritas, ibi. *Veruntamen*. Prima pars diuiditur in duas, quia primò ostenditur, quòd quæstio est difficilis. Secundò ostenditur, quòd est solubilis, ibi. *Donec intrem*, &c. Quantum ad primum sciendum, quòd opera Dei, & iudicia humana ratione cõprehendi non possunt, sed fide credenda sunt, vt ostendit Greg. dicens. Auctoris

Gregor. 9. mor. c. 11. facta semper indiscussa veneranda sunt, quia iniusta esse nequaquam possunt. Rationem quippe de occultis Dei quærere, nihil aliud est quam contra eius cõsilium superbire. Cum ergo factorum Dei causa non deprehenditur, restat vt sub factis illis cum humilitate taceatur: quia nequaquam sufficit sensus carnis, vt secreta penetret maiestatis. Qui ergo in factis Dei rationem non uidet, infirmitatem suam considerans cur non uideat, rationem videt, &c. Ex quibus patet, quòd si quis velit per rationem naturalem diuina facta discurere, hic quidem laborat, sed suo labore ad cognitionem veritatis peruenire nõ potest, quia talium operum Dei ueritas, & ratio sola diuina inspiratione, & reuelatione co-

Sap. 9. gnoscitur. Et hoc est quod dicitur. Difficile æstimamus scire quæ in terra sunt, & quæ in conspectu nostro sunt inueni-

A mus cum labore. Quæ autem in cœlis sunt, quis inuestigabit? quasi dicat nullus. Et hoc hic notans psalmista dicit, *Existimabam vt cognoscerem*, id est cogitabam, vt scirem dictæ quæstionis veritatẽ & multæ difficultates mihi occurrebant scilicet, si Deus cognoscit ista inferiora, qualiter est iustus, cum bonis det mala, & bona malis? Et ideo. *Hoc labor est ante me*, id est supra me. Sic enim ante *Ioan. 1.*

accipiebat pro supra Ioannes, dicens. Qui post me venit, ante me factus est. Et aduerte, quòd quamuis sit nobis occultum, cur hic Deus bonis mala, & ma

B lis bona confert, tamen magis secretũ, & occultum est nobis, cum bonis bona, & malis mala tribuit, vt deducit Greg. *Greg. 1. moral. c. 1.*

dicens. Cum valde occulta sint diuina iudicia, cur in hac uita nonnunquam bonis malè fit, & malis benè, tunc tamen occultiora sunt, cum & bonis hic benè est & malis malè. Nam cum bonis male est, & malis benè, hoc fortasse deprehenditur, quia & boni si qua deliquerũt hic mala recipiunt, ut plenius ab æterna damnatione liberentur, & mali bona quæ pro hac vita faciunt, hic inueniunt, vt ad sola postmodum tormenta pertra

C hantur. Vnde & ardenti in inferno diuiti dicitur. Memento, fili, quia recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter ma *Luc. 16.*

la. At cum bonis hic bene est, & malis malè, incertum ualde fit, utrum boni idcirco bona accipiant, vt prouocati ad aliquid melius crescant, an iusto latentique iudicio hic suorum operum remunerationem recipiant, vt à præmijs uitę sequentis inanescant. Et vtrum malos idcirco aduersa feriant, vt ab æternis supplicijs corrigentia defendant. An hic eorum pœna incipiat, vt quandoque complenda eos ad ultima gehennæ tormen-

D ta perducat. Quia ergo inter diuina iudicia graui incertitudinis suæ caligine humana mens premitur, sancti uiri cum sibi suppetere prospera mundi conspiciunt, pauida suspicione turbantur. Timent enim, ne hic laborum suorum fructus percipiant, timent, ne quod diuina iustitia latens in eis vulnus aspiciat, & exterioribus eos muneribus cumulans, ab intimis repellat, &c. Ex quibus patet, quòd non solum sit laboriosum inuestigare, cur Deus hic bona malis det, & bonis

bonis mala, sed multo plus cur bona bonis, & malis mala. Ideo ait psal. quòd hoc cognoscere uel inuestigare, est labor ante eũ, idest, supra vires humanas, quia s. talia non possunt cognosci nisi reuelatione diuina, vel per scripturam sacram a Deo reuelatam. Vnde sequitur.

1200 *Donec intrem in sanctuarium Dei, & intelligam in nouissimis eorum.*

HIc consequenter ostẽdit qualiter dicta quæstio potest solui, scilicet per scripturam sacram. Vbi notandum, quòd per sanctuarium Dei intelligitur F scriptura sacra, quia sicut in sanctuario Dei, idest in sancta sanctorum diuina dabantur responsa, sic per sacram scripturam nobis loquitur Deus. In isto enim sanctuario, scilicet sacræ scripturæ nobis ostenditur solutio dictæ quæstionis, scilicet cur Deus bonis in præsenti dat mala, & bona malis, vt puta Luc. 16. cum dicitur diuiti. Recepisti bona in uita tua, & Lazarus similiter mala, nunc autẽ hic consolatur, tu verò cruciaris. In hoc etiã sanctuario ostẽditur, quòd omnia Deus cognoscit, & disponit iustè. Eccles. 17. De hominibus dicitur, quòd viæ eorum G non sunt abscõsæ ab oculis, scilicet Dei. Intrãs ergo sanctuarium Dei, idest, scripturam intelligit nouissima eorum, scilicet bonorum, & malorum, quia finaliter bonis dabuntur æterna præmia, sed malis supplicia. Vnde Dan. 12. dicitur. Qui dormiebunt in puluere euigilabũt, alij in uitam æternam, alij in opprobriũ vt videãt semper. Vel aliter. Per sanctuarium Dei, accipe Christum, qui est sanctus sanctorum, in quo nobis dicta quæstio soluitur. Vnde ait Magister in gl. Sanctuarium Dei Christus, in quo sunt omnia consilia super filios hominum, H qui vt Deus merita singulorum cognoscit. Et est sensus. *Donec intrem in sanctuarium Dei*, idest mente in Christum tendam, qui hic prospera non habuit, nunc autem regnat in æternum cum patre. *Et intelligam in nouissimis eorum*, id est per ipsum Christum intelligam finẽ bonorum, & malorum, quia ipse in iudicio dabit bonis regnum, sed malis æternum supplicium.

Sanctuariũ Dei dicitur Christus.

Veruntamen propter dolos posuisti eis deiecisti eos, dum alleuarentur. 1201

HIc consequenter declaratur dictæ quæstionis veritas. Et primò circa malorum prosperitatem. Secundò circa bonorum aduersitatem, ibi. *Quia inflammatum est.* Circa primum ostendit, quòd malorum prosperitas verũ bonum non est, nec ex illo debent gloriari. Quod probat ex tribus, ostendens quòd eorum prosperitas primò non est pura. Secundò, quòd non est firma, ibi. *Quomodo facti sunt.* Tertiò quòd non est vera, sed phantastica, ibi. *Velut somnium.* Quantum ad primum sciendum, quòd quod malorum prosperitas semper pœnalitatibus est admixta, quia illa semper est peccato, peccatum autem omne semper pœna est, & corruptio boni. Et ideo omnis malorum prosperitas verum malum continet, sed falsum bonum, sicut phreneticus se regem putat, dum est in vinculis, fatuus se liberũ putat, dum seruit. Sic & quilibet malus, dum maiori prosperitate attollitur, grauius cadit, dũ temporaliter amplius dominatur dæmonibus, durius seruit, & dum magis floret magis laborat teste Grego. dicente. Carnalis quisque, dum transeuntia appetit desideriorum suorum se põdere affligit. Grauis quippe labor est hanc ipsam gloriam præsentis vitæ quærere, quæsitam quandoq; percipere, & perceptam cum omni circunspectione custodire. Grauis labor est hunc cum magna fatigatione apprehendere, quod is, qui apprehenderit, nouerit diu stare non posse. Vnde meritò nunc psalmista ostendens malorum prosperitatem puram non esse, sed multis pœnis admixtã, ait. *Veruntamen propter dolos*, idest propter dolositates ipsorum. & peccata. *Posuisti eis*, scilicet pœnas multas admixtas. Vnde glos. hic dicit etiam in hoc mundo malos non esse immunes, & impunitos, quia etsi fœlices sunt, reatum gestant, idest vermem conscientiæ: quia quanto amplius temporalibus florent, magis spiritualibus carent. Propter quod eorum temporalis exaltatio, est realiter ipsorum depressio. Propter quod subditur. *Deiecisti eos, dum alleuarentur.* Quia talis eleuatio casus est, sicut & diabolus dum se in al-

Prosperitas malorũ non est pura.

Greg. 6. moral. c. 5.

tum eleuare uoluit, grauissime corruit. Sic etiam pater de Nabuchodonosor; qui, dum superbè se eleuaret, à consortio hominum eiectus est. Sic & Holofernes, cum se contra Deum eleuaret, manu fœminæ corruit. Sic & Anthiochus illustris, dum se superbè cõtra Deũ eleuaret, de curru suo cecidit, & abominabilis omnibus factus est. Sic & Herodes. vt patet Actuum 12. Merito ergo de malis prosperantibus dicit. *Deiecisti eos, dum alleuarentur*, quia ipsorum eleuatio ipsorum est casus. Vnde in persona omnium malorum, ait psalmista psal. 101. Eleuans allisisti me. Quod ideo est, quia superbia semper deijcit ad ima, vt osten dit Greg. lib. 34. mor.

Esa. 14. *Dan. 4.* *Iudith 13.* *Matth. 9.*

1202 *Quomodo facti sunt in desolationem, subito defecerũt, perierunt propter iniquitatem suam.*

Hic ostendit, quòd malorum prosperitas non est stabilis, nec firma sed cito labilis, & caduca. Vnde & mundi prosperitas, siue fortuna ad modum rotæ pingitur, quia ad modum rotæ rotundæ nulla stabilitate fingitur, vide supra vers. 575. Vnde psal. 36. Vidi impiũ superexaltatum, & eleuatũ sicut cedros Libani, transiui, & ecce non erat, &c. Quod ideo dicit, quia subito de prosperitate ruunt in aduersitatem, & de gloria ad opprobrium, de libertate ad seruitutem, &c. Exempla quotidie nobis apparent manifesta. Et si dicas, ꝙ quandoq; malorum prosperitas etiam vsq; ad mortem durat, ex hoc non concluditur, ꝙ sit stabilis, quia sicut ipsorum uita corporalis diu stare nõ potest, sed per mortem subito deficit, sic & eorum prosperitas. Et hoc est, ꝙ hic. d. *Quomodo facti sunt in desolationem*, quia ab omnibus rebus deseruntur in morte, quæ repente venit eis. Vnde subdit. *Subito defecerunt*, quia sicut fumus ascendendo, deficit subito, sic & ipsorum prosperitas per mortẽ, psal. 67. Sicut deficit fumus, deficiant sicut fluit cera à facie ignis, sic pereant peccatores à facie Dei. Et non solũ per mortem perdunt prosperitatis honorẽ, quẽ habebant, sed etiam æternam miseriam incurrunt. Vnde subdit. *Perierunt*, scilicet æternaliter, *propter iniquitatem*

Prosperitas malorũ deficit.

A *suam*. Vnde de malis dicitur Iob 11. Oculi impiorum deficient, & effugium deperibit ab eis. Quod exponens Gregor. d. Oculi impiorum sunt intẽtiones in eis carnalium desideriorum, qui idcirco deficiunt, quia æterna negligunt, & sola semper transitoria præstolãtur. Adipisci quippe terrenam gloriam cogitãt, multiplicari rebus tẽporalibus exoptãr, ad mortem quotidie cursu labentium rerum tendunt. Carnis vita per momenta deficit, & tamen carnale desiderium crescit, res habita instante fine corrumpitur, & habendi anxietas non finitur. Sed B cum mors impios subtrahit, eorum profecto desideria cum uita terminantur. De quibus ait psalmista. In illa die peribunt omnes cogitationes eorum, quia & æterna mala nunquam cogitata reperiunt, & subito amittunt bona temporalia, quæ diu tractata tenuerũt. A quibus & omne effugium perit, quia eorũ malitia quo se valeat ab animaduersione districti iudicis occultare non inuenit. Nã nũc iniqui, cum tristia aliqua vel aduersa patiuntur, effugij latebras inueniunt, quia ad voluptatem protinus desiderio tum carnalium recurrunt. Ne enim pau C pertas eos cruciet, diuitijs animam demulcent, ne despectus proximorum opprimat, sese dignitatibus exaltant. Si fastidio corpus atteritur, ante positis epularum diuersitatibus, nutritur. Si quo animus impulsu mœsticię deijcitur, mox per interposita iocorum blandimenta releuatur. Tot igitur habẽt effugia, quot sibi pręparant delectãmẽta. Sed qñq; ab eis effugium perit, quia eorum mens, amissis oĩbus, se solummodo, & iudicem cõspicit, tũc voluptas subtrahitur, sed voluptatis culpa seruatur, & repẽte miseri perẽdo discunt, quia peritura tenẽtur, D vt de ipsis meritò dicatur. *Subito defecerunt, perierunt propter iniquitatem suam.*

Greg. 10. mor. c. 23.

Psal. 145.

Velut somnium surgentium, domine, in ciuitate tua imaginem ipsorum ad nihilum rediges. 1203

Hic ostenditur, quòd malorum prosperitas nõ est verum bonum, sed simulatum, & phantasticum. Sicut enim res, quæ uidẽtur in somno, nõ sunt veræ res, sed imaginariæ, & phantasticæ, sic & gloria

gloria temporalis, vel prosperitas malorum. Vnde sicut pauper somniat se diuitem esse, vel seruus regem, & cum euigilat, nihil horum se esse reperit, sic pro speritate temporali diuitijs, vel dignitate hic malè gaudentes, cum anima ipsorũ, quæ in uitijs hic dormiebat, per mortẽ euigilauerit in pœnis, quia pœna aperit oculos, quos clausit culpa, nihil horum se inueniunt habere. Si ergo quęras quid sit temporalis prosperitas malorũ, Respondet Psal. dicens, quod est *velut somnium surgentium*. Quod benè ostenditur Iob. 27. vbi dicitur. Diues cum dormierit, nihil secum auferet, aperiet oculos suos, & nihil inueniet. Quod exponens Gregor. dicit. Vt enim in sua manu diuites post mortem suam quicquam inueniant, eis ante mortem dicitur. Diuitias suas in quorum manibus ponant. Facite uobis amicos de mammona iniquitatis, vt cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula. Diues enim cum dormierit nihil secum auferet. Res suas cum moritur, secum tolleret, si ad petentis vocem, cum viueret tribuisset. Nam terrena omnia, quæ seruãdo amittimus, largiendo seruamus. Patrimoniũ quoque nostrum retentum perditur, manet erogatum. Diu enim cum rebus nostris durare non possumus, quia aut uos illas moriendo deserimus, aut illę uos viuentes quasi deserunt pereundo. Agendum ergo est nobis, vt res absolutè perituras in non pereuntem transire faciamus mercedem. Sed mirandum ualdè est quod dicitur. Cum dormierit, aperiet oculos suos, & nihil inueniet. Vt dormiamus quippe oculos claudimus, & uigilãtes aperimus, quia cum homo ex anima constet, & corpore, cũ unius rei somnus dicitur, alterius uigiliæ demonstrantur, quia cum corpus dormit in morte, anima uigilat in cognitione. Dormit ergo diues, & oculos aperit, quia cum carne moritur, eius anima uidere cogitur, quod præuidere contempsit, & tunc nihil esse conspicit, quod tenebat. Tũc se uacuum inuenit, qui plenum rebus præ cæteris hominibus se esse lætabatur. Nam culpa rerum simul ducitur, quãuis hic omnia, pro quibus culpa perpetrata fuit, reliquantur. Eat ergo nunc diues, & acceptus rebus, tumeat, sesesque super cæteros extollat, glorietur, se habere, quod proximus non habet. Veniet quandoq; tempus, ut euigilet, & tunc cognoscet, quàm uacuum fuerit, quod in somno tenuerat. Sæpe namque contingit dormiẽti inopi, vt se per somniũ diuitem videat atque eisdem rebus animum extollat, lætetur se habere, quod non habet, sed repente euigilans euigilasse se doleat, qui interim diuitiarum imaginẽ vel dormiens tenebat. Hæc ille. Ex quibus omnibus patet, quòd prosperitas temporalis malorum uelut quoddam somnium esse dicitur, De quibus psal. 75. Dormierunt somnum suum, & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus suis. Et nunc ait Psal. *Velut somnium gentium domine, & hoc in ciuitate tua*, scilicet in cœlesti gloria, quia mali ibi nihil habẽt, cum moriuntur. Et sic totum, quicquid hic habuerunt, somnium fuit. Sequitur. *Imaginem ipsorum ad nihilũ rediges*. Per imaginem malorum intellige temporalem gloriam ipsorum, quæ non est vera gloria, sed similitudo gloriæ, quia cum deerit eis veritas supernæ ciuitatis, peribit etiam imago, quia nec similem rẽtinebunt, qui de vera beatitudine nihil habebunt. Vnde de prosperitate omnium malorum per somnium significata dicitur. Sicut somniat esuriens, & comedit, cum autem fuerit expergefactus, vacua est anima eius, sic erit multitudo omnium gentium, &c. idest malorum.

Prosperitas malorum somnium dicitur.

Gregor. 18. mor. c. 9.

Luc. 16.

Imago malorum.

Esa. 29.

1204 *Quia inflammatum est cor meum, & renes mei commutati sunt, ego ad nihilum redactus sum, & nesciui.*

CONsequenter hic exequitur declarationem propositæ quæstionis circa conditiones bonorum. Et diuiditur in duas partes, quia primò ponit iustorum uirtutes, & præmia. Secundò inter iustos, & malos concludit differentiam, ibi. *Quia ecce*. Prima in duas, quia primò ponit iustorum uirtutes in præsenti. Secundò ipsorum præmia in futuro, ibi. *Tenuisti*. Quantum ad primum sciendum, quòd fortius argumentum superius factum ad probandum, quòd Dei prouidentia non sit in istis inferioribus fuit quia bonis eueniunt mala. Et ad illud respondens Psalm. dicit, quòd bonis

nis eueniūt mala in præsenti ex diuina prouidentia, nec ex hoc Deus iniustus dicitur, quia mala iustis permittit euenire, non ad ipsorum consumptionem, sed magis ad ipsorum militiam. Quæ utilitas est duplex. Et secundum hoc hæc pars habet duas, quia ostendit quòd aduersa iustos primò virtutibus ornant. Secundò iustos Deo sociant, ibi. *Vt iumentum*. Quantum ad primum sciendum quòd aduersa in nobis præcipuè tres inducunt virtutes, scilicet charitatem, castitatem, & humilitatem, quas omnes virtutes in isto versic. tangit. Exponit virtutem dilectionis, & charitatis dicens. *Quia inflammatum est cor meum*, quasi in persona omnium iustorum loquitur, dicens. Non frustra, nec iniustè mihi Deus immittit aduersa, sed ad meam utilitatem, quia per aduersa inflammatum est cor meum, scilicet Dei dilectione, & charitate. Sicut enim aduersa mundi ab eius amore animum reuocant, sic ad Dei dilectionem mentem inflammant, vt ostendit Greg. dicens. Iusti ex aduersitatibus vires sumunt, quia crescente pugna, gloriosiorem sibi non ambigunt imminere uictoriam. Sic itaque electorum desideria dum premuntur aduersitate, proficiunt, sicut ignis flatu premitur vt crescat, & vnde quasi extingui cernitur, inde roboratur. In eo namque ostendimur, quanta ad Deum cupiditate flagramus, si non solum ad eum per tranquilla, & mollia, sed etiam per aspera, & dura transimus. Hinc namque propheta ait. Qui perfecit pedes meos tanquam ceruorum. Ceruus enim cum montium iuga ascendit, quæque sibi aspera, quæque obuiant sentibus illigata, dato saltu transgreditur, & absque ullo cursus sui obstaculo in superiora eleuatur. Ita etiam electorum mentes quæq; sibi in hoc mundo aduersa obsistere atque obuiare conspiciunt, contemplationis saltu transcendunt, & more ceruorum despectis terrenorum sentibus, in superna se fortius eleuant, &c. Vnde de mundo, qui pauca bona ministrat, & multa aduersa, dicitur. Exigua dabit, & multa improperabit, & apertio oris eius inflammatio. Et sic aduersa nobis proficiunt, dum nos ad Dei amorem accendunt. Et hoc est, quod nunc ait Psalm.

Duplex vtilitas aduersitatis — *Gregor. 26. mor. c. 10.* — *Psal. 17.* — *Eccl. 20.*

A quia scilicet per aduersa *inflammatum est cor meum*. In cuius figuram quando Ioseph aduersa carceris, & compedum iniustè patiebatur, eloquium domini inflammauit eum, psal. 104. Secundò aduersa iustis proficiunt, quia castitatem conseruant. Nam vt ait Gregor. Internus medicus peccatoris cōtagia, quæ in esse medullitus reprobat, secat. Abscindit enim uirus libidinis ferro tribulationis. Et hoc notans Psalmista, dicit. *Et renes mei commutati sunt*, scilicet per aduersa à carnis concupiscentia, quæ in rebus uiget. In cuius figuram de He-

B lia virgine dicitur 4. Regum 1. quòd zona pellicea circa renes eius esset accinctus. Tertiò aduersa in nobis humilitatem cōseruant, sicut prospera ad superbiam inducunt, vt ostendit Gregor. 26. mor. c. 20. Et hoc insinuans Psalm. dicit hic. *Et ego ad nihilum redactus sum*, idest per aduersa nihil me esse reputaui, & nesciui, idest me nescientem, & ignorantem reputaui. Sic enim & Iob per aduersa humiliatus dicebat. Redactus sum in nihilum.

Aduersa castitatem inducunt. — *Gregor. 26. mor. c. 16.*

*Vt iumentum factus sum apud te, & 1205
C ego semper tecum.*

CONsequenter hic ostendit, quòd aduersa nos Deo sociant. Vbi sciendum quòd iumentum dicitur à iuuo iuuas, vel à iuuamentum per syncopam dicitur iumentum, quia iumenta suo labore nos iuuant, vt bos arando, equus trahendo, asinus onera portando. Et ideo iusti humiles iumentum dicuntur, quia ad modum iumenti diuinis alligati præceptis, aduersitatum onera patiēter portent, & ad aliorum adiutorium se totis viribus subijciant, vnde sicut iumentum

D non liberè uadit, sed loris ligatum ducitur, sic & iusti ducuntur à Deo. Vnde istum uersum inducens Gregor. ait. Sæpè diuina miseratio, quos prodire in effrenationem illicitæ libertatis conspicit, obiectione alicuius aduersitatis frāgit, quatenus læsi discant quàm reproba erectione tumuerunt, vt iam flagelli experimentis edomiti, quasi iumenta domestica præceptorum loris mentis colla subijciant, & vitæ præsentis itinera ad nutum præsidentis pergant. Quibus loris

Iumentum dicitur iustus. — *Gregor. 10. mor. c. 15.*

ris bene se ligatũ nouerat, qui dicebat. *Vt iumentum factus sum apud te, & ego*
Psal.52. *semper tecum*. Et nota quòd iusti aduersa patienter tolerantes adhærent Deo, & ipsum Christum imitantur, ideo cum Deo semper dicuntur esse, quinimo, & vnum esse cum Deo per imitationem, vt pater, supra vers. *996*. Sunt ergo tales cum Deo, & Deus cum illis, dicente do-
Isa.43. mino. Dum ambulaueris per ignem, ego tecum sum.

1206 *Tenuisti manum dexteram meam, & in uoluntate tua deduxisti me, & cum gloria suscepisti me.*

HIc consequenter ostendit in futurum iustorum præmia, & mercedẽ virtutum. Et diuiditur in partes tres. Quia primò ostenditur, quòd iusti per aduersa ad gloriam deducũtur. Secundò quòd non in creatura, sed solum in Deo beatificantur, ibi. *Quid enim mihi est in cælo*. Tertiò quòd omnes sensus nostri à gloria superantur, ibi. *Defecit cor meum, & caro mea*. Quantum ad primum notandum, quòd per dexteram manum significatur prosperitas, siue præmium bonis operibus debitum, sicut per sinistram pœna debita culpis, iuxta illud. Delectatio-
Psal.15. nes in dextera eius. Dextera ergo iustorum dicitur præmium debitũ bonis operibus ipsorum, quod Deus quandiu sunt in præsenti uita apud se retinet, nõ præmians ipsos in præsenti, sed multis aduersitatibus subijciens ipsos, vt deducit Greg. lib. 10. mor. cap. 21. Sed econtrario multis dat dexteram suam in præsenti, quia de bonis ipsorum operibus hic præmium ipsis concedit, quia ipsos in futurum præmiare non intendit, ut deducit Greg. 5. mor. c. 1. Quid est ergo iustũ Deo dicere. *Tenuisti manum dexteram meam*, nisi præmium operibus bonis mihi debitum hic, non concessisti, sed magis aduersis me percussisti, iuxta illud ad Hebr. 12. Flagellat autem Deus omnem filium, quem recipit. Et quia per aduersa ad amorem Dei magis accendimur, & per consequens Dei uoluntati cõformamur, ideò sequitur. *Et in uoluntate tua deduxisti me*. Deducit enim illos Deus, quos virtutum exemplis ad honorem regni cœlestis trahit, vide supra versi. 973.

E Ideo subditur. *Et cum gloria suscepisti me*. Quia suos electos, quos in præsenti flagellis percutit, ipsos postmodum de præsenti miseria ad æternam gloriam ducit, iuxta illud prouerb. 29. Humilem spiritu suscipiet gloria. Et hic nota, quod iustos multipliciter suscipit Deus, scilicet suscipit innocentes per gratiam conseruantem, psalm. 37. Me autem propter innocentiam suscepisti, & cõfirmasti &c. Suscipit pœnitentes per gratiam reparãtem Hiere. 3. Reuertere ad me, & ego suscipiam te. Suscipit aduersa patientes ad gloriam consummantem. Act. 7. Domi-
F ne Iesu, suscipe spiritum meum. Sic & modo loquitur iustus aduersitatib. pressus dicens. *Et cum gloria suscepisti me*, idest suscipies, præteritum ponens pro futuro.

Quid enim mihi est in cælo, & à te quid volui super terram? 1207

HIc consequenter ostendit, quòd iustorum beatitudo in solo Deo cõsistit. Cum enim beatitudo satiet mentẽ beati, quia aliter beatus non esset, & solus Deus nostram mentem satiare pos-
G sit, cum mens nostra sit capacitatis infinitæ, & solus Deus simpliciter sit infinitus, sequitur quòd in nulla creatura cœlesti uel terrena beatificari possumus. Et hoc est quod hic dicit. *Quid enim mihi est in cælo, & à te quid uolui super terram?* quasi dicat neque in cœlo, neque in terra est aliud à te, idest, aliqua creatura, quæ ad me beatificandum sufficiat mihi, quia vera beatitudo in solo Deo, qui est bonitatis infinitæ, obiectiuè cõsistit. Etiã quia nostræ beatitudinis causa sola diuina prædestinatio existit, vide supra vers. 491. Et ideo hoc ostendens. d. *Quid enim*
H *mihi est in cælo*, &c. q. d. *à te*, idest, quid aliud à te pro beatitudine volui in cęlo vel in terra? scilicet nihil, quia psal. 143. Beatus populus, cuius dñs Deus eius.

Defecit caro mea, & cor meum, Deus cordis mei, & pars mea, Deus in æternum. 1208

COnsequenter hic ostendit, quòd omnes sensus nostri tã interiores quam exteriores superantur à gloria.

Vt

Vt enim ait Gregorius in homilia. Quę autem lingua dicere, vel quis intellectus capere sufficit, quanta illius supernæ ciuitatis sint gaudia, angelorum choris interesse cum beatissimis spiritibus gloriæ conditoris assistere, præsentem Dei vultum cernere, incircunscriptum lumen videre, nullo mortis metu affici, incorruptionis perpetuæ munere lętari? quasi dicat nulla, nullus, quia vt dicitur primæ Corinth. secundo. Oculus non uidit, neque auris audiuit. Et hoc quo ad sensus corporales, quò vero ad sensus interiores subdit. Nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit Deus diligentibus se. Et hoc est, quod ait. *Defecit caro mea, & cor meum*, quia scilicet non sufficiunt tantam gloriam comprehendere. Et quod solus Deus sit beatitudo nostra, subdit dicens, *Deus cordis mei*, scilicet beatificator. Et ideo *Pars mea Deus in aeternum*, quasi dicat. Pro beatitudine sua eligant sibi superbi honores, auari diuitias, luxuriosi dilitias, & cætera. Ego autem partem meam eligo Deum. Et nota quod hic pars stat pro hæreditate, sicut psalmo. decimoquinto. Dominus pars hæreditatis meæ, & cæt. Et nota quia dicit. *Deus cordis mei*, quod vt Deus sit cordis nostri beatificator, ipsum cor nostrum multipliciter sibi debemus offerre, scilicet, Liberaliter sine coactione. Integraliter sine diminutione. Perpetualiter sine terminatione. Primò ergo offeramus cor nostrū Deo liberaliter, & sponte, vt scilicet ipsum Deo non mutuemus, nec uendamus, sed offeramus liberè. Deo enim mutuant cor suum, qui ei seruiunt sub spe temporalis retributionis, qui quando eis temporalis retributio subtrahitur, vel prosperitas, & ipsi cor suum à Deo subtrahunt. Illi autem uendunt, qui pro temporali mercede Deum diligunt, qui solum tantum de Deo cogitant, quantum de beneficijs se à Deo percepisse cognoscunt. Et tales cor suum habent diuisum, qui secundum partem minorem Deum diligunt, & secundum ampliorem eius beneficia amant. De quibus Oseæ decimo. Diuisum est cor eorum, nunc interibunt. Illi autem cor suum Deo liberaliter donant, qui non

A amore commodi, sed iustitiæ Deo seruiunt. Iuxta illud Iosue vigesimoquarto. Nunc ergo timete dominum, & seruite ei corde perfecto, atque verissimo. Secundo offeramus integraliter. Ille enim non integraliter, sed partialiter cor suum dat Deo, qui aliquid aliud diligit cum Deo, & non propter Deum. Deus enim sicut sponsus sponsæ suæ, sic & cordis nostri zelotypus est, nec alium a corde nostro permittit amari, vnde totum cor sibi vult applicari. Deuteronomio sexto. Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo. Vi-

B demus enim, quòd cum ipsa auis nobilis de manu domini sui volauerit, & ceperit prædam, cor prædæ suæ requirit habere. Sic & Christus auis nobilis, qui volauit à manu patris in vterum virginis, ac ad mundum, & patibulum crucis, & de inferno prædam cepit generis humani, quam captam in cœlum portauit ad patrem, huius prædæ cor petit habere. Et ideo consuluit Psalmista dicens. Effundite coram illo corda vestra. Vnde cuilibet nostrum dicit. Fili, præbe mihi cor tuum. Ter- *Prou.23.* tio debemus offerre cor nostrum Deo

C perpetualiter sine terminatione, quia nemo mittens manum suam ad aratrum, & respiciens retro, aptus est regno Dei. Psalmo centesimodecimoprimo. Confirmatum est cor eius, non commouebitur.

Quia ecce qui elongant se à te, peri- 1209
bunt, perdidisti omnes, qui fornicantur abs te.

HIc finaliter cōcludit differentiam inter iustos, & malos; quæ differentia stat in hoc, quia mali à Deo

D sunt remoti, sed boni propinqui. Ideo primo ostendit primum. Secundo secundum, ibi. *Mihi autem*. Quantum ad primum sciendum, quoòd homo existēs in gratia, manet cum Deo, quia similis est Deo, sed per peccatum fit Deo dissimilis, & sic per peccatum elongatur à Deo, non quidem loco, sed dissimilitudine, vt ostendit Magister dicens. A Deo elongatur homo per peccatum, non quidem loci distantia, quia vbique præsens est Deus, & in omnibus rebus.

Elongatur à Deo quis per peccatū Magister libro 2.d.35.

Per peccatum ergo non secundum locum quis longè fit à Deo, & in eo longè fit, quia ab eius similitudine recedit, & tanto longius, quanto fit dissimilior. Nam quæ participatione similia sunt Deo, recipere possunt dissimilitudinem, ipsa autem similitudo ex nulla parte dissimilis esse potest. Vnde cum filius sit similitudo patris, ex nulla parte potest esse patri dissimilis, cuius participatione similia sunt, quæcunque Deo similia sunt, & illa possunt recipere dissimilitudinē. Nihil est autem, quod hominem à Deo dissimilem faciat quemadmodum peccatum per quod homo elongatur à Deo. Ideo dicitur psalmus 118. de peccatoribus. A lege autem tua longe facti sunt. Et quia per peccatum mortale quis elōgatur à Deo, quod pęnam meretur ęternam, ideo ait. *Quia ecce, qui elongant se à te*, scilicet per peccatum mortale, *peribunt*, psalm. sexagesimoseptimo. Sicut fluit cera à facie ignis, sic pereant peccatores à facie Dei. Quod alijs verbis confirmans, ait. *Perdidisti omnes, qui fornicantur abs te*. Vbi nota, quòd in scriptura per fornicationem intelligitur idololatria, vt habetur vigesimaoctaua quæstione prima non solum. Vnde primo Paralipomenon quinto. Reliquerunt Deū, & fornicati sunt post Deos populorum terrę. Omnis autem peccans mortaliter est idololatra, quia aliud plus quàm Deum diligit. Illud autem, quod plus diligis, colis. Et sic dicitur hic, *perdidisti omnes, qui fornicantur abs te*, idem est dicere, quod *perdidisti*, idest perdes æternaliter omnes, qui alium Deum à te adorant Prouerb. sexto. Qui autem adulter est, scilicet idololatra, perdet animam suam.

1210 *Mihi autem adhærere Deo, bonum est: & ponere in domino Deo spem meam.*

HIc ostendit quòd boni sunt Deo propinqui, quia ipsi Deo adhærēt. Vnde notandum, quod triplex est adhęsio, qua iusti adhærent Deo, secundum quam ista pars diuiditur in tres. Prima est adhæsio charitatis, & amicitiæ. Secunda est adhæsio spei, atque confidentiæ, ibi. *Et ponere in Deo spem meam*. Tertia

Adhæsio triplex Iustorum Deo.

E est fidelitatis, & credentiæ, ibi. *Vt annunciem*. Quantum ad primum sciendum, quod illi rei cor verius seu magis adhæret quam diligit. Et ideo quia Deum toto corde debemus diligere, & proximū sicut nos, ideo & Deo, & proximo charitate adhærere debemus, scilicet Deo per mandatorum obseruantiam, proximo autem per charitatem, & compassionē. De adhærere Deo per mandatorum obseruantiam dicitur. Diligatis dominum Deum vestrum, vt ambuletis in omnib. vijs eius, & obseruetis mandata eius. Ad hæreatisque ei in omni corde vestro. Sic

Iosue. 23. *Psal. 118.*

F enim adhæserat Deo psalm. quando dixit. Adhæsi testimonijs tuis, domine, noli me confundere. Sic enim adhærere Deo, nihil aliud est quam ipsum diligendo, eius mandata custodire. Vnde dicta verba exponens Magister in glo. dicit. Adhæret testimonijs Dei, qui mundo renunciat, & qui curam huius vitæ, & tædia spernit, qui luxuriæ studio ac pecuniæ cupiditate non cruciatur, & reliqua Dei custodit mandata. Vnde talis Deo confidenter dicit. Noli me confundere, scilicet ab expectatione mea, sed fac, vt quo curro, perueniam. Et de ista

G adhæsione charitatis nunc ait Psalm. *Mihi autem Deo adhærere bonum est*. Nec mirum, quoniam qui adhęret Deo, vnus spiritus est cum eo, vt ait Apostolus primo. Corinth. sexto. Secunda adhæsio est spei, quia iusti adhærent Deo. Quanto enim aliqua res est solidior, tanto res illi adhærens firmior est, atque securior. Cum ergo Deus sit fortitudo per essentiam, & perpetua stabilitas, ei adhærens, nihil timere debet. Quod considerans Psal. nunc ait. *Mihi autem adhærere Deo, bonum est, & ponere in Deo spem meam*. Cum enim spes sit certa exspectatio fu-

H turæ beatitudinis ex Dei gratia proueniens, & meritis, ille dicitur per spem adhærere Deo, qui in gratia existens de prędmio futuro confidit, quòd scilicet illud habebit post hanc vitam in re, quod nūc habet in spe. Vnde hic ait Magister in glo. *Mihi autem adhærere Deo, bonum est*, &c. quia nihil est melius quam videre Deū facie ad faciem. Et ideo interim dum sum peregrinus, dum non est spes, bonum est mihi adhærendo, idest confidendo de Deo ponere spem meam in ipso,

ipso, quæ spes, est quasi anchora præmissa ad terminum, qua nostra vita in huius mundi fluctibus stabilis perseuerat. Vnde & Bernardus, super Can. exponens ista verba dicit. *Mihi autem adhærere Deo bonum est*, &c. Tu domine, es spes mea, quicquid agendum, quicquid declinandum, quicquid tolerandum, quicquid optandum, in es, domine, spes mea, hæc
23 mihi vna promissorum causa, hæc tota ratio meæ expectationis. Prætendat alter meritum suum, abstinere se iactet, pondus diei, & æstus portare, ieiunare se
18 bis in sabbato dicat, se non esse sicut cæteri hominum glorietur. Mihi autẽ hoc solum bonum est adhærere Deo, & ponere in domino Deo spem meam. Ideo nobis præcipitur Iosue 22. Illi soli, scilicet Deo adhæreatis, quoniam ipse est vita vestra.

1211 *Vt annunciem omnes prædicationes tuas in portis filiæ Sion.*

Hic agit de tertia adhæsione fidelitatis, qua iusti Deo uniuntur. Vbi nota, quod sicut arbor adhæret terræ, à qua trahit humorem, quo uiuit, quod si ab eius adhærentia se alienaret, statim vita illius deficeret, sic qlibet homo Deo adhærens per fidem, quæ animæ tribuit vitam spiritualẽ, à qua si recedat statim spiritualiter mortificatur, vnde Deute. quarto. Vos, qui adhæretis Deo, viuitis vniuersi. Ille autem, qui Deo per fidem adhæret, non solum, quæ sunt fidei, credit, sed credenda alijs annunciare conatur. Et hoc est, quod nunc ait. Psalm. *Vt annunciem*, &cæt. quasi dicat. Ideo tibi Deo adhæreo per fidem, vt annunciem omnes prædicationes tuas. Vnde & Hieremiæ dictum fuit. Sta in porta domus domini, & prædica, &c. Cõsimiliter iste dicit. *Vt annunciem, &c. in portis*, scilicet templi *filiæ Sion*, idest, ciuitatis Hierusalem, quæ filia Sion dicitur, quia in monte Sion erat fortalitium, quo ciuitas Hierusalem protegebatur, vt filia à matre. Consimilia loquitur Psalmista cum dicit, qui exaltas me de portis mortis, ut annunciem omnes laudationes tuas in portis filiæ Sion. Ibi vide de duplicibus portis, scilicet versic. 104.


Adhærere.

Hierem. 7.

A

PSALM. LXXIII.

Vt quid, Deus, repulisti in finem? iratus est furor tuus super oues pascuæ tuæ? 1212



PSALMVS iste hunc habet titulum. *Intellectus Asaph.* Vel secundũ alios. *Eruditio Asaph.* Et potest habere duplicẽ sensum. Primus est, quòd iste psalmus est eruditio, qua Asaph à Deo per reuelationem fuit eruditus de contentis
B in isto Psal. Alius sensus est, quod iste psalm. est eruditio aliorum, quia istum psalmum scripsit Asaph ad aliorum eruditionem de contentis in ipso. Materia autem psalm. est, quia Asaph propheta spiritu prophetico præuidit captiuitatem futuram populi Iudaici factam per Nabuchodonosor regem Babylonis. Et in isto psalm. orat pro liberatione a dicta captiuitate, de qua captiuitate habetur 4. Reg. 24. Vel secundum alios hic loquitur de captiuitate Iudæorum facta per Titum, & Vespasianum & destructione templi, & ciuitatis Hierusalẽ, de qua
C loquitur Christus Luc. decimonono. Est ergo in toto psal. isto intentio Asaph, rogare Deum pro liberatione populi Iudæorum ab illa captiuitate. Et ut facilius exaudiatur, ipse multa allegat, vt Deum ad misericordiam inclinet. Et maximè quatuor adducit secũdum quæ iste psalmus diuiditur in quatuor partes, quia allegat primò Dei ad Iudæos pristinam familiaritatem, & amicitiam. Secundò aduersantium iniquitatẽ, & malitiam, ibi. *Leua manus tuas.* Tertiò Dei bonitatem & potentiã, ibi. *Vsquequo Deus.* Quartò populi Iudæorũ afflictionem, & miseriã,
D ibi. *Ne tradas.* In prima aũt parte tria facit, quia primo per modũ quæstionis dictam proponit captiuitatẽ. Secundo per modum inclinationis Dei ad illos antiquam inducit familiaritatẽ, ibi. *Memor esto.* Tertiò per modũ recognitionis Dei erga illos memorat bonitatem, ibi. *Redemisti.* Quantum ad primum sciendum, quod qñ populus Iudæorum Deum deuotè colebat, Deus erat adiutor eius, & pro ipso cõtra hostes dimicabat, vt patuit in Pharaone, quem miraculosè cum toto suo exer-

exercitu submersit: in regib. Amorrhæo E rũ, quos lapidibus grãdinis cũ suis inter fecit Iosue 10. In habitatoribus terræ ꝓ missionis, quos mirabiliter deleuit, vt patet Iosue per totum. Sed qñ ipsi peccatis suis Deum ad iracundiam prouocabant, ipsos deserebat, & in manibus persecutorum tradebat. Sic.n. dicitur ps.105. Et cõmixti sunt inter gentes, & didicerunt opera eorum, &c. Sequitur. Et iratus est furore dñs in populum suum, & abominatus est, &c. Est.n. de Deo respectu nr̃i sicut de aĩa respectu corporis quia sicut anima non recedit à corpore, nisi ꝑp defectum corporis, sic nec Deus à nobis, F nisi propter defectum nostrũ. Propter peccata ergo Iudæorũ Deus repulit eos & tradidit eos captiuos in manu regis

4.Reg.24. Babyloniæ, qui regem Ioachim, & filios eius, & matrem, ac proceres regni capti uos duxit in Babylonem. Similiter post tradidit eos in manus Romanorum, qui oẽs trucidauerunt, vendiderunt, & capti uauerunt, & templum cum ciuitate fundimus destruxerũt. Et ista captiuitas vsq; hodie durat, & durabit vsq; in finem sæculi. Hanc ergo captiuitatem per modũ querelæ proponit psal. Deo, d. *Vt quid, Deus, repulisti*, i. repelles, s. Iudæos *in finem*? Et dicit *in finem*, q.d. ex toto, quia G non parcitur homini, non sexui, non ætati, non templo: quod põt exponi de captiuitate Babylonica. Vel aliter, & clarius. *Vt quid Deus repulisti in finem*? i. vsque ad finem sæculi, & tunc intelligitur de captiuitate Romanorum. Et istum in tellectum magis approbat gl. *Iratus est*

Sap.12. *furor*, &c. Quamuis in Deo nõ cadat ira nec furor, quia cũ trãquillitate indicat, tñ quãdo perimit, & homines à se repellit, dicitur se habere secundum modum nostrum intelligendi, ad modum irati, vel furibundi, *super oues pascua tua*. Oues H autem pascuæ Dei dicebantur Iudæi, quia per cultum veri Dei soli Deo volũ tariè subdebantur, & ab eo sicut oues à pastore regebantur ps.94. Nos populus pascuę eius, & oues manus eius. Et nunc singulariter Iudæos oues Dei nominat secundum glo. vt misericordiam pij pastoris per humilitatem facilius acquirant. Et dicit oues pascuæ eius; quia in eos spe͠rantius solemus vindicare, quos aliquando fuisse nostros meminimus.

Memor esto congregationis tuæ, quam possedisti ab initio. 1213

CONsequenter hic antiqua Dei beneficia per Deum populo Iudæorũ facta, & familiaritatẽ proponit, vt Deũ ad ampliora beneficia eis præstãda incli net. Circa quod sciendum, quod quãuis vera amicitia solũ sit inter bonos, quod si aliquis eorum prauus efficiatur, statim amicitia est dissoluta, vt hr̃ octauo Ethi- *Amicitia.* corũ Tñ in illo, qui in bonitate perseue rat, semper remanet quędam inclinatio ad illum, qui prius erat amicus ad ipsũ gratiosè recipiendũ, si ad bonum reuertatur, & ad iniurias ei liberè dimittendas. Cũ igitur ab initio populus Iudæorũ, qui incępit in sanctis patriarchis, vt Abrahã, Isaac & Iacob, qui erãt virtuosi & ꝑ cõsequẽs amici Dei, vnde Iac. 2. dr̃: Credidit Abrahã Deo, & reputatũ est ei ad iustitiã, & iõ amicus Dei appellatus est. Sequitur ꝙ quãuis dictus populus postea Deũ offenderit ꝑ diuersa peccata, quod tñ Deus rõne pristinę amicitiæ li bẽter ipsũ, si reuerti voluerit, recipit, & libere iniurias illi dimittit. Et iõ ad placãdũ Deũ hic ps. Deo proponit pristinã eius cũ illo populo amicitiã dicẽs Deo. *Memor esto cõgreg.* &c. Vnde hic ait Mag. in gl. Priora beneficia huic populo data ps. cõmemorat, vt pius iudex inuitet ad cõsueta beneficia, & plus sua beneficia ĩ eis q̃ ipsorũ errata, attẽdat. Orãs ergo ꝓ eis ait. *Memor esto cõgreg quã possedisti ab initio*, s. illius populi, i. à patriarchis, q fue rũt initiũ eius. Hic est.n. populus Israel, quẽ Deus possedit, quib. specialiter legẽ dedit, & ꝓphetas, nõ gentib. Et nota, q̃d populũ Iudæorũ vocat cõgregationẽ, in hoc recolẽs beneficiũ liberationis a captiuitate Aegyptiaca, qñ popul⁹ Hebręorũ ꝑ diuersas partes Aegypti dispersus erat ad onera diuersa deputatus, sed qñ ipsũ Deus liberare voluit, ipsũ totũ in *Exod.24.* Ramesse ciuitate Aegypti congregauit. Iõ istã cõgreg. cõmemorãs.d. *Memor esto cõgreg.* vt cõformiter nunc Deũ inclinet ad liberãdũ ipsũ populũ de p̃nti captiuitate. Itẽ nota, ꝙ quãuis De⁹ oĩum gnãliter sit dñs, illius tñ populi sp̃aliter est possessor, q ad eius obediẽtiã se spõte obligauit. Sic fuit de Iudęorũ populo, qui lege suscepta, ad eius obseruãtiam se obligauit

gauit liberè, dicens. Omnia, quę locutus A est dominus, faciemus. Sic & nunc possidet fideles, qui ad eius obedientiam in baptismo se obligauerunt. Vnde de gentibus conuersis ad fidem dicitur. Impleta est terra possessione tua. De Iudæis autem dicitur. Dominus Israel elegit in possessionem sibi. Et hic nota, quòd multiplex est congregatio tam bona quàm mala. vide in dicto loco suo.

Psal. 103.
Psal. 134.

1214 *Redemisti virgam hæreditatis tuæ, mons Sion, in quo habitasti in eo.*

HIc consequenter alia Dei erga Iu- B dæos recolit beneficia. Vbi notandum, quod per virgam hæreditatis domini, intelligitur populus Iudaicus, cuius ratio est, quia volens Deus liberare populum de Aegypto, & illum possidere, virgam Moysi vertit in serpentem, sed apprehensa cauda rediit in virgam. Cũ enim dixisset Moyses Deo, quod signũ dabo filiis Israel, ut credant, quia tu me misisti? Ait ad illum dominus. Quid tenes in manu tua? Qui respondit. Virgã. Et ait illi dominus. Proiice illam in terram. Et dimisit virgam in terram, & facta est serpens, & expauit Moyses, & fu- C git. Et ait illi dominus. Apprehende caudam eius. Et apprehendit, & reuersa est in statum suum virga facta, sicut ante virga erat. Er propter hoc ipsa congregatio populi Iudæorũ virga dicitur. De hac ergo virga dicit ps. *Redemisti virgam hæreditatis tuæ*, i. redemisti de seruitute Pharaonis Iudæos, qui dicũtur *virga hæreditatis tuæ*, quia ille populus hæreditas domini dicebatur, quia sicut ille solus populus verum Deum colebat, sic illi soli hæreditas regni cęlestis debebatur, dicente domino. Hæreditas autem mea Israel. Sed postquam istam hæreditatem D redemit, & in terra promissionis collocauit, quis fuerit principalior locus vbi ipsam collocauit, adiungit dicens, *Mons Sion, in quo habitasti in eo.* Quia enim ibi erat templum, in quo Deus colebatur, & palatium in quo caput regni habitabat, ideo Deus singulariter in monte Sion habitasse dicitur psal. 75. In pace factus est locus eius, & habitatio eius in Sion. Et nota moraliter, quod triplex virga reperitur, quoniam legimus florentem virgam mirabiliter, virgam reficientem suauiter, virgam potentem efficaciter. Primo vide virgam mirabiliter florentem. Hæc fuit virga Aaron, de qua Num. 14. Inuenerunt virgam Aarõ germinasse, & ingentibus gemmis eruperãt flores. Per hanc virgam intellige virginem parturientem, de qua Esa. 11. Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet. Per secundam intellige Christum nos reficientem infundẽdo gratiam. 1. Reg. 14. Ionathas extendit summitatem virgæ in fauum mellis, & conuertit manum suam ad os suum, & illuminati sunt oculi eius. Sic & Christus gratia sua nos reficiendo illuminat interius. Psalm. 22. Virga tua, & baculus tuus ipsa me consolata sunt. Per tertiam intellige crucem summæ potentiæ confundendo diabolicam potestatem. Exo. 4. Virgam hanc sumes in manu tua, in qua facturus es signa.

Exod. 4.
Esa. 19.
Virga triplex.

Leua manus tuas in superbias eorum in finem: quanta malignatus est inimicus in sancto. 1215

HIc consequenter ad inclinandum pro liberatione dictæ captiuitatis diuinam clementiam Ps. allegat iniquitatem, & iniustitiam aduersantium. Aduersantes autem duplices erant, s. extrinseci, & intrinseci. Extrinseci erant persecutores ipsos captiuos detinentes, vt puta Babylonii, vel Romani. Intrinseci autem erant aliqui ex Iudæis ipsorum peccatis dictam captiuitatem promerentes. Primo ergo allegat iniquitatem extrinsecorum. Secundo intrinsecorum, ibi. *Signa nostra.* Quantum ad primum sciendum, quod primo allegat malitiam eorum in generali. Secundo in particulari ibi. *Et gloriati sunt.* Notãdum quod, vt dictum est, iste psalmus potest intelligi de captiuitate Babylonica, vel de captiuitate Romana. Si de captiuitate Babylonica, tunc ps. ista, quæ contra captiuantes loquitur dicit non optatiuè, sed prædictiuè, dicens. *Leua manus tuas in superbias eorum*, idest, leuabis. Quid enim per manus nisi qua operamur nisi potestas designatur? Et sic leuat super aliquos Deus manus suas cum potestate sua ipsos pro peccatis suis punit. Sic enim leuauit manum suam

Aduersantes duplices
Manus Dei.

suam super Philisthæos, quando pro peccatis eorum ipsos interficiebat. 1. Reg. 5. Fiebat manus domini super singulas ciuitates interfectionis magnæ nimis, & percutiebat viros, &c. Præuidens ergo psal. quòd Deus puniturus erat Chaldæos, qui Iudæos captiuauerant, dicit: *Leua manus tuas in superbias eorum*, idest manus leuabis ad puniendum ipsorum superbias, quod adimpletum fuit, quando Deus per Cyrum, & Darium reges Persarum Babyloniam destruxit, vt habetur Daniel 5. Et causam huius punitionis adiungit, dicés. *Quanta*, idest, multa, *malignatus est inimicus in sancto*, idest, F rex Babylonis, & eius populus, *in sancto*, idest, in templo sancto cultui diuino deputato, quia & templum destruxit, & vasa sancta asportauit, & populum captiuauit. Si autem intelligatur de captiuitate Romanorum, tunc ista dicit propheta per modum orantis, & optantis. Vbi sciendum, quòd tunc Deus dicitur manum suæ potestatis habere ligatam, quàdo peccatores non puniendo, non corrigit, sed manum leuat, vel soluit, quàdo ipsos flagellat, & corrigit, ut ostendit
Gregor. 7. moral. c. 8. Gregor. super illo verbo Iob 6. Soluat manum suam, & succidat me, dicens. Sæ G pè namque fiducia longæ prosperitatis inflati in quodam fastu elationis erigimur. Cumque nos extolli conditor conspicit, sed amorem suum per verbera erga nos nõ exercet, quasi ad ferienda nostra uitia manum ligatam tenet. Annon affectus sui manum ligauerat, cum peccanti populo dicebat. Iam non irascar tibi, & zelus meus recessit à te. Soluat ergo manum dicitur, idest, exerceat affectum. i. succidat me. Cùm enim securos nos, ac de virtutum affluentia elatos repentinus vel flagelli dolor, vel infirmitatis tétatio percutit, protinus à statu sui H uerticee nostræ mentis elatio succisa cadit, &c. Sic Deum leuare manus in superbias hominum, est uitia corrigendo superbos ad humilitatem conuertere. Sic ergo ps. præuidendo superbiam Romanorum orat pro ipsorum conuersione, dicens. *Leua manus tuas in superbias eorum in finem.* Quod exponens ad istud propositum gl. ait. *Leua manus* &c. i. leua potétiam tuam in superbias eorum, à quibus. s. euersa est Hierusalem, s. in superbias Romanorum, vt superbias eorũ *Romani.* vertas ad humilitatem, *in finem*, i. in Christum, quod & iam impletum cernimus, quia Romæ Christiana religio effloruit. Et notanter dicit, *Leua*, quia ex multum superstitiosa facta est sanctissima, & ipsorum primò superbiam admiratiuè exprimit dicens. *Quanta*, i. multa *malignatus est inimicus in sancto*, i. in ijs, quæ sancta tua erant, scilicet in templo, in sacerdotio, & in cæteris sacramentis. Quę omnia permisit Deus, quia iam illa nihil præsignabát, cum res per illa signata iam aduenisset. Admirando ergo dicit *Quanta malignatus est inimicus in sancto*, quasi dicat multa, quia sacerdotes, & ministeria templi prædata illis fuerunt, tota gens occisa, vel captiuata fuit. Et hoc fecit inimicus, idest. Romanus exercitus Istum passum exponit Gual. de subditis *Gualf.* superbis, qui contra prælatos suos mali *Subditus.* gnantur, dicens. *Quanta malignatus est* *Prælatus.* *inimicus in sancto.* Iam si dispar est, & satis molestior vexatio malignãtium quã amantium, sed tamen nescio, quæ nostri temporis huius miseria, ipsi amantes facti sunt malignantes. Quanta malignatur hodie amicus in sancto, dixisse debuissem inimicus, sed dixi amicus in sancto, quod magis dolet. Ipsi enim amici facti sunt inimici, amici professione, inimici actione, specie amici, virtutem amicitię abnegantes. Amicus Absalõ, quia filius, *Absalon.* sed quanta malignatus est sceleratus in sancto, filius in patre, Absalõ in Dauid? Absalon pax patris dicitur, bonum planè nomen, sed ipse veritatem nominis cõfudit, quoniam affectauit regnũ, incestauit cubile. Fœlix tamen Dauid, cum inter tot filios, non nisi vnus malignator erupit. Quis dabit mihi hodie, vt cõtra magistros non nisi vnus Absalon insi dietur? Verum quasi Absalones quidam sunt qui, sicut scriptum est, pacem prædicant, & dentibus mordent, affectant locum patris, cubile fędant, dum susurrationibus socios corrumpunt, & subuertunt corda innocentium, in quibus pax patris suauiter quiescebat. Imitatione Absalon est, qui magistri, & locum sibi arrogat, & derogat uitę. *Quanta malignatus est inimicus in sancto.* Denique quæ non videt, suspicatur. Posuerunt, inquit signa sua, & non cognouerunt, quia po-

nunt

nunt quæ non inueniunt, ponunt quæ postea praué exponũt. Signa inquit sua, seipsos enim in signum ponunt, cum ex suæ prauitatis regula alios metiuntur. Signa inquit, quasi dicat tantum signa, & non veritatem, signa non certitudinis, sed suspicionis, & non cognouerũt. Nõ enim cognitione, sed coniectura uincuntur. Malignatur inimicus in sancto. In quo sancto? In sancto sanctorum. In sancto qui dicit. Qui uos spernit, me spernit, &cæt.

1216 *Et gloriati sunt, qui oderunt te, in medio solemnitatis tuæ.*

HIc consequenter in particulari exponit malitiam persequentium. Et diuiditur in partes quinque, quòd quinque mala in particulari narrat de ipsis, quoniam illi primò Deum corde contẽpserunt. Secundò signa vana erexerunt, ibi. *Posuerunt.* Tertiò portas ciuitatis destruxerunt, ibi. *Quasi.* Quartò sanctum templum combusserunt, ibi. *Incenderũt.* Quintò festa Dei abiecerunt, ibi. *Dixerunt.* Et omnia prædicta de duplici captiuitate intelliguntur. Quantum ad primum sciendum, quo ad primam captiuitatem Babyloniorum, quòd Babylonij, capta ciuitate Hierusalem, & destructo templo, gloriabãtur in semetipsis, quasi propria virtute hoc fecissent, non considerantes, quod Deus iustus hoc fieri mãdauerat, vt Iudæorum peccata hoc modo puniret, & ut Iudæi qui in prosperis à Deo recedebant, per aduersa ad ipsũ colendum reducerentur. Et nota, quòd ipsos Babylonios dicit odientes Deum, quia ipsi idololatræ erant, & sic cultum Deo debitum idolis impendebant, quod sine contemptu Dei fieri nõ poterat. Dicit ergo. *Et gloriati sunt,* scilicet captiuato populo, & destructa ciuitate tanquã hoc propria virtute fecissent, *Qui oderũt te,* scilicet Babylonij, qui erant idololatræ *in medio solemnitatis tuæ,* idest, in destructione Hierusalem, quæ dicebatur in medio solemnitatis Dei, quia illa erat sita in medio terræ promissionis, ad quam Iudæi in circuitu manentes ter in anno confluebant ad solennitates domini celebrandas. s. in festo paschæ, pẽtecostes, & tabernaculorum, ut habetur

Gloriari de malo.

A Exo. 23. Si autem de secũda captiuitate intelligatur, tunc eodem modo applicatur ad Romanos principes, de quibus dicitur. *Et gloriati sunt,* s. de victoria, quã habuerunt contra Iudæos, *qui oderunt te* scilicet Romani, qui tunc erant serui dæmonum. Et notatur maximè ipsorum peruersitas, s. de malo facto gloriari. Ex quo notat glo. quòd Romani non bono zelo destruxerunt Hierusalem, & templum, & populum captiuauerũt, sed magis liuore vindictæ: quia Romanis rebellauerant. Vnde ait gl. Ecce quòd non bono zelo fecerunt, gloriati enim sunt de
B malo, cum post scelus sequi soleat pœnitudo, sed isti ad gloriam verterunt. Et in quo tempore hoc fecerunt ostendit, dicens. *In medio solennitatis tuæ.* Tunc. n. versa fuit Hierusalem, quando pascalis solennitas agebatur, & sic *in medio solennitatis,* s. paschalis. Et vide mirabilia Dei iudicia, quia sicut Iudæi in solennitate paschali contra Christum sæuierunt cõgregati, sic congregati in solennitate paschali perierunt. Sed quid dicendum, cũ doctores dicant, quòd illa captiuitas, & destructio fuerit facta in vindictam mortis Christi, sed ex parte populi Romani
C sæuientis fuit in vindictam rebellionis factæ contra Romanos? Quamuis ergo illi tunc facerent, quòd Deus disposuerat illos facturos, non tamen recto animo id agebant, quod patet, quia ex hoc vanè gloriabantur, de quibus Prou. 2. Lætantur, cum malè fecerint, & exultãt in rebus pessimis. An sit maius peccatũ gloriari de peccato commisso, quàm in se fuerit primum peccatum, vide vers. 853.

Nota.

Quæstio.

Posuerunt signa sua signa, & non cognouerunt sicut in exitu super summum. 1217

D HOc eodem modo exponitur de Babylonijs, & Romanis, quia capta ciuitate, in signum victoriæ posuerunt vexilla in locis altis, & in portis. Et hoc est, quod. d. *Posuerunt signa sua.* i. vexilla Romana, dracones, & aquilas, quibus in prælio vtebantur. Et replicat signa in signum doloris, vt. s. ad celerem vindictã prouocaret iudicem, ostendens ꝙ suis viribus victoriam ascriberẽt, & nõ Deo. Vnde subdit. *Et non cognouerunt,* scilicet,

quòd hoc esset à Deo, & quòd Dei dispo E sitione hoc fieret. Sequitur. *Sicut in exitu super summum*. Per exitum intellige portas ciuitatis, per quas quis exit ciuita- *Summum.* tem. Sicut ergo posuerunt signa sua in *Signa.* exitu, i. in portis ciuitatis, sic etiam illa posuerunt *super summum*, i. in summitate turrium. Vel per signa intellige statuas principum, qui victoriam obtinuerunt, quas ad rei memoriam posuerunt, & in portis, & in locis supremis. Vel per summum intellige templum, cuius summitas omnia alia ædificia excellebat. Erat enim ad modum cuiusdam turris altissimæ, tres habens mansiones. Vnde de templo sub nomine turris dicitur. *Mich. 4.* Turris nebulosa filia Sion, vsq; ad te veniet. Vocabatur. n. turris propter altitudinem, sed nebulosa propter fumum holocaustorum sacrificiorum & incésorũ.

1218 *Quasi in silua lignorum securibus exciderunt ianuas eius in idipsum, in securi, & ascia deiecerunt eam.*

CONsequenter hic ostendit, quòd portas ciuitatis sanctæ, scilicet Hierusalem destruxerũt, quod vniformiter de vtraque captiuitate intelligi potest: G quia quando ceperunt ciuitatem Hierusalem (vt consuetum est in talibus) primum quod victores faciunt, vbi habeant liberum ingressum, & egressum, portas ciuitatis destruunt, ne per insidias, vel aliis superuenientibus includantur, vnde ait, quòd sine aliqua reuerentia cum *securi, & ascia exciderunt* Ianuas, scilicet ciuitatis, quemadmodum indifferenter in silua lignorum ligna inciduntur. Et hoc *in idipsum*, scilicet existentes conspirati in vnum constantes. Et nota, quòd Asaph prophetizat destructionem ciuitatis in securi & ascia, ad denotandum, H quòd totaliter dissipari debebat. Nam *Securis.* securis primo ligna grossa præscindit, ascia verò minutius prosequitur. Per hoc ergo res magnas, & minimas ciuitatis dicit deijciendas, ut ostendat ciuitatem funditus dissipandam. Possumus autem hic moraliter notare, q per ianuas ciuitatis intelligitur aditus regni cœle- *Ianua.* stis Nam triplex ianua est, scilicet superior, anterior, & exterior. Prima aperitur per beneficiorum Dei collationem Psal. 77. Ianuas cœli aperuit, & pluit illis manna ad manducandum. Secunda aperitur per animarum præparationem. Apocal. 3. Ego sto ad ostium, & pulso, si quis aperuerit mihi ianuam, intrabo ad illum &c. Tertia aperitur per superborum damnationem. Es. 45. Aperiam ante eam ianuas, & gloriosos terræ humiliabo. Sed prima ianua, scilicet cœlestis, dissipatur per ingratitudinem diuinorum beneficiorum, vt ingratis non pateat. 2. Paral. 28. Disruptis omnibus vasis, atque confractis, destruxerant ianuas templi. Vnde nunc de ingratis dicitur. *Exciderunt ianuas eius*: & hoc *in securi, & ascia.* F Per securim, quæ ligna grossè cædit, accipe ingratitudinem beneficiorum spiritualium, sed per asciam, quæ minuiè cædit, accipe ingratitudinẽ beneficiorũ corporalium, quæ sunt minuta respectu spiritualium.

Incenderunt igni sanctuarium tuum in terra, polluerunt tabernaculum nominis tui. 1219

OStendit hic consequenter, q templum combusserunt. Quia. n. templũ de lapidibus erat, qui securi, & ascia excidi non possunt, vt ligna, ideo ipsum per ignem vastauerunt. Vbi nota quòd per sanctuarium, & tabernaculum hic idem intelligitur, s. templum ad Dei cultum fabricatum, ut in ipso nomen Dei laudaretur, quod igne tã per Chaldæos, quàm postea per Romanos fuit combustum, capto tamẽ templo, antequã illud comburerent illud polluerunt, immolãtes in eo idolis suis, quibus victoriã suã attribuebant. Et hoc est, quod subditur. *Polluerunt tabernaculum nominis tui*. s. nomini tuo dedicatum. Et notanter dicit in terra, quia tabernaculum Dei, quod est in cælo, nec tangere nec violare potuerũt. Et nota moraliter q tabernaculum nominis Dei, s. Christi est multiplex. s. primum in quo rèquieuit, carnẽ assumẽdo, scilicet virgo Maria. Eccl. 24. Qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo. Secundum est, in quo requiescit fidem collocando, scilicet vniuersalis ecclesia, vel quælibet sancta conscientia. Apocalip. 21. Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cum illis, scilicet *Tabernaculum multiplex.*

scilicet per fidem, & gratiam. Tertium est in quo requiescit gloriam conferendo, .s. gloria æterna. Ps. 14. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requiescet, &c. Primum tabernaculum polluunt hæretici, qui dicunt ipsam Christum concepisse ex virili semine. Cõtra quos ipsa dicit. Secretò Deus erat mecũ in tabernaculo meo. Secretum.n.est, qđ nulli cõmunicatur. Et sic Deus in tabernaculo virginis erat secretò, quia eius cõceptio alteri homini non fuit communicata. Secundum tabernaculum, .s. ecclesiã, vel cõscientiam, polluunt infideles, & peccatores, qui ecclesiã, vel conscietiam vertuũt in speluncam latronum. Contra quos dicebat Psal. 83. Elegi abiectus esse in domo Dei mei magis, quàm habitare in tabernaculis peccatorum. Tertium tabernaculũ, .s. gloriæ pollũt, resurrectionem corporum negantes. Contra quos dicebat Saluator. Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt, cũ defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula.

Iob 29.

Luc. 16.

1220 *Dixerunt in corde suo cognatio eorum simul, quiescere faciamus omnes dies festos Dei à terra.*

Hic consequenter ostendit, quomodo Dei festa abiecerunt. Vbi aduertendum, quod intentio tam Chaldæorũ in prima captiuitate, quàm Romanorũ in secunda, erat tollere de terra cultũ Dei, & cæremonias Iudæorum, ne Deus Hebræorum amplius ibi coleretur. Et hoc statuerunt communi consilio, .s. primo Chaldæi intra se, & secundo Romani intra se. Et hoc est quod dicit. *Dixerunt in corde suo*, i. intentio ipsorum erat hæc, & post simul congregari super hoc consiliũ fecerũt, *cognatio eorum simul*, .s. omnis eorum cognatio simul congregata. Et quid dixerunt, vel quid deliberauerunt, subditur. *Quiescere faciamus omnes dies festos Dei à terra*, i. sic destruamus ritũ Iudæorum, & cæremonias, vt dies ipsorum festiui amplius non memorentur. Et nota, quod dies festiui apud Iudæos maximè erãt tres. Primum est azymorum, .s. festum paschæ in memoriam liberationis de Aegypto, per quod festum significatur sinceritas conscientiæ 3. Esdræ 7. Celebrauerunt diem festum azymorum. Secundum

Festum.

A erat festum Pentecostes in memoriã legis à Deo datæ, quod alio nomine dicebatur festum nouarum frugum, quando .s. panes de nouis frugibus Deo offerebãt, de quo Deut. 16. Celebrabis festum domino Deo tuo. Tertium erat festum tabernaculorum, quod dicebatur scenophegia, ĩ quo comedebãt in vmbraculis, in memoriam quod per quadraginta annos in vmbraculis ipsos per desertum Deus pauit. Phagein.n. quod est comedere, cõponitur cum scenos, quod est vmbra, & inde scenophagia, i. festum tabernaculorum in quo sub umbra ramorum habita- B bant, & comedebant. De hoc Ioã. 7. Erat dies festus Iudæorum, qui dicitur scenophegia, &c. Et de istis tribus festis, siue festiuitatibus dicitur Exod. 23. Tribus vicibus per singulos annos festa celebrabitis. Per primum festum moraliter intellige puritatem conscientiæ. Per secundũ nouitatem vitæ. Per tertium, quod erat vltimum, celebritatem gloriæ. Sed fortè dices: Dies festus quando incipit, & quãdo terminatur? Respondet glos. extra de fer. quoniam in parte lib. 2. dicens. Dies incipit, & terminatur horis diuersis diuerso respectu. Quantum enim ad offi- C cij diuini celebrationem incipit in vespere, & terminatur. Quoad iudicia incipit in mane, scilicet, in ortu solis, & terminatur in occasu. Quo ad contractus incipit in media nocte, & terminatur. Quo ad esum carnis incipit post cœnam. Quò vero ad obseruationem treugæ, incipit in ortu solis, & sic terminatur. Quò vero ad operationem, non dicit quando incipiat, vel terminetur, sed credo quòd incipit in occasu solis, & sic terminetur. Et in hoc maximè locorum consuetudo debet considerari.

Scenophegia.

Festum.

Dies.

D *Signa nostra non vidimus, iam non est Propheta, & nos non cognoscet amplius.* 1221

Hic allegata iniquitate extrinsecorum aduersantium, consequenter allegat iniquitatem intrinsecorum. Hoc aliter exponitur de captiuitate Babylonica, & aliter de Romana. Quantum ad captiuitatem Babylonicam, sciendum, quòd multi Iudæorum talem captiuitatem videntes, & templi destructionem, despe-

desperabant, & se à Deo totaliter repulsos credebant, propter quod idololatriã committebant. Vnde dicebant. *Signa nostra non vidimus*, idest, Deus nunc non ostẽdit nobis signa qualia fecit patribus nostris, quando ipsos de Aegypto eduxit, quando per desertum multos reges nobis subiecit, quãdo in cõspectu nostro in terra promissionis gentes euertit. Et videtur, quòd ex toto nos reliquerit. Similiter ex alio, quia patribus dedit Prophetas, qui eis Dei voluntatem manifestabant. Nunc autem nullus est propheta, qui nobis eius voluntatem annũciet. Ex quo concludebant, quòd Deus ipsos amplius nõ recognosceret, vt populum peculiarem sibi acceptum. Et hoc est, quod subdit. *Iam non est propheta, & nos non cognoscet amplius*. Et ex hoc inferebant. Si nos vt populum suum amplius non vult recognoscere, nec nos ipsum vt Deum, & dominum nostrum recognoscere debemus, & sic in desperationem cadebant. Ex hoc enim vult Psalm. allegare causam domino pro liberatione dictæ captiuitatis, ne scilicet populus, in quo solo diuinus erat cultus, ad idolola-

Obiecti. triam totaliter verteretur. Sed contra hoc, quod dictum est, quòd tempore dictæ captiuitatis non erat propheta in populo Dei, qui ei annunciaret Dei voluntatem, videtur quòd tempore dictæ captiuitatis fuit Hieremias propheta, vt

Resp. patet Hierem. 1. Respondeo, quòd quãuis tempore illo Hieremias eis prophetizaret, tamen ipsum non reputabant verum prophetam, immo etiam illi, qui remanserant in Iudaismo, dicebãt. Non misit te dominus, & mendacium loqueris, vt patet Hier. 43. Quanto magis apostatæ Iudæorum ipsum verum prophetã non reputabant. Sic & hic Psal. allegat eorum opinionem dicens. *Iam non est propheta*. Quantum verò ad captiuita-

Signum. tem Romanorum sic exponitur. Nam omnia veteris testamenti erant quasi signa, & figura noui testamenti, vt deducit Apostolus 1. Corin. 10. Omnia in figura contingebãt illis. Sicut autem adueniente luce, cessat vmbra, sic adueniente veritate, siue re figurata, cessat figura, & signa. Cessauerunt autem omnia signa veteris legis tẽpore nouæ legis datæ per

Iudas. Christum, quia venit res figurata. Quia

E igitur captiuitas Iudæorum facta per Romanos fuit tempore legis nouæ, ideo non erat propheta istam captiuitatem nõ esse signum, sed res significata per captiuitatem Babylonicam. Vnde dicit ꝙ tempore dictæ captiuitatis Romanorum: *signa nostra non vidimus*, s. in ista captiuitate, quia. s. venit res signata, *& iam non est propheta*, s. sicut in alijs captiuitatibus fuit, q eis prædiceret liberationẽ ab ista captiuitate. *Et nos non cognoscet amplius*, scilicet, nos reducendo, quia, scilicet, ista captiuitas Iudæorum manere debet vsque ad finem sæculi, quando per Heliæ, & Enoch prædicationem Iudæi conuertentur ad fidem Christi. Et secundum hoc iste versus respondet interpretationibus Psalm. superius positis pro liberatione populi, dicens, ꝙ ille populus ab ista captiuitate liberari non debet, nec à Deo recognosci vsque ad finem sæculi. Moraliter autem hic nota quòd multiplex est propheta. vide in lectura Ioannis. Propheta. Nota.

F

Vsquequo Deus improperabit inimicus: irritat aduersarius nomẽ tuum in finem. 1222

G

HIc consequenter pro liberatione populi Psal. allegat Dei bonitatẽ, & potẽtiam. Et diuiditur in partes tres, quia per psal. primo tempus dictæ captiuitatis deploratur. Secundò vt Deus ipsam terminet imploratur, ibi. *Vt quid auertis*. Tertiò ad hoc Dei potestas explicatur, ibi. *Deus autem rex noster*. Quantum ad primum, sciendum ꝙ aliter legitur iste versus de captiuitate Babylonica, & aliter de Romana. Quãtum ad primam captiuitatem per aduersarium, & inimicum intellige populum Babylonio- Inimicus.

H rũ, qui populo Dei aduersabatur, & inimicabatur. Sic. d. inimici nomine illũ populum nominabat Hieremias Thre. 2. dicens. Quos educaui, & enutriui, inimicus meus cõsumpsit eos. Ille. n. populus Chaldæorum Iudæis captiuis improperabat, ꝙ Deus Iudæorum nõ esset verus Deus, quia ipsos non defenderat de manibus ipsorum. q. d. Si esset verus Deus, nõ vos sic captiuari permisisset. Et quia tale improperium erat ad iniuriã Dei, ideo sic improperando Deum irritabant

contra

contrà se,& ad iram prouocabāt. Quæ- A rit ergo hic psal. quamdiu Deus hoc sustinebit dicens, *Vsqueque, Deus, improperabit*.&c.i. quamdiu hoc durabit, an vsq; in finem, s. sæculi. Non tamen vsque in finem durabit sæculi, sed solum vsque ad Cyrum regem Persarum, qui reduxit captiuitatem Iudæorum ad propria, vt habetur 1. Esdræ 1. Sed tamen sic loquitur Psal. vsque in finem, quia sic expectanti liberationē omne tempus longum videtur. Si autem intelligatur de secunda captiuitate per inimicum,& aduersariū, intellige populum Iudaicum, qui homini Christo inimicatur, qui ex eorū gen- B te carnem assumpsit. De quibus dicitur Matth. 10. Inimici hominis, domestici eius. Quamdiu enim extra fidem Christi manent, improperant Christo, & per cōsequens Deo, quia Christus est Deus. Quærit ergo Psalm. quamdiu Iudæi extra Christi fidem manebunt, dicens, *Vsqueque Deus improperabit inimicus?* scilicet populus Iudaicus, & statim respondet, quod vsque ad finem sæculi, quando scilicet Helias conuertet corda patrum ad filios, & econtrario. Et hoc est, quod subdit. *Irritat aduersarius*, idest, populus Iudaicus tibi aduersans *nomen tuum*, id- C est, Christum, *in finem*, idest, vsque ad sæculi finem, quia tunc conuertetur. vide supra versic 953.

Inimicus Dei Iudæi.

1223 *Vt quid auertis manum tuam, & dexteram tuam de medio sinu tuo in finem?*

HIc Psal. implorat captiuitatis terminationem. Quantum ad primā captiuitatem, sciēdum q; vulgariter manum in sinu tenere dicitur, quod quādo potest quis non operatur. Sic conformiter Deus manum in sinu tenere dicitur, D quamdiu populum Iudaicum suo cultui deputatum ab infidelibus,& idololatris non defendit. Et ideo vt ipsam de sinu extrahat Iudæos liberando dicit. *Vt quid auertis manum tuam, & dexteram tuam,* supple extrahere *de medio sinu tuo in finem?* i. tam diu. Loquitur enim ipsi Deo ad modū quo loqueretur homini. Quantum ad secundam captiuitatem nota, q; per manum Dei intelligitur populus Iudaicus. Per manus enim operamur. Et quia soli Iudæi opera Dei faciebāt, quia soli legem Dei obseruabant, ideo ipsi inter omnes nationes manus Dei dicebantur,& ipsorum opera Deo erāt accepta. Ideò dicitur de ipsis. Opera manuum tuarum, idest, fidelium Iudæorum non despicies. Quid autem est sinus Dei nisi Christus Dei filius? Nam (vt ait Grego. per sinum, secretum mentis accipitur, ipse autem filius Dei Iesus est secreta patris notitia. Vnde quia Ioannes Euangelista per amoré erat coniunctus Christo, ideo in sinu Iesu recubuisse dicitur. Extra sinū ergo Dei manet manus eius, quamdiu populus Iudaicus extra Christi fidem permanet. Quando verò ad Christi fidem in fine mundi reducetur, tūc Deus manum suam ponet in sinum. Hoc satis figuraliter nobis fuit ostēsum Exod. 4. vt deducit Magister in glo. quando Moysi patri, & ductori Iudæorum dixit Deus, Mitte manum tuā in sinum tuum, Et misit, & ait. Produc eā,& produxit,& inuenta est immunda. Iterum dixit reuoca eam in sinum tuum, & reduxit,& munda effecta est. Hæc manus populus Dei est, qui quandiu manet extra sinum, scilicet Christi fidem, immundus est. Sed quādo reuocabitur ad sinum veræ fidei Christi, mundus erit. Vt ergo Iudæi ad fidem reducantur, ait psalm. Deo. *Vt quid auertis manum tuam.* Et de qua manu intelligat, subdit. *Et dexteram tuā de medio sinu tuo.* Idest, vt quid auertis populum Iudaicum à Christi fide, & non reducis eum in finem, idest, in Christum quasi dicat secundum glos. Vt quid alienas populum tuum à te, vt foris remaneat immundus? vsquequo non reuocas manum in finem, idest, in Christum, vt eum agnoscat saluatorem? Et nota, q; illos dicitur auertere à fide Christi, quos non conuertit.

Manus Dei Iudæi.

Psal. 137. *Gregor. 22. mor. c. 14.* *Ioan. 13.* *Sinus Dei Christus.* *Glossa.*

Deus autē rex noster ante sæcula, operatus est salutem in medio terræ. 1224

HIc Dei potestatem ostendit, ostendens, quòd Deus potens est ipsos ad libitum liberare. Et duo facit. Quia primo Dei potestatem declarat. Secūdo Dei bonitatē implorat, ibi. *Memor esto.* Prima pars diuiditur in sex, quia ex sex mirabilibus declarat Dei summam potestatem.

testatem. Primò ex hoc ꝙ Iudæos in terram promissionis patenter adducit. Secundò quia ad ingressum Iudæorũ mare diuisit, ibi. *Tu confirmasti.* Tertiò quia in mari principes Aegyptiorum submersi, ibi. *Tu confregisti.* Quartò quia in deserto de petra aquam eduxit, ibi. *Tu dirupisti fontes.* Quintò quia omnia corpora cęlestia creauit ibi. *Tuus est dies.* Sextò quia omnia corpora inferiora produxit, ibi. *Tu fecisti.* Primò ergo ostendit Dei potentiam, quia Iudęos miraculosè ad terram promissionis adducit, dicens. *Deus autem rex noster.* Vbi nota, ꝙ terra promissionis dicitur esse in medio terræ habitabilis, & sic operatus est salutem in medio terræ, quando saluauit populum suum de captiuitate Aegypti, & ipsum ad terram promissionis induxit. Vel aliter per salutem intellige Christi incarnationem, & mortem, per quam liberati sumus, quam operatus est in medio terræ.

Medium terræ multipliciter.

Beda.

Nam vt ait Beda in libro de imagine. Mõs caluariæ directè in medio terrę habitabilis esse dicitur, ꝙ ideo ibi voluit Christus pati, vt passionem suam omnibus offerret æqualiter. Vel aliter. Infernus dicitur esse in medio terræ, vt patet supra vers. 108. Ibi autem fecit salutem, quando eius anima in triduo ad infernũ descendens, inde saluans sanctos patres eduxit, quam salutẽ amplius non est operaturus. Vnde istum passum exponens Bernard. ait. *Deus autem rex noster ante sæcula operatus est salutem,* &c. Operatus est salutem Christus in medio terræ. Vade & tu in medio gehennæ, & expecta salutem, quæ iam facta est in medio terrę. Non enim relinquitur amplius hostia pro peccatore mortuo in peccatis, non crucifigitur amplius pro te filius Dei, mortuus est semel, iam non moritur, nõ descendit apud inferos sanguis, qui effusus est super terram. Biberunt ex eo omnes peccatores terræ. Non est, qui de eo sibi vendicet dæmones ad extinguẽdum focos suos, sed neque homines socij dæmonum. Semel illò descendit, non sanguis, sed anima: & hæc portio eorũ, qui in carcere erant, vna illa visitatio, quæ tunc facta est per præsentiam animæ, cũ corpus penderet exanime super terram. Sanguis aridam rigauit, sanguis infudit terram, & inebriauit eam, sanguis, quę in

Mons Caluaria vbi situs.

Bernard.

E terra sunt, & quæ in cœlo, pacificauit. Non autem & quæ apud inferos, nisi ꝙ semel illo (vt dixi) anima eius exierat, & fecit ex parte redemptionem, ne vel eo momento vacarent opera pietatis, sed vltra non adijciet hoc. Hæc ille. Sed aduerte, quòd dicitur. *Deus autem rex noster ante sæcula.* Dupliciter enim hoc potest exponi. Vno modo sic. Rex noster qui est Deus ante sæcula, idest ab æterno, non tamen rex est ab æterno, quia nomen regis connotat respectum ad creaturam subditam quæ non fuit ab æterno. Alio modo vt per sæcula intelligantur reuo-

F lutiones certorum annorum. Sæculum enim communiter accipitur pro reuolutione vnius iubilei, vel quinquaginta annorum. Ab exitu enim de Aegypto vsque ad fundationem templi per Salomonẽ, fluxerũt anni quadringenti octoginta. Quo tempore fuit factus iste Psal. Asaph qui fuit coætaneus ipsi Dauid. Et sic patet, quòd multi iubilei fluxerũt ab exitu de Aegypto vsque ad tempus, quo Asaph fecit istum Psal. Et sic illud tempus denotans Asaph, dicit. *Deus autem rex noster ante sæcula,* &c.

Sæculum quid dicatur.

G *Tu confirmasti in virtute tua mare, contribulasti capita draconum in aquis.* 1225

CONsequenter hic ostendit Dei potestatem, quia ad ingressum Iudæorum mare diuisit. Nam, vt habetur Exo. 14. leuante Moyse virgam supra mare, aquę maris fuerunt diuisę, & erãt Iudęis quasi pro muro à dextris, & à sinistris: quam aquarum solidationem virtute diuina factam ostendit, dicens, *Tu confirmasti in virtute tua mare,* i. lapsum maris rubri, vt filijs Israel esset iter siccum per

H medium maris. Vel aliter & magis mysticè. Per mare, quod amarum, fluctuans, & immũdum est, intellige gentes, quæ erãt amaræ per idololatriam, fluctuantes per superbiam, immundę per luxuriam. Hoc mare dominus confirmauit, cùm ad fidẽ Christi incarnationis gentiles reduxit. Vnde Greg. 17. mor. c. 15. ait. Quid aliud maris nomine, nisi præsens sęculum designatur? in quo corda hominum terrena quærentium diuersis cogitationum fluctibus intumescunt, quia elatione

Mare. Gentes.

Greg. mor. lib. 17. cap. 15.

super-

superbiæ incitati dum alterna intentione se impetunt, quasi aduersantes se inde collidũt. Sed iam in fortitudine illius maria sunt confirmata, quia incarnato domino, discordantia sæcularium corda concorditer credunt. Iam Petrus supra mare ambulat, quia nimirũ Christi prædicationibus illa quondã tumida corda gentilium humili auditu substrata sunt, &cætera. Est ergo sensus. *Tu confirmasti in virtute tua mare*, i. fluctuantia gentiliũ corda in Christi fide firmasti. Vnde huius confirmationis mysterium subdit, d. *Contribulasti capita draconum in aquis*, id est, superbias dæmonum in aquis baptismi annihilasti. Et dicit *contribulasti*, quia dæmones simul condolent virtute aquarum baptismi de cordibus gentilium se fore expulsos.

Baptismus.

1226 *Tu confregisti capita draconis, dedisti eum escam populis Aethiopum.*

HIc consequenter ostendit Dei potestatẽ ex submersione Aegyptiorum. Vbi notandum, ꝙ in scriptura draconis nomine, regnum Aegypti intelligitur vnde Ezech. 29. dicitur, hæc dicit dominus. Ego ad te rex Aegypti, draco magne, &c. Et sic per capita draconis intellige principes, & proceres regni Aegypti, qui omnes cõfracti fuerunt, & in mari submersi, vt habetur Exo. 14. Et Exod. 15. dicit. Electi principes submersi sunt in mari rubro, abyssi operuerunt eos, descenderunt in profundum quasi lapis. Quod alijs verbis psal. recolit, d. *Tu confregisti capita draconis*. s. regni Aegypti. Sed quid de ipsis postea factum fuerit, subdit. *Dedisti eum escam populis Aethiopum*. Vbi sciendum, ꝙ (vt habetur Exod. 14) postquam illi fuerunt in mare submersi, ipsorum cadauera mare proiecit ad littus. Vnde ibi dicitur, ꝙ viderunt filij Israel Aegyptios mortuos supra littus maris. Vnde & aues coruini generis, quæ affectuosè cadauera mortuorum comedunt, ad illa cadauera descẽderunt, & illa comederunt. Vnde aues illas nigras coruini generis, hic psal. figuratiuè vocat populum Aethiopum, propter coloris nigredinem, d. *Dedisti eum*, s. regnum, *Escam populis Aethiopum*, i. auibus nigris. Magis autem mysticè hoc exponit glos. de dracone diabolo in aquis baptismi cõfracto, d. *Tu confregisti capita draconis*, id est, potestates draconis, idest, principis dæmoniorum. Vel caput draconis est initium peccati, quod est superbia. *Et dedisti eum*, scilicet, draconem *escam populis Aethiopum*, idest, gentium omnium, quæ prius nigræ erãt peccatis, sed post baptismum lotæ candore virtutum sunt dealbatæ, quibus diabolus datur in escam consumptionis, sed Christus datur illis in escam consummationis. Christus enim esca est, qua confirmamur in bono, sed diabolus est esca quam cõsumimus, dum per virtutes eius vires deducimus ad nihilum. Sic ergo gentes, quæ credunt hodie, corpus diaboli deuorant, dum alia diaboli membra ad Deum conuertunt. Sic ergo gentibus conuersis corpus diaboli præbet in escam. Iob trigesimooctauo. Quis præparat coruo escam suam? supple nisi Deus.

Draco.

Glossa.

Tu dirupisti fontes, & torrentes, tu siccasti fluuios Ethan. 1227

OStendit hic diuinam potentiam, ex eo quòd de petra aquam eduxit. Nam vt habetur Nume. 20. Cùm venisset Hebræorum populus in desertũ Sina, aquam ad bibendum non habebant, propter sitim moriebantur iam homines quàm iumenta. Clamauit populus ad Mosen, Moses autem orauit ad dominum dicens. Domine Deus, audi clamorem populi huius, & aperi eis thesaurum tuum fontem aquæ viuæ, &cætera. Et ait illi dominus. Tolle virgam in manu tua, & congrega populum tuum, & Aaron, & loquimini ad petram coram ipsis, & illa dabit aquas. Cùmque eleuasset Moses manum, percutiens virga bis silicẽ, egressæ sunt aquæ largissimæ quasi de fonte in modum torrentis inundãtis, & bibit omnis populus, & iumenta. Et hãc historiam in breui commemorat hic Psal. dicens, *Tu dirupisti*, scilicet petram, & exierunt fontes, & torrentes aquarum. Vel *tu dirupisti*, idest, aperuisti petrã, &c. Et de petra, quæ sua natura aquã non habebat, aquam abundanter fecit exire, quod est signum summæ potestatis. Sic & econtrario flumina, quæ naturaliter aquarum habent abundantiam,

Aqua cõtra dictionis.

tiã, in siccum pro libito redegit. Et hoc est, quod subdit, *Tu siccasti fluuios Ethan.* Vbi sciẽdum, quòd Ethan interpretatur fortis, & robustus. Et sic per fluuios Ethan intelligitur fluuius Iordanis, qui inter omnes fluuios terræ promissionis fortior est, & profundior. Et accipitur hic plurale pro singulari, cùm dicitur *fluuios*, id est, fluuium, sicut cùm dicitur. Isti sunt dij tui Israel, &c. cùm tamen esset solum vnus vitulus. Est ergo sensus. *Tu siccasti fluuios Ethan*, idest, fluuium Iordanis, quia vt habetur Iosue 3. Deus ad transitum filiorum Israel siccauit Iordanis fluuium tempore, quo aquis magis erat repletus. Vide ibi historiam. Magis autem mysticè hoc exponit gl. dans differentiam inter fluuios, & torrẽtes. Per fluuios intelligens bonos prædicatores, à quibus continuè aqua sapientiæ fluit, sed per torrentes illos prædicatores, qui ad tempus prædicant, sed in tempore tẽtationis deficiunt. Vnde dicit. In alijs enim verbum Dei fit fons aquæ salientis in vitam æternam, in alijs torrẽs, quç est aqua currens, sed in æstate siccatur. Hi sunt illi, qui accepto verbo, prędicãt, & currunt, sed tentationibus cedunt, qui non sic habent verbum, vt benè viuant, sed vt alijs annuncient, tamen ex vtrisq; terra fidelium irrigatur à Deo. *Tu siccasti fluuios Ethan.* Ethan enim interpretatur fortis, & significat doctrinas Philosophorum gentilium, & magorum de se præsumentium, quas Deus siccauit, dum ad prædicationem simplicium Apostolorum, illos subiecit: quia elegit infirma, vt fortia quæque confundat, vt ait Apostolus 1. Corinth. 1.

Ethan. Iordanis. Exod. 32. Fluuius. Torrens. Prædicator.

1228 *Tuus est dies, & tua est nox, tu fabricatus es auroram, & solem.*

OStendit hic diuinam potentiam ex eo quòd cęlestia corpora creauit. Vbi notandum, quòd per cursum solis dies à nocte distinguitur, quia quãdo sol est supra hemisphærium nostrum, in ipso diem causat, quando verò est infra, in ipso causat noctem. Ex quo sequitur, q in cuius potestate est motus solis, in eius potestate est tempus, dies, & nox. Cùm igitur sol sit in potestate Dei, quia ipsum solem facit, ergo & dies, & aurora,

E & nox. Et hoc notans psalm. Dicit. *Tuus est dies, & tua est nox*, quia, scilicet, ista sunt in potestate tua, probat: quia sol, à quo ista causantur, est ipsius Dei. Vnde subdit. *Tu fabricatus es auroram, & solem.* Ex hoc vult concludere, quòd omnia corpora cęlestia Deus sua potestate creauit, quia per solem, qui inter omnia corpora cœlestia nobis magis apparet, & maioris efficaciæ videtur, cætera corpora cœlestia vult intelligere. Per auroram autem hic intelligitur luna, quoniam aurora est finis noctis, in qua splendet luna. Omnis autem res à suo fine denominari potest, & ideo quia aurora termi-
F nat lunæ lumen, per auroram accipe lunam: Est ergo sensus. *Tu fabricatus es auroram, & solem*, idest, lunam, & solem, & ex consequenti cæteras stellas, iuxta illud Genes. 1. Fecit Deus duo luminaria magna, &c. & stellas. Magis autem mysticè secundum glo. per diem hic accipe perfectos, & spirituales, quos illuminat sol iustitiæ Christus. Per noctem verò accipe minus perfectos, & carnales, quos luna, idest, Christi perlustrat humanitas, quibus ait Apostolus 1. Corinth. 3. Non potui vobis loqui quasi spirituali-
G bus, sed quasi carnalibus. Per auroram autem quæ est principium diei, intellige insipientes, sed per solem qui perfectam generat claritatem, intellige in sapientia, & fide Christi perfectos. Et hos omnes fabricat Deus, quia ab ipso omnis sapientia grandis siue parua procedit secundum illud Ioan. 3. Illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum: quia nullus nisi per ipsum illuminatur.

Tu fecisti omnes terminos terræ, æstatem, & ver tu plasmasti ea. 1229

H HIc consequenter ostendit Dei potẽtiam ex productione corporum inferiorum. Vbi per terminos terræ accipe omnia quæ terminantur, & vertuntur in terram, vt sunt omnia generabilia, & corruptibilia, quæ de terra generantur, & in terra terminantur. Est ergo sensus. *Tu fecisti omnes terminos terræ*, idest, omnia corruptibilia quæ vertuntur in terram. Et per hoc vult habere, q etiam fecit omnia quæ sunt media inter cœlum, & terram: quia, si fecit omnia cœle-

Terminus terræ.

cœlestia, & omnia terrestria, omnia superiora & inferiora, consequens est, quòd etiam fecit media, & sic fecit omnia entia permanentia. Ioan. 1. Omnia per ipsum facta sunt. Sed Deus de rebus successiuis, vt est motus, & tempus subdit. *Aestatem, & ver tu plasmasti*, per ista duo intelligens omnia tempora. Quamuis enim sint quatuor tempora anni, scilicet ver, æstas, autumnus, & hyems, tamē quia extrema tpa sunt æstas, & hyems, æstas in calore, hyems in frigore tenet extremitatem, ideo per ista duo extrema alia duo media intelligit. Omnia autem prædicta ab illo loco, Deus autem rex noster induxit Psalm. ad ostendendam Dei potentiam, quia Iudæos de captiuitate ad libitum liberare potest, Iob 24 Ab omnipotente non sunt abscondita tempora. Magis autem mysticè fecit Deus omnes terminos terræ, quia omni rei terrenæ & corruptibili posuit terminum, vt ostendit Grego. super illo verbo Iob 14. Constituisti terminos eius, qui præteriri non poterunt, dicens, Nulla quæ in hoc mundo hominibus fiūt, absque omnipotentis Dei consilio veniunt. Nam cuncta Deus futura præsciens, ante sæcula decreuit, qualiter per sæcula disponantur. Statutum quippe est homini, vel quantum hunc hæc mundi prosperitas sequatur, vel quantum aduersitas feriat, ne electos eius aut immoderata prosperitas eleuet, aut nimia aduersitas grauet. Statutum quoque est quantum in ipsa vita mortali temporaliter viuat. Nam etsi annos quindecim Ezechiæ regi ad vitam addidit omnipotens Deus, cùm eum mori permisit, tunc eum præsciuit esse moriturum. Qua in re quæstio oritur, quomodo ei per prophetam dicatur. Hæc dixit dominus, dispune domui tuæ, quia morieris tu, & non viues. Cui cùm mortis sententia data est, protinus ad eius lachrymas, & vita addita est. Sed per prophetam dominus dicit, quo tempore mori ipse merebatur, per largitatem verò misericordiæ illo tempore eum ad mortem distulit, quòd ante sæcula ipse præsciuit. Nec propheta igitur fallax, quia tempus mortis innotuit, quo vir ille mori merebatur, nec dominica statuta permutata sunt, quia vt ex largitate Dei anni vitæ crescerēt, hoc

Gregor. 10. moral. c. 1. *Praescientia Dei ordinauit omnia.* *Vita.* *4. Reg. 20.* *Mors.*

A quoque ante sæcula præfixū fuit, ac spacium vitæ, quod inopinatè foris est additum, sine augmento præscientiæ fuit intus statutum. Benè ergo dicitur. Constituisti terminos eius, qui præteriri nō poterunt. Et hoc non solum de rebus corporalibus, sed & de spiritualibus est intelligendum secundum Magistrum hic in glos. Vnde & ibi se subdit Gregor. dicens, quòd dicitur. Constituisti terminos eius, qui præteriri non poterunt, etiam iuxta spiritum intelligi valet, quia nonnunquam in virtutibus proficere conamur, & quædam dona percipimus, à quibusdā verò repulsi in imis iacemus. Nemo enim est qui tantum virtutis apprehendat quantum desiderat, quia omnipotens Deus interiora discernens ipsis spiritualibus prouectibus modum ponit, vt ex hoc homo vel bonum, quod apprehendere conatur, & non valet in illis se non eleuet, quæ valet. Vnde ille quoque egregius prædicator, qui raptus vsque ad tertium cœlum fuerat, paradisi arcana penetrauerat, esse post reuelationem tranquillus, atque intentatus non valebat. Sed quia omnipotens Deus terminos constituit homini, qui præteriri non poterunt, & eleuauit hunc ad cognoscendum sublimia, & reduxit iterum ad infirma toleranda, vt modi sui mensuras aspiciens, dum securitatem apprehendere conaretur, & non posset, ne per elationem extra se iret, per humilitatē cogeretur intra suos semper se terminos redire. Hæc ille. Ex quibus patet, q̄ non solum rebus terrenis Deus terminos fecit, sed etiam omnibus spiritualibus.

Terminus vitæ.

B

C

Memor esto huius, inimicus improperauit domino, & populus insipiens incitauit nomen tuum. 1230

D

HIc Psalmista narrata potentia Dei, ipsius bonitatem implorat dicens. *Memor esto huius.* Sed cuius huius non dicit, sed subintelligitur, scilicet operis tui. Vnde alij transtulerunt. Memor esto huius creaturæ tuæ. Cuius creaturæ? scilicet prædicti populi Iudæorum. Ista litera aliter legitur de captiuitate prima, aliter de secunda. Nam, si exponitur de prima captiuitate, tunc ly *inimicus*, & *populus insipiens* stat pro populo Babyloniæ,

Inimicus.

niæ, qui Iudæos captiuauerat, & tunc est sensus. *Memor esto huius*, scilicet populi Iudæorum, vt ipsos liberes. Adducit causam, quoniam in ista captiuitate *inimicus improperauit domino*, scilicet populus Babylonicus. Improperauit enim domino, dum Iudæis captiuaris dicebatur. Ecce quàm potens est Deus vester, qui non valuit vos defendere à manibus nostris. Et hoc improperium directè tendebat contra Deum. De quo etiam populo Babylonico subdit. *Et populus insipiens incitauit nomen tuum*, quod est replicatio eiusdem sententiæ. Nam ipse populus Babylonicus ideo dicitur insipiés: F quia caret cognitione veri Dei, in qua sola vera sapientia consistit. *Incitauit nomen tuum*. Incitare nomen domini, est

Incitare.

ipsum promouere, & instigare ad iram. Et sic idem significatur in prima parte versus, cùm dicitur. *Inimicus improperauit domino*, quod in secunda ostenditur. *Et populus insipiens incitauit nomen tuum*, quia inimicus, & populus insipiés stat pro populo Babylonico. Et improperare domino, & incitare nomen domini idem est, scilicet Deum ad vindictam incitare. Si autem exponitur de secunda captiuitate, tunc ly *inimicus & populus insipiens*, stat pro populo Iudæorum, G qui inimicus dicitur: quia iniustè Christum persecutus est. Matthæi decimo. Inimici hominis domestici eius. Etiam populus insipiens dicitur: quia Christum qui ad eum saluandum venerat, noluit recipere. Ioannis primo. Sui eum non receperunt. Iste ergo inimicus, & populus insipiens Iudæorum improperauit domino, & incitauit nomen domini, vt puta quando Christo dice-

Ioan.8.
Ioan.9.

bant. Dæmonium habes. Et Ioannis nono. Scimus, quia hic homo peccator est, non nouimus vnde sit, Moysen H nouimus, cui locutus est dominus, & similia. Et sicut tunc Christo improperabant, & ipsum ad iracundiam concitabant, sic & hodie faciunt, & facient, vsqueque ad fidem Christi reducantur. Ne ergo isti in tanto malo perseuerent, pro ipsis rogat Psalm. allegans malum ipsorum, vt ex tanti peccati displicentia, ne perdurent, & Deum prouocent ad iracundiam, dicens. *Memor esto huius*. Quomodo autem memoratio, vel E obliuio cadat in Deo, vide supra versiculo 349.

Ne tradas bestijs animas confitentes tibi, & animas pauperum tuorum ne obliuiscaris in finem. 1231

HAec est vltima pars principalis Ps. in qua vt Deum ad misericordiam prouocet, allegat populi Iudæorum afflictionem, & miseriam. Et facit quinque. Quia primò allegat Iudæorum pœnalitatem. Secūdò promissionis Dei fidelitatem, ibi. *Respice*. Tertiò Iudæorū humilitatem, ibi. *Ne auertatur*. Quartò Dei offensionem, ibi. *Exurge*. Quintò persecutorum iniquitatem, ibi. *Ne obliuiscaris*. Primò ergo allegans Iudæorum pœnalitatem, dicit. *Ne tradas*, &c. Vbi sciendum, quòd aliter exponitur de prima captiuitate, quàm de secunda. Si de prima exponitur, sciendum, quòd homo quamuis nō sit solum corpus nec solum anima, quia propriè nec anima est homo, nec corpus est homo, sed anima simul cum corpore est homo. Vndè nec propriè dicitur, quòd Iudas homo est in inferno, sed solum pars hominis illius, *Homo.*
scilicet anima. Sic nec homo Petrus est *Anima.*
in Paradiso, sed solum anima illius hominis, vnde in triduo Christus nec erat homo in sepulchro, nec erat homo in inferno, quia sola anima in inferno, & solum corpus in sepulchro erat. Tamen multotiens nomine partis principalioris totum intelligitur. Et quia anima est principalior hominis pars, nomine animæ totus homo accipitur. Sic enim dicitur Exod. 1. Omnes animæ, quæ egressæ sunt de femore Iacob, &c. i. omnes homines. Similiter & in proposito accipitur anima pro toto homine, cū dicitur. *Ne tradas bestijs animas confitentes tibi*, quod de Iudæis intelligitur, quia tunc soli Iudæi confitebantur Deo confessione laudis, quia soli Deum colebant, Ps. 75. Notus in Iudæa Deus. Nomine autem bestiarum intelliguntur ipsi Babylonij propter ipsorum crudelitatem, quā erga suos captiuos exercebāt, vt patuit de tribus pueris, quos innocētes in fornacem ignis ardentis posuerunt, de Daniele, quem in lacum leonum clauserunt. Videns ergo Psalm. in quorum manibus

Bestia dicū tur Babylonij.

Iudæi essent traditi, pro ipsis orat d. *Ne tradas bestijs*, &c. Si aũt accipiatur de captiuitate secũda, sciendum ꝙ Iudæi hodie per orbem captiuati Deo confitentur confessione laudis, & ipsum colunt, quamuis Christum negent Deum, & in parte negant, & cōfitentur in parte. Per bestias verò intellige ipsos dæmones, vt deducit Greg. lib. 3. mor. c. 2. Vidēs ergo psal. ꝙ Iudæi quamdiu in secunda captiuitate manēt, sunt alieni à fide Christi, & sic morientes dæmonibus perpetuo cruciandi traduntur, orat vt Deus ipsis misereatur ipsos ad fidem cōuertendo, d. *Ne tradas bestijs animas*, &c. i. oro vt animas Iudæorũ, qui hodie per mundũ dispersi vagantur, ne obliuiscaris, in finem, s. Christũ, qui est omnium fideliũ finis, reducere per fidem, quia si reducātur sic in finem, non tradentur bestijs, scilicet dæmonibus cruciandi.

Bestia Diabolus.

1232 *Respice in testamentum tuum, quia repleti sunt, qui obscurati sunt terræ domibus iniquitatum.*

CONsequenter hic allegat promissionis Dei fidelitatem, & inimicorum malignitatem, quod de vtraq; captiuitate exponitur. Si de prima, tūc per testamentum Dei intellige testamentũ vetus, in quo promisit Deus populo Iudaico, ꝙ quandocunque esset in captiuitatem ductus, si pœniteret de suis peccatis, ipsum liberaret, vt dicitur Deut. 30. Si ad cardines cœli fueris dissipatus, inde te retrahet dominus Deus tuus, & inducet te in terram, quam possederunt patres tui, & obtinebis eam. Cum ergo in illa captiuitate Babylonica multi fuerint Iudæi boni, & pœnitentes, ex hoc testamento probat, ꝙ Deus eos debet inde adducere ad terram promissionis, d. Deo. *Respice in testamentum tuum*, i. respice promissionem, quam fecisti in scriptura testamenti tui. Consequenter allegat Babyloniorum iniquitatē, dicens. *Quia repleti sunt, qui obscurati sunt*, &c. Quod sic construitur. *Qui obscurati sunt terra*, scilicet, abundantia terrenorum, scilicet ipsi Babylonij, *repleti sunt domibus iniquitatum*, idest, repleti sunt iniquitatibus in quibus vt in domibus confidenter habitant. Si autem de secũda captiuitate exponatur, tunc per ly *testamentum*, accipit legem nouã, in qua nō terrena promittuntur, sed cœlestia, & æterna. Et tunc Psal. orat vt testamentũ nouum cito impleatur, quia completo ipso, s. completo electorũ numero, quibus promissio noui testaméti dirigatur, ipsi Iudæi, qui reperientur, saluabuntur. Dicit ergo. *Respice in testamentum tuum*, idest, imple & perfice quæ promisisti in testamento nouo, s. vitam æternam dare beatis. Et quando erit completum? Quando, scilicet iniquitas Antichristi, & eius satellitum erit impleta. Et hoc est quod subdir, quod. s. hoc erit qñ antichristus cũ suis, qui obscurati sunt terræ, repleti erunt domibus iniquitatum. Construe vt supra.

Testamentum vetus. *Testamentum nouũ.*

1233 *Ne auertatur humilis factus confusus, pauper, & inops laudabunt nomen tuum.*

HIc allegat Iudæorum humilitatē, siue humiliationem. Nota quòd populus Iudaicus in captiuitatem ductus factus fuit humilis, & cōfusus, quia depressus, & subiugatus. Nam humilitas quandoque significat virtutem, qñq; pœnam & afflictionem, vt dictum est, versic. 616. & versic. 896. Hic ergo humilis accipitur pro afflicto, & subiugato, quod satis ostendit cum subdit. *Factus confusus*, quia non modica confusio fuit Iudæis, sic per idololatras captiuari, & subiugari. De populo ergo Iudæorum sic humiliato, & confuso dicit. *Ne auertatur*. s. à te vel à tua misericordia, sed reducatur, quia si reducatur ad propria, quãuis sit pauper, & inops, tamen laudabunt nomen tuum, quod & sic factum fuit, quia quando per Zorobabel de captiuitate educti fuerunt in Hierusalē, statim ædificauerunt altare domino, & festum tabernaculorũ fecerunt laudātes nomen dñi, vt habetur 1. Esd. 3. Si autē de secunda, tunc accipitur humilis, & confusus pro virtuoso, quia Iudæi, qui in fine reperientur, sub Christo humiliabũtur, & de sua infidelitate pudore perfundentur, quæ confusio est virtuosa, vt notatur supra ver. 345. Quod autem de humilitate, & confusione virtuosa loquatur, ostendit cũ subdit. *Pauper, & inops laudabunt*, &c.

Humilis.

quia pauper & inops dicitur qui verè est humilis. Math. 5. Beati pauperes spiritu Quæ autem sit differentia inter pauperem, & inopem, uide superius, vers. 580.

1234 *Exurge, Deus, iudica causam tuam, memor esto improperiorum tuorum, eorum, quæ ab insipiente sunt tota die.*

Consequenter hic allegat diuinam offensionem. Vbi aduerte, quod iniuria, & opprobria illata contra populum Dei per Babylonicos directè militabāt contra ipsum Deum, tum, quia dicebāt F Deū Iudæorum illos non potuisse defendere, tum quia iniuria illata mēbris resultat in caput. Cū ergo Deus sit caput nostrū, & nos membra eius, mala suis illatā ad ipsum pertinent vt deducit Gregor. dicens. Si enim caput nostrum tormenta nostra non tangerent, nequaquā afflictis membris persecutori etiam de cęlo clamaret. Saule, Saule, quid me persequeris. Si cruciatus nostri eius pœnæ non essent, conuersis, afflictisque Paulus minimè diceret. Suppleo ea, quæ desunt passionum Christi in carne mea. Et tamen de resurrectione iā sui capitis exaltatus dicit. Qui nos conresuscitauit, & consedere fecit in cœlestibus. Nempe hunc in terra persecutionum tormenta constrinxerant, sed pęnarum suarū pondéribus pressus, ecce iam per gloriā capitis in cęlo residebat. Ex quib. apparet, quod iniuriæ nobis illatæ, & pœnæ Christi esse dicuntur. Quod bene considerans ps. nunc ait. *Exurge, domine, iudica causam tuam.* Quæ causa? quia. s. dicunt Babylonij, vbi est Deus tuus, qui te liberare possit? Vel si referatur ad captiuitatem secūdam eodem modo exponitur de Romanis. Vnde causam istam exprimit dicens. H *Memor esto improperiorum tuorum.* Hic ly *tuorum* vel referri potest ad Deum, vt improperia dicātur Dei, i. contra Deū, vel ad populum Iudęorum, vt sit sensus. *Memor esto improperiorum tuorum,* qui scilicet sunt tui per cultum singularem. Et à quibus sint ista improperia illata subdit. *Quæ sunt ab insipiente tota die,* scilicet ab insipiente populo Babylonico, quò ad primam captiuitatem, vel ab insipiente populo Romano, quò ad secunE dam, qui vterque populus dicebatur insipiēs, quia sine cultu veri Dei erat. *Memor ergo esto eorum,* s. tuis dans coronam, hostibus pœnam. Et aduerte quòd memoratur Deus bonorum & malorum multipliciter, s. primò nobis miserendo. Iob 7. Memento mei, Deus, quia ventus est vita mea. Secundò in tribulatione subueniendo Psal. 135. Quia in humilitate nostra memor fuit nostri. Tertiò æternaliter præmiando, vt hic & Psalm. 113. Dominus memor fuit nostri, & benedixit nobis. Quartò peccata relaxando. Tob. 3. Nunc, Domine, memor esto mei, neque vindictam sumas de peccatis meis. Quintò malorum memoratur ipsos puniendo. Psalm. Memor esto, domine, filiorum Edon.

Gregor. 3. mor. c. 11. Pœna nostra sunt Christi. Act. 9. Ephes. 2. Memoratur Deus multipliciter.

Ne obliuiscaris voces inimicorū tuorum, superbia eorum, qui te oderunt, ascendit semper. 1235

Hic vltimò allegat persequentium iniquitatem Si ad primā captiuitatem referatur, ipsi Babylonij dicebantur inimici Dei, tum quia Deum blasphemabant, dicentes ipsum non posse liberare G Iudæos de ipsorum manibus, tum quia erant idololatræ, & superbia pleni, de quibus subdit. *Superbia eorum,* s. Babyloniorum, *ascendit semper.* Quandiu. n. superbia, & aliud peccatum durat, semper crescit, quia diuturnitas peccati ipsum auget, etiam quia in tātum superbia Nabuchodonosor regis Babyloniorū ascendebat, quod se adorari tanquam Deum volebat ab omnibus in statua aurea, quā erexerat, vt habetur Daniel 3. Si autem exponatur de secunda captiuitate, tunc exponitur de superbia Romanorū quæ tm̄ ascēdit, qđ Christum vbiq; persequebātur in terris. Vnde hoc de superbia Romanorū exponit Magist. in gl. Sed hic est vnū dubium, s. quomodo Deus odio haberi potest ab aliquo Ethnicorum. Vnde sicut summum malum nō pōt ab aliquo diligi, sic nec summū bonū odiri. Ad oppositum tamē est, quod hic dr, & Io. 15. Nunc autem viderunt, & oderunt me, & patrem meum. Responsio: dicendum, quòd odium est quidam motus potētiæ appetitiuæ, quę non mouetur, nisi ab aliquo apprehenso. Deus autē ab homine, dupli-

Superbia. Quæstio. Odiū Dei. Ioan. 15.

dupliciter potest apprehendi. Vno modo ſm ſeipſum, puta cum vr per eſſentiã. Alio modo per effectus eius, putà cũ inuiſibilia Dei per ea, quæ facta ſunt, intellecta conſpiciuntur. Deus aũt, per eſſentiam ſuam eſt ipſa ſumma bonitas, quã nullus odio habere pôt, quia de ratione boni eſt, ꝙ ametr, ergo multo fortius de ſummo bono. Et ideo impoſſibile eſt, quod oĩs videns Deum per eſſentiam, ipſum habeat odio. Vnde d. Mag. lib. 4. diſt. vlt. ꝙ damnati in iudicio non videbunt diuinam eſſentiam, quia diuinitas ſine gaudio videri nõ pôt, nec odiri, quia res odita viſa nõ gaudium ingerit, ſed turbationẽ. Si aũt Deus ab homine apprehenditur per effectus ſuos, tunc ſciẽdũ, quod aliqui ſunt effectus diuini, qui nullo modo poſſunt eſſe cõtrarij voluntati humanæ, ſicut eſſe, viuere, & intelligere, quæ omnibus ſunt appetibilia & amabilia. Et ſm iſtos effectus Deus odio haberi non pôt. Quidã aũt ſunt effectus diuini, qui repugnãt voluntati inordiuatæ, ſicut cohibitio peccatorũ per legem Dei, pœnæ inflictio. Talia. n. repugnant voluntati per peccatum deprauatæ. Et ſm conſiderationem talium effectuum, Deus ab aliquibus odio pôt haberi, inquantum, ſ. apprehenditur, vt peccatorum, & delectationũ carnaliũ prohibitor, peccatorum damnator, pœnę inflictor, & huiuſmodi. Cum ergo dicitur quod Deus eſt ſummum bonum, carens omni malo, ergo odiri non poteſt, conceditur ſub nomine huius, ſed benè in quantum punitor & huiuſmodi. Vnde & damnati tantum habent Deum odio, ꝙ vellent ipſum non eſſe, vt dicit Magiſter lib. 4. diſtinct. 50.

PSAL. LXXIV.

2236 *Confitebimur tibi, Deus, confitebimur, & inuocabimus nomen tuum.*

TITVLVS huius pſalmi hic eſt. *In finẽ, ne diſperdas, vel corrumpas, Pſalmus cantici Aſaph.* Vbi notandum quòd ſicut pſalmus pręcedens ab Aſaph fuit factus pro liberatione filiorum Iſrael à

A captiuitate Babylonicã, & Romana, ſic ipſe Aſaph iſtum pſalmum conſequẽter fecit rogans Deum, ne amplius permitteret populum ſuum à gẽtibus captiuari. Eſt ergo pſalmus iſte oratio ipſius Aſaph, vt Deus populum ſuum liberatum de captiuitatibus amplius captiuari non permittat. Et ſic eſt ſenſus tituli ad literam. *Iſte pſalmus cantici Aſaph*, qui quidẽ eſt pſalmus, quia docet bene agere, eſt canticum, quia docet Deũ laudare, qui dirigit nos in finẽ. Orat, & quid? ne ſcilicet *diſperdas, vel corrumpas*, ſ. ne diſperdi, vel corrumpi amplius permittas

B populum tuum Iſrael ab aliquibus hoſtibus. Et ſic quò ad literam pſalmus iſte diuiditur in tres partes, quia ponitur primo liberatorum confeſſio. Secũdò inimicorum amotio, ibi. *Dixi iniquis.* Tertiò Deo gratiarum actio, ibi. *Ego autem*, &c. Dic vt Nic. de Ly. Quantum verò ad ſenſum propheticum ſciendum, ꝙ intentio Pſalmiſtæ eſt oſtẽdere Chriſtum verum Deum, & verum hominem, iudicemque venturum viuorum omniũ, ac mortuorũ, ad hoc maximè, vt Iudæi credant in ipſum, & ne aduerſitatibus preſſi corrumpant, vel diſperdant fidẽ,

C & ſpem, quam ipſorũ patres antiqui habuerunt in Chriſtum venturum. Eſt ergo ſenſus tituli, iſte pſalmus, quem fecit Aſaph, eſt in finem, ſcilicet in Chriſtum nos dirigens, qui dicitur pſalmus, quia mouet ad benè optãdum, dicitur etiam cãticum, quia agit de præmiatione ęterna. Hoc intendit, ne tu, Iudæe, vel quicunque alius aduerſitatibus preſſus diſperdas, vel corrumpas fidem, ſcilicet & ſpem, quam antiqui patres habuerunt in Chriſtum. Pſal. autem iſte diuiditur in duas partes, ſecundum quòd ſunt duo genera hominum, quia quidam ſunt hu-

D miles, & depreſſi, quidam verò florẽtes, & ſuperbi. Primò ergo conſolatur humiles. Secundò terret ſuperbos, ibi. *Narrabimus mirabilia.* Quantum ad primum ſciendum, quantũ ad præſens ſpectat, quòd confeſſio eſt triplex, ſcilicet confeſſio foralis eloquentiæ, reorum damnatiua, confeſſio ſalutaris pœnitentiæ, peccatorum purgatiua, cõfeſſio laudis, & excellentiæ, gratiarum redditiua. Prima eſt confeſſio foralis, quæ ſcilicet fit in foro iudiciali, per quam reus *Confeſſio multiplex.*

confessus iustè condemnatur à iudice, de qua ad literam dicitur Iosue 7. Dicit Iosue ad Achor. Fili, da gloriam Deo. & confitere, atque indica mihi, quid feceris, ne abscondas. Respondit Achor. Verè ego peccaui, &c. ex qua confessione iuste fuit condemnatus ad mortem. Et nota, quòd ista confessio facta in foro iudiciali solum confitēti praeiudicat, & non alteri, vt habetur. 2. quaest. 1. nos.

Iosue 7.

Quaestio. Sed fortè dices, quis est reus, nunquid in iudicio tenetur se quis reum confiteri? Et videtur quòd non, quia tunc esset suiipsius homicida. Ad oppositum videtur, si veritatem non confiteatur, proditor erit veritatis, quod nunquam licet.

Respon. Respondeo quòd sic, quia iudici tenetur respondere; & non nisi verum, ergo non est homicida suiipsius propriè; sed valdè indirectè, quia aliquod peccatum in hoc casu sibi non imputatur, & ista confessio non est ad propositum. Secunda confessio est salutaris poenitentiae, & de ista

Psal. 31. dicitur. Dixi confitebor aduersum me iniustitiam meam domino &c. vbi Psal. docet aliena peccata tacere, & solū propria confiteri, & se solum accusare, non excusare, dicens. Confitebor aduersum

Nota istū. me iniustitiam meam. Notandum tamē, quòd in casu licet alienum peccatum in confessione dicere, immo expedit, non quidem ad excusationem sui peccati, sed ad declarationem. Verbi gratia. Quis cognouit matrem, ipsa volente: vel mulier quaedam cognita est à curato suo, ipso instigante. Talis enim non potest confitendo grauitatē peccati declarare, nisi peccatum alterius dicat. Ista autem confessio est peccatorum purgatiua. Vnde gloss. super illud Psalmo 95. Confessio, & pulchritudo in conspectu eius, ait. Confitendo fit homo de foedo pulcher. Si ergo amas pulchritudinem, cōfitere, vt sis pulcher, idest, iustus. Ideo prius dicit confessio, & postea pulchritudo. Vnde & Rebecca de camelo prosiliuit, viso Isaac, vt ei iūgeretur, quia ecclesia de tortuosa vitiorum gibbositate per confessionem descendit veniens ad Christum. Et ideò debitè confessio dicitur decor. Psalm. 103. Confessionem, & decorem induisti amictus lumine sicut vestimento, quia scilicet per confessionē decor, & lumen gratiae acquiritur.

E Tertia confessio est laudis. Sic enim confiteri alicui est illū laudare & extollere, vel illi gratias agere, & sic Deum laudando, ei confitemur, psal. 108. Confitebor domino nimis in ore meo, in medio multorum laudabo eum. Ad propositum ergo confessionem laudis diuinae praecedere debet confessio salutaris poenitentiae, quia nullus Deum laudare potest, nisi à peccatis fuerit purgatus, quoniam vt habetur Psalmo quadragesimo nono. Peccatori dixit Deus. Quare tu enarras iustitias meas, &c. Prius ergo quàm ad confessionem laudis accedat, F ad confessionem criminis accedere debet, per quam peccata purgantur. Et hoc notās quilibet verus humilis, dicit. *Confitebimur tibi, Deus,* scilicet confessione prima poenitentiali. Et iterum replicat, dicens. *Confitebimur tibi,* scilicet post confessionem criminis confessione laudis. Vnde gloss. hic ait. Confiteri peccata vel semel terreno iudici, mortem inducit, sed Deo facta frequens confessio, vitam parit. Post confessionem verò criminis, laus sequitur Dei: sed post laudem, inuocatio. Vnde subditur. *Et inuocabimus nomen tuum.* Inuoca- *Confessionis vsus.*

G tio enim diuini nominis sequitur cōfessionem, quia prius est (vt ait glo.) peccata cōfiteri, p quod euacuamur à malis, postea Deum inuocare in auxiliū, quo bonis impleamur. A purgato enim animo inuocatur Deus vt à suo. Indeuotus verò, si eum vocat, iudicium sibi postulat. Quid autem propriè sit inuocare Deum, vide supra versic. 454.

Narrabimus mirabilia tua, cùm accepero tempus, ego iustitias iudicabo. 1237

H Haec est secūda pars, in qua terret superbos. Nihil autem tantū terret peccatores, sicut consideratio vltimi iudicij, in quo mirabilia aget Deus circa iustos, ac reprobos. Ideo vt bonos consoletur, & malos terreat, hic mirabilia diuini iudicij narrare proponit, quae mirabilia maximè sunt tria, scilicet, primū, quòd Christus erit verus iudex: secundum quòd erit vniuersalis omnium iudex, ibi. *Quia neque ab oriente,* tertium q̄ erit iustus iudex, ibi. *Hunc humiliat.*

Quantum

Quantum ad primum ostendit tria, primum quod potestas iudicandi Christo condonatur. Secundum quod dignitas iudicandi bonis applicatur, ibi. *Liquefacta est*. Tertium, quod malorum iniquitas inexcusabilis demonstratur, ibi. *Dixi iniquis*, &c. Quantum ad primum sciendum, quòd potestas iudiciaria data est Christo, inquantum homo est, non inquãtum Deus quod ipse exprimens ait. Ioan 5. Potestatem dedit ei iudicium facere, quia filius hominis est. Vbi Augustinus. Christus filius Dei, & filius hominis est, quia filius hominis est, accipit potestatem iudicium facere, quod scilicet erit in fine sæculi, vbi erit resurrectio corporum mortuorum. Animas. n. suscitat Deus per Christum filium Dei, corpora uerò suscitat per eundem filiũ hominis. Nam secũdum quòd filius Dei est, semper potestatem habuit iudicium facere, secundum autem quòd filius hominis est, accepit hoc ex tempore. Et hoc est, quod ait Psalmista. *Cum accepero tempus, ego iustitias iudicabo*. Modo enim tempus est docendi, & miserendi, sed in fine erit tempus iudicij. Accepit enim Christus tempus, nunquid accepit filius Dei tempus? Filius Dei non accepit tempus, sed filius homin's. Idem tamẽ est, filius Dei per quem facti sumus, & filius hominis per quẽ refecti sumus. Accepit ergo tempus, vt filius hominis, qui gubernat tempora vt filius Dei. Accepit ergo Christus secũdum hominem, quod ipsemet dat Deus, scilicet potestatem faciendi iudicium. Nam secundum quòd filius Dei, nunquam caruit potestate iudicandi. Hæc sunt ergo mirabilia, quæ narrare incipit, scilicet vt actor temporum, tempus accipit, ut creator omnium, potestatem accipiat iudicandi.

Iudex est Christus ut homo. — *August.* — *Psal. 74.*

1238 *Liquefacta est terra, & omnes, qui habitant in ea, ego confirmaui columnas eius.*

Hic ostendit secundum mirabile, scilicet quod dignitas iudiciaria bonis applicatur. Vbi sciendum, quod non solum sancti apostoli, sed et alij boni cũ Christo sedebunt in iudicio ad iudicandum, licet diuersimodè, dicente Christo suis Apostolis. Vos, qui secuti estis me, sedebitis super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus Israel. Quod non solum de Apostolis intelligendum est, sed de omnibus imitatoribus Christi, vt ostẽdit Gregor. dicens. Vos qui secuti estis me, &c. Duodenario numero quantitas vniuersitatis exprimitur, quia quisquis stim[u]lo diuini amoris excitatus hic possessa reliquerit, illic proculdubio culmẽ iudiciariæ potestatis obtinebit, ut simul tunc iudex cum iudice ueniat, qui consideratione iudicis sese spontanea paupertate castigat &c. Sic ergo in hoc numero duodenario iudicantium omnes intelliguntur, qui propter euangelium sua dimiserunt, & secuti sunt dominum. Vnde August. ait. Ex hoc loco discimus cũ suis discipulis iudicaturum Iesum, nec quoniam super duodecim sedes sessuros esse ait, solum hos duodecim homines cum ipso iudicaturos putare debemus. Duodenario quippè numero vniuersa quædam significata est iudicantium multitudo, propter duas partes numeri septenarii, quo significatur plerunque vniuersitas, quæ duæ partes, idest, tres, & quatuor, altera per alteram multiplicata duodecim faciunt. Alioquin cum in locum Iudæ traditoris Matthiam legimus ordinatum, Apostolus Paulus, qui plus omnibus laborauit, vbi ad iudicandum sedeat non habebit, qui profecto cum alijs sanctis ad numerum iudicum se pertinere demonstrat, cum dicit. Nescitis, quia angelos iudicabimus? Hanc ergo dignitatem bonis cõcessam hic prędicit Psal. d. *Liquefacta est terra* &c. Vbi per terram accipe omnes homines terram inhabitantes, quorum colũnæ fuerunt Apostoli & cæteri alij iusti, qui tamen à calore peccati omnes liquefacti sunt, vt puta Apostoli in Christi passione fugerunt, qui columnæ fidei principales erant. Et hoc notans, dicit. *Liquefacta est terra*, scilicet à stabilitate virtutis, & iustitiæ defluxit. Sed de qua terra loquatur, exponit cum subdit. *Et omnes habitantes in ea*, & ponitur pro. d. ut sit sensus. *Liquefacta est terra*, idest, omnes habitãtes in terra. *Ego confirmaui columnas eius*, idest, dicit Christus. Ego, qui non sum nũc supplicìorum exactor, sed peccatorum donator, *confirmaui columnas*

Nota. — *Matth. 19.* — *Gregor. 10. mor, c. 30.* — *Iudicabunt omnes iusti* — *Aug. 20. de ciuitate Dei* — *Duodecim septem.* — *1. Cor. 6.*

nas eius, id est, bonos, & prædestinatos, scilicet Apostolos, & cæteros iustos con summaui in fide per meam resurrectionem, cõfirmaui in charitate per spiritus sancti missionem, confirmaui in honore per iudiciariam mecum potestatem. Et nota hic, quod Apostoli etiam cæteri iusti per columnas significantur, quia septem donis spiritus sancti ditantur, quibus velut columnis septem ecclesia sustentatur. Vnde de domo ecclesiæ dicitur. Sapientia ędificauit sibi domum, excidit columnas septem. Vbi nota, quòd sacra scriptura septem materias columnarum diuersarum ostendit, per quas septẽ dona spiritus sancti quibus iusti sortificantur, demonstrat. Prima columna est donũ timoris, quo mens semper Deo humiliatur, quod figuratur in columna nubis, quæ à spiritu circunquaque mouetur faciliter, sic & humilitas impulsum spiritus sancti sequit semper. Nee. 9. In columna nubis ductor eorum fuisti, scilicet iustorum. Secunda columna est donum pietatis, quæ per columnam auream figuratur. De qua Eccles. 26. Columnæ aureæ super bases argenteas. In auro enim ratione sui coloris, & valoris significatur pietas. Tertia columna est donum scientiæ, quæ per columnam argenteam denotatur, quia argentum ad modum scientiæ sonorum est, atq; perlucidum Can. 3. Columnas eius fecit argenteas. Quarta columna est donum fortitudinis, quæ per columnam ferreã figuratur. Hierem. 1. Dedi te in columnam ferream, per ferrum enim quod inter metalla fortius est, designatur fortitudo. Quinta columna est donum consilij, quod figuratur in columna fumi. De qua dicitur Iudicũ 20. Viderunt columnam fumi de ciuitate conscendere. Fumus enim, qui ex sui natura semper sursum ascendit, & ad cęlum eleuatur, significat donum consilij, quo quis, omnibus spretis, cęlestis efficitur. Sexta columna est donum intellectus. Intellectus enim ad munditiam pertinet cordis, qua intellectus nullis obfuscatur immunditijs, quod figuratur in columna marmorea, quæ sordes retinere nescit, sed semper candida splendet. De quæ Can. 5. Crura eius columnæ marmoreæ. Septima columna est donum sapientiæ, quod

Sapien. 9. *Columna multiplex.* *Dona spiritus sancti per columnam significantur.*

Fumus.

E figuratur in columna pacis, & requiei, quia sapientia mentem quietat. De qua dicitur Eccles. 36. Adiutorium illi est, & columna, & requies. Istæ ergo sunt septem columnæ, quibus ecclesia Dei sustentatur, & iusti omnes significantur. Ideo iusti columnarum nomine significantur, cum hic dicitur. *Ego confirmaui columnas eius.*

Dixi iniquis, nolite iniquè agere, & delinquentibus, nolite exaltare cornu. 1239

F HIc consequenter ostendit malorum iniquitatem in iudicio fore inexcusabilem. Vbi notãdum quod quãuis lege naturali quilibet faciens malũ, sciat se facere malum, vt deducit Greg. 27. mor. c. 18. Tamen quando peccator de peccato suo corrigit, & admonetur, tunc minus excusationem de peccato suo prætendere potest. Excusationem ergo aliquam prætendebant gentiles ante Christi incarnationem, quia ad eos neque propheta, neque alius, qui eos corriperet, fuerat missus, quia prophetæ in solo populo Iudæorum manebant, secun-
G dum illum ps. 147. Non fecit taliter omni nationi &c. Venit ergo Christus, apostolos per vniuersum mũdum misit, qui peccatores corrigerent, & sic eis nullam excusationem de peccatis suis relinquerent. Et hoc est quòd hic ostendit psal. dicens. *Dixi iniquis* &c. Et duo facit. Quia peccatores primò admonet, ut peccare desistant. Secundò ne peccata excusent, ibi. *Nolite extollere*. Quantum ad primũ dicit. *Dixi iniquis*, &c. Loquitur enim illis, qui iam per peccatum ceciderunt, ne in peccato perseuerent. Quid autem dixerit, subdit. *Nolite inique agere*,
H id est, nolite in peccato perseuerare, sed surgite ad medicum. Malum enim est peccare, sed pessimum est, in peccato perseuerare. Et aduerte, quòd aliud est peccatum operis, aliud est peccatum cordis, vt ostendit Gregorius libro vndecimo moral. capitulo vigesimotertio dicens. Scelus in opere, delictum verò plerumque est in cogitatione. Vnde & per Psalmistam dicitur Psalm. 18. Delicta quis intelligit? quia videlicet peccatũ operis tãto citius cognoscitur, quãto exterius

Gregor. *Peccatum* *Delictum.*

exterius ostendit. Peccata verò cogitationis eo ad intelligēdum difficilia sunt quo inuisibiliter perpetrantur. Peccata ergo operis reprimit, d. *Dixi iniquis, nolite iniquè agere*. Peccata verò cordis reprimit, d. *Et delinquentibus nolite exaltare cornu*. Per cornu enim ipsum peccatū cogitationis intelligitur, vt statim ostendam. Et sic exaltare cornu, est cordis contra Deum superbire.

1240 *Nolite extollere in altum cornu vestrum, nolite loqui aduersus Deum iniquitatem.*

ADmonentur hic peccatores, ne peccata excusent. In altum enim cornu extollit, qui commissum peccatū superbè defendit. Vnde glo. Quasi enim cornu in altum erigit, qui peccata sua per alios excusare nititur, vt per diabolum, vel suos suasores, vel per necessitatem stellarum. Et quia tales excusantes peccata sua culpam in Deum nituntur inferre. Ideò hoc clarius exponens subdit. *Nolite loqui aduersus Deum iniquitatem*. Vbi gloss. Aduersus Deum iniquitatem loquitur, qui se dicit iniustè pati, cùm nequiores prosperi sint, quod est dicere Deum iniustum. Vel aduersus Deum iniquitatem illi loquuntur, qui non sua culpa, sed necessitate stellarum dicunt se peccasse, vt Deo, non sibi imputetur. Nihil enim aliud est peccatum excusando defendere, nisi iniquitatem aduersus Deum loqui, & Deo peccati culpam imponere, vt ostendit Gregor. dicens. Hæc namque sunt verè humilitatis testimonia, iniquitatem suam cognoscere, & cognitam voce confessionis aperire, vt supra versic. 553. Et ibidem adde, quod hic dicitur. Cumque excusare peccatum voluit vir per mulierem, mulier per serpentem, auxerunt culpam, quam tueri conati sunt. Adam enim Deum tangens, quòd ipse peccati auctor exstitit, qui mulierem fecit, & Eua culpam ad dominum referens, qui serpentem in paradiso posuisset. Qui enim ore fallentis diaboli audierant, eritis sicut dij, qui Deo esse similes in diuinitate nequiuerunt, ad erroris sui cumulum Deum facere sibi similem in culpa conati sunt. Hic autem morali-

Gregor. 22. mor. 4. 13.

A ter notandum, quòd diuersa peccata in scriptura per cornu significantur. Et sic quia omne peccatum procedit à corde. Ideo per cornu intellige specialiter peccata interiora siue cordis. Nam cornu in scriptura significat ambitionē superborum, simulationem deceptorum, obstinationem reproborum, cupiditatem auarorum, voluptatem lasciuorū, transgressionem mandatorum. Primò cornu significat superbiam, quoniam sicut cornu in corpore animalis altiorem locum poscit, & cætera membra supergreditur, sic & superbia semper ad alta B ascendere conatur, & cæteris eminere hominibus, & cætera procedere: vide in dictionario literam cornu.

Matth. c. *Cornu significat peccatum.*

Quia neque ab oriente, neque ab occidente, neque à desertis montibus, quoniam Deus iudex est. 1241

OStendit hic, quòd ipse Christus est vniuersalis omniū iudex, sic quod illius iudicium nullus effugere potest, cùm Deus sit immēsus omnia replens, aliquo singulari loco non continetur, vt ab alio sit absens, & sic ad nullum lo- C cum potest esse fuga, vt eius euitetur iudicium. Vnde ad istum intellectum inducit hunc versiculum Gregor. dicens. Potestas enim diuini iudicij (quia vndique stringit) circulus dicitur, & quia intra se omnia scindendo complectitur, falcis nomine significatur. In falce enim quicquid inciderit, intus cadit. Et quia potestas diuini iudicij nullatenus euitatur, intra enim ipsam sumus quolibet fugere conemur, rectè cùm venturus iudex ostenditur, falcem tenere perhibetur, quia cum potēter ad omnia obuiat, incidendo circundat se esse intra iudi- D cij falcem: propheta conspexerat, cùm diceret. Si ascendero in cælum, tu illic es: &, si descendero in infernum, ades. Si sumpsero pennas meas diluculo, & habitauero in extremis maris, etenim illuc manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua. Intra quandam falcem diuini iudicij se vidit, cum ex nullo se loco patere fugæ aditum posse cognouit, dicens. *Quia neque ab oriente, neque ab occidente, neque à desertis montibus*, subaudi, patet via fugiendi. Atque

Christus omnium iudex.

Gregor. 33. mor. c. 14.

Psal. 138.

mox ipsam superbiæ potentiæ omnimodam comprehensionem subdens, ait. *Quoniam Deus iudex est*. Ac si diceret. Fugiendi via vndique deest, quia ille iudicat, qui vbique est. Hæc ille. Quamuis enim in certo quodam loco fiet iudicium vltimum, scilicet in aere contra montem Oliueti, ex quo ascendit dominus (vt ait Magister) tamen potentia iudicis totum orbem occupabit, vt non sit in orbe locus, in quo quis latere possit. Propter quod dicit Apostolus. Omnes enim stabimus ante tribunal Christi. Gl. idest, ante iudicem Deum sedentem. Et hoc dicitur à simili. Tribunal enim est sedes iudicû, quæ in excelso loco locatur, vt iudex ab omnibus videatur, & ipse ex eminenti loco omnes valeat intueri. Ita Christus in iudicio quasi in tribunali sedebit, quia & ab omnibus videbitur, & ipse omnium conscientias videbit, & omnium causas iudicabit. Et horum causam subdit, d. *Quoniam Deus iudex est*, i. quoniam Christus, qui est iudex, est Deus. Deus autem vbique est, & omnia continet &c. Mysticè autem hoc exponit glo. dicens, quod oriens sunt boni quibus oritur sol iustitiæ, scilicet, homines claritate cõspicui, occidens sunt, qui bus occidit sol iustitiæ, i. mali. Deserti montes sunt falsi prædicatores, qui locû montium vsurpant, sed à veritate Dei sunt deserti, quibus Deus præsens est, non ob merita, vt in bonis, quibus Deus præsens est per gratiam non modo per cognitionem. Est ergo sensus: Cur mala non faciatis, ratio est, quia Deus neq; deest ab oriente, idest, à bonis, neque ab occidente, idest, à malis, neque deest à desertis montibus, idest, à falsis prædicatoribus, quia omnibus generibus hominum præsens est Deus, & cognitor est. Quoniam Deus iudex est etiam eorû, quæ sunt in corde.

Mag. lib. 4. dist. 48.
Rom. 14.
Oriens.
Occidens.
Montes deserti.

1242 *Hunc humiliat, & hunc exaltat, quia calix in manu domini vini meri plenus mixto.*

HIc ostendit consequenter, quod Deus est iustus iudex. Et diuiditur in partes tres. Quia ostenditur primò, quod per Christum omnes iustè iudicantur. Secundò quod omnes piè admonẽtur, E ibi, *Ego autem*. Tertiò omnia iustè terminantur, ibi. *Et omnia*. Quantû ad primum sciendum, quod diuina iustitia à se superbos repellit, & deprimit, sed humiles corde exaltat, Christo dicente. Omnis, qui se exaltat humiliabitur, & qui se humiliat exaltabitur. Quam iustitiam ante longè præuiderat Psalmista d. *Hunc humiliat*, scilicet, superbum. *Hunc exaltat*, scilicet, humilem. Vbi notandum, quod humiliatio est multiplex, similiter, & exaltatio. Nam, vt ait Chrysostomus super Lucam. Humilitatis nomen est multiplex. Humilitas enim quãq; virtus est, F iuxta illud. Cor contritum, & humiliatum Deus non despicies. Et est humilitas idem quod ærumna siue pœna, iuxta illud Psal. 142. Humiliauit in terra vitam meam. Similiter & est multiplex exaltatio, scilicet præsumptionis, qua diabolus superbus voluit exaltare seipsum. Esa. 14. Super astra cęli exaltabo solium meum. Et est quædam exaltatio præmiationis. Ps. 36. Expecta dominum, & exaltabit te, vt hæreditate capias terram. Nunc ad propositû hunc humiliat, hunc scilicet, qui præsumptuosè seipsum extollit, humiliat Deus pœnis, & ærum- G nis. Et illum, qui se virtuosè humiliat, exaltat pręmijs, & honoribus, quia vt dicitur Iob 5. Ponit humiles in sublime. Quod exponens Gregor. dicit, In sublimi humiles ponuntur, quia ij, qui nunc pro Dei amore despecti sunt, postea cû Deo iudices veniunt. Vnde autem veniat talis humilitas, & exaltatio, ostendit, cum subdit. *Quia calix in manu domini vini meri plenus mixto*. Vbi notandum, quòd per calicem significatur lex diuina, quæ ideo calix dicitur, quia inde Deus suos fideles potat, iuxta illud Eccles. 15. Aqua sapientiæ salutaris potabit H illum. Hic autem calix legis diuinæ continet vinum merum, & etiam mixtum, idest, fęces. Per vinum merum, quod cor lætificat iuxta illud Psal. 103. Vinum lætificat cor, intellige prẽmium ęternum, iustis debitum. Iudic. 9. Vinum, idest, præmium æternum, lætificat Deum, & homines. Per vinum autem mixtum, & non depuratum, scilicet per fęces, intellige pœnam malis debitam. Apoc. 14. Si quis adorauerit bestiam, bibet de vino iræ furoris Dei. Est ergo sensus, quia calix

Luc. 18.
Humilitas.
Exaltatio.
Chrysost.
Gregor. 6. mor. c. 8.

calix in manu domini, id est, sacra scriptura; *plenus vini meri*, i. declarãs premium æternum iustis debitum & plenus *mixto vino*, id est, declarans pœnam malis debitam. Iste ergo calix Dei *in manu domini*, id est, in operibus domini, quia, scilicet, sic dabit iustis præmium, & malis supplicium, vt prædicit scriptura sacra. Vel aliter totum *hunc humiliat, hunc exaltat*: hic duos populos intelligit, s. Iudæum, & gentilem. Christus ergo veniens. *Hunc humiliat*, s. populum Iudaicum, quia in Christum noluit credere, alijs nationibus subijciet. *Hunc exaltat*, s. populum gentilem, qui Christum recepit, quia in cognitione legis diuinæ, & veritatis fuit exaltatus, *quia calix in manu domini*, scilicet scriptura sacra, quæ plena est vino mero, & mixto. Vbi notandum, q̃ tota scriptura in duas partes diuiditur, scilicet in antiquum, & nouum testamentũ. Antiquum testamentum erat quasi quædam figura significans rẽ noui testamenti, scilicet ipsum Christum, & legem nouam, vt deducit Grego. super Ezech. parte 1. Vnde illa sacrificia carnalia erant quasi fęces ab illis figuris, Iudæis ergo, quibus remansit vetus testamentum, & illæ figuræ carnales, remansit vinũ mixtum, sed gentilibus conuersis, qui Christum, & eius legem recipiunt, datur vinum merum. Ecce ergo quomodo humiliat Iudæos, verum legis intellectum auferens ab eis. Ecce quomodo exaltat gentiles, vinum merum dans eis, scilicet cognitionem Christi, & nouæ legis. Et istum intellectum videtur sequens versus confirmare, dicens.

Calix. Scriptura.

Vinum merũ & mixtum.

1243 *Et inclinauit ex hoc in hoc, veruntamen fęx eius non est exinanita, bibent omnes peccatores terræ.*

Veruntamen fęx eius, vt sit sensus. *Et inclinauit*, scilicet dominus hũc calicem scripturæ, *ex hoc*, id est, à Iudaico populo, *in hoc*, id est in gentilem populum, in quem spiritualis sensus scripturæ eliquatus est. Et per hoc patet quomodo humiliat populum Iudaicũ, & exaltat gentilem. Vnde sequitur. *Veruntamen fex eius non est exinanita*, scilicet, figuræ legis antiquę nõ cessauerũt, s. à Iudæis, quia carnalia sacramenta apud A eos remanserunt, quia dicunt in illis figurata, s. Christum, & legem eius nondũ aduenisse. Vnde de isto calice scripturæ subdit. *Bibent ex eo omnes peccatores terræ*. Vbi sciendum, q̃ peccatores sunt duplices. s. superbi, qui regem suum, scilicet Christum negãt: alij peccatores humiles, scilicet, gentiles conuersi, qui regi suo Christo per fidem se humiliter subijciunt. Omnes ergo bibunt ex isto calice scripturæ, sed differenter, quia peccatores humiles bibunt vinum merum calicis, recipiendo Christum, & eius legem, sed peccatores superbi, scilicet Iu-B dæi bibũt fęces, scilicet antiquas figuras de Christo retinentes, & sacrificia carnalia, quorum significata adhuc impleta non credunt. Vel aliter iuxta primam expositionem versiculi præcedentis, si per vinum merum intelligatur præmiũ bonis debitum, & per vinum mixtum supplicium debitum peccatoribus: tunc est sensus. *Bibent ex eo omnes peccatores terræ*, id est, ex vino mixto, quia omnes peccatores punientur æternaliter, & nõ solum in præsenti vita, quia per pœnas vitæ præsentis non exinanitur fęx, id est, non terminatur pęna debita malis, quia C vt dicitur Psalmo decimo. Pluet super peccatores laqueos ignis, sulphur, & spiritus procellarum pars calicis eorum, boni autem inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrente uoluptatis tuæ potabis eos.

Biberẽ.

Ego autem annunciabo in sæculum cantabo Deo Iacob. 1244

Hic omnes piè admonentur, Deus enim volens oẽs homines saluos fieri volũtate, scilicet, signi, omnes semper admonet, vt opera iustitiæ faciant, D per quæ vinum merũ æterni præmij percipere queant, vt ostendit Gregor. in homil. dicens, Ad erudiendam autem dominus plebem suam, nullo tempore destitit Deus operarios mittere: quia, & prius per patres, postmodum per legis doctores, deinde per prophetas: ad extremum verò per Apostolos vineæ, id est, ecclesiæ cultum debitum annunciauit. Vel dicat Christus. *Ego autem annunciabo in sæculum*, id est, quandiu sæculum erit, annunciabo per meos & pœnam malis

Greg. in ho. Matth. 20.

malis debitam,& gloriam bonis. *Vel an nũciabo in sæculum*, scilicet quæ de Christo sunt credenda. Vnde circa hoc notãdum, quòd de Christo sacra scriptura sex nobis annunciat. *Annunciare.* Primò annunciat eius incarnationem, qua scilicet verbum caro factum est. Et hanc annunciat angelus. Lucæ primo. Vnde de ista annunciatione facta per angelum dicitur. Qui habet pennas, annunciabit sententiam. Angelus enim pennas habere dicitur, propter suam agilitatem, cum non grauetur corpore. Quæ autem maior potest esse sententia, quam annunciare mundo uerbum carnem factum? Vnde ille angelus annuncians Mariæ rectè poterat dicere mundo illud Esaiæ 42. *Eccle. 10.* Noua ego annuncio, antequam oriantur, & vobis audita faciam. Sed quod nouum tunc annunciauit angelus mũdo, declaratur Hiere. 31. Nouũ inquit faciet dominus super terram, mulier circundabit virum. De istis, quæ de Christo sunt annunciata, vide supra vers. 657. Sequitur. *Cantabo Deo Iacob.* Quid enim est cantare Deo Iacob, nisi pura mente, & iocunda Deo de eius beneficijs gratias agere? Vbi nota, quòd inter omnes actus humanos cantare requirit lætitiam, & organorum debitam dispositionem, ut ostendit Greg. dicens, Quilibet peritus cantandi artifex, artem cantandi explere non valet, nisi ad hanc sibi instrumenta exteriora concordent, quia nimirum canticum, quod docta manus imperat, quassata organa propriè non sonant, nec artem flatus exprimit si scissa fimis fistu la stridet. *Cantare Deo quid est. Greg. 1. moral. epist. 5.* Vt ergo Dei beneficia recolendo, eidem canticum resonare ualeamus, oportet quòd cum debita exaltationis lætitia fiat. Propter quod dicit Psalmista. Iubilate Deo omnis terra, cantate, & exultate, & psallite. Vbi considera triplicem lætitiam pro beneficijs Dei reddendo canticum nobis necessariam. Primò est lætitia mentis interioris, quæ notatur, cum dicitur. Iubilate Deo. *Gregor. 24 mor. c. 6.* Iubilum namque secundum Gregor. dicitur ineffabile gaudium, quod mente concipitur, quod nec abscondi potest, nec sermonibus aperiri, quod quamuis quibusdam motibus prodatur &c. vide in dictionario, litera canere. Sic ergo pro beneficijs per Christum nobis exhi

E bitis reddẽdo Deo gratias, nostrum quilibet dicat: *Cantabo Deo Iacob.* Ad quòd nos exhortans Apostolus, dicit, Implemini spiritusancto, cantantes, & psallentes domino in cordibus vestris. *Ad ephesios 5.*

Et omnia cornua peccatorum confringam, & exaltabũtur cornua iusti. 1245

HIc concludit conclusionem principalẽ, scilicet, quomodo per Christum iustum iudicem peccatores damnabuntur, & iusti glorificabuntur. Vbi nota, quòd per cornua in scriptura sacra
F duo principaliter significantur, scilicet malorum superbia, & iustorum uirtus, & innocentia. De cornu iniquitatis, & superbiæ, vide supra versic. 1240. De cornu verò uirtutis notandum, quòd uirtutes quibus efficimur iusti, in scriptura cornua vocantur, quia sicut cornua animalia defendunt, & ornant, sic & uirtutes homines iustos, & maxime tres uirtutes per cornua designantur. *Cornua multiplex scilicet peccati & uirtutum.* Primò per cornua significatur uirtus humilitatis, & reuerentiæ. Cornua enim animalis semper circa terram aliqualiter inclinãtur. Sic & humilitas mentem declinat
G ad ima. Vnde de cornu humilitatis dicitur Psalm. 111. Iustitia eius manet in sæculum sæculi, cornu eius exaltabitur in gloria. Vbi ad literam loquitur de homine humili. Vnde ibidem ait glossa. Iustitia eius manet in sæculum sæculi, scilicet, eleemosyna, quæ Deo datur, quia Deo custode nihil perit. *Et cornu eius*, idest, humilitas, quæ à superbis contemnitur, exaltabitur in gloria. Quare? quia hic humilis fuit, ibi potestatem habebit. Secundo cornu significatur virtus pietatis, & misericordiæ. Antiquitus enim in cornibus portabant oleum, ad
H inungendum reges, vt per hoc ostenderetur, quòd in eis virtus pietatis vigere deberet. In oleo enim suaui, & linitiuo doloris ipsa signatur pietas. Vnde 1. Regum 19. dicitur. Tulit Samuel cornu olei, & vnxit Dauid in medio fratrũ eius & per istam unctionem Dauid totus clemens, & pius fuit effectus Psal. 131. Memento, domine, Dauid, & omnis mãsuetudinis eius. Tertiò in cornu significatur virtus castitatis, & munditiæ. Cornu enim ex carne nascitur, à carne tamen

manet

manet nudatus. Sed ossa à carne quidé A originem habent,& carne manent operta. Ideo per ossa figurantur in carne uiuentes carnaliter. Sed per cornua homines casti in carne uiuētes, sed præter carnem. In cuius figuram facies Moysi cornuta apparuit populo. Exo.34. Moyses enim, qui assumptus ex aqua interpretatur, significat castos homines, quoniam per aquam ipsa luxuria fluxibilis designatur. Vnde & Ioanni dictum fuit. Veni & ostendam tibi damnationem meretricis magnæ, quæ sedet super aquas multas. Si ergo per aquam significatur luxuria, quis proprie dicitur Moyses, idest B assumptus ex aqua, nisi quilibet homo castus à voluptate luxuriæ separatus? Sic ergo per cornu aliquando figuratur peccatorum nequitia, aliquando bonorum iustitia. Vnde & de utroque cornu hic loquitur Psal. Primò de cornibus uitiorum, dicens. *Et omnia cornua peccatorum confringam*, quasi dicat, secundum gloss. quamuis peccatores hic eleuētur & nolint hic per humilitatem frangi, in fine tamen, idest, in iudicio confringentur per damnationem æternam. De iustis autem dicit. *Et exaltabuntur cornua iusti*. i. virtutes iustorum, quæ hic depressæ C uidentur, exaltabuntur in iudicio, idest, præmiabuntur. Sic enim de iustis dicit psal.148. Confessio eius super cœlum, & terram, & exaltabit cornu populi sui.

Apoc.17.

PSAL. LXXV.

1246 **N**Otus in Iudæa Deus in Israel magnum nomen eius.



ISTE Psalmus talem habet titulum. *In finem carminibus canticum ad Assyrios psalm. Asaph.* Ad cu- D ius notitiam sciendum, quòd istum psalmum fecit Asaph præuidens superbiam Sennacherib Regis Assyriorum, contra regem Iudæorum confidentis in multitudine exercitus sui, qui tamen miraculosè per angelum domini fuit fugatus. Nam ut habetur 4. Reg.19. Sennacherib rex Assyriorum uenit contra Hierusalem, regnante Ezechia rege. Misit autem ad Ezechiam regem, dicens. Non te seducat Deus tuus, in quo habes fiduciam: neque dicas. Non tradetur Hierusalem in manu regis Assyriorum. Tu enim ipse audisti, quæ fecerunt reges Assyriorũ vniuersis terris, quomodo uastauerunt eas. Nunquid tu solus poteris liberari? Nunquid liberauerunt dij gentium singulos, quos uastauerunt patres mei? Cũ autem audisset Ezechias sermones istos deuotè orauit dominum, vt ipsum saluaret de manu Sennacherib regis Assyriorum. Dominus exaudiuit illum. Vnde illa nocte misit Deus Angelum suum in castris regis Assyriorum, & percussit ex exercitu regis Assyriorum centum, & octuagintaquinque millia. Cumque surrexisset Sennacherib rex, vidit omnia corpora mortuorum exercitus sui, & statim territus, recessit ad regnum suum, & mansit in Niniue, & ibi interfectus fuit à filijs suis. Istam ergo miraculosam victoriam populi Iudæorum contra Sennacherib regem Assyriorum præuidens Asaph spiritu prophetico, fecit istum Psalmũ, vt omnes moneret in omni aduersitate spem suam in domino Deo ponere. Est ergo sensus tituli. Iste psalm. quem fecit Asaph in finem, scilicet in Christum nos dirigit, & est *in carminibus*, idest in laudibus de victoria à Deo data Iudæis, & est *canticum:* quia gratias agit Deo de victoria data. Et est iste psalmus *ad Assyrios*, idest contra Assyrios, quia agit de percussione ipsorum à Deo facta miraculosè. Intentione mouet ad confidendum in Deo in omni aduersitate constitutis. Sic ergo primò declarabo sensum literalem, secundò propheticum. Quantum ergo ad sensum literalem sciendum, quòd psalmus iste diuiditur in tres partes, quia describitur regni Iudææ conditio. Secundò Sennacherib deletio, ibi, *Confregit*. Tertiò gratiarum actio, ibi. Quoniam cogitatio hominis, &c. Dic ut Nic. de Ly. Quantum verò ad sensum propheticum sciendum, quòd Psalmus iste agit de Christi gratia, & de Iudæorum ingratitudine & malitia. Et sic diuiditur in tres partes, quia primò confundit Iudæorum uanam gloriam. Secundò ostendit Christi veram gratiam, ibi, *Illuminans*. Tertiò consurgit ad gratiarum actionem debitam, ibi. *Quoniam cogitatio*. Quantum ergo ad pri-

primum uolens confutare Iudæorũ glo- E riam, quam sibi vsurpãt ex nomine, tria facit, quoniam ostendit primò, qui sunt ueri Iudæi quibus notus est Deus. Secũdò quòd in veris Iudæis habitat Christus, ibi. *Et factus est in pace*. Tertiò ꝙ oĩa mala à veris Iudæis remouet Christus, ibi. *Confregit* Quantum ad primum sciendum quòd Psal. hic vult ostendere, quòd gloria Iudæorum, qua se iactant populum esse Dei, & legem Dei habere est nulla, quia illi non sunt veri Iudæi. Vt enim ostendit Apostolus Rom. 2. Duplices sunt Iudæi, scilicet, in manifesto, & in occulto, idest, carne, & spiritu. Carne enim dicuntur Iudæi, qui carnaliter nati sunt de tribu Iuda, qui fuit vnus ex filijs Iacob. Sed spiritu, & in occulto Iudæi sunt, qui rem per nomen significatã conseruant. Nam Iudas interpretatur confitens. Illi ergo non sunt veri Iudæi, qui Christum regem nõ confitentur. Illi autem sunt ueri Iudæi, qui Christum verum regem confitentur. Vnde dicit glos. ad Rom. 2. Benè potest fieri Iudæus gentilis & gentilis Iudæus. Vnde verus Iudæus non est, qui solum Iudęus est nomine & natione, vel qui solum labijs cõfitetur, sed corde est remotus. Iudæus G enim interpretatur confitens. Qui ergo verè credit & rectè confitetur, verè Iudæus est. Vnde contra istos, carne Iudæos arguit sic Magister hic in gloss. dicens, De tribu sola Iuda reges erant Iudæorum. Vnde benedicens Iacob filijs suis, ait, Non deficiet princeps de Iuda, nec dux de femore eius, donec veniat, qui mittendus est. Et ab hac tribu omnes Iudæi dicuntur. De qua etiam venit dominus noster Iesus Christus. Iudæi autem Cæsarem cõfessi sunt regem ipsorum qui non erat de tribu Iuda, & non Christum. Ergo iam ij amplius non H sunt appellandi Iudæi, itaque euersum est regnum Iudæorum, quia noluerunt cognoscere uerum regẽ Iudæorum. Abdicauerunt se ab isto nomine, cum dixerunt. Non habemus regem nisi Cæsarem. Si enim non habent Regem nisi Cęsarem, defecit iam princeps de Iuda, venit ergo ille qui promissus est. Illi ergo verius Iudæi sunt, qui Christum de Iuda natum verum regem credunt. Ex isto ergo vult arguere Psalmista ꝙ Iudæi car-

Iudæus quis propriè dicatur.

Gloss. Genes. 41.

E ne falso gloriantur de hoc nomine, dicens. *Notus in Iudæa Deus*: arguens. Si enim veri Iudæi estis, tunc in vobis notus est Deus, quòd si non est in vobis notus, tunc non estis ueri Iudæi. Sed in vobis non est notus Deus, quia Cæsarem gentilem confessi estis, dicentes. Nõ habemus regem nisi Cæsarem, & Christũ negastis de tribu Iuda natum. Et eodem modo vult ostendere, quòd illi, qui sunt Iudæi sola carne, nõ debent dici veri Israelitæ, in quibus non est magnum nomen domini, pater. quia *in Israel est magnum nomen eius*, patet etiã, quia Israel F interpretatur videns Deum. Sed nomen domini non est magnum in illis, quia ipsum dominum regem negauerũt, & Cęsarem sibi regem elegerunt. Ex quibus omnibus vult Psalmista concludere, ꝙ gentiles ad fidem Christi conuersi veri Iudæi & Israelitæ debent nuncupari, & non illi, qui solum de tribu Iuda sunt carnaliter nati.

Et factus est in pace locus eius, & habitatio eius in Sion. 1247

HIc ostendit, quòd in ueris Iudæis habitat Christus. Vbi notandum, quòd pax est duplex, scilicet exterior, & interior. Exteriorem pacem plus habent peccatores quam iusti, qui semper aduersis impetũtur, sed interiorem, quæ stat in puritate conscientiæ, quæ peccatorum remorsum non habet, habent iusti, & non peccatores. De qua dominus dicebat suis Apostolis: Pacem meam do vobis &c. Hæc autem pax stat in duobus (vt ait August. super Ioan.) scilicet, vt hostem uincamus, & vt nos adinuicem diligamus. Tales autem pacificos inhabitat Christus. Psal. 21. Tu autem in sancto habitas &c. Consimiliter nunc ait. *In pace factus est locus eius*. Locus enim Christi est cor hominis pacifici. Quæ autem conturbent cor nostrum, ne ista pace fruatur, ostendit Hugo de sancto Victore, dicens, Quatuor sunt, quę in nobis pacis quietem frangunt, scilicet hostis, seruus, vxor. & vicinus. Hostis est diabolus, seruus mũdus, vxor caro, uicinus quilibet proximus. Cum ergo diabolus eijcitur, mundus subijcitur, caro affligitur, proximus diligitur, quid aliud agitur,

Pax.

Ioan. 14.

Hugo.

Pax frangitur à multis.

tur, nisi quod pax in nobis ex omni parte stabilitur? Sic ergo ille veram pacem habet in corde, quem nō conturbat memoria præteritorum delictorum, quem non inquietat desiderium futurorum, qui non frangitur aduersis, neque prosperis eleuatur. Et talem pacificum inhabitat Christus. De quo dicitur. *In pace factus est locus eius.* Sequitur. *Et habitatio eius in Sion.* Vbi aduerte, q aliter Christus locum habet in nobis, & aliter habitationem, quoniam locum habet in illis in quibus est per gratiam, sed habitationem in sanctis, in quibus est per gloriā. Nam quòd propriè non habitet in hominibus, in quibus est per gratiam apparet ex verbis Christi, dicentis iustis. Si quis diligit me &c. Sequitur. Ad eum veniemus, & mãsionem apud eum faciemus. Ecce quòd iam in illis erat per gratiam, quia diligentibus se loquitur, in quibus tamen nondum habitabat per gloriam, ideo de futuro dicit. Ad eum veniemus & mansionem apud eum faciemus. Licet etiam modo cōmuniori habitet in omnibus, in quibus est per gratiam. Hoc ergo insinuãs dicit. *Et habitatio eius in Sion.* Sion namque speculа interpretatur, & significat gloriam æternam, in qua beati facie ad faciem Deum speculantur. Propter quod dicitur Psal. 83. Ibunt de virtute in uirtutem, videbitur Deus deorum in Sion. Sic enim speciali modo habitat Deus in beatis. Apoc. 21. Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cum illis, & erit illorũ Deus. Aliqui autem exponunt istum uersum de sepultura Christi, quia à principio natiuitatis suæ semper Christus persecutiones fuit passus vsq; ad mortem. Sed post mortē, sepultus in pace requieuit.

Habitatio Christi.

Ioan. 14.

1248 ***Ibi confregit potentias, arcum, scutum & gladium, & bellum.***

Ostendit, hic quòd à veris Iudæis Christus omnia mala remouet, quia ipsos verè pacificat in gloriam. Multa enim mala in hoc mundo patimur, quæ in patria uerè tolluntur. Et hoc est, quod dicit. *Ibi*, scilicet in Sion & in gloria *confregit potentias*, &c. Et quas potentias, ostendit subdens. *Arcum, scutum, gladium, & bellum.* Per arcum, qui ferit occulte, intellige dolos. Per scutum quo protegimur, intellige omne illud per quod superbi sua vitia operire conãtur. Per gladium omnis rebellio contra Deum. Per bellum, peccatorum excusatio, qua contra Deum bellamus. *Ibi* ergo idest in Sion gloriæ omnia ista remouentur, quia ibi hæc omnia desinũt. Vel aliter. Per arcum intellige peccatum luxuriæ. Per scutum peccatum obstinationis, & superbię. Per gladium peccatum auaritiæ. Per bellum uerò rebellionem carnis ad animã de quibus vide supra versic. 763. Aliter istum versum exponit Greg. ostendens, quòd omnia etiã ista in præsenti uita confringuntur. Vnde ait, Ibi confregit cornua, secundum aliam translationem, arcum, &c. In cornibus elatio superborum, in arcu insidiæ longè ferientium, in scuto obstinata duritia defensionum, in gladio uicina percussio, in bello verò ipsa contra dominum mentis motio designatur. Quod nimirum totum in sancta ecclesia confringitur, dum mentes Deo resistentium supposito iugo humilitatis edomantur. Hinc rursum per eũdem Psalmistam dicitur, Arcum conteret, & confringet arma, & scuta comburet igni. Arcum enim dominus conterit, cum occulta insidiãtium machinamenta dissoluit. Arma cō fringit, cum ea, quę contra se erecta fuerant, patrocinia humana cōminuit. Scuta ergo comburit, cum peccantium mẽtes obstinata se duritia defendentes, ad pœnitentiæ, & confessionis ardorem spiritus sancti calore succendit.

Gregor. 33. mor. c. 29.

Psal. 46.

Illuminans tu mirabiliter à montibus æternis, turbati sunt omnes insipientes corde. 1249

Consequenter hic ostendit Christi veram gratiam, & potentiam. Et primò ostẽdit erga nos Christi gratiam, & benignitatem. Secũdò circa malos iudiciariam Christi potestatem, ibi. *Tu terribilis es.* Circa primum gratiam Christi ostendit in tribus. Primò, quia per fidẽ mentes, illuminat. Secundò, quia per exemplum auaros reuocat, ibi. *Dormierunt.* Tertiò, quia increpando superbos humiliat, ibi. *Ab increpatione.* Quantum ad primum sciendum, q Christus mun-

mundum per Apostolos suos, & alios prædicatores illuminauit, qui fidé Christi prædicando docuerunt, & miraculis confirmauerunt, q̃ præuidens Psalmista, dicit. *Illuminans tu mirabiliter*, &c.

Mõtes sunt prædicatores. Per montes enim intellige sanctos Apostolos, & prædicatores propter vitæ altitudinem. & quia nõ ima, sed summa prædicabant, vt dictum est supra vers. 1016. & 1170. Per quos Deus mundum illuminauit, quia ipsorum prædicatoribus gentes conuertit ad fidem. Qui prædicatores, & Apostoli dicuntur montes æterni, quia ipsorum nõ terminatur beatitudo, & quia Deus per eosdem mũdo vitam promisit æternam.

Illuminat Deus mundum. Illuminat autem mundum per ipsos mirabiliter, quia non solum prædicatione, sed etiam per miraculorum operationem. Et hoc est quod dicit, *Illuminans tu mirabiliter*, idest per mirabilia per manus tuorum Apostolorum & prędicatorum facta, quia gẽtilium corda ipsi non tantũ verbis, quantum signis conuertebant. Et ne virtutem huius illuminationis cordium quis attribuat Apostolis & prædicatoribus notanter dicit. *Illuminans tu mirabiliter*, quasi dicat, Non mõtes ipsi illuminant, sed tu per montes, sicut manus propriè non scribit, sed intelligens per manum, sic homo non docet alium nec illuminat, sed Deus per hominem, vide supra versic. 353. Verum quia ad prædicationẽ Apostolorum non omnes fuerunt illuminati, sed quidam rebelles & obstinati permanserunt, quia electi crediderũt,

Turbatio. reprobi non, sicut dicitur Act. 13. Crediderunt quotquot præordinati erant ad vitam æternam, ideo de illis qui nõ crediderunt subditur, quòd ad prædicationem Apostolorum, *turbati sunt omnes insipientes corde*, vt homines multi carnales desideria mundi sequentes, turbati sunt, audientes quòd aliam uitam futuram diligere debemus, & calcare præsentem. Sic ergo continuatur præsens versus ad præcedentem, quia dictũ est Christus confringet potentias, arcum, scutum, &c. nunc ostendit quomodo, quia *illuminans tu mirabiliter*, &c. Istum versiculum exponit Greg. inducens q̃ Deus

Gregor. 27. mor. c. 6. nos illuminauit ad sequelam uirtutum sanctorum exemplis, qui montes dicuntur æterni. Vnde sic ait, In Psal. scribitur.

E *Illuminans tu mirabiliter à montibus æternis.* Qui enim orientem solem contemplari non valet, irradiatos montes conspicit, & quasi sol ortus sit deprehẽdit. Ex æternis ergo montibus Deus nos illuminat, quia per admiratam vitam patrum præcedentium radio nos suæ claritatis illustrat. Ecce in studio deuotionis dominicæ & charitatis accendimur, sed in hac deuotione atque charitate melius horum montium contemplatione formamur. Quis enim deuotior Petro? quis charior Ioanne? Ille per deuotionem fluida maris dorsa calcare non

Exẽplis hominis accẽdimur ad virtutes.

F timuit, iste per amorem in ipso auctoris nostri pectore quieuit. Et qui ad corporalis pœnæ recreationem venerat, spirituale pabulum de sinu redẽptoris sumpsit. Sed quia signari per mõtes Prophetas diximus, necesse est ut adhuc ad medium superiorum patrum exempla deducamus. Ecce cum præceptis cœlestibus subdi per obedientiam cupimus, cõsideratis antiquorum patrum uestigijs iuuamur. Quid enim Abraham obedientius, qui ad unam vocem dominicam cognatos, & patriam deseruit, & pro adipiscenda æterna hæreditate ipsum ferire

Abraham exemplum obedientia.

G non trepidauit, quem senex iam & penè moriturus acceperat hæredem? Cum patientiæ apprehendere uirtutem conamur, præcedentium montium exempla conspicimus. Quid enim Isaac patientius, qui ligna portat, & de holocausto interrogat, atque post paululum ligatur & non loquitur, aræ superponitur & nõ reluctatur? Quid ergo isto viro patientius dici potest, qui quasi ad solatiũ ducitur & requiritur, adferendum ligatur & conticescit, oblatus in holocaustum tacet? Cum autem accingi ad laborum tolerantiam nitimur, exemplis præce-

Isaac exemplum patiẽtia.

H dentium montium informamur. Quid enim Iacob laboriosius, qui apud Labã tam longo tempore propinquus iure cognationis opera exercuit seruitutis, & vicem obsecutus est famuli, ut perfrueretur præmijs hæredis. Cum arcem continentiæ, & castitatis ascendere nitimur, exemplis præcedentium montium sublenamur. Quid Ioseph castius, qui ad desiderium petulantis dominæ iugo luxuriæ premi non potuit, etiam captiuus. Et quidẽ hominibus seruus extitit, sed contra

Iacob exemplum tolerantia.

Ioseph exẽplum castitatis.

contra dominantem nequitiam & in ser A uitio liber fuit? Cum mansuetudine repleri cupimus, præcedentium patrum exemplis adiuuamur. Quid enim Moyse mansuetius, qui commissi sibi populi seditionem tolerat, & tamen irascentē dominum pro eisdem suis persecutoribus orat, seq; pro illis diuino furori obijcit, quia in sancto eius pectore etiam in persecutione charitas ignescit? Cum cōtra aduersa mundi formare nos mentis constantia nitimur, præcedentium patrum consideratione fulcimur. Quid enim Iosue constantius, qui ad explorandam qualitatem gētium missus, nec pro B ceritatis magnitudinem, nec numerositatis multitudinem expauit? Vnde & easdem gentes quas explorando non timuit, etiam præliando prostrauit. Cum benignitatis culmen apprehendere conamur, præcedentium patrum exemplis instruimur. Quid enim Samuel benignius, qui de principatu regendi populi deiectus, successorem sibi humiliter requirit, inuentumque ungit in regem, unctum mox tolerat percussorem à quo, nec moriatur trepidat, & tamen ne ei dominus irascatur rogat. Ipse quoque cū mitteretur, ait, Audiet Saul, & interfi- C ciet me. Et ei per semetipsam ueritas dicit. Quousque tu luges Saulem, cum ego abiecērim eum? Quid ergo viro isto benignius dici potest, qui & hunc non vult diuinitus percuti, à quo formidat occidi? Cum ad pietatis atque humilitatis celsitudinem tendimus, præcedentiū exemplis illuminamur. Quid enim Dauid misericordius, quid humilius dici potest, qui à rege reprobo pro uictorijs contumelias recepit, qui de manu hostili Israeliticam gentem fortis eripuit, & tamen ipse ne moriatur, quasi debilis fugit? Qui & se electum diuino iudicio, D & persecutorem suum reprobum agnoscit, & tamē eidem persecutori suo crebro satisfactionis humilitate se subiecit qui persecutoris lanceam tollit, oram chlamydis detruncat, atque ad cacumē montis protinus properat, & vno eodēque tempore quia occidendi potestatē habuerit ostendit, & ne occidatur rogat. Quia ergo in cunctis quæ spiritualiter appetimus, exemplis præcedentium patrum illuminamur, benè de his montibus dicitur, *Illuminans tu mirabiliter à montibus aeternis*, &c. Sed quia bonis aliorum exemplis multorum vitia denudantur, quia cōtraria comparata magis elucescunt, hinc est quòd vnde aliqui illuminantur ad uirtutem, inde alij ad odium excitantur & iram. Vnde subditur, *Turbati sunt omnes insipientes corde*.

Moyses exēplum mansuetudinis.

Iosue exemplum constantia.

Samuel exēplum benignitatis.

Dauid exēplum humilitatis.

Dormierunt somnum suum, & nihil inuenerunt omnes uiri diuitiarum in manibus suis. 1250 *Canon. 5.*

Hic consequenter per exemplum auaros reuocat. Vbi notandum, quòd uita præsens quædam dormitio dicitur ipsis peccatoribus, quia licet vigilent corpore, anima tamen ipsorum dormit, sic econtra iusti corpore dormiunt sed anima uigilat. Sic enim ecclesia, in persona omnium iustorum. d. Ego dormio, & cor meū vigilat. Peccator ergo qui secundum animam in præsenti dormit, vigilat in morte, quia tunc eius anima uidere cogitur, quæ hic uidere nolebat. Psalmista ergo auaros ad pœnitentiam prouocare uolens, adducit exemplum quòd sunt dormientes corporaliter, pauperes quandoque somniant se multas habere diuitias, sed cum euigilant, vacuos se reperiunt. Sic est de auaris, quia in præsenti dormientes se diuites putant, sed cum per mortem euigilauerint, nihil se habere reperiunt. De quibus nūc dicit. *Dormierunt somnum suum.* Vbi gl. Auari enim hic dormientes somniant se multos thesauros habere, sed cum euigilant, nihil inueniunt. *Viri diuitiarum in manibus suis*. Et attende quod ait. *Viri diuitiarum*, scilicet subditi diuitijs, non dicit habentes diuitias. Multi enim habent qui non amant. Vnde istū versum ad propositum exponens Greg. super illo verbo Iob 27. Diues cum dormieris, nihil secum aufert, dicit. Huic nimirum sententiæ Psalmista concordans, dicit. *Dormierunt somnum suum, & nihil inuenerunt omnes uiri diuitiarum in manibus suis.* Vt enim in sua manu diuites post mortem suam quicquid inueniant, eis ante mortem dicitur, diuitias suas in quorum manibus ponant, &c. uide supra versic. 1203. Vnde de istis auaris, diuitibus dicitur Psalm. 48. Et relinquent

Auarus.

Diuitiæ.

Gregor. 18. mor. c. 9.

quent alienis diuitias suas, & sepulchra eorum domus illorũ in æternũ, vide ibi.

1251 *Ab increpatione tua Deus Iacob, dormitauerunt, qui ascenderunt equos.*

HIc superbos increpando humiliat. Vbi sciendum quòd secundum q ait Greg. Equi nomine in scriptura multa significantur. Equi nomine aliquando lubrica uita prauorum, aliquando dignitas vel superbia temporalis, aliquando hoc ipsum præsens sæculum, aliquando præparatio rectæ intentionis, aliquã do sanctus prædicator exprimitur. Equi enim uomine lubrica uita prauorum designatur, sicut scriptum est. Nolite fieri sicut equus & mulus. Et sicut per prophetam alium dicitur. Equi amatores in fœminas & emissarij facti sunt vnusquisque ad vxorem proximi sui hinniebat. Equi nomine dignitas vel superbia temporalis accipitur Salomone attestante qui ait. Vidi seruos in equis, & principes ambulantes quasi seruos super terram. Omnis quippe qui peccat seruus est peccati, & serui in equis sunt, dum peccatores præsentis uitæ dignitatibus efferuntur. Principes verò quasi serui ambulant super terram, cum multos dignitate uirtutum plenos nullus honor erigit, sed summa hic aduersitas velut indignos deorsum premit. Hinc rursum dicitur. *Dormitauerũt qui ascenderũt equos*, idest in morte animæ mentis oculos à veritatis luce clauserunt qui in præsentis vitæ honore superbè cõfisi sunt, &c. Sic ergo hic per equos intellige superbas huius mundi dignitates, quas ascendunt superbi, qui Deo subijci nolunt. Ascenderunt ergo equos superbiæ, qui Deo subijci nolunt. Sic Pharao increpatus a Deo increpationes Dei obstinata mente contempsit. Sic & omnes qui negligunt monita Dei dormitant, quia Deum audire contemnũt, quasi per hoc uolẽs illos abducere à superbia, ut Christo subijciantur, ne sic accidat eis, sicut Pharaoni, de quo dicitur Exod. 14. Ingressus est eques Pharao cum curribus & equitibus eius in mare, & reduxit super eos dominus aquas maris. Et attende secundum gloss. tremendam rem, increpatio habet strepitum, strepitus au-

Gregor. 31. mor. c. 18. *Equus significat multa.* *Psal. 31.* *Hiere. 5.* *Eccle. 10.* *Increpatio.*

E tem increpationis excitare solet dormiẽtes. Quomodo ergo ad increpationem Dei, quæ tanti ponderis est, dormitant superbi, nisi quia cor habẽt induratum? Duritia enim cordis obdormitio est. Vnde, quantò amplius à Deo increpantur in præsenti, ipsi magis indurantur. Vnde de talibus superbis induratis dicitur Sapient. 12. Qui increpationibus correcti nõ sunt, dignũ Dei iudiciũ experti sunt.

Tu terribilis es, & quis resistet tibi? ex tunc in ira tua. 1252

F HIc consequenter ostendit diuinam potestatem, circa quàm tria ostendit, scilicet primò quòd diuina potestas est singulorum excessiua. Secundò quòd est malorum punitiua, ibi. *De cælo*. Tertiò quòd est bonorum præmiatiua, ibi. *Cum exurgeret*. Quantum ad primum sciendum, quòd tãta est diuina potestas, quòd nullus ei resistere potest, quia sua uoluntas est sua potestas. Propter quod dicitur Hester 13. Domine Deus, rex omnipotens in ditione tua cuncta sunt posita, & non est, qui tuæ possit resistere voluntati. Quod nunc confirmans Psal G mista ait. *Tu terribilis es, & quis resistet tibi?* quasi dicat, nullus. Sed contra uidetur, quia Psalm. 16. dicitur. A resistentibus dexteræ tuæ custodi me. Et Stephanus Iudæis dicebat. Vos semper spiritui sancto restitistis. Quomodo ergo nunc dicit Psalmista. *Quis resistet tibi?* Hanc quæstionem mouet Greg. super illo verbo Iob 9. Deus, cuius iræ nemo resistere potest, dicens. Mirum ualdè est, quòd iræ Dei nullum resistere posse dicitur, cũ tamen multos indignationi supernæ animaduersionis obuiasse eloquia diuina testantur. An non iræ Dei Moyses re- H stitit, qui pro cadẽte populo erectus, ipsum supernæ percussionis impetũ, mortis suæ oblatione resistit, dicens. Dimitte illis hanc noxam, alioquin dele me de libro, quem scripsisti. An non iræ Dei Aaron restitit, cum inter viuentes, ac mortuos thuribulum sumpsit, atque animaduersionis ignem incensi fumo temperauit? An non Phinees iræ Dei restitit, quia luxuriantes cum alienigenis in ipso coitu trucidans, zelum suum diuinæ indignationi obtulit, & furorem gladio

Resistere Deo. *Act. 7.* *Exod. 32.*

dio placauit. An non iræ Dei Dauid re-
Gregor.19. mor.c.11. stitit, qui Angelo ferienti se offerens, pla
cationis gratiam, & ante tempus propo-
situm exegit? An non Helias iræ Dei re-
stitit, qui longo iam tempore, terra aren
te, subductas de cęlo pluuias verbo reuo-
cauit? Quomodo ergo diuinæ iræ nullũ
posse resistere dicitur, cum multos sæpè
restitisse exemplis existentibus demon-
stretur? Sed, si subtiliter ista pensemus, &
verum cognoscimus, quia diuinæ iræ nõ
resistitur, & verum, quia multi sæpe resti
terũt. Omnes etenim sancti, qui iræ Dei
obuiant, ab ipso accipiunt, vt contra im-
petum percussionis eius opponãtur, atq;
vt ita dixerim, cum ipso se erigunt cõtra
ipsum, eosque diuina vis sibi opponit se-
cum: quia in eo quòd aduersum se ſęnie-
tem iram foras obtinent, intus eos gra-
tia miserantis fouet, & famulantes inte-
rius leuat, quos quasi aduersantes exte-
rius tolerat. Porta ergo contradictionẽ
deprecantium, quàm aspirat, & velut no
lenti opponitur, ꝙ ab ipso vt fiat impera
Exod.32. tur. Moys.n.dicit, Dimitte me, vt irasca-
tur furor meus contra eos, & deleã eos,
faciamque te in gentem magnam. Quid
est sermo suo dicere. Dimitte me, nisi de-
precanti ausum præbere? Ac si apertè di
ceretur. Pensa quãtum apud me valeas,
& cognosce quia obtinere poteris, quic-
quid pro populo exoras. Aliter autẽ ad
Gregor.9. mor.c.2. dictam quæstionem respondet idem Gre
gor. dicens, Resistere Deo dicimur, cum
repugnare eius dispositionibus cona-
mur, Neque enim nostra infirmitas incõ
mutabili eius sententiæ obuiat, sed tamẽ
quod explere non valet, tentat. Nam sæ-
pe humana infirmitas occultę vim dispo
sitionis agnoscit, & tamen hanc si muta-
re valeat, appetit, & cõtra ire satagit, sed
ipso se gladio contradictionis frangit, or
dini interno renititur, sed suis victa cona
tibus ligatur. Hanc ergo Dei potentiam
Terribilis. insuperabilem ostendens, ait. *Tu terribi-*
lis es, & quis resistet tibi? quasi dicat nul-
lus. Terribilis enim secundum Gramma
ticos, dicitur à terreo terres, & idem est
terribilis, quod metuendus, & terrori ha
bilis. Et aduerte tamen, quòd quamuis
hic nullus, realiter Deo possit resistere,
tamẽ eo modo quo precibus sanctorum
placatur, ei resistere dicimur, quia nunc
tempus est misericordiæ, sed in iudicio,

A cum tẽpus erit iustitiæ, & vindictæ, nul-
lis placabitur precibus. Quod notat Psal
mista, dicens, *Ex tunc ira tua*, quasi dicat,
secundum glos. Modo dicunt mali, quæ
volunt, disputant contra Deum, quod
tunc facere non poterunt, quia tunc, sci-
licet in die iudicij erat ira tua, scilicet,
super malos firmata.

De cœlo auditum fecisti iudicium, terra tremuit & quieuit. 1253

OStenditur hic, quòd diuina poten-
tia est malorum punitiua. Vbi no-
B tandum, quòd per cœlum significantur
sancti Apostoli, & prædicatores. Psal.18.
Cœli enarrant gloriam Dei, &cæt. Et isti
Christum venturum ad iudicandum or-
bem toti mundo annũciauerunt, tam in
nouo quàm in antiquo testamẽto, vt pa
tet discurrenti in vtroque. Propter quod
dicitur Psal.49. Annunciabunt cœli, id-
est, sancti patres Apostoli, & prædicato-
res iustitiam eius, quoniam Deus iudex
est. Vnde de Christo iudice dicebat Pe-
trus Actuum 10. Ipse est, qui constitutus
est à Deo iudex viuorum, & mortuorũ.
Huic omnes prophetæ testimoniũ perhi
C bent. Quid est ergo *de cœlo auditum feci-*
sti iudicium, nisi ex ore sanctorum mundo
declarasti Christũ futurum iudicẽ mun-
di? Vel aliter. *De cœlo auditum fecisti iu-*
dicium. Christus.n.de cęlo veniens, audi-
tum faciet toti orbi iudicium vltimum.
Sic.n. dicitur Actuum 1. Quemadmodũ
vidistis eum euntem in cœlum ita veniet.
Ascendit autem in voce tubæ. Psalm.46.
Ascendit Deus in iubilo, & dominus in
voce tubæ, ergo & sic descendet in voce
tubæ, vt auditum omnibus faciat iudi-
ciũ. Et hoc est quod ait Apost.1. Thes.4.
ipse dominus in iussu, & in voce Archan
D geli, & in tuba Dei descẽdet de cęlo, &c.
Ad hoc.n.valet vox tubæ, vt auditores
excitet. Illud autem iudicium vltimum
peccatoribus timorem incutiet, & iustis
lætitiam, vt ostendit Gregor. dicens. In *Gregor.32. mor.c.6.*
iudicio Christus iustis tranquillus appa- *Iudiciũ ma*
rebit, & iniustis iratus. Testem enim con- *los contur-*
scientiam intra semetipsos deferunt, vn- *bat, & læti*
de & eorum mentes æquè vnũ respiciãt, *ficat bonos.*
sed non æqualiter modificentur, quia &
istis eum benignum ostẽdit anteacta in-
stitia, & illis terribilem culpa. Quorum

pauorē quis explicet, cum cōsigerit miseris, & ante se culpas cernere, & ante se iudicem iustum videre? Hoc nimirum continuè in vsu vitæ præsentis agitur, vt de qualitate venturi iudicis mortalium corda doceantur. Nam, cum duo ad iudicium pergunt, alius innocentiæ sibi conscius, & alius culpæ debitor, graue cōtra se hoc ipsum iudicis silētium suspicatur, quam itam sibi non denunciat perturbatio iudicis, sed recordatio prauitatis. Quia & si adhuc fortassis hunc reum sententia non clamat, intus tamen conscientia iam grauiter accusat. At contra iustitiæ amicus, decernentis iudicis vultum conspicit, sed intus de testimonio bonæ recordationis hilarescit. Et quo apud se metuat non habet, eo ipso omne, quod est ante ipsum, blandum videt. Cū ergo dicitur Iob 40. Disperge superbos in furore tuo, non perturbatio diuinæ sententiæ, sed super peccatores malè sibi conscios examinatio iustæ vindictæ, quāuis enim in iudicio eū tranquillum videant, quia tamen feriendos se ab illo non dubitant, cum suis moribus perturbatum putant. Ex quibus apparet, quòd mali in iudicio tranquillum iudicem timebunt, & conscientia teste, recalcitrare non valebunt. Et hoc notans hic Psal. ait, *Terra tremuit, & quieuit*, quia, scilicet, secūdum glos. peccatores terreni cremabuntur, & perdita potestate malè agendi, vel excusandi, conquiescent.

Innocentia confortat.

1254 *Cum exurgeret in iudiciū Deus, vt saluos faceret omnes mansuetos terræ.*

HIc ostenditur, quòd diuina potentia est bonorum præmiatiua. Vbi notandum, ꝙ iustitia duos habet actus, videlicet malos punire, & præmiare bonos, quorum vnum per se intendit. s. bonorum præmiationem, & aliud per accidens, s. malorum punitionem. Non enim malos punit nisi ad vtilitatem bonorum. Propter quod dicit Isidorus, Factæ sunt leges, vt earum metu humana coerceatur audacia, tutaque sit inter improbos innocentia, & in ipsis improbis, formidato supplicio refrenetur audacia, & nocendi facultas. Et quamuis hoc dicatur de lege humana, tamen suo modo sic est de lege diuina, quæ principaliter intēdit

Iustitia.

Isid. 5. Etymol.

Lex dat per se præmiū, sed per accidens supplicium.

H

E præmiare bonos, sed quasi per accidens malos punire. Sic etenim Christus prius bonos ad præmium vocabit, & postea malos ad supplicium, vt patet Matth. 25. Venite benedicti, &c. Et cōsequenter dicit. Discedite, &c. Quamuis postea cōcludendo dicat. Ibunt hi in supplicium æternū, iusti verò in vitam æternam. Quod ad propositum exponens Origenes ait, Attende quia prius dicit, venite benedicti patris mei, deinde, discedite maledicti, propterea, quia proprium est boni Dei primum recordari facta bonorum, quàm malorum, hic tamen prius concludit pœ- F nam malorum, deinde vitam bonorum, vt primum quæ timoris sunt euitemus mala, postea quæ honoris sunt, appetamus bona. Sic & hic quamuis Deus principalius intendat bonos præmiare, tamē præmisit malorum pœnam dicens. *Terra tremuit*, &c. Tamen vt ostendat bonorum præmium principalius intentum, hic adiungit, ꝙ principalis causa iudicij erit bonorum præmiatio, d. *Cum exurgeret in iudicium Deus, vt saluos faceret*, &c. Nam ly *Vt*, est dictio ostendens causam. Est ergo sensus, ꝙ terra tremuit, & quieuit. i. peccator quilibet, *cum Deus exurgeret*, G i. exurget in iudicio. *Vt saluos faceret*, idest, faciet *omnes mansuetos terræ*. Et notanter dicit, *omnes mansuetos terræ*, glos. idest, homines, qui non ascendunt equos superbiæ, sed humiliter confessi sunt peccata, qui habent pacem mentis. Quid autem propriè sit māsuetudo, & quis mansuetus dicatur, vide supra versic. 740.

Origenes.

Quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi, & reliquiæ cogitationis diem festum agent tibi. 1255

HIc Psalmista vice bonorum cōsurgit ad gratiarum actionem debitā. Et tria facit, quia ostēdit primò, ꝙ Deo gratias debemus agere. Secundò ꝙ promissa Deo debemus reddere, ibi. *Vouete.* Tertiò, ꝙ terribilē Deum debemus credere, ibi. *Terribili.* Quantum ad primum sciendum, ꝙ secundum Grammaticos, reliquiæ dicuntur à relinquo, is. Et sic reliquiæ dicuntur illa, quę remanent, vel post relinquuntur, vel sequuntur. Iusti autem habent duo, s. vnum primū, quod præcedit. s. bona voluntas vel cogitatio, & aliud

Reliquiæ.

& aliud

& aliud quod relinquitur post, vel sequitur, s. bona operatio. Volens ergo Psalmista ostendere, q gratias Deo debemus agere corde, & opere dicit. *Quoniam cogitatio hominis.* s. iusti confitebitur tibi. s. cõfessione laudis gratias agendo. *Et reliquiæ cogitationis.* s. opera, quæ sequuntur cogitationem, *Diem festum agent tibi.* i. ad laudem tuã terminabuntur, & cessabunt ab operibus seruilibus peccatorum. Istã intentionem ponit Magister in gl. dicẽs, *Quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi,* i. iusti laudãt te cogitatione, & etiam opere. Unde subdit. *Et reliquiæ cogitationis,* i. exhibitio boni operis *diem festum agent tibi,* i. iusti cessabunt à seruili opere peccati non intenti mundo, sed quieti bonis intendent. Cogitatio enim est cõceptio voti, reliquiæ verò, scilicet, operatio reliqua.

1256 *Vouete, & reddite domino Deo vestro omnes, qui in circuitu eius affertis munera.*

HIc ostendit, q promissa Deo post cogitationem debemus reddere. Omne.n. votum Deo factũ, vel promissum necessario est adimplẽdum, Eccl. 5. Si quid vouisti Deo, ne moreris reddere. Sed hic est dubium, cum votum sit consilij, & non præcepti, quomodo hic præcipitur votum, cum dicitur. *Vouete, & reddite.* Ad hoc respondet gl. dicens, q vota sunt duplicia, quia alia sunt vota cõmunia de iis, s. sine quibus non est salus, vt vouere fidem in baptismo, & renuntiare diabolo, & põpis eius, non occidere, non superbire, & huiusmodi, quæ, etiã si non promittãtur, soluere debemus. Et de istis præcipitur hominibus vouere, & reddere. Alia sunt vota propria singulorum, vt castitas, paupertas, virginitas, & huiusmodi. Ad hæc ergo vota nos oẽs inuitat, nec præcipit, vt voueamus, sed vt vota facta reddamus. Vouere.n. voluntati consulitur, sed post voti promissionẽ necessariò redditio exigitur. Ideo non ait simpliciter vouete, vel nolite vouere, sed *vouete, & reddite,* idest si vouetis reddite. Alioquin de voto rei tenentur, & dãnationem habẽt, quia fidem datam irritam fecerunt. Vel dicẽdum, q verbum imperatiui modi in scriptura non semper te-

Votum duplex.

A net imperatiuè, licet quãdoque. Unde notandum quod uerbum imperatiuum multis modis accipitur. s. quandoq; imperatiuè, vt Matth. 6. Nolite fieri sicut hypocritæ tristes. Exod. 20. Honora patrem tuum, &c. Quãdoque permissiuè, sicut Ps. 4. Irascimini, & nolite peccare. Quandoque deprecatiuè, Ps. 50. Miserere mei Deus. Quãdoque hortatiuè, sicut ad Ephes. 4. Obsecro vos, vt dignè ambuletis domino, &c. Quandoque prædictiuè, sicut Io. 2. Soluite templum hoc, &c. Et Io. 13. Quod facis, fac citius. Quãdoque derisiuè 3. Reg. 22. Vade tradet tibi B dominus Syriam. Quandoque cõfusiuè, Matt. 25. Discedite à me maledicti. Qñque vocatiuè. Thre. 1. O uos omnes, qui transitis per uiam, ueuite, &c. Quandoque consultiuè. Matth. 19. Vade & uende omnia quæ habes, & da pauperibus. Ad propositum ergo, cum hic dicitur. *Vouete,* &c. hic ly *vouete* tenetur cõsultiuè, nõ autẽ imperatiuè. Dicat ergo consultiuè. *Vouete, & reddite domino Deo vestro.* Sequitur. *Omnes, qui in circuitu eius affertis munera.* Omnes enim iusti dicuntur esse in circuitu Dei, quia tãquam famuli obsequentes illi assistunt. Apoc. 7. Omnes C Angeli. i. spirituales, & angelici viri stabant in circuitu throni, &c. Et isti munera offerunt Deo, dum seipsos uiuos Deo immolant, sic dicebat Apostolus Rom. 12. Obsecro uos per misericordiam Dei, ut offeratis corpora uestra hostiã uiuentem, sanctam, Deo beneplacentem, &c. Sed hic est unum dubium, quia dicit, *vouete, & reddite.* Utrum uotum debitè factum quis licitè possit non reddere? idest, utrum in uoto facto licitè, ne reddatur, cadat dispensatio, uide Thom. secunda secundæ, quæst. 88. art. 10.

Imperatiuum verbũ tenetur multipliciter.

Votum.

D *Terribili, & ei, qui aufert spiritũ principum, terribili apud reges terræ.* 1257

HIc consequenter ostẽdit, q Deum terribilẽ habemus credere, & continuatur ad præcedentem uersum, quia dixit: *Vouete, & reddite domino Deo vestro* Hic quia sunt multi dij gentium dęmonia, declarat, q soli Deo uero nostra uota debemus reddere, qui. s. Deus est verus, & apud omnes terribilis, ideo ab omnibus timendus non solum à paruis, sed

etiã à principibus, & regibus, quod probat: quia *aufert spiritum principum, & regnum terræ*, i. vitam: quia anima omnis viuentis in manu sua est. Iob 12. In cuius manu est anima omnis viuentis, & spiritus vniuersæ carnis. Vbi Greg. dicit. Per manũ quippe potestas intelligitur. Anima ergo omnis viuẽtis, & spiritus vniuersæ carnis hominis in eius est potestate à quo est, vt ipse prouideat qualiter sit, qui præstat esse, quod non fuit. Vel aliter hic ostenditur diuina potestas. Vbi sciẽdum, ꝙ per spiritum hominis significatur ipsa superbia. De quo spiritu dicitur Matt. 5. Beati pauperes spiritu. Hunc ergo spiritũ Deus aufert, quando corda superborum suis sagittis vulnerans, ad humilitatem deducit. Sic. n. dicitur Iob 6. Sagittæ domini in me sunt quarum indignatio ebibit spiritum meum. Quod exponẽs Gregor. dicit. Quid. n. est spiritus hominis, nisi spiritus elationis? Sagittæ autem domini spiritus hominis ebibent, cum supernæ animaduersiones mentem afflictã ab elatione compescunt. Sagittæ domini spiritum ebibunt, quia intentum exterioribus introrsum trahũt. Hoc potatus namque Dauid spiritu fuerat, cum dicebat. In deficiendo ex me spiritũ meum, & tu cognouisti semitas meas. Et rursum, Renuit consolari anima mea, memor fui Dei, & defecit spiritus meus. Sagittarum ergo Dei indignatio spiritũ hominis ebibit, quia supernę sententiæ electos, quos in peccatis inuenerint, dum vulnerant, immutant, vt duritiam suam mens transfixa deserat, &c. Et ad istum intellectum dicitur psalm. 103. Auferas spiritum eorum, & deficient. Vnde hic, ait glos. Qui aufert spiritum principum, idest, audaciam superborum, &c.

Vita nostra in potestate Dei est. *Gregor. 11. mor. c. 3.* *Gregor. 7. mor. c. 3.* *Spiritus hominis est superbia.* *Psal. 142.* *Psal. 70.*

PSAL. LXXVI.

1258 **V**oce mea ad dñm clamaui, voce mea ad Deum, & intẽdit mihi.



Ic Psalmus talem habet titulum. *In finem pro Idithum Psalmus Asaph.* Pro cuius euidentia est sciendum, ꝙ Asaph vnus de tribus præpositis cantoribus à Dauid spiritu prophetico tactus, præuidit captiuitatem, & transmigrationem populi Iudæorum in Babyloniam faciendam tempore Nabuchdonosor, regis Babylonis, propter peccata Iudæorum, de qua locutus est Asaph in Ps. 73. Vidit etiam terminandam ipsam, mediãtibus orationibus aliquorum iustorum, qui erant in captiuitate illa detenti, vt patet Dan. 6. & Ezechielis, & aliorum iustorum illius temporis. Vnde de illa captiuitate futura suo tempore & terminanda modo prædicto fecit istum Psalmum. Notandum, quòd hoc nomen Idithum, quandoque est nomen proprium,
F & sic fuit nomen cuiusdam cantoris, ut habetur 1. Paralip. 25. & sic non accipitur hic in titulo. Quandoque est nomen appellatiuum, & sic Idithum interpretatur saliens, vel transiliens. Et sic accipitur hic, & significat populum vel salientem de libertate ad captiuitatẽ, vel transilientem postea de captiuitate ad libertatem. Et sic quò ad literam sensus tituli est. Iste Psalmus est Asaph, qui scilicet ipsum fecit, qui nos dirigit in finem, scilicet in Christum quem Asaph fecit pro Idithum, idest, pro saliente populo de libertate in captiuitatẽ, vel econtrario. Sic
G primò procedam in isto psalmo iuxta sensum historicum. Secundò iuxta sensum propheticum. Quantum ergo ad primum Psalmus iste diuiditur in duas partes, quia Asaph primò ponit suum intentum. Secundò declarat suum propositum, ibi. *In die tribulationis*, &cæt. vt Nic. de Ly. Quantum ad sensum propheticum, sciendum quod titulus istius Ps. est consimilis titulo, qui habetur Psal. 61. Nec est aliqua differentia nisi in nomine auctoris, quia scilicet illũ fecit Dauid, & istum fecit Asaph. Vnde eodem modo exponitur quo ad sensum prophe-
H ticum iste titulus, sicut & ille. vide supra versiculo 978. Hic ergo in isto Psalmo loquitur Asaph in persona cuiuslibet deuoti, mundum, & ea, quæ in mũdo sunt, transilientis. Et quatuor facit, secundũ quæ iste psalmus habet quatuor partes. Primò quia mentem, & opera ad Deum eleuat. Secundò suam miseriam, & necessitatem explicat, ibi. *Renuit.* Tertiò Dei pietatem, & misericordiam explicat, ibi. *Nunquid in aternum.* Quartò nostræ redemptionis potestatem prædicat,

cat,ibi. *Notam fecisti.* Prima pars diuiditur in duas, quia hic orando primò ad Deum clamat corde. Secūdò clamat opere, ibi. *In die tribulationis.* Quantū ad primum sciēdum, quod oratio deuota quidam clamor est, aures pulsans diuinas. De quo Psalm. 101. Domine, exandi orationem meam, & clamor meus ad te veniat, quoniam oratio debet esse cum clamore, non quidem vocis exterioris, sed interioris, s. cordis, quilibet enim orans magna mentis affectione, ad Deum clamat. Vnde tacente Moyse voce corporali, dixit dominus ad eum. Quid clamas ad me? Isto ergo modo nunc ait Psalmista. *Voce mea,* s. cordis *ad dominum clamaui.* Et nota secundum glos. quod psal. hic prius ostendit, ad quem clamat. Et non dicit, quid petat, dicens. *Voce mea ad dominum clamaui.* Et si quæras, quare non exprimit quid orando, vel clamando petat. Respōdet quia *Voce mea ad dominum clamaui,* q.d. Non exprimo, quid petam, quia clamo ad Deum, cui non est opus aliquid dici, qui omnia, quæ expediunt, nouit, quia omnia nuda, & aperta sunt oculis eius, Vnde alia litera habet. *Vox mea est ad Deum,* q.d. Nihil aliud clamādo peto nisi ipsum Deum, vltra quem nihil est. Et quia omnem iustum orātem Deus exaudit, ideo ne frustra se clamare ostendat subdit. *Et intendit mihi,* glos. quia semper adest quærentibus se, nō autem adest quærentibus aliud ab eo. Vnde Psalm. 17. Clamauerunt, nec erat, qui saluos faceret ad dominum, nec exaudiuit eos. Quid autem sit Deum intendere orationibus nostris, vide supra versic. 876. Moraliter autem procedendo, hic potes notare quod triplex est vox, qua clamamus ad Deum, scilicet, vox genitricis gratiæ, qua proteguntur humiles, vox cōtemplantis animæ, qua exaudiuntur supplices, vox redemptoris machinæ, qua superantur dæmones. De istis vide in postilla mea super Ioan. lect. 44.

Clamor orationis. — *Exod. 14.* — *Hebr. 4.* — *Multiplex vox.*

1259 *In die tribulationis meæ, Deum exquisiui manibus eius, nocte contra eum, & non sum deceptus.*

HIc consequenter clamat ad Deum opere. Vbi notandum, quòd tēpus totū præsentis vitę iustorū dicitur dies, A & nox, & hoc respectu diuersorum. Nam vita iustorum hic dicitur nox respectu vitæ beatorum, sed dicitur dies respectu vitæ peccatorū, quod enim dicatur dies respectu vitæ peccatorum, ostendit Apostolus, qui inter vitam iustorum, & peccatorum dans differentiam, vitam iustorum vocat diem. Sic vt in die honestè ambulemus, non in comessationibus, & ebrietatibus, &c. Quod ideo dicit, quia status peccatorum nox dicitur, quia omnis, qui malè agit, odit lucem, &c. Quod autem dicatur nox respectu vitæ beatorum, ostendit Petrus Apostolus dicens. B Habemus propheticum sermonem, cui benè facitis intendentes, donec dies illucescat, & lucifer oriatur in cordibus vestris. Vnde hic ait Magister in glo. Venturus est ergo dies post istam noctē, cuius diei cōparatione huius vita nox est. Cōparata verò vitæ infideliū, est dies. Dies ergo hic est vita iustorum comparatione infidelium, sed nox in cōparatione Angelorum. Est ergo vita iustorum dies tribulationis, quia tota vita præsens tribulatio est desiderātibus cœlestia, Psal. 33. Multæ tribulationes iustorum. Dicat ergo. *In die tribulationis meæ Deum exquisiui manibus meis.* C Quæro.n. componitur cum ex, & fit exquiro, ris. quod est valdè, & desideranter, siue affectuosè quærere, quod est, quando homo corde, & opere Deum quærit. Propter qđ subdit. *Deum exquisiui manibus meis.* Per manus.n. designātur opera. Vnde hic ait gl. q.d. Nō solū cordis voce quæsiui Deū, sed etiā *manibus,* i. operibus, & ideo non inani desiderio, & quod desideranter Deum quærat, non pro vana gloria, non propter aliud, sed propter ipsum Deum. Ideo ad hoc declarandum subdit, *Nocte contra eum.* Per noctem accipe illud, quod per D diem, vt dictum est, s. vitam iustorum. Sed dices. Si iustus desideranter quærit Deum in vita præsenti, quomodo ergo dicit se quærere contra Deum? Vbi sciendum, quòd contra quandoque accipitur pro coram. Sic enim dicitur Matth. 27. Erant autem ibi Maria Magdalenæ, & altera Maria sedentes contra sepulchrum, glo. i. coram sepulchro. Similiter & Psalmo 49. Arguam te, & statuam contra faciem tuam: quia peccasū, quod post dorsum posuisti ante, vel corā facie tua ego

Vita praesēt dicitur dies & nox. — *Rom. 13.* — *Ioan. 3.* — *2. Petr. 1.*

ponam vt scias, quia malè egisti, & fideli- tatem tuam videas vt erubescas. Similiter in proposito, ly *contra* stat pro corã. Vnde alia litera habet, *nocte coram eo* vbi glo. Contra Deum, vel coram Deo quęrit, qui non facit institiam suam coram hominibus vt videatur ab eis, sed solum coram Deo, vt illi placeat, qui autem sic orãdo exquirit Deum coram ipso exauditur. Ideo subdit, *Et non sum deceptus*, quasi dicat. Inueni Deum, quem quærebam. Decipiuntur enim, qui quærunt in temporalibus requiem, cum mœroribus sint plenæ. Hic potes notare, ꝙ contra in scriptura multipliciter accipitur. Vide in dictionario meo loco suo.

1260 *Renuit consolari anima mea, memor fui Dei, & delectatus sum, & exercitatus sum, & defecit spiritus meus.*

Consequẽter hic explicat iustus suã necessitatem, & miseriam. Vbi nota, ꝙ miseria iustorum in præsenti causatur ex quatuor, quæ hic ponit Psalmista, s. primò ex implicatione mundanorum. Secundò ex infestatione inimicorũ, ibi, *Anticipauerunt*. Tertiò ex dilatione æternorum, ibi, *Cogitaui*. Quarto ex meditatione peccatorum, ibi. *Et meditatus*. Quantum ad primum sciendum, quòd in rebus mundanis nulla vera cõsolatio reperitur, quia omnia mũdana sunt quasi somnia, raptim transeuntia. Vnde de omnibus mundanis, & temporalibus dicitur. Somniatores frustra locuti sunt, vanè consolantur. Et non solum est talis consolatio in se vana, sed suos ad æternã miseriam ducit, dicente Christo. Væ vobis diuitibus, qui hic habetis consolationem vestram. Non enim condemnantur diuitiæ, sed in diuitijs vana consolatio, quoniam vt ait Ambrosius super Lucã, exponens dicta verba. Qui consolationem vitæ præsentis appetunt, consolationem remunerationis perpetuæ perdunt. Quòd pulchrè deducit Bernardus super illo verbo Esa. 40. Consolamini, consolamini popule meus, &c. dicẽs. Nõ tantum dicit semel consolamini, sed secundò, vt certi simus, quod tam corpus quã animã sit saluaturus, qui neutrum suscipere est dedignatus. Sed quibus putas istam consolationem esse daturum? certè populo suo. Consolamini, inquit, popule meus. Ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum. Vis nosscere populum eius, quem ipse sit saluaturus? Tibi (inquit Psal.) derelictus est pauper, orphano tu eris adiutor. Ipse in euangelio dicit. Væ vobis diuitibus, qui habetis hic consolationem vestram. Vt quid enim consoletur eos Christus, qui suam habent consolationem? Non consolatur Christi infantia garrulos, nõ consolantur Christi lachrimæ cachinnãtes, non consolantur panni eius ambulãtes in stolis, non consolantur stabulum, & præsepe Christi amantes primas cathedras in synagogis, non consolatur Christi nuditas diuites consolationem mundi quęrentes. Cęterum nec Angeli illos consolantur. Vigilantibus enim pastoribus, & custodientibus vigilias noctis nouæ lucis consolationem euangelizãt, & eis saluator dicitur esse natus pauperibus. s. atque laborantibus, non autẽ vobis diuitibus, qui hic vestram consolationem habetis. Ex quibus apparet, ꝙ in rebus temporalibus vera consolatio esse non potest. Et ideo vt hic ait glos. iustus semper timet in aliquo temporali lætari & consolari, quia qui in omnibus hominibus scandalum vel inuenit, vel timet, in nullo securus est. Et hoc est, quod ait, *Renuit consolari anima mea*, s. in temporalibus rebus. Sed in quo sit vera consolatio iustorum, ostendit cum subdit, *Memor fui Dei, & delectatus sum*. Memoria enim, ac recordatio æternæ fęlicitatis iustos consolatur, quia in præsenti mundo consolationẽ non quærunt. Quod ostendit Bernard. super illo verbo Ecclesi. 34. Memoria mea in generatione sęculorũ, dicens. Quamdiu stare cernitur præsens sæculum, in quo generatio aduenit, & generatio præterit, non deest electis consolatio de diuina memoria. Sed quæ generatio ex Dei recordatione capit consolationem? Illa solum, quæ veraciter dicere potest. *Renuit consolari anima mea memor fui Dei*, &c. Iustum quippe est: vt, quos præsentia bona nõ delectant, præsto eis sit ex recordatione Dei futurorum consolatio. Et ista iustorum consolatio est tanta, quòd in illa noster deficit spiritus. Propter quod subdit. *Et defecit spiritus meus*.

Zach. 10. Consolatio mundi vana est. Ambros. Bernard. Consolatur Christus suos. Psal. 9. Bernard. Consolatio bonorum.

meus. Quis namque est spiritus hominis, nisi superbia, quæ in tali penitus deficit? Sed spiritus Dei fortificatur in ipso, vt deducit Gregor. lib. 7. mor. cap. 3. vide supra versic. 1257. Vel aliter iste versus potest exponi de contemplatiuis, quamuis ipsorum spiritus rapiatur ex recordatione Dei, & delectetur, tamen si ad occupationem, vel exercitationem terrenorum se occupent, statim spiritus à contemplatione cadit, quia contemplatio Dei aliam occupationem secum non admittit. Et istum sensum ponit hic Psalm. dicens, *Exercitatus sum, & defecit spiritus meus.* Vnde hunc versum ad istud propositum exponens Gilber. ait. *Memor fui Dei, & delectatus sum, & exercitatus sum, & defecit spiritus meus.* Si delectatio memoriæ Dei negocio alio se exercet, totū exhaurit spiritum prophetæ quomodo plura poterit, & peregrina complecti negocia? Delicata si quidem species est amoris affectio, & tenui occasione læditur, lætitia spiritualis, & amor æternorum occupationis impatiens est, suis satis habens intendere negocijs. Occasione enim accepta, amor oescit, nec exercet negocium aliud. Semper quidē sancta quadam eget auaritia. Semper enim quem amat, vel præsente eò se oblectat, vel absentem desiderat. Vnde & ocio gaudet, & quiete fouetur ad internam delectationem libera volens habere tempora. An non ipsum hoc tibi videtur sponsa innuere, cum dilectū suum ad cubilis secretum trahit. Non dimittam, inquit, te, donec introducam in cubiculum genitricis meæ. Nouit illa dilectum suum nō posse foras possideri, nec in negocio quidem, & quòd durum est amanti dimidiare cum Christo & mundo, quam durum, est inquam in dilectionis vita peregrinas admittere curas, & cœleste secretum turbis sæcularibus infestari? Hæc ille.

Contemplatio opera alia non patitur. *Gilbertus.* *Can. 3.*

1261 *Anticipauerunt vigilias oculi mei, turbatus sum, & non sum locutus.*

OStendit hic iustus suam miseriam ex infestatione inimicorum. Hic enim accipit glo. oculos pro inimicis, eo quia sicut oculorum officium est vigilādo prouidere, ne corpus lædatur, sic per A contrarium inimici semper vigilant ad lædendum. Vnde & alia litera habet hic. *Anticipauerunt vigilias inimici mei.* Quòd non solum de temporalibus inimicis est intelligendum, sed multò amplius de spiritualibus. De quibus dicit Apostolus. Non est nobis colluctatio aduersus carnem, & sanguinem, sed aduersus principatus, & potestates, aduersus spiritualia nequitiæ, quia scilicet dæmones plus vigilant ad decipiendum, quam nos vigilare possumus ad custodiam, vbique ponunt scandala, vbique ponunt muscipulas. Vnde diabolus decipiens nos, dicit il B lud Amos 9. Ponam oculos meos, i. astuta consilia mea super eos in malū, & non in bonum. Ad istorum autem oculorum insidias ratio iusti turbatur, sed caro cōdelectatur. Vnde ait contemplatiuus. *Turbatus sum.* s. mente, *& nō sum locutus*, scilicet carne recalcitrando. Ecce intrinsecum bellum, quia ratio & caro adinuicem pugnant, quia in eo quod ratio turbatur, caro quiescit, & cōdelectatur. Vel hoc potest accipi de inimicis interioribus, scilicet de sensibus corporalibus, qui mentem præueniunt trahendo ad illicita, si cautè non custodiantur. Qui sensus C nomine oculorum intelliguntur, quia oculus inter omnes sensus obtinet principatum. Istos oculos cautè custodiebat Iob dicens. Pepigi fœdus cū oculis meis, vt nec quidem cogitarem de virgine. Quòd ad propositum exponens Grego. dicit. Valdè namque est quòd caro deorsum trahit, & semel species formæ cordi per oculos illecta vix magni luctaminis manu soluitur. Ne ergo quadam lubrica in cogitatione versemur, prouidendum nobis est, quia intueri non debet, quòd concupisci non licet, vt enim munda mens in cogitatione seruetur à lasciuia D voluptatis suæ, deprehendendi sunt oculi, quasi quidam raptores ad culpā. Neq; enim Eua lignum vetitum cōtigisset, nisi hoc prius incautè respexisset. Hinc ergo pensandum est, quanto debemus moderamine ab illicitis oculos restringere nos, qui mortaliter viuimus, si & mater viuentium per oculos venit ad mortem. Hinc etiam sub Iudeæ voce, quæ exteriora videndo concupiscens, bona interiora perdiderat, dicit propheta. Oculus meus deprædatus est animam meam. Cōcupi-

Oculi sunt dæmones. *Ephes. 6.* *Iob 31.* *Oculi sunt custodiēdi.* *Gregor. 11. mor. c. 2.* *Thren. 3.*

ſcēdo.n.viſibilia,inuiſibiles virtutes amiſit. Quæ ergo interiorem fructū per exteriores oculos perdidit, per oculū corporis pertulit prædam cordis, &c. Sic & conformiter pugnam interiorem,quam ab oculis,ſ. ſenſibilibus exterioribus iuſti patiuntur, inſinuans nunc Pſalmiſta ait. *Anticipauerunt vigilias oculi mei.* Qđ autem ſequitur. *Turbatus ſum,& nō ſum locutus*,exponitur vt ſupra.

1262 *Cogitaui dies antiquos,& annos æternos in mente habui.*

HIc oſtendit iuſtus ſuam miſeriam ex dilatione æternorum.Iuſtorum enim animus quibuſcunque temporalibus hic habitis, non ſatiatur, ſed ſemper cogitat æterna præmia, ſine quibus omne, quod habet, ſibi ad miſeriā reputat. Vnde ait Greg.Sanctis.n.viris in hac peregrinatione poſitis, omne q́ ſine viſione Dei abondat,inopia eſt,quia cum ſibi omnia electi adeſſe vident,gemunt,q́ au ctorem omnium nō vident, eiſq; totum hoc minus eſt, quia adhoc ſpecies vnius deeſt.Sicque eos foris exaltat gratia ſupernæ diſpenſationis,vt tamen intus ſub diſciplina teneat mœror magiſtræ charitatis, per quam videlicet diſcunt, vt de iis,quæ exterius accipiont,apud ſemetipſos amplius humilientur, mentē ſub iugo diſciplinæ teneant,&c. Quia ergo iuſti patriam æternam deſiderant,& omne deſiderium pœnam includit,hinc eſt,qđ quicunque æterna præmia conſiderant, ex illius affliguntur deſiderio. Vnde & alibi dicit Pſal.119.Heu mihi,quia inco latus meus prolongatus eſt. Quod ideo ſic dicit,dum cogitat mala,in quibus nūc eſt, & bona in quibus nondum eſt. Conſimiliter & nunc ait. *Cogitaui dies antiquos*, &c. quaſi horum cogitatione ſuam deplorans miſeriam.Et nota,q́ ſecundū gl. hic accipit pro eodem dies antiquos, & annos æternos,ſcilicet pro æterna fœlicitate. Dicitur enim gloria æterna aliquando dies in ſingulari propter vnitatē obiecti, ſicut in Pſal.83. Melior eſt dies vna in atrijs tuis ſuper millia,Et Pſ.118. Ordinatione tua perſeuerat dies. Quan doque verò dicitur dies in plurali propter gaudiorum abundantiam,ſicut Prouerb.3.Longitudo dierum in dextera illius,& in ſiniſtra illius diuitiæ, & gloria. Similiter & hic dicitur de gloria.*Cogitaui dies antiquos*. Similiter & gloria dicitur annus quandoque in ſingulari.Leuitic.25. Sex annis operaberis,annus verò ſeptimus erit requietionis, quia ſex annis Deo ſeruire debemus, opera faciēdo meritoria,ſed in ſeptimo,ſcilicet fœlicitatis æternæ requies dabitur nobis.Quā que autem dicitur anni in plurali. Pſal. 101. Anni tui non deficient. Et nota, q́ iſte annus gloriæ quatuor partes habet ſcilicet quatuor corporis glorificati dotes, quæ per quatuor tempora anni deſignantur, ſcilicet impaſſibilitas in hyeme figurata, in qua coſtringitur, & fortificatur. Agilitas figurata in vere, in quo corpora naſcentia de terra ſurſum eleuantur. Claritas ſignificata in æſtate, in qua ſol altior, & clarior demonſtratur. Subtilitas in autumno, in quo fructus terræ à fœcibus depurati, in vnum congregantur.

Et meditatus ſum nocte cum corde meo, & exercitabar, & ſcopebam ſpiritum meum. 1263

OStendit hic iuſtus ſuam miſeriam ex meditatione peccatorum. Vbi notandum, quòd inter iuſtos, & iniuſtos hæc eſt differentia, quia mali bona, quæ fecerunt,ſemper meditātur, & malorum obliuiſcuntur,econtrario antē boni peccata ſua præterita & mala ſemper meditantur,& illa deflent,bona verò,quæ fecerunt, non attendunt, ſed magis, quæ eis reſtant facienda. Quòd oſtendens Gregor.dicit,Sunt verò nonnulli,qui cū bona aliqua faciūt, iniquitatum ſuarum protinus obliuiſcuntur, & cordis oculum in conſideratione bonorum operum, quæ exhibent, figunt: atque eò ſe iam ſanctiores æſtimant,quò inter bona,quę agunt, malorum ſuorum, in quibus adhuc fortaſſe implicati ſunt memoriam declinant.Qui ſi diſtrictionē æterni iudicis vigilanter attenderent,plus de malis ſuis metuerēt, quā de imperfectis bonis exultarent,plus inſpicerent q́ de iis, quæ adhuc eis agenda ſunt,debitores tenentur, quam quod operantes quædam iam debiti partē ſoluunt.Neque.n.abſolutus eſt debitor, qui multa reddit, ſed qui

Gregor.20. mor.c.19.

Conſideratio gloria nō habita contriſtat.

Annus gloria.

Mali conſiderant bona quæ fecerunt, ſed iuſti mala.

Gregor.22. mor. c. 6.

qui omnia. Et infra. Amplius ergo debemus inspicere, quæ bona necdum fecimus, quã ea, quæ iam nos fecisse gaudemus. Et habet hoc humana infirmitas proprium, vt plus ei intueri libeat, quod sibi in se placet, quàm ꝙ sibi in se displicet. Sed electi ab eo, in quo sibi placent, mentis oculos diuertunt, omnem in se peractis bonis lætitiam deprimunt, & de ijs, quæ minus se egisse intelligunt, tristitiã requirunt, indignos, & peccatores se æstimant &c. Sic ergo iusti in corde suo quiescentes meditantur bona, quæ non dum fecerunt, & mala, quę commiserũt. Et hoc est. ꝙ ait ps. *Et meditatus sum nocte cum corde meo*, & sic meditando satagunt perficere bona, quæ eis desunt, & plangere mala, quæ commiserũt. Et hoc est, quod subditur. *Et exercitabar*, scilicet ad perficiendum bona, & ad mala plangendum. Et quia per pœnitentiam anima purgatur ab omnib. malis, ideo subditur. *Et scopebam spiritum meum.* Vnde Greg. super illo uerbo, Iob. 14. Tu quidem gressus meos dinumerasti, sed parce peccatis meis &c. ait. Omnipotens itaque Deus culpas nostras enumerat, cum nosipsos ad singula, quæ fecimus, mala deflenda conuertit, & quasi misericorditer relaxat, quia, dum ipsi nos ea punimus, ipse nequaquam in extremo examine iudicat, Paulo attestante, qui ait, Si nosmetipsos diiudicaremus, non uiique iudicaremur. Ex quibus apparet, ꝙ iustus meditando mala, quæ fecit, & se per pœnitentiam exercitando, scopat spiritum suum, & mundat.

Greg. 12. mor. c. 10.

1. Cor. 11.

1264 *Nunquid in æternum proijciet Deus, aut non apponet, vt complacitior sit adhuc?*

HAec est tertia pars principalis, vbi Psalmista misericordiam, & pietatem Dei explicat. Hanc autem pietatem Dei in duobus ostendit, scilicet primo in peccatorum iustificatione, secundo in verbi æterni incarnatione, ibi, *Et dixi nunc cœpi.* Circa primum tria facit, quia ostẽdit primò, quod pietas Dei primo peccatores iustificat. Secundo quòd vsque in finem perducit ibi. *Aut in finem.* Tertio quod iram Dei pietas superat, ibi. *Aut obliuiscetur.* Quantum

A ad primum sciendum, quòd illos peccatores à se proijcit Deus, qui Deum à se repellunt, illos verò iustificat, qui ad ipsum accedunt per pœnitentiam. Cum quis ergo est in peccato, à Deo repellitur, cum autem pœnitet, à Deo recipitur, & iustificatur. Sed, quia nullus est ita iustus, quin quandoque cadat in peccatum, & sic quin quãdoque à Deo proijciatur. Ideo psalmista per modum quęstionis quærit, an talis status sit mutabilis an semper in æternum sic duraturus. Vel quòd homo quandoque sic iustificetur à Deo, quòd amplius non possit ca-
B dere, dicẽs. *Nunquid in æternum proijciet?* quasi dicat non, sed veniet status, in quo erit complacitior, modo enim nobis est complacens, dum nos iustificat, sic tamẽ quod in gratia non confirmat. Sed tunc, scilicet in patria, erit complacitior, quãdo nos in gratia reddet confirmatos. Et istam altiorem complacentiam postulabat Psalmista, dicens. Complaceat tibi, domine, vt eruas me, scilicet à mutabilitate iustitiæ. Vel peccatoribus iratus dicitur Deus, & eos proijcit, quando ipsos punit pro peccatis, sed complacitior, quando ipsis parcit.

Proijcit nos Deus.

Psal. 39. Complaceat Deus nobis.

C *Aut in finem misericordiam suam abscindet, à generatione in generationem.* 1265

OStendit hic ꝙ Dei misericordia erga peccatores durat usque in finẽ. Tamdiu enim erga nos durat Dei misericordia, quamdiu durat tempus pœnitentiæ. Hoc autem tempus durat vsque ad extremum articulum vitæ, ut ostendit magister lib. 4. Et de pœniten. dist. 7. nemo. Et hoc est quod innuit Psalmista, dicens, *Aut in finem misericordiam suam*
D *abscindet*, quasi dicat non. Quia si quis etiamsi in fine vitæ cõuerti voluerit, Dei misericordia hunc recipit à generatione peccatorum, & ponit in generationem iustorum. Et hoc est, quod ait. *A generatione*, s. malorum *in generationem* bonorum. Sed aduertat quilibet, quia quos diu patientia Dei tolerat, vt conuertantur, si non conuertantur, illos fortius damnat, dicente Apostolo ad Rom. 2. An ignoras, quòd benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? Tu autem secũdum duritiam

duritiam tuam & cor impœnitens the-saurizas tibi iram Dei in die iræ. Quòd ostendens Greg. lib. 17. mor. cap. 3. dicit. Quisquis enim delinquit & viuit, idcirco hunc diuina dispensatio in iniquitate tolerat, vt ab iniquitate compescat. Sed qui diutius toleratur nec tamen ab iniquitate compescitur, munus quidem supernæ patientiæ percipit, sed reatus sui vinculis ex ipso se munere arctius astringit. Nam qui accepta pœnitentiæ tempora diuertit ad culpam, districtus in vltimis iudex impensa argumenta misericordiæ conuertit ad pœnam. Hinc namque per Paulū dicitur. An ignoras quia patientia Dei ad pœnitentiam te adducit? Tu autem secundum duritiam tuā, & cor impœnitens thesaurizas tibi irā in die iræ, & reuelationis iusti iudicij. Puer centum annorum morietur & peccator centum annorum maledictus erit. Ac si apertè ostenderet, dicens. Vita quidem pueri in lōgum trahitur, vt à factis puerilib. corrigatur, sed si à peccati perpetratione nec temporis longinquitate compescitur, hoc ipsa longinquitas vitæ quam per misericordiam accepit, ei ad cumulum maledictionis crescit. Vnde necesse est vt cum nos diutius expectari conspicimus, ipsa prorogatæ pietatis tempora, quasi damnationis argumenta timeamus, ne ex clementia iudicis crescat supplicium damnationis. Et vnde quisque eripi à morte poterat, inde grauius ad mortem tendat. Ex quibus patet ꝙ cum Deus misericordiam suam vsque in finem vitæ nobis impendit, est ex bonitate iudicis, quę si cōtemnatur, à Deo augmentum damnationis crescit.

Gregor. — Rom. 2. — Esa. 65.

1266 *Aut obliuiscetur misereri Deus, aut cōtinebit in ira sua misericordias suas.*

Hic ostendit quòd pietas Dei eius iram superat. Vbi sciendū, quòd ira Dei dicitur peccatoris damnatio, sed misericordia dī peccatoris iustificatio & saluatio. Ita ꝙ accipitur ira, & misericordia pro effectibus. Et hæc duo semper erga peccatores in pręsenti sunt parata, qa & ira ad feriendum obstinatos & misericordia ad parcendum contritis. Sed tūc ira superat misericordiam, quando peccator finaliter in vitijs manet obstina-

Ira Dei vincit misericordiā, & quādoque misericordia irā.

E tus, quia super ipsū semper ira Dei manebit, amota misericordia veniæ. Sed tūc misericordia iram Dei superat, quando quis de vitijs finaliter triūphat, quia super talē misericordia Dei semper manebit, omni ira remota. Quamuis ergo erga præscitos ira Dei misericordiam vincat ratione obstinationis ipsorum, tamē misericordia Dei iram superat erga prædestinatos ratione conuersionis finalis ipsorum. Et sic quamuis ad tēpus in aliquo præscito regnet misericordia Dei & non ira, tamen finaliter in illo ira Dei dominabitur, & econtrario de quolibet

F prædestinato. De prædestinatis ergo loquitur dicens. *Aut obliuiscetur misereri Deus*, scilicet ipsis prædestinatis finaliter? quasi dicat non. Quia quamuis modo ad tempus contra ipsos irascatur, tū finaliter non continebit in ira misericordias suas, sed magis misericordia iram superabit. Vnde ad hoc quod dicit. *Aut obliuiscetur misereri Deus*; ostendit quòd Deus iam incœpit prædestinatis misereri, quando scilicet ipsos ab æterno sua bonitate elegit absque ipsorum meritis vide sup. vers. 1013. Vnde hic ait glos. In aliquo non est misericordia, nisi eā Deus

G donet. Ipse ergo ne erit sine misericordia? Riuus non currit nisi à fonte, & fons siccatus erit? Ipse.n. est fons misericordiæ, qui eā naturaliter habet à quo emanat velut riuus à fonte in alios. Dum.n. dicit. *Aut obliuiscetur misereri Deus*, significat quòd incœpit. Idem autem repetit sub alijs verbis, dicens. *Aut continebit in ira sua misericordias suas*. idest vincet ne ira misericordiam? non, sed potius misericordia vincet iram. Vnde per Esaiam dicitur. Non in æternum vobis uindex ero, nec per omne tempus irascar uobis. Qualiter autem ira cadat in Deo vel mi-

Esaia 57.

H sericordia vide supra. vers. 55. 684. 1117.

Et dixi nunc cœpi, hęc mutatio dexteræ excelsi. 1267

Hic consequenter ostendit Dei pietatem ex verbi incarnatione. Vbi ostendit mirabiles effectus ex Christi incarnatione erga nos factos. Ostendit.n. ꝙ Christi incarnatio, primo nos de culpa mutat ad gratiam. Secūdò nobis operum Dei tribuit memoriam, ibi. *Memor fui.*

fur. Tertiò ad præceptorum Dei nos du-cit obseruantiam, ibi, *Et meditabor.* Quarto, de præsenti miseria nos ducit ad patriam, ibi. *Deus in sancto.* Quãtum ad primum sciendum q humanum genus nullus à culpa plene liberare potuit nisi Christus incarnatus qui pro nostris culpis solus potuit satisfacere. Vnde & ipse Christus propriè adiutor noster, & inter Deũ & nos mediator esse dicitur, ut deducit Greg. 22. mor. c. 16. d. Sciẽs sanctus Iob, quòd suis meritis redimi non poterat &c. vide sup. versic. 872. Hæc est ergo humani generis mirabilis mutatiò, q de filijs iræ facti sumus filij Dei, de remotis à Deo propè Deum. Et hæc mutatio est dexteræ excelsi. i. facta per dexteram excelsi. s. Dei patris. Quis autẽ propriè dextera patris Deũ dicitur, nisi ipse Christus incarnatus? Ad hoc uide rationem superius vers. 713. Ista est ergo dextera excelsi, quæ nos suscepit, ut nos de culpa mutaret ad gratiam Psal. 17. dedisti mihi protectionem salutis, & dextera tua suscepit me. Est ergo sensus psal. *Et dixi,* scilicet statim supra de diuina pietate de qua statim incœpit dicere in illo versiculo. Nunquid in æternum proijciet Deus, ubi ostendit quòd Dei pietas nos iustificat, qua vsque in finem perdurat quòd iram superat. Et si quæras, vnde ergo tanta mutatio ergà nos tãtæ pietatis. Respondet, quòd hoc habemus per Christi incarnationem, quia, *hæc mutatio dextera excelsi.*

Christi incarnationes iustificat.

Christus est mediator.

1268 *Memor fui operum domini, quia memor ero ab initio mirabiliũ tuorũ.*

OStendit hic q Christi incarnatio mirabilia Dei nobis ducit ad memoriam. Quamuis. n. Christi incarnatio sit inter omnia Dei opera admirabilis, vt puta quòd Deus fuerit factus homo & homo Deus, q virgo concepit & pariens permansit virgo, q verbum per q omnia facta sunt sit caro & similia, tñ ne mens nostra Christi incarnationem per cunctetur fide credere, adiuuatur p alia Dei mirabilia præterita, quæ huius admirabilis incarnationis figura fuerunt; quare hic ad considerationem quatuor mirabilium, quæ huius fuerunt figura nos inducit. Vt puta nonne magnum ad

A mirabile fuit, q Moyses vidit rubũ ardere, quæ tamen non comburebatur. Et quid significabat, nisi virginẽ parere filium, & nõ corrumpi? Quid significabat mirabile signum ostensum. Gedeoni q vellus rore aspergeretur, & tota terra sicca maneret, nisi q Maria Christo fecundaretur, & tamen eius caro incorrupta maneret, & q terra rore aspergeretur vellere sicco manẽte, nisi q tota terra nostræ humanitatis per Christi incarnationem gratia est fecundata ipso uellere. s. Christo quo induimur sicco. i. In crucis passione exsiccato manente. Quid

Exod. 3.

mirabilia quæ memorare debemus.

B virga Aaron quæ sine humore floruit & fructum produxit, nisi fœcũditatem Mariæ sine semine viri? Et sic de alijs. Volens contemplari Christi incarnationẽ, mittitur ad cõsiderationem operum mirabilium Dei, quæ huius erant figura, vt visis signis figuratum firmiter credat. Et hoc est, quod dicit Psalm. considerans Christi incarnationem. *Memor fui operũ Dei,* in quibus, scilicet, figurata fuit Christi incarnatio, & sic memor ero per incarnationem verbi mirabilium tuorũ, quæ scilicet fecisti ab initio. Et hoc est, quod dicit Apostolus. Omnia in figura contin-

1. Cor. 10.

C gebant illis. Vel aliter. Homo contemplatiuus non in se delectatur, sed in contemplatione mirabilium operum Dei. Et hunc sensum hic habet glo. dicens, ne contemplatiuus de se tantum lætari videatur, dicit, *Memor ero mirabilium tuorum,* quæ, scilicet, generi humano induxit ab initio, vt puta quòd Adam ad imaginem suam fecit, quòd Abel hostiam accepit, q in arca Noe in ecclesia mysterium omnis generis animalia seruauit, q de Abraham, cuius immolatione filij Christi incarnationem, & passionem designauit, tandem quod ipse Deus homo

D fuerit factus. Hæc enim sunt mirabilia, quæ virum contemplatiuum delectant. Quorum omnium in sui incarnatione memoriam in nobis reducit. Ps. 110. Memoriam fecit mirabilium suorum. Vel aliter, Mirabilia Dei, quorum memorari debemus, sunt mirabiles modi quibus Christus incarnatus seipsum nobis exhibuit vt nos repararet perditos vt ostendit Bern. super illo verbo. Sap. 9. Corpus quod corrumpitur, aggrauat animam, dicens. Venit enim Dei filius, & tot, & tanta

Mirabilia Christi.

Bernardus.

tanta mirabilia in mundo operatus est, vt non immeritò intellectum nostrum ab omnibus mundanis euacuauerit, vt semper cogitemus, & nũquam cogitare sufficiamus, quia mirabilia fecit dominus. Quis.n.cogitare sufficiat qualiter rerum dominus præuenerit nos, venerit ad nos, subuenerit nobis, & singularis illa maiestas uoluerit mori, vt viueremus, seruire, vt regnaremus, exulare, vt repatriaremus, vsq; ad serui formam inclinari, vt constitueret nos super omnia opera sua. Et hęc ab initio fecit, quia antè sęcula facere disposuit, vt meritò quilibet nostrum dicat illud Dan. 3. Signa, & mirabilia fecit apud me Deus omnipotẽs.

1269 *Et meditabor in omnibus operibus tuis, & in adinuentionibus tuis exercebor.*

HIc ostendit, quòd Christi incarnatio nos inducit ad præceptorum obseruantiam. Non enim ad salutem sufficit operum Dei meditatio, nisi etiam adsit præceptorum obseruatio, ad q̃ nos inducit Christi incarnatio. Ideo.n. humilis factus est Deus, vt superbum non esse hominem doceret, sed collum suum ad Dei mandatorũ obseruantiam subijceret, & in illis exercitaretur, vt ostendit Greg. d. Ad hoc namq; vnigenitus Dei filius formam nostræ infirmitatis suscepit. Ad hoc inuisibilis non solum visibilis, sed ẽt despectus apparuit. Ad hoc ludibria contumeliarum, irrisionum opprobria, passionum tormenta tolerauit, vt superbum non esse hominem doceret humilis Deus. Quanta igitur est virtus humilitatis, propter quam solam veraciter edocendam, is qui sine æstimatione magnus est, vsque ad passionem factus est paruus &c. Sed quid est vera humilitas in nobis, nisi collum iugo diuinorũ præceptorum subdere, dicente Christo, Tollite iugum meum super vos, & discite à me, quia mitis sum, & humilis corde. Si ergo Christi incarnatio nos ducit ad humilitatem, consequens est, q̃ nos ad obseruationem etiam mandatorum Dei inducat. Et hoc est, quod hic ait ps. dicens, *Meditabor in operibus tuis.* Ad obseruationem.n. mandatorum primò requiritur illa mente cogitare, & cognoscere,

Incarnatio Christi nos ad humilitatem duci.
Gregor. 34. mor. c. 21.
Matth. 11.
Meditari.

E re, & hoc est, quod præmittit, d. *Et meditabor in omnibus operibus tuis.* Meditari.n. idem est q̃ cogitare & deliberare. Opera aũt Dei hic sunt mãdata Dei quæ nobis operanda præcepit. Et quia non sufficit mente meditari, nisi opere perficiãtur, ideo subdit. *Et in adinuẽtionibus tuis exercebor.* Vbi nota, q̃ hic per adinuẽtiones intelligit diuina præcepta. Vnde gl. *Exercebor in adinuentionibus tuis,* i. in præceptis tuis, quæ inuenisti, & nobis seruãda mandasti, vel quibus à nobis inueneris. Vnde alia litera habet. *Et in obseruationibus tuis exercebor*, quia non satis est

F scripturas, & mandata Dei legere, sed fructum operum demonstrare oportet. Ideo ait. *Exercebor.* Nã arceo, ces, quod est cõstringere, & a, mutata in e, fit exerceo, quod est valdè constringere. Ille ergo in mandatis Dei exercetur qui in illis per opera se astringit. In mandatis tuis exercebor, & considerabo vias tuas.

Adinuentio
Exercere.
Psal. 118.

Deus in sancto via tua, quis Deus magnus sicut Deus noster? tu es Deus qui facis mirabilia. 1270

G HIc ostendit, quòd Christi incarnatio de præsenti miseria nos ducit ad patriam: Sicut enim diabolus fuit via ruinæ nostræ, per quam à cœlo cecidimus, sic & Christus via est nostræ exaltationis, per quam redimus ad cęlum perditũ, ipso dicente. Ego sum via &c. Quid autem nomine sancti, nisi Christus intelligitur, ipso dicente angelo Mariæ. Qđ enim ex te nascetur sanctum, uocabitur &c. Vnde dẽ Christo dicit Apostolus Petrus: Conuenerunt Pilatus, & Herodes aduersus sanctum puerum tuum Iesum. Quid est ergo *Deus in sancto uia tua*, nisi ò Deus via redeũdi ad te est in sancto, i.

H in Christo qui est vitæ via? Vnde glos. *Deus in sancto via tua,* i. in Christo est via ad te redeundi. Sed tñ quia textus nõ dicit Deus sanctus est via tua, sed *in sancto* ideo aliter melius accipimus viã hic nõ esse Christum, se in Christo non esse sanctum, sed in sancto. Et sic per uias domini, quæ sunt in Christo, accipe virtutes Christi, & exempla, quibus ducimur ad patriam. Vnde Greg. ait, Via incarnatæ sapientiæ est omnis actio, quam temporaliter gessit. Viæ eius sunt exempla viuendi,

Ioan. 14.
Actuum. 4.
Via dicitur Christus
Glossa.
Via Dei est in Christo.
Greg. 25. mor. c. 16.

uendi,quæ ad se venientib. præbuit.Tot itàq;ad se venientib. uias præbuit,quot benè uiuendi exempla monstrauit. Humilitatis eius vias propheta inspexerat, *Psal. 118.* cum suspirabat dicens.In mandatis tuis exercebor,& cōsiderabo uias tuas. Hinc rursum de unoquoq; iusto dicitur. Qui curat, vt per dominicæ humilitatis exēpla gradiatur ad Deum, à domino gressus hominis dirigetur, & uiā eius volet. Sed, quia superbi humilitatis dominicæ facta contemnunt, de ipsis rectè dicitur. *Iob 34.* Vias eius intelligere noluerunt. Viæ istę visione despectæ sunt, sed intellectu reuerendæ. Aliud quippe, quod in eis cernitur, aliud quod expectatur. Quid.n.in hac uia aliud quam deiectionem puta ludibria mortemq; intuentium oculis ostendit. Sed per hæc infirma transitur ad summa. Per hæc indecora, quæ procedunt æterna nobis, & gloriosa pollicentur, &c. Et quia ista infirmitatis exēpla in Christo fuerunt non immeritò,ait ps. *Deus,in sancto uia tua.* Et quia valdè mirabile nobis videtur per infirma ascendere ad summa, per opprobria ad gloriā, ideo subdit, *Quis magnus sicut Deus noster,tu es Deus,qui facis mirabilia.*q.d.Em gl. quis in d[ij]s gētiū magnus sicut Deus noster.q.d. nullus,quia tu Deus propriè non alius, tu solus facis mirabilia tā in corpore quam in anima. Nā in corpore sanati sunt surdi, cæci languidi,paralitici, & mortui resuscitati. In anima verò quia sobrij sunt,qui paulò ante erant ebriosi fideles,adoratores simulachrorū, humiles qui superbi, pauperes, auari & casti,qui erant luxuriosi. Hic potes nōtare,quod quadruplex via fuit in Christo quam imitari debemus figurata per quadruplicem uiam,de qua dicitur Prouerb.30. Tria sunt mihi difficilia,& quartum penitus ignoro. Via aquilæ in cęlo, via colubri supra petram,uia nauis in medio mari,in adolescentia sua uia viri. De quibus in postil. super Ioan.

Christus est Deus magnus. Glossa.

1171 *Notā fecisti in populis uirtutem tuā, redemisti in brachio tuo populum tuum,filios Iacob & Ioseph.*

Haec est quarta pars principalis, in qua manifestat nostræ redēptionis ptātem. Vbi notauter ex multis hic psa.

A volt ostēdere Christi potestatem in ope re nostræ redemptionis, secundū quā pars ista habet septem partes,quoniā ostēdit Christi potestatem. Primo ex peccatorū redēptione. Secundo ex populorū conuersione,ibi, *Viderunt te.* Tertio ex Apostolorum prædicatione, ibi, multitudo. Quarto ex animorū penetratione, ibi. *Etenim sagitta.* Quinto ex miraculorum operatione,ibi. *Illuxerunt.* Sexto ex pęnitentiæ commendatione,ibi. *In mari.* Septimo ex ecclesię gubernatione,ibi. *Deduxisti.* Quantū ad primum ostēdens Christi potestatem ex redemptione peccatorum,ait. Notam fecisti, &c. vbi notandū B ꝙ per virtutē Dei hic intelligitur Christus,vel verbū incarnatū,per quod Deus omnia fecit. Ad Hebr.1. Qui est portās omnia in verbo uirtutis suæ. Quid est ergo, *notam fecisti in populis uirtutem tuā*, nisi notum fecisti populis Christū incarnatum in populis, quia tam fidelibus ꝙ infidelibus licet diuersimodè. Vnde hic gl. *Notam fecisti uirtutem tuam.* i. Christum, quando eum misisti in mundum. *Notam* dico in populis tam infidelibus quā fidelibus, sed infidelibus sic notum fecisti, vt cognoscant Christum tuum tā C tum corpore, fidelibus uerò ut cognoscant eum etiam diuinitate. Sed quid ex incarnatione sequatur adiungit,d. *Redemisti in brachio tuo populum tuū.* Per brachium.n. Dei intelligitur Christus, vide vers.713. Quod ideo dicit, quia ꝑ Christum facta est redēptio nostra, vers.533. 377.431.521.662. 794.803. 895. Et aduerte quòd nō solum redemit unum populum Iudæorum,sed etiam gentilium, quod notatur, cum subditur. *Redemisti populum tuum filios Iacob. & Ioseph*, quoniam secundum gl. per filios Iacob intellige Iudæos credentes, sed per Ioseph D gentilem populum, Ioseph. n. peruenit ad gentes,& interpretatur augmentum. Ideo benè significat gētes,ex quib. augmētatus est populus Dei. Vel per Ioseph intelligitur Christus, quia sicut Ioseph venditus à fratribus prius, humiliatus est, deinde exaltatus cum in Aegypto regnaret, ita & Christus à Iudęis venditus transit ad gentes,in quibus regnauit à quibus tamen prius fuit humiliatus in persecutionibus martyrum. Filij ergo Ioseph sunt illi, quos elegit in gentibus.

Iacob significat Iudæos. Ioseph Gētiles.

Ioseph significat Christum.

Est

Est ergo sensus. *Redemisti in brachio tuo*, id est Christo, *filios Iacob*, id est, populum Iudæorum, *& filios Ioseph*, id est, Christi filios ex gentibus electos. Et quantum ad istam redemptionem notandum, quod seruitus humani generis duplex erat, scilicet, seruitus peccati grauissima, & seruitus mortis certissima. A prima nos redemit Christus pretium redemptionis exoluendo, quamuis enim ante Christum multi essent iusti, non tamen erant verè liberi, donec ille pro ipsis pretium solueret, qui ait, Si uos filius liberauerit, verè liberi eritis. Ioan. 8. Et in hoc concordat lex humana, quæ vult quod liber captus ab hostibus ex conuentione redemptionis, tunc demum cum pretium soluerit, statum pristinum recipiat, nam ante ferè per omnia quasi seruus est. Cùm igitur homo primò liber fuerit, & postea peccato suo fuerit captus ab hostibus non poterat liber esse, imò in multis seruire cogebatur donec redemptionis pretium fuisset solutum per Christū, quod nullus alius præter Christum soluere poterat. Apo. 5. Redemisti nos Deo in sanguine tuo. Quantum verò ad seruitutē, scilicet mortis nos liberauit, siue sua morte redemit, quoniā ut ipse ait Matt. 18. Filius hominis venit saluare quod perierat, & dare animam suam in redēptionem pro multis. Vnde Ambros. super ps. 36. Mors Christi, vita est, Christi, vulnus vita est, sanguis Christi vita est, sepultura Christi vita est, Christi resurrectio, vita est vniuersorum, unde ad Galat. 3. Christus nos redemit de maledicto legis, quod, scilicet, erat mors. *Ambros.*

1272 *Viderunt te aquæ Deus, viderunt te aquæ, & timuerunt, & turbati sunt abyssi.*

HIc ostendit Christi potentiam ex conuersione populorum. Vbi notandum quod hic aquarum nomine populi designantur, vnde Apost. Ioan. Apo. 17. Aquæ multæ populi multi. Cōsimiliter aquas pro populis accipit scriptura. Iob. 26. d. Gigātes gemūt sub aquis. Quod exponit Greg. d. Gigantiū nomine potestates huius seculi designātur. In aquis verò populi designantur, Ioanne attestante, qui ait, Aquæ sunt populi. Bene autē *Aqua significat populos.* *Greg. 17. mor. c. 1.*

E contra superbientes dicitur Gigantes gemūt sub aquis, quia elati oēs dum in hac uita assequi honoris celsitudinem cupiunt, sub ponderibus populorū gemūt. Nam quanto quisque hic altius erigitur, tanto curis grauioribus oneratur, eisque ipsis populis mente & cogitatione supponitur, quib. superponitur dignitate. Et benè istis verbis & breuiter indicatur quia omnis superbia eo ipso in imo iacet quo in alta se erigit, ut inde magis cunctis supposita sit, vnde cūctis appetit superesse, &c. Et aduerte quòd hic duplicat hoc, *Viderunt te aquæ Deus.* Per hoc *Superbia deprimit.*
F innuendo duos populos. s. Iudaicū & gentilem, quia ambo populi uiderunt Christum in carne, qui uerus erat Deus, etiā quia videntes Christi humanitatem viderunt ipsum Deum per fidē, quia ex vtroque populo aliqui ad Christi fidē peruenerunt. Et hoc est, quod ait. *Viderūt te aquæ, Deus*, i. populus Iudæorū. Et iterū subdit *Viderunt te aquæ*, i. populus gētiū. Quid autem ex tali visione sit cōsecutum subdit. *Et turbati sunt abyssi.* Quid enim abyssi nomine, nisi profunditas peccati designatur? Nam abyssus dicitur aquarum profunditas, qua faciliter submerguntur *Abyssus peccati.*
G tur intrantes. Et quid facilius submergit hominem, quam culpa? Exo. 15. Abyssi operuerunt eos, descenderunt in profundum quasi lapis. Per abyssum ergo accipe peccatores, in abysso peccatorum submersos, de quibus nunc ait. Et turbati sunt abyssi turbatione, s. contritionis, & pœnitentiæ, quia ad Christi præsentiam vel ad Apostolorum prædicationem tā Iudæi quam gentiles timuerunt, & de suis peccatis pœnitendo turbati fuerunt. De Iudæis namque dicitur quod ad prædicationem Petri compūcti sunt corde, & dixerunt ad Petrū & ad reliquos Apo *Actuum 2.*
H stolos. Quid faciemus fratres &c. De gētibus verò dicitur. Conturbati sunt omnes qui videbant eos, & timuit omnis homo. Conturbatio namque significat pœnitentiam, vide supra vers. 1007. *Psal. 63.*

Multitudo sonitus aquarum, vocem dederunt nubes. 1273

OStendit hic potestatem Christi ex prædicatione Apostolorum. Maximum enim potestatis signum fuit, quòd duode- *Nota bene.*

duodecim viri ignobiles, idiotæ & pauperes totum mundum in fide Christi permutarent, quod Deus fecit ad ostensionem suæ potestatis. Quod admirās Apostolus ait. Videte vocationem vestram, fratres, quia non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles, sed quæ stulta sunt mundi elegit Deus, vt confundat sapientes, & quæ infirma sunt, ut confundat fortia &c. quasi dicat Apostolus. Considerate potestatē Dei, & videte per quos vocati estis, quia insipientes, & infirmi vos vocauerunt. Et istos tales prædicatores hic ponit psa. dicens. *Vocem dederunt nubes*. Per nubes significantur Apostoli & prædicatores, vt dictum est supra versic. 556. Vnde hic ait glo. Nubes enim Apostoli & prædicatores verbi Dei dederūt vocem in omnibus gentibus Christum prædicando. De quibus nubibus dominus per prophetam ait, s. Esaiam. Mandabo nubibus, ne pluant super eam imbrē scilicet ne prædicent in Iudæa quando, scilicet de Iudæa fuerunt expulsi, ut ad gentes se conuerterent. Sed quid ex istorum prædicatione est consecutum ostendit, cum dicit. *Multitudo sonitus aquarum*, idest, multitudo populorum ad Christum est conuersa. Quæ multitudo conuersorum erat sicut sonitus aquarum, quia conuersi resonabāt in confessione peccatorum, in gemitu culparum, in laudibus Dei, in actionibus gratiarū, quasi enim mare confragosum hodie in ecclesia sonant diuersa vota populorum. Vnde ergo in ecclesia tanta multitudo, quę est vt sonitus aquarum, tanta conturbatio abyssorum, nisi quia nubes uocē prædicationis dederunt. Dicit ergo, *Multitudo sonitus aquarum*. Vbi notādum, quòd fidelium multitudo in se tria debet habere, scilicet charitatis connexionem. Act. 4. Multitudinis credētium erat cor vnum, & anima vna. Confessionis claritatem. Eccl. 14. In multitudine electorū habebit laudem, & inter benedictos benedicetur. Sanctitatis imitationem. Ioa. 6. Sequebatur eum multitudo magna, quia videbant signa, quæ faciebat. Primum est respectu cordis, Secundum respectu oris. Tertium respectu operis. Sic econtra multitudinem tria dissoluunt, scilicet, diuisio discordiæ contra primū.

1.Cor.1. — *Nubes Apostoli.* — *Multitudo.*

A Act. 14. Diuisa est multitudo ciuitatis. Detractio blasphemiæ contra secundū. Num. 19. Vsquequo multitudo pessima murmurat, &c. Perpetratio malitiæ contra tertium. Philip. 3. Multi ambulant, quos sæpe dicebam vobis, inimicos crucis Christi, &c.

Etenim sagittæ tuæ transeunt, uox tonitrui tui in rota. 1274

Ostēdit hic potestatem Christi ex animorum penetratione. Quid enim sagittarum nomine nisi verba præ- *Sagitta prædicationis.*
B dicationis accipimus, quæ mentē audiētis charitate vulnerant? De quibus di Psal. 63. Sagittæ paruulorum factæ sunt plagæ eorum, quod de sagittis intelligatur prædicationum, ostendit Gregor. d. Quid enim sagittas, &c. vide supra versic. 1006. De istis ergo sagittis hic dicitur. *Etenim sagittæ tuæ transeunt*, alia littera habet trāsierūt, vbi gl. Sagittæ tuæ, ò Deus. i. voces nubium transeunt, vel transierunt vsq; ad cor, non in auribus remanserunt, sed corda transfixerunt. Verba enim scripturæ & prædicationis aliquando dicitur pluuia, quæ descēdit *Greg. 34. mor. c.5.* *Glossa.*
C à nubibus, quia corda rigat auditorum. Aliquādo dicitur sagitta, quæ emittitur ab arcu, quia cor auditorum vulnerat, & percutit. Et in hoc ostenditur Dei potētia, qui solus cor hominis penetrare, & docere pōt. Homo enim aures exteriores sua voce pulsat: sed solus Deus docet cor intus, vide supr. versic. 1155. Vel per istas sagittas aliqui intelligunt ipsos apostolos, & euangelistas, qui transierūt de gente in gentē prædicādo, & aliquos vulnerantes ad mortem. s. obstinatos & infideles, & aliquos ad vitā. s. illos quos cōuerterunt ad fidē, de quibus vide sup.
D versic. 215. Sequitur, *Vox tonitrui in rota*. Vbi notandum ꝙ tonitruum generatur ex uapore calido, & sicco in nube superius compresso. Qui vapor cum uirtute sui caloris nubem frangit uiolenter nubes reuoluitur, & sic sonus fractionis eius quasi rotatus, & reuolutus longè lateq; auditur. Vnde & uox tonitrui est ad modum sonitus quem facit currus hinc inde rotatus. Ex quibus omnibus sequitur, quòd uox tonitrui non fit in occulto, sed palā longè, lateq; diffunditur. Et *Tonitruū.*

huic

huic sono ps. comparat vocem nubiū.i. apostolorum quæ per orbem rotata vbique intonuit, d. Vox tonitrui tui in rota. vbi gl. Vox nubium.i. apostoloru non in occulto facta est, sed fuit uox tonitrui,i. aperta, & fuit in rota totius mundi. Rota enim orbis dicitur, quia ad modum rotę rotundus Est ergo Vox tonitrui tui in rota, idest, prædicatio Apostolorum tuorum per rotā totius orbis est diffusa, quia in omnem terram exiuit sonus eorum, &c. ps.18. Vnde de isto tonitruo prædicationis dicitur Iob.38. Quis dedit viā sonantis tonitrui? Quod ideo dicit: quia viam penetrandi corda auditorum verbis prædicantium solus Deus facit. Vnde prædicta verba exponens Greg. ait. Quid.n. per tonitruum nisi prædicatio superni terroris accipitur, quem terrorem dum humana corda percipiunt, quatiuntur, per quod tonitruum supernorum iudiciorū terror auditur. Sed quia quilibet prædicator verba auribus dare potest, corda verò aperire nō potest, & nisi per internam gratiam solum omnibus prædicantium verbis ad corda audientium aditū inuisibiliter præstet, incassum prædicatio aure audientis percipitur, quæ peruenire ad intima surdo corde perhibetur. Ideo se dominus viam tonantis tonitrui dare asserit, qui cum verba prædicationis tribuit, per terrorem verborum corda compungit, &c. Et de ista prædicatorum voce nunc ait Psalm. Vox tonitrui tui in rota.

Glossa. Greg. 29. mor. c. 10. Prædicatio.

1175 *Illuxerunt coruscationes tuæ orbi terræ, cōmota est, & cōtremuit terra.*

OStendit hic Christi potentiam ex miraculorum operatione. Vbi aduertendum quòd secundum Grammaticos, coruscare, idem est quod resplēdere vibrare, vel iaculari fulgore, vnde coruscatio idem est q splendor, vel coruscādi actio. Quid igitur in proposito significat coruscatio, nisi miraculorum operationem, quibus Christus mundo resplēduit, dum cęcos illuminauit, claudos erexit, mortuos solo verbo suscitauit, consimiliaq; & maiora per suas nubes.i. Apostolos per mundum fecit? Ex quibus per totum orbem terrarum sonus illuxit. Quod præuidens psal. nunc ait, *Illuxerūt coruscationes tuæ orbi terræ*, accipiens præteritum pro futuro. i. miracula per te Christe & p tuos Apostolos facta toto orbi resplenduerunt. Quæ miracula gentes videntes commouebantur admiratione, & per hoc conuertebantur ad fidem, & de peccatis conterebantur. Et hoc est quod subdit. *Commota est, & contremuit terra*, commota, quia simul mota, quia totaliter de statu peccati euersa, & ad statum gratiæ conuersa. Et de hac commotione dr ps.59. Commouisti terram, & conturbasti eam. vide sup. versi. 959. vel aliter. *Cōmota est & contremuit terra*, hoc de Iudæis intelligitur, qui quia Christū miraculis coruscantem recipere noluerunt, de terra sua commoti per totum mundum trepidi vagantur. De quibus dicitur Iob 9. Commouit terram de loco suo, & columnæ eius cōcutiētur. Vbi per terrā Iudæos intellige, qui solū terrena spectabāt. Sed per columnas ipsorū pōtifices, pastores, & doctores, qui ꝓpter infidelitatē suam à propria patria expulsi & commoti fuerunt. Quod ostēdit Greg. d. De loco quippe suo terra cōmota est, cū plebs Israelitica de Iudeæ finibus est euulsa, q nimirū colla gētibus subdidit, quia subdi suo auctori recusauit. Quæ.s. terra columnas habuit, quia in sacerdotes principes & legis doctores atque Pharisæos ruitura eius pertinax structura surrexit. In ipsis namq; literæ ædificium tenuit & tranquillitatis suo tēpore sacrificiorum carnalium quasi suppositæ fabricæ onera portauit. Sed translatis montibus columnæ concussæ sunt, quia subductis à Iudæa Apostolis, nec ipsi viuere in illa permissi sunt, q ab illa vitæ prædicatores expulerūt. Dignū quippe erat, vt terrenā patriā subacti perderent, cuius amore nequaquā sunt veriti cęlestis patrię milites impugnare. Sed expulsis sanctis doctoribus Iudæa funditus corruit, & iusto iudicantis examine commota fuit. Quod nunc præuidēs ps. d. *Commota est & contremuit terra.* Sic igitur visis coruscationibus miraculorum, gētes ad pęnitentiā venerunt, Iudęi increduli de propria terra fuerūt expulsi. ps.45. Cōturbatę sunt gētes, s. per pęnitētiā, & iclinata sūt regna, s. sub iugo fidei. Dedit vocē suā, s. Christus pdicādo, & coruscādo miraculis, & tūc cōmota est terra, scilicet, Iudæa de terra sua expulsa.

Coruscatio. Miraculū. Greg. 9. mor. c. 3. Iudæi de terra sua fuerunt expulsi.

1276 *In mari via tua & semitæ tuæ in aquis multis, & vestigia tua non cognoscentur.*

HIc ostendit Christi potentiam ex pœnitentiæ commendatione. Vbi notandum q per mare ipsa pœnitentia amara designatur, vt patet supra versic. 1028. Via Dei dicitur non solum humilitas, per quam venit ad nos, sed et charitas per quam pergimus ad eum, de qua ait Apostolus. Adhuc excellentiorē viā demonstro vobis. Dicit ergo, *In mari*, s. pœnitentiæ *via tua*: quia non est charitas nisi in pœnitente. Semita autē quæ arctior est via significat consilia, quæ arctiora sunt præceptis, & multis laboribus plena, de quibus dicit. *Et semita tua in aquis multis*, idest, tribulationibus & pressuris. Vestigium autē dicitur quod ducit in cognitionem alicuius per formam impressum, sicut forma pedis relicta in puluere docet hominem inde trāsisse. Et sic per vestigia Christi accipe eius doctrinam & miracula quæ demonstrabant ipsum esse Deum, quæ tamen Iudæi noluerunt aduertere, de quibus nunc dicit. *Et vestigia tua non cognoscentur*, s. à Iudæis. Vnde hic glo. *Et vestigia tua nō cognoscentur*, scilicet, doctrina tua, & miracula non cognoscentur à Iudæis. Hic enim tangit aliquos Iudæos, qui dicunt: Nondum venit Christus. Vnde hic est increpatio Iudæorum, q.d. licet Christus palam venerit, & se miraculis palā ostenderit, tamen non est cognitus à Iudæis infidelibus. Vel aliter, Per mare intellige corda superborum, quæ tamen Christus pedibus calcauit, cū ipsos per fidem sibi subiecit. Sed quia hoc inuisibiliter facit: ideo in hoc eius vestigia nō cognosci dicuntur à nobis. Et ad istum intellectum istum versum exponit Gilbertus, dicens, *In mari via tua.* Ambulat Iesus super vndas maris carnalibus pedibus, cui necdum carne vestito Psalm. cecinerat, dicens. *In mari via tua*, quod est, conculcas corda tumentium superborum, & fluxa desideria carnalium cōprimis, quia iustificas impios & superbos humilias, quod tamen quia inuisibiliter fit carnalis non sentit a quo fit: propter quod subdit. *Et vestigia tua non cognoscentur.*

Via charitas. — *1. Cor. 12.* — *Semita consilia.* — *Vestigia Christi miracula.*

A *Deduxisti sicut oues populum tuum, in manu Moysi & Aaron.* 1277

HIc ostendit Christi potestatem ex ecclesiæ gubernatione. Vtitur enī hic quadam similitudine, quia si Deus eduxit filios Israel de Aegypto potenter per manū Moysi & Aaron, quæ eductio erat figura eductionis ecclesiæ de gentibus & infidelibus, nulli debet esse dubium, q ipsam ecclesiam sic iam deductā potenter conseruat & gubernat. Vbi notādum q per istos duos per quos deduxit populum de Aegypto, s. Moysen
B & Aaron, vult ostendere Psal. per quos Deus eduxit ecclesiam de gentilibus & quō ipsam conseruando gubernat. Primum significat Moyses, & Aaron secundum. Primò ergo pro Moyse deducit ecclesiam de gentibus. Moyses namque interpretatur assumptus de aqua, & significat sacramentum baptismi, quo de Aegypto peccatorum educimur. Hic etiam inter cætera signa, in mari viam fecit Hebræis, significās per baptismum fidelium populum ad terram promissionis reduci. Et sic quia Moyses figura erat baptismi, ideo dicit Apostolus. Om-
C nes in Moyse baptizati sunt. Per Aaron verò intelligitur ipse Christus qui sua virtute gubernat ecclesiam. Vnde notā quòd Aaron multipliciter Christum significat, scilicet ratione primò mediationis. Sicut enim Christus est mediator Dei & hominum (ad Hebræos 11.) sic Aaron charitate nimia mediator fuit inter peccatores, & iustos se in medio ponēs, ne vltio peccatoribus debita trāsiret ad iustos: nam cùm plaga Dei sæuiret in populum, & iam nonnulli mortui essent (vt habetur Numeris 16.) Aaron cucurrit ad medium multitudi-
D nis, quam iam vastaret incendium, & obtulit cymiama, & stans inter mortuos & viuentes, pro populo deprecatus est, & plaga cessauit. Vnde hoc de Aaron notans Isidorus de obitu sanctorum patrū dicit, Aaron frater Moysi, & insignis miraculorum socius, ac in lege domini primus sacerdos, cuius virga sorte electa frondens germine floruit, qui thuribulum in dextera gestans furenti se flammæ opposuit, atque stans inter viuos, & mortuos nostrum mediatorem figurans

Exod. 7. — *Exod. 14.* — *Moyses significat baptismum.* — *1. Cor. 10.* — *Aarō significat Christum.* — *Isidorus.*

rans obiectu sui corporis ignem transi- E re ad aggerem viuentium non permisit, Hic per hostiam victimarum, & sacrificium sanguinis, futuram Christi passionem expressit, &c. Et ideo quod Aaron ratione mediationis figuram gesserit Christi ostendit dominus Moysi dicens, Aaron frater tuus erit Propheta tuus ad populum, & os tuum, &c. Secundo Aaron Christum figurat ratione defensionis; quia sicut Christus in omni nostra tribulatione defensor noster est & protector. (2. Cor. 1.) sic & Aaron figuraliter protector erat populi Dei. Vnde Moyses dum ascenderet in montem ad Deum ipsum Aaron dimisit defensorem populi, dicente populo. Habebitis Aaron & Vr vobiscum, si quid natum fuerit quaestionis, referetis ad eos. Quae verba ad propositum exponens Gualf. ait, Aaron qui mone fortitudinis interpretatur est Christus. Vr autem qui, & ignis dicitur, Spiritus sanctus est, quorum custodiae populus commendatur aptè, & si qua quaestio, i. aduersitas nos aut pulset tentatio, ad eorum suffragium recurramus contra dubium. Quia si persistimus per Aaron fortitudinis montem, idest, per Christū nostra infirmitas roboratur, & per Vr qui gratiam spiritus sancti figurat, ignorantia nostra perlustratur. Vnde benè cōtra haec duo in remedium habemus auxilium filij & spiritus sancti, unde dicamus, Dominus illuminatio mea & salus mea, contra infirmitatem & ignorantiā. Sic igitur Aaron figurat Christi potentiam, per quā nos in aduersis fortificat, & in figurā huius pectusculum hostiae in quo animalis fortitudo cōsistit, dabatur ipsi Aaron. Leu. 7. Pectusculum victimae erit Aarō. Tertiò Aaron significat Christum ratione desponsationis. Aaron. n. erat de tribu Leui sacerdotali, & accepit vxorem de tribu Iudae regali, in se copulans dignitatem sacerdotalem & regalē, & sic significat Christum qui verus rex fuit atque sacerdos, vnde de ipso dicitur Exod. 6. Accepit Aaron vxorem Helisabeth filiā Aminadab sororem Naason. Certum est autē quod ipse Aminadab princeps fuit in tribu Iuda, vt habetur Matt. 1. Vnde praedicta ibi exponens gloss. ait, Haec Helisabeth de tribu Iuda fuit soror Naason, qui fuit princeps trib. Iuda in deserto. Nondum. n. praeceptum erat, vt quisque de tribu sua duceret vxorem. Ideo autem haec tribus. s. Leuitica, & regalis iam tunc in personam Aaron coniungebant, vt in ipso Christo intelligeretur rex & sacerdos figuratus ab illis. Vnde istas duas dignitates in ipso Aaron coniunctas ostēdit sapiens, dicēs. Excelsum fecit Aaron dedit illi sacerdotium gentis suae Hic vide dignitatem sacerdotalem: & coronauit illum. Hic vide dignitatē regalem. Si vis de Aaron vlterius procedere, vide in dictionario. Ad propositum ergo volens ostendere Ps. quod F ecclesia per baptismū generatur, sed per Christum conseruatur, d. *Deduxisti sicut oues populum tuum in manu Moysi*. Vide Baptismū, & Aaron, hic uide Christum.

Exod. 7. — *Exod. 14.* — *Gualf.* — *Aarō significat fortitudinem.* — *Aaron fuit rex et sacerdos.* — *Eccl. 45.*

PSAL. LXXVII.

Attendite, popule meus, legem meam, inclinate aurē vestram in verba oris mei. 1278

Titulus huius Psalmi est, *Intellectus Asaph*, vel secundum alios. *Eruditio Asaph*. quod idem est. Et G idem titulus habetur per omnia Psal 73. ideo expositionem, uide ibi. Ex titulo patet auctor Psalm. qui fuit Asaph, sed non apparet materia. Sciendum est ergo quòd intentio Asaph in isto Psalmo fuit probare ex scripturis antiquis, quòd regnum populi Israel de iure debebatur tribui Iudę & non alteri. Per hoc uolēs inducere quòd Dauid iuridicè regnū tenebat, quòd alij usurpantes non fecerunt, sicut fuit Saul, qui erat de tribu Beniamin, & Ierobōā, qui inuasit regnum Israel & eius succes- H sores, qui fuit de tribu Ephraim, qui accepit regnum Israel tyrannicè de manu Roboam filij Salomonis, ut habetur 3. Reg. 11. Sed quia Saul non habuit in regno successorē de tribu sua, Ieroboā autem habuit continuè successores usque ad captiuitatem Babylonis quoad regnum Israel. Sola. n. tribus Iuda secuta est successores Dauid. Et ideo iste Psal. hic specialiter agit cōtra tribū Ephraim. Verū tamen quia oia ueteris legis in figura nouae legis erant (ut ait Apostolus 1. Cor. 10.) ideo

Psal. 73.

ideo per omnia ista vult Psal. declarare mysteria nouæ legis. In hoc enim Psal. declarat beneficia Iudæis à Deo collata, & pœnas malorum, per hoc volens ostendere beneficia Dei in noua lege data fidelibus, & pœnas infidelib. debitas. Vnde illa quæ de illis hic historialiter referuntur, illa nobis spiritualiter sunt intelligenda. Et hoc satis notat titulus, d. *Intellectus Asaph*: quia, s. in isto Psal. Asaph mouet intellectum auditoris, vt illa quæ hic historialiter dicuntur, intelligat spiritualiter, quia illa quæ tunc figuraliter Iudæis contigerunt, modo realiter in nobis fiunt. Est ergo intẽtio prophetæ, vt per acta in veteri populo Iudæorũ doceat populum nouũ, ne ingrati sint de beneficijs Dei, & cõtra se eius prouocent iram. Insimul ergo legendo literam psal. dicam propheticũ sensum. Psalmus ergo iste diuidendus ſm intentionem litteræ, & in qualibet parte littera deducatur ſm spiritum. Diuiditur ergo in tres partes, quia Psal. primo præmittit quandam Præfationem. Secundò ponit suam narrationem, ibi. *Quanta audiuimus*. Tertiò infert intentam conclusionẽ, ibi. *Et repulit tabernaculum Ioseph*. Quantum ad præfationẽ duo facit, quia primò auditores ad attentionem prouocat. Secundò causam prouocationis explicat, ibi. *Aperiam in parabolis*. Quantũ verò ad primum hortatur auditores, vt dicendis sint attenti, dicens. *Attendite, popule meus, legem meam*. Loquitur hic in persona Dei, quia os Dei erat hic Asaph, quia spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti Dei homines. 1. Pet. 1. Propter quod & Christus d. Non enim vos estis, qui loquimini, sed spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis. Dicit ergo in persona Dei. *Attendite*, &c. q. d. populo Iudaico quo ad literam. Vos, qui mihi estis populus peculiaris relictus, debetis esse attenti ad audiendum legẽ Dei, quę hic in multa manifestatur. *Inclinate ergo aurem vestram*. Docibilis enim discipuli est, humiliter aurẽ inclinare ad percipienda verba Magistri. Notandum aũt q in scriptura multiplex attendere reperitur. s. attẽdere prohibitionis, impositionis, cõsiliationis, prælationis, cõtẽplationis, & eruditionis. Primò est attendere prohibitionis, quo prohibentur

Matth. 10.

Attendere multiplex.

A crimina. Vnde in scriptura per hoc verbum attendere multa prohibẽtur crimina. Primò prohibet peccatum elationis, & vanæ glorię, Matth. 6. Attendite ne iustitiam faciatis corã hominibus vt videamini ab eis. Vbi Chrysost. Cor nostrum attendere debemus. Inuisibilis est enim serpens quẽ obseruare iubemur, & latenter ingreditur & seducit. Vbi enim res gloriosa agitur, ibi facilius locũ inuenit gloriationis occasio. Ideo hãc prohibet dñs d. Attendite, ne iustitiam vestram faciatis corã hominibus &c. Secundò prohibet cupiditatem auaritiæ. Eccl. 5. Noli

B attendere ad passiones iniquas, nihil. n. proderunt in tempore vindictæ. Tertiò prohibet voluptatem luxuriæ. Prou. 7. Fili, attende verbis oris mei, ne obstrahatur in vijs eius. s. meretricis mens tua, multos enim vulneratos deiecit, fortissimi quique interfecti sunt ab ea. Quartò prohibet gulositatẽ gastrimargiæ. Luc. 21. Attendite vobis, ne grauentur corda vestra crapula, & ebrietate, & curis huius sæculi, & superueniat in vos repentina dies illa. Quod exponẽs Basilius ait, Dicit aũt attendite, vt. s. discernere possis à salubri nociuum. Sed qm dupliciter contingit attendere, hinc quidẽ cor-

C poreis oculis, illinc verò per intellectiuam virtutem, & oculus corporis virtutem non attingit. Restat ergo dictum de oculis intellectus. *Attendite*, hoc est, vndique circunspicite vos, peruigil habentes ad vestram custodiam animæ lumen. Et ideo Prouer. 23. Qñ sedes, vt comedas cum principibus, diligenter attẽde, quæ posita sunt ante faciẽ tuã, & statue oculum in gutture tuo. Quintò prohibet falsitatẽ eloquẽtiæ. Eccl. 34. Vana spes mendaciũ, quasi qui apprehẽdit vmbrã, & persequitur uentũ, sic qui attẽdit

D ad uniuersa mendacia. Sextò prohibet scandalum fraternæ iniuriæ. Luc. 17. Væ homini, per quem scandalũ uenit, Sequitur. *Attendite vobis*. Secundo principaliter est nuũ attẽdere impositionis quod est, s. affirmatiuè præceptum, unde Eccl. 32. dicitur, Qui credit Deo, attendit mãdatis eius. Et Eccl. 35. Sacrificiũ salutare, attendere mandatis dñi. Si enim mandatis domini intenderemus, illa obseruando, pax abundaret in nobis. Esa. 48. Vtinam attendisses mandata mea, & facta

Matth. 6.

Chrysost.

Basilius.

Eccle. 35.

L 2 fuisset

Zach.7. fuisset sicut flumen pax tua. Sed quia nō attendimus mādatis Dei, ideo nobis d. Hæc dicit dns, iudicium verum iudicate, misericordiam facite. Sequitur. Et noluerunt attēdere, sed auerterunt scapulam recedentes. Tertiò principaliter est vnum attendere consiliantium, s. ne decipiamur, sic enim consiliauit dns, d.

Matth.7. Attēdite à falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis, &c. Vñ de isto attēdere consiliationis ibi d. Chrysostomus,

Chrysost. quia enim falsi Prophetæ erāt futuri nō manifesti sed absconditi, ideo consulēs non dicit aspicite, sed abscōdite. Vbi.n. res certa est, aspicitur, i. simpliciter videtur. Vbi autē incerta attenditur, idest, cautè consideratur. Sic ēt cōsulit sapiēs attendere à pestifera societate. Eccl.11. Attende tibi à pestifero, fabricat enim mala, &c. Quartò principaliter est vnū attendere prælationis, s. quod importat gubernationem subditorum, Act.20. Attendite vobis, & vniuerso gregi vestro, quos spiritussanctus posuit episcopos, regere ecclesiam Dei, quam acquisiuit sanguine suo. Sed quid hodie de prælatis attendere debemus, audi consiliū Ga

Act.5. malielis dicentis Attendite vobis super hominibus istis, quid acturis estis. Sequitur. Et nunc itaque dico vobis, finite illos, quoniam si ex hominibus est consilium hoc, dissoluetur, si autem ex Deo est, non poteritis dissoluere illud. Quæ autem verba hodie maximè tēpore scismatis sunt notanda. Quintò principaliter est vnum attēdere contēplationis. s.

Thren.1. passionis Christi, ipso dicēte, O vos omnes, qui transitis per viam, attendite, & videte, si est dolor sicut dolor meus. Sed quia tanquam ingrati eius passionē nolumus attendere, ideo ipse de nobis patri conqueritur, dicens, Attende, domi-

Hier.18. ne, ad me, & audi voces aduersariorum meorum, nunquid redditur pro bono malum? Recordare quòd steterim in conspectu tuo, vt loquerer pro eis bonum, & auerterem indignationem tuam ab eis. Non ergo sic, sed vt nobis consulitur: Esa.51. Attendite ad me, qui quæritis dominum: attendite ad petram, vnde excisi estis. Petra autē erat Christus. 1.Cor.10. Sextò principaliter est vnum attendere eruditionis, quo Magister attentos admonet esse auditores, sicut hic

E facit Psal.d. *Attendite, popule meus, legem meam*, i. veritatem rei, quæ in scripturis signis tegitur. Et subdit qualiter debemus attēdere, dicēs. *Inclinate aurem vestram*, &c.i. per humilitatem inclinate aurem, nō quidem corporis, sed fortius cordis, & sic benè attendetis. Tumor nāque infusa repellit. Vnde præceptū fuit in lege altare domini concauum fieri, & quadrangulum, vt mēs nostra quatuor munita virtutibus per humilitatem sit concaua ad receptaculum diuini verbi. Si enim sic sacram scripturam humiliter attenderimus, ibi mirabilia multa re *Humilitas requiritur ad scientiā addiscēdā.*

F periemus. Primò abscōdita Dei iudicia, scilicet, q. malis prospera adueniunt, & bonis aduersa. Iob 21. Attendite ad me, & obstupescite, quare ergo impij viuunt sublenati sunt, confortati diuitijs, &c. Secundò quia quandóque ante ortum sanctificatur anima Esa.49 Audite, insulæ, attendite, populi de longe, dominus ab vtero vocauit me, de ventre matris meæ recordatus est nominis mei. Tertiò quòd pœnitenti omnia dimittuntur crimina, Luc.17. Attendite, si peccauerit frater tuus, increpa illum, si pœnitētiam egerit, dimitte illi. Sed heu, quia multi

G hodie sacræ scripturæ non attendunt; sed magis vanis sciētijs & doctrinis. Vnde Act.8. dicitur. Vir autem quidam nomine Simon, qui ante fuerat in ciuitate magus seducens gentes. Sequitur, Attendebant in eum. Vnde quemlibet talem increpans Apostolus dicit, Attende lectioni, vt scripturas intelligas. Quod nunc similiter facit Psal. dicens, *Attendite, popule meus, legem meam*, &c. *Timot.4.*

Aperiam in parabolis os meum, loquar propositiones ab initio. 1279

H Hic exprimit causam, quare auditores procurabat esse attentos. Vbi notandum, q. quanto illa, quæ dicuntur, alijs sunt in se magis profunda & obscura, vel sub velamine dicta, tantò magis auditorē oportet esse intentū. Sed illa, quæ iste intendit hic tractare sunt profundè, & obscurè dicta, quia parabolicè, ideo auditores oportet esse attentos. Et hoc est quod dicit, *Aperiā in parabolis os meum*. Vbi notandum, quòd parabola est rerum similitudo, ut cum rei per adductam *Parabola.*

ctam similitudinem, quod de illa re dici tur, de alia intelligitur, vt est illud. Simile est regnum cœlorum sagenæ missæ in mare, &c. Per hanc enim similitudinem intelligitur, quòd ecclesia congregat in præsenti bonos, & malos, sed quando ve niemus ad litus. i. ad iudicium in finem mundi, tunc mali separabuntur à bonis. Sic ergo iste loquitur in parabolis, quia quæ dicit populo Iudæorum à Deo esse facta, vult ꝙ fuerint quædam similitudines vel figuræ illorum quæ in rei ueritate nobis sunt. Vt ꝙ eduxit populum de Aegypto per mare, significat ꝙ eduxit populum suum de Aegypto, quod interpretatur tenebræ. s. de obscuritate peccati per mare pœnitentiæ, & sic de alijs. Vnde, dicit. *Aperiam in parabolis os meũ.* Sequitur, *Loquar propositiones ab initio,* scilicet ab antiquo quia. s. narrat, quæ antiquis patribus Deus fecit. Alia litera habet, *Loquatur problemata.* Nam problema idem est, ꝙ propositio continens aliquam difficultatem per disputationem soluendũ. Est ergo sensus. *Loquar propositiones ab initio,* i. propositiones magnas difficultates continentes. Nota ꝙ non solum os aperire debemus, sed & multa alia, & qualiter vide vers. 848. Aliter autem hic de apertione agendo nota, ꝙ est quoddam eruditionis, sicut nunc loquitur Psal. d. *Aperiam in parabolis os meum.* Ex hoc enim quod dicit. Aperiam os meum, notat ꝙ illa quæ sequuntur sunt diligenter attendenda. Vnde Greg. super illo verbo Iob 3. Post hoc aperuit Iob os suum, dicit, Scriptura enim sacra qñ de aliquo dicit, Aperuit os suũ, ex ijs, quæ præmittit, reuerenter expectanda indicat, quæ subiungit: Sicut enim clausa vascula, quid intus contineant ignoramus, aperto verò ore vasculorum, quid intrinsecus contineatur, cognoscimus, ita sanctorum corda, quæ clauso ore occulta sunt, aperto ore deteguntur. Et cum cogitationes detegunt, os aperire referuntur, vt intenta mẽte quasi apertis vasculis quid intus cõtineãt festinemus agnoscere, atq; nosmetipsos eorũ odore intimo recreare. Vnde & sublimia præcepta domino in monte dicturo præmittitur. Aperiens os suum docebat eos, quãuis & illic hoc accipi debeat, quia tũc vt doceret os suũ in præceptis aperuit, in qui-

Problema.

Greg. 4. moral. c. 4.

Aperire os.

bus dudum ora aperierat prophetarum. Et sic nota ꝙ os nostrum aperire debemus. Primò ad Deum laudandũ psal. 50. domine labia mea aperies, & os meũ annunciabit laudem tuam. Secundo ad spiritum sanctũ attrahendũ ps. 118. Os meũ aperui, & attraxi spiritum. Tertiò ad intellectũ scriptis cognoscẽdum. Eccl. 15. In medio Ecclesiæ aperuit os eius, & impleuit eũ dominus spiritu sapientiæ, &c. Quartò ad alios docẽdum, sicut & Christus Math. 5. Aperiens os suum, docebat eos. Et isto modo Ps. vult aperire os suum, dicens. *Aperiam in parabolis,* &c.

Quãta audiuimus, & cognouimus ea, & patres nostri narrauerũt nobis. 1280

Hic incipit tractatum suum siue suã narrationem. Tota enim intentio psalm. est ad concludẽdum propositum suum ostendere benignitatem Dei erga populum Iudæorum, & ipsius populi ingratitudinẽ, & maximè tribus Ephraim. Diuiditur ergo in duas partes, quia primò hoc ostendit in generali. Secundò in speciali. ibi, *Filij Ephrem.* Prima diuiditur in partes duas, quia primo ponũtur Dei beneficia. Secundò Iudæorum ingrata malitia, ibi. *Generatio quæ non direxit,* Prima diuiditur in partes tres, quia primò ponitur diuinorum beneficiorũ cognitio. Secundò ipsorum explicatio, ibi. *Et suscitauit.* Tertiò huius narrationis finis, & intentio, ibi. *Quanta mandauit.* Circa cognitionem autem beneficiorum Dei sic procedit, quia ponit primò à quibus talis cognitio sit tradita. Secũdò per quem modum sit tradita, ibi. *Narrantes.* Tertiò quibus sit tradita, ibi. *Non sunt occultata.* Quantum ad primũ notãdum, ꝙ Asaph in duobus versiculis præcedentibus locutus est in persona Dei, nunc aũt stilum loquendi mutãs, loquitur in persona propria, vnde gl Notandũ ꝙ prius in homine Deus locutus est, nã verba Dei fuerunt prædicta iam verò homo ipse loquitur, verba enim hominis sunt ista. *Quanta audiuimus.* Illud prædictũ dixit Deus ex se, ne eius locutio in homine post eũ loquenti contẽneretur. Admiratiuè ergo dicit *quanta audiuimus,* &c. i. q̃ multa beneficia audiuimus à Deo collata populo Iudaico, vt puta in egressu de Aegypto, qñ iter per medium

Beneficia Dei Iudæis facta.

dium ficci maris præbuit, & Pharaonem cũ toto suo exercitu submersit. In progressu per desertum, quando eos quadraginta annis pane de cœlo pauit, eis de cęlo legẽ dedit, & ante ipsos multos reges prostrauit. In ingressu terræ promissionis, quando, s. ad ipsorũ ingressum aquas Iordanis superiores ad instar vitri solidauit, & inferiores ad mare transmisit, & admirabiles victorias contra habitatores terræ promissionis eis dedit. Ista ergo sunt illa quanta, quæ audiuimus, & cognouimus ea. Sed à quibus subdit, *Patres nostri narrauerunt nobis*, quibus. s. credendum est. Erat enim præceptum patribus vt Dei magnalia suis filijs narrarent, vt habetur Deuteronom. 6. & Iosue 4. Per hoc autẽ vult Psalmista ostendere, quòd omnia quæ antiqui in veteri testamento cognouerunt Dei beneficia, nos in nouo testamento per Christi incarnationem cognoscimus impleta. Et hoc est quòd hic ait glos. *Quanta audiuimus* in veteri testamento Iudæis facta, & nos cognouimus ea in nouo testamento adimpleta. In Christi enim incarnatione cognoscimus realiter nos de Aegypto liberatos sicco pede mare transire, & cætera. Sed aliqui tam ingrati sunt, ꝙ Christum incarnatum cognoscere nolunt. Nam hũc incarnandum sancti patres cognouerũt, quod ostendit Gregor. dicens, Antiqui patres in quantum humanitatis infirmitas permittebat, creatoris lucem erecta mente contemplati sunt, sed incarnandum hunc in mundi fine præcognoscentes, quasi à solis radijs ad terram oculos deflexerunt, & quasi de summis ad ima deuenerunt, dum hunc Deum supra omnia, & hominem infra cognoscunt. Hũc incarnatum Iudæi perfidi cognouerunt. Vnde Hieronymus super illo verbo Matthæi secundi. Agricolæ dixerunt intra se, Hic est hæres, dicit. Ex hoc manifestè probat dominus Iudæorum principes Christum cognouisse, & non per ignorantiam, sed per malitiam Dei filium crucifixisse. Cognouerunt enim illum esse cui pater per prophetam ait, postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam. Hunc incarnatum cognouerunt Iudæi, & idiotæ pastores. Luc. 2. Cognouerũt de verbo, quod factũ erat ad illos de puero. Hunc incarnatũ cognouerunt

Gregor. 9. mor. c. 23.

Cognouerunt multi Christi incarnationẽ.

Hieron.

E dæmones. Vnde Gregor. dicit, Antiquus hostis redemptorem humani generis debellatorem suum in mundum venisse cognouit. Vnde per obsessum hominem in euangelio dicit. Quid nobis, & tibi, fili Dei? venisti ante tẽpus torquere nos, &c. Ex quibus omnibus sequitur, ꝙ qui filiũ Dei pro nobis incarnatum iam cognoscere nolunt, rudibus pastoribus sunt stultiores, obstinatis Iudæis sunt crudeliores, immo ipsis dæmonibus sunt deteriores. Vnde de talibus dicitur. Mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognouit. Si autem tales legerent

F dicta sanctorum Apostolorum de Christo dicta, cognoscerent omnia fore completa per Christum, & tunc cum Psalm. dicerent, *Quanta audiuimus*, scilicet per sanctos patres dicta de Christo in antiquo testamento, & nos cognouimus ea, scilicet in nouo testamento completa.

Gregor. 2. mor. c. 23.

Matth. 8.

Ioan. 1.

Narrantes laudes domini, & virtutes eius, & mirabilia eius, quæ fecit. 1281

Hic ostendit modum, per quem ista ab antiquis patribus sunt tradita. Hoc enim refertur ad illud quòd statim

G dictum est, *patres nostri narrauerũt nobis*. Et si quæras quomodo. Respondet, quia *narrantes laudes domini*, &c. Vbi nota ꝙ tria dicit antiquos patres narrasse, s. *laudes domini, virtutes, & mirabilia*. Per laudes intellige gratiarũ actiones, quas populus egerat in laudem Dei, vt puta quã do transito mari rubro, gratias agendo laudare cœperunt dominum dicẽtes. Cãtemus domino gloriose, &c. Sic & tres pueri liberati de fornace ignis benedicebant dominum, dicentes. Benedicite omnia opera domini, domino, &c. Per virtu

H tes verò intellige potestates magnas, quas pro populi liberatione exercuit. Vt puta quando decem plagis percussit Aegyptum, quãdo omnes Aegyptios in mari submersit. Per mirabilia verò intellige misericordias, quas mirabiliter eis præstitit, vt puta quod per quadraginta annos in deserto vestimenta ipsorum, & calciamenta non sunt attrita, & similia. Et hæc omnia in nouo testamento adimpleta, in quo narrantur Dei laudes, in Christi natiuitate p angelos narrãtur virtutes, ꝙ solo verbo suscitabit mortuos,

Dan. 3.

Deut. 26.

tuos, narrantur mirabilia beneficia quòd Christus vt nos redimeret, seipsum tradidit in mortem. Nos ergo meritò laudes Christi narrare debemus. Laus enim secundum Philos. 1. Rhetoricæ, est sermo elucidans magnitudinem virtutis alicuius. In Christo autem maximè elucidatæ fuerunt diuinæ virtutes, scilicet, charitatis & patientiæ. De charitate, & dilectione patet, quia cum maiorem hac dilectionem nemo habeat vt animam suam ponat quis pro amicis suis, quod ipse non solum fecit, sed etiam pro inimicis & ideo in hoc laudandus est. Vt enim dicit philosophus primo Rhetoricæ, sæpè in laudem ponitur si quis prouidens quòd est sibi preciosum agat illud, quod est pulchrum. Sic in proposito Christus pro amicis suis animam suam, idest, vitam quæ sibi erat preciosa parui pendit mortem eligens cum posset viuere. Hieremiæ vigesimoprimo. Dedi dilectam animam meam in manibus inimicorum eius. Et ideo laudes eius merito narrare debemus. Propter quod dicitur. Laudate dominum, quoniam bonus est dominus. Ostēdit secundò magnitudinem virtutis patientiæ, & fortitudinis. Nam vt ait philosophus tertio Ethicorum, dicetur vtique fortis, qui contra bonam mortem est impauidus, puta in bello pro republica hostibus se ad mortem obijciens. Quod & Christus fecit, quia pro republica bonam mortem elegit. Dicit enim philosophus in œconomicis, quòd si contigerit mori pro amicis, scilicet, reipublicæ, huius mors maximè honoratur. Cùm ergo talis fuerit mors Christi, consequens est, vt summè ipsum honorare debeamus, & eius laudes enarrare, sicut & antiqui patres enarrabant. De quibus nunc dicitur. *Narrantes laudes eius*, &c.

Laudes Christi narrare debemus.

Aristot.

Charitas Christi.

Psal. 134.

Aristot.

Fortitudo & patientia Christi.

1282 *Non sunt occultata à filijs eorum, in generatione altera.*

OStendit hic, quibus sit tradita talis cognitio, quia, scilicet, filijs suis à patribus. Vbi notandum, quod secūdum philosophum generatio dicitur progressus à non esse ad esse: sicut & corruptio dicitur progressus de esse ad non esse. Et sic tantum durat vna generatio

Quid dicatur generatio.

A quantum communiter durat filius à patre genitus. Et sic filius dicitur vna generatio. Nepos, scilicet, filius filij dicitur alia generatio. Pronepos, scilicet, filius nepotis alia generatio. Et abnepos, scilicet, filius pronepotis alia generatio, &c. Volens ergo Psal. ostendere, quod cognitio beneficiorum Dei peruenit in antiquo testamento per narrationē patrum ab vna generatione in aliam continuando, dicit quòd non sunt occultata à filijs eorū in generatione altera, quia de vna generatione narrabatur ad alteram. Hoc autem in nouo testamento

B maximè adimpletum est, quia de generatione antiqui testamenti cognitio beneficiorum Dei trāsiuit ad generationem alteram, scilicet noui testamenti. Vbi notandum, quòd secundum venerabilem Ansel. generatio hominis quadruplex est, scilicet, absque viro, & fœmina, vt Adam. De viro absque fœmina, vt Eua. De viro, & fœmina, vt communis. De fœmina absq; viro, vt Christus. Et quia ista est vltima, quia aliæ tres fuerunt a principio, ista autē in vltima ætate, ideo vocatur altera generatio. Vnde istam generationē distinguēs Mathęus ab alijs,

Generatio hominis quadruplex.

Matth. 1.

C singulariter de ista dicit. Generatio autē Christi sic erat quasi dicat altera ab omnibus alijs. Dicat ergo *quod non sunt occultata à filijs eorum in generatione altera*, quia scilicet talis cognitio peruenit vsque ad Christi generationem. Et quia Christus vnum corpus est cū omnibus suis fidelibus, ideo per hoc intendit, quod cognitio beneficiorū Dei ad omnes fideles noui testamēti peruenit. Vel aliter, & ad idem redit. Duplex est generatio, scilicet, corporalis, & spiritualis. Corporalis, quæ fit quatuor modis prædictis. Spiritualis autē, quæ fit non ex sangui-

D nibus, neque ex voluntate carnis, neq; ex voluntate viri, sed ex aqua, & spiritu sancto, &c. Et ista dicitur proprie altera generatio, quia aliæ carnales, hæc autē merè spiritualis. Et sic generatio altera vocatur, vt fideles noui testamenti ex aqua, & spiritusancto generati. Et istum sensum tangit Magister in gl.d. *Non sunt occultata à filijs eorum*, scilicet spiritualibus. Quod postea exponit.d. *In generatione altera*, idest, gentium, quæ ex aqua, & spiritusancto generantur.

Generatio altera dicitur generatio spiritualis.

1283 *Et suscitauit testimonium in Iacob, & legem posuit in Israel.*

HIc ponuntur in summa, & in generali beneficia potiora illis exhibita. Vbi notandum quod per Iacob, & Israel idem significatur, quia Iacob Patriarcha ex quo populus descendit binomis fuit. Primò enim vocatus fuit Iacob, quem sic vocauit mater cum nasceretur, quia, vt habetur Gen. 25. duos vno partu genuit. Primus egressus est totus rufus, ideo vocauit eũ mater Esau, qui rufus interpretatur. Secundò aũt egressus est plantã fratris tenens manu. Ideo vocauit Iacob, qui supplantator interpretatur. Sic ergo primum nomen eius fuit Iacob. Secundò autem vocatus est Israel ab Angelo, scilicet quãdo Deum vidit, qui luctabatur cum eo. Gen. 32. Nam Israel vidẽs Deum interpretatur. Per Iacob ergo & Israel idẽ intellige, s. populum domini, qui de Iacob descendit. Secundò notandum quod per testimonium & legem idem intelligitur, s. testamentum vetus, quod dicitur testimonium, quia testamentum nouum ab ipso testimonium habet scilicet à lege & prophetis. Omnia enim, quæ in nouo testamento cõtinentur pronunciata sunt in antiquo, & figurata, vide supra versi. 949. Idem autem testamentum vetus dicitur lex à ligando, quia ligat obseruatorem eius, nam filij Israel illam susceperunt pro se, & posteris suis, & sic omnes ligabat tam tunc præsentes quàm futuros ex eis, sic enim promiserũt se legem obseruare dicentes. Exo. 24. Omnia, quæ locutus est Dominus faciemus. Et istud fuit singulare Dei beneficium, vt legem eis daret, per quam rectè viuerent, quod alijs nationibus non fecit psal. 147 Non fecit taliter omni nationi, & iudicia sua non manifestauit eis. Et hoc est quod dicit. *Et suscitauit testimoniũ in Iacob*, &c. idest, in populo Iudæorum ex Iacob orto. Et aduerte varium modum loquendi, quoniam dicit quod *suscitauit testimonium in Iacob, & legem posuit in Israel*. Aliud est enim suscitare, aliud ponere. Testimonium suscitauit, quia per legem peccatum, quod latet in carne, reuixit, vt ait Apostolus ad Rom. 7. Peccatum nõ cognoui nisi per legem. *Posuit etiam legem in Israel*, quia illã imposuit eis quasi iugum, ne vaga voluntate errarent. Similiter ista facit in lege noua, quia suscitat testimonium in Iacob, dum triplici baptismo nos facit vitia supplantare, dicẽs. Tres sunt, qui testimonium dant in terra, spiritus, aqua, & sanguis. Quod exponens Gilbertus ait, In aqua baptismũ intellige, in sanguine martyrium, in spiritu charitatem. Similiter legem nobis imposuit, quando ascendens in montem legem nouam diuulgauit, quæ multo nobilior est antiqua, quia illa timoris: sed ista est amoris. Illa prohibet manũ, sed ista animum. Illa promittit temporalia, sed ista promittit æterna.

Genes. 25. *Iacob. Israel.* *Psal. 147.* *1. Ioan. 5. Testimoniũ triplex spiritus, aqua, & sanguis.*

Quanta mandauit patribus nostris, nota facere ea filijs suis, vt cognoscat generatio altera. 1284

POnitur hic intentio, quare Deus voluit sua beneficia per patres narrari posteris, vt scilicet cognoscat generatio altera. Huius autem hic assignatur quadruplex ratio. Prima ne posteri excusentur per ignorantiam. Secunda vt mereantur per obedientiam, ibi. *Filij qui nascentur.* Tertia vt in Deo ponant confidentiam, ibi, *Vt ponant.* Quarto ne prauis parentibus conformentur per malitiam, ibi. *Ne fiant.* Quantũ ergo ad primum notandum, quod ignorantia quandoque peccatum excusat, quandoque ipsum aggrauat, Et quæ sit illa, vide supra versic. 554. Illi ergo qui doctores habẽt & addiscere possunt, quæ sunt agẽda vel credenda, sed nolunt scire, isti grauius peccant. Voluit ergo Deus patres narrare filijs beneficia eis præstita, vt inexcusabiles essent, si Deo grati non essent. Vnde ait Moyses. Hæc sunt præcepta, atque iudicia, quæ mandauit dominus Deus vester, vt ducerem vos, &c. Consimiliter in noua lege mandauit Deus patribus nostris, scilicet, Apostolis, vt nota facerẽt posteris mirabilia eius, dicens eis. Ite, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritussancti, docentes eos seruare omnia, quæ mandaui vobis. Vnde quod mãdauit patribus illis nota facere filijs suis in figuram nostrã erat. Vnde istũ textũ sic exponit glo. *Nota facere filijs suis ea.* filij

Deut. 6. *Matth. vlt.*

filij sunt nouus populus in nouo testamento, qui mandata nouit, & fecit, quod quasi exponendo subdit. *Vt cognoscat generatio altera.* s. de gentibus collecta, vt, scilicet, cognoscant spiritualiter, quod ipsi primi patres antiqui testamēti viderant carnaliter de generatione altera. Vide versic. 1282.

1285 *Filij sui nascentur, & exurgent, & narrabunt filijs suis.*

OStendit hic secundam causam, scilicet, vt posteri mereantur per obedientiam. Docere enim alium, quæ ad salutem pertinent, actus est de se meritorius. Et quamuis literaliter ista intelligantur de filijs carnalibus Iudæorū, sensus tamen prophetæ est hoc principalius intelligendum de filijs spiritualibus renatis ex aqua, & spiritusancto, qui à primis patribus scilicet ab Apostolis docti mysteria fidei illa alios filios, quos regenerauerunt in Christo docuerunt, sicut fuerūt successores Apostolorum, & hos maximè notat Psal. cum dicit. *Exurgēt*, scilicet cor sursum habebunt. Et hoc notat glo. d. *Filij, qui nascentur*, i. Christiani secundò ex aqua, & spiritusancto regenerati, exurgent sursum habētes cor. Qui verò nati sunt, & non renati non resurrexerunt, quia non est sursum cor eorum, sed in terra. Et isti narrabunt filijs suis, s. posteris per gratiam regeneratis. Hoc enim significabat Ps. 44. dicēs. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij, cōstitues eos principes super omnem terram, memores erūt nominis tui, scilicet, alios docendo, propterea populi confitebūtur tibi. De hac natiuitate spirituali & narratione filijs facta vide supra scilicet versic. 752. 753. 754.

1286 *Vt ponant in Deo spem suam, & non obliuiscantur operum Dei, & mandata eius exquirant.*

HIc ponit tertiam causam, quæ est, vt in Deo ponant suam confidentiam. Vbi notandum, ꝙ inter alia Iudæorum vitia hoc erat, quod gloriabātur de suis patribus antiquis, à quibus duxerūt originem, & per illos sperabant saluari. Vnde de hoc singulariter eos reprehen-

A dens Baptista Ioānes ipsis dicebat. Matthæ. tertio. Ne velitis dicere intra vos, patrem habemus Abraham. Dico enim vobis, quoniam potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ. Sed quid prodest filio iustitia patris, quem peccata inficiunt? certè nihil. Sicut peccatum patris virtuoso filio non nocet, quo. s. ad Deum, vnde Chrysostomus super Matth. prædicta verba exponens ait. Quid enim prodest ei, quem sordidant mores, generatio clara? Aut quid nocet illi generatio, quem mores adornant? Melius est enim alicui, vt in eo glorien-

Parentum mores filijs nō prosunt.

Chrysost.

B tur parentes, quia talem filium habent, quam, vt ipse in parentibus glorietur. Sic ergo & vos Iudæi nolite gloriari dicentes, quia patrem habemus Abraham, sed magis erubescite, quia filij estis eius & sanctitatis eius non estis hæredes. De adulterio enim natus videtur, qui non assimilat patrem. Sic ergo saluari sperabant per ipsum Abraham. Sed istā spem ab eis remouet Psal. dicens, quòd ideo mirabilia Dei narrantur filijs, vt non in patribus spem suam ponāt, sed in Deo, vt scilicet considerent, quòd Deus non attendit ad merita, vel ad demerita pa-

C rentum, sed ad propria. Sicut enim quandoque de malis parentibus filij boni nascuntur, vt de Acham malo natus est Ezechias electus à Deo. Sic quandoque ex bonis nascuntur reprobi, sicut de Isaac natus est Esau reprobatus à Deo. Hoc ergo notans Psal. ait. *Vt ponant in Deo spem suam*, & non in parentibus, *& non obliuiscantur operum domini*, scilicet, indicat singulos secundum propria merita, & demerita, & non secundum merita parentum. Et ista considerando *mandata eius exquirunt*. Exquirere enim cō-

4. Reg. 18. & Matt. 1.

Genes. 25.

Exquirere.

ponitur de ex & quæro, ris, ex quo est

D extra. Et est exquirere quasi extra quærere. Et sic ille mandata Dei exquirit, qui non solum corde illa cognoscit, sed etiam operibus illa perficit. Vel exquirere idem est, quod valdè, & perfectè quærere, scilicet tam intus illa meditando, quàm extra, illa operibus adimplendo, Psal. 76. Deum exquisiui manibus meis. Vnde hic ait glo. *Et mandata eius exquiram*, scilicet, operando, qui dicti sunt prius cognouisse, modo dicitur vt exquirant, vt. s. sperantes in dño ab ipso adiuuentur

uentur ad mandatâ opere adimplenda. Et nota, quod spes nostra meritò in Deo est ponenda, & hoc propter triplex bonum, quod in se sperantibus largitur scilicet prouisionis in necessitate. Psalm. 9. Sperent in te, qui nouerunt nomen tuũ, quoniam non derelinquent, &c. Sicut apparuit in Susanna, de qua dicitur Dan. 13. Erat enim cor eius fiduciam habens in domino. Propter beneficium liberationis in tribulatione Psal. 90. Quoniã in me sperauit, & ego liberabo eum, cũ ipso sum in tribulatione &c. Sicut patuit in Iob, qui dicebat. Etiam si occiderit, sperabo in eum. Propter beneficium coronationis æternæ, Prouer. 28. Qui sperat in domino, saluabitur.

Spes est ponenda in Deo.

Nota.

Iob 13.

1287 *Ne fiant sicut patres eorum, generatio praua, & exasperans.*

Hic ponitur quarta ratio, ne scilicet prauis parentibus conformentur per malitiam. Vbi nota, quòd Iudæi fuerunt patres nostri, quia per ipsos geniti sumus in fide, quoniam Apostoli ex Iudæis etiam carnaliter duxerunt originem. Generatio ergo parentum nostrorum scilicet Iudęorum dicitur praua, & exasperans. Ista autem generatio Iudęorum dicitur generatio praua, generatio mala, & generatio infidelis, & incredula. Dicitur enim praua. Deut. 32. Generatio praua, & peruersa, hæccine reddis domino &c. Et nota quod prauus differt à malo, quia malus dicitur naturaliter, sed prauus ex uitioso vsu, vnde prauus idest, vsu peruersus. Quæ autem maior prauitas potest esse, quàm bona in malum peruertere, & contra ueritatem pugnare? Quod & generatio fecit Iudæorum, quia Christi beneficia dæmonibus ascribebat, & in saluatorem manum misit armatam. Vnde de ista generatione dicitur. Generatio, quæ maledicit patri suo, & non benedicit matri suæ. Generatio, quæ sibi munda uidetur, & tamen nõ est lota sordibus suis. Generatio, quæ pro dentibus gladios habet. Secundò dicitur generatio infidelis, & incredula. Luc. 9. O generatio infidelis peruersa. Quod ideo dicit Christus, quia quẽ patres sui venturum prædixerunt, ipsum venientem recipere noluerunt, quia in propria venit, & sui eum non receperunt. Tertiò dicitur generatio mala & adultera, Matth. 12. Generatio mala, & adultera signum quærit &c. Vbi Chrysostomus. Propter hoc uocat eos generationem malam, quia circa benefactores semper fuerunt ingrati, & bona suscipientes semper deteriores fuerunt, quod est vltimæ malitiæ. Vnde hic ait gloss. Iudæi dicuntur generatio praua, quia ueritatem nõ recipit, & exasperans scilicet Deum adeo vt in saluatorem armaretur quod fuit super omnes acerbitates. Vnde per Ezechielem dominus dicit. Vade, quia domus exasperans est. Ne ergo filij noui testamenti illis similes fiant, ideo illis narrare cupit laudes domini, & uirtutes, & mirabilia, quæ fecit.

Generatio Iudæorum mala.

Nota differentiam inter prauus & malus.

Prou. 30.

Chrysostomus.

Generatio, quæ non direxit cor suum, & non est creditus cum Deo spiritus eius. 1288

Hic notatur Iudæorum ingrata malitia. Vbi notandum, quòd cor directum dicitur cor sursum ad Deum rectum, sicut econtrario cor curuum, dicitur cor ad terrena curuatũ. Et sic amans cœlestia cor habet directum, amans verò terrena cor habet incuruatum. Vnde ait Hugo super illo verbo Psal. Quoniam rectus dominus &c. Quærere quæ super terram sunt, curuitas est cordis, sed quæ sursum sunt quærere, eius est rectitudo. Quia ergo Iudæorum generatio tota ad terrena videbatur incuruata, ideo de ipsa nunc dicit. *Generatio, quæ non direxit cor suum.* Et causam adiũgit, dicens. *Et non est creditus cum Deo spiritus eius.* Vbi nota, quod plus importat, *non est creditus cum Deo spiritus eius,* quã si dixisset, nõ credidit Deo spiritus eius. Vnde hic ait glo. Multò enim expressius dicit, *non est creditus cum Deo spiritus eius,* quam si dixisset, non credidit Deo. Habere enim cum Deo spiritum creditum est, non credere spiritumsanctum sine Deo facere posse iustitiã, vel aliquid boni, sed cum Deo, quod est credere in Deum, quod utique plus est, quam credere Deo. Nam credimus homini, sed non in hominem. In Deum credere est ei credendo adhærere ad benè operandum. Vnde Apostolus ait. Qui adhæret Deo,

Hugo.

Credere Deo uel in Deum.

1. Cor. 6.

Deo, unus spiritus est cum eo. Ista est er
go, generatio cuius exemplum cauen-
dum est, ne ei conformemur: quæ & si
credidit Deo, non tamen in Deum,
quia non fide adhæsit Deo, vt ab eo sa-
nata cooperaret, cooperante in se Deo.
Hic autem notandum, q immerito de
Iudæorum generatione dicit, quòd non
dixerit cor suum. Vbi sciendum, quod
cor per aliqua uitia incuruatur, & sic nō
dirigitur, quæ omnia in generatione Iu-
Cor non dicitur. dæorum fuerunt. Nam incuruatur cor
hominis per uanitatem, & superbiam,
per cupiditatem, & auaritiam, per uolu-
ptatem, & luxuriam, per hypochrisim, &
fallaciam, per ebrietatem & gastrimar-
giam, per increpationem, & iracundiam.
Superbia. Primo ergo cor non dirigitur, sed incur
uatur per superbiam, quia ad Deū non
dirigitur sed contra Deum erigitur. Sic
enim indirectum fuit cor luciferi, cui di
Esa.14. citur. Quomodo cecidisti, lucifer, qui di
cebas in corde tuo, in cœlū ascendā &c.
Cecidit enim in profundum laci, quia
quando se in Deum debebat erigere, se
contra Deum erexit, in quo nobis tremē
dum datur exemplum, quoniam si indi-
rectio cordis per superbiam tam excel-
lenti creaturæ sic fuit à Deo punita, quo
Nota. modo cor nostrum indirectum punire-
tur? quia certum est, quod cor superbū,
& indirectum execrabilius est in paupe-
re quàm in diuite, in seruo quam in do-
mino. Quod benè aduertens Radulf.
Radulphus super illo verbo. 2. Reg. 1. A Gelboe au-
tem transeat, ait. Ab angelis transijt do
minus eorum execrans superbiam cor-
dis. Quid de me fiet terra & cinere, si
fortè in corde meo superbia fuerit inuē-
ta? Illius cor in cœlo intumuit, meum
autē cor in sterquilinio superbit. Quis
non tolerabiliorem in diuite quàm in
paupere superbiam dicat? Væ mihi si tā
durè in angelo primo punitum est, pro
eo quod in superbiā erectū est cor eius,
quid de me misero fiet & corde super-
bo? Sed istud uitium maximè in genera-
tione Iudæorum abundauit à principio.
Vnde isti generationi ad literam dice-
bat Moyses Deut. 21. Ego scio conten-
tionem tuam & ceruicem tuam durissi-
mam. Adhuc enim me uiuente, & ingre
diente nobiscum semper cōtentiosè egi
stis contra dominum, quanto magis, cum

A mortuus fuero? Vnde ad literam de Iu
dæis ait dominus. Osee 13. Eleuauerūt
cor suum, & obliti sunt mei, & ego ero
eis sicut leæna, & sicut pardus. Per leæ-
nam, & pardum, quæ sunt bestiæ fero-
ces, intellige seueritatem pęnę cordi eo
rum scilicet Iudæorum debitam. Secun
dò cor non facit directum cupiditas aua
ritiæ. Cor enim secundum naturales in *Auaritia.*
sinistra parte corporis hominis situatur,
per quam temporalia significantur. Ad
significandum quod cor hominis de se
non ad cęlestia dirigitur, sed incuruatur
ad terrena, quia ipsi Iudæi quasi ex natu
B ra ad auaritiam erāt incuruati. Vnde de
eis ad literam dicitur. Auaritiam sequi- *Ezec.33.*
tur cor eorum. Vnde ait Greg. Curuum *Gregor. 24.*
est cor cum ima appetit, dirigitur autem *mor.c.14.*
cum ad sublimia subleuatur. Istud au-
tem uitium maximè in Iudæis regnabat.
Tota enim causa quare Christum sunt
persecuti, fuit auaritia scilicet timor ne
propter Christi fidem perderent locum
& gentem. Vnde illi generationi dicitur
ad literam. Tui oculi, & cor tuum ad *Ioan.11.*
auaritiam. Tertiò cor facit non dire- *Hiere.22.*
ctum sed curuum uoluptas luxuriç, quç *luxuria.*
principalius in corde sedet quàm in car- *Osea 4.*
C ne. Propter quòd dicitur, Fornicatio,
& uinū auferunt cor. Istud aūt maximè
in generatione praua Iudæorū abūdat.
Exemplum habes in Salomone rege
Iudæorum, qui, cum tot gratias à Deo
recepisset, finaliter tamen per luxuriam
cor eius fuit incuruatum, de quo 3. Reg.
11. dicitur. Cumque iam senex esset, de-
prauatum est cor eius per mulieres, vt
sequeretur Deos alienos, nec erat cor
eius perfectum cum domino Deo suo,
sed colebat Salomon Deos alienos. Si
ergo libido incuruauit cor tāti uiri, quis
ab hoc uitio tutus stabit in seculo, neq;
D in clero? quia etiam presbyterorum cor
da incuruauit luxuria Iudæorum, qui
pulchritudinem Susannæ aspiciētes euer
terunt sensum suum, & auerterunt ocu-
los suos, ne uiderent cœlum &c. Vnde
illis ait Daniel. Species decepit te, & cō *Dan.13.*
cupiscentia subuertit cor tuū &c. Quar *Hypocrisis.*
tò cor facit non directum, sed curuum
hypocrisis fallacia, quç cor distortum fa
cit ab exteriori apparētia quia tales ver
bis Deo appropinquāt, sed corde remo *Gregor.16.*
ti sunt ab eo. Vnde Gregor. ait, Omnis *mor.c.c.28.*
enim

enim hypocrita cũ iniquus sit, dicit sanctus, ab hominibus non pertimescit, & si iniquum se tacita cogitatione deprehendit, tamen dum sæpius sanctum se audire reperit, hoc quod de se interius tenebat amittit. Cor quippe exterius fundit, & quia libenter de se foris falsum testimonium recipit, qualem se intus in corde habeat nõ requirit. Et infra. Quibus benè per prophetam dicitur, *Esa.46.* Redite, prævaricatores, ad cor. Si enim ad cor redirent, cor per attestationis exterioris verba non diffunderet. Nunquid vicinius est nobis aliorum testimonium corde nostro? Quid uicinius est nobis ea re, quæ intra nos est? Et tamen cum per prauas cogitationes cor spargitur à nobis cor nostrum longius euagatur. Longè ergo propheta præuaricatorem mittit cum eum ad cor suum redire cõpellit, quia quo se exterius fundit, eo ad se vnde redire possit vix inuenit. Vnde in persona hypocritæ Psal. cogitur dicere. Cor meum dereliquit me. Sed quis isto uitio magis abundat quàm generatio Iudæorum, de qua ad literã dicitur. *Esa.29.* Populus iste ore suo, & labijs suis glorificat me, cor autem longè est à me. Quæ verba ad literam contra populũ Iudęorum recitat Christus. *Matth.15.* Quæ exponens *Remigius.* Remigius dicit. Iudæorum namque populus labijs, & ore Deo appropinquare, & Deum honorare videbatur, quia vnius Dei cultum se gloriabatur habere, sed corde à Deo longè recessit. quia visis, signis, & miraculis, nec diuinitatem eius cognoscere, nec eũ suscipere voluerunt. Quintò cor curuum facit, & non directũ gulositas gastrimargiæ. Nimia enim pinguedo suffocat, cor, ne ad cœlestia dirigi possit. Hoc autem vitium maxime abũdabat in Iudæis, propter quod cor suum ad Deum dirigere non ualebãt. Vnde de ipsis ad literam Christus dicebat. Incrassatum est cor populi huius, & auribus grauiter audierunt, & oculos suos clauserunt. Sextò cor curuum facit iracundia. Nam ut naturales asserunt. Ira est accẽsio sanguinis circa cor, ideo cor iracundum accensum sanguine non motu *Matth.13.* recto, sed sanguinis agitatur calore. Qđ benè notatur Psal. 38. Cor meum concaluit intra me, & in meditatione mea exardescet ignis. Sed isto uitio maximè

E Iudæorum generatio erat maculata. Quod maximè patuit in passione Stephani Act. 7. vbi dicitur, quod audientes Stephanum, dissecabantur cordibus suis & stridebant dentibus in eum. Quibus omnibus consideratis, quid nimirum si de Iudæis nunc Psalm. dicat, quòd sunt *generatio, quæ non direxit cor suum*, &c. Vnde de isto populo ad literam dicitur 2. Paralip. 20. Adhuc populus non direxerat cor suum ad dominum Deum patrum suorum.

Filij Ephrem intendentes, & mittentes arcum, conuersi sunt in die belli. 1289

F

HIc in speciali Psal. vult ostendere ingratitudinem populi Iudæorum erga Dei bonitatem. Et primò hoc ostendit quantum ad Ephraim tribum. Secundò quantum ad totum Iudæorum populum, ibi. *Et obliti sunt.* Quantum ad primum duo facit. Quia primò istius tribus Ephraim ponit elatam superbiam. Secundò ipsius erga Deum contumaciam, ibi. *Non custodierunt.* Quantum ad primum sciendũ, ꝙ inter cæteras tribus populi Hebraici populus Ephraim *Ephraim.* G maximè aspirabat ad regnum populi Israel & ad dominium habendum. Tum *Genes.48.* quia Ephraim fuit filius Ioseph, qui habuit dominium super omnes alios fratres suos in Aegypto. Tũ quia Iacob patriarcha adoptauit Ephraim, & Manassem in filios. Genes. 48. Et ipsi Ephraim minorem præposuit ipsi Manasse maiori, quia cum eis duobus uellet benedicere Ioseph, posuit Manassem ad dexterã patris, & Ephraim ad sinistram. Iacob autem non uidens, (quia caligauerant oculi eius) manus cancellauit, & posuit dexteram super Ephraim, & sinistram H super Manassem, & sic minorem maiori præposuit. Propter quæ ipse Ephraim & ab eo descendentes præ cæteris aspirabant ad regnum. Vnde & Ieroboam qui regnum Israel inuasit quo ad decem tribus, de tribu Ephraim fuit: istum, ergo versum de ipsa tribu Ephraim exponunt Iudæi dicentes, quòd ipsi filij Ephraim adhuc uiuente patre suo, in Aegypto multiplicati, & fortificati, & præsumptuosi effecti uolentes habere dominiũ terræ promissionis, exierũt de Aegypto

alijs

aliis tribus ibidem relictis, & per uiam breuiorem uoluerunt ingredi terrā promissionis, scilicet per terram Philistiim, quæ vicina est, vt habetur Exod. 12. Sed expugnati, & interfecti fuerunt à Philistæis, qui habitabant in Geth, & in terris circumadiacentibus, quod dominus permisit eo, quod superbè præoccupabant tempus à Deo constitutum habendi dominium terræ promissionis, quoniam dominus dixerat Abrahæ. Semen eius futurum peregrinū in terra aliena quadringentis annis, qui nondum erant completi. Et istud non videtur verisimile. Primò, scilicet, quia uiuente patre in tantū essent multiplicati, quod crederent se violēter posse obtinere terram promissionis. Secundò quia assignatur infra pro causa huius ingratitudinis, quòd coram patribus eorum fecit mirabilia in terra Aegypti. Nulla autem mirabilia leguntur facta pro populo Israel in terra Aegypti ante tempus Moysi, qui longo tempore natus est post mortem Ephraim patriarchæ. Item quia ante tempus Moysi filij Israel erant in Aegypto magna seruitute oppressi. Et sic non est verisimile, quod possent de Aegypto exire ad libitum, & maximè cum exercitu. Exponendus est ergo iste versus de filijs Israel, qui contra voluntatem Moysi processerunt ad prædam contra Amorrhæos, & Amalechitas, vt habetur. Num. 14. Inter quos filij Ephraim principaliores fuerunt alios inducentes, eo quod præ cæteris aspirabant ad regnum, vt dictum est. De istis ergo dicitur. *Filij Ephrem intendentes*, scilicet arcum, & mittentes sagittas suas ex arcu. *Conuersi sunt in die belli* vide Historiam Nume. 14. Quantum autem ad sensum propheticū, Ioseph duos filios habuit, scilicet primogenitum Manassem, & secundo genitum Ephraim, qui duos significant populos, scilicet gētilem & Iudaicum, quorum primus fuit gentilis, secundus autem incœpit in Abraham. Et sic populus gētilis per Manassem intelligitur, Iudaicus autem per Ephraim. Sed sicut Iacob secundum præposuit primo, cancellatus manus, & ponens dexteram super Ephraim, sinistram verò super Manassem. Sic Deus, dimisso populo gentili, Iudaicum populum elegit, sed hic populus Iudæorum defecit in promissis, quia promisit se legem Dei seruaturum, dicens Moysi. Omnia quæ locutus est nobis dominus, faciemus. Propter quod derelictus est, & populus gentilis ad fidem conuersus est electus. De Iudæis ergo per Ephraim significatis dicit. *Filij Ephrem intendentes arcum*, &c. idest, secundum glo. promittentes seruare mandata in die auditionis, scilicet quando Deus de aliqua aduersitate eos clamātes audiebat. *Conuersi sunt in die belli*, idest defecerunt in die tentationis. Nihil enim aliud est tendere arcum, & mittere sagittas, & conuerti in die belli, nisi attendere, & promittere in die auditionis, & deficere in die tentationis, & hoc est quasi præludere armis, sed ad horam tentationis nolle pugnare. Et propter ipsorum culpam facti sunt nouissimi primi. Sed gentiles conuersi, nunc Iudæis sunt præpositi per aduentum Saluatoris. Sed & Abel maiori fratri prælatus fuit, Isaac Ismaeli, Iacob Esau, Phares ipsi Zarā. Dauid fratribus suis maioribus. Sic populo Iudæorum prælatus est populus Christianus quia, scilicet Ephraim audiuit præcepta, sed obedire contempsit. Nam promissionē obedientię nō auditio sed tētatio probat.

Gen. 15.

Christiani præferūtur Iudæis.

Non custodierunt testamētum Dei, & in lege eius noluerunt ambulare. 1290

HIc ponitur illius tribus cōtra Deū contumacia. Hoc ideo dicit quantum ad litteram, quia ad mandata Moysi noluerunt ire ad pugnam contra aduersarios, sed uolebant in Aegyptum reuerti, vt habetur. Num. 13. Postmodum verò propria superbia contra inhibitionē Moysi perrexerunt ad pugnam contra Philistæos & corruerunt, vt dictum est in versiculo præcedenti, & habetur Nu. 14. Hic ergo idem accipe pro testamento Dei & lege. s. mandatum quod faciebat Moyses ex parte Dei, quamuis promisissent se præcepta Dei seruaturos, Exod. 20. Vel aliter Populus Iudæorum & si quādo legem Dei seruabat hoc faciebat timore pœnæ non amore iustitiæ, vnde lex illa lex timoris dicitur. Lex autem noua est amoris in qua præcepta seruantur non timore pœnæ, sed amore iustitiæ. Et hanc differentiam ponens glos. dicit. Et si quādo ambulent in lege Dei,

tamen

tamen ambulare noluit, quia non ex corde faciunt: Agunt enim quæ mallent nõ percipi sibi. Ex corde autem nullomodo fit quod fit formidine pœnæ non amore iustitiæ, pares sunt manu, sed non corde qui non furatur timore pœnæ, & qui amore iustitiæ. Et nota q̃ dignè volens

Ambulare. ambulare in lege Dei ambulando debet multa habere. s. humilitatem in reputatione, puritatem in imitatione, paupertatem in rerum abdicatione, fidelitatẽ in adhæsione, discretionem in examinatione, æquitatem in operatione. Primò ergo ambulet per humilitatem. s. vt sit hu-

Humilitas. militas in reputatione suijpsius: Suauius enim ambulat qui per uiam planam incedit, quàm qui per asperam & montuosam. Omnis enim casus ab alto descendit, & ideo qui in humili & basso ambulat, casum pati non potest. Hanc humilitatis uiam ad ambulandum Dauid elegerat cum dicebat, Domine nõ est exaltatum cor meum neque elati sunt oculi mei, neq; ambulaui in magnis &c. si non

Esa. 38. humiliter sentiebam &c. Sic & ille Rex Ezechias eius successor dicebat humiliter se ambulasse dicens. Memento quæso domine quomodo ambulauerim coram te corde perfecto, & in ueritate. Sed forte dices, Quomodo iste humiliter ambulabat, qui se tam uirtuosum affir-

Laudare se ipsum. mabat? Similiter & Dauid vt dictum est. Ad hoc respondet Greg. d. Sæpe contin-

Gregor. 12. mor. c. 16. git vt iusti & iniusti habeant similia verba, sed tamen semper longè cor dissimile. Et ex similibus dictis dominus ab iniustis offenditur, ex quibus à iustis placatur. Nam Pharisæus templum ingressus

Luc. 18. dicebat. Ieiuno bis in sabbato, decimas do omnium, quæ possideo, sed iustificatus exijt magis publicanus quàm ille. Ezechias quoq; rex cũ molestia corporis laboraret siue afflictus ad extremitatem vitæ perueniret, in oratione cõpunctus dixit. Obsecro domine memento mei, quõ ambulauerim coram te in ueritate & corde perfecto, nec tamen dominus hanc confessionem perfectionis eius despexit, quẽ mox in suis precibus exaudiuit. Ecce Pharisæus se iustificat

Esa. 38. in opere, Ezechias iustum se asseruit in cogitatione, atq; vnde ille offendit, inde iste Deum placauit. Cur itaq; hoc, nisi quia omnipotẽs Deus singulorũ verba,

E & cogitationes pẽsat, & in eius auribus superba nõ sunt verba, quæ humili corde proferuntur? Isto modo humiliter Achab increpatus per Heliam de morte Naboth 3. Reg. 21. Cum audisset Achab sermones Heliæ, scidit vestimenta sua, & operuit cilicio carnem suam, & ambulauit demisso capite. Require cętera mẽbra in dictionario meo litera ambulare.

Et obliti sunt benefactorum eius: & mirabilium eius, quæ ostendit eis. 1298

F Hic consequenter ostendit eorũ ingratitudinem quo ad totum populum Iudæorum, & Dei beneficia. Et diuiditur in partes duas. Quia scribitur ingratitudo populi. Primo in cõparatione ad Dei beneficia ante ingressum in terram promissionis. Secundò quò ad beneficia post eius ingressum, ibi. Et induxit eos in montem. Prima in duas, quia primò describuntur Dei beneficia. Secũdò populi ingrata malitia, ibi. *Et apposuerũt adhuc.* Prima in tres, quia primò describitur beneficia eis præstita in Aegypto. Secundò quæ in mari rubro ibi. *Interrupit mare.* Tertiò quæ in deserto, ibi. *Inter-*

G *rumpit petram.* Prima in duas, quia ponitur primò Dei beneficia in quodam generali. Secundò magis in speciali, ibi. *Coram patribus.* Quãtum ergo ad primum simul ponens in generali Dei beneficia, & ipsorũ malitiã. d. *Et obliti sunt benefactorum* &c. Isti enim satis ingrati videntur, qui nunquam ponderant prǽcõcessa, sed semper aspirant ad habenda. Nõ quid acceperunt de præterito cogitant, sed quid accepturi sunt de futuro. Et hæc est pessima species ingratitudinis, sicut dicit Seneca. 2. de beneficijs. Prima inquit, ac potissima causa ingratitudinis est semper

Obliuio benefactorũ.

H cupiditatibus occupari, non quid habeamus, sed quid petamus cogitare & memorari q̃ aduersus præterita sumus ingrati, quia quæcunq; recipimus bona ad memoriã non reducimus, nec inter voluptates numeramus. Vnde cõcludit Seneca, q̃ ad hoc ne simus ingrati magna memoria indigemus, ne pp magna beneficia simus ingrati circa memoriam. Vnde de quodam amico suo dicit Seneca, q̃ solebat tales non ingratos, sed oblitos uocare, tanquam ea res ingratum excu-set.

Ingratitudo.

Seneca.

Seneca memoria beneficiorum.

set, quia non facit. Et ideo consequētet distinguit Seneca de ingratis sic. Qui beneficium se accepisse negat, quód accepit, ingratus est. Qui dissimulat, ingratus est. Qui nō reddit, ingratus est. Ingratissimus oīum, qui oblitus est. Et hoc probat dupliciter. Primò quia illi, qui sunt memores beneficiorū, licet nō reddant, sciunt tamen in aīo eorū se debitores esse, & ideò possunt de facili induci ad reddendū. Isti uerò nullomodò, quia non recordantur. Secundò hoc probat, quia ad reddendum homo indiget multis meminisse, scilicet omnium quę accepit. Et ideo nunquam voluit esse ingratus qui beneficium non tam longè proiecit, vt extra conceptum suum illud poneret. Vnde de quolibet sic ingrato dr. Ingratos sensus dereliquit liberātem se. Bene enim dr ingratus sensum perdidisse, qui memoriam perdidit illius, q̃ semper sentire debuit. Isto ergo genere ingratitudinis ingrati erāt Iudæi, qui obliti sunt beneficiorum eius. Istud est ergo primum genus ingratitudinis, s. illorū, qui dona Dei non cogitant. Secundū genus est illorum, qui Deum de beneficijs non honorant. Similes enim sunt porcis qui glandes quotidie comedunt, sed nunquam oculos erigunt ad arborem, cuius fructu pascuntur. Contra istos dicit philosophus, quod in contribuendo proportionabile commanent, & cohabitant ciues boni, & qui non possunt similia retribuere, saltem gratiarum actiones retribuant, quia gratiarum actio est quædam distributio in illis, qui non possunt æquiualenter retribuere. Cū igitur continuè a Deo beneficia recipiamus, debemus ei continuè gratias agere. Vnde dicit August. in epistola ad Marcellinū, q̃ nihil possumus melius dicere, quā Deo gratias. Quid, inquit gratius, vel animo habeamus, vel ore proferamus, vel calamo scribamus, quàm Deo gratias? Nihil hoc dici breuius, nec audire lætius, nec reddi fructuosius potest. Et ideo dicit Hermes Trimegistus in libro suo, qui logos telios dicitur quasi in fine, q̃ non est conueniens thus, vel mirrham incendere, & sic Deum adorare, sed Deo gratias agere. Isto autem genere Iudæi ingrati Deo fuerunt, ipsum pro beneficijs acceptis non honorantes, cis ad literā di

Eccl. 29.

Philos. 5. Ethic.

Gratiarum actio.

August.

Deo gratias

Hermes Trimegistus.

A cente Christo. Vos inhonorastis me. Tertium genus ingratitudinis est illorū, qui Deo sua beneficia exprobant ad modū vxoris ingratæ, pro qua uir quoddā opprobriū passus vxor ei deinceps improperabat in perpetuum. Istam imitari uidentur qui Christo suorum vulnerum enormitatem fatuè mirando improperant, quæ nullatenus sustinuisset, nisi ad hoc eum charitas coegisset. Eccl. 29. Pascet, & potabit ingratos, & adhuc amara audiet. Isto genere Iudæi ingrati Deo fuerunt, qui pane de cęlo à Deo recepto, ipsi improperabant, dicentes. Nauseat B anima nostra super cibo isto leuissimo. Quartum genus ingratitudinis est illorum, qui cōtra Deum ex suis beneficijs pugnant, qui. s. donis Dei ad peccatum vtuntur, ut aliqui abundant diuitijs, ut necessitati pauperum subueniant, & isti sunt pauperum oppressores. Alij fortitudine corporis uigent, & isti in seruitijs diaboli suam fortitudinem consumunt. Alij naturali uigēt ingenio, vt se, & alios diligant, & isti dolositate, & fraude proximos decipiunt, &c. Contra quos dicit Greg. Qui rebus diuinitus acceptis, nequaquam recta, sed semper praua agere C cogitant, quid aliud faciunt, nisi suis cōtra dominum donis pugnant? Isto genere ingrati erant Iudæi qui per donum legis à Deo acceptæ cōtra ipsum per eādem legem pugnabant Pilato, dicentes. Nos legem habemus, & secundum legē debet mori, quia filium Dei se fecit. Ecce quanta ingratitudo Iudæorum erga Dei beneficia, quam breuiter commemorans Psal. dicit, *Et obliti sunt benefactorum eius*, &c.

Num. 21.

Gregor. 22. mor. c. 1.

Ioan. 19.

Coram patribus eorum fecit mirabilia in terra Aegypti, in cāpo Taneos. 1292

D

Ponuntur hic Dei beneficia magis in speciali, quæ fecit in Aegypto. Istū textum exponit de mirabilibus, quæ fecit Deus, ipsi Pharaoni, ipsum mirabilibus plagis percutiendo, vt de manibus eius suum liberaret populū. De quibus plagis mirabilibus habetur infra in præsenti Psal. ibi. *Sicut posuit in Aegypto signa sua.* Vt autem omnem dubitationē tollat, nominat prouinciam, in qua illa facta fuerunt, scilicet Aegyptum, nominat

nat & locum, quia in cāpo Taneos. Ta E
Tanis. nis enim est quædā ciuitas in Aegypto,
quæ est regalis ciuitas, in qua regia con
silia tenebantur, in qua morabatur rex
Aegypti, de qua dicitur Esai. 19. Stulti
principes Taneos, sapientes consiliarij
Pharaonis dederunt consilium insipiēs.
& quāuis illa mirabilia, & illæ plagæ tan
gerent totam terram Aegypti, tamen
quia per Moysen facta fuerunt ibi in pre
sentia regis, ideo omnia illa dicūtur es-
se facta in campo Taneos, idest, in cam-
po illius ciuitatis. Sed quia ista mirabi-
lia explicabūtur inferius, ideo nūc omit
to. Alij autem istum textum exponunt F
de mirabilibus factis in eodem loco cir-
ca personam Moysi dum adhuc iuuenis
Exod. 4. esset habitans in domo Pharaonis. Vbi
sciēdum, quod super illo uerbo, quod dicit
dominus Moysi. Quis fabricatus est mu
tum, & surdum, videntem, & cæcum, non
ne ego, dicit dominus? Dicunt doctores,
Moyses. quod cum Moyses existens adhuc in domo
Pharaonis, in qua educatus fuerat, occi-
disset vnum Aegyptum, vt habetur Exo.
2. fuit captus, & ductus aute Pharaonē,
vt occideretur. Speculator autē, qui de-
bebat eum occidere, tunc à Deo cæcira-
te fuit percussus, & sic Moyses euasit. Vi G
dens autem Pharao eum recedentem,
statim à Deo factus fuit mutus ad horā,
vt seruis suis nō posset precipere, vt Moy-
ses caperetur. Similiter & tūc omnes ser
ui ita fuerunt istis uisis attoniti, quòd re
manserunt quasi surdi essent, & cæci. Et
sic ex istis mirabilibus patet, quòd Moy
ses liberatus fuit miraculosè, & de istis
mirabilibus in personam Moysi factis
nunc dicit. *Coram patribus eorum fecit mi
rabilia*, &c. Quia & si patres eorum præ-
dictis præsentes non fuerunt, tamē, quia
de illis sufficienter informati fuerunt,
ideo coram ipsis illa facta dicuntur. H

1293 *Interrupit mare, & perduxit eos, &
Statuit aquas quasi in vtre.*

HIc describūtur beneficia illis in ma
ri rubro exhibita. Et primò quoad
maris transitum. Secundò quo ad ipso-
rum ducatum. ibi. *Et eduxit*. Quantum
ad primū habetur historia Exod. 14. Nā
cum filij Israel exijssent de Aegypto, ve
nerunt ad mare, & castrametati sunt iux

ta mare. Tunc Pharao doluit, quod ipsos
dimisisset exire, aggregatoque toto exer
citu Aegypti, persecutus est filios Israel
& inuenit eos iuxta mare. Leuantes er-
go filij Israel oculos, uiderunt Pharao-
nem, & exercitum eius grandem contra
se uenientes, & timuerunt valdè, quia
eis fugere nō erat possibile, quia ab vna
parte Aegyptij armati erant, ex alia ve-
rò parte mare ipsos concludebat. Vnde
clamauerunt contra Moysen dicentes,
Quid est hoc, quod uoluisti facere, ut
educeres nos de Aegypto? Multo enim
melius erat nobis seruire Aegyptijs, quā
mori hic in solitudine. Et ait Moyses,
Nolite timere, state, & videte magnalia
domini, quæ facturus est hodie. Domi-
nus enim pugnabit pro vobis. Et tunc
facta est nubes densissima, & tenebrosa,
diuidēs inter filios Israel & Aegyptios,
ex parte Aegyptiorum, ita ut ad se inui-
cem toto noctis tempore accedere non
valerēt, sed ex parte filiorum Israel erat
luminosa. Tunc Moyses præcepto domi-
ni extendit manum supra mare, & sta-
tim aquæ maris se diuiserunt, & appa-
ruit iter siccum per med ū maris. Aquæ
autem stabant hincinde quasi murus, &
tunc filij Israel transierunt per medium
sicci maris. Pharao autem persequēs eos
cum toto suo exercitu, submersus est in
mari. Hoc autem beneficium narrans di
cit Psal. *Interrupit mare* quasi non esset
liquidum, & perduxit eos, scilicet ad ter
ram. *Et statuit aquas quasi in utre.* Aquæ
enim detinentur in utre, ne fluant. Eodē
modo aquæ maris diuisæ ex vtraq; par-
te stabant diuina virtute, ne fluerent su
per filios Israel, quia vt dicitur Exo. 14.
Erant aquę eis quasi pro muro à dextris
& à sinistris. Hoc autem quotidie spiri-
tualiter in nobis facit Deus, vt dicit gl.
Tunc enim stare facit aquas & nos dedu
cit, cum cohibet fluida concupiscentia-
rum, cum huic renunciatur sæculo, vt
peccatis omnibus quasi inimicis deletis
populus fidelis perducatur per baptis-
mum. Aliter autem istum versum ex-
ponit Gregor. super illo verbo Iob 9. Et Greg. 9. mo
graditur super fluctus maris, dicēs. Quid ral. c. 5.
enim maris nomine, nisi in bonorum ne
ce sæuiens huius mundi amaritudo si-
gnificatur? De quo per Psalm. dicitur.
Statuit aquas quasi in utre. Aquas enim
maris

maris quasi in utre dominus congregat, cum miro moderamine cuncta disponēs in suis clausas cordiculis carnalium minas frenat. Super fluctus ergo maris dominus graditur, quia cū se procellæ persecutionis erigunt, miraculorum eius ob stupefactione franguntur. Qui enim timores humanæ vesaniæ mitigat, quasi erectas in cumulo aquas calcat. Nam cū morem suum gentilitas destrui nonę cō uersationis prædicatione conspiceret, cum mundi huius diuites elationis suæ contraria facta pauperum cum sapientes sæculi aduersari sibi imperatorum uerba pensarent, in persecutionis, proti nus tempestatem tumuerunt: Sed qui verborum aduersitate commoti ad persecutionis procellas insiliunt signorum admiratione temperantur. Tot ergo in his fluctibus dominus gressus posuit, quot superbis persecutionibus mirabilia ostendit. Et sic interrupit mare, & statuit aquas quasi in vtre, dum persecutores ecclesiæ ostensis miraculis placauit. Scribitur enim. Mirabiles elationes maris, sed mirabilis in altis dominus.

Aqua maris significat persecutiones.

Psal.92.

1294 *Et eduxit eos in nube diei, & tota nocte in illuminatione ignis.*

HIc ostendit beneficiū, quo ad ipsorum ducatum. Historia habetur Exod.13. quòd dominus præcedebat populum ad ostendendam viam per diem in columna nubis, & per noctem in columna ignis, vt dux esset itineris vtroq; tempore, nunquam defuit columna nubis per diem, nec columna ignis per noctem. Columna enim nubis protegebat eos ab ardore solis in die, & columna ignis ostēdebat eis uiam in tenebris noctis, quandocunque scilicet habebant intrare de nocte vel mouere castra. Hoc autem beneficium Deus nobis nunc et præstat, quia Christus in die apparet per nubem, sed in nocte per ignem; quia in die præsentis vitæ ducatum nobis pręstat per nubem dum seipsum nobis in sacramento nube specierum sacramentalium velatum exhibet, sed in nocte futuri iudicij in columna ignis ducatum præstabit, quia tunc magna tribulatio tanquam ignis lucebit iustis, & ardebit iniustis. Et istam expositionem ponit

Colūna nubis et ignis.

A Gregorius super Exod. prædicta verba exponendo, dicens. Dominus præcedebat populum, &c. In igne terror, in nube visionis blandimentum, dies uita iusti, nox verò uita peccatoris. Vnde ait Apostolus. Fuistis aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino. In die ergo per nubem columna monstrata est, & in nocte per ignem, quia omnipotēs Deus & blādus iustis & terribilis apparebit iniustis. Hos ad iudicium veniens per lenitatis mansuetudinem mulcens, illos verò per iustitiæ districtionem terrens. Vel aliter secundum Gregor. ibidem.

Oreg.

Ephes.5.

Columna ignis & nubis dicitur Christus.

B Columna nubis in eremo præibat populum, & splendor ignis non in die, sed in nocte radiabat, quia Christus conuersationis suæ exemplo ducatum sequentibus præstans, de iustitia confidentibus nulla luce claruit, peccatorum uerò tenebras agnoscentibus igne sui amoris refulsit.

Interrupit petram in eremo, & adaquauit eos velut in abysso multa. 1295

HIc ponuntur beneficia illis in deserto præstita. Hic enim specialiter mentionem facit de beneficio aquæ miraculose illis præstitò, quod bis eis fuit collatum, scilicet, ante dationem legis & post. Vnde primo agit de primò, secundò de secundo, ibi. *Et eduxit aquam de petra*. Quorum ad primum, ait. *Interrupit petram*, &c. Historia habetur Exod.17. quòd cum esset populus in deserto Raphidim, vbi non erat aqua ad bibendū, iurgatus est populus contra Moysen dicens. Da nobis aquam ad bibendum. Cui respondit Moyses, Quid iurgamini contra me? Cur tentatis dominum? Clamat autem Moyses ad dominum, dicens: Quid faciam populo huic? Adhuc modicum, & lapidabit me. Dixit autem dominus ad Moysen. Accipe virgam in manu tua, percutiesque petram Oreb, & illa dabit aquas, & bibet populus, quod & factum est, & egressæ sunt aquæ abundantissimæ. Et hoc quod dicit. *Et adaquauit eos uelut in abysso multa*. Oportuit ergo quòd aqua esset in magna abūdantia, quia in exercitu Hebręorum erant sexcenta millia absq; mulieribus & paruulis, pecoribus & iumentis.

Exod.17.

Aqua de petra fluxit.

Et ideo oportuit esse aquam multam: vn E de omnes possent sufficienter bibere, & aquari. Hoc autem beneficium continuè nobis dominus præstat, qui de petra percussa nobis aquam gratiæ parat. Quid enim est petra percussa nisi Christus positus in cruce? Vnde istud beneficium pertractans Origenes super Exodum dicit. Sitiuit inquit populus propter aquam, & murmurabat aduersus Moysen. Sufficeisset dicere quia sitiuit: quid opus fuit addere aquam? non est superflua additio. Sunt enim duę sites, & quisque habet propriam. Qui beati sũt esuriunt & sitiunt iustitiam, alij quoque dicunt, sitiuit anima mea ad te Deus. Qui verò peccatores sunt, non patiuntur sitim aquæ, neque famem panis, sed audiendi verbum Dei. Sitiuit ergo populus propter aquam, qui debuit sitire iustitiam, sed Deus eruditor infantium & Magister insipientium corrigit culpas & emendat errorem, dicens ad Moysen vt sumat virgam & percutiat petrã, & educat aquam. Vult enim nos iam de petra bibere, proficere, & ad interiora mysteria peruenire, murmurauerunt enim aduersus Moysen, ideo iubet dominus, ut ostendat eis petram, de qua bibant. Si quis est qui legens Moysen, murmurat aduersus eum, & displicet ei lex secũdum literam, quia in multis non videtur habere consequentiam, ostendit ei Moyses petram, quæ est Christus, vt inde bibat, & sitim reficiat. Sed hæc petra non dat aquas nisi percussa, percussa verò fontes producit. Percussus enim Christus, in cruceque actus noui testamenti fontes produxit. Nisi enim fuisset percussus, & exisset sanguis, & aqua, omnes sitim pateremur. Propter quod ait Apostolus. Bibebant autem de spiritali cõsequente eos petra, petra autem erat Christus. Et hoc est, quod ait psalmista. *Interrupit petram in eremo, & adaquauit eos*, &c. scilicet abundantia prædicationis verbi diuini.

Christus est petra dans aquam viuam.

Origenes.

Sitis multiplex.

1. Cor. 10.

1296 *Et eduxit aquam de petra, & eduxit tanquam flumina aquas.*

HIc ostendit beneficium aquæ præstitum post dationem legis, cuius historia habetur Numero 20. quòd cum esset omnis populus in deserto Sina, & indigerat aqua, conuenerunt aduersus Moysen, & Aaron, & versi in seditionem dixerunt. Quare nos fecisti ascendere de Aegypto ad locum istum pessimum, qui seri non potest, insuper & aquam nõ habet ad bibendum? Moyses ergo, & Aarõ ingressi tabernaculum clamauerunt ad dominum, dicentes. Domine Deus, audi clamorem populi huius, & aperi eis thesaurum tuum, fontem aquæ viuæ, vt satiati cesset eorum murmuratio. Locutus que est dominus ad Moysen, & Aaron. Tolle virgam, & loquimini ad petram F coram populo, & illa dabit aquas. Tulit ergo Moyses virgam, & cõgregata omni multitudine ante petram dicit eis. Audite rebelles, & increduli. Num de petra hac poterimus uobis aquam eijcere? Et percussit virga bis silicẽ, & egressæ sunt aquæ largissimæ, ita vt biberet omnis populus & iumenta. Hanc ergo historiã hic tangens psalmista, ait. *Et eduxit aquã* &c. Ista autem fuit aqua contradictionis propter quam prohibitus est Moyses intrare terram promissionis, sed non prima aqua in precedenti uersiculo educta. Istud beneficium quotidie nobis præ- G stat dominus, quando de petra Christo flumina aquæ viuæ producit. Vnde glos. *Et eduxit aquam de petra.* De petra enim quæ dicitur Christus educitur aqua. Ipse est enim qui ait. Si quis sitit, veniat ad me, & bibat. Hoc autem dicebat de spiritusancto, &c. Vel aliter, Petra est cor hominis obduratum, & tamen si virga crucis dominicæ percutiatur per deuotionem aquam lachrymarum abundanter educit. Vnde hunc versum exponens Balduinus, ait. *Et eduxit aquam de petra*, &c. Si per obdurationem cordis nos petra sumus, quæ uirtus, quæ potestas, quæ H virga percussionis, aut comminationis aquas salutiferas pœnitentiæ de corde nostro educere potest, nisi crux Christi? Quid autem sunt hæc flumina, nisi illa, de quibus dicit Christus, Qui credit in me, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Hæc sunt flumina gratiarum, & fluenta charismatum, quæ de corde puro per crucis memoriam pia deuotione iugiter compuncto indefinenter exeũt, & indefinenter fluunt.

Aqua de petra educitur.

Ioan. 7.

Lapis cor peccatoris aquam lachrymarum educit crucis virtute.

1297 *Et apposuerunt adhuc peccare ei, in iram concitauerunt excelsum in inaquoso.*

HIc consequenter describitur populi ingrata malitia. Et hoc dupliciter. Primo quantum ad eiusdem ingratitudinis magnitudinem. Secundò quantum ad eius multitudinem, ibi. *Quotiens exacerbauerunt eum.* Prima in duas, quia ponitur primo ipsorum ingratitudo in his quæ contigerunt ante missionem exploratorum. Secundo in his, quæ contigerunt post, ibi, *In omnibus his.* Prima in duas, quia primò ponitur populi ingra- B titudo. Secundò Dei mansuetudo, ibi, *Ideo audiuit.* Prima diuiditur in tres partes. Quia ponitur primò in peccatis recidiuatio. Secundo ipsorum malitiosa tentatio, ibi, *Et tentauerunt.* Tertiò ipsorū contra Deum murmuratio, ibi, *Et male.* Quātum ad primum ait. *Et apposuerunt adhuc,* &c. Ante enim collata beneficia prædicta, scilicet transitus maris, columnæ nubis, & ignis, eductionis aquæ, iam offenderant Deum, murmurando contra Deum. & Moysem, antequam mare apertum fuisset, dicentes, Forsitan non erant sepulchra in Aegypto: Ideo tulisti C nos ut moreremur in solitudine. Multò melius erat nobis seruire Aegyptijs, quàm mori in solitudine. Sed quod grauius est, post tanta recepta beneficia, iterum contra Deum murmurare cœperunt, & sic in peccatum pristinum grauius inciderunt. Tum quia recidiuatio in peccatum grauior est primo peccato, sicut patet de recidiuatione corporalis infirmitatis. Tum quia post multiplicationem beneficiorum ingratitudo habita grauius est peccatum, Horum ergo recidiuationem psalmista quasi admiratiuè proponit, d. *Et apposuerunt adhuc,* s. D post tot beneficia recepta *peccare ei. In iram concitauerunt excelsum in inaquoso,* Inaquosus dicitur desertum vbi erat penuria aquæ, hoc est, in deserto concitauerunt Deum excelsum ad iram. Magister autem in glos. hic peccatum eorum dicit peccatum incredulitatis, d. *Adhuc apposuerunt peccare ei,* i. non credere ei, s. discredere, & accipitur pro peccato infidelitatis. Et est sensus. Hæc tanta beneficia fecit illis Deus, & tamen illi, s. gene-

Recidiuatio peccati.

Peccatum infidelitatis

A ratio praua, *apposuerunt adhuc peccare ei.* idest, adiecerunt, ut inter tot beneficia non crederent, quod, s. non credere, vt maximum intelligeretur peccatum cū dominus dixisset in Euangelio, Spiritus arguet mundum de peccato, cōtinuè exponendo subiunxit, de peccato quidem, quia non crediderunt in me. Ita & hic, peccatū dicit, non credere. Et nota quia dicit, *apposuerunt peccare ei.* Nam sicut dicit Gualfredus, aliud est peccare Deo, aliud peccare in Deum, aliud peccare sibi. Peccat autem Deo quis dupliciter, primò cùm quis peccat Deo, i. ad honorem Dei cōsecutiuè, s. per gloriam ignoscendi, ex peccato. n. sæpè sequitur cōtritio, & remissio, quæ sunt ad gloriā Dei. Vnde dicitur. Tibi soli peccaui. Vel peccat quis Deo per curam, quando, s. qui peccat, curę Dei se subdit, quia ab eo sperat salutem. Peccat autem sibi, & non Deo, s. acquisitiuè, s. ad damnationem suam, & malum suum. Peccat autē quis in Deum, qui contra Deum erigitur. Tamen in omni peccato isti tres modi peccandi reperiri possunt.

Ioan. 16.

Gualfred. Peccare.

Nota differentiam inter peccare Deo, & peccare in Deū & peccare sibi.

Et tentauerunt Deum in cordibus suis, vt peterent escas animabus suis. 1298

HIc ponitur ipsorum malitiosa tentatio. Vbi notandum quod aliter tentat Deus hominem, aliter diabolus, aliter homo Deum. Vbi sciendum quòd tētare propriè est experiri aliquid, vt habeatur eius cognitio, sicut homo tentat vinum, & magister discipulum. Aliquando verò dicit tentare aliquid experiri cum intentione manifestandi conditiones suas alijs. Aliquādo uero tentare est callidè accipere experientiam alicuius, cū intentione fallendi & decipiendi. Aliquādo verò tentare est aliquid dolosè postulare, quod non credit posse fieri, vt sit in verbis simplicitas, sed in corde malitia. Primo modo homo tentat hominem, vt experiatur quod ante ignorabat. Sic. n. quandoque homo tentat seipsum, ut Dauit quando induit arma Saulis cœpit tētare, vtrum sic armatus posset incedere, vt habetur 1. Reg. 17. Et quandoque homo tentat sic alium. Sic enim regina Saba veniens ad Salomonem tentauit ipsū in multis ænigmatibus, vt habetur 3. Regum 10.

Multis modis dicitur tentare.

gum 10. Secundò modo tentat Deus, vt scilicet quod ante ei erat cognitum, & non alijs, fiat alijs cognitum. Et sic tentauit Deus Abraham &c. Gen. 22. Tertio modo tentat diabolus vt decipiat. Sic. n. tentauit Ananiam & Saphiram, quibus ait Petrus. Cur tentauit Sathanas cor vestrum? Quarto modo homo Deũ tentat, quando dolosè aliquid petit à Deo, nec credens Deum illud posse facere vel velle. Et sic Iudæi in deserto Deum tentauerunt, vt hic dicitur. Et sic potes notare quòd multipliciter aliqui Deum tẽtant, quia aliqui tentant eius clementiã, tentant eius patientiam, tentant eius sapientiam, tentant eius potẽtiam. Primò tentant eius clementiam illi, qui sub spe veniæ peccant, & tales difficiliter consequuntur veniam. Ideo dicitur. Noli esse quasi homo, qui tentat Deum. Sic & Iudæi experimentum volentes habere de Christi clementia, an ipsam præponeret iustitiæ, adduxerunt illi mulierem deprehensam in adulterio, quærentes quid de ipsa diceret fiendum. Hoc autem dicebant tentantes eum ut habetur Ioan. 8. Secundò aliqui tentant eius patientiam, qui. s. in peccatis perseuerant sperantes in fine pœnitere. Sic & Iudæi tentauerũt Christum, quia vsq; ad finem ipsum sũt persecuti, dicentes. Tentemus quæ ventura sunt illi, & sciemus quæ sunt nouissima eius. Tertiò aliqui tentant eius sapientiam, qui. s. dicunt omnia ex necessitate fieri propter sapiẽtiam Dei vel præscientiam quæ falli non potest. Tales. n. negant experientiam, quia nesciunt videre Dei sapientiam rebus præscitis nõ imponere necessitatem, cum tamen sit notum cum vera scientia stare contingẽtia rerum, vt experientia docet. Sic eius sapientiam tentauerunt Iudæi, dicẽtes. Magister scimus quia verax es, &c. Propter quod eis respondit Iesus dicens. Quid me tentatis hypocritæ, &c. Quartò aliqui tentant eius potentiam, qui. s. in aliquo periculo existentes, & habentes naturaliter quomodo possint euadere, nolunt, sed fidei potentiæ ipsam uolẽtes experiri se committunt, sicut si famescens habet vnde possit famem tollere, nolit, sed potentiam Dei uolens experiri, ipsum tentat, sicut Diabolus volebat Christum se proijcere de pinnaculo tẽpli, cum tamẽ haberet gradus per quos descendere posset. Propter quod sibi dicit Christus. Scriptum est, non tentabis dominum Deum tuum. Deuter. 8. Sic & Iudæi Deum tentauerunt quærentes ab eo signa de cœlo tentantes eum, ut habetur Mar. 8. Sic & in proposito, tentauerunt Dei potentiam, scilicet volentes experiri, si Deus in deserto escas ad sufficientiam dare posset, quasi hoc nõ crederent. Bis enim de hoc Deum tentauerunt, scilicet primò ante legem datam, vt habetur Exo. 16. dicentes Moysi. Cur eduxisti nos in hanc solitudinem, vt occideres omnem multitudinẽ istam fame? Secundò post legem datam, quãdo manna non contenti, carnes postulauerunt, dicentes. Quis nobis dabit carnes ad vescendum, &c. Hic autem agit de prima tentatione, vbi non carnes, sed solum escas tentando postulabant, cum dicitur. *Et tentauerunt Deum in cordibus suis, vt peterent escas, &c.*

Actuum 5. — Tentatur Deus multipliciter. — Eccl. 18. — Sap. 2. — Matth. 22. — Num. 11.

Et malè locuti sunt de Deo, dixerunt, nunquid poterit Deus parare mensam in deserto? 1299

Hic ponitur ipsorum contra Deum murmuratio, & primo ponitur ipsorum murmuratio, secundo murmurationis reprehẽsio, ibi. *Quoniam percussit*, tertiò murmurationis obstinatio, ibi. *Nunquid & panem*. Quantum ad primũ hic refert psalmista murmurationem, scilicet secundum quam fecerunt postulãtes lauta cibaria carniũ, credentes tamẽ hoc Deum non facere posse. Et hoc notans psal. d. *Et malè locuti sunt de Deo*, s. in corde negantes eius potentiã. Et modus loquendi subditur. *Nunquid poterit Deus parare mensam in deserto*. glos. q. d. non. Hæc. n. diffidentia, Deo est iniuria. Hic autẽ accipitur mensa pro splendida, & copiosa carnium refectione, quia erãt attædiati de esu mãnæ, dicentes. Animã nostra arida est, nil respiciunt oculi nostri nisi man. Et attende q iste versus est quasi declaratiuus præcedẽtis, in quo dixit q tentauerunt Deum in cordibus suis, quia si quis diceret, quõ potuit psal. scire cor eorum, cum solus Deus corda hominũ scrutetur? quia vt dicitur 1. Reg. 16. Homo uidet quæ patẽt in facie, Deus autem

Num. 11. — Num. 11. — Num. 11.

autem intuetur cor. Hic respondet psal. ꝙ cor sciri potest per loquelam, quia loquela bona, boni cordis est nuncia, sic & mala mali cordis est testis. Vnde ipsorũ malam loquelam hic exprimit, dicens, *Et male locuti sunt de Deo*. Sciendum ergo ꝙ mala loquela qualitatem indicat cordis, secundum illud Luc. 21. Nam & loquela tua manifestum te facit. Vnde Philosophus 1. Ethicor. dicit. Vnusquisque qualis est talia loquitur & dicit. Et Cassiodorus super Ps. 11. Si vis scire de fratre tuo, quale cor habeat, attende vnde libenter loquatur, quia talis est in corde, nam ex abundantia cordis os loquitur. Dicit Philosophus, ꝙ aliquæ aues faciunt oua venti, sed hoc nõ contingit in auibus boni volatus. Sed qui deberét esse hodie meliores volatus quàm clerici & sacerdotes, quorum conuersatio tota cœlestis deberet esse? Oua autem venti nunquam faciunt pulsum, & ideo significant verba vana & ociosa, quæ dicũtur oua venti, quia à vento vanitatis generantur. Licet. n. quandoque ab alijs talia oua vana procedant, tamen hoc maximè in clericis est abominabile, quia secundum Bernar. lib. 2. ad Eugenium. Inter seculares nugæ sunt, sed in ore sacerdotis blasphemiæ. Consecrasti os tuum euangelio, talibus ergo illud iam aperire illicitum est, assuescere sacrilegiũ est. Quod ideo dico, quia sacerdotes, & prædicatores hodie, omissa sacra scriptura, amplius delectantur fabulis poetarum, quam sacra scriptura, quasi non sit sufficiens ad omnium uirtutum exempla ponenda. Propter quod de talibus dicitur in can. d. 37. Sacerdotes Dei, omissis euãgelijs, & prophetijs, videmus comœdias legere, amatoria bucolicorũ versuũ verba cantare, tenere Vergiliũ in manibus, & illud quòd in pueris est causa necessitatis, in se crimen facere voluptatis.

Loquela cor ostendit.
Cassiod.
Philo. 17. De anim.
Bernard.

1300 *Q̃m percussisti petram, & fluxerunt aquæ, & torrentes inundauerunt.*

Ponitur hic murmurationis reprehẽsio, vt dictum fuit versic. 1295. bis Deus eduxit aquam eis de petra. Hic autẽ loquitur de prima eductione, de qua habetur Exod. 17. Vnde contra eos sic arguit psalmista probans, quòd debebás

A credere Deum posse eis in deserto mensam parare. Ille, qui expertus est Deum posse, quod est maius, debet credere Deum firmiter posse, quod est minus. Sed maius est aquam educere copiosè de petra, quam petra in se non habet naturaliter, quam carnes volatilia de uno loco ad alium ducere, quia hoc secundum potest facere etiam uirtus creata. Et primum fuerant experti, ergo nullo modo debebant dubitare, quin in deserto Deus eis mensam potuisset parare, cum ipse esset, qui maius fecit, *quoniam percussit petram*, &c. idest, per Moy-
B sen percuti fecit. Sic & moraliter petra est Christus qui in cruce percussus fuit, & vulneratus, ex cuius vulnere aqua fluxit, & sanguis. Ioan. 19. Aqua scilicet, triplex, scilicet, aqua gratiæ, sapiẽtiæ, & lachrimarum, siue pœnitentiæ. Primo est aqua gratiæ, de qua dixit Iesus Samaritanæ. Ioa. 4. Qui biberit ex aqua, quam dabo ei, non sitiet in æternum. quod de gratia dicit confirmata. Ista aqua exiuit de petra Christo percussa, quia per gratiam eius passionis saluati sumus. Esa. 12 Haurietis aquas in gaudio de fontibus saluatoris, idest, de vulneribus Christi.
C Secunda est aqua sapientiæ. Eccl. 15. Aqua sapientiæ salutaris potauit illũ. Ista exiuit de Christo petra percusso. Vnde & Longinus, qui Christum lancea percussit, statim perlustratus sapiẽtia Christum verum Deum cognouit, quem ante purum hominem esse credebat. Propter quod exclamauit, dicẽs. Vere filius Dei erat iste. Tertia est aqua lachrymarum, quam postulabat Hierem. dicens. Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum? Istas aquas amaras petra percussa efficit dulces, quia in tantum aqua lachrimarum est
D amara, quòd sumi non potest, nisi virtute petræ percussæ, vel ligni crucis dulcoretur. In cuius figuram dicitur Exod. 15 quòd filij Israel non poterant bibere aquas, eo quòd essent amaræ. Et clamauit Moyses ad dominum, qui ostendit ei lignum, quod cũ misisset in aquas, in dulcedinem versæ sunt. In signum ꝙ petræ in ligno crucis percussæ deuota consideratio omnem amaritudinẽ lacrimarum, & pœnitentiæ in dulcedinem vertit. Vnde & glo. Aug. ibidem dicit ꝙ per

Aqua triplex de latere Christi fluxit.
Hier. 9.

lignum Deus aquas amaras dulces fecit, præfigurant figuram, & gloriam crucis.

1301 *Nunquid & panem poterit dare, aut parare mensam populo suo?*

HIc ponitur ipsorum murmurationis obstinatio, quia non obstante hac experientia, quod, s. eis aquam de petra durissima dederat abundanter, adhuc obstinati permanentes murmurant dicentes. *Nunquid panem poterit dare* &c. Ex modo. n. loquendi apparet, quòd nõ loquebantur assertiuè, sed magis dubitatiuè, tentantes Deum. Sciendum est autẽ, ꝙ hic non intelligitur, de pane eis dato de cœlo, scilicet, de manna, quia illius panis datio præcessit eductionem aquæ de petra, quia panem cęli. s. manna dedit eis. Exod. 16. Sed aquam post eduxit de petra, ut habetur. Exod. 17. Sed hic per panem intelligit cibum delicatum carnium, & huiusmodi petitio ponitur Nu. 11. Vnde subditur. *Aut parare mensam populo suo*, i. delicatam refectionem, & splẽdidam. Vnde in Hebræo habetur. (*Aut parare carnem populo suo*. Vnde glo. hic.) *Aut parare mensam populo suo*, idest, refectionem copiosam populo suo, i. tot hominibus? quasi dicat non, quòd autem loquatur negatiuè, apparet ex modo loquendi, quia dicit. *Nunquid*. Vbi sciendũ, quod hæc dictio composita nunquid, cõponitur ex nõ, & quid, & ponitur in scriptura aliquando affirmatiuè, sicut & ly non. Vnde dicit dominus. Non possum, quod nolo facere? q. d. imò possum facere, Sic & ly nunquid. Hier. 18. Nunquid redditur pro bono malum, q. d. imò, Et tunc locutio ironica est. Quandoque vero ponitur interrogatiue, vel dubitatiuè Sic. n. audiẽtes Apostoli à Christo, vnus vestrum me traditurus est, nescientes de quo diceret, Christum sigillatim dicebãt Mar. 14. Nũquid ego sum, domine? Qñque vero ponitur negatiue. Sic enim Eliphat dicebat. Nunquid tu primus homo factus es? quasi dicat, certè non, & psal. 49. ait dominus. Nunquid manducabo carnes taurorum, & cæt. Et prouerb. 6. Nunquid potest homo abscondere ignẽ, in sinu suo, vt vestimenta eius non comburantur, q. d. non. Et sic in proposito, ly nunquid negatiuè.

Nunquid tenetur multipliciter.
Matth. 2.
Hiere. 18.
Iob. 15.

E *Ideo audiuit dominus, & distulit, & ignis accensus est in Iacob, & ira Dei ascendit in Israel.* 1302

HIc consequenter contra ipsorum ingratitudinem ponitur Dei mansuetudo, quia non statim puniuit ipsorũ ingratitudinem, sed distulit punitionem, sic quòd primò impleuit eorum postulationem, & consequenter intulit punitionem. Et duo facit, quia primò adimplet ipsorum desiderium, secundo murmurationis adhibet supplicium, ibi. *Adhuc esc*. Circa primum duo facit, quia ponitur F primo circa murmurationem eorũ Dei offensio, secũdo petitionis eorum adimpletio, ibi. *Et mandauit*. Prima in duas, quia ponitur primo Dei offensio, secundo offensionis assignatur ratio, ibi. *Quia non crediderunt*. Quantum ad primum sciendum, quòd Deus differt multorum peccata punire propter multa. Quãdoque vt ostendat suam erga peccatores clementiam, quia ipsos patienter expectat, vt conuertãtur. Sic enim dicit Apostolus ad Rom. 2. An diuitias bonitatis, & longanimitatis contemnis? Nescis quia patientia Dei ad pœnitentiam te G adducit? Vbi gl. Copiosa patientia Dei, quæ tot, & tanta peccantes sustinet, & non citò eos punit, ad pœnitentiam ipsos reducere volens, peccantes diu expectans ad pœnitentiam. Secũdò differt punire, vt grauius eos puniat, quia cum differt punire culpa despicitur, & sic augetur, & ampliorẽ pęnam meretur, vide supra vers. 1265. Tertiò differt, vt ostendat potentiam suam. Et sic in proposito. Voluit enim primò Deus facere, quod non credebant ipsum posse facere, vt eo gnoscerẽt se defecisse, quo facto, postea puniuit eos. Et hoc est, quod dicit. *Ideo* H *audiuit dominus*, scilicet, eorum petitionem dando eis rogata, non quidem propter ipsorum meritum, sed ad suæ potẽtiæ declarationem, & distulit, s. inferre eis debitam pœnam, tamen disponens eos in futurum punire. Et hoc est, quod subdit. *Et ignis accẽsus est in Iacob*. Ignis, idest, ira Dei, qua disposuit eos punire. Vnde declarãs, quid intelligat per ignẽ subdit. *Et ira Dei ascendit in Israel*. Notã dum autem, ꝙ irã Dei multum formidanda est ne ascendat super nos propter multa,

Ira Dei timenda est propter multa.

multa, scilicet, quia ira Dei non declinatur virium potestate, non debilitatur temporis tarditate, in plures excitatur vnius prauitate, nullo mitigatur nisi humilitate. Primò ira Dei non superatur virium potestate. Naum 1. Ante faciem indignationis eius quis stabit? & quis resistet iræ furoris eius. Et in ps. Quis nouit potestatem iræ tuæ, &c. Probat Boetius 1. de consolatio, quòd sapiens non habet timere iram cuiuscunque sæuientis cõtra eum, quia in potestate eius est facere irã alterius inermem, quia sapiens nihil timebit perdere quod tyrannus possit auferre, nec aliquid sperat ab ipso posse recipere, quod ipse ei possit conferre. Et ideo reddit iram suam impotentem, & priuat eum armis. Quicũque enim amat honores mundi, timet aduersitates fortunæ, & econtrario sapiens qui honores mundi non quærit, aduersa non timet. Sic ergo non timendo iram tyranni, ipsam facit inermem, & superat. Iram autẽ Dei non possumus facere impotentem, quia non possumus non appetere bonũ quod ipse liberè confert, nec velle miseriam quam ira sua infert. Secundum patet. Vnde Valerius ait libro primo. Lento gradu ad vindictam sui diuina procedit ira, tarditatemque supplicij grauitate compensat. Eccl. 16. In gente incredibili, exardescet ira. Narratur de quodam qui ciuitate bellis lacessita, misit ad quendam principem pro succursu habendo, nihilominus, vt magis inclinaret eius animum, exposuit ei fortitudinem suæ ciuitatis in muris, turribus, & fossatis. Cui ille respondit. Estne ciuitas vestra superius cooperta, vt ira Dei in illam descendere non possit? quod si est, libenter veniam ad defendendum vos. Sin autem non, propter peccata vestra contra Deum pugnare non audeo. In quadam etiam parte Angliæ contigit semel, quod blada creuerant pulcherrima in æstate. Et ecce, appropinquante tempore messis, quoddam genus muscarum in tanta multitudine venit, quòd totũ illud bladum consumpsit. Homines autem illius patriæ, quasdam de illis muscis ceperunt, & diligenter inspicientes quales erant, quia nunquam similes viderant, narrauerunt alas ipsarum literas habẽtes, & in vna scribebatur colore nigro, ira, & in alia scribebatur de auro, Dei. Et tunc manifestum fuit propter peccata eorum accidisse hoc, iuxta illud Hierem. 12. Seminauerunt triticum, & messuerunt spinas, confundimini à fructibus vestris propter iram furoris domini. Tertium, patet, quoniam propter vnius personæ malitiam Deus percutit totam vnam multitudinem, Exemplum Gen. 20. vbi tota domus Abimelech fuit flagellata propter eius demeritum, & totus populus Israel pro peccato Achor punitus est, vt non posset stare contra inimicos suos, donec punitus fuit ipse Achor. Vt habetur Iosue 22. Vnde & dicit Iosue populo. Nonne Achor præterijt mandatum Dei, & super omnem populum ira Dei incubuit? Deus enim punit vnum pro peccato alius, sed hoc tantum temporaliter. Quartum patet, Narrat Aristoteles in libro de historijs animalium, quòd leonis natura est non irasci, nisi lædatur, prostratis etiam hominibus parcere dicitur, & est fortis ira leonis. Eodem modo Christus non irascitur nisi læsus iuxta illud Esa. 64. Ne irascaris, domine, satis, & ne memineris iniquitatis nostræ. Immo quantumcunque offensus fuerit, humilitate placatur. Vnde 2. Paral. 12. Quia humiliati sunt, auersa est ira domini.

Boet. de consol. — *Valerius.* — *Exemplũ.* — *Exemplũ.* — *Aristot.* — *Leo.*

Quia non crediderunt in Deo, nec sperauerunt in salutari eius. 1303

HIc iræ Dei assignat causam, quasi dicat. Ideo ira Dei ascendit super eos, quia non crediderunt Deo, visis miraculis tot præcedentibus, ex quibus firmiter sperare debebant, quòd Deus esset salutare ipsorum, quia scilicet eis prouideret in necessarijs: Vbi notãdum, quòd per vnum contrariorum aliud cognoscitur: quia contrariorum eadem est disciplina, ideo volens videre, quantum malum sit non credere Deo, videat quãtum bonum & vtile est credere Deo. Notandum ergo, quòd credere Deo est vitiorum purgatiuum, mundanorum contemptiuum, tormentorum receptiuum, supernorum adeptiuum. Primum, patet quoniam per misericordiam ex parte Dei, & fidem ex parte nostra peccata purgantur, vt patuit in Magdalena, quæ

Credere bona multa facit.

accedens ad Christum, meruit à pecca-
Luc.7. tis purgari, Christo dicēte, Fides tua te saluam fecit. Huius figura habetur Ionę 3. in Niniuitis, de quib. dicitur, quòd crediderunt Niniuitæ domino, & prædicauerunt ieiunium, & induti sunt saccis. Quod videns dominus quòd cõuersi essent de via sua mala & fidem haberent in eum, eis pepercit. Secundũ patet, quoniam propter fidem, quam homines in Christum habent, mundana relinquunt, ut in Apostolis patuit Actuum 4. Credētium erat cor vnũ, &c. Et vendebant, &c. Similiter, & claustrales propter Christi fidem mundo moriuntur, ut Deo viuāt. Ioan.6. Qui credit in me, habet uitam æternam. Tertium patet, nam propter fidem sancti martyres multa pertulerũt
Io an. 11. tormenta, vt deducit Apostolus ad Heb. 11. Sancti per fidem vicerunt regna, &c. Quartum patet, quoniam propter credere efficimur filij Dei, si autem filij, & hæredes. Quæ omnia considerans Augu-
August. stin. de verbis domini, dicit. Nullæ maio-
Ga. c. 4. res diuitiæ, nulli maiores thesauri, nulli honores, nulla huius mundi maior est substantia, quam fides catholica, quæ peccatores iustificat, cæcos illuminat, infirmos curat, pœnitentes reparat, virgines, coniugatas, & viduas casto pudore conseruat, clericos ordinat, sacerdotes consecrat, & in æterna hæreditate cum angelis collocat. Propter qđ dicebat Christus, Qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, viuet, & omnis, qui uiuit, & credit in me, non morietur in æternum. Vel aliter de credere, vide i dictionario meo

2304 *Et mandauit nubibus de super, & ianuas cæli aperuit.*

OStendit hic, quomodo Deus contra ipsorum incredulitatem, ipsorum adimpleuit desiderium. Duo.n. postulauerunt superius, s. panem, d. Nunquid, & panem poterit dare? Secundò mensam delicatè præparatam, s. carnes, dicētes. Aut parare mensam populo suo. Et quo ad ista duo exaudiuit eos, & primo in petitione panis, secundò in petitione mensæ, siue carnium, ibi. *Transtulit Austrum.* Quantum verò ad primũ circa panem eis cęlitus datum tria facit, quia ponitur primò huius panis elargi-

E tio, secundò eius nominatio, ibi. *Et pluit,* Tertiò huius panis commendatio ibi. *Panem angelorum.* Quantum ad primum, sciendum, q secundum Rabanum septē sunt cœli, s. empyreum, crystallinum, sidereum, igneum, olympium, æthereum, & aereum, & insuper est illud cœlum sanctæ Trinitatis. Ipsa enim celsitudo diuinæ maiestatis mathematicè dicitur cœlum. Hic aũt accipitur cęlum pro cœlo aereo, de quo dicit Christus. Respicite volatilia cęli, i. aeris. Iste āt panis à Deo Iudæis i deserto datus, generabatur sursum in aere ad modum roris, vbi est lo-
Cœlum multiplex. *Matth. 4.*

F cus nubium, & inde ad modum roris super terram descendebat. Et hoc est, q dicit, *Et mandauit nubibus de super:* Quid mādauit? vt, s. talem cibum generarent. *Et ianuas cæli aperuit,* scilicet aperuit aerem, quia per aerem ille cibus, descendebat ad terram. Per hoc autem denotatur, qualiter Deus in nouo testamento, panem verbi suis fidelibus tribuit. Vbi nota, quòd per nubes significantur Apostoli, & alij prædicatores, vt patet versic. 556. & 1273. & 926. Mādauit autem istis nubibus, vt panem verbi Dei per mundum distribuerent, dicens eis. Euntes in *Cœli dicuntur prædicatores.*

G mundum vniuersum docete omnes gentes, &c. Et sic ianuas cęli aperuit. Quid autem hic nomine cœli, nisi ipsi Apostoli, & cœlestes prædicatores intelligitur? Quorum ianuas tunc Deus aperuit, quando ipsos de Iudæa per totum orbem dilatauit, ut ostendit Gregorius super illo verbo Iob. 9. Deus extendit cœlos solus, & graditur super fluctus maris, dicens. Cœlorum namque nomine cęlestes prædicatores designantur. De quibus per Psalmistam dicitur. Cœli enarrant gloriam Dei. Ipsi enim cœli nominantur, quia intercedendo prote- *Gregor. 9. mor. c. 4.* *Psal. 18.*

H gunt. Cum ergo Iudæa contra prædicatores cęlestes infremuit, prædicatorum vitam dominus in cunctarum gentium cognitionem aperiens dilatauit, & dum illa per iudicium Dei in mundum captiua dispergitur, isti cœli in honorem per gratiam tenduntur. Angusti quippe cœli fuerāt, cum una sola plebs tot egregios prædicatores tenebat. Quis enim gentilium Petrum cognosceret, si in solius Israelitici populi prædicatione remaneret? Quis Pauli virtutes agnosceret, nisi *Apostoli per mūdū sparguntur & quare.*

hunc

hunc Iudæâ ad nostram persequendo nó titiam transmisisset? Ecce qui iam flagris & cótumelijs ab Israelitica plebe repulsi sunt per mundi fines dilatati honorantur. Dominus ergo solus cœlos extédit, qui mira secreti dispésatione consilij prędicatores suos non permisit in vna gente opprimi, fecit per mundi cardines inde dilatari. Sic igitur *mandauit nubibus de super, & ianuas cœli aperuit*, cum suos Apostolos per mundum ad prædicandum dilatauit. Ipse est enim, qui aperit ora mutorum, & linguas infantium facit disertas.

1305 *Et pluit illis manna ad manducãdum, & panem cœli dedit eis.*

Hic ponitur prædicti panis, & cibi nominatio, qui manna vocabatur. Vbi sciédum, quòd (vt habetur Exo. 16.) ad satisfaciendum murmurationibus populi Israel, quibus cótra Deum murmurabant, dicentes. Nunquid & panem poterit dare, &c. Deus illis pluit manna de cœlo. Vnde dicit Moysi Deus. Loquere filijs Israel, mane saturabimini panibus. *Manna.* Factum est ergo mane ros iacuit per circuitum castrorum. Cumque operuisset superficiem terræ apparuit in solitudine minutum, & quasi pilo tusum in similitudinem pruinæ super terram. Quod cũ vidissent filij Israel, dixerunt adinuicem manhu? quod significat, quid est hoc? Ignorabant enim quid esset. Et ait Moyses. Iste est panis, quem dedit dominus ad vescendum vobis. Propter verbum ergo quod dixerãt primò filij Israel videntes dictum cibum, scilicet, manhu, iste cibus appellatus est manna. De quo nunc. *Et pluit illis manna ad manducandum*, quia iste cibus descendebat, cum rore, vt habetur Nume. 11. Ros autem, & pluuia non differunt, nisi secundum paucitaté, & multitudinem materiæ. Et ideo dicitur, quòd manna descendebat per modũ pluuiæ, & dicebatur panis de cœlo, quia de cœlo aereo descendebat. per hoc autem nobis significatur saeramentum Eucharistiæ in nouo testaméto, quod Deus nobis dat in deserto præsentis vitæ tendentibus ad terram promissionis cœlestis patriæ. Vbi notandum, quòd de isto manna legitur sententialiter Exod. 16.

A & Nume. 11. quòd illud manna erat ad modum rotis, & in mane apparebat in solitudine per circuitum castrorum, & erat in similitudinem seminis coriandri album, gustusque eius quasi similę, cum melle. Colligebát omni die excepto die sabbathi, in quo nihil colligebant, sed in die præcedente colligebant duplum. Colligebant autem omni die vnã mensuram, quæ dicebatur gomor. Et, si quis plus colligebat, non tamen habebat plus nec qui minus habebat minus. Nota q per istud manna sacramentum Eucharistiæ figuratur, quòd ad instar mannę fuit *Eucharistia per mãna signatur.*
B sicut ros, & pluuia. Nam sicut ros, & pluuia de cœlo descendit, & terram infundit, sic Christus in virgine per terram significatã descendit sicut pluuia, in vellus, & sicut stillicidia stillantia super terram. Cuius figura præcessit in vellere Gedeonis. De quo dicitur Iudi. 6. quòd ros in solo vellere fuit. Signanter autem dicitur simile semini coriandri, quæ est herba odorifera, quia Christus fuit fructus beatæ virginis signatæ per odoriferam, & fructiferam herbam, vt sic ipsa meritò dicere possit illud Eccles. 24. Ego quasi vitis fructificaui suauitatem odo-
C ris. Dicitur autem fuisse album ad instar *Petr. 2.* coriandri, propter puritatem, quam semper habuit, quia peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Dicitur autem fuisse pilo tusum, propter pęnas, quas pro nobis sustinuit. Dicitur autem habere gustum mellis, & similę, propter dulcedmem spiritualem. Notãter autem dicitur, quòd filij Israel omni die illud colligebant præter quam in die sabbati. Vbi notandum, quòd per sex dies in quibus colligebatur, vita laboriosa, quam in hoc mundo habemus, intelligitur: Per sabbatum verò intelligitur vita beata,
D quæ in futuro consistit sine omni labore. In cuius figura postquam Deus in sex diebus mundum creauit, die septimo dicitur requieuisse Gen. 1. Quãdiu ergo in hoc mũdo viuimus, quotidie indigemus isto cibo spirituali corporis Christi. Et ideo quotidie in ecclesia sacrificatur, & sumitur ad sustentationẽ deuotorũ fideliũ. Vnde iste est cibus quotidianus, quẽ quotidie petimus, dicentes. Panẽ nostrũ quotidianũ da nobis hodie. In vita verò beata isto sacramento nó erit opus, quia vide-

videbimus eum,ficuti eſt. Ideo dicitur, E quod ſeptimo die non colligebant manna, ſed die ſexto colligebant duplum,ad denotãdum, quòd bonis iſte cibus datus in fine, non ſolum auget meritum, ſed etiam ducit ipſos ad regnum. Mirum tamen videtur,quod omnes metebant eandem menſuram, quia nec qui plus colligebat, plus habebat, nec qui minus,minus. Quod figurabat, ꝙ in ſacramento totus Chriſtus continetur in toto,& totus in qualibet parte.Vnde tantum recipit, qui totam integram hoſtiam ſumit, ſicut qui partem, & econtrario. Dicitur autem ad mẽſuram gomor ſumi,quæ eſt F menſura trium ſextariorum,ad denotãdum quòd in iſto ſacramento tria conſiderare debemus, ſcilicet,corpus,animã, & diuinitatem, cui vniuntur. Et aduerte,quod filij Iſrael iſtum cibum videntes dixerũt mannu,ꝙ interpretatur,quid eſt hoc? Quia ſi conſideremus, quæ ſunt in hoc ſacramento, inueniemus multa mirabilia,excedentia omnem conſiderationem naturalem. Nõ mirum quòd totus Chriſtus cõtineatur ſub modica hoſtia, quod totus in tota, & totus in qualibet eius parte.Et ſic de multis. Sed vbi ſenſus deficit,ad firmandum cor ſyncerum, G ſola fides ſufficit.Sic ergo de cibo Iudęis dato, qui iſtud ſacramentum figurabat, dicitur ꝙ pluit illis manna ad mãducandum, & quia de cœlo deſcendebat, ideo

Sap. 16. ſubditur. *Panem cæli dedit eis*. Et de iſto pane ad literam dicitur.Angelorum eſca nutriuiſti populum tuum & paratum panem de cœlo præſtitiſti illis ſine labore, omne delectamentum in ſe habentem, & omnis ſaporis ſuauitatem.

1306 *Panem angelorum manducauit homo: cibaria miſit eis in abundantia.*

HIc ponitur huius cibi commendatio.Vocatur.n.panis angelorum manna,non ꝙ angeli illo cibo vterẽtur, cum cibo non indigeant, quia puri ſunt ſpiritus ſine corpore, ſed quia angelorũ miniſterio iſte cibus, in cœlo aereo formabatur,& in terram deſcendebat. Sed de iſto pane angelorum mirum videtur, quod cum Iudęi iſtum textum allegarẽt

Ioan. 6. Chriſto dicentes, Quod ſignum tu facis vt videamus,& credamus tibi?Patres noſtri manducauerunt manna in deſerto, ſicut ſcriptum eſt, Panem de cœlo dedit eis manducare. Quibus reſpondẽs Chriſtus ait. Amen dico vobis, Non Moyſes dedit vobis panem de cœlo, ſed pater meus dat vobis panem de cœlo verum. Ex quibus videtur Chriſtus innuere, ꝙ manna non fuerit panis verus. Ad hoc reſpondetur,quòd illud manna erat figura Chriſti (vt ſtatim dictum eſt verſiculo præcedenti)& vera figura figurãs verum panem Chriſtum. Non erat ergo is panis ſignatus,ſed figura veri panis ſignati. Vnde Theophilactus exponens prædicta Theophyl. verba Chriſti ait.Seipſum dicit Chriſtus panem verum, quia principale ſignatum per manna eſt ipſe vnigenitus Dei filius, homo factus.Manna namque interpretatur,quid eſt hoc.Quoniam Iudæi videntes primò illud ſtupefacti,vnus ad alium dicebat,quid eſt hoc? Filius autem Dei factus eſt homo, ipſe eſt potiſſimum admiratiuum manna,ita vt cuilibet contingat quærere,quid eſt hoc.Quomodo ex duobus naturis vna perſona fit? Hæc omnia ergo,quæ de iſto pane dicuntur,figura erant corporis Chriſti.Quod notans Magiſter in glo.dicit.Myſticè hęc omnia ſunt intelligenda & ſub hiſtoria veteris teſtamenti gratia euangelica declaratur. Mandauit enim nubibus de ſuper, ideſt, prædicatoribus, & ianuas cœli aperuit. Ianuæ cœli ſunt ipſi prædicatores (quibus intratur in cœlum)videlicet ſcripturę ſacrę.Aperuit autem ianuas quia ſuis prædicationibus dedit ſpiritum,vt intelligerent ſcripturas. Et pluit illis manna ad manducãdum. Manna interpretatur, quid eſt hoc. Et ſignificat panem, qui de cœlo deſcendit, ſcilicet, corpus Chriſti, qui eſt verus cibus angelorum, quo incorruptibiles incorruptibiliter paſcuntur,quem vt manducaret homo,verbum H caro factum eſt,qui per nubes euangelicas pluitur toti mundo, & apertis cordibus eorum,quaſi cęleſtibus ianuis credenti eccleſiæ prædicatur, non tentanti ſynagogæ. *Panem angelorum manducauit homo.* Panis cœli non aliud eſt quã Chriſtus de quo cœleſtes,ideſt,angeli reficiũtur eius contemplatione. Et hunc panem, ideſt, verbum grandi cibo, quo paſcuntur Angeli, carnem factum, edit homo.

Eucharistia dicitur manna.

Tran-

1307 *Transtulit Austrum de cœlo, & induxit in virtute sua Africum.*

HIc ponitur exauditio secundæ petitionis eorum qua carnes postulauerunt. Circa autem illum cibum carnium eis datum quatuor ponit, primò modum, quo illum dedit, secundò copiã, qua ipsum dedit, ibi. *Et pluit.* Tertiò facilitatem ad capiendum, ibi. Et ceciderunt, quartò saturitatem ad comedendum, ibi. *Et manducauerunt.* Quantum ad primum sciendum, quod Auster dicitur quidam ventus perflans à meridie, dictus sic ab hauriendo aquas. Nã nebulas nutrit, & dat aquas. Africus autem dicitur quidam ventus occidentalis, lateralis tamen versùs meridiem. A parte ergo occidentali castrorum Hebræorum vltra mare erat maxima multitudo coturnicum, Volens ergo Deus illas aues conducere in castris Hebræorum, cessare fecit ventum Austri, qui à castris stabat versus coturnices, & induxit ventum Africum validum, qui ab illo loco, vbi erant coturnices flabat versus castra Hebræorum. Qui ventus Africus sua vehementia coturnices illas de illa patria asportauit ad castra Hebræorum. Et hoc est quod dicit. *Transtulit Austrum de cœlo*, idest, cessare fecit illum vẽtum, de aere, quia flabat à castris Hebræorum versus coturnices illas, & sic si regnasset ille ventus, impediuisset aduentum illarum; *& induxit in virtute sua Africum*, i. ventum quasi oppositum, qui flabat à loco coturnicum ad castra. Et sic ille ventus Africus sua virtute asportauit illas coturnices ad castra Hebræorum. Per hoc autem gratia noui testamenti significatur, qua Iudæis expulsis Gentes sunt vocatæ. Nam secũdum Grego. per Austrum populus Iudaicus designatur, quia isti, qui vnum, atque inuisibilem Deum nouerant, eiusque legi saltem carnaliter seruiebant, quasi sub meridiano sole feruentes, in fidei calore tenebantur, & sic per Austrum signantur. Gentiles autem quia nullam scientiam supernæ cognitionis attigerãt, velut sine sole frigidi sub Aquilone siue Africo remanebant. Modo ergo Deus de cœlo, idest, de cognitione cœlestium *transtulit*, & amouit *Austrum*, scilicet populum Iudaicum, *& in virtute* A *sua induxit*, scilicet ad Dei cognitionem *Africum*, idest gentilem populum. Et benè dicit, *in virtute sua induxit Africum*, quia secundum Augustinum, maius est impium iustificare, quàm totum mundum creare de nihilo.

Auster. Africus. Gregor. 27. mor. c. 26. Iudæi. Gentes.

Et pluit super eos sicut puluerem carnes, & sicut arenam maris, volatilia pennata. 1308

OStendit hic copiã cibi eis dati, quã abundantiam designat nomine pulueris, & arenæ maris, quia nec puluis B nec arena maris dinumerari potest. Non tamen credendum est, quòd illa volatilia, vel coturnices, quas adduxit ventus Africus in castris Iudæorum, essent tot, sicut puluis terræ, vel arena maris, sed est consuetudo scripturæ, quãdo vult alicuius rei copiam ostendere sic loqui. Sic enim dicit dominus ad Abraham. Si quis possit numerare puluerem terræ, semen quoque tuum numerare poterit. Et 1. Reg. 13. dicitur, quòd reliquum vulgus, scilicet Philistinorum erat sicut arena, quæ est in litore maris. Per hoc enim denotatur abundantia, & maxima multi C tudo. Hanc etiam abundantiam notat per hoc verbum, *pluit*, quasi dicat sicut in pluuia descendit innumerabilis guttarũ multitudo, sic & illæ coturnices quasi innumerabiles erant. Et quales carnes eis dederit, scilicet nobiles subdit, dicẽs. *Et sicut arenam maris volatilia pennata*, quia coturnices erant viuæ. Mysticè autem per carnes intellige aduersitates corporales, quę maximè carni aduersantur, sed volatilia pennata accipe consolationes spirituales, quæ ex aduersitatibus iustis oriuntur, quia ex aduersitatibus iusti hic pressi diuinis consolationibus re D fecti sursum vt volatilia pennata ascendunt ad Deum mente vt ostendit Greg. secundo, libro moral.

Gen. 13. Aduersa.

Et ceciderunt in medio castrorum eorum, circa tabernacula eorum. 1309

OStendit hic facilitatem, dictum cibum capiendi. Qualiter autẽ hoc factum fuerit, ne aliquis labor esset ad illas coturnices capiendas ostenditur Nume. 11. Vbi dicitur, quòd ventus, scilicet Africus

Africus egrediens à domino, arreptas E trans mare coturuices detulit, & dimisit in castra itinere, quantum vno die confici potest ex omni parte castrorum per circuitum, volabantque in aere duobus cubitis super terram. Surgens ergo populus toto die illo, & nocte, ac die altero congregauerunt coturnicum multitudinem, & siccauerunt eas per gyrum castrorum. Sic ergo quia in altum volare non poterãt, vt facilius capi possent, dicitur, quòd ceciderunt in medio castrorum eorum, ac etiam per circuitum castrorum suorum, scilicet circuncirca per spacium vnius dietæ. Mysticè autem per F ista volatilia pennata, quæ ceciderunt in medio castrorum eorum, intellige animalia illa pennata, senas alas habentia, scilicet sanctos Euangelistas, & prædicatores, qui non expectarunt, vt gẽtes esurientes, & sitientes, idest, carentes cibo verbi diuini ad ipsos venirent, vt ab eis satiarentur, sed ipsi spõte vento spiritus sancti ducti venerũt ad homines, & eis attulerunt verba diuinitus missa quo ipsorum fames satiaretur, vt etiam homines in sedibus & in locis suis stantes audirent verba diuina, quoniam vt dicitur Psal. 18. In omnem terram exiuit sonus G eorum, &c. Et hoc est quod dicit, quod illa *volatilia pennata*, idest, sancti euangelistæ, & prædicatores ceciderunt, idest, deuenerũt. *In medio castrorum eorum*, &c. vt scilicet quilibet ad libitum sine labore verbum Dei accipere posset.

1310 *Et manducauerunt, & saturati sunt nimis, & desiderium eorum attulit eis, non sunt fraudati à desiderio suo.*

OStenditur hic eorum saturitas, tantũ enim de illis volatilibus come- H derunt, quòd non solum ad sufficiẽtiam saturati fuerunt, sed etiam nimis, quia vt dicitur Nume. 11. Comedetis, donec exeat per nares vestras, & vertatur vobis in nauseam. Et sic quod desiderabant plenè assecuti fuerunt. Propter quòd dicitur, quod desiderium eorum attulit eis dominus, & nõ sunt fraudati à desiderio suo. Sic ergo saturati sunt ventre nõ mente & conuicti sunt, qui hoc Deo impossibile putauerunt. Hoc ergo ideo fecit dominus, ne impotentia in Deo videretur: ideo *desiderium eorum attulit eis*. Vnde si dicas scriptum est, quod peccatores *Ioan. 9.* Deus non exaudit. Cum ergo isti essent peccatores, & increduli, quomodo exauditi fuerunt à Deo, quia desiderium eorum attulit eis, &c. Ideo notãdum quod *Exaudire.* exaudit dominus postulantes diuersimodè: quia, quandoque ad vtilitatem, & votum, quandoque ad vtilitatem nõ ad votum, quandoque verò ad votum, & non ad vtilitatem. Primò modo exaudita est *Oratio.* omnis oratio Christi. Sic etiam & filij Israel clamantes ad Deum, vt de seruitute Pharaonis eriperentur, exauditi fuerunt. Secundo modo exauditus fuit Paulus, quando orabat, vt stimulus carnis ab eo auferretur, non enim fuit ad votum exauditus, sed ad vtilitatem, quia ad conseruationem humilitatis datus sibi erat. Tertio modo exauditi fuerunt Iudæi postulantes carnes, quia impetrauerunt, quod volebant, sed non ad eorum vtilitatem, sed magis ad damnũ. Propter quod hic ait glos. *Desiderium eorum attulit eis dominus*, licèt eis non profuerit. Conceduntur enim interdum, quæ non proficiunt, sed magis nocent. Quia ergo nos nescimus, quæ nobis in particulari sunt profutura, vel quæ nobis nociua. Ideo etiam antiqui philosophi dicebãt, quod nihil in particulari à dijs petere, sed solum in vniuersali; vt nobis conferant bona, vide supra vers. 504.

Adhuc esca eorum erant in ore ipsorum, & ira Dei ascendit super eos. 1311

HIc consequenter ponitur murmurationis ipsorum pęna, siue supplicium. Et duo facit, quia ostendit contra eos primò diuinam indignationem, secũdò indignationis executionem, ibi. *Et occidit.* Quantum ad primum sciendum, quòd, quamuis Deus multorum punitionem peccatorum differat, non tamen peccatum omnino impunitum dimittit, sed quod tardius punit, amplius vindicat. Distulit ergo istos punire Deus (vt dictum est versiculo 1302.) vt euidentius in eis suam iustitiam ostenderet. Et hoc est, quod modo ait. *Adhuc esca eorum erant in ore ipsorum*, & ira Dei, &c. Verisimile est enim, ꝙ quando ira Dei uenit super

Num.11.

super eos, quod adhuc aliqui eorum comedebant. Et hoc est, quod dicitur. Adhuc carnes erant in dentibus eorum, nec defecerat homini cibus, & ecce furor domini concitatus est in populum, & percussit eum plaga magna nimis, vocatusque est locus ille sepulchra concupiscentiæ, ibi.n.sepelierunt populum, qui desideraverat carnes. Ex hoc clarè apparere potest, quantũ vitium gulę displiceat Deo, quod sic acriter puniuit in populo. Dedit eis, quod quærebãt, & puniuit in eis desiderium eorum malum. Vnde istum versum adducens Gregor. dicit, Maioris quippe iracundiæ est causa cum & hoc tribuitur, quod malè desideratur, quia & hoc quoque obtinuit, quod, Deo nolente, concupiuit. Vnde & per Psalm. dicitur, cum escam carnis malè populus desiderasse perhibetur. *Adhuc esca eorum erant in ore ipsorum, & ira Dei descendit super eos.* Solent namque tardius apparere diuina iudicia, cum præpediuntur, ne implere debeant mala vota. Nam quãtò citius malum votum impleri permittitur, plerunque tanto celerius punitur. Et ideo, ne propter escam inordinatè desideratam ira Dei descendat super nos, nota quod in desiderio escarũ, & comestione multa sunt vitanda. Primò multiplicatio ferculorum, & hoc propter infirmitatem tam corporis, quã animæ. Ecclesi. trigesimoseptimo. In multis erit infirmitas. Secundò indiscreta occasio scandalorum, quia contra ædificationem proximi. primo Corinth.8. Si esca scandalizat fratrem meum, non manducabo carnem in æternum. Tertiò inordinata postpositio meliorum scilicet spiritualium, & diuinorum, quia esset contra electionem boni. Matth. sexto. Nonne anima plus est quàm esca? ergo prius curãdum est de anima quàm de esca. Non est regnum Dei esca, & potus. Quartò nimia delectatio gulosorum, propter quod dicitur. Esca ventri, & venter escis, scilicet, ordinatè seruire debet. Quia ergo plus comedendo escas sibi à Deo datas, prædicta non seruauit, ideo *adhuc esca eorum erant in ore ipsorum, & ira Dei ascendit super eos.* Quantum autem sit timenda ira Dei, vide versic. 1302.

Gregor. 15. mor. c. 10.

Exauditur sæpè quis ad malum suum.

Esca.

Rom. 14.

1. Cor. 6.

A *Et occidit pingues eorum, & electos Israel impediuit.* 1312

HIc ponitur diuinæ indignationis executio. Vbi notãdum, quod per pingues intelliguntur diuites, & potentes in populo, qui scilicet murmurando, Deo resistebant, petendo, quod non credebant Deum facere posse. Nam pinguedo dicitur ipsa superbia, quæ ex diuitijs habet ortum, vt ostendit Gregor. dicens. Sicut enim ex abundãti cibo adeps, ita ex abundantia rerum superbia nascitur, quæ mentem diuitijs impinguat, dũ B eleuatur animus superbientis. Superbia enim mentis quasi quædam pinguedo est crassitudinis. Vnde quia plerumque ex abundantia rerum peccata perpetrãtur. Ideo per prophetam dicitur. Prodijt quasi ex adipe iniquitas eorum. Per electos autem accipe bonos, vt erat Moyses, & alij à Deo electi. De quibus dicitur. Quemcunque elegerit dominus ipse erit sanctus. De diuitibus ergo superbis, & murmuratoribus dicit. *Et occidit pingues eorum*, quia scilicet illi subita morte occisi fuerunt à Deo, ut patet Num. 11. De bonis autem dicit. *Et ele-* C *ctos Israel impediuit*, vt puta Moysen, & Aaron. Vbi notandum, quod quando populus murmurabat contra Moysen postulando aquam ad illorum murmurationem Moyses dubitauit posse educere aquã de petra, vt dixerat Deus, propter quod dubitando dicit populo, Num poterimus vobis de petra hac aquam eijcere? Propter quam dubitationem ipse & Aaron impediti fuerunt, ne terram promissionis intrarent, vnde statim dicit dominus ad Moysen, & Aaron. Quia non credidistis mihi &cæt. non introducetis hos populos in terram, quam da- D bo eis. Similiter videtur Moyses dubitasse de datione carnium, vt habetur Numeri vndecimo. Et ideo ipse & Aaron impediti fuerunt ne intrare possent terram promissionis. Et sic intelligit psalmista dicens; *Et electos Israel impediuit*. Notandum autem quia *occidit pingues eorum*, quoniam, vt habetur Numeri Vndecimo; locus, in quo fuerunt occisi, vocatus est sepulchra concupiscentiæ, ad denotandum, quod qui per gulã peccãt, merito ipsorum guttur sepulchrum concu-

Pingues dicuntur superbi.

Greg. 15. mor. c. 25.

Psal. 72.

Num. 16.

concupiscentiæ debet appellari. Nec mi- E rum, quoniam secundum Philosophum 3. Ethicor. maxima delectatio gulosi est in lingua, & in gutture. Et ponit exemplum de illo guloso, qui solum à dijs postulabat habere collum longum ad modum gruis, vt scilicet haberet longam delectationem in cibo.

Gulosus siue os gulosi dicitur sepulchrum.

Sic ergo guttur gulosi sepulchro comparatur, quia sicut in sepulchro cadauera putrescunt, sic & in gutture gulosi, dum alimenta recipit vltra virtutem digestiuam, & conuertentem cibum in alimentum corporis, quia tunc cibus in stomacho non digeritur, sed potius corrumpitur, & malos mor- F bos, & humores generat tam mentis, quam corporis. In sepulchris etiam mortuorum (vt recitat Isidorus 12. Etym.) de spina dorsi, idest, de medulla eius generatur serpens. Quod meritò euenit secundum Isidor. vt sicut per serpentem mors hominis, ita & in morte hominis serpens generetur. Sic ergo in sepulchro generantur, species venenosæ. s. delectatio & concupiscentia inordinata, quæ totum hominem inficit veneno suo. Vnde

Gregor. 30. mor. c. 26.
Ambros. in lib. de ieiunio. c. 14.

Greg. dicit, quod dum venter non restringitur per carnis concupiscentiã, simul cum ea virtutes obruuntur. Et Ambros. in G lib. de ieiunio. Innitas ad mortem prandium, efferre vis ad sepulchrum, cibos promittis, tormẽta irrogas, vina prætendis, venena suffundis, omne enim, quod nocet venenum est, tollit sensus, viscera exurit, somnum infert, caput vexat. Etiã maior est vis vini quã veneni, vnde Deuter. 32. Fel draconum vinum eorũ. i. praua concupiscentia. Merito illud euenit, quia propter hoc solũ comedit, & bibit gulosus, vt concupiscentiæ suæ satisfaciat. Vnde sicut concupiscentia est principiũ immoderatæ sumptionis, sic & terminus Propter quod de gutture gulosi dr̃, H quod scribitur Num. 11. Vocatus est ille locus sepulchra concupiscentiæ, &c.

1313 *In omnibus his peccauerunt adhuc, & non crediderunt in mirabilibus eius.*

Consequenter hic ponitur ingratitudo populi post missionem exploratorum. Et diuiditur in tres partes, quia ponitur primò ipsorum ingrata malitia: secundò ipsorum falsa pœnitentia, ibi. *Cum occideret eos*, tertiò Dei lata misericordia, ibi. *Ipse autem misericors*. Prima in duas, quia primò ponitur ipsorum malitia, secundò ipsorum pœna subsecuta, ibi. Et defecerunt. Quantum ad primum notandum, quòd quando populus Israel per desertum ambulans, venit ad desertum Pharam, Moyses de præcepto *Num. 13.* domino misit de omni tribu principes ad considerandam, & explorandam terram promissionis, dicens eis. Considerate terram qualis sit, & populum qui habitator eius est, vtrum fortis sit an infirmus, pauci numero aut plures, quales sint ibi ciuitates, &c. & afferte nobis de fructibus terræ. Ascenderuntque ibi exploratores, & lustrata omni terra post quadraginta dies, reuersi sunt ad Moysen portantes de fructibus terræ illius, scilicet palmitem cum vua, mala granata & ficus. Et retulerunt coram omni populo dicentes. Terra ista optima est, re vera fluens lac, & mel, quod ex istis fructibus cognosci potest, sed ciuitates habet fortissimas, vsque ad cœlum muratas, habitatoresque viros fortiores nobis, & plures, nequaquam poterimus ipsos superare. Illic enim uidimus gigantes, &c. Ad quorum verba fuit populus territus, & murmuratio magna in populo orta est dicens. Vtinam mortui essemus in Aegypto, & non inducat nos dominus in terram hanc, vt cadamus gladio, & vxores nostræ, ac liberi nostri captiui ducantur, vnde & lapidare voluerunt Moysen, dicentes. Constituamus nobis ducem, & reuertamur in Aegyptum. Sed econtrario Caleb filius Iephonæ, qui fuerat unus de exploratoribus, & Iosue confortabat populum, dicens, quòd faciliter poterant illos debellare, & illam terram optimam obtinere. Sed ista populus noluit credere, sed magis uolebat eos una cum Moyse lapidare. Et hoc est grande peccatum populi. Quod hic notans Psal. dicit, *In omnibus his peccauerunt adhuc*, quasi dicat, vide populi huius infidelitatem, quia uiderant tot mirabilia Dei & circa ipsos miraculosè operata, tot beneficia eis liberè concessa, punitionẽ, quã Deus exercuerat contra murmuratores, quia adhuc esce eorũ erant in ore ipsorum, &c. per quæ omnia debe-

debebāt firmiter credere, quod Deus ipsos introduceret in terram promissam. Sed istis non obstantibus, *In omnibus his peccauerunt adhuc, & non crediderunt in mirabilibus eius.* Consimilis incredulitas fuit in Iudæis tempore Christi, qui, uisis tot signis, & miraculis factis per Christū obstinati permanentes credere noluerunt. Propter quod dicitur Ioan. 12. Cū autem tanta signa fecisset coram eis, nō credebant in eum. Sed mirandum quod ibi subditur, vt sermo Esaiæ impleretur, quem dicit, Domine, quis credidit auditui nostro, & brachium domini cui reuelatum est, propterea non poterant credere. Et iterum dicit Esaias. Excæcauit oculos eorum, & indurauit cor eorū vt non uideant oculis, & intelligant corde. Ex quo textu apparet, ꝙ Iudæi Christo prædicanti, & miracula facienti non crediderunt, nec credere potuerūt, hoc ideo, quia Deus excęcauit oculos eorū, & indurauit cor ipsorum. Ex quo uolūt aliqui inducere, ꝙ talis incrudelitas non est eis ad culpam imputanda, quia nemo videtur peccare in eo, quod uitare non potest. Ad istam difficultatem respōdet Aug. super Ioan. pertractās prædicta verba, d. Dicunt enim nobis, si non potuerunt credere, quod peccatum est homini non facere, quod non potest facere? Si autem non credendo peccauerunt, ergo potuerunt credere, & non fecerunt. Si autem potuerunt credere, quomodo ergo dicit Euangelium, & non potuerunt credere, quia. d. Esa. Excæcauit eos &c. Et sic tales, quod grauius est, ad Deum referunt causam, quare non crediderūt: quoniā ipse excæcauit eos, & indurauit. Audistis ergo propositam quæstionem, quam profunda sit. Sed respondemus. Si enim à me quæritur, quare credere non potueruut, respondeo, quia nolebāt: malam quidem uoluntatem eorū Deus præuidit, & per prophetam prænunciauit, sed non fecit. Sed dices, aliam causam dicit Esaias propheta, non uoluntatem eorum, sed hanc, quia excæcauit oculos eorum, & indurauit cor eorum. Sed respōdeo eorum voluntatem meruisse hoc. Sic enim excæcat Deus, sic obdurat, ꝙ est deserendo, non faciendo, & hoc meruit eorum uoluntas, hoc enim uitium cæcitatis & duritiæ, superbientis volun-

Credere.

Peccare. *Auguſt.*

A tatis audacia inflixit. Si ergo dicant, nō possunt Iudæi credere, quia hoc prædixit Esaias, imò non possunt, quia nolūt, quod Deus præsciuit, & prędixit, non fecit. Non ergo mirum est, quia nō potuerunt credere, quorum uolūtas sic superba erat, vt totum suis uiribus attribuerent, vt negarent sibi diuinum auxilium esse necessarium, ad benè uiuendū. Quotquot enim tam superbe sapiunt, nō possunt credere in Christum, non quia immutari homines in melius non possunt, sed quia quandiu talia sapiunt, credere non possunt. Sicut ergo quòd Deus se-

B ipsum negare non potest laus est diuinę voluntatis, ita quòd illi non poterāt credere, culpa est voluntatis humanæ. Hæc omnia Augusti. Vnde de ipsis dictum est supra. Non crediderunt in Deo, nec sperauerunt in salutare eius.

Et defecerunt in uanitate dies eorum & anni eorum cum festinatione. 1314

HIc ponitur pœna pro dicta culpa debita subsecuta. Nā propter istud peccatum nouiter post reuersionem exploratorum commissum Deus sic puni-

C uit populum murmurantem, ꝙ omnes qui exierunt de Aegypto (& hoc à viginti annis, & supra) omnes mortui sunt in deserto, & nullus eorum intrauit terrā promissionis, exceptis duobus de exploratoribus prædictis. s. Caleb filio Iephonæ, & Iosue filio Nun. Vnde dixit dominus ad Moysen omnes homines qui viderunt maiestatem meā & signa mea, quæ feci in Aegypto, & in solitudine, & tentauerunt me, non uidebunt terram, pro qua iuraui patribus eorum, quia nō obedierunt voci meæ, nec quisquam ex illis qui detraxerūt mihi, intrabūt in eā &c. *Num. 14.*

D Et hanc pœnam hic ponens Psal. d. *Et defecerūt in uanitate dies eorum.* Et bene dicit in uanitate quia uanum dicitur, quod fine caret intento, similiter *defecerunt anni eorum cum festinatione*, quia mors multorum illorū per multos annos fuit accelerata, sicut in rebellione Core in qua multi à terra fuerūt absorpti, & multi, igne diuino consumpti, & postmodū per serpentes ignitos, quos Deus pluit super populum, & postmodum propter peccatum fornicationis cum alienige- *Num 16.*

nis

nis mulieribus, & idololatriæ, qua Deos illarum adora uerũt, propter quod mortui sunt viginti tria millia hominum, & sic multipliciter fuerunt percussi, quod nullus eorum intrauit terrã promissionis, vt dictum est. *Num. 21.* Ad istum intellectum dicitur Psal. 54. Viri sanguinum & dolosi non dimidiabunt dies suos, vide supra ver. 900. Qualiter autem dies in vanitate deficiant, nota triplicem vanitatem, supra versic. 639.

1315 *Cum occideret eos, quærebant eum, & reuertebantur, & diluculo veniebant ad eum.*

Hic ponitur ipsorum falsa pœnitentia. Falsa.n. pœnitentia dicitur, quę fit timore pœnæ, & non amore iustitiæ. Et diuiditur in partes quatuor, quia ostẽditur primò ipsorum falsa pęnitentia, secundò ipsorum instabilis memoria, ibi. *Et memorati*, tertiò ipsorũ falsa amicitia, ibi. *Et dilexerunt*, quartò ipsorum infidelis adhærentia, ibi. *Cor autem eorum.* Vbi notandum, q̃ Deum quærere, eiusque mãdata seruare timore pęnæ & nõ amore iustitiæ, non solum non est meritoriũ, quinimò est culpabile, quia est plus pœnam timere quàm amare Deum. Timor autem pœnæ non est nisi ex dilectione suiipsius. Et per consequens plus timere pœnam quam amare Deum, nihil aliud est, quàm plus seipsum amare quã Deũ, quod sine peccato esse non potest. Vnde *Gregor. 9. mor. c. 13.* Greg. dicit, humani generis conditorem qui adhuc seruiliter formidat, proculdubio non amat. *Timore bonum facere, peccatũ est.* Nam tunc soli Deo vera obsequia reddimus, cum eum propter amoris fiduciam non timemus, cum nos ad bona opera affectus non metus dirigit, cum malum nostræ menti iam non placet etiam si licet. Nam qui à peruersitatis opere ex timore restringitur, peruersa libẽter ageret si liceret. Nequaquã ergo veraciter rectus est qui adhuc à prauitatis desiderio liber non est, quia vera obsequia Deo non reddimus, si ex timore mandatis illius, & non potius ex amore seruimus. Sic & in proposito videntes isti per desertum qualiter Deus infideli tatem illorum puniebat, timebãt & ipsi puniri. Et sic timore pęnæ ad Deum reuertebantur. Et hoc est, quod dicit. *Cum occideret eos, quærebant eum.* Nõ ipsi occisi quærebãt, sed alij. Sed sic loquitur quia vnus populus sunt, quia de vno corpore loquitur. Quærebant autem Deum non ex amore propter æternam vitam, sed timentes occidi exemplo occisorum. Hęc autem omnia faciebant propter tẽporalia bona acquirenda, & mala vitanda. Et sic non dñs Deus, sed illa colebãtur. Vnde istum versum ad istud propositũ exponit Greg. dicens. *Gregor. 11. mor. c. 17.* Iusti viri ante Deũ metuunt, quam eius contra eos ira moueatur, & ne commotum sentiant trãquillũ timent. At contra peruersi tunc iã feriri pertimescunt, cum feriuntur, eosq́; tunc terror eius à somno sui corporis excitat cũ vindicta perturbat. Vnde per prophetam dicitur. Sola vexatio intellectũ dabit auditui. *Esa. 28.* Cum.n. de præceptis Dei contẽptis atque despectis verberari cœperint per vindictam, tunc intelligunt, quod audierũt. Et Psal. ait. *Cum occideret eos tunc quærebant eum*, quia reprobis cordibus, non timor requiem, sed pœna timorem parit. Sic ergo percussi Deum requirebant & reuertebantur, s. ad ipsum inuocandum, & diluculo, idest, sedulo & festinanter veniebant ad eum.

1316 *Et rememorati sunt, quia Deus adiutor est eorum, & Deus excelsus redemptor eorum est.*

Ponitur hic instabilis ipsorum memoria. Memoria.n. beneficiorum receptorum continua debet esse. Sed iste populus tpe prosperitatis diuinorũ beneficiorum receptorum memoriam non habebat sed tẽpore aduersitatis tunc cogebantur recordari; & talis memoria non est stabilis, nec virtuosa. Sic.n. de istis dr, q̃ dum occideret eos, rememorati sunt quia Deus adiutor eorum est, quia. s. tũc sunt recordati qualiter pugnauit pro ipsis contra Pharaonem & exercitũ eius, *Adiuuit dominus Iudæos.* *Exod. 14.* propter quod dicebant Aegyptij. Fugiamus Israelẽ, dominus.n. pugnat pro eis contra nos. Qũo pugnauit pro eis cõtra Amalech, quia dum Moyses leuauit manus vincebat Israel, &c. *Exod. 17.* Similiter tunc sunt recordati q̃ Deus eos redemerat de seruitute Pharaonis. Et hoc est qđ subdit. *Et Deus excelsus redemptor eorum est*, *Memoria beneficiorum.* s. hoc recordati sunt. Dum quis aduersitate

sitate premitur cogitur de adiutore cogitare & prçteritos benefactores reducere ad memoriam quos in prosperitate oblivioni tradiderat. Hic ergo notandū, q memoriam beneficiorum quæ deberet esse cōtinua tria impediunt.s. prosperitas, curiositas,& voluptas. Primum patet quoniam prosperitas facit homines ignaros & obliuisci amicorum, quieis in angustijs adiuuerant. Cuius exemplum apertum legitur Gen. 40. q præpositus pincernarum Pharaonis, qui fuerat prius incarceratus cum Ioseph, & per ipsum de sua liberatione prophetice informatus, succedentibus prosperis oblitus est interpretis sui. Sic est de multis qui in tribulationibus, aduersitatibus & infirmitatibus benè dn̄i habent memoriā, sed qn̄ ad sanitatē vel prosperitatem reducuntur, statim Deum obliuiscuntur, vt experientia docet de mulieribus partutiētibus, de existentibus in periculo maris, qui multa Deo promittunt, sed liberati statim omnium obliuiscuntur. Sic.n.accidit isti populo, de quo dicit Moyses. Incrassatus est dilectus, & recalcitrauit, dereliquit Deum factorē suum, & infrà, Deum, qui te genuit, dereliquisti, & oblitus es domini creatoris tui. Ad hoc autē declarandum, q.s.memoria beneficiorū debet esse continua, Seneca in lib. de beneficijs comparat legem beneficiorum, & gratitudinis ludo pilæ, quo dum homines ludunt, & alternatis vicibus proijciūt inter se, tandiu durat ludus, & continuatur, quandiu pila ab illo, à quo recipitur, iactatur ad alium: si verò aliquo casu à recipiente non iactatur ad mittentē, statim deficit ludus, qui deficere non potest nisi ex recipiētis defectu. Isto modo imaginatur Seneca, q debet esse de beneficentia mutua inter amicos. Si.n.à te recipio beneficium, & per gratiarum actionem tibi retribuo illud: tunc aptè ludo. Si verò acceptum beneficium obliuioni trado, nec tibi si possum in aliquo recōpenso, ludi facio finem. Si ergo talem recompensationem beneficiorum ad homines semper debemus habere, multo fortius ad Deum, cuius beneficijs semper egemus, ideo dr̄. Memoria memor ero, & tabescet in me anima mea. Secundò istam memoriam impedit curiositas, & nimia circa mundum sollicitudo. Com-

Memoriam tria impediunt.

Deut. 32.

Seneca.

Thren. 3.

A muniter.n.dicitur, q pluribus intentus minor est ad singula sensus, vnde de talibus dr̄. Obliti sunt benefactorū eius, & mirabilium eius, quæ ostendit eis. Tertiò istam memoriam impedit voluptas carnis; secundum.n. opinionē Platonis obliuio nobis accidit ex corpore. Fuit.n.opinio Platonis (vt dicit Philosophus 1. post.) q animæ habent omnium memoriā ab initio eis à Deo concreatam, & omnium species rerum inditas à Deo, sed quando anima coniungitur corpori terreno, illam notitiā tradit obliuioni, nec aliquorum potest recordari nisi per sen-
B sus excitetur. Et ideo ponit Plato, q addiscere nostrum nō est nisi quoddā reminisci. Et sic secundum istam viā carnis voluptas impediret memoriam. Vnde de carnalibus dicitur. Non fuerunt memores multitudinis misericordiæ tuæ.

Psal. 77.

Opinio Platonis.

Psal. 105.

Et dilexerunt eum in ore suo, & lingua sua mentiti sunt ei. 1317

OStenditur hic ipsorum ad Deum falsa amicitia, quia.s. Deum verbis diligebant, sed non mente, & sic mentiebantur, quia contra ipsorum mentem lo-
C quebantur. Promittebant.n.se omnia facere, quæ Deus mandabat, sed nō secundum promissa operabantur: hæc est autē falsa amicitia. Amicitia.n.ab animo dicitur non à verbis, vnde amicus dicitur, quasi animi custos. Vnde de isto Iudæorum populo ad literam dicit dominus, Appropinquat mihi populus iste ore suo, & labijs suis glorificat me, cor autē eorum longè est à me. O quam stultum illi maximè mentiri velle, qui omnium corda rimatur, vnde gl. *Et dilexerunt eum in ore suo*, &c. non in corde, cum tamen ei omnia secreta nuda sint, & sine obstacu-
D lo, quid potius amarent, videbat. *Et lingua sua mentiti sunt ei*. Sic enim cōtingit eis, qui solo timore credunt non amore. Et talis falsa amicitia in eis perdurauit etiam tempore Christi. Vnde cōtra populum Iudæorum dicebat Christus, Hypòcritæ benè prophetizauit de vobis Esaias dicens. Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longè est à me. Quod exponens Rabanus ait. Præuidit enim Esaias simulationes Iudæorum, quòd in dolo pugnarent contra euangeliū, & ideo

Dilectio falsa.

Esa. 29.

Matth. 15.

Rabanus.

Dilectio falsa contra dilectionem Dei. dicit ex persona domini. Populus hic labijs me honorat, &c. Labijs.n. Christum honorabant, qn dicebant, Magister, scimus, quia verax es, sed cor eorum à Deo longè fuit, qn miserunt insidiatores, vt eum in sermone caperent. Hic autē notādum ꝙ multiplex est falsa dilectio hominum, directè dilectioni Dei contraria. Primò.n. aliqui diliguntur, sed non diligunt, vt ingrati, sed contra est de dilectio- *Prouer. 8.* ne Dei. dicens. Ego diligentes me diligo, & Ioā. 14. Qui diligit me, diligetur à patre meo, & ego diligam eum. Secundò sunt aliqui, qui diligunt, sed solum propter propriam vtilitatem. Contra quos F *Seneca.* dicit Seneca in quadā epistola. Negociatio est amicitia, quæ est propter commo- *Arist. 8. Ethic.* dum. Et Arist. dicit ꝙ omnis amicitia est propter bonum. s. vtile, delectabile, vel honestum. Diligere autem propter vtile est minimi amici, & tamen hæc amicitia hodie in mundo communior reperitur. Remoto.n. bono vtili, frater relinquit fratrem, filius patrē, &c. Vnde hodie vulgus amicitias vtilitate probat. Sed econtra Deus nos diligit, non propter suā vtilitatem, quia bonorum nostrorū non in- *Osea 14.* diget, sed propter nostrā, vnde dicit. Sanabo contritiones eorum, & diligam eos G spontanee. Tales autem amicos quos sola vtilitas facit, aduersitas statim separat. Tertiò aliqui diligunt viuentē, sed mortuum persequuntur, cuiusmodi sunt fratres, filij, vxores, testamentorū executores. Cum.n. fuerit homo defunctus, tunc illi qui de bonis eius ipsum magis iuuare deberēt, ipsum magis expoliāt, & præ cæteris ipsius bona rapiendo, sibi appropriant. Vnde quidā ait metricè. Post mortis morsum, vertit dilectio dorsum. Finita vita, finitur & amor. Sed econtra Deū multum diligit viuentes secundū legem, sed multo amplius post mortē. Io. 13. Cū H dilexisset suos qui erant in mundo, in finem dilexit eos. Et Hier. 31. In charitate ppetua dilexi te, ideo attraxi te miserās.

1318 *Cor autem eorum nō erat rectum cum eo, nec fideles habiti sunt in testamento eius.*

HIc ponitur infidelis ipsorum adhærentia. Vbi notandum, ꝙ cor dicitur rectū cum Deo, quando. s. seruit Deo

E propter ipsum Deum, sed nō est rectum cum Deo, sed curuū, quando quærit Deū propter terrena, vel propter seipsum, qa tunc non ad Deum respicit, sed ad seipsum, vel ad mundum. Statim.n. sicut cor nostrum per peccatū ab amore Dei recessit non rectum, sed curuum, ad terrena & fluxibile fuit terrenis illaqueatum desiderijs propter qđ dicitur. Sicut per- *Eccl. 11.* dix inducitur in caueam, & vt caprea in laqueum, sic & cor superborū. Sic igitur quia isti cor nō habebant ad ipsum Deū propter Deum, sed solum propter terrena ab ipso recipienda, ideo *cor eorum non erat rectum cum eo*, quia non Deum propter Deum quærebant. *Nec fideles habiti sunt in testamento eius.* Testamentum Dei dicit legē diuinā, & præcepta, in quibus isti fideles non fuerunt, quia nec præcepta obseruabant, sicut promiserāt, & per illa temporalia quærebant, non æterna. Hoc autem de multis verificatur hodie, qui volunt seruire Deo propter habēda *Fideles Deo.* temporalia, & non quærunt temporalia, vt per illa Deo seruire possint, & sic tēporalia Deo præponunt. Illi ergo fideles sunt in testamento Dei, qui fidē promissam operibus implēt, vt Deum super omnia diligant, & non seipsos. Vnde nota, ꝙ quandoque maior fidelitas reperitur in seruis erga dominos, quam in multis Christianis erga Deum. Narrat.n. Vale- *Valerius.* rius lib. 6. c. 8. ꝙ dum Panopio esset proscriptus, & seruus eius cognosceret ex certa relatione milites venturos ad ipsum occidēdum, ipse seruus, vt dominus suus liber euaderet, sic egit: nam cum domino mutata veste ipsum dñm emisit, & se cum veste domini sui in lecto domini posuit, qui à militibus veniētibus se pro domino suo in lecto occidi permisit. Sed quis hodie pro Deo sic mori vellet, cum etiam in tranquillitate positi ipsi fidem non seruemus? Vnde merito de genera- *Deut. 32.* tione moderna dicitur. Generatio enim peruersa est, & infideles filij.

Ipse autē est misericors, & propitius fiet peccatis eorum, & non disperdet eos. 1319

OStenditur hic lata Dei bonitas, & misericordia erga illos tā ingratos quæ ostenditur in tribus: primò in remissione

missione peccatorũ: secundò in mitigatione pœnarũ, ibi. *Et abundauit,* tertiò: in reuocatione infirmorum, ibi. *Et recordatus est.* Quãtùm ad primum sciendũ, ꝙ misericordia Dei præsto est bonis, & malis, s. quia facit oriri solem suũ super bonos, & malos, & pluit super iustos, & iniustos, & hoc quò ad tẽporalia bona, hęc aũt misericordia est sinistrę, nõ dexteræ: temporalis, nõ spiritualis, quia cõmunis est bonis, & malis. Et isto modo misericors fuit illi populo Deus, quia ipsum non eradicauit de terra, vt merueratur. Alia est misericordia spiritualis, & dexteræ, qua. s. peccata dimittũtur, & bona conferuntur æterna. Et istam illi prauæ generationi nõ fecit, quia maior eorũ pars in deserto murmurando, & Deo contradicendo interijt. Hoc ergo, quod dicit, ꝙ propitius fiet peccatis eorum, hoc non de patribus eorum prauis intelligitur, sed de ipsorum filijs patribus ipsis succedentibus, vt fuit Dauid, Ezechias, Iosias, Daniel & cæteri boni, qui etsi aliquãdo peccauerunt, tamen ipsorum peccatis propitius fuit Deus, vt manifestè apparuit in Dauid. Vel per successores eorum intellige gẽtiles, qui Iudæis successerunt in fide non per carnalem generationem, sed per spiritualem, quorũ peccatis Deus propitius fuit. De illa ergo peruersa generatione in se dicit. *Ipse autem est misericors.* Et quõ? quia *non disperdet eos,* scilicet ex toto quin ex ipsis remaneat semen. Sed de eius successoribus electis dicit. *Et propitius fiet peccatis eorum.* Quomodo autem misericordia cadat in Deo, vide vers. 55. 103. 434. 782. 833. 834. Quid autem sit Deũ esse propitium, vide versic. 355.

1320 *Et abundauit, vt auerteret iram suã, & non accendit omnem irã suam.*

HIc ostendit Dei misericordiam in mitigatione pœnarum. Vbi aduertendum, quòd quãdo Moyses erat cum Deo in monte Sinai ad accipiendum legem: videns populus, quòd moram faceret Moyses descendere de monte, cõgregatus est aduersus Aaron, dicens. Fac nobis deos, qui præcedant nos. Aaron autem volens ex difficultate postulationis remouere intentionem eorum, quæ- *Exod. 32.*

A siuit vt omnes portarent sibi aurum, & argentum, quod habebant, quo facto, illud proiecit in ignem, & de igne opere diaboli exiuit vitulus aureus, quem populus idololatrando adorauit, illi offerens holocausta. Tunc dominus dicit ad Moysen, Descende, quia peccauit populus idololatrando, cerno quòd populus iste duræ ceruicis sit, dimitte me, vt irascatur furor meus contra eos, & deleam eos de terra, &c. Tunc autem ad orationem Moysi placatus factus est Deus, ne omnes illos deleret, sicut dixerat Moysi. Et hoc notans hic Psal. dicit. *Et abundauit,* scilicet misericordia domini ad B preces Moysi, Sed ad quid? subdit. *Vt auerteret iram suam,* i. punitionem, quam dixit Moysi facturum populo propter dictum peccatum idololatriæ. Auertit ergo iram à populo sed non ex toto, imò illa die mortui fuerunt viginti tria millia hominũ. Et sic in parte exercuit irã suam contra populum, sed nõ in totum quantũ meruerant, & hoc est, quod subdit. *Et non accendit omnem iram suam.* Hic notandũ, ꝙ auersio Dei est duplex, scilicet quædã est auersio, quæ est actus supernaturalis iracũdiæ, & quædam quæ C est actus pietatis & misericordiæ. Prima patet, quoniam Deus multis nostris irritatus peccatis, suã protectionem à nobis subtrahit, se à nobis auertendo. Sic enim dicitur, auertisti adiutorium gladij eius, & non es auxiliatus ei in bello. Quod ideo dicitur, quia quando Deus ab eis non erat auersus, pauci illorũ multos aliorum superabant, sed quando propter ipsorũ peccata se ab eis auertebat, ipsi multi à paucis aliorũ superabantur, vt ibidem ostendit glo. quia populus armatus sine Deo inermis est. Et nota, ꝙ ista auersio qñq; est temporalis, & qñq; D æternalis. Temporalis est enim pœnitentibus, sed obstinatis æterna. Et ideo Dauid fornicando, qualiter Deus ab ipso erat auersus, & ab ipso auxilium suũ subtraxerat, humiliter orando postulabat. Vsquequo, domine, obliuisceris me in finem, vsquequo auertis faciem tuam à me? Deus enim multoties auertit se à nobis ad nostram vtilitatem, s. vt homo seipsum cognoscat sine Deo nihil posse, & sic non superbiat, sed sub Deo humiliter viuat. Sic enim accidit ipsi Dauid,

Auersio Dei duplex.

Psal. 88.

Psal. 12.

vt ostendi supra Psal.29 ibi. Auertisti faciē tuā à me,& factus sum conturbatus. Propter quod post humiliter orando,d. Auerte faciem tuā à peccatis meis, &c. Et ideo ne Deus iratus auertatur à nobis æternaliter,humiliter oremus dicentes illud Psal.84. Conuerte nos,Deus salutaris noster, & auerte iram tuam à nobis: Quandoque verò ista auersio est æterna. Psal.9. Auertit faciem suam,ne videat in finem. Quod ne nobis contingat humiliter dicamus illud Psal.131. Propter Dauid seruum tuū ne auertas faciem Christi tui. Secundò auersio Dei quandoq; est actus pietatis, & clemētiæ. Deus enim ad orationem veri pœnitentis se clementer à nostris peccatis auertit, illa remittendo. In cuius figuram statim vt Phinees luxuriantes percussit, Deus iram suam auertit à populo. Vnde *Num.25.* dixit Deus, Phinees auertit iram meam à filijs Israel. Quia quoties contriti peccata punimus, Deus clementer faciē suā ab ipsis auertit, ideo humiliter orando *Psal.50.* dicamus. Auerte faciem tuam à peccatis meis, & omnes iniquitates meas dele & vide ibi. Et ipse nos exaudiendo dicet illud Oseę 14. Sanabo contritiones eorū, & diligam eos spontaneè, quia auersus est furor meus ab eis.

1321 *Et recordatus est, quia caro sunt, spiritus vadens, & non rediens.*

OStēditur hic misericordia Dei in reuocatione infirmorum. Peccatū enim quanto maiori tentatione preuia committitur, tanto magis est remissibile. Similiter & quanto maiori fragilitate, quia sic minus habet rationem voluntarij. Et hinc est quod quia caro humana est infirma, spiritus aūt fortior. Spūs quidē prōptus est, caro aūt infirma, ideo maius peccatum fuit peccatū dæmonis qui spiritus est sine carne, quam peccatū hominis qui est spiritus in carne. Et peccatum hominis fuit remissibile, non aūt peccatum dæmonis, vt ostendit Gregor. *Peccatū hominis remissibile nō dæmonis. Gregor.4. mor.c.9.* vbi ad propositū istum versum adducit. d. Duas ad cognoscendum se creaturas dominus fecerat, angelicam.s. & humanam, vtramque ergo superbia perculit, à statu ingenitæ rectitudinis fregit, sed vna tegmen carnis habuit, alia verò ni-
E hil infirmū de carne gestauit. Angelus namq; solū modo est spiritus, homo verū spiritus & caro. Misertus ergo creator vt redimeret, illā ad se debuit reducere quā in perpetratione culpæ ex infirmitate aliquid constat habuisse, & eo altius debuit apostatā angelum repellere, quo cum à persistēdi fortitudine corruit, nihil infirmum in carne gestauit. Vnde & rectè Psal. cum misertū redemptorē hominibus diceret, ipsam quoque causam misericordiæ expressit, d. *Et recordatus est quia caro sunt, spiritus* &c. ac si diceret. Quo eorū infirma vidit, eo districtè cul- F pas punire noluit. *Spiritus vadens & nō rediens*, quod ideo dicit, quia spiritus hominis carne coniunctus, se in peccatum cadere potest, sed per se resurgere non potest. Ideo Deus reuocauit homines qui ad peccandū carnis pondere grauantur, sed per se redire non possunt. Vñ de peccatoribus dicitur Iob 16. Oēs qui in eam.s. viam peccati ambulant, nō reuertentur, scilicet per se, sed per gratiam Dei reuocabuntur. Vel spiritus hominis dicitur, *vadens & non rediens*, s. vadens de hoc mundo, & nō rediens ad corpus in hoc mundo. Et hæc est breuis de- G finitio mortis. Quare autem Deus animam cū carne vnire voluit, vide in prædicationibus quadrages.

Quoties exacerbauerunt eum in deserto, in iram concitauerunt eum in inaquoso. 1322

COnsequenter hic ostendit ingratitudinis Iudæorum multiplicitatē. Ingratitudo aūt stat in duobus, s. in commissione, vt benefactori irrogare contumelias, & in omissione, vt recepta beneficia obliuisci. Istis aūt duobus modis il- H le populus Deo fuit ingratus, primò cōmissione, secūdò obliuione, ibi. *Non sunt recordati.* Prima in duas, sm ꝙ dupliciter cōmiserunt contra Deum, s. ipsum exacerbando, Secundò ipsum tentādo, ibi. *Et conuersi.* Quantum ad primum sciendum, quòd ille populus in deserto non solum semel, sed pluries ac pluries suis malis operibus Deum ad iram prouocauit, vt ex supradictis patere potest. Vnde quando auditis exploratoribus volebant reuerti in Aegyptum, & dominus

contra

contrà eos fuisset iratus, dum Moyses orarét pro eis, ait dominus Moysi. Tentauerunt me iam per decem vices, nec obedierunt uoci meæ. Et tamen hoc dicit Deus anno secundo egressionis eorum de Aegypto, à cuius egressu vsq; ad ingressum terræ promissionis fluxerunt quadraginta anni. Si ergo in duobus primis annis iam decies Deum irritauerát, quoties credendum est illos Deum postea irritasse in triginta octo annis sequétibus? qui semper ad malum erant proniores, quamuis non omnia eorum mala sint scripta. Ideo admiratiuè hic loquitur Ps. d. *Quoties exacerbauerunt Deũ in deserto.* q. d. multoties, & non solũ præ dictis modis, sed pluribus alijs. Et peccatum ipsorum aggrauat circunstantia loci, quia *in deserto in inaquoso*, quia vbi maiorem indigentiá Dei habebát, quia erant in terra deserta sine aqua, ibi amplius Deum offendere timere debuerát, & ipsi humili corde seruire. Quoties ergo exacerbauerunt eum? Secundũ enim Grammaticos, exacerbo, bas, est compositum de acerbo, quod est facere acerbũ asperum & durum, sicut acerbi fructus dicuntur asperi, insipidi & duri. Acerbo ergo componitur cum ex, & fit exacerbo, bas, quod est valdè durum vel asperũ aliquem facere, & irritans vel prouocãs hominem ad iram dicitur exacerbare illum, idest, durum & acerbũ facere. Sic ergo isti exacerbant Deũ in deserto, qñ suis murmurationibus & peccatis Deũ contra seipsos ad iracundiam prouocabant. Vnde quid sit dictũ, exacerbauerũt eũ in deserto, statim exponit. d. *in iram concitauerunt eum in inaquoso*, s. loco. Sic & moraliter qñcunq; Deũ peccatis offendimus, ipsum exacerbamus, quia contra nos ipsum asperum facimus, & ad irã ipsum prouocamus. Sic dicitur Psal. 9. Exacerbauit dominũ peccator. Et Hier. 32. Filij Israel, vsque nunc exacerbauerunt me in operibus manuum suarum.

Num. 14.

Exacerbare Deum.

1323 *Et conuersi sunt, & tentauerunt Deũ & sanctum Israel exacerbauerũt.*

HIc ostéditur ipsorum ingratitudo Deum tentando. Qualiter autem Deus tentatur dictum est, versic. 1298. Quãtum uerò ad quod dicit. *Et conuersi sunt.* Notandum q duplex est conuersio. A malo ad bonum, & à bono ad malum. Prima est de malo ad bonum, quoniam peccator in peccato existens non faciem sed dorsum uertit ad Deum, faciem autem vertit ad creaturam, quando autem ipsum pœnitet totus vertitur, & sic faciem vertit ad Deum, & dorsum ad inferiora. Et istam conuersionem à nobis postulat Deus, dicens. Conuertimini ad me in toto corde vestro, &c. Ista autẽ uersio debet esse integra, vnde uersio componitur cũ con, quod est simul, quia totaliter & nõ partialiter se debet vertere pœnitens ad Deum. Et Hier. 3. Conuertimini filij reuertẽtes, quia ego uir uester, & assumam uos. Alia est conuersio opposita, de bono. s. ad malum. Quando enim homo in statu gratiæ faciem uertit ad Deum, & dorsum ad inferiora, sed qñ in peccatum cadit ad oppositum vertitur. Et de ista tali conuersio ne intelligitur iste textus, dicens. *Et conuersi sunt*, scilicet de bono proposito q habuerunt dicentes. Quæcunque præceperit dominus faciemus. Postea ab hoc fuerunt ad oppositum conuersi, scilicet ad faciendum oppositum præceptorum Dei. Et isto modo reperio istum populum ad malum multipliciter cõuersum, scilicet quia conuersus fuit ad infidelitatis idololatriam ad uanitatis auaritiam, ad obstinationem, & impœnitentiam, ad iniquitatem & iniustitiam, ad mendositatem & fallaciam, ad ambitionem & superbiam, ad detractionem & infamiã, ad carnalitatem & luxuriam, ad ingratitudinis nequitiam, ad irritandam Dei clementiam. Primò sunt conuersi ad idololatriam, isti enim frequẽter relicto domino colebant idola. Sic enim de illo populo prædixit dominus Moysi, cum morti appropinquaret. Cumque comederint & saturati, incrassat que fuerint, conuertentur ad Deos alienos & seruient eis & detrahent mihi. Et sic plerumque peccatum gulæ est causa spiritualis idololatriæ, quia guloso uenter efficitur Deus, vnde ad literam de Iudæorum populo scribitur. Sedit populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere, scilicet ante idolum, quod fecerant. Secundò conuersi sunt ad auaritiam, quia solũ propter temporalia Deo seruie-

Iœl. 2.

Exod. 23.

Conuersio mala multiplex.

Deut. 31.

Exod. 32.

Hier. 6.

seruiebant. Sic enim ad literam de illo populo dicitur. Omnes auaritiæ student à maiori vsque ad minorem. De quibus in Psal. 77. Conuersi sunt in arcum prauum. Dicitur enim auaritia arcus prauus, quia primò ferit arcum tenentem, quia auarus primo sibiipsi nocet, tertiò conuersi sunt ad obstinationem. Multi enim ex illis aliam uitam non credentes veniam desperantes, suis cogitationibus ad desperationem conuersi sunt. De quibus ad literam dicitur. Non dabant cogitationes suas vt conuertantur ad dominum, quia spiritus fornicationis in medio eorum, & dominum non cognouerunt, &c. De alijs uide in dictionario meo. Propter quæ omnia nunc ait psal. *Et conuersi sunt*, scilicet ad irritandum Deum & tentandum.

Osea. 5.

1324 *Nō sunt recordati manus eius, die qua redemit eos de manu tribulantis.*

HIc ponitur ipsorum ingratitudo ratione omissionis, quæ consistit in obliuione beneficiorum receptorum. Et duo facit, quia primò ponit ipsorū obliuionem, secundò obliuionis aggrauationem, ibi. *Sicut posuit*. Quantum ad primum quanta sit ingratitudo recepta beneficia obliuioni tradere, nota quæ superius sunt dicta vers. 1291. Hoc idem nunc psalm. repetit uolens ad maiorem expressionē ipsorum ingratitudinis alia beneficia ipsis à Deo facta ab enarratis superius de nouo proponere, vnde proponit, dicens. *Non sunt recordati manus eius*, scilicet potestatis diuinæ, quæ per manum significatur, quam potestatem, scilicet maximè ostendit in die *quando liberauit eos de manu tribulantis*, scilicet de potestate Pharaonis. Et nota quòd hic accipit in singulari diem pro diebus in plurali. Nam potestatem suam ostendit non solum in una die percutiendo Pharaonem diuersis plagis, sed etiā hoc fecit multis diebus. Notandum ergo ꝙ ex tali obliuione ille populus multum est accusandus. Nam ad recordationem diuinæ potestatis maximè duo nos inducere debent. Primum multiplex eius in nobis similitudo. Recordatio namque alicuius rei fit per similitudinem rei, vel per similia, sicut quando vides imaginē rei propter similitudinem illius ad rem de illa recordaris. Vnde recordatio est in cogitationem pręcognitæ rei occasione similium animi recursio. Et commentator in de memo. & reminiscentia, dicit, ꝙ motus rememorationis est motus à simili rei ad rem. Modo nos multas similitudines Dei habemus in nobis tanquā Dei memorialia. Intra nos. n. est anima, quæ ad imaginem & similitudinē Dei facta est. Ab extra autem sunt eius continua beneficia, quæ nobis eius potētiam à simili repræsentant, quinimo omnis creatura nobis Dei potestatem & bonitatem ostendit. Vnde quocunque homo se vertat, occurrit sibi quædam Dei similitudo, ex qua deduci debet in recordationem potestatis diuinæ. Propter quod dicitur Sap. 13. A magnitudine speciei & creaturæ cognosci poterit verisimiliter eorum creator. Vltra autem ista generalia, sicut nos habemus apud nos cōtinuè Eucharistiæ sacramētum, quod omnem similitudinem diuinę bonitatis continet ac potestatis, ita & ille populus cōtinuè ante oculos habebat manna, quādiu fuit in deserto, quod per quandam expressam similitudinē ipsis Deum repræsentabat, de quo dicitur Sap. 16. Angelorum esca nutriuisti populum tuum, & paratum panem de cœlo præstitisti illis sine labore, omne delectamentum in se habentem, &c. Et expressa erat Dei figura & similitudo, & tanta similitudine non deficiente ipsi tanquā multum ingrati nō sunt recordati manus eius, &c. Secūdum, quod ad recordationem alicuius inducere est beneficiorum continua exhibitio. Quis enim illo magis ingratus dici potest, qui beneficium alicuius actualiter recipit, & benefactorē non attendit? Nos autem non solum semel, non solū quotidie, sed etiam continuè Dei beneficia recipimus, vnde Bernar. in meditationibus suis. Sicut nullum est momētum quo homo non vtatur Dei bonitate, sic nullum debet esse momentum quo eum in memoria non habeat præsentem. Et ideo præmittit ibidem Bernard. Vbicunque fueris in lecto aut in alio loco, semper ad Deum est erigēda memoria. Vltra autem ista beneficia generalia, ille populus semper circa se Dei specialia beneficia sentiebat, vt puta quia Deus semper ei

Recordatio Dei.
Memoria Dei.
Bernard.

præsens

præſens erat, in die per columnā nubis, & in nocte per columnā ignis, ab hoſtibus fortioribus ipſum defendebat, veſtimenta & calciamenta ipſorum per quadraginta annos illæſa conſeruauit. Quibus omnibus non obſtantibus, *non ſunt recordati manus eius*, &c.

1325 *Sicut poſuit in Aegypto ſigna ſua, & prodigia ſua in campo Thaneos.*

HIc aggrauatur eorum ingratitudo & obliuio ex magnitudine beneficiorum à Deo receptorū. Beneficia autem eis collata fuerunt duplicia. Primū fuit potentiæ expreſſiuum, ſecundū clementiæ collatiuum. Primum oſtendit diuerſis plagis flagellando Pharaonem & omnes Aegyptios. Secundum fuit vt filios conſeruando & educēdo Hebræos. Primò ergo ponit primum, ſecundò ſecundum, ibi: *Et abſtulit*. Circa primum duo facit: quia primò ponit illud beneficium in generali, ſecundò in ſpeciali, ibi. *Et conuertit*. Quantum ad primū notandum, quòd iſte verſus ſatis expoſitus eſt ſuperius ver. 129. vbi eadē ſententia ponitur, ſed hic nota quòd ſicut Deus multa ſigna in Aegypto fecit, vt ſuum liberaret populum, ſic & & nobis multa ſigna conſert vt nos à peccatis liberet. Et maximè triplex ſignum nobis oſtendit. ſ. ſignum placatiuum diuinæ iracundiæ, ſignū punitiuum humanæ immunditiæ, ſignum directiuum humanæ ignorantiæ.

1326 *Et couertit in ſanguinē flumina eorū; & imbres eorum, ne biberent.*

POnit hic ſigna in Aegypto facta in ſpeciali. ſ. in plagis, quibus Deus percuſſit Aegyptum. Vbi notandum, quòd, vt habetur in Exod. Deus decem plagis principalibus percuſſit Aegyptum, multis autem alijs ipſam percuſſit, quæ non ponuntur in textu Exo. vnde hic Pſalm. ponit aliquas plagas quæ in Exodo non ponuntur, & aliquæ in Exodo ponuntur, quæ hic non ponuntur. Procedendo ergo de plagis, quæ hic ponuntur, notādum etiam, quòd hic quandoque duæ plagæ inſimul ponuntur, ſic ergo abſque alia diuiſione textus eſt procedendum quemlibet verſum per ſe exponendo.

A Prima ergo plaga, quam hic ponit, eſt aquæ in ſanguinem conuerſio. Iſta plaga ponitur Exo. 7. vbi cum Pharao nollet Dei populum dimittere, Moyſes ex præcepto domini coram Pharaone, & ſeruis eius eleuans virgam percuſſit aquā fluminis, quæ verſa eſt in ſanguinem, ſimiliter omnes riui, & paludes omnes lacus aquarum, & omnis aqua, quæ erat in vaſis ligneis, & ſaxis eſt in ſanguinem verſa, & piſces, qui erāt in flumine, mortui ſunt. Et ſic fuit ſanguis in tota terra Aegypti. Et tunc Aegyptij foderūt per circuitum fluminis, vt haberent aquam ad bibendum & vbique ſanguis erat, & ſic non poterant aquas bibere. Vbi notandum, quòd Deus infert pœnas ſecundum qualitates peccatorum. Peccauerat autem Pharao, occidens pueros Hebræorum, & ipſorum ſanguinem ſpargens, & ideo meritò in pœnam peccati ſanguine potatur. Vnde Orige. ſuper Exod. ait. Aquæ fluminis vertuntur in ſanguinem illis, qui Hebræorum paruulos tradiderunt necandos, vt auctoribus ſceleris poculum redderet ſanguinis vt cruorē polluti gurgitis, quem paruulos in flumine necādo polluerant, potando ſentirent. vel aliter

B

C ſecundum Richardum hæc prima plaga correſpondet tranſgreſſioni primi præcepti, vnde ait ſuper Exo. primum præceptum de colendo vno Deo, non erunt tibi dij alieni præter me, prima plaga in ſanguinem aqua verſa, contra primum præceptum, primæ plagæ, aqua, qua generantur omnia, ſignificat Deum ex quo omnia, ſanguis verò carnē mortalem. Aqua ergo verſa in ſanguinem eſt, quia commutauit gloriam incorruptibilis Dei in ſimilitudinem imaginis corruptibilis hominis. Et hæc quidem commutatio fit in corde prauorum. Iſtum autē verſum

D aliter exponit Balduinus dicens, Eſt quædam conuerſio aquæ in ſanguinem, ſed apud Aegyptios. Eſt alia cōuerſio aquæ in vinum ſed in nuptijs. Et eſt tertia conuerſio, ſcilicet, uini in ſanguinem, ſed in dominica cœna. Prima conuerſio aquæ in ſanguinē hoc indicare dicitur, quòd aqua mortiferæ ſapientiæ, quæ eſt ſapiētia huius mundi, ſcilicet, prudentia carnis in ſanguinem, id eſt, in mortē eis vertitur, qui ambulant ſecundum carnem. Prudentia enim carnis mors eſt, & ſapientia

Aqua conuertitur in ſanguinē.

Origenes.

1327

Richardus.

Balduin.

Conuerſio triplex.

Sapientia mundi. pientia carnis inimica est Deo. Hos increpans propheta inquit. Et quid tibi vis in via Aegypti, vt bibas aquam turbidā? Hiere. 2. Et quid tibi est in Assyrios, vt bibas aquā fluminis? Omnis enim sapientia terrena est Deo odibilis de qua bibunt Aegyptij, idest, amici huius mundi, qui sunt inimici Dei. Aqua ergo Aegypti est quæ in sanguinem conuertitur, quia sanguis eius super eos, qui bibunt eam. Secunda conuersio est aquæ in vinum, & hoc significare videtur conuersionem, scilicet, timoris in amorem iustitiæ. Hæc autem conuersio fit in nuptijs, quia in fide, & iustitia desponsata est ecclesia Deo, illa vtique iustitia quæ est ex fide Iesu Christi. Tertia verò conuersio vini in sanguinem est, quando iustitia mētem delectat intantum, vt vsque ad sanguinem & mortem quis pro iustitia certet, & hęc est perfectio iustitiæ. Et de prima conuersione, scilicet aquæ in sanguinem nunc ait Psalmista. *Et conuertit in sanguinem aquas eorum.*

1327 ***Misit in eos cynomiā & comedit eos: & ranam, & disperdidit eos.***

Ponitur hic secunda plaga, quæ tamen secundum ordinem plagarum in Exodo ponitur quarta. De ista ergo plaga dicitur Exod. 8. Dicit Moyses ad Pharaonem: Hæc dicit dominus, si non dimiseris populum meum, ecce ego mittam in te, & in seruos tuos, & in populum tuum omne genus muscarum. Fecitque dominus ita, & venit musca grauissima in domo Pharaonis & in omnē terram Aegypti, corruptaq; est terra huiusmodi muscis. Sed hanc plagam hic ponens Psalm. ostendit specialiter quales muscæ illæ fuerint dicens. *Misit in eos* Musca. *cynomiam*. Nam secūdum grammaticos cynomia est quoddam genus muscarū, quæ dicitur musca canina, & venenosa & multū infesta. Et dicitur à cyon quod est canis. Quamuis enim in illa plaga fuerit omnes genus muscarū, tamen ista musca canina nominatur specialiter, qa peior, & molestior erat omnibus alijs. Isidorus. Hanc plagam muscarum tractans Isid. super Exod. dicit. Aegyptus muscis percutitur, musca enim insolens, & inquietum animal est, in qua insolentes curæ

E carnalium desideriorum inquietudinibus feriuntur. Septuaginta verò interpretes posuerunt cynomiam, idest, muscam caninam per quam canini mores significantur, in quibus humanæ mentis voluptas, & libido carnis arguitur. *Et ranam & disperdidit eos.* Hæc fuit alia plaga muscarum, & fuit secunda in ordine plagarum, de qua habetur Exo. 8. Dixit dominus ad Moysen. Dic Pharaoni, si nolueris dimittere populum meum, ego percutiam omnes terminos tuos ranis, & ebulliet fluuius ranas, quæ ingredientur domum tuam, & in lectum tuum, & F in domos seruorum tuorum, & in furnos tuos, & cibos tuos, & omnium seruorum tuorum. Et factum est ita. Notandum q; quando in isto versiculo ponit cynomiam in singulari & ranam, cum tñ innumerabiles muscæ, & ranæ fuerint, quia fm Aug. ponit singulare pro plurali. Vnde August. super Exod. Et venit musca, &c. Musca pro multitudine muscarū posita est. Nescio enim quomodo per loquendi cōsuetudinem imbutis sensibus hominibus plus vr̃ quod singulariter q̃ quod pluraliter dr̃. Verbi gratia, est illic miles, plus significat q̃ sunt ibi milites; G est illic piscis, plus significat quàm sunt ibi pisces. Mysticè autem fm Orig. ranæ significāt carmina poetarum, qui inani, & inflata modulatione velut ranarū sonis, & cantibus mundo deceptionis fabulas intulerunt. Ad nihil enim illud animal vtile est, nisi quòd sonum vocis improbis & importunis clamoribus reddit. Vel per istas ranas intellige tria principalia vitia, quibus hodie totus mundus infestatur, s. superbia, luxuria & auaritia, de quibus. 1. Io. 2. Omne, quod est in mūdo, &c. Nam fm Magistrum de proprietatibus rerum lib. 12. Rana tres habet H conditiones. Primò in aquis putridis, & paludibus habitat. Secundò ventrem habet magnum respectu reliqui corporis, quo terræ adhæret. Tertiò saltando graditur. Per quæ tria prædicta tria figurat vitia. Primò enim in aquis putridis rana habitat, & conuersatur. Quid enim per talem aquam nisi ipsa putrida, & fętens significatur luxuria? Apocal. 17. Veni, & ostendam tibi damnationem meretricis magnæ, quæ sedet super aquas plurimas vnde sicut semper præcipitatur ad ima, sic

Marginal notes (right column): Rana. — August. — Singulare. Plurale. — Origen. — Rana significat tria peccata.

A sic & voluptatis vitium hominem trahit ad nihilum. Secundo rana habet ventrē magnum respectu aliorum membrorū; quo terræ hæret. Quid.n.per terrā,nisi cupidos,& auaros intelligimus? quia sicut terra nō satiatur aquis,sic nec cupidus diuitijs.Eccl.14.Hi enim ad modum ranarū magno ventre terræ hærēt, quia omnibus suis conatibus amplexātur terrena. Tertiò rana magnos saltus facit, quibus se in altum eleuarē contendit. Quid enim tales saltus significant nisi ambitionem superborum, qui semper ad alta, & ad honores cupiunt saltando scandere? quia dimisso vero medio,quo honor acquiritur,scilicet,virtute per saltum scandere conātur. Vnde de istis tribus vitijs sub ranarum nomine dicitur. Vidi tres spiritus immundos in modum ranarum exire de ore draconis. Istam figuram expressius vide in apostil. Apoc.

Prou.30. Apoc.16.

1328 *Et dedit erugini fructus eorum, & labores eorum locustæ.*

Ponitur hic quarta plaga ruginis, de qua in Exod.non fit mentio. Ibi enim ponuntur solum decem plagæ notabiles,cum quibus est dubium alias plagas fuisse quæ in Exodo scribuntur, sic hic de erugine, & in sequenti versiculo de pruina. Notandum,quòd fructus duplices ex terra nascuntur, quidam à se sine labore hominum, vt, fructus arborum,quidam verò cum labore hominū; vt segetes, & huiusmodi, primos consumpsit erugo:& secundos locusta. Primum notans dicit, *Et dedit erugini fructus eorum.* Erugo enim est quidam ventus vrens, desiccans, & consumens fructus terræ, quem ventum ad consumptionem fructuū Aegyptiorum tunc vehementer Deus flauit, & abundè. Vel aliter,vt ait gloss.super illo verbo Amos quarto, percussi vos vento vrente, & in erugine multitudinem hortorum vestrorum. Erugo inquit ita fit,cum nocte ros vel imber super teneras spicas cadit, inualescente sole vertuntur in rubeum colorem, & inanescunt grana adhuc tenera. Mysticè autem secundum glossam per eruginem,quæ occultè nocet,intellige vitium, quod difficile apparet, vt est multum fidere de se. Aura enim noxia

Erugo.

hoc in fructibus operatur latenter,sic in moribus superbia occulta, cum quis se putat aliquid esse, cū nihil sit. Et de ista erugine dicitur.Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra,vbi erugo, & tinea demolitur, &c. Sequitur. *Et labores eorum locustæ.* Labores eorum,idest, fructus ex laboribus eorum ortos. Locusta fuit octaua plaga, qua Deus percussit Aegyptum, de qua dicitur Exod. decimo. Extendit Moyses virgam super terram Aegypti,& dominus induxit vētum vrentem tota die illa, & nocte, manè facto, ventus vrens leuauit locustas, B quæ ascenderunt supra totam terram Aegypti, & sederunt in cunctis finibus Aegyptiorum innumerabiles,quales an te illud tempus non fuerunt, operueruntque vniuersam superficiem terræ, vastantes omnia, &c. Istam plagam locustarum applicat Gregorius ad uitium adulationis dicens super Exodum.Exhibitæ cęlitus Aegypti plagæ exigentibus eorum demeritis, corporaliter illatæ sunt. Sed quæ mala quotidie prauos fe riantspiritualiter, signauerunt, quibus exteriori percussione Aegyptus afflicta commota humana mens,dolensque per C penderet, quæ vastationis damna interius negligens toleraret. Per locustas enim,quæ plusquam cætera minuta animantia fructibus nocent, linguæ adulantium significantur, quæ terrenorum mentes aliqua bona proferentes immoderatius laudando corrumpunt. Fructus enim Aegyptiorum opera cenodoxorum,quæ locustæ exterminant, dum adulantes linguæ ad appetendas laudes transitorias cor operantis inclināt.Herbam locustæ comedunt, quando adulatores verba loquentium fauoribus extollunt. Poma arborum deuorant cum D vanis laudibus quorundā iam quasi fortium opera eneruant.

Superbia. Matth.6. Gregor. Locusta significat adulatiunē.

Et occidit in grandine vineas eorum, & moros eorum in pruina. 1329

Hic ponitur sexta plaga,quę in Exodo fuit septima ante plagam locustarum posita, de qua dicitur Exod. 9. quòd extendit Moyses uirgam in cœlū, & dominus dedit tonitrua & gradinem ac discurrentia fulgura super terram, & grando

& grando igni mixta pariter ferebatur, tantaq; fuit magnitudinis, quantæ ante nunquam apparuit in uniuersa terra Aegypti, & percussit grando in terra Aegypti cuncta, quæ fuerant in agris ab homine vsque ad iumentum, cunctam herbam agri percussit grando, & omne lignum regionis confregit, tãtum in terra Gessen, vbi erant filij Israel, grando nõ fuit. Per istam plagam significatur, qualiter Deus per verba prædicationis vitam prauorum terret, & reuocat ad gratiam. Vnde Gregor. ait. In grandine, vel niue frigida & dura accipimus corda prauorum. Sed quia omnipotens Deus sanctos suos de talibus eligit, & quã multos electos adhuc intra prauorum uitam expositos habeat, nouit. Iam aptè in niue & grandine se habere thesauros perhibet. Quos electos ad medium cum iubet producit, & iustitiæ nitore candidos per supernã gratiam ostendit. Grando quippe, & nix fuerat Saulus per frigidam insensibilitatem, sed nix, & grando contra aduersariorum pectora factus est, uel, candore iustitiæ, vel districti eloquij correptione. O qualem thesaurũ tunc in niue, & grandine habuit Deus, quando illum intra vitam prauorum positum, iam electum latenter dominus vidit. O ad quanta aduersariorum pectora ferienda hanc in manu sua grandinem sumpsit, per quam tot sibi resistentium corda prostrauit, Nemo itaque de suis operibus extollatur, nemo desperet eos, quos adhuc frigidos videt, quia thesauros in niue, & grandine non videt. Quis enim crederet, quod per Apostolatus gratiam lapidatum Stephanum ille præcederet, qui in morte eius omnium lapidantium uestimenta seruauit? Si ergo ad ista dona vel iudicia occulta occurrimus nullos omnino desperamus, nec illis in corde nostro, quibus pro tempore prælati sumus, quia & si iam videmus quantum præcessimus, nescimus quantum dum currere cœperint, præcedamus. Sicq; ergo dominus in grandine occidit vineas eorum, quando per discreta prædicatorum verba voluptates carnalium fecit. *Et moros eorum in pruina.* In translatione Hiero. habetur *in frigore*, scilicet, folia mororum corrumpente, Mysticè secũdum gl. quia hæc plaga pruinæ in Exod. non habetur,

Gregor. 19. mor. c. 11.

Grando & nix significant malos.

E pruina est uitium, quo charitas Christi stultitiæ tenebris quasi nocturno frigore congelascit.

Et tradidit grandini iumenta eorum: & possessiones eorum igni. 1330

Hic non ponitur noua plaga, sed est declaratio plagæ grandinis præcedentis, quoniam ut habetur Exod. 9. antequam dominus mitteret plagam grandinis, fecit per Moysen Pharaonem præscium illius plagæ. Vnde Pharaoni dicit Moyses. Pluam grandinem multam nimis, F mitte ergo iam nunc & congrega iumenta tua & omnia, quæ habes in agro, homines ergo, & iumenta, & uniuersa, quæ inuenta fuerint foris in agris, super quæ ceciderit ea grãdo, morientur. Hoc ergo inducens Psal. dicit, *Et possessiones eorum igni*, quia vt ibidem dicitur, grãdo ferebatur mixta cum igne. Vbi aduertendum quòd grando cadens in terra non solum destruit fructus terræ, quos inuenit, sed etiam destruit, & impedit fertilitatem terræ in sequenti anno, & ea, quæ percutit, inutilia reddit, in tantum quod etiam iumenta non delectabiliter illa capiant in cibum, G quod tamen non facit gutta magna pluuiæ, quod ideo fit, quia frigus multum est in grandine, frigus autẽ est qualitas mortificatiua, & hæc uirtus manet in aqua grandinis liquefactæ. Vnde hæc aqua grandinis liquefacta humefacit terram, & impedit fertilitatem eius, & infusa fructibus extinguit in eis calidum naturale, quo digeritur humidum naturale in fructibus, & sic fructus crudus remanens generat iumentis abominationem. Gutta autem pluuiæ quamuis sit magna, tamen cum sit calida, totũ oppositum facit, quando sola venit, itaque grando eam non sequitur. H Est enim bonæ digestionis cũ uapore aereo subtili, & terrestri, & habet in se multum de calore vaporis, ex quo fit, & ideo optimè infundit terram, & si lædit aliquos fructus terræ, hoc nõ facit ratione suæ qualitatis, sed vi percussionis. Quæ pro tanto dixi, vt non incredibile videatur, si tãta grando terram Aegypti dissipauit, & maximè quia igne mixta cadebat. Mysticè autem secundum glo. morte iumentorum, vel pecorum damnum pudicitiæ significa-

Grando.

Pluuia.

Concupiscentia. gnificatur. Concupiscentia quippe, quæ A secus oritur, cõmunis est nobis cum iumentis, hanc habere domitam, & ordinatam, pudicitiæ uirtus est. hanc autem laxare ad omnes motus, mors animæ est. Morte ergo iumentorum, stultorum casus, ostenditur, qui velut bestialiter uiuentes motus illicitos continentiæ freno non cohibent, ignis verò possessionẽ dissipans est cupiditas, quæ possessionẽ, idest statum mentis, & quicquid boni est ex dote naturæ vastat.

1331 *Misit in eos iram indignationis suæ, indignationẽ, & iram, & tribulationẽ, immissiones per angelos malos.*

HIc non ponitur plaga noua, sed est quædam exaggeratio quartæ plagæ, quæ fuit occisio primogenitorũ. Septẽ enim plagæ hic enumeratæ sunt. Prima conuersio aquarum in sanguinem secunda immissio muscarum, tertia immissio ranarum, quarta erugo, quinta locustæ, sexta grando, septima pruina. Antequam ergo veniat ad octauam plagam vult ostendere, per quos Deus istas plagas immittebat, quia, scilicet, ministerio dæmoniorum. Vnde hic ait gl. Iudicio vtique Dei istę plagę factę sunt illis, sed malorum angelorum ministerio. Sciendum itaque est, quòd malorum angelorum officio Deus utitur benè, conueniẽter, & iustè, quos quidem quantum ad substantiam ipse fecit, malos uerò ipse non fecit, sicut & homo bonis creaturis Dei malè vtitur. Vtitur enim Deus malis angelis non solum ad puniendos malos, sicut in inferno damnatorum, vel in isto mundo sicut in rege Achab, quem fallaciæ spiritus seduxit, vt caderet in bello, verumetiam ad probandos, & manifestãdum bonos, sicut fecit Iob. Nam, sicut homo bonus, vel malus vtitur visibili materia elementorum, scilicet, terra, aqua, aëre, & igne pro modo suo, non solum in necessarijs, sed etiam in superfluis, lubricis, & perniciosis operibus, sic angeli boni, & mali eisdem elementis vtuntur, prout cuique potestas est, quæ est eis amplior quàm hominibus, & maior est bonis quàm malis secundum nutum Dei, sed diuersimodè. In malis nanque hominibus potest diabolus vt in suis

Dæmones ministri sunt Dei.

peccatoribus, nisi prohibeatur à maiori, scilicet à Deo. In bonis autem non potest, nisi permittatur ad probandum non ad perdẽdum, sicut homo vt de pecore alieno faciat quod vult potestatem expectat ab eo sibi dari cuius est. Notandum etiã secundum, glo. quod per bonos angelos quandoq; punit Deus, sicut Sodomam, sed iustos per bonos probari non mihi occurrit. Obstinatio ergo in Aegyptijs facta est per malos angelos quibus amica sunt uitia, & mala signata per plagas eorum per eosdem immissas, possumus ergo sine dubio malis angelis attribue- B re plagas Aegyptiorum, mortes primogenitorum, & obdurationes eorum. Hãc enim obstinationem, & indurationem Deus facere dicitur non instigando, & inspirando, sed deserẽdo facit, vt illi operentur in filijs diffidentiæ, quod Deus debitè, iustèque permittit, &c. Sic malorum angelorum ministerio aquæ versæ sunt in sanguinem, ranæ productæ sunt, locustæ, &c. & interfecti primogeniti Aegyptiorum. Sed nunquid ex hoc dicemus ipsos dęmones creatores, vt q̃d sanas locustas vel eruginem creauerũt, certe non, vt ostẽdit Magister lib. 2. d. 7. C Ipsi namque dæmones triplici acumine scientiæ uigent, scilicet, subtilitate naturæ, experientia temporum, & reuelatione supernorum spirituum. Cognoscunt ergo naturas rerum, & sciunt applicare actiua passiuis. Et sic quod natura faceret in magno tempore, ipsi quasi subito faciunt. Sic ergo de ranis, sic de locustis, sic & de alijs plagis facere potuerũt. Hoc ergo notans Psal. ministerium istatum plagarum dæmonibus ascribẽs ait. *Misit in eos iram indignationis suæ,* idest effectum indignationis suæ, & iræ suæ, scilicet plagas prædictas, & sequentes, & D hoc *per angelos malos.* Indignatio enim eodẽ modo cadit in Deo sicut & ira, quia sicut quando punit videtur iratus, sic & indignatio. Vide supra verſ. 55. 684.

Dæmonis potestatis.

Viam fecit semitæ iræ suæ, & nõ pepercit à morte animarum eorũ, & iumenta eorum in morte conclusit. 1332

HIc ponitur quędã exaggeratio iræ diuinæ. Vbi sciendum, quòd quamuis plagæ prædictæ graues fuerint, & causatiuæ

tiuæ doloris, tamen sequens plaga cæteris grauior fuit, scilicet, mors omnium primogenitorum tam hominum quàm iumentorum, cuius grauitatem præ cæteris notans Psal. ait. *Viam fecit semita iræ suæ*, quasi dicat. Ex semita iræ suæ fecit uiam. Semita enim secundum grammaticos dicitur à semis, quod est dimidium, quasi dimidium iter, quia semita est iter strictum quasi dimidia via. Est enim semita duorum pedum iter strictũ adeo, vt alter in transitu obuianti transitum dare non possit. Via autem dicitur iter latum. Ira autem Dei accipitur pro punitione peccatorũ. Psal. 2. Cum exarserit in breui ira eius, &c. Quid est ergo ex semita iræ facere viam, nisi de parua ad magnam deuenire, de parua punitione ad maiorem? Et sic quia vltima plaga mortis omnium primogenitorũ fuit maior pœna cæteris præcedẽtibus, ideo illam immittendo Deus uiam fecit semitæ iræ suæ. Vel aliter. Semita est iter occultum, & rectum, & significat occultã Dei æquitatem, & iustitiam, qua iratus erat Aegyptiorum peccatis. Huic autem occultæ iustitiæ uiam fecit, quando licentiam dedit angelis malis, iustitiam illam occultam per plagas manifestas executioni mandare. Et istum intellectum habet Magister in glo. dicens. *Viam fecit semita ira sua*. Hic ostendit vnde licẽtia sit data angelis malis, quasi dicat his immissis fecit viam, idest, ampliorem manifestationem semitæ iræ suæ, idest occultæ æquitati suæ, qua Deus iratus erat Aegyptijs. Aliter enim non liceret diabolo illa immittere, quæ dicuntur semita iræ, eo quòd semita recta est, & occulta. Erat enim semita iræ Dei, quæ occulta æquitate puniret Aegyptiorum impietatem, cui semitæ fecit viam, vt eos quasi ex abditis per angelos malos perduceret in aperta scelera, & sic in euidentissimos impios euidentissimè vindicaret, ipsos, scilicet, interficiendo, propter quod subdit. *Non pepercit à morte animarum eorum, & iumenta eorum in morte conclusit*, quia scilicet tam homines quã iumenta interfecit. Qualiter autem & quare homo iumentum dicatur uide supra versicul. 799. hic enim parificat Aegyptios iumẽtis, quia similes iumentis erant.

Semita.

Via.

Iumentum homo.

E *Et percussit omne primogenitum in terra Aegypti: primitias omnis laboris eorum in tabernaculis Cham.* 1533

HIc ponitur ultima plaga mortis primogenitorum, de qua dicitur Exod. 12. quod primo mense quartadecima die mensis factum est in medio noctis percussit dominus omne primogenitũ in terra Aegypti, à primogenito Pharaonis, qui sedet in solio, vsq; ad primogenitum captiuæ, quæ erat in carcere, & omnem primogenitum iumentorũ, surrexitque Pharao nocte, & omnes serui eius, cunctaq; Aegyptus, & ortus est clamor magnus in Aegypto, neque enim erat domus, in qua nõ iaceret mortuus. Aduertendum autem, quòd nulla plagarum præteritarum peruenit ad terram Gessen, in qua habitabant Hebræi, sed ista ultima sic, quia in illa terra Gessen etiam cum Hebręis aliqui Aegyptiorũ habitabant, & illorum etiam omnes primogeniti mortui sunt nocte illa. Vnde Aug. super Exod. dicit. Cum primogeniti tantum morerentur, quomodo nulla erat domus, in qua non esset mortuus, an & hoc diuinitus procuratum fuerat, vt in omnibus domibus essent primogeniti, in quibus percuterentur Aegyptij, etiam, qui habitabant in terra Gessen: hominum quippe erant hic, vel animalium non terræ, idest, homines, & animalia primogenita moriebantur occulto, & angelico percussu. Non aliquid in cœlo, vel in terra factum erat sicut rana, vel locusta, & tenebræ: à talibus enim plagis, cũ terra Gessen fuisset aliena, perueniebat beneficium ad Aegyptios, qui in ea cum Hebræis morabantur. Hac uerò vltima plaga omnes percussi sunt. Glo. super Exod. quæstionem facit, utrum ista vltima plaga facta fuerit per angelos bonos, vel malos dicens. Vtrum percussor bonus, vel malus Angelus fuit, non necesse est inquiri: qui cunque enim fuerit, domini præcepto obediuit. Sciendum tamen, quia tales pestes mali angeli facere solent permissione Dei. Notandum, quod diuina punitio rectè correspõdet peccatis hominum, vnde & ista decima plaga correspondet transgressioni mandati decimi. Decimum namque præceptum est. Non concupisces rem proximi

F (beside "Cum exarserit")

G (beside "vt in omnibus domibus")

H (beside "vltima plaga facta")

Aug.

Punitio peccati.

Concupiscere rem alienam.

mi tui,&c. Huic præcepto decima plaga contraria est, mors,s. primogenitorum. Alio præcepto furtum prohibetur, quo & rapina dānatur, peius est.n. rapere violenter, q̄ latenter. Auferre volens apertè, vel occultè præceptum suum habet. Cócupiscere aūt rem proximi tui, etiā si iustum quæras successorem, nó licet. Qui.n. volunt res alienas tāquam iuste possidere, hæredes quærunt morietibus esse. Tu laudes relictam rem, quasi iure possidentem, Deus dānat iniuste cupiētē. Qui.n. quæris ab aliquo hæres fieri, non vis, vt habeat hæredes, in quibus nihil charius primogenitis est. Iure ergo in primogenitis tuis puniris, qui cócupiscēdo res alienas quasi iuris vmbrā perquiris, & q̄ meliora sunt cordis primogenita perdis. Primogenita quidē fides est, nemo.n. bona facit, in quo fides nō præcessit. Oīa opera bona filij spūales sunt, sed inter hos primogenita fides. Quisq; s ergo rē alienā occultè cupis, interius fidē perdis, seruis.n. nō charitate, sed fraude, velut amās eū, quē mori desideras, vt illi succedas, hæc oīa gl. super Exo. Sequitur. *Primitias oīs laboris eorū in tabernaculis Cham.* Vbi per primitias laboris eorū significantur primitiæ illorū fructuū, qui ex terra nascuntur, mediāte labore hominū, vt est frumentū, & hmōi. Vel per primitias laboris intellige primogenita iumentorū, quæ sunt laboris hominū, i. ad laborē pro hoībus sustinēdo producta, vñ & iumēta dicunt quasi iuuamenta. Quod aūt sequitur. *In tabernaculis Cham*, exponitur, i. in tabernaculis, vel habitationibus Aegyptiorū. Vbi aduertendū q̄ Aegyptij descenderūt ex Cham filio Noe, nā vt habetur Gen. 10. Chā filius Noe inter alios filios genuit Mesrhaim, à quo denoīata est Agyptus, qa ibi dñatus fuit, vñ ī toto veteri testa. vbi in trāslatione nr̄a ponit Aegyptus, ī Hebræo ponit Mesrhaim. Et sic idē est *in tabernaculis Cham*, i. Aegyptiorum.

Hæreditas.

Cham significat Aegyptios.

1334 *Et abstulit sicut oues populum suum: & perduxit eos tanquam gregem in deserto.*

Hic enim narratis plagis Aegyptiorum, narrare incipit quō Deus eduxit populum suum de Aegypto. Et duo facit, quia primò ostendit qualiter eos de Aegypto eduxit, secundò qualiter eos per desertos perduxit, ibi. *Et deduxit eos.* Quantum ad primum sciendum, quòd (vt habetur Exo. 12.) in sacrificio agni immaculati eduxit Deus filios Israel de Aegypto, scribitur enim ibidē. Decima die mensis tollat vnusquisque agnum per familias, & domos suas &c. Sequitur, q̄ illo agno immolato, quartadecima die mensis, dominus transiuit per totam Aegyptum eadē nocte, percutiens omnia primogenita Aegyptiorum, ex quo magnus planctus in tota Aegypto fuit ortus, & non erat domus, in qua non iaceret mortuus, quo facto, Pharao emisit populum totum, viros, & mulieres, magnos, & paruulos cū omnibus suis animalibus, & rebus, quinimo Aegyptij nō solum dimiserunt populū liberè exire, sed etiā (vt ibidem dicitur) vrgebant Aegyptij populū de terra exire velociter, dicentes, Oēs moriemur. Quia ergo per sacrificium ouium (quia quælibet familia agnum paschalem illa nocte comedit) Deus populum suū eduxit de deserto: ideo nunc ait Psal. *Et abstulit sicut oues populum suum*, s. per immolationē ouium ipsos eduxit de deserto, vnde & sequitur. *Et perduxit eos tanquam oues in deserto*, s. custodiendo eos per desertum quadraginta annis, sicut pastor gregem suum custodit, & pascit, quia pane cœlesti semper eos pauit. Per hoc mysticè denotatur, q̄ Christus simplices, & bonos per desertum huius mūdi pducit, sicut pastor oues. Boni enim, & fideles ouibus cōparantur. Primò ratione innocentiæ, & simplicitatis, uam ouis nullum offendit, non morsibus, vt canes, non dentibus, vt apri, non vnguibus, vt leones, nō veneno, vt serpentes. Sic & boni fideles nullū offendunt, non morsibus, aliena rapiēndo, non dentibus alijs detrahendo, nō vnguibus alios persequendo, non veneno, alijs mala exempla præbendo, notātes, q̄ dicitur. Nemini dantes vllam offensionem, vt nō vituperetur ministerium nostrum. Secundò ratione patientiæ, & taciturnitatis, nam ouis, dum tondetur, vel occiditur non clamat, non murmurat, vt animalia cætera, sic & boni fideles. Et hæc est causa quare Christus oui fuit comparatus.

Ouis significat bonos.

2. Cor. 6.

Tan-

Tanquam ouis ad occisionē ductus est. Sic & patienter mala sufferre debemus, nulli malum pro malo reddentes. Tertiò ratione affluentiæ, & vtilitatis. Nam ouis est animal vtile per omnia, sic & boni fideles proximis per omnia vtiles debent esse. Lana nudos vestire, pelle mandata Dei in se scripta ostendere, carne famelicos pascere, &c. Et tunc à Deo per desertum huius mundi sicut à uero pastore deducentur illæsi. De talibus enim dicit Christus. Ego sum pastor bonus, & cognosco oues meas, &c.

Esa.53. *Iob 10.*

1335 ***Et deduxit eos in spe, & non timuerunt, & inimicos eorum operuit mare.***

HIc ostendit qualiter ipsos per eductionem perduxit sine timore. Sed statim contra hoc uidetur, quia postquam ipsi educti fuerunt de Aegypto multum timuerunt Aegyptios, quoniā postquam filij Israel exierunt, Pharao cum omni exercitu Aegyptiorum persecutus est eos. Cumq; Aegyptij persequerentur vestigia præcedentium, repererunt eos in castris supra mare. Cumque appropinquasset Pharao, leuātes filii Israel oculos viderunt Aegyptios post se, & timuerunt valdè, &c. Quomodo ergo hic dicitur, quod *non timuerunt*? Respondeo, quod duplex est timor scilicet efficax, qui tollit propositū, & inefficax, qui non tollit propositum. Sicut per exemplum quis vult pergere ad sanctum Iacobum, timet pericula viarum, aliquando timor est tantus, quod iter dimittit, aliquando verò non est tantus, quin iter dispositum arripiat, primus uocatur efficax, secundus autem inefficax. Dico ergo ad propositum, quòd si filij Israel timuerunt Aegyptios, non tamen timore efficaci, quia per Moysen cōfortati propositum suum non omiserunt. *Et inimicos eorum operuit mare*, vt habetur Exod. 14. quod miraculum Dei ab omni timore eripuit ipsos. Mysticè autem per hoc quia Aegyptios demersit in mare, denotatur, quòd omnia peccata per Aegyptios significata in mari baptismi submerguntur, quia ibi omnia peccata delentur.

Exod.14. *Duplex timor.*

E ***Et induxit eos in montem sanctificationis suæ, montem, quem acquisiuit dextera eius.*** 1336

HIc ostenditur bonitas Dei, & ingratitudo populi post introitum terræ promissionis, & diuiditur in partes tres, quia circa hoc ostēditur primo Dei bonitas, secundò populi prauitas, ibi. *Et tentauerunt*, tertiò pœnæ illarū grauitas, ibi. *Audiuit dominus*. Prima pars diuiditur in tres, secundum quod ex tribus beneficijs circa illos Dei bonitatem ostendit, primò quia ipsos in terrā promissionis induxit, secundò quia inimicos eorū eiecit, ibi. *Et eiecit*, tertiò quia terrā promissionis eis possidendā tradidit, ibi. *Et habitare fecit*. Quantum ad primum sciendum, quod per mōtem sanctificationis Dei intelligitur mons Sion, quia mons sanctus appellatur propter multa sancta in eo perpetrata, vt puta quia ibi erat templum, in quo Christus sæpissimè prædicauit, ibi cœnando sacramentū Eucharistiæ instituit, & ibidē Apostolis congregatis in die pentecostes spiritumsanctum misit. Propter quæ de ipso monte Sion ad literam dicitur. Mons domus dñi exercituum, mons sanctificatus. Et per istum montem Sion intelligit totam terrā promissionis, quia erat principalior locus, cum ibi esset templū, & palatium regiū. Mysticè autem per istum montem intelligitur ecclesia, quæ mons Sion dicitur. Sion enim specula interpretatur, & ecclesia dñi in præsenti per fidē in ænigmate contemplatur, vt ostendit Greg. vide sup. ver. 1062. Ipsa enim ecclesia est mōs quem Christus acquisiuit sanguine suo, propter quod dicit Apostolis, Attendite vobis, & uniuerso gregi vestro, in quo spiritussanctus posuit uos regere ecclesiam, quam acquisiuit sanguine suo. Et attende quo ad literam, quod dicit. *Et induxit eos*, &c. quia non eosdem personaliter, quos eduxit de Aegypto, sed illos nomine, & genere, quia. s. filios eorum.

F G H

Zach.8. *Mons Sion significat ecclesiam.* *Gregor. 33. mor.c.1.* *Act.20.*

Et eiecit à facie eorum gentes, & sorte diuisit eis terram in funiculo distributionis. 1337

OStenditur hic, quòd à facie ipsorū eorum inimicos eiecit, scilicet Chananæos, & alios populos idololatras qui

qui in illa terra habitabant, quòd fuit tempore Iosue, qui terram promissionis de manu gentium Dei potestate miraculosè eripuit, & gentes illas occidit, & dissipauit, vt enim habetur Exod. 33. Deus promisit à facie illorum sex nationes gentium de terra promissionis euellere, illi populo dicens. Mittam præcursorem tui angelum meum, vt eijciam Chananæum, Amorrhæum, Ethæum, Pherezæum, Euæum, & Hiebusæum, & intres terram fluentem lac, & mel. Et sicut promisit illas eijcere, sic & de facto fecit tempore Iosue, vt habetur Iosue per totum. Quibus eiectis, sorte Iosue diuisit eis terram, ut habetur historialiter Iosue 18. Et hanc diuisionem fecit *in funiculo distributionis* per sortes. Funiculus enim dicitur mensura, quia vni cuique tribui dedit mẽsuram terræ promissionis secundum conuenientiã eius, scilicet alicui plus, alicui minus, alicui ad partem orientis, alicui ad partem occidentis, quod sorte fecit per illas, iudicium Dei super his postulans. Sed forte ex hoc dubitabit quis, vtrum licitè sorte possumus vti, de hoc vide secunda secundæ q. 95. art. vlt. Mysticè autem per hoc, quod dominus à facie populi sui gentes eiecit, scilicet illas sex nationes prædictas significat, quòd angelus Dei ad nos missus, scilicet Christus incarnatus sex peccatorum genera à suis fidelibus eiecit, per illas sex gentes figurata. Quoniam Chananæus significat peccatum cupiditatis, & auaritiæ. Amorrhæus carnalitatis & luxuriæ. Ethæus torpositatis, & acediæ. Pherezæus temeritatis, & superbiæ. Euæus iniquitatis, & inuidiæ. Hiebusæus obscuritatis, & ignorantiæ.

Chananæus auaritia. Primò ergo Chananæus significat peccatum cupiditatis & auaritiæ, interpretatur enim Chananæus commotio. Et quid magis totum orbem commouet quàm auaritia, quæ commouet sæculares, & clericos, famulos, & dominos, fœminas, & masculos, dicente propheta. A maiore vsque ad minorem, quo ad laicos, à propheta vsque ad sacerdotem quo ad clericos, omnes auaritiæ studẽt. *Hiere. 6.* *2. Cor. 8.* Hunc autem Chananæum cupiditatis à nobis Christus eiecit suo exemplo, quia cum diues esset, pro nobis pauper fieri voluit, ut sua paupertate nos diuites faceret.

A Secũdò Amorrhæus significat peccatum luxuriæ, & est idem quod reus amor, & significat luxuriam, qua diabolus reo amore maximè adinuicem ligat gentes, vt eas facilius capere possit. *Amorrhæus luxuria.* Hũc Amorrhæum à nobis Christus suo eiecit exemplo, quando mundus de munda virgine voluit nasci, iuxta dictum Es. 4. Ecce virgo concipiet &c. Tertiò Ethæus significat acediam, interpretatur enim formidans. *Ethæus acedia.* Et quid magis facit hominẽ formidare, ne ad meritoria opera peragẽda surgat, quàm acedia? Hunc à nobis suo exemplo eiecit dominus dicens, *Ioan. 4.*

B Meus cibus est, ut faciam uoluntatem eius, qui misit me. Quartò Pherezæus significat superbiam, interpretatur. n. separatio, & maximè quia competit superbiæ, quæ dæmones separauit à Deo, atq; homines, & continuè separat illos. *Pherezæus superbia.* Hũc a nobis suo exemplo eiecit dicens. Discite à me, quia mitis sum, &c. *Matth. 11.* Quintò Euæus significat inuidiam, interpretatur enim pessimus, & inuidiæ virus peius est cæteris, quia intrinsecus in medullis radicem absconditam seruat. *Euæus inuidia.* Hunc à nobis Christus eiecit, charitatem docens nos mutuam habere dicens, Diligite inimicos vestros, &c. *Matth. 5.*

C Sextò Hiebusæus significat ignorantiam: interpretatur. n. conculcatio. *Hiebusæus ignorantia.* Et quid magis conculcat hominem, ne alijs præficiatur, quã ignorantia? Vnde dicitur à domino. Ose. 4. Quia tu scientiam repulisti, repellam te & ego ne sacerdotio fungaris mihi. Hũc à nobis Christus eiecit, dum spiritum sanctum misit, quo illuminantur fideles, dicens suis fidelibus. Ego dabo uobis os & sapientiam. &c. *Luca 21.* Quibus omnibus consideratis, ait Psalm. *Eiecit à facie eorum gentes.* Mysticè autem, quid sit terram in funiculo distributionis diuidere ostendit Ricardus, istum passum exponendo, *Ricardus.*

D dicens. *Eiecit à facie eorum*, &c. Prius, enim gentem, idest indisciplinatos mores oportet eijcere, ut consequenter animi motus ad ordinem redigere valeamus. Nihil enim aliud est terram in funiculo distributionis diuidere, quàm indisciplinatos &c. & quod cuiq; virtuti est proprium etiam mensuram attendere. *Funiculus significat mensuram.* Parcitas enim si se infra mensuram trahit, se præcipiat in auaritiam. *Virtus stat in medio.* Largitas etiam si se supra modum extendit,

dit, se effundit in prodigalitatem, & sic de singulis.

1338 *Et habitare fecit in tabernaculis eorũ tribus Israel.*

HIc consequenter ostẽdit quartum beneficium, scilicet quòd terram promissionis eis dedit possidendam. Litera est clara, quia villas, ciuitates, & castra per illas gentes in terra promissionis ædificata, in possessionem dedit filijs Israel, vt habitarent in illis. Quid autem sit tribus, & vnde dicatur, vide ver. 1181. Et adde quòd filij Israel tribus dicebantur, maximè quia à tribus patrib. à Deo singulariter dilectis & prę cęteris in scriptura nominatis traxerunt originem, scilicet, Abraham, Isaac, & Iacob. Mysticè autem per hoc significatur, ꝙ in tabernaculis ecclesiæ Christus ab eis expulsis vitijs per illas gentes significatis (vt in præcedẽti versic. dictum est) suos fideles habitare facit. Quare autem ecclesia dicatur tabernaculum, vide supra versic. 758. Sed quare hic dicitur tabernaculis in plurali, cum sit solum vna ecclesia, sicut & vna fides? Ratio est, quia hoc tabernaculum duas habet partes, G scilicet partem anteriorem, & militantem, & partem posteriorem, & triũphantem. Vnde hic ait Magister in glo. Mysticè autem *in tabernaculis eorum habitare facit tribus Israel*, idest, in cęlestem gloriam, vnde angeli deiecti sunt, per gratiam Christi subleuamur nos qui sumus tribus Israel, idest, videntium Deũ, vel in militanti ecclesia habitant illi, in quibus primò regnabant peccata, in quibus per baptismum expulsis, modò regnant virtutes.

1339 *Et tentauerunt, & exacerbauerunt Deũ excelsum, & testimonia eius non custodierunt.*

HIc consequenter post tot beneficia exhibita describitur ipsius populi prauitas. Et diuiditur in partes tres, secundum ꝙ tria mala fecerunt. s. primò Deum tentauerunt, secundò promissa nõ fecerunt, ibi. *Et auerterunt*, tertiò idola coluerunt, ibi. *In ira*. Quantum ad primum quid sit Deum tentare vide vers. E sic. 1298. Et quid sit exacerbare, vide ver sic. 1322. Ipsi autem postquam fuerunt in terra promissionis, Deũ multoties tẽtauerunt, vt patet per totum librum Iudicum, & sic consequenter Deũ exacerbabant, quia ipsum ad iram prouocabãt. Et sic testimonia eius non custodierũt. i. præcepta eius non adimpleuerunt. Hic notandum, ꝙ ad custodiã diuinorũ mandatorũ maximè nos inducere debet promissio Deo facta in nostra spirituali natiuitate, qñ. enim spiritualiter Deo per baptismum regeneramur, tunc Deo pro mittimus solemni voto renunciare diabolo, & eius uitijs, mundo, & eius põpis: quæ seruare debemus, quia tunc solũ fideles sumus, qñ. quod promittimus ore operibus adimplemus, vt ait Greg. Legimus enim de antiquis Romanis, qui tñ nondũ æterna præmia sperabant, ꝙ nulli promissam fidem frangebant, vt de Fabricio dicit Aug. qui nullis promissionibus à fide data poterat auerti, non tormentis, vt patet exemplo Marci Reguli: de quo dicit Aug. 1. de ciuit. Dei, ꝙ cum per Romanos missus fuisset contra Carthagienses ad bellum, & captus fuisset ab eis, illi vt rehaberent captiuos suos, quos Romani ceperant, voluerunt omnes captiuos Romanorum eis reddere, & cũ ipsis facere pacem. Ad quod pertractandũ miserunt Romam prædictũ Marcum Regulum captiuum, accepto ab eo prius iuramento, vt, si prædicta non impetraret, ipse ad captiuitatem reuerteretur, morti tradendus. Ille ergo ueniens Romam, narrauit Senatui proposita sibi. Romani aũt amore illius uolebant facere pacem. Ille aũt videns, ꝙ hæc pax nõ cedebat ad honorem Romanorum, quẽ ipse seruare iurauerat ante, hoc modis omnibus impediuit, & sic vt fidem pro- H missam seruaret, ad captiuitatem moriturus rediit, quẽ reuersum Carthaginenses crudeliter occiderũt. Si ergo Romani tanta diligentia fidem promissam custodiebant, qui tñ ex hoc præmia non sperabant æterna, sed solum Reipub. vtilitatem, quid nos Christiani amore Dei facere debemus, & spe regni cœlestis? ꝓ quod dicitur. Qui custodierit mandata mea vsq; in finem, dabo ei potestatẽ &c. Meritò ergo hic Iudæi reprehenduntur, quia testimonia Dei non custodierunt.

Custodire præcepta.

Augu. 1. de ciuit. Dei.

Fides data debet seruari.

Apoc. 2.

Et

1340 ***Et auerterunt se, & non seruauerunt pactū, quemadmodū patres eorum, conuersi sunt in arcum prauum.***

HIc consequenter ostēditur eorum prauitas in violatione promissorū. Vbi notādum, quòd post mortem Moysi filij Israel promiserunt obedientiam ipsi Iosue: dicētes ad Iosue. [*Iosue 1.*] Omnia quæ pręcepisti nobis, faciemus, & quocunq; miseris, ibimus, sicut obediuimus in cūctis Moysi, ita obediemus & tibi. Sed istud pactum statim post ingressum terrę promissionis irritum fecerunt, vt patet de Acham, & de pluribus alijs: nam Iosue præceperat eis, quòd totum argentum, aurum, & æs, quod reperiretur in captione ciuitatis Hierico, domino consecraretur, reliqua omnia igni comburerentur, vt patet Iosue 6. Sed statim capta ciuitate, præuaricati sunt mandatum Iosue, & non seruauerunt pactum promissum, propter quod dicitur, filij autem Israel præuaricati sunt mandatum, & vsurpauerunt de anathemate. Et hoc notans Psalmista dicit. *Et auerterunt se*, scilicet, scienter recedentes ab obedientia promissa. *Et non seruauerunt pactum*, scilicet quod fecerunt cum Iosue. Et comparantur patribus, qui promissam obedientiam Moysi in deserto multoties fregerunt. Et hoc est, quod subditur. *Quemadmodum patres eorum conuersi sunt in arcum prauum*. [*Arcus prauus.*] Arcus. n. prauus secundum glo. est qui facilè remittitur, & soliditate caret. Sic erant isti, qui facilè retroibant à promissis. Vel arcus prauus est, qui non eminus iaculatur, sed in se spicula conuertit. *Conuersi sunt ergo in arcum prauum*, quia credentes contra Iosue iacere, contra seipsos iacula ferebant, quia illa inobedientia contra eos est versa, propter illā. n. superati interfecti, & partim fugari fuerūt à viris ciuitatis Hai, vt habetur Iosue 7. Circa hoc notādum, q; arcus in scriptura quandoque peccatum significat, quia sicut inter cętera arma arcus improuisè incautos ad mortem vulnerat, sic & peccatum animas mortificat incautorum. [*Psal. 7.*] Vnde de peccatore dicitur. Arcum suum tetēdit, & parauit illum & in eo parauit vasa mortis. Sequitur. Ecce parturijt iniustitiam, &c. Maximè autem significat peccatū superbiæ, de quo

A dicitur. Dedit in forti arcūs eius. Sed tales aduertant, quòd multoties fortuna vertitur, & superborū arcus ab infirmis humilibus superatur, [*Arcus superbia.*] quia primo Reg. 2. dicitur, quòd Deus scientiarum dominus est, [*Gen. 49.*] ipsi præparātur cogitationes. Arcus fortium superatus est, & infirmi accincti sunt robore. Vnde arcus superbiæ est ille arcus prauus, qui tela in mittentem retorquet, de quo nunc ait Psal. *Conuersi sunt in arcum prauum*. Quod ad propositum deducit Grego. dicens. [*Gregor. 27. mor. c. 26.*] Viri namque arrogantes, & docti cum rectè nō viuūt, sed tamen recta dicere doctrinæ impulsibus, compelluntur, B ipsi damnationis suæ aliquo modo præcones sunt, quia dum ea, quæ agere respuunt, prædicantes insinuant se suis vocibus damnandos clamant. Contra benè per Psal. dicitur. *Conuersi sunt in arcum prauum*. Arcus quippe peruersus ipsum, à quo tenditur percutit. In dictis autem suis arrogantium linguæ arcui peruerso sunt similes, quia, dum contra elationem verba proferunt in sui actoribus sagittas figunt, de quibus in alio Psalm. dicitur. [*Psal. 36.*] Gladium euaginauerunt peccatores, intenderunt arcum suum, sequitur. Gladius eorum C intret in corda ipsorum, & arcus eorum confringetur.

In ira concitauerunt eum in collibus suis, & in sculptilibus suis ad æmulationem eum prouocauerunt. 1341

HIc tertiò ostendit ipsorum prauitatem, quia idola coluerunt. Vbi sciēdum, quòd antequam arca domini poneretur in Sylo postquam filij Israel introierunt terram promissionis, licitum erat Hebræis offerre oblationes, & sacrificia domino in diuersis locis secundum eo- D rum deuotionem alibi, quam esset arca domini, quia illis temporibus nondum erat aliquis certus locus pro ipsa arca deputatus. Sed postquā in Sylo fuit posita, & consequenter in domo Aminadab, deinde in domo Dauid, & inde consequenter in templo per Salomonem ædificato, non fuit licitum offerre vota, & oblationes illi populo, nisi ante arcam domini. Propter quod Daniel [*Daniel 3.*] in captiuitate positus cum Hebræorum populo dicebat. Non est in tempore

hoc holocaustum neque sacrificium, neque locus primitiarum coram te, &cæt. Sed cōtra hoc populus iste Hebræorum etiam post ædificationem templi per Salomonem, immolabant alibi, quam in templo sacrificia sua, quod illicitum erat nisi ex singulari dispensatione Dei: sicut legimus 3. Reg. 18. de Helia, qui obtulit sacrificiū Deo in monte Carmelo. Quinimò quod peius est, non solum sacrificia sua alibi offerebāt quàm ante arcam domini, sed etiam illa in mōtibus, & collibus idolis offerebant, sicut patet de
4. *Reg.* 16. Achan rege Iuda qui filium suum consecrauit idolis ipsum trāsferens per ignem secundum idola gentium, immolabat quoque victimas, & adolebat incensum in excelsis, & in collibus. Et consequen-
4. *Reg.* 17. ter in capitulo sequenti dicitur. Ambulauerunt filij Israel iuxta ritum gētium, & ædificauerunt sibi excelsa in cunctis vrbibus suis, feceruntque sibi statuas, & lucos in omni colle sublimi, & adolebāt incensum super aras more gentium, &c. Et sic non solum offendebant Deum ratione loci, sed etiam ratione idolorum, quæ colebant. Et hoc hic notans Psalm. dicit *in ira*, i. ad iram *concitauerunt eum*, scilicet Deum *in collibus suis*, & hoc quantum ad locum non debitum. Quantum verò ad idola per eos culta subdit. *Et in sculptilibus suis*, scilicet idolis manu ipsorum sculptis & factis, *ad æmulationem eum prouocauerunt*, i. ad vindictam. Aemulatio enim multa significat, vide supra versic. 566. Hic autem æmulatio stat pro indignatione secundum glo. Mysticè autem in sculptilibus suis Deum ad æmulationem, idest indignationem prouocat qui suo malo exemplo alteri exemplum præstat peccandi.

Sculptile quasi factũ.

1342 *Audiuit dominus, & spreuit, & ad nihilum redegit valde Israel.*

HIc ponitur prædicti populi prauitatis punitio. Et diuiditur in partes duas, quia primò ponitur ipsorum prauitatis punitio, secundò diuinæ bonitatis consolatio, ibi. *Et excitatus est.* Prima diuiditur in partes quinque, secundum quod quinque pœnas hic assignat: prima est diuini auxilij subtractio: secunda arcæ testamenti captiuatio ibi. *Et repulit*,

E tertia populi Dei subiugatio, ibi. *Et tradidit*, quarta multitudinis trucidatio, ibi. *Et conclusit*, quinta est virginum violatio, ibi. *Iuuenes*. Sexta sacerdotum interfectio, ibi. *Sacerdotes*. Prima ergo pœna illis illata fuit subtractio diuini auxilij. Quantum ad primum sciēdum, quod quamuis Deus omnia semper videat, & audiat, tamen quo ad nos tunc videre dicitur mala nostra, quando ipsa punit, & non videre, quando ipsa ad tempus impunita dimittit. Similiter audire mala nostra quando per effectum ipsa punit, & non audire quando non punit. Sic e-
F nim Deum audire vota nostra, est effectui mancipare, quod quærimus, & non audire, idest, non exaudire. Sic & in proposito audire Deum peccata nostra est illa percipiendo punire. Sic ergo hic ait Psal. *Audiuit Deus*, i. secundum glos. aduertit peccata illorum, & vindicauit. Et quæ fuit prima punitio, quia *eos spreuit*, i. auxilio suo eos priuauit, quo deserente, nihil sunt, qui per eum totum fuerunt. Deseruit ergo Deus, & spreuit populum suum ad tempus, vt ex hoc cognoscerēt se sine Deo nihil posse. Vnde Gregor. 23. moral. c. 28. ait. Protectio diuina
G minus necessaria creditur, si semper habeatur. Sed plerunque vtiliter subtrahitur, vt sibimet ipsi homo ꝙ nihil sit sine illa ostendatur. Et idcirco, subtracto diuino auxilio, quia per se nihil poterant statim subditur. *Et ad nihilum redegit valde Israel*, quia post mortē Iosue propter eorum peccata duræ seruituti multoties fuerunt traditi, vt patet ex discursu libri Iudicum, & primi lib. Regum. Sed mysticè quandocunque Deus propter peccatū spernit hominem, homo efficitur nihil, eo modo quo expositum est, vers. 908.

Auxilium suũ subtrahit Deus & aliter ad tẽpus.

H *Et repulit tabernaculum Sylo, tabernaculum suum, vbi habitauit in hominibus.* 1343

POnitur hic secunda pœna, quæ fuit arcæ testamenti captiuatio: historia habetur 1. Reg. 4. Nam cum Philistæi venissent in prælium contra filios Israel, & inito certamine, terga vertisset Israel, cō filio maiorum diffinitū fuit, vt arca Dei portaretur de Sylo in castra. Quæ cum deducta esset in medio castrorum, iterum

rum inito certamine, superatus fuit Israel, & ceciderunt de populo Dei viginti tria millia peditum, & arca Dei capta fuit, & ducta ad terram Philistinorum. Et consequenter tabernaculum, in quo manebat arca in Sylo, fuit dissipatum. Et hæc commemorans Psalmista dicit. *Et repulit tabernaculum Sylo*, quia scilicet capta arca tabernaculum illud dissipatũ fuit. Sed causam tantæ aduersitatis, vt arca caperetur, tabernaculum dissiparetur & tot millia hominum cæderẽtur adiungit, dicens, *Tabernaculum suum vbi habitauit in hominibus*, quasi si quis quærat cur repulit sic tabernaculum suum? eleganter secundum glos. causam exponit, dicens. *Vbi habitauit in hominibus*. Cum ergo non essent digni in quibus habitaret, meritò repulit illud, quod non propter se, sed propter illos instituerat. Repellit enim nos Deus propter peccata, vt supra versic. 1212. Notandum autem quòd tota ista repulsio ortum habuit à peccatis sacerdotum filiorum Heli, vt habetur 1. Reg. 2. ad denotandum, quòd peccata maximè clericorum iram Dei prouocant in populum. Hos autem, scilicet sacerdotes, & prælatos repellit Deus maximè propter tria. Primò propter ignorantiam. Oseæ 4. Quia tu repulisti scientiam, repellam te & ego, ne sacerdotio fungaris mihi. Secundò propter malitiam. Thren. 2. Repulit dominus altare suum, maledixit sanctificationi suæ. Tertiò propter auaritiam, vt hic, *Repulit tabernaculum Sylo*, &c. Sylo enim interpretatur auulsio, & significat auaritiã, quæ omnia repellit & euellit.

Repellit Deus prælatos propter tria.

1344 *Et tradidit in captiuitatem virtutem eorum, & pulchritudinem eorum in manus inimici.*

HIc ponitur tertia pœna, quæ fuit populi captiuatio. Nã vt habetur 1. Reg. 4. in illo certamine in quo arca Dei fuit capta, cæsus fuit Israel, & fugit vnusquisque, vnde per virtutem eorum intelligit iuuenes robustos, & fortes, quos occiderunt & fugauerunt, qui pulchri erãt & speciosi corpore, quos Deus tradidit in manibus inimici. s. populi Philistinorum. Non solum autẽ Iudæi captiuati fuerunt, sed Iudeę amplius. Vbi nota, ꝙ multiplex est captiuitas. s. captiuitas culpæ, & captiuitas pœnæ. Primò est captiuitas culpæ. Cum. n. dicatur captiuitas à capio, pis; vnde & captiuus dicitur quasi captus, & peccata peccatorem capiant, meritò ipsa captiuitatis noĩe designãtur. Prou. 5. Iniquitates suæ capiunt impiũ. Est & alia captiuitas peccati. s. lex membrorum, siue fomes, quæ captiuitas dr̃, quia nos ad captiuitatem inclinat peccati. De qua Rom. 7. Video aliam legem in membris meis repugnãtem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati. Fomes. n. peccati, qui in mẽbris nostris regnat, vt puta in oculo ad concupiscẽdum, in manu ad operandũ, in lingua ad loquendum, in lumbis ad luxuriandũ, quæ nõ licent, talis inquam fomes repugnat menti & rationi, & dr̃ lex, quia legitimè factum est, vt qui non obediuit suo superiori, ei nõ seruiat suũ inferius. s. caro. Vnde ibidem ait glo. Supra te est dñs Deus tuus, infra te est caro tua. Serui ergo meliori, vt tibi seruiat inferior. Et qa tu contempsisti superiorem in primo parente, nunc torqueris ab inferiori. s. à carne, quæ fomitem habet peccati captiuãtem te, & captiuum ducẽtem, i. inclinantem in legem peccati. Istã captiuitatem tam culpæ quàm fomitis à nobis iuxta posse debemus excludere. Esa. 52. Solue vincula colli tui, captiua filia Sion. Secũda est captiuitas pęnę, & hęc duplex. s. tẽporalis & æternalis. Temporaliter captiuati sunt hodie Iudæi, vt Christus prædixit de ipsis. Cadent in ore gladij, & captiui ducentur in omnes gẽtes. Quæ verba exponens Eusebius, ait. Aduenientibus Romanis & capiẽtibus vrbẽ, multæ quaternę Iudaici populi in ore gladij perierunt, sed & plures necati sunt fame. Hæc autẽ accidebant primò quidẽ sub Tito & Vespasiano post hos tẽpore Adriani principis Romanorum, qñ sic Iudæi sunt captiuati, ꝙ natale solum eis factũ est inaccessibile. Propter quod Christus dixit, Et captiui ducentur in oẽs gẽtes. Totum orbem impleuerunt Iudæi, & vsque ad fines orbis peruenerunt. Et cum eorum terra ab alienigenis habitetur, solis Iudæis facta est inaccessibilis. Ezec. 25. Filij Iuda ducti sunt in captiuitatẽ. Est & alia captiuitas pęnæ æternalis, in qua dãnati in pœnis infernalibus à diabolo captiuã

Captiuitas.

Glossa.

Luc. 21.

Eusebius.

teneantur. Apoc.13. Qui habet aures audiendi audiat. Qui in captiuitaté duxerit in captiuitaté vadet. Quia dum quis peccando aiam suam in captiuitaté peccati ducit, talis in captiuitatem finaliter ducitur damnationis ęternæ, vt gl. exponit ibidem. Modo ad propositũ Iudæos oĩbus modis prædictis Deus duxit in captiuitatem, vel permisit, s. culpæ propter eorum infidelitatem, temporis pœnæ, propter eorũ dispersioné, & dãnationis æternæ propter eorum obstinationem. Propter quod de ipsis nunc ait Ps. *Et tradidit in captiuitatem virtutem eorum*, &c.

1345 *Et conclusit in gladio populum suum, & hæreditatem suam spreuit.*

Ponitur hic multitudinis populi trucidatio quæ. s. fuit in illo bello Philistinorum supradicto, qñ arca Dei fuit capta. Tunc. n. de populo Israel gladio Philistinorum ceciderunt illa die 30. millia peditum, vt habetur 1. Reg. 4. Et sic spreuit hæreditaté, quia tradidit populũ suũ captiuũ sub manu inimicorũ eius. s. Philistinorum cũ magno opprobrio, intãtum q Philistiim ordinauerunt q in tota terra Israel nõ inueniretur faber ferrarius: qñ, vt habetur 1. Reg. 13. Porrò faber ferrarius non inueniebatur in tota terra Israel. Cauerũt. n. Philistiim, ne fortè facerent Hebræi gladium aut lanceã. Descédebat ergo omnis Israel ad Philistiim, vt acueret vnusquisque vomeré suũ, ligoné & securim. Ex quo apparet ad quantum opprobrium hæreditas Dei peruenerat. Quod attendens Psal. ait, *Et hæreditatem suam spreuit*. Mysticè autem dñs concludit in gladio populum suum, qñ aliquem tentationibus diaboli permittit superari. Gladius namq; significat malã persuasionem, vt dicit Greg. li. 6. mor. c. 16. Sed nota, q ista talis conclusio in gladio non fit etiam sine propria voluntate cõclusi. Quamuis. n. diabolus aduersus nos diuersa cogitet, & quãdoque illa exterius educat, sed sine nostra voluntate concludere nos non valet, vnde ostendit Greg. super illo verbo Iob 20. Gladius eductus, & egrediens de vagina sua, &c. dicés. Diabolus bonis insidiatur, sed dum praua in cogitationibus machinaẽ, quasi adhuc gladius in vagina est, dum verò

Gladius significat tẽtationem.

Gregor. 15. mor. c. 13.

E malum quod cogitat iniquè perficit, iste de vagina sua gladius egreditur, quia de occultatione cogitationis suæ per iniquitatem malæ operationis aperitur, ostenditur in opere qualis latuit in cogitatione. Et notandum q ait. Eductus gladius, & egrediens de vagina sua, eductus per seductorem, egrediens verò per propriã voluntatem. Nam his qui ducitur ducentem proculdubio sequitur, qui auté egreditur secundum suam pergere voluntaté vł. Quia ergo ad mala quæque opera & ab iniquo hoste trahimur, & tamen sub libero arbitrio in eorũ desiderijs obligamur, de vagina sua gladius egrediens, &

Educere. *Egredi.*

F eductus dr qñdo hoc quod ex praua cogitatione exijt ad pessimam operationé, & illius est spiritus qui & eius nequitiæ qui ex propria voluntate consensit. Vnde de isto gladio tentationis diabolicæ dicitur Psalm. 36. Gladium euaginauerunt peccatores, vt decipiãt pauperem & inopem, vt trucident rectos corde.

Iuuenes eorum comedit ignis, & virgines eorum non sunt lamentatæ. 1346

Hic ostenditur virginum violatio. Hoc. n. exponitur de igne luxuriæ: G quia Philistæi habita tãta victoria de populo Iudæorum, & inuaserunt ciuitates Iudæorũ & ex eis captiuas duxerũt iuuenes & virgines ipsarum, eis abutentes vt in talibus cædibus mali facere cõsueuerunt, vel secundum alios Philistæi combusserunt igne ciuitaté Iudęorũ, & ex cõsequẽti multi iuuenes & virgines cõbusti fuerunt, nec fuerunt lamẽtatæ, quia non vacabat Iudæis sepelire corpora suorum hostili metu fugientes, & sic corpora dimittebãt insepulta & inlamentata. Mysticè autem per iuuenes possunt intelligi H tã boni quã mali, quia multas habẽt conditiones (secundum philosophum) tã bonas quã malas. Nam de malis cõditionibus iuuenum ibidẽ ostẽdit philosophus. Primò q sunt passionum insecutiui. Secundò sunt de facili vertibiles. Tertiò sunt nimis creditiui. Quartò sunt contumeliosi. Quintò sunt mẽdaces. Sextò in suis actionibus nõ habent modũ, sed omnia faciũt valde. Quorũ omnium ratio est. Primò sunt passionum insecutiui, & maximè de passionibus venereorum. Sunt

Iuuenes significãt peccatores.

Aristot. 2. Rhet.

Iuuenũ conditiones malæ.

Sunt enim incontinentes, & huius duplex est ratio assignata. Prima quia sunt calidæ naturæ, & corpore calefacto fit vehementior appetitus. Secunda ratio quia in actionibus nostris sequimur aut rationem aut passionem. Et quia quanto minus viget ratio in nobis, tāto amplius passio fortificatur, ideo quia iuuenes sunt inexperti, & per consequens non vigent intellectu & prudentia magis passionibus reguntur quàm ratione. Secundò sunt de facili vertibiles. Nam anima inclinatur ad sequendas passiones corporis. Cum ergo in corporibus iuuenum humores sint in magno motu, sic & ipsi habent concupiscentias, & voluntates valdè vertibiles. Vnde dicit Aristoteles 2. Rhetor. quòd iuuenes acutè concupiscunt, sed citò satiantur, nec vehementer volunt, sed de tali concupiscentia permutantur. Tertiò sunt nimis creditiui, cuius ratio est duplex. Prima quia non sunt maligni moris, ideo non putāt alios esse malos, sed sua innocentia alios mensurant, ideo alijs faciliter credunt, quia alios faciliter credunt esse bonos. Secundò hoc cōtingit, quia sunt inexperti, ideo ad pauca respicientes facilè iudicant. Cum ergo iuuenes sint inexperti cum eis proponitur aliquod negotium, non valentes ad multa respicere, statim de illo negotio iudicant & credunt sic esse vt proponitur eis. Quartò sunt contumeliosi: quia maximè appetunt excellere: ideo cum non habent quod appetunt, statim ad contumelias prosiliunt. Quintò sunt mēdaces, & quodammodò quasi pertinaciter omnia asserunt. Nam quia sunt inexperti ignorant seipsos, & omnia scire putant, ideo de omnibus respōdent & volunt videri, omnia scire, & omnia affirmant, vt omnia scire videantur. Sextò in suis actionibus non habēt modum, sed omnia faciunt valde, & odiunt valde. Hoc autem ideo contingit, quia sunt acutæ iræ, & habent acutas concupiscentias. Nam iræ concupiscentiæ semper acutæ sunt, nisi per rationem moderentur. Et ideo propter omnia prædicta iuuenes significant peccatores, quos finaliter ignis infernalis deuorat, sicut hic dicitur. *Iuuenes eorum comedit ignis*, quod ne contingat ipsi. iuuenes sunt sub arcta regula corrigēdi. Et hoc maximè quan-

tū ad quatuor: quia primò moribus sunt instruendi. Secundò arctius sunt castigādi. Tertiò parcius sunt sustētandi Quartò mitius sunt iudicandi. Quantum ad primum nota, quòd antiqui Gentiles iuuenes suos tripliciter informare voluerunt, scilicet scripturis librorum, picturis gestorum, figuris signorum. Primum patet: quia gentilium principes explorauerunt, qui meliores Philosophi essent, & sibi pueros suos informandos tam litteris, quàm moribus tradebant. Vnde Alexander Aristotelem habuit Magistrum, & Traianus Plutarchum. Secundum patet quoniam Romani nobiles sic per singulos ordinabant pueros suos nobiles, vt scilicet summo mane aspicerent arcus triumphales, in quibus victores sui pingebantur, vt sic iuuenes illis visis accenderentur ad virtutem per imaginationē gestorum. Deinde ibant ad templum Apollinis, qui erat Deus sapientiæ, deinde iudices ad forum, & Senatores ad Capitolium ascendebant, & sic tempus suum vsque ad horam prandij expendebant, & ne iuuenes à bonis occupationibus impedirentur tempus suum exponebant. Tertium patet, vnde narrat Macrobius, quòd apud Romanos pueri nobilisi vocabantur prætextati. Habebant enim coram pectore suo bullam aureā habentem figuram cordis humani. Bulla autem erat figuræ semirotundæ, & vestem prætextam de purpura. Portabant ergo cordis imaginem ante pectus, ne vecordes in suis actionibus essent. Purpura erant induti, quæ est coloris sanguinei, vt ad sanguinem si opus esset pro republica spargendum animarentur. Istis ergo moribus iuuenes sunt informandi, vt vitia vincere possint 1. Ioan. 2. Scribo vobis iuuenes, quia fortes estis, & vicistis malignum. Secundò principaliter sunt arctius castigandi, quia vt dicitur Prouerbio. decimotertio. Qui parcit virgæ odit filium. Tertiò sunt parcius sustentandi, vt scilicet in iuuenili ætate assuescant sobrietati. Ad Titum 2. Iuuenes similiter hortare vt sint sobrij. Quartò sunt mitius iudicandi, ne asperitate correctionis desperent. Propter quod dicitur Psal. vigesimoquarto. Delicta iuuentutis meæ, ne memineris.

Prou. 13.

1347 *Sacerdotes eorum in gladio ceciderunt, & viduæ eorum non plorabantur.*

HIc ponitur sacerdotum trucidatio. Nam vt habetur 1. Reg. 4. Heli qui erat summus sacerdos duos filios sacerdotes habebat, scilicet, Ophin, & Phinees. Isti autem bello intererant nõ causa pugnandi, sed custodiendi arcam testamenti, quam ibidem portauerant ad castra. Inito ergo certamine, & superato populo Dei arca fuit capta, & illi duo sacerdotes interfecti. Nã nuncius qui primo venit in Sylo nuncians finem belli dixit ipsi Heli. Fugit Israel coram Philistiim, & ruina magna facta est in populo insuper, & duo filij tui mortui sunt, Ophin, & Phinees, & arca Dei capta est. Cumq; ille nominasset arcam Dei, Heli hoc audiẽs cecidit de sella retrorsum, & fractis ceruicibus mortuus est. Nurus autem eius vxor Phinees prægnans erat vicinaq; partui, & audito nuncio ꝙ capta esset arca Dei, & quod mortuus esset socer eius, & vir suus, peperit, & in ipso partu mortua est, quæ iam viduata erat, & sic credendum est de multis viduis audita morte uirorum suorum. Ista ergo omnia recitans Psal. ait. *Sacerdotes eorũ in gladio ceciderũt*, scilicet, Ophin, & Phinees, & de viduis mortuis subdit. *Et viduæ eorum non plorabantur*, eadem ratione, sicut supradictum est, & nitgioes eorum non sunt lamentatæ. Nota ergo ꝙ inter omnes interfectos in illo prælio solum de duobus istis sacerdotibus fit specialis mentio, quia ipsi propter ipsorum peccata causa fuerunt totius istius discriminis, & ꝙ Deus sic populum despiceret, vt habetur 1. Regum 2. Pater eorum, scilicet Heli, audiuit mala, quæ ipsi faciebant, & non correxit eos, & maximè, quia dormiebãt cum mulieribus ad ostium tabernaculi. Vnde ipsi Heli dicit Dominus. Quia honorasti filios plus quàm me, præscindam brachium tuum, vt non sit senex in domo tua. Ex quo apparet ꝙ multotiens peccata clericorum sunt causa ruinæ populorum & econtra rio. Quod ne contingat ipsi clerici bonis moribus debent ornari. Nam vt dicit Polycrates, B. Hieronymus tres clericos semel à mensa sua expulit, quia in-

1. Reg. 2.
Peccata clericorum.
Polycrates. Hierony.

E cõpositos eos moribus vidit, dicens, ꝙ sicut indecens est regẽ turpibus moribus esse subditum, sic indecens est clericum qui coronã quæ est signũ regale, portat in capite aliqua indecẽtia maculari. Ideo dr̃. Sacerdotes tui induantur iustitia, per quam, scilicet, omnis uirtus intelligitur. *Psal. 131.*

Et excitatus est tanquã dormiens dñs, tanquam potens crapulatus à uino. 1348

HIc cõsequenter ponitur diuinæ bonitatis consolatio. Et primò ponitur diuina miseratio. Secundò Philistinorum percussio, ibi. *Et percussit.* Quantum ad primum notandum, quod quamuis Deus multotiens populi sui peccata puniat per malos, sicut idololatriam populi sui puniuit per Babylonios, tamen illi aliorum peccata mali punientes ex hoc non merentur, quia hoc non faciũt amore iustitiæ, sed magis ipsi à Deo puniri merentur. Sic accidit de Philistæis, per quos Deus puniuit peccata populi sui, quia ampliori punitione ipsi punitores digni fuerunt, ideo quia odio & non zelo iustitiæ hoc fecerunt, iram Dei cõtra se fortius prouocauerunt. Et hoc est ꝙ Psalm. hic dicit. *Et excitatus est tanquam dormiens dominus*, &c. scilicet contra ipsos Philistæos. Hic enim Psalm. de Deo sicut de hominibus loquitur, ei mores hominum attribuens per similitudinẽ. Videtur enim infidelibus, quod Deus dormiat, quando suis fidelibus periclitãtibus non subuenit. Visus ergo est Philistæis Deus Israel dormire, quando populum suum sic dedit in manus eorum. Vnde & tales populo Dei insultabant, dicentes. Vbi est Deus uester? Eodem modo videtur impijs ꝙ Deus dormiat, quando non tam citò subuenit suis. Et re vera sic putantibus Deus dormit, & est tanquam ebrius alienus, sed talibus postea excitatur, tanquam dormiens, & per somnium confortatus, & tanquã crapulatus à vino. Secundum enim naturales homines post ebrietatem surgentes à somno ad iracundiam sunt faciles, & ad actus fortitudinis exercendos magis potentes. Hæc ergo omnia ad similitudinem hominum dicuntur de Deo, quia ipsorum peccata, scilicet, Philistinorum valenter puniuit, non solum in ipsos,

4. Reg. vlt.

(Margin letters F, G, H mark sections in the right column.)

ipsos, sed etiam in idolo suo suam ostendendo virtutem, vt statim dicetur. Notandum ergo quod, hæc dictio tanquã, vel sicut notat aliquam similitudinem in illis, in quibus ponitur, quæ stat pro maiori dissimilitudine, sicut cum dicitur. Estote perfecti, sicut & pater vester cœlestis perfectus est. Nulli tamen dubium, quòd maior dissimilitudo est inter Deum, & nos, quam sit similitudo. Cum dicitur, quod Deus est excitatus tanquam dormiens, vel tanquam crapulatus, significatur aliqua similitudo, non tamen rei veritas dicitur quod Deus excitatus est tãquam dormiens, & ebrius, non quod fuerit dormiens, nec in veritate ebrius. Ipsa crapula, vel ebrietas enormia mala continent, quę nulli homini virtuosè cõpetere possunt, ergo multo fortius nec Deo. Vnde Petr. Ra. super illo verbo. Matth. 24. Si cœperit seruus ille percutere: edere, bibere, & inebriari, dicit. Propriè dixit edere, bibere & inebriari, quoniam ebrietas cædis est mater, parens litium, petulantiæ magistra, hanc qui habet, se non habet, hanc qui habet, homo nõ est, hanc qui habet, peccatum non solum habet, sed est ipsum peccatum. Ebrietas ergo est dæmon blandus, venenum dulce, volũtaria rabies, illecebra honestatis, & pudoris inimica. Certum est autẽ quod ista duo cõpetere non videntur: ergo nec ebrietas vel crapula. Nota quod hic crapula est multum vitanda. Primò, quia nocet mẽti, quia per ipsam obturatur. Luc. 21. Attendite ne obruruentur corda vestra in crapula. Secundò nocet corpori, quia per ipsam interimitur. Eccl. 37. Propter crapulam multi perierunt. Tertiò nocet possessioni, quia per ipsam dirimitur Zach. 12. Ponam Ierusalem super luminare crapulæ omnibus populis in circuitu.

Sicut tanquam similitudo. *Matth. 5.* *Crapula.* *Ebrietas.* *Ebrietas quid est.*

1349 *Et percussit inimicos suos in posteriora, opprobrium sempiternum dedit illis.*

Ponitur hic Philistinorum percussio. Historia habetur 1. Reg. 5. Nam Philistiim, capta arca domini tulerunt eam in Azotum, & posuerunt eam in templo Dagon iuxta illud idolum. Cumque mane surrexissent, ecce Dagon iacebat pronus in terra ante arcam domini, abscisis manibus, & capite. Aggrauata est ergo manus domini super Philistæos habitantes Azotũ, & fines eius, & percussit eos in posterioribus, computrescebãt enim prominẽtes extales eorum. Extalis. n. est breuis via purgandi vẽtrem. Nã propter violentiam dysenteriæ per illam viã habebant putrefacta intestina. Vnde & mures ebulientes de agris illa comedebant. Quod videntes Azotij, aggregatis satrapis Philistinorum, & inito consilio, quia nec volebant arcam Dei apud se habere, propter plagam, nec ipsam remittere ad populum Israel, deliberauerũt ipsam de ciuitate in ciuitatem mittere Philistinorum, quousque esset in loco, vbi talis plaga non eueniret, & in omni ciuitate ad quam mittebant arcam domini, similis plaga fiebat & moriebantur multi. Vnde ad placandum sibi dominum Deũ Israel, habito consilio, fecerunt quinque anos aureos, & quinq; mures aureos, secundum quod erant quinque prouinciæ Philistinorum, quæ à præsentia arcę Dei in illa parte posteriori fuerunt percussæ & à muribus corrosæ, & cum istis miserunt arcam domini ad propria. Istã ergo percussionẽ Philistinorum in breui notans Psal. d. *Et percussit inimicos suos in posteriora.* Et quia ista plaga facta fuit in turpissima parte hominis, s. in posterioribus, ideo opprobriosissima fuit. Et hoc est quod ait. *Opprobrium sempiternum dedit illis,* quia istud ipsorum opprobriũ redactum est in scriptura ad ipsorum verecundiam, quæ scriptura in æternum durabit. Est autem notandum, quod ista diuina percussio ex iustitia fuit, & laudabilis. Vbi sciendum, q percussio est triplex. Quædam ex charitate, quædam ex malignitate, & quædã ex iustitia, & æquitate. Prima est percussio quædã ex amore, & charitate. Sic. n. parentes & prælati percutiunt quos castigare volunt, vt ipsos instruant, sic & Magister discipulum. Sicut Seneca libro de prouidentia dicit de Lacedęmonijs, quod indolẽ, vel mores filiorum experiuntur verberibus, & adhortantur illos, vt ictus flagellorum fortiter perferãt. Et Tullius lib. 2. de Tusculanis quæstionibus, dicit, q Spartę ad experientias exercendas in militia & ludis vsque ad effusionem multam sanguinis pueros prouocabant. Sic & parentes

Extalis. *Percussio triplex.* *Seneca.* *Tullius.* *Parentes.*

& magistri multum insudare debent ad correctionem filiorum ac discipulorum. Prou.23. Noli subtrahere à puero disciplinam, si virga percuris eum, non morietur. *Correctio.* Vnde negligétes hoc facere multum sunt reprehendendi, sicut ponit exemplum Greg.4. dialogorũ de puero quinque annorum, qui consueuerat blasphemare Deũ, propter quod percussus fuit à Deo in sinu patris, & mortuus, quia pater eum non corrigebat. *Boetius.* Etiam narrat Boetius de disciplina scholarium de filio Lucretij sanguineo discipulo Zenonis, eo q̀ fuerat absque disciplina nutritus, & pessimè viuens, & propter hoc ad supplicium pluries ductus, & à patre pluries redemptus cum lachrymis supplicabat, vt patrem posset osculari. Et cum pater accessit, nasum patri morsu acutissimo secauit, dicens quod supplicium pateretur, quia pater eum in iuuentute nõ correxerat. Ideo dicitur Prou. 23. Tu virga percutis eum & animam eius ab inferno liberasti. Secundò est quædam percussio ex iniquitate, quod est maximum vitiũ, & præcipuè in prælatis, & principibus. Contra quos scribitur Esa.58. Percutitis pugno impiè, & debitores vestros repetitis. Vnde & clerici percussores, s. ex malitia ab officijs suis debent deponi, hoc quod nunquam docuit facere Christus, dist.45. episcopum. Sed ecõtra docuit dominus, qui cum malediceretur non maledicebat, cum percuteretur, non cõminabatur, vt dr̃ 1.Petr.2. *Ira.* Isti autem ira se deberent habere in sua iracundia sicut Archita philosophus, de quo dr̃ in nugis philosophorum quod cum videret omnia sua esse perdita ex negligentia villici sui, intuens in illum malè meritũ inquit. Sumpsissem supplicium de te, nisi essem tibi iratus. Maluit ipsum impunitum dimittere, quàm propter irã iusto grauius percutere. *Seneca.* Simile narrat Seneca libro de ira. de Platone, qui cum seruo suo iratus fuisset, iussit eum expoliari, vt verberaretur, prout tunc moris erat, sed postquã sensit se iratum, manum cum virgis eleuatã tenebat. Et cum ab amico suo, qui superuenerat interrogaretur, vt quid sic faceret. Respondit, tu seruum istum verberibus obiurga, nã & ego irascor, propter quod non cædo. Vnde concludit ibi Seneca. Nihil tibi liceat, dum irasceris.

E Et hoc ideo, quia tunc vis omnia tibi licere, pugna tecum ipse si iram vincere nõ potes, illa incipit iam vincere te. Tertiò est quædam percussio ex iustitia, & æquitate, sicut iudices seculares malos percutiunt. Vnde Mich.6. Ego incœpi percutere te super peccatis tuis. Et qui propter iustitiã sine commotione animi sic percutiunt malos, sunt in hoc innocẽtes. Vnde Seneca li.1. de ira. *Seneca.* Et si peruersa induenda magistratui vestis, & conuocanda classica concio est, procedã in tribunal, non furens, non infestus, sed vultu legis, sed illa solennia verba leui magis F grauiq́; quàm rabida voce proferam, & agi iubebo nõ iratus, sed seuerus, & quũ ceruicem noxio imperabo præscindi sine ira eodẽ uultu eodemq́; animo ero, quo serpẽtes & animalia uenenosa percutio. Vult dicere, Si iustè percutit aliquẽ, sententiando, cõtra ipsum, hoc non facit ex ira, sed ex iustitia. Et Greg.25. mor. & recitatur in can. d.45. disciplina, dicit, quod misericordia & disciplina multũ destituitur, si vna sine altera teneatur. Ad hoc enim prælatus portat baculum, vt feriat delinquentes, & iudex gladium non sine causa portat (ut dicit Apostolus) vt feriat *Rom.13.* G malefactores, vt iustitia exigente, ille ex cẽsura ecclesiastica feriat, alter percutiendo à populo malitiã extirpet. Sic *Matth.21.* & saluator flagello de funiculis facto, vẽdentes & ementes percutiendo de tẽplo eiecit. Isto ergo modo percutiendo seruatur iustitia, sicut li.4. de nugis philosophorum narratur de Plutarcho, qui fuit assessor, & consultor Traiani Imperatoris, qui cum pp̃ sua demerita præcepisset seruum uerberari (ut mos erat Romanorum uirgis percutere delinquẽtẽ) seruus verbis iniuriosis insultauit in eum, dicẽs, quod non decebat philosophum irasci, & H quod ipse faciebat contra doctrinã suã: maximè quia ipse conscripserat vnum librum de clementia ad Traianũ. Cui Plutarchus. Vnde, inquit, tibi ex hoc irasci videor? Estne ira mea si à me debitum recipis? nulla signa iræ in me vides? Conuersusq́; ad illum qui uerberabat, ait. Dum ergo hic, & ego disputamus, age quod agis, & sine iracundia retunde seruilẽ cõtumaciã & iniquũ pœnitere doce magis, quàm obiurgare. Ex quibus cõcluditur, quod sanctum est delinquẽtem ex iusti-

tis percutere, quia hoc cedit ad reipubli- A cæ bonum. Propter quod Iob 5. dicitur. Increpationẽ domini ne reprobes, quia ipse vulnerat & medetur, percutiet manus eius, & sanabit. Ad propositum ergo isto genere percussionis Deus percussit inimicos suos in posteriora.

1350 *Et repulit tabernaculum Ioseph, & tribum Ephrem non elegit.*

Haec est tertia pars principalis ps. in qua ponitur intenta conclusio in toto Psa. quæ est quòd dignitas regia in populo Israel diuina ordinatione nõ B spectabat ad tribum Ioseph, nec ad descendentes ex ea, sed ad tribum Iuda, & ad descendentes ex ea. Et primò ponitur reprobatio trib. Ioseph. Secũdo electio tribus Iudæ, ibi. *Sed elegit.* Quantũ ad primum sciendum q̃ tribus Ephraim descendens ex Ioseph totis viribus aspirabat ad regnum, ut deductum fuit in principio huius ps. versic. 1289. Vnde & procuratione illorũ de tribu Ephraim, quando accepit possessionem terræ promissionis, arca testamenti, ad quam omnes recurrebãt fuit posita in parte, quam accepit in sortem trib. Ephraim, s. in Silo, ut habetur Iosue 18. Vnde dicit quòd C Deus ad demonstrandum, q̃ illã tribum ad regiam dignitatem non elegerat, permisit q̃ area Dei inde, s. de Silo portaretur ad bellũ, & ibidem à Philistiim caperetur, ne i tribu illa maneret, vt ibi principatus nõ uideretur esse. Et si dicas, nõne Ieroboã, qui fuit de tribu Ephraim, regnauit cum suis posteris super decem tribus? vt habetur. 3. Reg. 11. Dico q̃ ille regnauit non ex diuina electione, sed magis tyrannicè, & vsurpatiuè sicut antè fecerat Saul, q. erat de tribu Beniamin, Hoc est qđ ostẽdẽs ps. ait. *Et repulit taber* D *naculum Ioseph.* i. ciuitatem Silo, in qua posita fuit arca in tabernaculo, quæ ciuitas erat in tribu Ioseph. *Et tribum Ephrem*, i. Ephraim non elegit, qui scilicet Ephraim fuerat filius Ioseph, quam, s. tribum non elegit dominus ad dignitatem regiam. Et quantum ad hoc notandum, 3. Reg. 12. quòd ratio, quare Deus non elegit tribũ *Electio multa debet,* Ephraim ad regiam dignitatem, fuit ipsius tribus præsumptio, & superbia, quia à Deo non uocati dominari uolebant in populo, ut patuit in principio ps. & in ipso Ieroboam, qui tyrannicè magnã partem regni vsurpauit. Et ideo notandum q̃ in electione regum, vel prælatorũ quatuor maximè considerari debent, secundum quatuor rerum causas. Primò quantum ad causam efficiẽtem, vt. s. vbi sit Dei auctoritas, vt. s. electio fiat, vel à Deo immediatè, vel ab ipsius motione vt Deo dicant concorditer eligentes illud Act. 1. Domine, qui nostri corda omnium, ostende quem elegeris, &c. Secundò quãtum ad causam finalem ut sit reipublicæ vtilitas, exemplo Christi dicentis. Ego elegi vos, vt eatis, & fructum afferatis. Tertio quo ad causam materialẽ, vt sit personæ condignitas. Act. 6. Elegerunt Stephanum virum plenum fide, & spiritusancto. Vbi vide electi sufficientiã quò ad ætatem, quia elegerunt virum, quò ad veritatis notitiam, quia pleuũ fide non ignorantia, quo ad sanctitatis gratiam, quia plenũ spiritusancto. Quartò quo ad causam formalem, vt sit conueniens, & idonea, ne. s. superueniat aliqua pactio simoniaca, amor carnalis, vel respectus vtilitatis propriæ, sed sit electio solum à spiritusancto formata, sicut apostolorum electio, quos Christus per spiritumsanctum elegit. Act. 1.

Sed elegit tribum Iuda, montem Sion, quem dilexit. 1351

Ponitur hic electio tribus Iuda. Et primò ponitur electio tribus Iudæ in generali. Secundò loci in speciali. ibi. *Et ædificauit.* Tertiò personæ in singulari, ibi. *Et elegit.* Quantum ad primũ sciendum, q̃ ad tribum Iuda ex diuina electione spectabat dignitas regalis Primò quia ex illa tribu nasciturus erat Christus, rex regum, & omnium dominus. Et hoc præuidit Iacob, dum filijs moriturus benediceret. Genes. 49. Qui cum veniret ad Iudam dixit. Non auferetur sceptrum de Iuda, nec dux de femore eius, donec veniat, qui mittendus est, & ipse erit expectatio gentium. Item ista tribus meruit dignitatem regiam propter ipsius præ cæteris probitatem. Nã quando Moyses eduxit populum de Aegypto, & Deus siccauerat mare ante eos, adhuc filij Israel timentes nõ audebant

Iuda tribus rex.

bât intrare mare post Muysen, nisi quod Aminadab, qui erat de tribu Iuda, & princeps eiusdem tribus assecurans cæteras tribus audacter cum omnibus suis quadrigis, & rebus intrauit mare, & omnes de tribu sua post eum, quo viso, cæteri assecurati ipsum per mare sunt secuti. Et propter hanc probitatem hæc tribus Iuda habere meruit regiam dignitatem, vt habetur super illo verbo. Anima turbauit me propter quadrigas Animadab quia, scilicet, videntes aliæ tribus tribum Iudæ ad hanc dignitatem exaltatam, turbatæ fuerunt, quia non primò intrauerunt, Hoc ergo notans psalmista, ait. *Sed elegit tribum Iuda*. Per hoc autem, quòd Deus reprobato Ioseph, & tribu Ephraim, elegit tribum Iuda: mysticè datur intelligi, quòd Deus, repulso priori Iudæorum populo, Christianum populum sibi elegit hæredem, quod deducit magister in glos. dicens. His verbis significatur Iudaicus populus à Deo repulsus, & nouus populus Christianorum electus. Vnde meritò non dicit, Et repulit Ruben, qui primogenitus fuit, & cæteros, qui fuerunt ante Iudam, qui meritò viderentur propter ipsorum opera repulsi, cum Iacob eorum peccata detestetur. Vel non dicit repulit Beniamin, ex quo Saul fuit, qui vicino tempore fuerat reprobatus, sed potius eos nominauit, qui clarioribus meritis alios videbātur excellere, scilicet, Ioseph qui impiè venditus pro institia sublimatur, pauit patrem, & fratres, de quo fuit Ephraim, qui maiori benedictione aui sui Iacob prælatus est. Per hæc ergo præclari meriti nomina totum illum vetustum populum à Deo repulsum intelligimus, & electam tribum Iudæ non pro meritis Iudæ, quo longè melior fuit Ioseph, sed per tribum Iudæ, quia de illa Christus exiuit nouum populum Christi prælatum veteri populo scriptura attestatur, Iudaico populo Christo dicente. Auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur gēti facienti fructum eius. Sequitur. *Montem Sion, quem dilexit*. Hic ponitur locus specialis, quem pro cultu suo Deus elegit. s. montem Sion: quia in isto monte mandato Dei altare fuit ædificatum per Dauid, & postmodum templū à Salomone, vt habetur 3. Reg. 6. Mysticè autem per montem Sion, qui speculà interpretatur, intellige ecclesiam, quæ futura speculatur non terrena, quæ ab initio Hebrææ gentis vsque ad Christum procedit, vide supra.

Cant. 6.

Christiani Iudæi.

Mons Sion ecclesia.

Et ædificauit sicut vnicornis sanctificium suum in terra, quam fundauit in sæcula. 1352

HIc ostendit stabilitatem cultus diuini. Vbi notandum, quod secundum naturales vnicornis est talis naturæ, quod nullum aliud animal permittit ad suum cubile accedere. Et hanc similitudinem adducit Psalm. d. *Et ædificauit sicut unicornis*, &c. quia, s. ad modum vnicornis Deus prohibuit omnem alienigenam à sacerdotibus sibi consecratis ad suum cubile accedere, i. in tēplo sibi ministrare. Vnde Num. 3. Extraneus, qui accesserit ad ministrandum, morte morietur. Vnde & Ozias rex, qui in templo sacrificare voluit, dum incensum offerret. statim lepra percussus fuit à Deo, vt habetur 2. Paralip. 26. Dicat ergo psalm. *Et ædificauit sicut vnicornis sanctificium suum*, idest sanctum ædificium, scilicet, templum, sed locum assignat dicens, *In terra quam fundauit in sæcula*, scilicet, in terra sancta montis Sion, quam fundauit perpetuo duraturam pro cultu suo, & regali solio quantum erat ex parte sua, nisi eorū peccata oppositum demeruissent. Mysticè autem per unicornium intellige gentiles superbos per partum virginis ad fidem Christi conuersos. Natura. n. vnicornij vt ait Greg. est, q. isto modo capitur. Nam puella virgo proponitur, quæ venienti sinum aperit, in quo ille, omni ferocitate deposita, caput deponit, sicque ab eis, à quibus capi quæritur, repente velut eneruis inuenitur, & capitur. Sic & de populo gentili qui cornu gestabat in fronte, scilicet, superbiæ despiciens Deum ab Apostolis, eorumque successoribus captus fuit, dum præposuerunt sibi virginem puellam, scilicet, virginem Mariam, quæ eis sinum suę gratiæ aperuit, & statim omni ferocitate dimissa per fidem Christi captus fuit. Et hoc tangens psal. ait. *Et ædificauit sicut vnicornis sanctificium suum*, vbi gl. Sanctificium est plebs sancta ad Deum conuersa re-

Sanctificiū.

Vnicornis.

Gregor. 31. mor. c. 13.

Maria virgo.

Glossa.

sa regale sacerdotiū, ut ait Petrus. Hoc ergo sanctificium fundauit sicut unicornis, quia ad modum vnicornis gentes per partum puellæ fide captæ sunt.

1353 *Et elegit David seruum suum, & sustulit eum de gregibus ouium, de post fœtantes accepit eum.*

HIc nominatur persona electa in singulari. Et tria facit. Quia ponit primo Dei electionem. Secundò electionis intentionem, ibi. *Pascere*. Tertio intētionis executionem, ibi. *Et pauit*. Quantum ad primum sciendum, q̄ Dauid ad literam ex pastorali officio pecudum ad regimen populi Dei, quamuis inter omnes fratres suos minimus esset, fuit electus à Deo. Nam vt habetur 1. Reg. 16. cum dominus reprobasset Saulem regem, misit Samuelem in ciuitatem Bethleem ad domum Isai, qui secum in domo septē filios habebat, octauus autem paruulus scilicet, Dauid pascebat oues, sciebatq; Samuel, q̄ vnum de filijs Isai in regem vngere debebat mandato Dei, sed nondum sciebat quem, fecit sibi præsentari filios Isai sigillatim. At ille primò præsentauit ei primogenitum suum Heliab. Et dicit dominus, non est hic. Et sic consequenter omnes filios suos præsentauit Samueli, & nullum illorum elegit dominus. Dixit ergo Samuel ad Isai. Nūquid completi sunt omnes filij tui? Qui respōdit, Adhuc est vnus paruulus, qui custodit gregem. Dixitq; Samuel ei. Mitte, & adduc eum. Fuitque adductus Dauid de pascuis: Dixitq; dominus ad Samuelem. Surge, & vnge eum, hic est enim quē elegi. Vnxit ergo tūc Samuel Dauid in regem de mandato domini. Hoc ergo breuiter notans Psalm. ait. *Et elegit David seruum suum, & sustulit eum de gregibus ouium*, quia quando fuit vocatus, pascebat gregem. *Et de post fœtantes accepit eū*. Nam secundum grammaticos hic fœtās, tis, idem est, q̄ Pecus, pecudis. Vnde *de post fœtantes accepit eum*, i. sequentem oues habentes fœtum. Mysticè autem per hoc significatur, quòd Christus à Iudæis ad gentes translatus est, quod sic glo. deducit. Dauid ad literam ex pastorali officio pecudum ad regimem hominum trāslatus est. Christus verò ex hominibus

David electio.

A ad homines, i. à Iudæis ad gentes. Iudæi enim primo erant oues ferantes, dū præcepta legis seruabant. Ab his ergo translatus est Christus ad regendum homines. i. fideles, secundum rationē viuētes.

Pascere Iacob seruum suum, & Israel hæreditatem suam. 1354

POnitur hic electionis intentio. Vbi aduertendum, quòd per Iacob intelligitur populus Israel, qui de Iacob descendit, similiter & per Israel. Ipse enim Iacob binonimis fuit, quia uocatus est

B Iacob à parentibus, sed Israel à Deo. Qui populus dicitur hæreditas Dei, quia inter cæteras gentes fuit à Deo specialiter electus ad Dei cultum, per quem hęreditas Dei acquirit. Sic. n. loquebatur Moyses Deut. 32. Pars autem domini populus eius, Iacob funiculus hæreditatis eius. Ad istum ergo finem Dauid fuit electus à Deo, ut pasceret populum suū. *Pastor.*
Et nota, quòd non ait regere Iacob, sed pascere, quia quilibet alteri præpositus plus debet uelle prodesse subditis, quam præesse, pascere quam dominari. Et nō solum pascere subditos cibo temporali, *Prælatus.*

C quia hoc cibo à subditis prælatus debet pasci, secundum q̄ dicit Apostolus. Si nos uobis spiritalia seminamus, non magnū est, si nos carnalia vestra metamus. Sed magis cibo spirituali, vt habetur Hier. 3. Dabo vobis pastores iuxta cor meum, & pascent vos scientia, & doctrina. Vnde conditiones veri pastoris ostēdens Adamātius in de perseuerantia, super illo verbo Ioan. 10. Ego sum pastor bonus, dicit. Octo sunt, in quibus officium boni pastoris disponitur. Ad hoc enim ut sit bonus pastor humilis, & fidelis, debet habere panem in pera, canem *1. Corint. 9.*

D in fune, baculum cum uirga, cornu cum fistula. Panis est verbum Dei. Pera est memoria verbi. Canis est zelus pastoris, qui zelare habet pro domo domini, & deijcere lupos pijs latratibus sanctæ prædicationis, & orationis indefessæ. Funis, quo canis tenetur est moderamen zelātis, & discretio, qua zelus pastoris spiritu pietatis, & scietiæ temperatur, ne fortè, vt ait Apostolus, zelum Dei habeat, sed non secundum scientiam. Baculus est piæ exhortationis consolatio, qua su-

stentet

flentes pusillanimes,& consoletur ne in tempore tribulationis deficiant. Virga est potestatis auctoritas, qua corripiat inquietos, ne de impunitate audaciam sumant. Cornu cuius sono terribili ad belli conflictum milites animantur, est terribilis gehennæ cōminatio,qua Christi milites contra vitiorum molitiē spiritu fortitudinis accingunt. Fistula,quę dulcius canit,æternæ beatitudinis suauitatem designat, quam subditorum auribus fidelis pastor dulciter,ac frequenter inculcat,&c. Isto ergo modo Deus elegit Dauid pascere Iacob seruum suum. Quæ omnia in se Dauid fidelis habuit, vt ex primis duobus libris regum potest deduci.

1355 *Et pauit eos in innocentia cordis sui, & in intellectibus manuum suarū deduxit eos.*

HIc ponitur intentionis electionis per ipsum Dauid executio,i. quomodo Dauid sanctè & iuste rexit populum a Deo sibi datum. Vbi nota quod aliqui mundas, & innocentes habent manus,i.opera,sed cor maculatum,vt puta qui bona agunt,vel mala declinant,non quidem amore iustitiæ, sed timore pœnæ.Et contra istos dicitur, ꝙ Dauid habuit in regendo populum cordis innocentiam.Aliqui autem habent cor mundum,& habent zelum Dei,sed non secūdum scientiam,ut puta qui carent intellectu & prudentia, sicut pastores illiterati,aliter tamen boni,qui cæci cęcos ducuntur ducere. Et cōtra istos dicitur de Dauid, quòd habuit in regendo populū intellectum, & prudentiam, per quam omnia prudenter agebat, quia in intellectibus manuum suarum,i.in prudentia, per quam dirigebat opera sua, *deduxit eos*,i. regebat eos. Sic enim ad literam de Dauid dicitur. 1. Reg. 18. quod Dauid in omnibus vijs suis prudenter agebat. Sed hic dubitatur,quomodo Dauid cōmendatur de cordis innocentia, cū multa enormia peccata commiserit,ut ostensum fuit versic.54. Respondeo primò ꝙ Asaph,qui psal. istum fecit fuit contemporaneus ipsius Dauid. Vnde possibile fuit, quòd quando istum psalmum fecit, Dauid nondum peccauerat, illis peccatis.Vel quod si iam peccauerat,quod ab illis per pœnitentiam resurrexerat.Pœnitens autem peccator amplius dici nō debet. Vel aliter, quia principale quòd Deus intēdebat in populo suo, erat sibi soli cultum diuinum exhiberi, etiam si alijs peccatis ex humana fragilitate peccasset.In hoc autem Dauid fuit fidelissimus, quia nunquam idololatrauit, nec alijs idololatrandi dedit exemplum, ut fecerunt alij reges,vt Salomō,& successores eius.Et quantum ad hoc pauit eos in innocentia,&c.Mysticè autem hoc sonat contra prælatos, qui emolumenta à subditis recipiunt, sed officium, quod subditis debent,non impendunt. Illi.n. non gregem sibi commissum, sed seipsos pascunt. De quibus conqueritur dominus dicens. Væ pastoribus, qui pascunt semetipsos, gregem autem meum non pascunt.Cōtra quos meritò subditi clamant. Aduersum me terra mea clamat, si fructum eius comedi absque pecunia. Quod exponens Gregor. dicit. Fructus enim terræ absque pecunia comedere, est ex ecclesia quidem sumptus accipere,sed eidem ecclesiæ prædicationis precium non præberé.Terræ ergo fructum absque pecunia comedit, qui ecclesiastica commoda ad vsum corporis percipit, sed exhortationis ministerium populo non impendit.Quid ad hoc nos pastores dicimus, qui aduentum districti iudicis præcurrentes, officium quidem prædicationis suscipimus,sed alimenta ecclesiastica muti māducamus? Exigimus quod nostro debetur corpori,sed non impendimus quod subditorum debetur cordi.

Dauid quomodo fuit innocens. Ezech.34. Iob 31. Gregor.22. mor.c.23.

PSALM. LXVIII.

DEus venerunt gentes in hæreditatem tuam,polluerunt templū sanctum tuum, posuerunt Hierusalem in pomorum custodiam. 1356



PSALMVS iste istum habet titulum, *Psal. Asaph.* Asaph enim quidam propheta fuit tēpore Dauid qui multos psalmos fecit, scilicet à septuagesimosecūdo psalmo, scilicet quàm bonus Israel

Israel Deus, inclusiuè, vsque ad psal. 84. exclusiuè, scilicet, quam dilecta. Et illos vndecim psalmos contingnos fecit ipse Asaph propheta. De materia autem ps. dicunt doctores, quòd de persecutione populi Israel, quæ tempore istius prophetæ futura erat sub Antiocho illustri, de qua etiam egit Psalmista 43. Quam persecutionem iste præuidens in spiritu deplorat, deprecans Deum, vt misereatur populo suo. Vel secundum alios hic agitur de persecutione populi Israel facta per Nabuchodonosor regem Babylonis, qui ciuitatem Hierusalem cepit, Iudæos duxit captiuos in Babylonem, & templum destruxit. Et littera Psalmi vtrique persecutioni congruenter applicatur. Qua propter dicendum uidetur, quod Psalm. præuidit vtramque persecutionem futuram, scilicet, Babylonorũ sub Nabuchodonosor, & Græcorum sub Antiocho, & pro vtraque sub eodē contextu verborum fecit istum psalmum, rogans Deum pro populo Israel. Nam in vtraque persecutione gentes occupauerunt hæreditatem Dei, scilicet, terram promissionis datam Iudæis, polluerunt templum, occiderunt populum Dei, & captiuauerunt, de quibus iste psal. agit. Intentio Psal. est omnes mouere de bonis proximorum lætari, & compati calamitatibus, & malis. Et secundum hoc ps. iste habet tres partes, quia psalm. primò videns prædictam persecutionem lamētatur. Secũdò pro eius liberatione Deũ deprecatur, ibi. *Vsquequo.* Tertiò de ipsius terminatione consolatur, ibi. *Nos autem populus tuus.* Applica literam vtrique persecutioni: habes fundamentum in Nicolao. Quantum verò ad sensum propheticum hic psal. præuidet persecutionem martyrum post Christi ascẽsionem toto orbe futuram, & ideo misericordiam Dei implorat, ne succumbat ecclesia. Et ad istum sensum diuiditur psal. sicut ad literam dictũ est. Sic ergo procedam, quia in quolibet passu primò exposito sensu literę, sensum propheticum dicam. Prima ergo pars in qua ponitur futuræ persecutionis lamētatio diuiditur, quia Psal. vt facilius diuinam impetret misericordiam dictam persecutionem exaggerat, ostendendo quantum grauis fuerit. Ad hoc autem ostendendum qua-

A tuor narrantur à Psalm. Et primò offensa Dei ostenditur & iniuria. Secundò populi Dei narrantur homicidia, ibi. *Posuerunt.* Tertiò occisorum insepulta deplorantur corpora, ibi. *Effuderunt.* Quartò illata à gentibus explicantur opprobria, ibi. *Facti sumus.* Quantum ergo ad primum sciendum ꝙ aliqui istũ textum intelligere volunt de vltima captiuitate Iudæorum facta per Romanos, quando Romani ceperunt ciuitatē Hierusalem & funditus eã euerterunt & tēplum, & multum sanguinem Iudæorum sparserunt. Sed hoc stare non potest,

B propter hoc quod Psal. ait, *Deus venerunt gentes in hæreditatem tuam.* Hæreditas enim Dei dicuntur solum boni & electi, quia cum hęreditas ad solos filios spectet, & solum boni, & electi sint filij Dei, sequitur quod solum boni hæredes sunt Dei. Et hoc est, quod dicit Apostolus, Rom. 8 quod si filij, & hæredes, hæredes quidem Dei, cohęredes autem Christi. Sed quod nullus electorum tunc esset in Hierusalem, quando per Romanos fuit dissipata, ex hoc patet, quia, vt dicitur in historijs scholasticis, ante aduentum Romanorũ omnes fideles ange-

C lorum vocibus fuerunt moniti, ut inde recederēt, ꝙ & sic factum fuit, ut ostendit vers. 1074 Et hoc est, quod dicit gl. hic. Non potest hoc accipi de temporibus post ascensionem Christi, quãdo vastati sunt Iudæi per Romanos. Tunc. n. populus, qui remanserat in Hierusalē, hæreditas Dei non erat, omnes enim reprobi, & excęcati erant. Omnes enim boni, & fideles, aduenĩentibus Romanis, monitu Angeli in regnum Agrippæ secesserunt. Potius ergo iste Ps. accipiendus est de tempore antequam Christus venisset. Tunc enim populus ille hæreditas

D Dei erat, quia ibi erant multi prophetæ, & sancti, s. quando ducti sunt in Babyloniam. Vel de persecutione facta ab Antiocho tempore Machabæorum. De ista ergo persecutione futura à spiritu sancto edoctus ait de gentibus. *Deus, venerunt gentes,* scilicet, Græci *in hæreditatem tuam,* s. in Hierusalem, vbi aliqui boni erant. *Polluerunt templum sanctum tuũ,* quia ut habetur 1. Mach. 1. Antiochus posuit abominabile idolũ super altare in tēplo. Et aduerte, ꝙ tempore istius psal. nondum

Hæreditas Dei.

Iudæi.

nondum erat factum templum, & tamen in templo futura narrat quasi facta, & præterita. Et hoc propter certitudinem prophetiæ. Sequitur. *Posuerunt Hierusalem in pomorum custodiam*, idest, fecerunt Hierusalem desertam, non tamen eam funditus euerterunt, sicut custodes vinearum, vel fructuum faciunt sibi in uinea tugurium, vel aliquod ædificium de sertum, vnde possint circũ circa videre damnum inferentes. Sic ad horum similitudinem Hierusalem deserta videbatur. Et tũc impleta fuit prophetia Esaiæ dicentis. Derelinquetur filia Sion sicut vmbraculum in vinea, & sicut tugurium in cucumerario. Mysticè autem templũ Dei est quilibet bonus, vide versic. 136. Diffusius autem de hoc vide in postillis Nicol. Hoc autem templum polluitur, quando peccato aliquo iusti anima inficitur, &c. Vide etiam de tẽplo, quod est quilibet iustus versic. 751.

Esa. 1.

Templum est anima iusti.

1357 *Posuerunt morticina seruorum tuorũ escas volatilibus cœli, carnes sanctorum tuorum bestijs terræ.*

HIc ponitur sanctorum homicidia. Vbi nota, quod propriè morticinus est nomen compositum. Et hoc dupliciter. Primò, quia mors componitur cum cædo, dis, & fit morticinus, a, um, i. morte cæsus, & interfectus, & tunc producit penultimam. Item mors componitur cũ cado, dis, & fit morticinus, a, um, idest, morte cadens, sicut quando est mortalitas hominum, vel animalium, & tunc corripit penult. Vnde versus. De cado morticinum, de cædo morticinumq; Hic autem accipitur prout componitur cum cædo, & sic morticina sunt corpora sanctorum, quæ ab infidelibus cæsa fuerunt, quod literaliter fuit in persecutione Antiochi, qua uolentes à lege Dei discedere, passim occidebantur. Vnde dicitur 1. Macha. 1. quod Antiochus perdidit populum multum ex Israel, & in fine eiusdem capituli dicitur, quòd multi de populo Israel diffinierunt apud se, vt nõ manducarent immunda, & elegerũt magis mori quàm cibis coinquinari immũdis, & noluerunt infringere legem Dei sanctam, & trucidati sunt. Et nota istorum Græcorum crudelem stultitiam,

E quia tempore persecutionis illius multi sancti, dum trucidarẽtur spe resurrectionis confortabantur, vt patet 2. Mach. 7. vbi trucidati ipsi Antiocho dicebãt. Tu, scelestissime, in præsenti vita nos perdis, sed rex mundi defunctos nos pro suis legibus in æternæ vitæ resurrectione nos suscitabit. Hanc ergo spem resurrectionis insipiens, & crudelis Antiochus ab eis auferre volens, mortuorum corpora dabat volatilibus cœli, & bestijs terræ comedenda. stultè cogitãs, quòd sanctorum corpora per diuersas aues, vel bestias comesta Deus in vnum reunire per

F resurrectionem non posset, non cogitãs, quod ille, qui de nihilo fecit hominem, corpus hominis in diuersis mundi partibus dispersum reunire potest. Hãc ergo stultam crudelitatem ponens psal. dicit. *Posuerunt morticina seruorum tuorum*, &c. Mysticè autem morticina, & carnes sanctorum dantur bestijs terræ, & uolatib. cœli, quia caro nostra multotiens exponitur potestati dæmonum qui dicuntur bestiæ terræ, & uolatilia cęli, sed nunquam anima, ut de Christo ostẽdit Gregor. vide supra vers. 396. Ipsi autem dæmones bestiæ dicuntur, quia rationẽ nõ

G vtuntur. Vnde de anima, quæ à gratia cadit in peccatum, & sic fit habitatio dæmonis dicitur Soph. 2. Quoniam facta est in deserto cubile bestiæ. Dicuntur etiam volucres cœli, quia habitant istud cœlum aereum, de quibus saluator ait, quod volucres cœli comederunt semen, quod cecidit secus uiam.

Effuderunt sanguinem ipsorum, tanquam aquam in circuitu Hierusalem, & non erat, qui sepeliret. 1358

HIc ostenditur, quòd occisorum corpora dimittebantur insepulta, qđ

H erat signum crudelitatis maximæ, sæuire namque in uiuos crudelitas est, sed in mortuos sæuire summæ crudelitatis est indicium. Isti autem persecutores non solum in uiuentes, sed etiam in mortuos sæuiebant. Sicut enim sepelire mortuos opus est pietatis, sic abijcere mortuos à sepultura crudelitatis est opus. Sic ad literam fuit tempore persecutionis Antiochi. Quia tanta fuit copia cædis Iudæorum infra ciuitatem Hierusalẽ, & extra,

vt

vt nulli vacaret defunctorũ corpora sepelire, dum omnibus periculum immineret. Quæ notans psalmista dixit, quòd *Effuderunt sanguinem eorum, tanquam aquam in circuitu Hierusalem:* scilicet, per totam Iudæam, in cuius medio Hierusalem erat. Sic enim ad literam scribitur. 1. Macha. 1. Et effuderunt sanguinem innocentem per circuitũ sanctificationis. Et quod in sepultura ipsorum occisorũ remanerent corpora apparuit de Iason, de quo ibidem, scilicet, 2. Macha. 5. dicitur, quod fuerit proditor gentis suæ quia ille qui multos de patria sua expulerat, & qui insepultos multos abiecerat, ipse & illamentatus, & insepultus abiectus est, vt per ea, per quæ peccauerit, torqueatur, Sapien. 11. Sed quamuis prohibere defunctis iustorum sepulturam sit crudelitatis, ipsis tamen iustis nihil infertur nocumenti, quia si careant sepultura hominum nobiliori modo per sanctos angelos sepeliuntur. Sicut & econtra mali potentes nobilium hominum sepultura honorantur, sed ab angelis sepeliuntur in inferno, vt Christus ostendit de mendico Lazaro & diuite epulone Lucæ 16.

Sepultura bonorũ & malorum.

Petrus Rauennas.

Quod ad propositum pertractans Petrus Rauennas ait: Mortuus est diues & sepultus est in inferno. En fratres quam rerum lamentãda mutatio pauperẽ portant angeli, diuitem deglutit infernus. Quare ergo sic sepulturæ pompa mentitor, in sepultura diuitis migrat tota ciuitas, cùm funus effertur pauperem portat diuinorum miseratio baiolorũ. Meritò mox ei officia deputantur angelica, cui tam crudeliter negata sunt ipsa humanitatis extrema. Funus diuitis antecedit lugubris turba suorum; ferẽtrũ pauperem antecedit angelorum psallentium multitudo, & portatur ab angelis in sinum Abrahæ. Sed cur Abraham sic ambit pauperem, diuitem sic refugit & refutat? Nonne ipse diues fuit? Re vera diues fuit, sed pauperibus nouit succurrere & opes præerogare magis gestiuit in sinu pauperis, quàm in horreis recondere sui, sicut toto ordine vitæ suæ perdocetur. Exterus patria domus nescius ipse & domus omnium fuit, & patria sciẽs se non possessorem, sed dispensatorem diuinæ potius largitatis, &c.

Facti sumus opprobriũ uicinis nostris subsannatio, & illusio ijs, qui in circuitu nostro sunt. 1359

HIc illata à gentibus explicantur, opprobria. Terra enim promissionis situata erat inter gentes idololatras, quorum idola Iudæi despiciebant, & prædicabant illa esse dæmonia: Vnde & gentes Iudæos habebant odio, & sic lætabãtur in ista persecutione Iudæorum & illos deridebant, dicentes, Vbi modo est Deus vester? Nonne videtis, quod vos defendere non potest & similia. Et sic opprobria & contumelias inferebant Iudæis. Vnde ad literam de ista persecutione dicitur. 1. Mach. 1. quòd vniuersa domus Iacob induit confusionem. Istud autem opprobrium tanto maius fuit, quanto status ciuitatis illius, & populi erat prius in maiori gloria & honore. Vnde Abac. 2. Repletus est ignominia per gloriam. Et de hoc uicini eorum Philisthim & aliæ gentes lætabantur. Vnde dicebat populus ille, illud Thren. 1. Omnes inimici mei audierunt malum meum, lætati sunt, quoniam tu fecisti. Quæ omnia notans Psalmista ait. *Facti sumus opprobrium uicinis nostris*, &c. Cõsimilia verba pro ista persecutione dicebat superius Psal. 43. posuisti nos opprobrium vicinis nostris, subsannationem, & derisum ijs qui in circuitu nostro sunt. vide sup. versic. 721. Et quid sit opprobrium, vide ibi. Quid sit subsannatio, vide versic. 11. Quid autem sit illusio: nota quod ludo, is, componitur cum in, & mutata n, in l. fit illudo, dis, vnde illusio, & est illusio idem, quod deceptio, vel derisio. Mysticè autem sunt verba hæc bonorum qui hodie in opprobrium subsannationem & illusionem habentur à malis, quoniã vt dicitur Iob 12. Deridetur iusti simplicitas, quia quicquid virtutis boni peragunt, totum a malis interpretatur in malum, vide supra uersic. 449.

Illusio.

Vsquequo, domine, irasceris in finem, accendetur velut ignis zelus tuus? 1360

HIc pro liberatione a dicta persecutione, ponitur deprecatio. Et tria facit, secundum quod tria a Deo petit, scilicet, quia petit primo, persecutionis de-

determinationem, secundò persecutorũ punitionem, ibi. *Effunde*, tertiò peccatorum populi remissionem, ibi. *Ne rememinscaris*. Quantum ad primum sciendum, quod propriè nec ira, nec zelus cadit in Deo, sed solum metaphoricè, ut dictum fuit versic. 55. Vnde hic ait glos. Ira & zelus Dei non sunt perturbationes eius, qui cum tranquillitate iudicat, sed nomine iræ vindicta iniquitatis accipitur, quando nos pro malis punit commissis. Nomine verò zeli exactio castitatis intelligitur, ne anima legem Dei contemnat, & à Deo suo fornicando dispereat. Ne ergo ista persecutio quæ procedebat ex ira Dei, & zelo erga populum suum duret usque in finem, idest, vsque ad cõsumptionem totius populi Israel, Psalmista precatur, dicens. *Vsquequo domine irasceris in finem*? q. d. ne vsque in finem ira tua deseuiat supplico. Conformiter rogabat Psal. 12. dicens vsquequo domine obliuisceris in finem &c. Vnde subdit. *Accendetur velut ignis zelus tuus*? Interrogatiuè dicitur quasi dicat. Non decet misericordiam tuam, quòd zelus tuus sæuiat, & continuetur ut ignis qui lignis non parcit, sed quandiu cõbustibile continuè accenditur, & benè ira Dei accendi dicitur, quia ignis accensus, aliqua deuorat, aliqua purgat, ligna redigit in cineres, sed purificat aurum. Sic & ira siue zelus Dei euenit bonis & malis, sed iustos purificat, malos autẽ exterminat.

Ira Dei zelus Dei.

1361 *Effunde iram tuam in gentes quæ te non nouerunt, & in regna quæ nomen tuum non inuocauerunt.*

HIc petis malorum punitionem, & primo facis hoc. Secundò assignat rationem, ibi. *Qui comederunt*. Quãtum ad primum sciendum, quod pœna peccati culpæ correspondet. Culpa verò istorum persecutorum fuit quãdo iram suã non solum supra Iudæos sparserunt, sed ipsam effuderunt totaliter omnem crudelitatem exercentes in eis. Propter qđ de eis statim prædicit. *Effuderunt sanguinem eorum tanquam*, &c. Ideo nunc de ipsorum pœna consimiliter Deo dicit. *Effunde iram tuam super gentes*, &c. Aliud est enim, Deo iram suam spargere aliud effundere, quoniam de illo, quod spargitur pars retinetur, & non totum emittitur, quod autem effunditur, totũ emittitur. Et sic spargit iram suam Deus, quãdo vt iratus peccata punit, ut corrigat, sed ipsam effundit, quãdo ut iratus peccata punit ut damnet. Iram Dei spargi, non effundi notabat Psalm. 29. dicens. Quoniam ira in indignatione eius, & uita in uoluntate eius. Sed iram effundi ad æternum interitum ostendit Moyses dicens. Misisti iram tuam, quæ deuorauit eos. Sic ergo psalmista cõtra persecutores populi Dei postulat dicens, *Effunde iram tuam*, &c. Et secundum glo. hic non est hoc dicere maliuolentia, sed prævisa dicuntur. Figura enim optandi futura prædicit. Et aduerte quod hic per gentes intelligis subditos, sed per regna ipsorum reges, & principes, quia tã maiores Græcorum quam populares contra Iudæos sæuiebant, qui nec Deum nouerant per fidem, nec eius nomen inuocabant. Quomodo.n. inuocabunt, in quem non crediderunt? vt dicit Apostolus Roman. 10. Aduerte tamen generaliter, ꝙ quandoq; illos quos ira Dei fortius damnare despicit, illos hic diutius in suis iniquitatibus tolerat, ut euidentiorẽ causã damnationis ipsorum ostendat. Similiter & iustos, quos altius præmiare dispo nit, multotiens eius ira transeundo hic celerius punit. Quod notãs Greg. super illo verbo Iob 4. Vidi eos, qui operãtur iniquitatem, flante Deo, spiritu iræ eius esse consumptos, dicit. Quomodo, flante Deo, spiritu iræ eius consumpti sunt iniqui, qui plerumque hic, diutius subsistere iustis fœlicius permittuntur? Hinc namque de illis per psalmistam dicitur: In labore hominum non sunt, & cum hominibus non flagellabãtur. Hinc & Hieremias ait. Quare uia impiorum prosperatur? Quia enim, sicut scriptum est, Dominus patiens redditor est, sæpe diu tolerat, quos in perpetuũ damnat. Nonnunquam verò concitè percutit, quia pusillanimitati innocentium consolando occurrit. Aliquando ergo omnipotens Deus diu iniquos præualere patitur, vt iustorum uita mũdius purgetur. Aliquãdo vero iniustos celerius trucidat, eorumque interitu innocentium corda cõfirmat. Si enim omnes malè agentes trucidaret, extremum iam iudicium quibus

Effundere irã Dei vel spargere.

Exod. 15.

Gregor. 5. mor. c. 15.

Psal. 62.

Hier. 12.

bus exhiberet? Si autem nullum omnino pereuteret, quis Deum res humanas curare crediditset. Nonnunquã ergo iniquos ferit, ut ostendat quia inulta mala nō deserit. Nonnunquã uerò iniquos diu tolerat, ut considerantibus insinuet ad quid eos ad iudicium reseruat, &c.

1362 *Quia comederunt Iacob, & locum eius desolauerunt.*

OStenditur hic causa punitionis eorum. Comedere enim aliquando stat pro destruere, uel dissipare. Per Iacob uerò intellige populũ Israel, ex eo natum. *Comederunt ergo Iacob*, quia bona populi ex Iacob nati diripuerunt, & magnã populi partem occiderunt, & captiuauerunt. Isto.n. modo tyrannus dicitur comedere pauperes sibi subditos. *Et locum eius desolauerunt*, i. ciuitatem Hierusalem, quæ erat metropolis totius regni, in qua erat & templum, & palatium regium. Hanc ciuitatem desolauerunt. Sic enim ad literam de ciuitate Hierusalem fecit Antiochus, ut habetur 1. Macha. 1. Quia spoliauit templum omnibus iocalibus suis, accepit aurum, & argentum, fecit magnam cædem hominum, & ciuitatem incendit igni, & fugerunt habitatores Hierusalem, & facta est extera semini suo, & nati eius reliquerũt eã. Et sic secundum gloriam eius multiplicata est ignominia eius. Moraliter autẽ notandum quod in scriptura reperitur comestio mala multiplex, vide in dictionario, ibi, Comestio.

Comedere peccatorũ.

1363 *Ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum: citò anticipent nos misericordiæ tuæ, quia pauperes facti sumus nimis.*

POstulat hic peccatorum populi remissionem. Et primò postulat peccatorum remissionem, secundò ad hoc adducit rationem, ibi. *Ne forte*. Prima in duas, quia primò petit peccatorum remissionem: secundò diuini auxilij collationem, ibi: *Adiuua*. Quantum ad primũ sciendum, quòd nec memoria propriè nec obliuio cadit in Deo, sed iuxta nostrum modum loquẽdi dicitur recordari peccatorum nostrorum, quando ipsa punit,

Obliuio Dei. Memoria Dei.

A sed obliuisci, quando ipsa dimittit per veniam. Quod notans Greg. ait. Quisquis sciat quia Dei memoria nec obliuione rerum rumpitur, nec recordatione sarcitur? Sed cum aliqua deserens permittit more nostro obliuisci dicitur, & cũ post longum tempus, quæ noluerit uisitat, nostræ mortalitatis more recordatus vocatur. Quo enim pacto diuinitatis eius uim obliuio dissipat, cui ipsa quoque laudabilis memoria essentialiter cócordat? Nulla namque nisi præterita aut absentia recordantur. Quomodo ergo Deus præteritorum reminiscitur, cum

Gregor. 32. mor. cap. 5.

B ipsa in semetipsis prætereunt, eius uerò nutui semper præsentia existunt? Aut quomodo absentium recordatur, dum omne quod est, per hoc illi præsto est quod in ipso est, quòd si præsto non esset, omnino non esset. Nam non existentia uidendo creat, existentia uidendo continet. Quicquid ergo creator non uidet, essentia subsistendi caret &c. Ad propositum ergo orat Psalmista, ut Deus peccatorum populi non recordetur, idest, ut parcendo illa dimittat, dicens. *Ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum*, q. d. hæc mala nobis inferunt ini-

C mici, sed scio te nos flagellare pro peccatis nostris, ideò dimitte peccata, & cessabunt flagella. Quòd autem dicit *iniquitatum nostrarum antiquarum*, per hoc nō intelligit de præteritis tantum, cum & illo persecutionis tempore etiàm aliqui Iudæi idola sequerentur, ut habetur 1. Machab. 2. Sed dicit, *iniquitatum antiquarum*. i. similiũ antiquis, quibus innumeris annis peccauerunt, idola colendo, ut patet per totum librum Iudicum. *Citò anticipent nos misericordia tua*, idest, misericordia tua præueniat iudicium, quia nisi indulgentia præueniat in iudicio, nō

D absoluetur reus. Vel *anticipent nos misericordia tua*, scilicet ante totalem cõsumptionem populi tui. Et dico citò *quia pauperes facti sumus nimis*, idest, expoliati afflicti, & iam quasi ad nihilum redacti, quasi dicat, Si differs misereri, erimus consumpti totaliter. Nota quòd in omni nostra bona actione misericordia Dei nos præuenit, & anticipat, & nunquam nos Deum præuenimus. Vnde Psal. mo 58. Deus meus misericordia eius preueniet me, uide supra uersiculo 947.

Misericordia praeuenit nos.

Gregor.

Hoc satis deducit Gregor. lib. 33. Moral. cap. 25. dicens. Nemo quippe vt diuina eum gratia subsequatur, prius aliquid *Psal. 58.* contulit Deo. Nam, si nos Deum benè operando pręuenimus, vbi est, quod pro *Ephe. 2.* pheta ait. Misericordia eius præueniet me? Si quid nos ei bonæ operationis dedimus, vt eius gratiam mereamur, vbi est, quod Apostolus ait. Gratia salui facti sumus per fidem, & hoc non ex vobis, sed donum Dei est: non ex operibus vestris, vt ne quis glorietur. Si nostra dilectio Deum præuenit, vbi est, quod *1. Ioan. 4.* Ioannes ait. Non quia nos dilexerimus Deum, sed quoniam ipse prior dilexit *Osea 14.* nos? Vbi, est, quod per Oseam dominus dicit. Diligam eos spontaneè. Si sine eius munere nostra virtute Deum sequimur, vbi est, quòd per euangelium *Ioan. 15.* veritas dicit. Sine me nihil potestis facere? Vbi est quòd ait. Nemo potest venire ad me, nisi pater meus traxerit *Ioan. 6.* eum. Item: Non vos me elegistis, sed *Ioan. 15.* ego elegi vos. Si saltem dona bonorum operum virtute nostra benè cogitando prævenimus, vbi est quod per Paulum tam subtiliter dicitur vt omnis de se humanæ mentis fiducia ab ipsa cordis radice præscindatur cùm ait. Non quod sufficientes simus aliquid cogitare à nobis quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex *2. Cor. 3.* Deo est. Nemo ergo Deum præuenit meritis, vt tenere eum quasi debitorem possit, sed miro modo æquus omnibus cōditor, & quosdam prælegit, & quosdam in suis reprobis moribus iustè derelinquit. Nec tamen electis suis pietatem sine iustitia exhibet, quia hic eos duris afflictionibus premit. Nec rursum reprobis iustitiā sine misericordia exercet, quia hic æquanimiter tolerat, quos quandoque in perpetuum damnat. Sic ergo electi præuenientem se gratiam consequuntur, & reprobi iuxta quod merentur accipiunt, & de misericordia inueniunt electi, quod laudent, & de iustitia non habent reprobi quod accusent &c. Hoc ergo considerans Psalmista pro liberatione populi non sua allegat merita, sed præuenientem Dei postulat misericordiam, dicens, *Citò anticipent nos misericordia* &c.

E *Adiuua nos Deus salutaris noster: & propter gloriam nominis tui domine libera nos: & propitius esto peccatis nostris, propter nomen tuum.* 1364

HIc postulata peccatorū indulgentia consequenter erga hostes postulatur Dei gratia, vt scilicet Deus populum adiuuando protegat. Videbant enim hostes fortes, se infirmos, ideo ad Dei recurrūt auxilium, dicētes, *Adiuua nos Deus salutaris noster*, scilicet qui sal F uator noster fuisti, de seruitute Pharaonis, qui nos saluasti de captiuitate Babylonis: nunc adiuua nos in præsenti persecutione. Hoc autem dicendo recolit beneficia præterita, & sic magis captat Dei beneuolentiā. Conditio enim magnifici est libenter audire bona quæ contulit, vt habetur quarto Ethicorum. Et hinc vulgariter dicitur, quòd gratiarum actio est ad maiora prouocatio. *Et propter gloriam nominis tui domine libera nos*, quasi dicat, non allegamus merita nostra, sed gloriam nominis tui, vt, scilicet, ab ista persecutione per te libera- G ti nomen tuum gloriosè per mundum innotescat. Ideo *propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum.* Quid autem sit aliquem alteri propitium fieri, vide versic. trecentesimumquinquagesimum quintum. Qualiter autem Deus suos adiuuat, vide versiculum nonagesimum nonum, & trecentesimumprimum, & sexcentesimum trigesimumprimum, & sexcētesimum septuagesimum tertium, & octingentesimum septuagesimum secundum, & millesimum centesimum trigesimum quintum. Moraliter autem ista verba sunt cuiuslibet volentis benè H agere, eo quòd liberum arbitrium sine Dei gratia ad meritoriè peragendum, est inualidum, vt ostendit Magister libro secundo distinctione vigesimaquinta. Ideo Dei inuocare debemus adiutoriū, dicentes. *Adiuua nos Deus salutaris noster* &c. quasi dicat, gratia tua adiuuet liberum arbitrium, non tamen ab operemeritorio ex hoc excludit liberum arbitrium, qui enim adiuuatur etiam ipse aliquid facit. Notandum est ergo quod adiuuat nos multipliciter Deus, scilicet

ad

ad rectè incipiendum, & virtuosè perficiendum. Primum adiutorium datur infallibiliter, datur cuilibet qui non resistit sicut sol omnia illuminat, nisi ponatur obex. Vnde ait Origenes super librum Numeri. Maior cura pro nobis à Deo geritur ad nostram salutem, quàm ab aduersarijs procuretur ad mortem, quia Deus pater & filius & spiritussanctus, non solum prouocant ad salutem, sed etiam pertrahunt. Igitur nisi coniunxerimus nos aduersarijs nostris, & ipsorum partem fortificauerimus, gratiam adiuuantem habebimus. Et ideo nulla alia causa est quare quis adiuuantem Deum non sentit, nisi illa quam ponit Psal. dicens. Ecce homo qui non posuit Deum adiutorium suum. Secundò adiutorium datur omnibus, nisi quis gratiā receptam negligat. Propter negligentiā enim & gratia data perditur, & danda nō obtinetur. Dicit Solinus quòd in capite draconis est quidam lapis preciosus, qui extrahitur draconib. viuis, quia scilicet draco quibusdam herbis somniferis dormire cogitur, vt ab eo viuente sic lapis extrahatur. Sic & diabolus volens auferre ab homine viuēte lapidem preciosissimum diuinæ gratiæ, quo viuitur: primò soporem negligentiæ procurat, sciens quòd à litera viuēte lapidem illum auferre non posset. Vnde Chrysostomus super Mattheum, dicit, quòd gratia est adiutorium infirmitatis humanę. Adiutorium autem non datur dormientibus, sed festinantibus. Istud apparuit in beato Antonio, de quo in vitis patrū ait Hieronym. quòd cum aduersus malignos spiritus bellum gereret & ab ipsis multa sæuissima vulnera pertulisset, cum gaudio per radium solis desuper venientem, & dæmones effugantem, Christi intellexit aduentum ad se, & ait. Vbi eras ò bone Iesu, ubi eras? Quare ab initio non affuisti, vt curares uulnera mea? Et uox ad eum facta est. Antoni hic eram, sed spectabam certamē tuum. Nunc autem quia dimicando uiriliter non cessisti, semper tibi auxiliabor. Propter quod dicitur Spiritus adiuuat infirmitatem nostram. Non autem dicit negligentiam nostram.

Adiutoriū. Dei. Origenes. Psal. 51. Gratia. Adiutoriū. Lapis dicitur gratia. Chrysost. Hierony. Rom. 8.

A *Ne fortè dicant in gentibus, vbi est Deus eorum: vt innotescat in nationibus coram oculis nostris.* 1365

ASsignat hic rationem ut Deum inclinet ad præstandum sibi adiutorium. Ad hoc autem Psalmista adducit quatuor rationes quibus vult Deum ad misericordiā populi sui inclinare, quia hoc decet primò diuinam reuerentiam, secundò diuinam iustitiam, ibi. *Vltio*, tertiò diuinam potentiam, ibi. *secundum*. Quartò persecutorum malitiam, ibi. *Et redde*. Quantum ad primum sciendum
B quòd sicut ad Dei honorem pertinet ipsum prædicare misericordem & omnia posse: sic contra eius reuerentiam est de ipso sentire opposita, scilicet quòd non sit misericors, nec omnipotens. Gentiles autem uidentes Iudæorum populum in tanta persecutione, & exterminatione, faciebant talem rationem contra Deum. Deus, quem colunt Iudæi aut nult eos iuuare & nō potest, aut potest, sed non uult. Si primum, ergo est impotens, ergo non est Deus. Si secundū, ergo est crudelis, ergo non est uerus Deus. Vbi ergo est Deus Hebræorum?
C Et hoc est quòd ait Psalmista, *Ne forte dicant*, scilicet obstinatè *in gentibus*, idest, inter gentes dicant. *Vbi est Deus eorum?* iddit, Deus Iudæorum nullius uirtutis esse nel momenti uidetur, *& innotescat coram oculis nostris*, idest, ad tātum deueniant gentes, ut hoc nobis in facie dicant, quia tanta Dei iniuria nullo modo est toleranda. Tales sic cōtra Deum arguētes non aduertunt quòd & si Deus naturaliter est misericors, & omnipotens, est etiam iustus, & peccata nō finit impunita. Quia ergo populus Iudaicus peccauerat legem eius præuaricando,
D Dei iustitia requirebat ipsos puniēdos. Opus autē misericordiæ est delinquentem temporaliter punire, ne æternaliter puniatur. Dicunt enim naturales, & maximè Isido. 12. Etym. quod leo naturaliter erga homines est mitis, cuius misericordia apparet in multis, nam prostratis parcit, & captiuos obuios liberè repatriare permittit & nisi læsus de facili nō irascitur, prouocatus uerò ad iram in prouocantem sæuit. Sic & Deus erga homines naturaliter est misericors, & pius,

Deus misericors irascitur prouocatus. Leo.

pius, unde prostratis, idest, pœnitentibus parcit, captiuatos à diabolo volentes ad patriam redire nō solum permittit, sed ét ipsos adiuuat & dirigit, quia vincula peccatorum absoluit. Vnde vt in vitis patrum scribitur, nullum peccatum hominis Dei misericordiā potest vincere, si tamen per pœnitentiam reuertitur. Cū enim sit misericors Deus scit infirmitatem hominum & passionem, fortitudinem atq; diaboli astutiam & potentiam. Et ideo cum naturaliter sit misericors, cū homines dimissis delictis ad ipsum per pœnitentiām reuertūtur, statim furorem suum mitigans omni eos facit dignos honore. Si verò vltro prouocatus fuerit sicut fit quando post expectationem pœnitentiæ contemnitur ſm q; ait Psalmista. Irritat aduersarius nomē tuum in finem, talem omnino punit donec per pœnitentiam conuertatur. Vnde in prouerbijs sapientū dicitur: Furor fit læsa patientia sæpè. Vnde & Valerius dicit lib. 1. quòd lento gradu ad vindictam sui diuina ira procedit, tarditatem supplicij grauitate compensat.

Exēplum. *Punitio peccati.* *Valerius.*

1366 *Vltio sanguinis seruorum tuorum qui effusus est, introëat in conspectu tuo gemitus compeditorum.*

ADducit hic secundam rationē quæ fundatur in diuina iustitia, vt sic arguat. Ad iustum iudicē spectat suos subditos iniustè oppressos vindicare. Cum ergo tu Deus noster sis iustus iudex vindica sanguinem nostrū. Et hoc est quod ait. *Vltio sanguinis* &c. Tamen notandum quòd in Hebræo, & in translatione Hieronymi hic terminatur versus p̄cedens. Et est sensus. *Vltio sanguinis seruorum tuorum qui effusus est* à Græcis innotescat nationibus, ita quòd omnes nationes sciant te iniurias nobis illatas iustè vindicare, & hoc fiat, corā oculis nostris, sic quòd istam vindictā scilicet nos oculis nostris ad laudem tuæ iustitiæ videamus. Vñ hoc euenit, subdit. *Introeat in cōspectu tuo gemitus compeditorum*, idest exaudi gemitum nostrum oppressorum & captiuorū, vt scilicet à tanta oppressione liberemur. Secundum autem glo. hic versus exponitur de vltione temporali & æterna. Si de æterna, tunc est sensus: sume vindictam de malis qui fuderunt sanguinem nostrum, ipsos damnando æternaliter. Et tunc hoc dicit nō optando, sed prophetizando, quia iusti nō delectantur in perditione peccatorum, quia non eos odit propheta quum sit iustus, sed de diuina iustitia quam diligit. Si autem intelligatur de vltione temporali, optat inimicos ad Deum conuerti, vt ipsimet pœnitendo de peccatis suis accipiāt vltionem. q. d. cito fiat vt videamus illos conuersos qui nos modo persequuntur. Qualiter autem iusti lætantur de vindicta malorum: vide supra versic. 937. Item quòd Deus multipliciter vindicat, vide sup. versic. 248.

Vltio.

Secundum magnitudinem brachij tui possìde filios mortificatorum. 1367

POnitur hic tertia ratio, quæ fundatur in diuina potentiā, quæ eius voluntati æquatur, quia omnia quæ vult pōt, vt sic arguat. Diuina potestas pōt conseruare sanctos martyres pro eius honore passos, & hoc eius bonitati conuenit, ergo & hoc facere debet: q; autem hoc possit, patet, quia habet brachium cui nihil resistere potest. Fortitudo enī & potētia per brachium designatur, quia ſm grāmaticos brachium dicitur à bary quòd est forte. Vnde Esa. 40. Ecce dominus veniet, & brachium eius dominabitur, vt sic sit sensus, quòd iusti viri qui tēpore illius persecutionis Antiochi erāt à Deo postulent, dicētes. *Secundum magnitudinem brachij tui*, idest, potentiæ tuę *possìde*, idest, tuos reputa, & vt tuos defende nos qui sumus filij mortificatorū, idest, sanctorū patrum qui seipsos mortificabant carnem mortificando. Vel secundum glossam hęc est vox sanctorum martyrum qui Deum orant vt mors ipsorum per exemplum proficiat successoribus. Vnde ait. *Possìde*, scilicet, ne aliquo errore maculentur. *Filios mortificatorum*, scilicet posteros ut accendantur ipsorum exemplo, & non terreātur. Hoc enim semper orant sancti martyres, ne infructuosus esset posteris sanguis eorum, vt .s. inde cresceret seges vñ putabatur peritura. Et ista est pia precatio, ne Deus filios eorum proijciat, qui pro eo puniti sunt, sed multiplicet. Notan-

Martyr.

Notandũ q; mortificatus dicitur à mortifico,cas,& componitur ex morte & facio,cis,& sic mortificatus quasi mortuus factus. Et sic non solum sancti martyres,sed etiã quilibet iustus qui seipsum mortificat mundo,dicitur mortificatus. Vnde tales dicunt illud Psalm.43. Quoniam propter te mortificamur tota die. Quod uerbum exponens Ricardus ait. Quomodo non mortuus creditur, &c. vide versic.730.vel per brachium domini intelligit Christum, quoniã sicut brachio totum corpus protegitur & defenditur, sic & Christus incarnatus totum corpus ecclesiæ suis operationibus liberat & defendit. De isto brachio ipsi Iob ait dominus,Si habes brachium vt Deus & voce simili tonas. Quod ad propositũ exponit Greg. dicẽs.Per brachium Dei consubstantialis eius filius demõstratur. Ipse enim est brachium, de quo Propheta ait. Et brachium domini cui reuelatũ est? Deum ergo habere brachiũ est operantem filium gignere. Voce uerò tonare est consubstantialem sibi filiũ mundo per incarnationem terribiliter demõstrare. Et nota quod in isto brachio multa mirabilia Deus operatur in nobis, quoniam per istud brachium, primo suũ redemit populum Psal.76. Notam fecisti in populis virtutem tuam, redemisti in brachio tuo populum tuum. Vbi gl. virtutem tuam, idest, Christum notum fecisti quando misisti eum in mundum, notum dico in populis tam fidelibus quã infidelibus, sed infidelibus sic notum fecisti vt cognoscant Christum tuum corpore, fidelibus autem vt cognoscãt eum etiam deitate. Deinde ostendit quid prestiterit hac virtute, dicens, Redemisti in brachio tuo populum tuum, idest, per Christum. Secundò istud brachium per totum mundum est dilatatum, quia eius fides vbiq; dilatata, quod futurum prædixit Psal.70. Deus ne derelinquas me donec annunciem brachium tuum generationi omni quæ ventura est.s. Christũ incarnatum. Et de isto brachio dicitur Esai.53. Domine quis credidit auditui nostro & brachium domini cui reuelatũ est. Primum dicit de incredulis ipsos accusando. Secundum verò ipsorum execrationem remouẽdo dicit, Et brachiũ domini cui reuelatum est quasi dicat, Il-

Brachiũ dicitur Christus.

Iob 40.

Esa.53.

Christus cognitus dicitur.

Esa.53.

A lis quibus brachium domini per prædicationem reuelatum est credere noluerũt. Tertiò est suorum fidelium defensiuum propter quod orat propheta. Domine miserere nostri, esto brachium nostrum in mane, & salus nostra in tempore tribulationis. Et Sap.5. Brachio sancto suo defendet illum. Quartò est dæmonum ligatiuum. Hoc enim brachium incarnatum dæmones sic terruit, vt nobis ad libitum nocere non possint. Quod prædictum fuit Exo.15. Irruat super eos formido & pauor in magnitudine brachij tui. Vnde Sapien.c.11. Virtuti brachij tui B quis resistet? quoniam tanquam momẽtum stateræ, sic est ante te orbis terrarum, propter quæ omnia in isto brachio confidens Psal.d. *Secundum magnitudinem brachij tui posside,&c.*

Et redde uicinis nostris septuplum in sinu eorum: improperium ipsorum quod exprobrauerũt tibi, domine. 1368

HIc adducit quartam rationem,quæ fundatur in persecutorũ malitia. Vnde hic Psalmista nõ optatiuè,sed prædictiuè ponit, persecutores à Deo puniC dos secundum peccata sua, sic q; nihil in eis impunitum remanebit. Vbi notandum,quòd numero septenario vniuersitas designatur. Vnde Greg. ait. Septeno numero vniuersitas exprimitur. Vnde & nõ amplius quam diebus septem hoc tempus transitorium cõsummatur. Quid est *redde vicinis nostris septuplum*:nisi redde eis pœnæ perfectionem,idest,pœnam complete. Hoc enim numero perfectio signari solet. Redde ergo vicinis nostris,scilicet, persecutoribus qui uicini erant, vicini quidem loco, non voluntate,corpore non mente *septuplum*, idest, D complete debitam pœnam *in sinu eorum*, idest, in mente ipsorum, vt, scilicet, prius septem peccatis inuoluantur, vt postea improperium sit meritum suppliciorum futurorum. *Redde etiam eis improperium ipsorum,quod exprobrauerunt tibi domine.* Vbi nota quod improperium quo aliquis alteri improperat, tunc improperanti redditur quando per effectũ in seipso percipit q alteri malè improperabat. Sicut, si quis alteri improperaret dicens, tu nõ vales mecum pugnare,

Gregor.3. mor.c.19.

Septẽ significat vniuersitatem.

tunc si ille secum pugnando improperantem superaret, tunc improperium sibi illatum redderet illi, sic in proposito illi improperabant Deo dicentes, quòd populum non poterat defendere, vnde & cultum Dei de terra auferre conabâtur. Tunc ergo improperium Deo illatum improperantibus Deus reddidit, quãdo finaliter populum liberauit, & Antiochum miserabili morte prostrauit, vt proprijs pœnis flagellatus ipse potentiã Dei in se experiretur, cui improperauerat prius vt habetur 2. Machab. 9. Et ad istum sensum exponit Greg. hunc versũ dicens. Scriptura sacra plerumque sinũ pro mente ponere consueuit, sicut uoce ecclesiæ de persecutoribus nostris, qui nobis natura quidem coniuncti sunt, sed uita disiũcti per Psalmistam dicitur. *Redde vicinis nostris septulum in sinu eorum.* Ac si aperiè diceretur, in mensa sua recipiant hoc quod in nostris corporibus sæuientes operantur, ut dum nos exterius ex parte premunt, ipsi interius perfectè puniantur.

Gregor. 22. mor. c. 14.

1369 *Nos autem populus tuus, & oues pascuæ tuæ confitebimur tibi in sæculum.*

Est hæc tertia pars principalis, ĩ quã Psalmista præuidens finalem populi de dicta persecutione liberationem, gratias Deo agens consolatur. Et primò ponit suam intẽtionem, secundò suę intentionis expressionem, ibi, *In generatione*, Quantum ad primum præuidẽs psalmista populi liberationem confitetur in persona totius populi se à Deo gubernari, atque nutriri, dicens, *Nos autem populus tuus*, s. quem elegisti ad cultum tuũ, cui in monte Sinai legem dedisti. *Nos oues pascua tua*, quia nos in deserto quadraginta annis manna pauisti, q.d. & nũc consimiliter vt tuum populum defendisti & nutristi. Ideo *confitebimur tibi in sæculum*, s. confessione laudis. Vbi nota, q̃ seculum accipitur quandoque pro æterno, sic.n. dicitur Eccles. 40. Omnia quæ de terra sunt, in terram conuertentur, fides in sæculum stabit, fides, idest, effectus fidei, scilicet prẽmium debitum fidelibus. Aliquando verò accipitur pro certo, & determinato tempore, s. pro reuo-

Seculũ multiplex.

E lutione unius iubilei, scilicet pro spatio quinquaginta annorum. Et sic multiplicantur sæcula secundum quod multiplicantur reuolutiones annorum Iubilei. Et isto modo accipitur Eccles. 9. vbi dicitur, Amor, & odium simul perierũt, nec habent partem in hoc sæculo. Et quia spacium quinquaginta annorum est ut in pluribus tẽpus discretionis hominis, qua caret in pueritia, & senio, sine quã confessio laudis non est multum laudabilis, ideo ait. *Nos autẽ populus tuus, &c. confitebimur tibi in sæculum*, idest, discretè, & uoluntariè laudabimus nomẽ tuũ.

F Et aduerte, quòd Psalmista propriè populum Iudæorum oues appellat. Nam secundum naturales oues in æstate tempore caloris simul manent vnitæ, & ad inuicem strictæ, In hyeme tempore frigoris disiunctæ manent, & abinuicem segregatæ quod faciunt propter frigiditatem flatus ipsarum, quia si in hyeme cõgregatæ manerent, magis infrigidarentur, sed in æstate congregatæ refrigerantur. Sic & Iudæorum populus tanquam oues tempore æstiuo. s. prosperitatis tũ simul congregati Deum confitebantur, tempore autem hyemis, scilicet aduersi

Nota oues dicuntur mals.

G tatis disiungebantur à Deo, ut in lib. Iudicum multis patet exemplis.

In generatione, & generationem annunciabimus.

Hic exponit quod statim dixerat. s. cõfitebimur tibi in sæculum, quia scilicet non accipitur sæculum solũ pro vno iubileo, sed pro successione omniũ generationum. s. pro æterno. Vnde sicut dictum est superius vers. 1282. Vna generatio tantum communiter durat quantum durat filius à patre genitus, & sic fi

Generatio quid sit.

H lius dicitur vna generatio, nepos, scilicet filius filij dicitur alia generatio, pronepos alia generatio, & sic vlterius. Sic enim accipit generationem Mathæus, dicens. Omnes generationes ab Abrahã vsque ad Dauid quatuordecim, à Dauid vsque ad transmigrationem Babylonis generationes quatuordecim, à transmigratione Babylonis vsque ad Christum generationes quatuordecim. Volens ergo ostendere Psalmista quomodo sæculum superius acceperat, dicens *Confite-*


Matth. 1.

Confitebimur tibi in sæculum, dicit, in generatione, & generationem. Vbi glo. *in generatione & generationem*, i. in omnem generationem, quod supra dixerat in sæculum. Vel aliter generatio est duplex, scilicet accipiédo generationem pro ægeita. s. generatio præsentis sæculi, & futuri, de prima dicitur Eccles. 1. Generatio præterit, & generatio aduenit. De secunda autem dicitur, 1. Ioan. 5. Generatio Dei conseruat eum & malignus nó tãgit eum. Dicit ergo *in generatione & generationem*, &c. idest, non solum in præsenti sæculo annunciabimus laudem tuam, sed multo magis in futuro. Apocal. 19. Audiui vocem de cœlo dicentiũ, laus virtus & gloria Deo nostro est. Moraliter autem notandum, quod Dei laudes merito annunciare debemus, vt illis auditis proximi in virtutibus crescãt. Sic etenim Deus virtutem operum suorum annunciabit populo suo, vt det illis hæreditatem gentium. Quod exponens Gregor. dicit: Nam Deus qui nos prohibet, ne proprio ore laudemur per scripturam sacram laudes suas nobis annunciat: non quia ipsis indiget, qui proficere laudibus nescit, sed dum suam magnitudinem narrando nobis annunciat, nostram ad se imperitiam subleuat, & bona sua loquédo nos edocet, quæ omnino homo non cognosceret, si de se tacere voluisset. Idcirco auté laudes suas nobis indicat, vt valeamus studentes eũ cognoscere, cognoscentes amare, amantes sequi, sequentes adipisci, adipiscentes verò eius visionem frui, vt ait Psalmista. Virtutem operum suorum annunciabit populo suo, vt det illis hæreditatem gentium. Ac si apertè dicat. Idcirco fortitudiné suæ operationis annunciat, vt eum, qui audierit, donis ditescat. Morem ergo sui creatoris imitantes sancti viri nonnunquam quadam de se vt audientes instruant annunciando narrãt, non vt ipsi proficiant manifestant, & tamen in his alta se consideratione custodiunt, ne dum á terrena intentione erigunt, ipsi terrenæ laudis appetitu mergantur. Similiter multò fortius laudes Dei annunciare debemus, vt alios ad Dei ducamus amorem, vt meritò dicamus illud Psalm. 33. Semper laus eius in ore meo.

Generatio multiplex. *Annunciare laudes Dei.* *Gregor. 18. mor. c. 5.* *Psal. 110.*

A PSAL. LXXIX.

QVi regis Israel, intende, qui deducis velut ouem Ioseph. 1371



ISTE Psalmus talé habet titulum. *In finem pro ijs qui commutabuntur Psal. pro Assyrijs testimonium, Asaph.* Vbi sciendum, quod iste Psalm. ad literam de Christo exponitur. Agit enim de primo Christi aduentu quo vineam de Aegypto eductam, scilicet, synagogam per verum intellectum legis ad veram fidem B conuertit, & illuminauit, & in melius cómutauit. Et sic iste Psalmus est Christi & ecclesiæ testimonium. Vnde agit de commutandis, & de Assyrijs. Vbi per cómutandos accipe tam Iudæos quam gétiles, Iudęos, scilicet, á litera legis cómutandos ad legis intellectum, de figura ad rem figuratam, vt in tota lege intelligãt Christum figuratum fuisse. Pro gentibus autem, scilicet, quæ commutabũtur per aduentum Christi ab idolorum cultura ad vnius veri Dei cultum. Et sic est testimonium pro ijs, qui commutabuntur C Iudæis, scilicet, uel gentilibus. Est etiam testimonium pro Assyrijs. Assyrij enim interpretantur dirigentes se. Et sic per Assyrios intellige Iudęos obstinatos, vel gentiles, qui in aduentu Christi non cómutabuntur, sed magis se per superbiã contra Christum dirigent, vel ceremonias legis carnales præferendo Euangelio, vel Christi ecclesiam persequendo. Est ergo sensus tituli talis. Iste Ps. quem fecit Asaph. dirigit nos in finem, idest in Christum, & est testimonium *pro commutandis*, idest, pro conuertendis Iudæis ad Christum uel gentilibus. *& pro Assyrijs*, D idest, cótra Assyrios, s. superbos Iudæos uel gentiles, qui cótra Christum superbè se erigunt. Et est testimoniũ, *pro commutandis*, sed contra Assyrios: agit enim de Christi primo aduentu quo commutandi recipiuntur, sed Assyrij superbi reprobantur. Hoc uiso accedo ad Psalmi diuisionem. Ad cuius intellectum sciendum quod sicut una fides est patrum testamenti, ueteris, & noui, ita & una ecclesia noui ac ueteris testaméti est, quia illud quod uetus testamentum promittebat

esse futurum, hoc nouum declarat iam esse perfectum: Et sic quod antiqua ecclesia credebat esse venturum, s. Messiā: ecclesia noui testamenti iam venisse cōfitetur & credit. Et ista vna ecclesia multotiens in antiquo, & nouo testamento nomine vineæ designatur. Ecclesiam, p. veteris legis sub nomine vineæ describit Esaias ex parte domini, dicens. Vinea domini exercituum domus Israel est. Similiter & in nouo testamento Christus ecclesiam suam sub nomine vineæ describit, dicens, q̄ exijt primo mane conducere operarios in vineam suam, &c. Vbi Greg. in homil. dicit. Quis patris familias rectius similitudinem tenet quā conditor noster, qui regit, quos cōdidit, & electos suos sic in hoc mundo possidet, quasi subiectos dominus in domo? qui habet vineam suam, s. ecclesiā, quæ ab Abel iusto vsq; ad vltimum electum, qui in fine mundi nasciturus est, quot sanctos protulit, quasi tot palmites misit. Istam ergo vineam Asaph in spiritu præuidens de ipsa hunc psalmum cōscripsit, in quo de ipsa duplicem eius statū ostendit. Primò statum, quem habuit ante Christi aduentum. Secundò statum, quē habuit post Christi aduentum, ibi. *Deus virtutū, cōuerte nos.* Prima in duas, quia primò Psalmista pro vinea deprecatur, secundò processus vineæ demonstratur, ibi. *Vineā de Aegypto.* Circa primum duo facit: quia primò Christi aduētum inuocat, secundò statum vineæ explicat, ibi. *Domine Deus virtutum.* Circa primum quatuor petit à Deo, s. primò erga nos Dei considerationem, secundò Dei manifestationem, ibi. *Qui sedes.* tertiò Christi incarnationē, ibi. *Excita.* quartò gentis commutationem, ibi. *Deus virtutum conuerte nos.* Quantum ad primū, sciendū, quod Israel vocatus fuit Iacob, à quo duodecim patriarchæ geniti sunt, à quibus populus Dei descendit, qui diuidebatur in duodecim tribus. Et ideo per Israel intelligitur populus Dei in duodecim tribubus contentus. Quē populum singulari gubernatione Deus regebat, non solum interius per veri Dei cultum, sed etiam exterius, vt patuit q̄n quadraginta annis ipsum per columnā nubis in die, & per columnā ignis in nocte duxit per desertum, & pane cœli pauit ipsum, vt patet Exo. 13. Et ideo dicebatur Deus regere Israel. Quod notans Psal. recolens illius beneficij, ait. *Qui regis Israel intende,* s. nobis. Intēdere enim dupliciter accipitur, vide versic. 876. hic accipitur pro dirigere. Et sic Deum intendere nobis est ipsum nos dirigere, & nostras preces approbare, sicut Psal. 5. dicitur. Intēde voci orationis meæ. *Qui deducis velut ouem Ioseph.* Hoc quidam sic intelligūt, quia vt habetur Gen. 50. Ioseph in morte adiurauit fratres suos, dicens. Scio quòd Deus visitabit populum suum, & vos hinc educet ad terram vestram. Ideo tunc asportabitis hinc ossa mea vobiscum, vt non hic, sed cū patribus meis sim sepultus ī terra promissionis. Quod facere volentes filij Israel, quando exierunt de Aegypto propter inundationē Nili fluminis Aegypti non poterant inuenire sepulchrum Ioseph. Et tunc apparuit eis quædam ouis, quæ ductu angelico natauit vsque ad locum sepulchri Ioseph ad ostēdendum eis locum, vt inde ossa Ioseph acciperēt. Quæ ossa accipiēs Moyses secum asportauit, vt habetur Exodi decimotertio. Et propter hoc vocata est ouis Ioseph. Et tunc esset sensus literæ. *Qui deducis,* scilicet, populum Israel per angelum præcedentem castra eorum, vt habetur Exodi decimoquarto, *velut ouem Ioseph,* quæ similiter ductu angelico ducta fuit ad sepulchrum Ioseph. Sed hoc, quod dicitur de illa, est satis voluntariè dictū, nec ab aliquo doctorum repertum. Ideo sic exponenda est litera. *Qui deducis velut ouem Ioseph,* idest, populū Israel hic denominatum à Ioseph, eo q̄ ipsum tempore famis saluauit ī Aegypto sicut ouē, scilicet diligenter custodiens eum, sicut sollicitus pastor diligēter gregem suum deducit. In isto ergo versiculo Psalmista erga nos implorat Dei considerationē, vt sit sensus. *Qui regis Israel,* idest, videntes te per fidem, *intende,* scilicet respice nos mittendo filium tuum nobis. *Qui deducis velut ouem Ioseph,* idest, fidelem populum conuersum de gentibus signatum per Ioseph. Ioseph enim interpretatur augmentum. Et mortuo grano frumenti, scilicet Christo auctus est multum populus Dei coniunctis in angulari lapide Christo Iesu duobus parieti-

Vinea dicitur ecclesia. *Esa. 5.* *Matth. 20.* *Israel significat populum Dei.* *Ouis Ioseph*

tribubus, scilicet populis Iudæorum ac gentium. Vnde gentium populus ouis nomine vocatur, de quibus ait Christus. Alias oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere, & fiet vnum ouile, & vnus pastor. *Ioan. 10.*

1372 *Qui sedes super Cherubin, manifestare coram Ephraim, Beniamin, & Manasse.*

HIc ergo nos implorat Dei manifestationẽ. Ad huius expositionem sciendum, quòd arca testamenti, in qua Deus habitare dicebatur, quia inde dabat populo responsa, situata erat super duos Cherubin auro puro fabricatos, vt habetur Exo. 37. Et ideo litteraliter dicebatur Deus sedere super Cherubin: quia arca testamenti duobus Cherubin sustentabatur. Vnde tertio Regum octauo, dicitur. Tulerunt arcam fœderis domini sedentis super Cherubin. Sic ergo Deo loquitur Psalmista hic iuxta illum modum scripturæ, dicentis. *Qui sedes super Cherubin.* Vel magis realiter Cherubin est quidam ordo angelicus, & interpretatur plenitudo scientiæ? Vnde secundum Gregorium in homil. de Angelis. Illa summa angelorum agmina, ideo Cherubin sunt vocata, quia tanto perfectiore scientia sunt plena, quanto claritatem Dei vicinius contemplantur, ut secundum creaturæ modum eo amplius omnia sciant, quo uicinius ui sionem cõditoris sui per meritũ dignitatis appropinquant. In istis ergo angelicis spiritibus ideò sedere dicitur Deus, quia omnis scientia, & cognitio creata ei subditur. Propter quod & ipse Deus scientiarum dominus dicitur primo Regum secundo. Deus sciẽtiarum dominus est. Istum ergo Deum scientiarum Dominum inuocat Psalmista, dicens. *Qui sedes super Cherubin, manifestare coram Ephrem,* &c. Pro cuius expositione literali sciendum, q̃ ut habetur Num. 2. Erecto tabernaculo per Moysen in deserto, stabat in medio castrorum, sic q̃ quælibet tribus habebat determinatum locũ circa tabernaculum pro custodia eius. Nam ad partem orientalem tabernaculi ponebantur tres tribus, scilicet Iudas, Isachar, & Zabulon. Ad meridiem uerò

Cherubin.

Greg. in hs.

A aliæ tres tribus, scilicet Ruben, Simeon & Gaad. Ad Aquilonem uerò aliæ tres tribus, s. Dan, Asser, & Nephtalin. Ad Occidentem uerò aliæ tres tribus, scilicet Ephraim, Beniamin, & Manasses. In ista uerò parte occidentali tabernaculi erat fœderis sancta sanctorum, & propitiatoriũ, in quo diuina dabantur responsa, & Deus uoluntatẽ suam populo manifestabat. Ex quib. apparet, q̃ istæ tres tribus. s. Ephraim, Beniamin, & Manasses; quia situabantur ad partẽ Occidentalem, erãt propinquiores loco diuinis responsionibus cæteris. Et ideo quærẽs B Psalmista q̃ Deus, qui istis tribus tribubus uicinius manifestari solebat, nunc omnibus per incarnationem se manifestet, dicens: *Tu qui sedes super Cherubin,* eo modo, quo dictũ est, qui te soles manifestare corã Ephraim, Beniamin, & Manasse, supple manifesta teipsum mundo per incarnationẽ. Et hoc est quod statim subditur, quem ex hoc quærat d. *Excita potentiam tuam & veni.* Mysticè aũt considerantes, quod istæ tres Ephraim, Beniamin, & Manasses castrametabantur à parte occidentali tabernaculi. Sciẽdum quod tabernaculũ corporis nostri quatuor habet partes, s. orientalem, quæ C significat natiuitatem. Australem, quæ significat statum prosperitatis. Aquilonarem quæ significat statum aduersitatis, & occidentalem, quæ significat mortem & finalem corporis casum & resolutionem. Et in qualibet tres considerare oportet per tres custodes illius partis figurata. Primò ergo à parte orientali castrametabantur Iudas, Isachar, & Zabulon, & significant tres uirtutes quas ex consideratione tuæ natiuitatis debes habere quæ sunt confessio accepti muneris, hæc est Iudas, obseruatio promissi D fœderis, hæc est Zabulon, recordatio suscepti nominis, hæc est Isachar. Primò ergo circa natiuitatẽm tuam, scilicet, spiritualem qua Deo regeneratus es per baptismum considera munus quod tunc à Deo accepisti, quia, de filio diaboli factus es filius Dei, de filio gehennæ filius gloriæ, de peccatore iustificatus. Et illud munus semper debes considerare, confiteri, & Deo gratias agere, & hoc significat istius partis primus custos, scilicet Iudas qui confitens interpretatur. Ad

Natiuitas.

Iudas.
Gratiarum Actio.

Ad hoc enim etiam bruta nos inducunt animalia. Nam de elephāte legitur quòd cum in foueā ceciderit, si ab aliquo extrahatur, statim beneficium confitens liberatorem sequitur, & omni feritate deposita, per susceptū beneficium edomatur. De tigride etiam legitur, cum in foueam quandam cecidisset, & miles quidam à casu inde transiens ipsam extraxisset, fera extracta beneficium sibi factum recognoscens, & liberatorē suum recognoscens, cum cauda blandiebatur, & benefactori gratias agere videbatur, vt ponit Plinius. De quodam leone etiā legitur in historia vltra marina, q cum vltra mare foret exercitus Christianus, quidam miles casu quendam leonem inuenit, quem quidam serpens taliter cum cauda ligauerat quod se mouere nō poterat. Vnde miles pietate motus serpentem occidit, & liberauit leonem. Leo autem tanquam gratum animal seruituti militis se mācipauit. Ibat.n. per nemora prædas capiendo, & captas deferebat ad militem, intantum quod multa commoda exercitui contulit. Ad hoc etiam adduci posset exemplum de leone quem beatus Hieron. curauit. Si ergo bruta animalia beneficia sibi exhibita taliter recognoscunt, multo fortius & nos beneficia in nostra natiuitate nobis exhibita confiteamur, & Deo agamus gratias, quod significat primus custos orientalis partis qui erat Iudas, qui confessio interpretatur dicens. Nunc confitebor domino. Et ob hoc vocauit nomen eius Iudam. Secundò ab ista parte debet esse obseruatio promissi fœderis. Cōsidera quid tunc Deo promisisti, scilicet renunciare diabolo, & peccatis, mundo, & eius pompis. Et hoc obseruare debes, quod significat secundus custos illius partis, scilicet Zabulon, qui interpretatur iusiurandum, per quod obseruatio promissi fœderis significatur, quia secundum Gregor. tunc solum fideles sumus, si, quod verbis promittimus, operibus adimplemus. Ad qđ faciendum etiam multa paganorum exempla nos inducunt, qui nec prece, nec precio promissa violare volebant. Narrat August. 5. de ciuitate Dei, de Fabricio Romano, qui tamen satis pauper erat, quod promissa fidelitate Romanis, quòd cum missus fuisset per Romanos

Elephas I. *Gene. 29.* *Gregor.* *Fides data seruari debet.* *Zabulon.* *August.*

E contra regem Pyrrhum, & bis fuisset deuictus, nunquam tamen frangere Romanis voluit promissam fidem fugiendo, cuius fidelitatem rex Pyrrhus admirans, ipsum in amicum habere cōcupiuit, quod vt Fabricius consentiret, medietatem regni sui sibi obtulit, & perpetuam pacem cum Romanis facere, si Fabricius in amicitiam sibi vellet copulari. Qui tamen vt fidem Romanis promissam teneret, spernens omnia sibi oblata, libera voce respondit. Non veni quærere tua, sed te, neque dominium supra tua habere cupio, sed supra te. Idem ad propositum de eodem Fabricio notat Orosius, F quòd cum dictus Fabricius bellum contra dictum regem Pyrrhum haberet pro Romanis, medicus Pyrrhi cupiditate ductus, venit ad Fabricium offerens ei, Pyrrhum, si vellet sibi prouidere, veneno interficere, quod facere poterat, quia rex Pyrrhus de ipso medico multum confidebat. Qui Fabricius statim dictum medicum ligatum remisit ad Pyrrhū cum literis hoc factum continentibus. Qui Pyrrhus hoc viso, admirans Fabricij fidelitatem, dixit. Antea sol à cursu suo auerteretur, quàm Fabricius à fidelitate sua G posset auerti. Similiter ad propositum de Marco Regulo narrat Aug. in de ciuitate Dei, vide vers. 1339. Si ergo gētiles fidem promissam sic seruare cupiebant, quantò magis Christiani hoc facere debemus, vt nec diuitijs, nec blandicijs, nec tormentis promissam Deo fidem violemus? quod nobis ostendit secundus custos Orientis .s. Zabulon. Ideirco cuilibet fideli dicitur. Esto fidelis vsq; ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ. Tertiò ab ista parte debet esse pro custodia recordatio suscepti nominis, quod significat tertius custos, scilicet, Isachar. In na H tiuitate prædicta accipis nomen Christi, vnde & Christianus diceris. Ergo & nominis significationis recordari debes, ne nomen habeas falsum, & Christum imitari. Hoc significat Isachar, qui memorās dñm interpretatur, vt meritò quilibet nostrum dicere posset. Memor fui noctẽ nominis tui domine, & custodiui legem tuam. Secundò principaliter à parte Australi erāt custodes tres .s. Rubē, Simeon, & Gad. Per partem Australem, in qua sol est altior, intellige statum prosperitatis,

Fabricius. *Exemplum.* *Apoc. 2.* *Isachar.* *Memoria nominis Christiani.*

tatis, in quo homo in altum ascendit. Et tunc si seipsum vult custodire tria debet facere, per tres dictos custodes significata: quia, scilicet, ad medium debet accedere extrema relinquendo Ruben, ad proximum debet intendere, egenis miserendo, Simeon, ad dubium debet aspicere fortunam meditando Gad. Primò in statu prosperitatis homo debet ad medium accedere, extrema relinquẽdo, &c. Hic amplius non prosequor. Vide in postilla mea super Mich. residua membra.

1373 *Excita potẽtiam tuam, & veni, vt saluos facias nos.*

HIc expresse Psalm. postulat Christi incarnationem, quam in præcedenti versiculo postulauera implicitè. Et nota, quòd duo hic petit Psalm. scilicet Christi incarnationem, & eius resurrectionem. Vnde iste versus partes habet transpositas. Primò enim petit Christi incarnationem, dicens. *Veni, vt saluos facias nos.* Secundò petit eius resurrectionem dicens. *Excita potentiam tuam*, scilicet per resurrectionẽ. Vnde istum versum sic exponit Magister in glo. d. Ordo versus talis est. *Veni*, scilicet, tuipse in carnem, & manifesta teipsum mundo. *Excita potentiam tuam*, scilicet, post mortem resurgendo quia scilicet, visus es infirmus in passione dum tibi dicitur, Si filius Dei es, descende de cruce, nihil posse videbaris, præualuit super te persecutor. *Excita ergo*, idest, ostẽde *potentiam tuam*, vt qui infirmitate humanitatis crucifixus es, ex virtute & potentia diuinitatis resurge. Et hoc totũ vt saluos facias nos, quia in his omnibus salus nostra cõsistit. Et sic Psalm. istum versiculum dirigit ad filium, dicens. *Excita potentiam tuam & veni.* Ante enim veniebat ad nos Deus, sed non in persona, sed in persona sanctorum prophetarũ, quibus admonebat suum populum. Sed his Psal. non contentus, ipsum in propria persona uenire desiderans, ait. *Excita potentiam tuam, & veni.* Vnde & ipsum iam sic venisse ostendit euangelista, dicẽs. In propria venit, &c. scilicet ipse filius vel Dei verbum. Vnde statim subdit. Et verbum caro factũ est. Pro cuius declaratione aliqui solẽt quærere, quare pro

Ioan. 1.

Quæstio.

A salute nostra ad nos venit Dei filius magis quàm pater aut spiritussanctus. Ad hoc multæ assignantur rationes, scilicet, ne in diuinis confunderentur nomina personarum, vt forma iuris remittantur crimina, vt à nato patri supplicetur venia, vt arte verbi reparentur opera, vt conuerso modo sperentur præmia, vt nobis patris commendetur gratia. Primum patet, ne, scilicet, nomen filii, in trinitate confunderetur, sic, scilicet, quod in trinitate essent duo filij, quia si pater fuisset incarnatus vel spiritussanctus, tam ibi confuse diceretur filius, quia ibi esset filius verbum, & alius filius, scilicet, alia persona incarnata, & ex homine nata. Hanc rationem ponit Magist. in gl. lib. 3 dist. t. d. Ideo ad nos solus filius venit carnem assumendo, & non spiritussanctus, nec pater, vt qui in diuinitate erat Dei filius, in humanitate filius hominis fieret, ne alius in diuinitate esset filius, & alius in humanitate, & ne idem esset pater & filius si pater de homine nasceretur. Secundum patet, quia secundum iura ad illum spectat iniuriam remittere qui iniuriam recepit. 23. quæst. 4. si illic. Sed persona filij ob peccatum primorum parentum C specialiter fuit iniuriata, ꝙ patet: quia primum peccatum cuius sequela humanum genus erat perditum, fuit peccatũ Luciferi, qui voluit Deo similis fieri. Esa. ias 14. Ascendam in cęlum, &c. & similis ero altissimo. Similitudo autem est nomen appropriatum filio, quia est imago patris, vt ait Magister lib. 1. distin. 27. & dist. 31. Hanc rationem tangit Bernard. in sermone de aduentu, dicens. Si consideremus exilij nostri causam, aduertere poterimus quàm congruum fuerit filium Dei ad nos venire, & non patrem neque spiritumsanctum. Lucifer enim D pro eo quod similitudinẽ altissimi vsurpare tentauit, & rapinam arbitratus est esse, se æqualem Deo, quod utique filij est, illico præcipitatus corruit. Potest etiam minor huius rationis formari de peccato primi hominis, qui fuit, quia appetijt in scientia Deo assimilari, dicente sibi dæmone, eritis sicut dij, scientes bonum & malum. Sapientia autem uel scientia propriè attribuitur filio, vt ostẽdit Magister lib. 1. dist. 34. Tertium patet, quia oportebat redemptorem nostrum

Venit filius Dei, & non pater nec spiritussanctus.

Bernard.

strum supplicare pro offensa Deo facta, E vt ipsius ueniam impetraret, sed nullus alteri congruentius supplicare potest, quam filius patri. Et hanc rationem prae uiderat Iob de filio sub nomine angeli, dicens. Si fuerit pro eo angelus loquēs, *Iob 33.* miserebitur eius. Quartum patet, quoniam sicut Deus primò per verbum suū cui attribuitur sapientia omnia fecerat, dicente Psal. Omnia in sapientia fecisti. Et Ioan. 1. Omnia per ipsum verbum facta sunt, ita decens erat Deum eodem verbo reparare perdita. Hanc rationem *Ioan. 1.* tangit Magister lib. 3. dist. 1. d. Venit Dei filius & non pater neq; spiritussanctus, F quod utique congruo ordine atq; alto Dei sapientiæ fecit consilio, vt, scilicet Deus qui in sapientia sua mundum condiderat, secundum illud. Omnia in sapientia fecisti domine, in eadem & quæ in cœlis sunt, & quæ in terris restauraret. Quintum patet, quoniam videbatur homini postquam Deum offenderat hæreditatem cœlestē de qua eiectus fuerat, non posse recuperare, sicut nec diabolus potest. Volens igitur Deus spem dictæ recuperandæ hæreditatis mundo dare, uoluit ostēdere quòd homo etiam post peccatum potest fieri filius Dei, & G per consequens hæres. Hoc ostendit filius ueniendo, quia ipse Deus est factus hominis filius, quasi arguat sic, Filius Dei est factus filius hominis, ergo multo fortius per conuersionem simplicem, *Rom. 8.* filius hominis fieri potest filius Dei. Si autem fieri potest filius Dei, sequitur quòd de hæreditate patris desperare non debet. Et hanc rationem tangit Apostolus, dicens, Si filij & hæredes, hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi. Sextum patet, quia cum pater plus in naturalibus diligat filium quàm filius patrē, ut multis rationibus H ostendit Philos. 8 Ethic. sequitur ꝙ pater in hoc ꝙ ad nos suum misit filium, maiorem gratiam nobis ostendit & charitatem, quàm si econtrario filius patrē misisset. Non tamen per hoc intelligo, quòd in diuinis pater plus diligat filium quàm econtrario. Et hanc rationem tan- *Chrysost.* git Ioann. Chrysō. super illo Ioan. 3. Sic Deus dilexit mundum, &c. dicens. Hoc enim infiniti amoris est ostensiuū: quia pater non hominem misit, non angelū, non archangelum, sed filium suum vnigenitum. Istis ergo rationibus ad nos venit Dei filius, & non pater neque spiritussanctus ad nos saluandum. Propter quod dicit, Ego veniam & curabo eum. Et hinc loquitur Psal. d. *Excita domine potentiam tuam & ueni, vt saluos facias nos.* *Matth.*

Domine Deus virtutum conuerte nos, & ostende faciem tuam & salui erimus. 1374

HIc Psal. prædicit gentis commutationem. Cum enim homo sit spiritus vadens & non rediens, quia, scilicet, per seipsum in peccatum cadere potest, sed per se inde redire non potest, nisi Dei adiutus gratia. Hinc est quòd à peccato non potest conuerti, nisi ipsum Deus conuertat. Vnde sicut in peccando nos primò auertimur à Deo, & consequenter ipse auertitur à nobis, sic & pœnitendo accidit oppositum, quia ipse primò se conuertit ad nos, quæ conuersio causat nostram conuersionem. Propter quod dicit dominus Hiere. 15. Hæc *Conuersio.* dicit dominus, si conuerteris cōuertam te, quasi dicat hæc est bona consequentia. Tu conuerteris à peccato ad me, ergo ego te conuerti: quia effectus infert causam suam. Propter quod Zach. 1. di- *Zach. 1.* citur, Conuertimini ad me, & ego conuertar ad uos, in eodem sensu quasi dicat. Si vos conuertimini ad me, hoc ideo est, quia ego primò conuertor ad nos. Dum ergo sumus in peccato, Deus auertit faciem suam à nobis & nos etiā auersi sumus ab eo. Dum autem conuertit faciem suam ad nos, & nos respicit, tunc nos ad eum conuertimur. Et hoc notat Psal. dicens, *Domine Deus uirtutum*, scilicet, angelorum qui uirtutes dicuntur, Psal. 102. Benedicite domino omnes vir- *Psal. 102.* tutes eius, &c. Conuerte nos, scilicet, à culpa ad gratiam, sed per modū subdit. *Et ostende faciem tuam.* Quid est faciem alicui ostendere nisi se ad illum conuertere à quo primo fuerat auersus? Vel per faciem, intellige Christi incarnationem, quæ Dei facies dicitur vide supra versic. 689. 844. Et istam faciem scilicet Christi incarnationem, Psal. petit, dicens, *Ostende faciem tuam*, &c. vnde Magister in gl. ait. *Ostende faciem tuam*, idest, filiū tuum, qui

Facies Dei est Christus qui est imago tua, hæc facies velata fuit nube carnis, sed hanc faciem ostendit Christus qñ surrexit, & ascendit, & ita saluamur. De hac facie dicitur Hest. 15. Facies tua domine est plena gratiarum.

1375 *Domine Deus uirtutum, quousque ira sceris super orationem serui tui?*

HIc ostẽdit vineæ, idest, ecclesię turbationem, Et quatuor facit, quia erga istam vineam ostendit primò diuinam conturbationem. Secundò uineæ afflictionem: ibi, *Cibabis.* Tertiò persecutorum contradictionem, ibi, *Posuisti nos.* Quartò Dei petit consolationem, ibi. *Domine Deus virtutum.* Quantum ad primum sciendum q Deus turbatur peccatis nostris, idest, ad modum turbati se habet, quia sicut iratus homo contra aliquem ipsum orantem non exaudit. Sic & Deus peccatoribus iratus eorum orationes repellit, sed amotis peccatis, statim tranquillus nobis manet. Propter quod sibi dicitur Hiere. 3. Nunquid irasceris in perpetuum, aut perseuerabis in finem, quasi dicat non. Quinimò cum iratus fueris, misericordiæ recordaberis. Abac. 3. Petit ergo hic Psalm. vt ira Dei auertatur ab ecclesia ut ipsius orationes sint exaudibiles. d. *Domine Deus uirtutũ quousque irasceris,* i. quousque iratus nõ exaudies orationem serui tui. q. d. Et si iuste irasceris super orationẽ inimici tui, ne irascaris iam super orationem serui tui. Præuidebat enim Psal. populũ per Chaldæos captiuandum, ideo pro ipsius liberatione orabat. Et nota q ira Dei ẽt durat super conuersos, sed aliter quàm supra obstinatos. Nam conuersos flagellat, vt pater, sed obstinatos vt iudex, cõuersis est ira corrigens, sed obstinatis est ira damnans. Dicit ergo. *Quousque irasceris,* &c. q. d. hoc oro, non vt nõ flagellet, vt pater & corrigat, & sed ne flagellet vt iudex & damnet. Qualiter autem ira cadat in Deo, vide vers. 55. 684.

Ira Dei. *Hiere. 3.* *Abac. 3.*

1376 *Cibabis nos pane lachrymarũ, et potũ dabis nobis in lachrymis in mẽsura.*

HIc consequenter ostendit Psal. ecclesiæ afflictionem, quantum ad literam certũ est, quòd ecclesia fidelium tẽpore captiuitatis Babylonicæ multas

A pressuras passa fuit, Homines autem in tali pressura & captiuitate existentes ducunt in luctu & lachrymis vitam suam, est ergo sensus, vt ly *quousque,* hic etiam resumatur, & dicatur, *Quousque cibabis nos pane lachrymarum,* idest, quousq; per mittes nos in tali afflictione, vt cibus noster sit semper cum lachrymis: Et idem resumit dicens. *Et potum dabis nobis lachrymis in mensuram,* sciebat enim Psal. quod secundum mensuram peccati est mensura & pœnæ. Vult ergo dicere. Affligimur & punimur, & hanc punitionem meruimus, quia peccauimus tibi, sed B quo vsque hoc durabit? q. d. Et si hanc mensuram pœnæ nos peccatis nostris meruimus, tamen tu non respicias ad peccata nostra, sed libera nos per tuam misericordiam. Et per hoc vult ostendere Psalm. quod ex incarnatione Christi quã supra statim postulauit fideles multa patiuntur pro fide nominis Christi, tamen illæ passiones erunt ad mensurã, quia erunt ad correctionem, nõ ad perditionem. Vnde erunt ad mensuram: quia scilicet non excedent vires fideliũ, vt possint sustinere. Et hoc est quod dicit Apostolus. Fidelis Deus, qui non pa- *1. Cor. 10.* C tietur vos tentari supra id, quod potestis, sed faciet cum tentatione prouentũ vt possitis sustinere. Mysticè autem hic agitur de cibo pœnitentiæ & lachrymarum, quo Deus pascit pœnitentes in mẽsura peccati, vt secundum mensuram peccati sit pœnitentiæ mensura. Iste fuit cibus Magdalenæ quando lachrymis Christi pedes rigauit. Luc. 7. Isto cibo pœnitens non solum pascitur, sed etiam Deum pascit & reficit, vt ostendit Pe. Ra. de Magdalena super illo verbo Lucæ septimo. Intrauit Iesus domum cuiusdam Pharisæi, &c. dicens. Pharisæi domum Christus intrauit non vt Iu- D daicos caperet cibos, sed potius diuinã misericordiam largiturus accubuit, non vt pocula saporata melle, floribus stipata sumeret, sed vt pœnitentis lachrymas ex ipsis oculorum fontibus in suum sumeret cibum. Et ecce inquit mulier, &c. venit illi pietatis non voluptatis cibum exhibere, denique & pœnitentiæ ponit mensam, ferculum cõpunctionis apponit, cibum doloris infert, potũ lachrymis temperat in mensuram

Cibus pœnitentia. *Luc. 7.* *Lachryma.*

& ad delitias diuinitatis totas totam pulsat cordis sui & corporis simphoniam, organi planctibus dat clamorem cithara, per suspiria longa modulatur, gemitus aptat in fistulam, & dum pectus ipsam conscientiam arguens sæpius percutit, facit cymbala personare. Deinde apportat diuinis oculis cibos & totas sic misericordiæ copias reportat. Iste cibus lachrymarum benè figuratur in illo problemate quod Samson Philisthæis proposuit, dicens, de comedente exiuit cibus, & de forti egressa est dulcedo. Vbi notandum quod per comedentem in scriptura sæpè figuratur peccator, eo quòd comedendo cibum uetitum primò peccauit homo. Genes.3. Per fortem verò significatur amaritudo mundi & castigatio carnis, quæ homini exteriori fortis & dura videtur, quæ tamē dantur nobis vt in ipsis vincamus. Sap.10. Certamen forte dedit illi ut vinceret. per cibum verò significatur ipsa pœnitentia, qua cibatur anima, psal.41. Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes, &c. Per dulcedinem verò denotatur spiritualis delectatio: quia anima diuina adiuta gratia, in aduersitatibus & carnis castigatione delectatur, sic quòd illud quod carnaliter viuentibus amarum sapit, illi amore iustitiæ totum dulce videtur. Et (vt dicitur Ecclesiast. vigesimotertio) nihil dulcius quā respicere in mandatis domini. Sic ergo ad propositum de comedente exiuit cibus, quando peccator considerans seipsum, de peccatis suis pœnitentiam agit, & contritus potum lachrymarum emittit. Et tunc consequenter de forti egreditur dulcedo, quia illa, quæ sibi prius videbantur amara, & fortia. s. orationes, & ieiunia, & hmōi, oīa sibi nunc dulcia vidētur, & sapida, vt meritò dicat illud Iob 6. Quæ prius tangere nolebat anima mea, nunc præ angustia cibi mei sunt. Et de isto cibo nunc ait Psal. *Cibabis nos pane lachrymarum*, &c. Et de isto cibo lachrymarum vide supra versic. 690.

Iud.14. *Gen.3.* *Sap.10.* *Psal.41.*

1377 ***Posuisti nos in contradictionem uicinis nostris, & inimici nostri subsannauerunt nos.***

HIc ostendit persecutorum contradictionem, ad literā hoc dicit Ps. quia in illa captiuitate Babylonica rex E Assyriorum posuit Samaritanos habitare terras Iudæorum (vt dicitur 4. Reg. 17.) qui odio habebant Iudæos, & ecōtrario. Propter quòd dicitur Ioann.4. Nō enim coutuntur Iudæi Samaritanis. Et ideo, si aliquid proponebant regi de reditu Iudæorum ad propriam terram, illi Samaritani eorum uicini, quantum poterant, contradicebant, ne rex ipsos à captiuitate liberaret, ac etiā postquam liberati fuerunt, & de licētia Cyri ad propria reducti, ipsis Iudæis multum erant infesti, vt patet primò Esdræ quasi per totum. Similiter quando Iudæi reuersi F voluerunt reædificare ciuitatem Hierusalem, illi deridebant eos, & subsannabāt quasi dicat. Isti non facient, quę cogitāt. Vnde vt habetur Nee.4. cum audisset Sanaballath, quòd ædificaremus murum, iratus est valde, & motus nimis subsannabat Iudæos, & dixit coram frequentia Samaritanorum. Quid isti imbecilles Iudæi faciunt, &c. Per hoc mysticè dat Ps. intelligere, quòd Christo incarnato, resuscitato, & in cęlis assumpto, Apostoli, qui erant veri Iudæi, circuibant per orbem ædificantes ecclesiam Dei in nomine Iesu Christi, quibus ab auditoribus G contradicebatur dicentes. Qui sunt isti nouorum dæmoniorum annūciatores? Sed contradictores vincebantur, & fideles efficiebantur. Prædicabāt enim mortuum surrexisse, noua res, sed incredibilis rei fidem miracula faciebant. Et non solum contradicebant, sed etiam subsannabant fideles dicentes. Isti colunt mortuum crucifixum, sed multi subsannantes Apostolos prius, facti sunt postea Christiani usque ad sanguinem confitentes, vt de Apostolo Paulo patet Act.9. quod ideò dicebant contradictores, quia à Christo protegebantur psal.30. Prote- H ges eos in tabernaculo tuo à contradictione linguarum. Ista est contradictio hæreticorum & schismaticorum, qui fidelibus contradicunt fidei ueritatem abnegantes. Act.13. Contradicebant his, quæ dicebantur à Paulo blasphemātes. Vbi ait gloss. psal.30. quòd fideles à contradictione hæreticorum in futuro seculo abscondentur, sed in præsenti proteguntur, dum enim in præsenti peregrinamur, contradicunt hæretici negantes futura, sed tu, Deus, proteges eos in tabernaculo

Contradicebant gentes Apostolis.

bernaculo tuo, scilicet, intra fidem, quæ est earum rerum, quas pro nobis dominus gessit, & pertulit. Et hæc est catholica ecclesia, q̃ est tabernaculũ fidei, &c.

1378 *Domine Deus virtutum conuerte nos, & ostende faciem tuam & salui erimus.*

HIc postulat diuinam consolationẽ. Et exponitur iste versus vt supra 1374. Et nota ꝙ in isto psal. tribus vicibus istum versum repetit Psal. petens diuinam consolationem. Præuidebat enim in spiritu triplicem captiuitatem Iudæorum futuram, scilicet, Babyloniorũ per Nabuchodonosor, Græcorum per Antiochum, & Romanorum per Titum, & Vespasianum. Ideò pro liberatione ab illis tribus captiuitatibus per istum versum dicit, petens diuinam misericordiã. Hic tamen moraliter notandum, quòd rogare debemus Deum, vt nos in multis conuertat secũdum multa membra, quæ ad ipsum mysticè debemus conuertere, scilicet vt conuertatur facies ad gratiarum implorationem, vt conuertatur caput ad superborum detestationẽ, vt conuertatur oculus ad secretorum considerationem, alias meditationem, vt conuertatur manus ad egenorum sustentationem, vt conuertatur pes ad mãdatorũm obseruationem, vt cõuertatur cor ad diuinorum amorem. Primum patet, quoniam, qui ab aliquo vult petere, ad illum faciem conuertit, & non dorsum. Sic enim Ezechias rex gratiam vitæ longioris à Deo petere volens, propter Christum, quem ex semine suo sperabat esse futurum, faciem suam conuertit ad ipsum. 4. Reg. 20. Conuertit faciem suam ad parietem, & orauit dominum dicens. Obsecro domine, memento mei, &c. Per faciem enim intentionem mẽtis accipe, sed per parietem Christum dominũ ecclesiæ circundãtem, in quem Iudæi vnanimiter irruerunt. psal. 61. Irruitis in hominem vniuersi vos, tanquam parieti inclinato, &c. Ad istum ergo parietẽ Christum conuertamus faciem, gratiam eius volentes impetrare exemplo Sarræ, de qua Tob. 3. Ad te domine, conuerti faciem meam peto domine, &c. Secundũ patet, vt enim patet, conuerte se ad aliquem, est se sibi humiliare, & subijcere, quod fit faciliter, quando homo considerat dolores vitæ præsentis. Propter ꝙ dicitur psal. 7. Conuertetur dolor eius in caput eius. q. d. Ex consideratione humanæ fragilitatis, & miseriæ conuertetur caput, & humiliabitur. Omnis enim miseria, omnis dolor, & pœna est quædã pro peccato nobis data retributio, quæ in caput nostrum conuertitur, quando ipsius cõsideratione homo humiliatur. Propter quod dicitur Abdiæ. 1. Retributionem tuam conuertet in caput tuum. Tertium patet, sic enim Zacharias secreta Dei meditari volens ænigmaticè sibi ostensa, conuertit oculos suos ad illa dicens, Conuersus sum, & leuaui oculos meos, & ecce quatuor quadrigę, &c. Ex ista conuersione oculorum, quę significat attentionem intellectus, vt ibi dicitur de mysterio quadrigarum fuit informatus. Quartum patet per manus autẽ designantur opera, & maximè pietatis. Vnde ad exercenda pietatis opera dixit Rex Israel armigero suo. Cõuerte manũ tuam, & educ me de acie quia vulneratus sum. Magnum pietatis opus est infirmis subuenire. Sic & Deus manum suam conuertit, dum nostri miseretur. Esa. 1. Dicit dominus, Conuertam manum meam ad te, & excoquam ad purũ scoriam tuam, &c. Patet quintum, quĩ sic pedes suos per quos significantur affectus Psal. conuerterat. d. psal. 118. Cogitaui vias tuas, & conuerti pedes meos in testimonia tua. Sextum patet, quoniã hoc dominus postulat a nobis, dicens. Conuertimini ad me in toto corde vestro, ꝙ fit per veram dilectionem. In parte enim cordis, & non in toto conuertitur, qui aliquid retinet in corde per illicitum amorẽ, quo offenditur dominus. Propter quod dicitur Eccles. 21. Qui timet Deum. s. timore filiali, qui dilectionem includit, conuertetur ad cor suum. Vt ergo omnibus istis modis conuertamur, recurramus ad Deum dicentes. *Domine, Deus virtutum, conuerte nos*, &c.

Cõuersio ad Deum multiplex. — *Nota.* — *Zach. 6.* — *2. Para. 18.* — *Iocl. 2.*

Vineam de Aegypto transtulisti: eiecisti gentes, & plantasti eam. 1379

HIc processus vineæ, scilicet ecclesiæ ante Christi incarnationem demonstratur. Et circa duo ostendit. Primò

mò eius statum prosperitatis. Secundò aduersitatis, ibi. *Vt quid.* Circa primum quatuor ostendit. Secundò in terra promissionis eius radicationem ibi. *Dux itineris.* Tertiò eius in altum eleuationem, ibi. *Aperuit.* Quartò eius in latum dilatationem, ibi. *Extendit.* Quantum ad primum notandum, quòd sicut planta nobilis in terra fertili, & mala posita transplãtatur ad terram bonam, vt fructus bonos afferat. Consimiliter Deus populũ suum in terra Aegypti, quæ idololatriæ erat dedita ne ad idololatriam cum illis cõuersando inclinaretur, abstulit de terra illa ipsum ab Aegyptiaca seruitute liberando, & per desertum quinquaginta annis perducens ad terram promissionis induxit. De qua abiectis gentilibus, in ea ipsum suum populum plantauit, dando ei dictæ terræ promissionis possessionem. Et hoc est quod de ecclesia sub nomine vineæ Psal. vt cultori dicit Deo. *Vineam de Aegypto transtulisti*, idest, populum tuum vel synagogam quæ vinea dicitur. Esa. 5. Vinea domini exercituum domus Israel est, *transtulisti*, idest, mirabiliter populũ educendo de Aegypto eiecisti gentes, scilicet, idololatras de terra promissionis, vt habetur in lib. Iosue, quasi per totum eijciendo, scilicet, reges Chananæorum, &c. quorum eiectio fuit miraculosa, & magis diuina virtute, quã humana facta. *Et plantasti eam*, scilicet, ecclesiam. Mysticè autem hæc vinea est anima nostra, quæ meritò dicitur vinea ratione multiplicis assimilationis, qua vineæ æquiparatur, scilicet, ratione plantationis, ratione putationis, ratione ligationis, ratione fossionis, ratione occationis, ratione fructificationis. Primum patet, quoniam sicut uinea plantatur in terra; sic anima nostra in terra corporis creatur, quamuis enim de anima primi hominis apud doctores sit dubium, vtrũ primò fuerit creata extra corpus, & postea unita corpori. De alijs autem certum est, quod in corpore creatur, vt ostendit Magister lib. 2. distin. 17. Sicut etiam vinea non potest fructum facere, nisi quandiu in terra manet plãtata, sic nec anima nisi quamdiu vnita corpori manet: quia statim separata amplius nõ potest mereri, vt ostendit Magister lib. 4. dist. 50. Vnde de plantatione huius vi-

Vinea dicitur anima nostra.

Hiere. 2.

E neæ dicit dominus, Ego plantaui te vineam electam, omne semen verum. Est enim hæc vinea electa ratione finis, ad quem est creata, & habet omne semẽ verum ratione fructus ad quem est ordinata. Sicut enim semen in se habet uirtutẽ fructificandi, sic dominus dedit animæ virtutem, qua fructificare possit, scilicet, intellectum ad ipsum cognoscendum, voluntatem ad ipsum diligendum, memoriam ad ipsum continuè recordandũ. Sed circa istius vineæ plantationem occurrit primò dubitatio quam facit Magister lib. 2. dist. 1. dicens, Cum maioris F dignitatis videtur esse anima, si absque corpore permansisset, cur vnita est corpori vel in corpore plãtata? Ad hoc multiplex assignatur ratio vers. 990. Secundum patet: quoniam sicut vinea putatur vt fructum plus afferat, quinimò ne siluestris efficiatur, ideo enim putata plus fructificat & melius conseruatur, quia uirtus radicis eius ad pauciores palmites transmittitur, & sic eius virtus magis vnita vigoratur, & sic putare non est aliud quàm uirtutem ad multos palmites dispersam ad vnum reducere. Sic & putanda est anima nostra, quia tota G virtus eius ad vnum solum, scilicet, ad Deum est reducenda, vt, scilicet, intellectus animæ omnibus alijs abiectis solũ ad Dei contemplationem intendat. Voluntas ad Dei dilectionem, memoria ad eius recordationem. Si enim ad multa se velint ista spargere satis faciliter anima efficeretur siluestris & infructuosa: Et si quæras. Nonne mihi licet cogitare de familia mea, diligere eam, & similia? Respondeo, quòd non ratione familiæ tuæ, sed solum ratione Dei, sic q̃ omnia, quæ cogitas, reducas ad Deũ, &c. De ista putatione dicitur Leu. 25. Sex an H nis putabis uineam tuam, septimus autem annus requietionis erit, non putabis eam. Sex anni putationis sunt sex vitia, quæ ab anima debemus putare, scilicet, vanas cogitationes, prauas delectationes, astutas machinationes, falsas locutiones, prauas operationes, & mundanas occupationes. Quibus sex ab anima amputatis, annus septimus requietionis habebitur. Sed aduerte, quòd in putatione oportet tempus obseruare debitũ, sicut si tempore incongruo vineam putares,

ctares,nihil proficeres,sic & in ista spiri-
tuali putatione cuius putationis tēpus
debitum est solum vita præsens. Cant. 2.
Ioel. 2. Tempus putationis aduenit. Ideò de il-
lis,qui tempore isto vineam putare ne-
gligunt,conqueritur dominus dicēs. Po
suit vineam meam desertam,patet,quo-
niam sicut vinea putata ligatur ad palū,
ne ad terram corruat,sic anima putata à
prædictis vitijs, ne iterum ad terram, i.
ad uitia, & terrena cadat, ad Christum
per amoris vinculum ligari debet, quia
sine Christo causam peccati uitare non
posset. In cuius figuram quando tempo-
re Christi passionis ipse in horto volens
orare, à discipulis se diuidebat, statim
ipsi dormiebant nec poterant vigilare,
ad significandum quod sine ipsius susten
Galat. 2. tatione nullum bonum valemus facere,
sed neque dormitationem peccati vita-
re. Et ideo ad Christum vitem animæ
suæ ligauerat Paulus,qui dicebat, Chri-
sto affixus sum cruci. Quartum patet,
postquam enim uitis est plantata,& liga
ta,tunc foditur, vt plus humoris habeat
& tunc melius foditur quando pluuia
præcesserit,quæ terram aliqualiter irri-
gauerit. Sic spiritualiter est faciendum
de vinea animæ.Vbi sciendum quòd fo-
dere est terram clausam aperire, & illā
partem, quæ subtus manebat absconsa,
vertere & ipsam desuper facere manife-
stam. Hoc autem facit spiritualiter con-
fessio, quæ occulta peccata sacerdoti fa
cit manifesta,& sic honorem dat animę,
dum Dei acquirit gratiam Prouerb. vi-
gesimo octauo. Qui abscondit scelera
sua, non dirigetur, qui autem confessus
fuerit &c. misericordiam consequetur.
Quintum patet. Sicut enim inter om-
nes arbores vinea,ut fructum faciat ma-
iorem, requirit occationem, vt expe-
rientia docet, Sic, & anima nostra vt
fructum afferat multum, requirit dili-
gentiam, quòd satis patet, si consideres
quot,& quales habes inuasores,qui eius
fructum impedire quærunt. Vnde si quis
ociosus stet contra animæ hostes,statim
hæc vinea dissipatur. Prouerb. vigesi-
moquarto. Transiui per vineam homi-
nis pigri, & ecce totum repleuerant vr-
ticæ, operuerant faciem eius spinæ,ma-
ceria lapidum destructa erat, quia sta-
tim cum custodia animæ negligitur, vr-
A ticæ, quæ pungunt, licet non lacerent,
scilicet vanæ cogitationes ipsam replent
consequenter spinæ, quæ vulnerant, sci-
licet malæ delectationes ipsam operiūt,
ex quibus maceria lapidum scilicet vir-
tutum congeries dissipatur. Vnde talis
meritò dicere potest illud Cant. prima.
Posuerunt me custodem in vineis, vi-
neam meam non custodiui. Sextum
patet, quia sicut super omnia ligna vi-
tis, dum viuit in radice ratione fructus
est nobilior, sic & anima, dum in ra-
dice charitatis manserit fructum nobi-
liorem Deo reddit, immo solum talis
B vitis fructum Deus acceptat ad meri-
tum. Sic econtrario sicut vitis à radice Ezechias.
separata inter omnia ligna contemptibi
lius lignum est & solum igni aptum, vt
ait Augustinus super Ioannem, sic &
anima nostra si à radice charitatis sepa-
rata fuerit, ad nihil valet, nisi ut in ignē
mittatur,& ardeat. Et hoc est quod dici-
tur Ezechiel, decimoquinto. Factus est
sermo domini ad me dicens. Fili homi-
nis quid fiet de ligno uitis ex omnibus
lignis nemorum? Nunquid tolletur ut
ex ea fiat opus? quasi dicat non. Sequi-
tur. Ecce igni datum est. De hac ergo vi
C nea dicat Deo psalm. *Vineam de Aegy-
pto transtulisti*, per Aegyptum intellige
statum peccati. *Eiecisti gentes*, scilicet
Amorrhæorum, Pherezæorum &cæt.
quæ diuersa peccata significant ut habe
tur versicul. 1337. *Et plantasti eam*, scili-
cet in gratia.

Dux itineris fuisti in conspectu eius, & plantasti radices eius, & impleuit terram. 1380

HIc ostēdit ecclesiæ in terra promis
sionis radicationem. Quantum.n.
D ad literam ostendit psalm. qualiter ec-
clesiam suam, siue synagogam Iudæorū
eduxit Deus per desertos, & induxit in
terram promissionis, dicens. *Dux itineris
fuisti in conspectu eius*, quia Deus præce-
debat per desertum Iudæos per diem in
columna nubis,& per noctem in colum
na ignis,ut dux esset itineris utroque tē
pore, ut habetur Exodi decimotertio.
Plantasti radices eius, scilicet sanctos pa-
tres, ut Iosuę, Dauid, Esaiam, Hieremiā,
cæterosque sanctos patres, & prophetas,

in quibus tanquam in radicibus vinebat synagoga Hierem. duodecimo. Plantasti eos, & radicem miserunt. Et sic impleuit terram, quia mirabiliter in paruo tempore multiplicabantur, quod fiebat virtute diuina. Vnde Psalm. 103. Omnia in sapientia fecisti, domine, impleta est terra possessione tua. Per hoc enim quòd synagogam sic Deus deduxit, & multiplicauit, vult ostendere, quomodo Deus ecclesiam noui testamenti gubernat. Nam filius Dei assumpta humanitate nostra, ductor fuit ecclesiæ, qui de seipso dicit. Ego sum uia, veritas, & vita. Ioan. 14. Vnde de isto duce ex Iudæis nato dicitur ipsi synagogæ. Matth. 2. Ex te enim exiet dux qui regat populum meum Israel, idest, ecclesiam quæ per fidem Deum cõtemplatur. *Plantasti radices eius.* Sicut. n. antiqui sancti, & prophetæ dicebantur radices synagogæ, sic & sancti & Apostoli & prædicatores eorumque successores, radices sunt ecclesię, ex quibus ecclesia creuit. Plantauit ergo radices eius, quando sanctos Apostolos & prædicatores elegit, & per spiritum sanctum confirmauit. Et sic etiam impleuit ecclesiã, quando ipsos per mundum misit prædicare euangelium omni creaturæ. Hieremiæ vigesimotertio. Cœlum & terram ego impleo, dicit dominus. Cœlum implet, dum iustos gratia replet, sed terrã implet, dum prædicationem fidei spargit per omnem terram, psalm. 18. In omnem terram exiuit sonus eorum. Moraliter autem notandum, quod hodie multi à malis ducibus malè ducitur contrà Christi ducatum. Nam ducuntur hodie aliqui illecebrosa sensualitate, perniciosa familiaritate, præsumptuosa temeritate, malitiosa seueritate. Primum patet. Nam illi, qui non ducuntur secundum virtutem, sed secundum passionem, tales ducuntur illecebrosa sensualitate, & non viuunt secundum bonum honestũ, sed secũdum delectabile. Sic ductus fuit iuuenis ille vecors, quem mulier meretrix vultu placito, sermonibus blandis, & labijs pertrahit, & sequitur eam quasi bos ductus ad victimam. Prouer. septimo. Sed iste ducatus est malus, quia ducit ad mortem, vnde ad Gala. quarto. in Spiritu ambulate, & desideria carnis nõ perficietis, & infra. Si spiritu ducimini, non estis sub lege, si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. Secundò quidam ducuntur perniciosa familiaritate. Familiaritas enim, vel societas mala ad uitia multa ducit. Quam uitãdam ostendit Seneca epistola decimaoctaua, dicens. Si vis peregrinationes tuas habere iocundas, comitem tuum sana, hærebit tibi auaritia, quandiu auaro, sordidoque coniunxeris, hærebit timor, quãdiu eum superbo conuersaberis, & rixas habebis. Si vis vitijs exui, longè à uitiorum exẽplis recede, & ad meliores trãsi. De tali ductore peruerso dicitur. Vir iniquus lactat amicum suum, & ducit eum per uiam non bonam. Tertiò ducuntur aliqui præsumptuosa temeritate, quales sunt aliqui, qui proprio sensui nimis adhærent. Imperita enim rusticitas plurimos decipit, & hoc propter inexperiẽtiam. Vnde passio iuuenum est præsumptio, timiditas verò senum, ut dicit Tullius. Et de talibus verificatur illud Matthæi decimoquinto, quòd sunt cæci, & duces cæcorum. Quartò quidam ducuntur malitiosa seueritate, sicut tyranni, & potentes subditos tyrannicè ducunt. Vnde de ipsorum subditis dicitur Esaiæ quinto. Propterea captiuus ductus est populus meus, quia non habuit scientiã, & nobiles eius interierũt fame &c. Sed contra quatuor prædicta Christus dux noster in suo ducatu quatuor virtutes in prælatis ostendit necessarias, qui alios habent ducere, quando duxit discipulos suos in montem excelsum, & coram eis transfiguratus est. Matthæi decimoseptimo. Vbi apparet quòd Christus exemplum, quadruplex dedit prælatis. Primò vt subditos ducant in mõtem excelsum, scilicet rationis, ne sensualitas rationi prædominetur, contra primum. Secundò vt eos associent cum Helia, & Moyse per honestatem conuersationis, contra secundum. Tertiò vt humiliter viuant & alta de se non præsumant, vnde discipuli ceciderunt in faciem suam. Quartò vt prælati non domini, sed patres se esse cognoscant. Vnde ibi paterna vox audita est supra Christum. Vnde de Christo dicitur. Ipse sapientiæ dux est, & sapientium emendator.

[Margin notes: *Dux multiplex.* — *Prælati mali.* — *Prou. 16.* — *Dux dicitur Christus.* — *Sapient. 7.* — E, F, G, H]

Operuit

1381 *Operuit montes umbra eius, & arbusta eius cedros eius.*

HIc ostendit ecclesiæ in altum eleuationem. Hoc ad literam dixit de synagoga, quæ postquam plantata fuit in terra promissionis, altis honoribus & dignitatibus fuit exaltata, & a circunstantibus gentibus, & regibus honorata, sicut tempore Dauid, qui subiugauit sibi gentes per circuitum, & reges scilicet Philistinorum, Moabitarum, & regem Sabba &c. vt habetur secundo Regum octauo. Etiam tempore Salomonis, de quo dicitur tertio Regum 10. Magnificatus est rex Salomon super omnes reges terræ diuitijs, & sapientia, & omnes desiderabant videre vultum Salomonis. Quod notans psalm. dicit. *Operuit montes umbra eius*, &c. Per montes altos, & cedros, intelligit alta regna, & ipsorum reges, quos vmbra, idest, nomen, & fama synagogæ, & regnum eius operiebat. Per hoc vult ostendere psalm. exaltationem ecclesiæ fidelium, quæ sibi subiecit reges mũdi, & principes, vt etiam totius orbis princeps imperator Romanus glorietur, se Christi subditum vocare. Vel aliter mysticè loquitur de synagoga, cuius montes erant prophetæ, quos operuit vmbra, quia prophetæ in figuris, & vmbraticè loquebantur. Vnde vmbra synagogæ fuit circuncisio, s. baptismus, & huiusmodi, quæ prophetæ sub figura loquebantur. Ideo velamentis figurarum quasi vmbra fuerunt operti. Per cedros autem intellige altos, & superbos, sicut fuit Nabuchodonosor, Holofernes, Antiochus, & similes, quos tamen synagoga operuit, & sibi subiecit. Et hęc omnia figura erant ecclesiæ Christi, quæ operit oẽs prophetas per oppositum, idest, aperit, & superborum sibi subijcit colla.

Dignitas ecclesiæ.

1382 *Extendit palmites suos vsque ad mare et vsque ad flumẽ propagines eius.*

HIc ostendit ecclesiæ dilatationem. Vbi aduertendum, quòd tempore Iosue, filij Israel habuerunt possessionem terræ promissionis, sed succedente tempore, scilicet Dauid, & Salomonis multum ipsorum possessio fuit dilatata, intantum quòd ab una parte pro termino habebat mare occidentale, ab alia verò parte pro termino erat fluuius magnus Euphrates. Sic.n. eis promiserat Deus dicens. Si custodieritis mandata mea, à flumine Euphrate vsque ad mare occidentale erũt termini vestri, quod impletum fuit tempore Salomonis. Et hoc notans psalm. dicit. *Extendit palmites suos vsque ad mare, & vsque ad flumen propagines eius.* Per palmites intelligit filios, qui nascitur ex patribus, sicut palmites ex uite, & similiter intelligit propagines pro genitis filijs à patribus, per hoc vult ps. ostendere ecclesiæ Christi dilatationem, quæ toto orbe terrarũ diffusa est. Hinc autem moraliter potes notare, quod termini ecclesiæ ad quos se extendit, sunt duo, scilicet mare & flumen. Per mare significatur pœnitentia, à qua inchoatur ecclesia, vide vers. 171. Per flumen vero intellige spiritum sanctum, quo perficitur, dicente Christo. Qui credit in me, flumina de vẽtre eius fluent aquæ viuæ. Hoc autem dicebat de spiritu sancto, &c.

Deut. 11.

1383 *Vt quid deduxisti maceriam eius, & vindemiam eam omnes, qui præter grediuntur viam?*

HIc agitur de statu ecclesiæ tempore aduersitatis. Et primò ponit synagogæ inuasionem. Secundò eius dissipationem. ibi. *Exterminauit eam aper.* Quantum ad primum sciendum, quod filij Israel postquam fuerunt introducti per Iosue in terram promissionis, quandiu coluerunt Deum, & seruauerunt eius præcepta, erant vallati angelorum custodia, sicut uinea maceria circundatur ut à transeuntibus sit tuta. Vnde Es. 62. Super muros tuos Hierusalem, constitui custodes, &c. Tuncque synagoga tua manebat, nec ab hostibus poterat dãnificari. Sed statim dum ad idololatriã declinauit, angelorum custodiam perdidit, & à gentibus conculcabatur, ut patet per totũ librum Iudicum. Vnde traditi sunt quandoque in manu regis Mesopotamiæ, aliquando in manu regis Moab, & sic de alijs. ut patet Iudic. 3. Hoc ergo notans psal. dicit. *Vt quid destruxisti maceriam eius*, &c. idest ut quid remouisti angelorum custodiam à synagoga

goga qua remota dissipatur, & vindemia- E tur à gentibus per circuitum. Ad hoc potest responderi, quod hoc ei accidit propter idololatriam, & contemptum mandatorum Dei. Et ut dicit gl. hoc accidit synagogæ, quia superba fuit aduersus plantatorem, & non solum occidit seruos ad se missos, sed etiam filium hæredem, vt Christus ostendit Matth. 21. Et nota quod hæc maximè destruunt ecclesiam. Primò clericorum malitia 3. Reg. 19. Dereliquerunt pactum meum filij Israel, altaria tua destruxerunt. Secundò regum, & principum auaritia Prouerb. 29. Rex iustus erigit terram, vir auarus destruet F eam. Tertiò mulierum malitia, Prouer. 14. Mulier sapiens ædificauit domũ suã, insipiens cõstructam manibus destruet.

1384 *Exterminauit eam aper de silua, & singularis ferus depastus est eam.*

OStendit hic synagogæ dissipationẽ. Synagoga tempore Iudicum fuit vindemiata, sed tamen remanebat in terra sua plantata, sed postea, multiplicatis eorum peccatis, ex toto fuit exterminata. Vbi nota, quod exterminare propriè dicitur aliquid extra terminos suos po- G nere. Fuit ergo extrema vindemia synagogæ, & non solum uindemiata, quando *Aper ferus* fuit capta, & extra terram suam ducta, sicut fecit Nabuchodonosor rex Babylonis 4. Reg. vlt. Antiochus tempore Machabæorum 1. Mac. 1. Romani principes Luc. 16. Istas ergo captiuitates futuras Iudæorum præuidens Psal. ait. *Exterminauit eam aper de sylua*. Vbi aduerte, quod per aprum de sylua intelligit Nabuchodonosor regem Babylonis, qui sic dicitur, quia ab hominibus eiectus, in siluis cum bestijs habitauit, ut habetur Dan. 4. Sed per singularem ferum accipe princi- H patum Romanum, sic dictũ propter singularitatem domini, & exterminationẽ ciuitatis Hierusalem, populi, ac templi destructionem. Vnde hic ait gl. *Singularis ferus depastus est eam*. i. Titus princeps Romanus, qui reliquias Iudæorum terribiliter depascens consumpsit. Qui dicitur singularis, i. superbus. Vnde hic idem est aper & ferus scilicet Romanus exercitus. Per hoc autem vult ostendere psal. crudelem persecutionem ecclesiæ, quæ erit tempore Antichristi, quæ excedet omnem persecutionem præteritam, Intantum, quòd illo tempore etiã electos multos prosternet, & superabit, vt ostendit Greg. 32. mor. c. 13. Qui dicitur aper, siue ferus à feritate vel crudelitate sic dictus.

Deus virtutum, conuertere, respice de cælo, & vide, & visita vineam istam. 1385

HIc ostenditur status ecclesiæ perfectus post aduentum Christi. Et diuiditur in sex partes, secundum quod de ecclesia ps. sex futura prædixit. Primò quod ecclesiæ Deus reconciliabitur. Secundò quod per Christũ ecclesia fundabitur, ibi. *Et perfice*. Tertiò quod synagoga terminabitur, ibi. *Incensa*. Quartò quòd filius Dei incarnabitur, ibi. *Fiat manus*. Quintò quod fides confirmabitur, ibi. *Et non discedimus*. Sextò quòd ecclesia beatificabitur, ibi. *Domine Deus*. Quantum ad primum sciendum quòd quamuis Deus in se sit immutabilis, per effectus, tamẽ mutabilis dicitur. Sic enim dicimus ipsum de irato fieri placatum, quando peccatoribus parcit, de placato fieri iratum quã do contra peccatores iram suam ostendit. Similiter ipsum dicimus conuerti, quando nos aduersos ad se conuertit. Et isto modo loquitur hic psal. dicens. *Domine Deus virtutum*. i. angelorum *conuertere*. i. nos aduersos ad te conuerte, *respice de cælo*. Respicere. n. Dei nihil aliud *Respicere Dei.* est quàm nos ad pœnitentiam uocare & ad gratiam vide suprà ver. 493. Vnde & *Greg. 16. mor. c. 4.* Respicere quippe Dei est ea quæ perdita sunt ad suam gratiam reformare. Vnde scriptum est. *Prouer. 10.* Rex qui sedet in solio suo dissipat omne malũ intuitu suo &c. *Videre Dei* *Et vide*. Quid enim est Deo videre, nisi nos facere videre. *Vide ergo & visita vineam istam*, nihil aliud est, nisi fac eam te videre & cognoscere, quod faciet si videat seipsam idest, peccata sua cognoscat. *Et visita* idest, sana ipsam infirmam, sicut medicus infirmum visitat ut ipsum sanet. Per hæc enim omnia prædicit ps. Deum hominibus per aduentum suum recõciliari. Nota quod Deus ĩ scriptura multis modis dicitur conuerti. Conuertitur enim peccatores conuertendo, afflictos libe-

liberando, defunctos suscitando, tribulatos consolando, obstinatos puniendo. Primum patet, sicut.n.in peccando nos primò auertimur à Deo, & consequenter ipse auertitur à nobis, sic per oppositum in pœnitendo primò ipse conuertitur ad nos, & consequenter nos ad ipsū. Quis.n.lapsum Petrum ad statum pœnitentiæ reduxit, nisi domini conuersio, qua ipsum peccatum suum cognoscere fecit, & pœnitere. Luc.22. Conuersus dominus, respexit Petrū & recordatus est Petrus &c. & egressus foras fleuit amarè. Sed quomodo tunc dominus conuersus Petrū respexit, cum in eodem loco non essent? *August.* Ad hoc respondet Aug. in de consensu euangelistarum dicens. Quomodo autem sit accipiendum, quòd conuersus dominus Petrum respexit, considerandum est, quia tunc Petrus erat in atrio foris, & non intus, vbi Christus examinabatur, non ergo dominus cōuersus respexit Petrū facie corporali. Qua propter conuersio illa & respectio spiritualiter intelligitur facta, sicut alibi scriptū est. Respice, & exaudi me, & cōuertere, domine, & libera animam meam. Sic arbitror dictum, & conuersus dominus respexit Petrum. Vnde Hier. 15. dicitur. Hæc dicit dominus, si conuerteris, conuertam te. Secundum patet, affligit enim Deus primò peccatores, vt ex pœna cognoscāt seipsos, q eum se cognouerint, ipse ad ipsos se conuertit, & ipsos consolatur. Et hoc est quod dicitur psalm.70. Quantas ostendisti mihi tribulationes multas, & malas, & conuersus viuificasti me, & de abyssis terræ iterum reduxisti me. Vbi glo. quasi dicat. Immisisti mihi passiones, & tribulationes, & meritò, quia recessi ab eo, quod perse bonum est, & beatitudo. Et ideo miser factus sum. Ostendisti, dicit, quòd fecit illas prodesse, multas quantitate, malas qualitate. Ecce iustitia in peccantibus, sed hæc disciplina, qua me flagellasti, admonitio fuit conuersionis, non desideratio captiuationis. Vnde sequitur. Et tamen tu cōuersus, scilicet dum me conuertisti viuificasti me. Ecce clementia in conuersis. Et de abyssis terræ, idest, de submersione peccati, iterum spe reduxisti me. Primo enim eum natura nostra verbo Dei vnita propter nos surrexit, reducti su-

[A] mus de abyssis terræ, iterum cum credimus in eum, & redimus in eum. Et fit prima resurrectio animæ, quæ spe iam surrexit cum eo. Vnde Apostolus. Si consurrexistis cum Christo. Vnde dicit hic, iterum reduxisti me. Item secundo iterum reduxit nos quādo postea corpore resurgemus. Vnde postea dicet. Iterum reduxisti me. Vnde tunc anima dicere potest illud Cantic.7. Ego dilecto meo, & ad me cōuersio illius. *Cantic. 7.* Tertium patet, Nonne magna est conuersio, dum furor in clemētiam, & ira conuertitur in amorem? Dum enim in peccatis manemus, [B] furor Dei contra nos exardescit, sed ipse sua clementia conuersus furorem suū in amorem nostrum conuertit. Esa.12. Confitebor tibi, domine, quoniam iratus es mihi, conuersus est furor tuus, & consolatus es me. Et sic ipse conuersus iram suam conuertit in misericordiam. Sic enim dicitur.2.Mac.8. Ira domini in misericordiam conuersa est. Quartum patet. Cōuersio enim eius ad nos defunctis spiritualiter confert uitam. Psal.84. Deus, tu conuersus viuificabis nos &c. Et hoc fuit, quando per incarnationem suam fuit conuersus. Et uide mirabilē [C] conuersionem: Deus primò fecit hominem, postea per conuersionem simplicē homo fecit Deū, quando, s. misit Deus filium suum factum ex muliere &c. ad Galat. 4. Vnde gl. Deus tu conuersus viuificabis nos. q.d. Deus tu non extendes irā tuam, sed potius tu conuersus ab ira tua in aduentū filij tui viuificabis nos. Quintum patet. Sicut.n. pater auertens faciē tristitiam ingerit filio, sic postea ad ipsū conuertens faciem, ipsum consolatur. Ps.70. Multiplicasti magnificentiā tuā, & conuersus consolatus es me. Et si Deus quandoque iustis flagella multiplicat, [D] conuersus tamen eos per scripturas consolatur & præmiat. q.d. secundum gl. Et si Deus suos districtè castiget, ipsos tamen tristes nō finit. Sextum patet. Nūc enim Deus ad nos faciem vertit, uocat nos, ueniam promittit, ut conuertamur ad ipsum, sed si quis obstinatus permanserit, ipse conuersus à misericordia ad iustitiam, à venia ad vindictam, æternaliter punit illos. Vnde Ioelis. Sol conuertetur in tenebras, & luna i sanguinē. Solis & lunæ nomine Christum intellige.

Dicitur enim sol ratione suæ claritatis, luna ratione suæ tractabilitatis Luna.n. faciem mutat, quia modo plena, modo vacua. Sic & Christus in vita præsenti à nobis tractabilis est, quia ipsum iratum faciliter pœnitentia placamus, & ipsum placatum faciliter peccatis irritamus. Tenebrarum autem nomine pœna infer ni designatur, iuxta illud Matth.22. Proijcite eum in tenebras exteriores. Per sanguinem autem acerbitatem vindictæ intellige. Sol ergo conuertetur in tenebras, & luna in sanguinem, quādo Christus erga damnatos conuertetur à misericordia ad pœnam, à tractabilitate suæ misericordiæ ad rigorem vindictæ. Vnde Es.34. Dies vltionis domini, & conuertē tur torrentes eius in picem, & humus eius in sulphur, & erit terra eius in picē ardentem nocte ac die, & non extinguetur in æternum.

1386 *Et perfice eam, quam plantauit dextera tua, & super filium hominis, quem confirmasti tibi.*

Hic ostenditur ꝙ ecclesia in Christum fundatur & perficitur. Vbi nō tandum ꝙ status synagogæ, & legis antiquæ perfectus nō erat. Propter quod dicit Apostolus ad Hebr.7. ꝙ nihil ad perfectum duxit lex, quia neminem iustificatione perfecit lex. Et si. n. aliqui tunc fuerunt perfecti, non tamen virtute legis, sed per fidem Christi fuit. Legis ergo perfectio referuabatur Christo. Propter quod ipse ait, Non veni legem soluere, sed implere.i. perficere, quod & fecit, quia præcepta moralia adimpleuit superaddendo consilia. Præcepta iudicialia perfecit rigorem pœnitentiæ temperando, vt homines cauerent à malis, & bonis insisterent magis amore iustitiæ ꝙ timore pœnæ, quod est propriè perfectorum. Vnde quidam ait. Oderunt peccare mali formidine pœnæ, oderunt peccare boni virtutis amore. Præcepta verò ceremonialia, quę tantum figuratiua erāt, adimpleuit in sua incarnatione, passione resurrectione &c. cuius erāt figurę & loco illorum sacramenta instituit, quæ gratiam conferunt & introducūt ad gloriā, quod facere non poterant sacramenta legis antiquæ. Hęc omnia prędidens psal. postulat ecclesiæ perfectionem, vt.s. per Christum lex perficiatur, & hoc per legem euangelicam per quam ecclesia perficitur. Et hoc est quod subdit, *Et super filium hominis quem confirmasti tibi*. Per filium enim hominis Christus intelligitur, ad differentiam aliorum qui sunt filij hominum, scilicet ex patre & matre. Christus autem ex matre sine patre. Et hunc filium hominis Deus confirmauit sibi.s. per vnionem hypostaticam, quæ talis cōfirmationis est ꝙ illud quod semel assumpsit nunquam dimisit, ut ostendit Magister lib.3.d.21. Si ergo quæras quo modo debeat ista vinea perfici.s. ecclesia & super quem debet fundari respondet psal. *super filium hominis quem confirmasti tibi*. Sic, enim dicebat Christus de seipso Matth.16. Super hanc petram ædificabo ecclesiam meam.

Matth.5.

Perfecit Christus legem.

Filius hominis. Christus.

Incensa igni, & suffossa, ab increpatione vultus tui peribunt. 1387

Hic ostendit quòd synagoga terminabitur. Vbi sciendum ꝙ quasi tota lex antiqua, & synagoga stabat in sacrificijs quæ igne cremabātur, quorum sacrificiorum combustorum cineres in certo loco sepeliebantur, & sic illa sacrificia, quæ per synagogam designantur, dicuntur *igni succensa*, quia comburebantur, & etiam dicuntur *suffossa*, quia cineres in fossa ponebantur, ut patet Leui.1. De istis ergo sacrificijs ꝙ cessare debuerunt in aduentu Christi dicit psal. *Incensa igni & suffossa*, i. in terra suffossa posita ista inquam talia peribunt. Et hoc *ab increpatione vultus tui*. Per vultum enim Dei intellige Christum, de quo psal.44. Vultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis. Iste inquam vultus illa antiqua sacrificia increpauit, quando nouæ legis sacramenta instituit, quia illa solū erant figuratiua, sed adueniente figurato cessat figura. Vel aliter secundum Nicol. per istum textum vult Psalm. intelligere sacerdotes Iudæorum, qui in vltionem mortis Christi à Romanis fuerunt obsessi, & tandem incendio templi aliqui combusti, aliqui verò fugerunt ad subterranea loca, vbi capti tandem fuerunt & interfecti. Ideo de ipsis ait. *Incensa igni, & suffossa ab increpatione vultus tui*

Peccatata sūt duplicia suffossa & incensa.

tui peribunt, quia ex rigore diuinæ iustitiæ quæ hic dicitur increpatio, in vltionem mortis Christi perierunt. Vel aliter magis mysticè secundum gl. Vult.n. quod peccata sunt duplicia, quia quædã sunt ex cupiditate, & ista dicuntur incẽsa, & quædam ex timore, & ista dicũtur suffossa. Vnde ait sic gl. Peccata dicit, sed incensa sunt peccata illa, quæ facit ardẽs cupiditas: suffossa dicuntur illa, quę facit timor malè iacens. Et sunt hæc omnia criminalia, quia omnia peccata fiunt vel propter cupiditatem, vel propter timorem. Quem enim nõ capit cupiditas vincit timor. Perscrutamini conscientias, interrogate corda vestra vtrum possint esse peccata, nisi aut timendo aut cupiẽdo. Omnia peccata duæ res faciunt in homine. s. cupiditas & timor, sicut econtra amor Dei & timor eius ducũt ad omne bonum. Amas vt benè sit tibi, times, ne tibi malè fit. Hoc age in Deo, nõ in sęculo: vterque amor incendit, vterq; timor humiliat, sed aliter & aliter. Ait ergo, *incensa igni*, i. peccata quæ veniũt ex amore malè incendenti. Incendit. n. vterque amor. *Et suffossa*. i. peccata, quæ veniunt ex timore malè humilianti. Humilia tenim uterq; timor. *Peribunt ab increpatione vultus tui*, idest, filij tui. Hæc est facies quæ peccata delet. Quid enim increpauit Christus, nisi peccata?

Amor & timor.

1388 *Fiat manus tua super virum dextera tuæ, & super filium hominis, quem confirmasti tibi.*

HIc ostenditur Christi incarnatio. Namque dexteræ Dei vir dicitur Christus, quia sedet ad dexteram patris. Qui singulariter dicitur vir à virtute, quia omni virtute, & gratia plenus, de quo dicitur Hier. 31. Nouum faciet dominus super terram mulier circundabit virum, de quo vide supra versic. 657. Manus autem domini super istum virũ facta fuit, quando mirabili potestate absq; viril semine spiritussancti virtute, iste vir in utero virginis fuit formatus. Ideo dicit. Nouũ faciet dominus super terram, mulier circundabit virum. Istã operationem diuinæ virtutis ad istum virum in vtero virginis fabricandum petit psalmista ad effectum deduci, dicens.

A *Fiat manus tua*. i. virtus tua *super virum dexteræ tuæ*. i. Christum ad ipsum formãdum. Et q; de isto viro. s. Christo filio virginis loquatur. Ideo subdit. *Et super filium hominis quem confirmasti tibi*. Hic. n. ly, &, stat pro, idest, super filium Mariæ, *quem confirmasti tibi*, idest, in consilio æternitatis tuę firmiter disposuisti ipsum tibi vnire hypostaticè. Istum intellectũ habet gl. dicẽs. *Fiat manus tua*. &c. i. operario tua ad effectum promissa ducat, & precatur operationem sanctæ incarnationis. Notandum autem quòd dicit super virum, uocat enim Christum singulari-

B ter virum nec immeritò, quoniam multis rationibus Christus præ omnib. alijs vir potest nũcupari. Primò ratione ætatis. Aetas enim virilis, & viribus magis abundans est ætas triginta trium annorum, in qua ætate Christus fuit passus, vt ostendit Magister lib. 4. d. 44. Secundò ratione perfectionis & virtutis spiritualis. Vir. n. à virtute dicitur. Ipse autẽ prę omnibus alijs omni virtute fuit plenus à sua conceptione tã morali quàm theorica. Vnde ipse solus in vtero matris existens à virtute vir dicebatur. Hiere. 31. Mulier circundabit uirum, i. hominem

C virtutibus plenum, Es. 4. Apprehendent septem mulieres virum unum, idest, septem virtutes Christum. Tertio ratione dispẽsationis. Vir. n. idem est q; maritus vel sponsus. Matth. 1. Iacob genuit Ioseph virũ Mariæ. Sic Christus solus propriè dicitur vir, quia ipse solus est totius ecclesiæ sponsus. 2. Corinth. 11. Despondi. n. vos vni viro virginem castam exhibere Christo. Vnde Theophilus super Ioa. ait. Nullus alius vir est ecclesiæ, nec sponsus, nisi solus Christus, omnes autẽ alij paranymphi sunt, sicut & pręcursor. Nullus enim bonorum largitor est, nisi

D Christus, omnes verò alij ministri bonorum sunt quæ dantur à Deo. Vnde & de isto viro Christo dicit Petrus, Iesum Nazarenum virum approbatum à Deo in nobis virtutibus & signis, quem uos interemistis.

Vir dicitur Christus.

Act. 2.

Et non discedimus à te: viuificabis nos, & nomen tuum inuocabimus. 1389

OStendit hic, q; fides per Christum confirmabitur. Vbi notandum q; differentia est inter sanctos patres noui testa-

Abraham peccauit.

testamenti, & antiqui. Licet.n. antiqui sancti inhærerent Deo per fidem, tamen in gratia in præsenti vita confirmati non erant. Vnde & aliquando errabant sicut Abraham, quando ingressus est in Aegyptum dixit vxori suæ. Noui quòd pulchra mulier sis, & cum te viderint Aegyptij dicturi sunt, vxor ipsius est, & interficient me, & te reseruabunt. Dic ergo obsecro, quod soror mea sis. Quamuis.n. vere soror eius esset, i. consobrina, tamen hoc dicit ad finem quòd illi crederent, quod non esset vxor eius. Cum ergo Deus sic verba accipiat, sicut ille qui loquitur illa vult intelligi, sequitur quòd Abraham in hoc mendacium dixit. Similiter quando ducebat Isaac ad immolandum, dixit pueris suis, quando fuit prope locum. Expectate hic donec puer & ego reuertamur ad uos, & tamen intentio eius erat immolare puerum, & non reuerti cum ipso, vt habetur Gen. 22. Sic ergo quia omne peccatum facit hominem à Deo discedere, saltem commissum ex industria, sequitur quod illi patres amore vel timore quandoq; discedebāt à Deo. Patres autem noui testamenti. s. apostoli, sic per spiritumsanctum fuerunt confirmati, quod amplius à Deo discedere nō poterant, quod ostendit Apostolus, dicēs. Quis nos separabit à charitate. Christi? Tribulatio, fames, nuditas? &c. Certus sum.n. quod neq; mors, neq; vita, neque instantia, neq; futura, neq; creatura aliqua poterit nos separare à charitate Dei, quæ est in Christo Iesu. Et hoc præuidens ps. in persona patrum noui testamenti qui Christi fidem fundauerunt. s. Apostolorū.d. *Et non discedimus*.i. non discedimus à te, s. post spiritus sancti missionem. *Et viuificabis nos*. Hic reddit causam stabilitatis fidei, q.d. Tu per spiritūsanctū viuificabis nos, & idō non discedimus à te, per spiritum confirmati. Et nota quod viuificare componitur ex viuo & facio cis. quasi viuum facere. Cum igitur gratia spiritus sancti sit vita animę, sequitur quod in missione spiritus sancti Apostoli recipiētes gratiam spiritussancti viuificati sunt. *Et nomen tuum inuocabimus*. Quid autē sit inuocare nomen domini, vide sup. versic. 304. Inuocamus aūt nomē domini in præsenti & in futuro. In præsenti fideliter orā[do], in futuro ipsum æternaliter laudādo.

Apostoli cō firmati fuerunt.

Rom. 8.


B *Domine Deus uirtutum conuerte nos; & ostende faciem tuam, & salui erimus.* 1390

Ostenditur hic quod ecclesia finaliter beatificabitur. Iste versicul. ter in isto psa. ponitur, & causa dicta est versic. 1378. In ista aūt vltima repetitione vult ostendere, quod in visione Christi erit cōpleta beatitudo nostra, quo ad animam ex visione diuinitatis Christi, & quòd ad corpus ex visione humanitatis eius. Propter quod ipse ait. Hęc est vita æterna, vt cognoscant te solum verū Deum, & quem F misisti Iesum Christū. Christus aūt hic per Dei faciē intelligitur. Vide vers. 150.

Beatitudo consistit in Christo. *Ioan.* 17.

PSALM. LXXX.

Exultate Deo adiutori nostro, iubilate Deo Iacob. 1391



[I]STE titulus huius psalmi est hic. *In finem pro torcularibus ipsi Asaph psalmus quinta sabbathi*. Ad cuius intellectum literalem notādum quòd iste Psalmus G communiter cantabatur in templo in festo tubarum, quod incipiebat prima die Septembris quæ apud Hebræos est in nouilunio propinquiori æquinoctio autumnali, siue sit ante æquinoctium siue post, siue in ipso æquinoctio. Illo enim tempore communiter in terra promissionis, quæ est terra calida, completæ sunt vindemiæ, & cęteri fructus sunt collecti. Vnde in festo tubarum fiebat sacrificium de uino nouo expresso de torcularibus, & fiebant libamenta sacrificiorum in templo. Et sic iste Psalmus erat gratiarū actio pro fructibus recollectis, H Et sic est sensus literalis tituli. Iste psalmus dirigens nos in finem attribuitur ipsi Asaph. s. tanquam auctori, & est *pro torcularibus*. s. est gratiarum actio pro torcularibus, idest, pro uino collecto ex torcularibus expresso, quod autem additur *quinta sabbati*, non potest accipi secundum literam, sed nos mittit ad significationem mysticam, quam habuit propheta. Vbi sciendū, quod quinta sabbati, dicitur quinta dies septimanæ, quæ sabbatū dicitur, ut patet versicul. 609. & 775.

Quinta

Aues & Pisces. Quinta autem die septimanæ fecit Deus ex aqua pisces, & volatilia, sed piscibus in aquis infrà remanentibus, aues volát ad alta, per quod sacramentum baptismi significatur, quo renati aliqui sunt tanquam aues, qui.s.temporalibus contemptis, mentes sursum eleuant ad cœlestia. Alij verò tanquam pisces, qui in fluctibus huius sęculi remanent curiosi. Per torcularia autē ecclesiam intelligit, quia sicut in torculari tria sunt.s.pressura, & vinum & acinum, quorum alterum reponitur.s.vinum,& alterum proijcitur.s.acinum. Sic in ecclesia est pressura tribulationum, & pondus passionum, per quod fit discretio bonorum, & malorū, quos tamen eadem sacramenta coniungūt. Sicut.n.racemus in vite simul habet vinū, & acinum, sic bonis,& malis communia sunt sacramenta. Et sicut vinum pressura torcularis expressum reconditur, sed acinum proijcitur, ita accedente pressura tribulationis, iustus iustior fit, & sordidus magis sordescit. Sic ergo torcularia ecclesiam significant. Est ergo sensus tituli talis. Iste Psalmus dirigens nos in finem.i.in Christum, est *pro torcularibus*, idest pro ecclesijs, in quibus est pressura tribulationum, qui Psalmus est ipsius Asaph, *quinta sabbati*.i.agens de baptizatis & baptizandis aqua baptismi, quod significatur per opus quintæ sabbati. Intentionem mouet, vt post baptismū, contemptis tēporalibus, in cœlestibus mente conuersemur. His visis, venio ad diuisionem Psalmi. Diuiditur iste Psalmus in duas partes, quia ostendit primò quid agendum sit electis, secundò quid reprobis, ipsos redarguens, ibi. *Audi populus meus*. Prima in duas, quia primò bonos inuitat ad gratiarum actionem: secundò ad hoc adducit rationem, ibi. *Quia praeceptum est*. Prima diuiditur in tres, quia primò inuitat ad gratiarum actionē corde, secundò opere, ibi. *Sumite*, tertiò voce, ibi. *Buccinate*. Quantum ad primum sciendum, q̄ iste Psalmus Asaph, quasi proposita sibi imagine cuiusdam solēnitatis, electos omnes ad celebritatē illius inuitat, d. *Exultate Deo adiutori nostro*. Exultare.n. est lætitiam cordis exterioribus demonstrare, vt habetur vers.443. Et per consequens exultare Deo, vel in Deo est lætitiam mentis de Deo habitā,

Torcular dicitur ecclesia.

A per exteriora signa, vel laudes ostēdere, vt dictum fuit versic.480. Item exultare Deo, vel in Deo est, nihil aliud præter Deum quærere, vide vers. 531. Sic ergo dicat, *Exultate Deo*.i.mente,& voce Deo gratias agite, & solum Deū quærite. Sed quia Deus in scriptura accipitur multipliciter,s.naturaliter, & substātiuè,& sic summa trinitas pater, filius & spiritus sanctus vnus Deus est, & plurificari non potest Deute.6. Dominus Deus tuus vnus est. Item dicitur Deus specialiter & adoptiuè, & sic omnis iustus Deus dicitur, quia filius Dei. Io.1. Dedit eis potestatē

Deus dicitur multipliciter.

B filios Dei fieri. Et sic sancti prophetæ, quibus Deus arcana reuelabat, dij dicebantur. Io.10. Illos dicit Deos, ad quos sermo Dei factus est. Item vocaliter solùm,& nuncupatiuè,& sic idola & dæmones dij vocabantur. Psal. 95. Omnes dij gentium dæmonia. Et de hoc vide supra vers.774.& 809. Et ideo ne in æquinoco Psalmi procedat, declarat cui Deo debemus exultare, quia.s.Deo vero & substātialiter dicto.d. *Exultate Deo adiutori nostro*, quia solus Deus est adiutor noster, qui multipliciter nos adiuuat. vide vers. 99.& 631.& 673.& 957. Sequitur, *Iubilate Deo Iacob*.

C Dicitur enim Deus, Deus Iacob, nō solum quia Iacob verū Deum colebat, sed etiam quia uidetur fuisse primus, qui uoto Deo uotum fecit ipsum colere. Si Deus fuerit mecum in via ista, erit mihi dominus in Deum,& lapis iste, quem erexi in titulum, uocabitur domus Dei,&cæt. Quid autem sit iubilare, vide supra uers.766.

Deus Iacob.

Gen.28.

1392 *Sumite psalmum, & date tympanum, psalterium iocundum cum cithara.*

HIc Psalmista inuitat ad gratiarum actionem opere. Vbi notandum, q̄ Deus antiquitus laudabatur cum instrumentis musicis, sicut usque hodie laudamus Deum in solemnitatibus cum organis. Hoc ideo quia illa instrumenta musica significabant conditiones, quibus Deum laudare debemus. Ex quibus instrumentis hic tria ponit.s. psalterium, tympanum, & citharam. Psalterium enim, quod erat decem chordarū,& manu pulsabatur, significat obseruantiā decem præceptorum non solū uerbis, sed operi-

Psalteriū.

operibus exhibitis, vide vers. 389. & 771. & 772. Et psalterium quod manu pulsatur, significat operationem, sicut instrumenta, quæ flatu pulsantur, significant prædicationem, vide vers. 791. Per tympanum verò, quod fit ex pellibus non ex carne animalium, significantur temporalia bona, quibus vt pelle vestimur, & protegimur. Vnde tympanum pro bonis tēporalibus carnalibus accipit hic gl. d. Per tympanū. n. accipitur carnale, quod à nobis est. Quid est ergo, *date tympanū*, nisi bona tēporalia erogate pauperibus, & maximè dantibus vobis spiritualia? Vnde & Apostolus ait. Si spiritualia vobis seminamus, non est magnum, si carnalia vestra metamus. Sic enim tympanum pro temporalibus bonis accipitur Iob 21. Tenent tympanum, &c. Sequitur. Et in puncto ad inferna descendunt. Loquitur de illis, qui bona temporalia retinent, & illa non communicant. Vel per tympanum, ad cuius sonum percutitur pellis mortua, accipe patiētiam in aduersis, vt sicut illa pellis percussa sonū lætum reddit, sic pellis tua aduersitatibus pcussa, Deo gratias reddat. Sic. n. dicitur Psal. 150. Laudate eum in tympano, & choro. Per citharam autem intellige virtutem asperitatis, & pœnitentię. Cithara namque corpus est de ligno cōcauum, quod chordis neruiceis exsiccatis, & desuper extentis per tactum sonū reddit. Similiter & corpus nostrum per pœnitentiam fit concauum, & vacuum à cibis abstinēs, quę chordis exsiccatis extendit desuper, dum neruos, & pellem remota pinguedine extendit super ossa. Et tunc corpus sic tactum, benè sonat laudes Deo referendo. Sicut enim corpus citharæ si plenum esset non redderet sonum, sic & corpus nostrum cibis repletum cessat à laude diuina. Et de ista cithara pœnitentiæ dicitur, Iob 3. Versa est in luctum cythara nostra & organa mea in voces flentium, vide vers. 481. Ad propositum ergo ait Psalmista, *Sumite psalmum*, idest, operibus, laudate Deum decem obseruando pręcepta. *Date tympanum*, idest, temporalia bona erogate proximis. Et sic fit *Psalterium iocundum cum cythara*, idest, obseruatio diuinorum præceptorum fit cum abstinentia carnis.

Tympanū.

1. *Cor. 9.*

Cithara pænitentia.

E *Buccinate in neomenia tuba, in insigni die solemnitatis nostræ.* 1393

HIc inuitat Psalmista ad gratiarum actionem voce siue tuba. Exemplo enim Iudæorum nos inuitat. Vbi sciendum, quòd neomenia est nomen compositum ex neos quod est nouum, & mene, quod est defectus, & significat lunā quæ omni mense deficit. Et sic neomenia idē est quòd luna noua. Iudæi enim semper in principio nouæ lunæ festum agebant, quod dicebatur festum gubernationis. Tunc enim præcipuè rogabant Deum vt ipsos gubernaret, eo quòd in nouilunio communiter magis apparet trāsmutatio temporis. Incipiunt enim Iudæi menses secundum lunationes. Sciendum etiam quòd in principio mēsis Septembris, pro quo maximè factus fuit ille Psalmus ad literam, vt in expositione tituli est dictum, duo festa insimul concurrebant. s. festum neomenię, & festum tubarum. In principio enim Septembris in memoria illius rei, quòd quando iussu Dei Abraham voluit immolare filium, quod Angelus prohibuit, dicens. Ne extendas manum tuam super puerum, &c.

F

G Et tunc ostendit ei dominus arietē inter vepres hærentem cornibus, quem pro Isaac immolauit, vt habetur Gen. 22. In memoriam inquam istius rei faciebant festum tubarum, quia. s. clangebant tubis, vt habetur Leu. 23. & Num. 29. quia tunc Angelus clamabat de cœlo, dicens: Ne extendas manum tuam, &c. Et quia ista duo festa in principio Septembris insimul concurrebant, vnde erat maior solemnitas, ideo dicebatur dies insignis, idest, maioris solemnitatis. Nam secundum Grammaticos signum componitur cum in, & dicitur hic & hæc insignis, & H hoc insigne. i. maioris famæ, & maioris signi. Dicit igitur literaliter Iudæis, *Buccinate*, idest, tuba canite *in neomenia*. i. in noua luna Septembris, *insigni die solemnitatis vestræ*, idest, qui est dies insignis propter festum tubarum concurrens, vt dictum est. Ista autem, quæ Psalmista Iudæis ad literam loquitur, nobis fidelibus spiritualiter dicit. Vbi sciendum, quòd luna, quæ semper mutatur, & nūquam in eodem statu permanet, significat vitā præsentem. Et de vita nostra dicitur Iob 14. quòd

Festum tubarum.

Insignis.

quòd nunquam in eodem statu permanet. Et sic neomenia, i. noua luna signat nouam vitam nobis datam per Christũ, per quam regeneramur in filios Dei. Istã ergo nouam vitam debemus alijs prædicare, & hoc est tuba in neomenia canere. Istum sensum ponit glo. dicens. *Buccinate tuba in neomenia*, i. nouam vitam prædicate, quam signabat noua luna, in qua Iudæi clangebant tubis septem diebus, quia septiformi gratia spiritus sancti innouamur. Et hoc est, quod dicitur Esa. 58. Exalta quasi tuba vocem tuam. Hæc autem nouitas vitæ dicitur dies insignis, quia nos filios Dei facit.

1394 *Quia præceptum in Israel est, & iudicium Deo Iacob.*

HIc redditur ratio gratiarum actionis. Et duplex assignatur ratio, prima sumitur ex diuino præcepto, secunda ex beneficio dato, ibi. *Testimonium.* Quantum ad primum sciendum, q cum Deus sit omniũ dominus, omnes ad eius præcepta obligãtur. Vnde Psal. 118. Deo dicitur. Maledicti, qui declinant à mandatis tuis. Sed Deus prædictas solemnitates mãdauit. Et hoc est, quod ait. *Quia præceptum est in Israel*, q.d. Benè debetis Deum laudare in prædicta solemnitate, quia dominus hoc præceptum dedit *in Israel*, i. in populo Israel, s. Leuitic. 23. & Num. 29. Sed vbi est præceptum, ibi cõsequenter est iudicium, quia qui præceptum legis frangit, eo ipso iudicari, & puniri debet, quia, vt dicitur Rom. 2. Quicunque in legem peccauerint, per legem iudicabuntur. Si igitur præceptum est, ergo & iudicium. Et hoc est, quod ait. *Quia præceptum est in Israel*. s. à Deo, vt hoc fiat, *& iudicium Deo Iacob*, s. Iudiciũ de transgressoribus facere, spectat Deo Iacob. Ratio autem, quare dominus precepit illam solemnitatem tubarum, fuit multiplex, s. memoria obedientiæ Abrahę, & memoria liberationis Isaac, at etiã patientiæ, quia cum esset grandis in tantum, quod portabat ligna sufficientia ad totalem combustionem, vnius hominis: tamen patienter se ligari permisit, & poni super struem lignorum. Vnde in illa festiuitate Iudæi clangebant cum cornibus arietum in memoriam arietis pro

Præceptũ. Iudicium.

A Isaac immolati. Fuit etiam alia causa, vt statim in sequenti parte dicetur. Notandum ergo, q in memoriam obedientiæ ipsius Abrahæ, & patientiæ ipsius Isaac, Deus illud festum tubarum pręcepit, vt, dum exempla illorum audiremus, ad ipsorum imitationem accenderemur, vt ostendit Greg. d. Quia transire intellectus noster ad diuina non sinitur, nisi prius per sanctorum præcedentiũ exempla formetur, vt qui orientem solẽ contemplari non valet, irradiatos montes aspicit, & quia sol sit ortus, deprehendit. Ex æternis ergo montibus Deus nos il-
B luminat, quia per admirandam vitã patrum præcedentium radio nos suæ claritatis illustrat. In medium ergo sanctorũ exempla ducamus. Ecce præceptis cœlestibus subdi per obedientiam cupimus, consideratis antiquorum patrum vestigijs iuuamur. Quid enim Abraham obedientius, qui ad unam uocem dominicam pro adipiscẽda æterna hæreditate, ipsum ferire nõ trepidauit, quem senex iam, & penè mortuus acceperat heredem? Cum patientiæ apprehendere virtutem conamur, præcedentium exempla conspicimus. Quid. n. Isaac patientius, qui ligna
C portat, de holocausto interrogat, atque post parum ligatur, & non loquitur, aræ superponitur, & non reluctatur? Quid isto viro patiẽtibus dici potest, qui quasi ad solatium ducitur, & requiritur ad feriendum, ligatur, & conticescit, & oblatus in holocaustum tacet? &c. Sic ergo vt istorum exemplis informemur, prædictorum festorum præceptum posuit in Israel, dicens nobis illud Exo. 25. Fac secundum exẽplar, qđ tibi mõstratum est.

Gregor. 27. mor. c. 6.

Exẽpla sanctorum nos informant.

Abraham exemplum obedientia.

Isaac exemplum patiẽtia.

Testimonium in Ioseph posuit illud, cum exiret de terra Aegypti, lin- 1395
D *guam, quam non nouerat, audiuit.*

HIc assignat secundam rationẽ. s. beneficiorum receptorum. Narrat enim multa beneficia illi populo exhibita, pro quorum memoria illud festum agebatur. Enumerat autem tria beneficia, primum est eruditionis, secundum liberationis, ibi. *Diuertit*, tertium exauditionis, ibi. *In tribulatione*. Quantum ad primum sciendum, q vt dicit Ra. Sa. eodem die quo Abraham voluit immolare filium,

filium, succedente tempore Ioseph qui iniustè incarceratus erat in Aegypto, fuit liberatus. Et sic illa dies non solum erat insignis propter liberationem Isaac, sed etiam propter liberationem Ioseph. Et hoc est, quod ait. *Testimonium in Ioseph posuit illud*, i. illud festum posuit in testimonium Ioseph, qualiter, s. illa die fuit liberatus & à Deo informatus. Et hoc cum exiret terram Aegypti. i. ad videndam terram Aegypti. Statim. n. vt fuit à carcere liberatus, per Pharaonem fuit factus præpositus super terram Aegypti vt habetur Genesis 41. vt prouideret de frumentis cōgregandis. Et tunc statim iuit per terram Aegypti vt officium sibi commissum adimpleret. Verùm quia Ioseph non intelligebat, nisi linguam propriam, scilicet Hebraicam, vt melius sibi commissum officium posset implere, angelus domini statim ipsum perfectè docuit linguam Aegypti. Et hoc est quod dicitur.

Ioseph linguā Aegypti quomodo sciuit. *Cum exiret terram Aegypti*, s. considerandam, *linguam quam non nouerat*, s. Aegypti, *audiuit*, s. ab Angelo ipsum docente, vt dicit Ra. Sa. Nec hoc incredibile videtur, quod Deus qui Apostolos subito docuit omnia genera linguarum, (vt habetur Act. 2.) istum Ioseph doceret linguam Aegypti. vel aliter iste versus exponitur de toto populo Israel, qui per

Ioseph significat populum Israel. Ioseph intelligitur, tum quia Ioseph populum Israel in Aegypto saluauit tēpore famis, tum quia Ioseph inter filios Israel duas tribus constituit. Habuit enim Israel duodecim filios, qui duodecim tribus fecerunt. Sed quia tribus Leui diuinis officijs mancipata, decimam ab alijs recipiebat, & sic non habuit fortè distinctam in terra promissionis, ideo Ioseph duas tribus fecit ex duobus filijs suis, scilicet Ephraim, & Manasse, ne numerus tribuum minueretur. Et ideo quia ex filijs Israel alij solum quilibet vnam tribum fecit, iste autē duas nomine Ioseph totus populus Israel intelligitur, de quo dixit. *Testimonium posuit in Ioseph illud.* Quid. n. est Dei testimonium datum populo Israel, nisi lex sibi data? de quo Ps. 18. Lex domini immaculata conuertens animas, testimonium domini fidele: Testimonium ergo legis posuit in Ioseph cum exiret terram Aegypti, idest, statim postquam exierunt terram Aegypti, scilicet quinquagesimo die legem eis dedit. Et tunc ipse populus linguam quam non nouerat audiuit, quia populus audiuit dominum loquentem dantem decem præcepta, quem ante non audierat. Vnde dixerunt. Loquere tu nobis, ne loquatur nobis dominus, ne fortè moriamur. *Exod. 19.* *Exod. 20.*

Diuertit ab oneribus dorsum eius, manus eius in cophino seruierunt. 1396

NArrat hic secundum beneficium, scilicet, liberationis quo ipsum Ioseph à seruitute liberauit, nam vt habetur Genesis trigesimoseptimo, Ioseph inuidia fratrum suorum vēditus fuit ab eis, & peruenit ad seruitutem Phutipharis principis exercitus Pharaonis. Tales autem serui habēt seruire dominis suis in multis oneribus, & laboribus, & maximè tempore comestionis habent in mēsa seruire portando, & asportādo panes, & alia cibaria, quæ in cophinis portantur. Sic. n. dicitur Ioannis sexto, quod postquam Christus saturauit quinque millia hominum ex quinque panibus, quod discipuli collegerūt duodecim cophinos fragmentorum, &c. Vbi aduerte, quod secūdum Grammaticos cophinus in penultima corripit, & dicitur à cauo, as, secundum Raban. & multa significat. Quandoque est vas ex virgulis contextum aptū mundare, puta triticum, vel bladum. Quandoque est vas gestatorium fimi, vel fœni. Quandoque verò est vas aptum ad portādum secum cibaria, sicut sunt sportæ ex palmis, vel ex virgulis textæ. Et sic accipitur eum de Ioseph dicitur, quod *manus eius in cophino seruierunt.* Vel si ad viliora officia ipsum dicimus deputatū, accipitur cophinus pro vase apto ad portandum fimum, sed hoc non est verisimile, quoniam (vt habetur Genesis trigesimonono) Ioseph erat in domo Phutiphatis domini sui præpositus, & gubernabat creditam sibi domum. De ista autem seruitute Ioseph fuit a Deo miraculosè liberatus, vt patet Genesis 41. De isto ergo Ioseph dicit. *Diuertit ab oneribus dorsum eius*, cuius. s. Ioseph, cuius *manus in cophino seruierunt*, quia liberatus factus fuit dominus Aegypti, vt dicitur de ipso ad literam, Sapien. decimo, quod Deus iustum venditum non dereliquit,

Cophinus.

sed

sed à peccatoribus liberauit illum, & in
vinculis non dereliquit illum, donec afferret illi sceptrum regni. Vel aliter intelligitur (vt in præcedenti versiculo dictum est) de populo Israel, à seruitute Aegyptiaca liberato, quia populus grauibus oneribus luti, & lateris erat oppressus, sed tamen Deus ipsum liberando, *Diuertit ab oneribus dorsum eius*, & à quibus oneribus ostẽdit, dicens, *Manus eius in cophino seruierunt*. Nam, ut dictũ est, cophinus est vas ex virgulis factum, quo secundum gloss. populus Israel in Aegypto existens portabat terrã ad faciendum lateres Pharaoni. Et sic est sententia versus. *Diuertit*, scilicet, Deus *ab oneribus dorsum eius*, scilicet Ioseph, vel populi Israel, Modo mutat modum loquendi, quia prius dixit de Deo. *Diuertit*, &c. Nunc dicit de Ioseph vel de populo. *Manus eius in cophino seruierunt*.

1397 *In tribulatione inuocasti me, & liberaui te, exaudiui te in abscondito tempestatis, probaui te apud aquã contradictionis.*

HIc narrat tertium beneficium, scilicet exauditionis, quo ipsum Ioseph afflictum orãtem exaudiuit. Vt habetur Gen. 39. Ioseph in Aegyptum vẽditus, & factus præpositus domus Phutiphatis domini sui, vxor Pharaonis iniecit oculos in Ioseph, & ait sibi, dormi mecum. Qui acquiescere nolẽs, dicit ei. Ecce dñs meus, omnibus mihi traditis, ignorat quid habeat in domo sua, nec quicquam est in domo sua, quod nõ tradiderit in potestate mea præter te, quæ
Ioseph castitas. vxor eius es. Q̃uo ergo possum hoc malum facere, & peccare in dominum meũ? Quadam autem die accidit vt intraret Ioseph domum, & illa apprehenso vestimento eius dicit ei, dormi mecum. Qui non acquiescens, relicto in manu eius pallio, fugit, & egressus est foras. Cum ergo uidisset mulier pallium in manibus suis, & se esse contemptam, vocauit homines domus suæ & dixit. En, dominus meus introduxit uirum Hebræum, vt illuderet nobis. Ingressus enim est ad me, vt coiret mecum. Cumq; clamassem, reliquit pallium in manu mea, & fugit foras. In argumentum ergo rei, marito re-
A uertenti domum, ostẽdit pallium & ait, ingressus est ad me seruus Hebræus quẽ adduxisti, vt illuderet mihi. Cumq; clamarem, reliquit pallium in manu mea & egressus est foras. His auditis, dñs nimis credulus verbis cõiugis tradidit Ioseph in carcerem, vbi uincti regis custodiebãtur. In hac ergo tribulatione iniustè positus, Ioseph inuocauit dñm pro liberatione sua, & ipsum exaudiuit dñs quem post duos annos liberatum dñm Aegypti constituit ut habetur Gen. 41. Hanc historiam recolens Psal. ipsi Ioseph loquitur, d. *In tribulatione inuocasti me, &*
B *liberaui te*. Et quia eius liberatio fuit cõseruatio populi Israel, quia factus dominus Aegypti tempore famis nutriuit patrem, & oẽs fratres suos cũ omni domo sua, ut habetur Gen. 46. Ideo totus populus Israel hoc beneficium cognoscere debebat & Deo seruire. Et quia oppositum fecerãt ideo Psal. uertens modo se ad populum ex parte Dei, & sibi improperans, d. *Exaudiui te in abscondito tempestatis*, s. Ioseph in carcerem, ubi est absconsio & tempestas tribulationum. Et hoc non obstante infidelis es mhi: quia *probaui te apud aquas contradictionis*, scili
C cet, Num. 20. unde de bonitate & potestate mea desperans dixisti. Nunquid poterit Deus de petra aquam elicere, aut parare in deserto mensam populo suo? uel totum hoc potest intelligi de populo Israel, qui in Aegypto dura seruitute oppressus inuocauit dominum *in abscondito tempestatis*, scilicet, tribulationis & afflictionis, quia palã non erant ausi dominum contra tempestatem sibi inflictã inuocare: sicut & modo populi sub tyranno absconsè gementes, non audent conqueri palam. Et tamen fuit gratiosè in manu forti à Deo liberatus, Et hoc
D non obstante, diffidit populus de bonitate domini apud aquas cõtradictionis, ut dictum est.

Audi, populus meus & contestabor te: Israel, si audieris me, non erit in te Deus recens: neque adorabis Deum alienum. 1398

HAec est secunda pars principalis, in qua reprobos Psal. redarguit, & primò ostendit eot ũ culpã. Secundò pœnam

nam eis debitam, & inflictam ibi. *Et dimisi*. Prima pars diuiditur in tres, quia ostendendo eorum culpam, vt ipsam exaggeret primò ponit ipsorum increpationem, secundò ipsorum ad bonum inductionem, ibi, *Ego enim sum*. Tertiò ipsorum ad malum obstinationem, ibi. *Et non audiuit*. Quantum ad primum sciendum, quòd populus Israel dicebatur peculiariter populus Dei, tum quia illi soli legem dederat Deus, & sua iudicia manifestauerat eis. Psal. 147. Non fecit taliter omni nationi, & iudicia sua non manifestauit eis, tum quia ipse populus solus Deum colebat, Psal. 75. Notus in Iudæa Deus. Hunc ergo populum increpãs ait. *Audi populus meus, & contestabor te*. Con enim componitur cum testor, aris, & aliquando idem est, quòd simul testari, & tunc Deus contestatur, idest, simul testatur, quia ipse iudex est, simul, & testis. Et est sensus. *Contestabor te*, idest, simul iudex, & testis ero veritatis. Vnde glos. Ecce testem se facit veritas tam hic quàm in futuro, vt nullus iam dubitet, cum ante iudices terrenos soleant testes produci ad cognitionẽ veritatis. Et hoc est, quod dicit dominus. Ego sum iudex, & testis, quæ simul officia nullus alius facere potest. Aliquando verò contestari est idem, quòd contra aliquem testari. Sic enim accipitur 1. Reg. 8. vbi, dum populus à Samuele peteret regẽ, dicit dominus ad Samuelem. Contestare eos, & prædic eis ius regis, qui regnaturus est super eos. i. testificare contra eos pressuras, quas à rege sunt passuri. Et isto modo melius accipitur hic, vt Deus populo dicat. *Contestabor te*, i. testificabor contra te. s. si legem meam non custodias. *Israel si me audieris*, i. si mihi obediens fueris. Audire. n. quandoque idem est, quòd obedire. Sic. n. sapientia increata ait. Qui audit me, non confundetur. Sed quid erit si me audieris. *Non erit in te Deus recens, neque adorabis Deum alienum*. Aduerte, quòd hic aliud dicitur Deus recens, aliud Deus alienus. Habet enim aliqui Deum recentem apud se, non tamen Deum alienum, vt puta, qui verbum putat sub tempore Deum esse. Deus. n. recens dicitur, qui ad tempus factus est. Qui igitur putant filium Dei ex tempore à patre genitum, & non coæternũ patri in se habent

Contestor.

Hiere. 29.

Eccles. 24.

Deus recẽs.

E Deum recentem. Deus autẽ noster non est Deus recẽs, sed ab æterno, in æternũ. Cum enim filius Dei sit sapientia patris, si filius est ex tempore, sequitur, quòd pater ex tempore fuit sapiens, & non ab æterno. Etenim Christus Deus noster homo fortè recens est, sed Deus æternus. Habent autem alij Deum alienum, qui, scilicet, idola sibi fabricant à diuinitatis natura alienum. Vnde hic ait glos. Quod enim quisque cupit, & veneratur, hoc illi Deus est, & sic auarus adorat Deum alienum, quia denarium alienum à natura diuinitatis. Gulosus ventrem suũ, &c. F ad Philippen. 3. quorum Deus vẽter est. Qui. n. audit Deum sibi credẽdo, & obediendo neq; habet in se Deum recẽtem neq; alienum. Sic. n. ait dominus in principio legis. Exod. 20. Non habebis Deos alienos coram me, non facies tibi sculptile; neque omnem similitudinem, &c.

Deus alienus.

Ego enim sum dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti, dilata os tuum, & implebo illud. 1399

HIc ponitur ipsorum ad bonum exhortatio, quod facit ostendendo, G & exhibendo eis suam gratiam. Gratia autem maior alicui exhibetur, quantò magis gratificatus offenderit gratificantem. Ipsi autem Iudæi Deum multũ offenderunt fabricantes sibi idola, & illa adorantes, & beneficia à Deo recepta nõ Deo, sed idolis attribuentes. Quot enim apta & miranda beneficia eis contulerat educendo ipsos de Aegypto, mare ante ipsos exsiccãdo, inimicos eorum omnes in mare submergendo, &c. Etsi statim post omnia attribuebant idolis. Nam vt habetur Exodi 32. Fecerunt sibi vitulum conflatilem, & immolantes ei hostias dixerunt, Isti sunt dij tui, Israel, qui eduxe- H runt te de terra Aegypti. Et tamen, hoc non obstante, eminem gratiam, quam sciunt petere, paratus est eis facere. Primò ergo iniuriam eis remittit, d. *Ego sum dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti*, contra quod tu falsè dixisti. Isti sunt dij tui, qui eduxerunt te, &c. Et consequenter eis gratiam promittit, d. *Dilata os tuum, & implebo illud*. Vbi nota, quòd secundum Grammaticos lato, as, idẽ est quòd ampliare aliquid, vel latum facere.

Dilatare.

Vnde

Vnde dilato, as, idem est quòd multum extendere vel ampliare. Et sic dilatare os est multum aperire, vel ampliare os, idest, multa, & alta postulare. Et sic dicit populo suo. *Dilata os tuum*, s. pete, non quidem parua, vt sunt temporalia, sed alta, & grandia, vt sunt spiritualia, *& ego implebo illud*, nō quidem implebo os, sed illud quod postulabis. Mysticè autem Aegyptus interpretatur tenebræ, & significat peccatum, quod tenebras amat, quia qui malè agit, odit lucem. Ioannis tertio. Et quia solus Deus peccata potest dimittere, ideo solus Deus animam de Aegypto educere potest, & sic solus dicere. *Ego sum dominus Deus tuus, qui eduxi te*, &c. Narratur, quòd Chaldæi pro Deo adorabant ignem. Volentes ergo Chaldæi alios inducere ad culturā ignis, cum Aegyptijs pactum fecerunt, quòd si Deus eorum ab aliquo vinceretur, scilicet, ignis dimitterent eius cultum, sed si alios Deos vinceret, quod alij ipsum ignem colerēt. Quibus Aegyptij acquieuerunt, sed hac cautela vsi sunt contra eos, qui idolum Bel colebant. Nam deposuerunt de capite idoli coronam aureā, & posuerunt super caput eius quoddam vas testeum, in qua erant multa foramina, quæ obturauerunt cera, & illud impleuerunt aqua. Venerunt ergo Chaldei ad examinandum illud idolum, & apposuerunt ignem, & statim cera liquefacta est, & descēdit aqua, & extinxit ignē, & præualuit idolum eorum, & extunc permissi sunt idolis suis vti. Ex hoc ergo, quòd Deus noster eduxit Israel de Aegypto, probat se præualere idolis, quę habent potestatem super ignem, quia præcedebat eos de nocte per columnam ignis, & super aquā, quia mare siccauit. Dicat ergo. *Ego sum dominus Deus*, &c.

Ignis non est Deus.

1400 *Et non audiuit populus meus vocem meam, & Israel non intēdit mihi.*

HIc ostendit ipsorum obstinationē ad malū, quia non obstantibus tot beneficijs, & promissionibus ipsis à Deo factis contempserunt obedire. Et hoc est quod dicit. *Et nō audiuit populus meus vocem meam*, idest, non obediuit voci meę, quia eis dedi legem, quā transgressi sunt. *Et Israel non intendit mihi.* Intendere enim idem est quod intus tendere, de hoc vide suprà versic. 876. Et sic ille intendit Deo, qui intus in corde suo tendit ad Deum. Cum ergo peccatum elongat hominem à Deo, sequitur quòd peccans & legem Dei non seruans, non intendit Deo sed magis ab eo recedit. Notandum ergo quod si volumus audire Deum, & intendere Deo, oportet abstinere à peccato, quia auditus Dei est gratiarum augmentatio. Prouerb. 1. Audi disciplinam patris tui, vt addatur gratia capiti tuo. Immundis autem cordibus gratia non additur, cum in illis gratia non præexistat. Et ideo notandum quòd verus Dei auditor à tribus vitijs maximè debet esse immunis. Primò à vitio discordiæ. Vnde dicitur 1. Esdræ 3. Congregatus est omnis populus quasi vir vnus ad audiendum legem. Qui.n. discordiam habet cum Deo, non diligit Deum. Graue autem est audire verba illius, quem quis non amat. Vnde sicut graue est iustis audire verba malorum, sic & graue est malis audire Deum, vt ostendit Gregor. 7. moral. c. 7. Vnde de concordia auditoribus necessaria, dicitur Actuūm decimotertio. Cōuenit vniuersa ciuitas audire verbum Dei. Secūdò à peccato auaritiæ quæ auditus Dei maximè fructum impedit quod ostendit saluator, dicens. Quod autem inter spinas cecidit, hi sunt qui audierunt, & à solicitudinibus & diuitijs euntes suffocantur, & non afferunt fructum. Diuitiæ enim temporales, & corporales delitiæ spinatæ per spinas auditum verbi diuini fructificare nō sinunt. Vnde Gregorius in homil. ait, Mirum autem quomodo dominus spinas diuitias sit interpretatus, cum illæ pungant, istæ delectent, & tamen spinæ sunt, quia cogitationū suarum punctionibus mentem lacerant, & dum vsque ad peccatum pertrahunt, quasi inflicto vulnere cruentant. Duo autem sunt, quæ diuitijs iungit, scilicet, solicitudines, & voluptates: quia per curam mentem opprimunt, & per affluentiam resoluunt, suffocāt enim semen uerbi diuini: quia importunis cogitationibus guttur mentis strangulant, dum bonum desiderium ad cor intrare nō sinunt, quasi aditum vitalis flatus necant. Tertiò à peccato arrogantiæ: quia cum tremore verbum Dei debet audiri. Abac. 3.

Intendere Deo.

Audire Deum.

Discordia.

Auaritia.

Luc. 8.

Diuitia.

Arrogātia.

Abac.3. Domini,audiui auditum tuum, E & timui. Et infra. Audiui,& conturbatus est venter meus, à uoce contremuerunt labia mea. Ad propositum ergo, quia Iudæi his tribus vitijs abundabant, ideo ipsum Deum non poterant audire. Propter quod hic dicit. *Et non audiuit populus meus vocem meam.*

1401 ***Et dimisi eos secundum desideria cordis eorum, ibunt in adinuentionibus suis.***

HIc consequenter ponitur pęna correspondens ingratitudini,& pecca F tis ipsorum,quæ hic ostenditur triplex, prima est priuatio gratiæ spiritualis, secunda est subtractio auxilij temporalis, ibi. *Si populus*. Tertia est inflictio pœnæ infernalis,ibi. *Inimici domini.* Quantum ad primum sciendum, quòd subtracto ab homine auxilio diuinæ gratiæ tunc in eo non ratio,sed sensualitas dominatur. Vnde non potest non peccare etiam mortaliter, vt ostendit Magister lib.2. dist.25. Isti autem propter ingratitudinem suam diuina gratia sunt priuati. Et hoc est, quod dicit. *Et dimisit eos*, scilicet ipsis subtrahendo gratiam præser- G uātem à peccatis. Et ideò sic dimissi gratia reguntur secundum fomitem peccati. Et hoc est quod subdit. *Secundum desideria cordis eorum ibunt in adinuentionibus suis*, idest, secundum inclinationem fomitis ad malum ibunt *in adinuentionibus suis*, idest, in peccatis enormibus ab ipsis adinuentis. Vel secundum aliam literā *ibunt in affectionibus suis*. Vbi nota, quòd in scriptura adinuentio significat præceptum, vt patet versic.1269. Et sic adinuentiones Dei sunt præcepta Dei, sed adinuentiones hominum sunt præcepta hominum, quæ ipsi adinueniunt, & H non Deus. Dicit igitur. *Ibunt in adinuentionib. suis*, quia propter traditiones suas irrita fecerunt mandata Dei, vt ait Christus de ipsis. Math.15. Et ideò dimisit eos secundum desideria cordis eorum, quod expressius ponit Apostolus Ro.1. dicēs. Tradidit illos Deus in desideria cordis eorum in immunditiam. Vbi gloss. Tradere Dei est permittere nō incitare, aut immittere. Præcedentibus quippe culpa rum causis, iure & meritò deseruntur.

Gratia.

Adinuentiones.

Ideò ij, qui veritatem Dei in iniquitate detinent & deseruntur à Deo,& traduntur desiderijs malis, ista verò mala desideria, quia de superbia sunt, non solùm peccata, sed etiam supplicia sunt. Omne quippe peccatum, quòd citius pœnitendo non detergitur, aut peccatum est, & causa peccati, aut peccatum est,& pęna peccati. Peccatum namque quòd pœnitentia non diluitur, suo pondere mox ad aliud trahit. Vnde fit, vt non solum peccatum fit, sed etiam causa peccati. Ex illo quippe subsequens culpa oritur. Peccatum verò, quòd ex peccato oritur, nō solum peccatum est, sed etiam pęna peccati, quia iudicio Deus cor peccatis obnubilat, & præcedentis peccati merito in alia cadit. Quem enim liberare noluit, deserendo percussit. Consimiliter & in proposito dicitur. *Et dimisit eos secundum deside.*&c.

Si populus meus audisset me, Israel si in vijs meis ambulasset. 1402

POnitur secunda pœna, scilicet, subtractio adiutorij temporalis,& facit vnam conditionalem. Si populus meus fuisset mihi obediens, ego liberassem eū ab inimicis suis, sed ego non liberaui eū, sequitur ergo quòd non fuit mihi obediens. Istius conditionalis solum ponit antecedens. Et primò ponit subiectum antecedentis, secundò prædicatum, ibi. *Pro nihilo.* Quantum ad primum ponit solum subiectum illius conditionalis, dicens, *Si populus meus audisset me.* Quid autem intelligat per audire Deum, declarat, dicens. *Israel si in vijs meis ambulasset.* Et ita audire Deum est mandata eius obseruare. Nam præcepta domini sunt viæ, quibus tendimus ad patriam. Math.19. Si vis ad uitam ingredi, serua mandata Dei. Et ideò nota, quòd audire Deum, est opera, quæ mandat adimplere. Non implere autem amplius nocet quàm proficiat, quia contemptus verbi auditi peccatum aggrauat. Propter quod ait. Estote factores verbi, nō auditores tantum, fallentes uosmetipsos, &c. Quid enim profuit Herodi, quòd Ioannem Baptistam libenter audiebat, quum tamē plus Herodiadi adulteræ obediens fuit, quàm Ioanni? Nihil ei

Audire Deū & facere.

Iacob.

eis profuit, sed peccatum suum auxit. Auditus enim verbi diuini obseruantibus est causa vitæ, sed non proditoribus suis. Proditor autem verbi Dei dicitur omnis qui audit Deum, & operibus nō implet, quod audit. Vnde Richardus super illud Iosue 2. Si tamen non prodideris, ait, Verbum Dei auditum non permittit nos damnari, nisi tamen prodiderimus eū. Proditor enim est verbi Dei, qui non adimplet opere, quod audit in prædicatione. In hoc maximè differunt boni à malis, quia boni non solùm verbum Dei audiunt, sed et gustāt qn̄ opere implent. Mali autem solum audiunt sine gustu, quia quod audiunt exterius, ad ipsorum corda non intrat. Ad hoc ét facit quod ait Gregor. super illo verbo Iob 12. Auris verba dijudicat, d. Hic de electis, & reprobis aliquid innuere videtur, quia verba sapientiæ, quæ reprobi audiunt, electi non solùm audiunt, sed etiam gustāt, vt eis in corde sapiat, quod reproborum non mentibus sed solummodo aure sonat. Aliud namque est nominatum cibum audire solūmodo, aliud verò gustare. Electi namq; cibū sapientiæ sic audiunt, vt etiā gustent, quia hoc audiunt, quod eis per amorem medullitus sapit. Reproborum verò scientia vsque ad cognitionem sonitus tēditur, vt quidem virtutes audiant, sed tamen corde frigido qualiter sapiant ignōrent. Et hoc est, quod dicitur Luc. 11. Beati qui audiunt verbum Dei, & custodiūt illud. Ad propositum ergo, quia populus Israel etsi Deum aure corporis audiebat, quia tamen ore cordis quòd magis est audire nolebat, idcò simpliciter non audisse Deum dicitur.

Richardus. *Gregor. 11. mor. c. 4.*

1403 *Pro nihilo forsitan inimicos eorum humiliassem, & super tribulantes eos misissem manum meam.*

Ostendit hic prædicatum dictæ cōditionalis. Hoc quod hic dicitur pro nihilo, multipliciter exponitur. Primò pro nihilo, idest, gratis, & sine ipsorum labore. Vel *pro nihilo*, idest, computassem inimicos eorum pro nihilo, sicut magnus, & potens rex, pro nihilo reputat paruum militem deponere. Vel *pro nihilo*, sicut alia litera habet, idest, ad nihilum vel in nihilum inimicos eorū reducendo, sicut fecit de Aegyptijs inimicis ipsorum quos omnes ad nihilum reduxit in mare, omnes submergendo, uel *pro nihilo*, idest, pro peccato, nam peccatum nihil dicitur, ut dictum est superius uersic. 908. Quamuis enim peccator ratione peccati statim puniri mereatur, tamen Deus quandoque ipsum permittit in potestate temporali, ut ipsum alios peccantes puniat. Et sic inimicos Iudæorum in potestate temporali permisit, ut per ipsos Iudæorum peccata puniret; sicut etiam per dæmones punit. Et sic est sensus, *pro nihilo*, idest, pro peccato inimicorum suorum humiliassem, idest, deposuissem inimicos eorum, si ipsi ambulassent in vijs meis, &c. Sed quia ipsi non ambulauerunt in uijs meis idcò permisi inimicos ipsorum in potestate ut ipsos punirent. Et dicit *forsitan*. Cum enim forsitan sit aduerbium dubitandi, & in Deo nulla cadat dubitatio, quomodo ergo dicit forsitan? Non enim hoc dicit propter mutationē diuinæ uoluntatis, uel dubitationem quæ cadat in Deo, sed propter uertibilitatem hominis de bono ad malum: uel forsitan dicit, non quia dubitatio sit, sed per oppositum omnis certitudo, sicut pontus dicitur mare per oppositum, quia ponte caret, sic & hic dicit forsitan, quia hoc omni dubitatione caret. Sic enim forsitan pro uero accipiebat Christus, dicēs, Si crederetis Moysi, crederetis & mihi forsitan, idest, uerè. Quod autem dicit *humiliassem*, hic accipitur humiliatio non pro uirtute, sed pro pœna. vide versic. 616. Et est sensus. *Humiliassem*, idest, puniendo inimicos eorum deiecissem ad terram, *& super tribulantes eos misissem manum meam*. Non quidem ad fortificādum eos, sicut dictum est ps. 79. Fiat manus tua super virū dexteræ tuæ; sed ad deponendum, & interficiendum, sicut facta est manus domini super Pharaonem, & exercitum eius, eos in mari submergendo. Sic enim manus domini super aliquem fieri, est ipsum ad nihilū redigere. Isto modo dicitur. 1. Reg. 5. quod fiebat manus domini super singulas ciuitates Philistinorum interfectionis magnæ. Ex illis (vt dicit glo.) patet, q̄ si nos Deo resistimus, ipse non cōtra

Nihil. *Forsitan.* *Ioan. 5.*

dicit inimicis nostris, nec manum defensionis nostræ super eos ponit.

1404 *Inimici domini mentiti sunt ei, & erit tempus eorum in sæcula.*

POnitur hic tertia pœna, quæ est inflictio pœnæ infernalis. Et duo facit. Quia primò ostendit ipsorum ingratitudinem, pro qua pœnam merentur æternam. Secundò ostendit erga eos diuinã bonitatem, vt exaggeret ipsorum malitiam, ibi. *Et cibauit eos.* Quantum ad primum loquitur de peruersis Iudæis, qui domino promiserunt obseruare legem, & omnia eius præcepta dicentes. Omnia quæ mandauit dominus, faciemus, & erimus obedientes. Et tamẽ satis citò post primum eius mandatum transgressi fuerunt, alium Deum sibi statuentes, quando adorauerunt uitulum conflatilem vt habetur Exod. 23. Et in hoc aggrauatur peccatum eorum, quoniam grauius peccant, quam pagani, qui nihil promiserũt, sicut grauius peccatum est aliquod malum contra votum facere quam sine uoto. Vnde sequitur. *Et erit tempus eorũ in sæcula.* Distinguit sapiens tempora, dicens. Omnia tempus habent, tempus flẽdi, tempus ridendi, tempus plangendi, & tempus saltandi. Hic autem loquitur de tempore malorum, quod est tempus flẽdi, & plangendi. Sicut enim diuina iustitia exigit, vt tempus ridendi, & saltandi bonorum sit æternum, sic & de tempore plangendi malorum dicit Christus, Ibũt hi in supplicium æternum, iusti autem in uitam æternam. Et hoc est, quòd de tẽpore malorum hic dicit. *Et erit tempus,* scilicet, punitionis eorum *in sæcula,* i. in æternum. Vel per tempus, quod nihil fixum habet, sed semper in successione cõsistit, & varietate, intellige varietatem pœnarum inferni, quæ erit in sæcula, i. sine fine. Vbi nota quòd seculum in singulari significat spacium centum annorum, ut dictum est versic. 596. sed quando duplicatur, vt sæculum sæculi vel quãdo in plurali, ponitur tunc pro æternitate saltem à parte post, ad Hebr. 1. Per quem fecit & sæcula. Dicit ergo, quòd *Erit tempus eorum in sæcula,* i. in perpetuum. Hoc autem satis apertè de falsis Christianis potest accipi secundum glos. qui sunt inimici domini. Inimicus enim componitur ex in, quòd est non, & amicus, ergo si nõ sunt amici, sequitur quòd sunt inimici, sed non sunt amici, quia mentiti sunt ei, scilicet resumendo illa quibus renunciauerunt. Abrenunciauerunt enim diabolo in baptismo, & pompis eius. i. diabolicis factis à Deo damnatis, sed rursus ad ea redeunt & sunt nouissima peiora prioribus. Ecce canis reuersus ad uomitum, & sus lota in uolutabro luti. Quid inde eis? Et si hic tolerati sunt, non tamen erunt impuniti, quia erit tempus, scilicet punitionis ipsorum in sæcula, idest, in æternum. Quid autem sit mentiri, vide versic. 44.

Exod. 24.

Tempus.

Eccles. 3.

Matth. 25.

Inimici domini sunt falsi Christiani.

Et cibauit eos ex adipe frumenti, & de petra melle saturauit eos. 1405

HIc Psalmista, vt exaggeret ipsorũ malitiam, recolit bonitatẽ Dei erga illos. Quantum ad literam Deus saciauit eos ex adipe frumenti, quia, non obstante eorum malitia, introduxit eos in terram promissionis, tritico abundantem, & sic vtebantur pane facto de simila, vel de medulla frumẽti. Et quia in terra promissionis est magna abundantia apum, ita quòd mellificant in rupibus, & sic de petris colligunt magnam copiã mellis, ideo dicit. *Et de petra melle saturauit eos.* Vel per adipem frumenti intellige panem angelorum scilicet mãna, quo pane pasti fuerunt quadraginta annis in deserto, Et dicitur manna adeps frumenti, propter bonitatem illius cibi. *Et de petra melle saturauit eos.* Legimus, quòd saturauit eos aqua educta de petra, sed nõ legimus, quod mel eduxerit de petra. Dicunt ergo aliqui, quod aqua educta de petra hic mel dicitur, quia illa suauissima & dulcis erat ad modum mellis. Vel per adipem frumenti intellige sacramentum eucharistiæ. vide uersic. 994 quo etiam ingratos Iudæos saturauit. Vnde & Iudæ proditori corpus suum ad manducandum dedit, cui etiam in fine pacẽ dedit, quando in horto osculatus est eũ. Vnde Ps. 147. dicitur ipsi Iudæ. Qui posuit fines tuos pacem & adipe frumenti satiat te. Adeps autem multiplex est. vide versic. 995. De isto ergo sacramento eucharistiæ dicat. *Et cibauit eos.* Vbi nota, quod iste

Mel de petra.

Num. 20.

Adeps.

Cibus Eucharistia.

iste cibus corporis Christi est cibus verus ad substentationem viatorum, cibus electus ad impinguationem aridorum, cibus solidus ad confirmationem perfectorum, cibus absconditus ad glorificationem beatorum, Primum patet Ioannis sexto: Caro mea verè est cibus, &c. Qui ideò dicitur verus cibus, & potus, quoniam & si alij cibi vitam humanam sustentant, ipsam tamen perpetuare non valent, iste autem eucharistiæ cibus vitam spiritus non solum sustentat, sed etiam perpetuat ipsam. Ioannis sexto: Qui manducat carnem meam, habet vitam æternã, scilicet, hic in spe, sed in futuro in re. Ideo subdit. Et ego resuscitabo eum in nouissimo die, vt, scilicet, sicut iustè cibus hic animæ vitam dedit spiritualem, sic & post hanc vitam animæ simul, & corpori resuscitato perpetuam tribuat vitam. Et ideo ad significandum, quòd iste cibus corpori & animæ insimul perpetuam tribuit vitam, dicebat Paulus consocijs suis, Actuum 27. Rogo vos accipere cibum pro salute vestra, quia nullius vestrum capillus de capite peribit. Secundum patet, quia isto cibo anima ipsum dignè sumens impinguatur omni abundantia charismatum, vt ille sit ille cibus electus de quo Abacuc primo, incrassata est pars eius. Et, idest, quia cibus eius electus. Cum enim homo ex corpore, & anima tanquam ex duabus partibus constet, quæ pars est illa, quæ isto cibo incrassatur? certè est pars animæ, quæ quantum isto cibo incrassetur, ostendit Magister libro quarto distinctione octaua, dicens quòd Eucharistia spiritualiter reficit. Vnde excellenter Eucharistia dicitur, idest, bona gratia, quia in isto sacramento non tantummodo est augmentum virtutis, & gratiæ, sed hic totus ille sumitur, qui est fons, & origo totius gratiæ. Et tamen istum cibum electum peruersi fastidiunt, & contemnunt, dicentes. Anima nostra nauseat super cibo isto leuissimo. Qui tamen istis verbis hunc cibum diffamare credentes ipsum mirabiliter commendant, dum ipsum cibum leuissimum vocant, scimus enim quod sicut natura grauiũ est descendere, & leuia semper ascendunt, & per consequens superlatiuè le-

Num. 21.

A uissimum dicitur, quia præ cæteris naturam habet eleuatiuam, quòd benè isti cibo competit, quòd præ cæteris sacramentis in præsenti per gratiam animam eleuat ad Deũ, & finaliter insimul animam & corpus eleuabit per gloriam. Tertium patet, quia hunc cibum dignè sumens contra aduersitates mundi fortificat, & diaboli certamina, de quo ad Hebræos 5. Perfectorum autem solidus est cibus, eorum, qui exercitatum habẽt sensum ad discretionem boni, & mali. Dicitur enim solidus cibus, quia non solum ipsum dignè sumẽtes fortificat, sed B etiam hostes nostros dæmones terret. Vnde Pet. Damianus super illo verbo Io. 6. Qui manducat carnem meam &c. dicit. Christi corporis cibum, & sanguinis potum etiã ore carnis recipere perutile est. Terretur enim aduersarius cũ Christiani labia Christi uiderit cruore rubentia. Hic enim recolit suæ perditionis initium, & diuinæ uictoriæ, qua captus fuit, non tolerat instrumentum. Isto cibo figuraliter fortificatus fuit ille magnus pater noster Helias, de quo dicitur 3. Reg. 19. quod cum surrexisset, comedit, & bibit, & ambulauit, in forti- C tudine cibi illius quadraginta diebus & quadraginta noctibus usque in montem Dei. Et nota, quòd prius surrexit, & postea hunc cibum comedit, quia antequam istum cibum comedas, à terrenis uitijs surgere debes. Quartum patet, Absconditus enim dicitur iste cibus, quia sub alia specie occultatus. Et de isto cibo dicebat ille angelicus spiritus Tobię, Ego cibo inuisibili utor, qui ab hominibus uideri non potest. Ex hoc enim, q iste cibus in propria specie uideri non potest, est causa nostri meriti, & glorificationis, quia si ibi Christus uideretur D in propria forma, ibi fides, quæ est meritoria, locum non haberet. Et quamuis iste cibus uera caro Christi sit, & sanguis, quia tamen non sacerdotibus ministratur solùm sub specie cibi, & nõ potus, sacerdotibus autem sub utraque specie. Ideo figuraliter præceptum fuit, Leuit. 7. Non sumetis sanguinem cum cibo, quia scilicet sub distinctis speciebus, scilicet, cibi & potus distinctè sumitur, & seorsum.

Tobia 12.

Sacramentum corporis Christi, non sacerdotibus ministratur solum sub spẽ cibi, & non potus quod fuit praeceptum figuraliter.

PSAL. LXXXI.

1406 *Deus stetit in synagoga Deorũ, in medio autem Deos dijudicat.*



Hvivs Psalmi titulus est. *Psalmus Asaph*. Titulus de se est clarus. Sed de materia Psalmi dicũt doctores tam Hebrei quam catholici, quòd Asaph videns in futurum iudices mundi corruptos, & Iudicia amore, vel odio, aut muneribus frequenter corrumpere, contra ipsos hunc Psalmũ composuit super hoc postulans diuinam iustitiam, ut omnia talia ad viam ęquitatis reducerentur per ipsam. Iste ergo Psalmus quo ad literam diuiditur in tres partes, quia Psalmista primò arguit iudicum iniquitatem, secundo ostendit ipsorum dignitatem, ibi. *Ego dixi*, tertiò inuocat diuinam iustitiã & æquitatem, ibi. *Surge, Deus*. Prima diuiditur in tres, quia primò ostendit diuinã sapientiam, secundò arguit iudicum malitiam, ibi. *Vsquequo*, &c. tertiò accusat ipsorum ignorantiam: ibi. *Nescierunt*. Dic vt Nicolaus. Quantum verò ad sensum propheticum sciendum, quòd iste directè arguit Iudæorum proceres, qui Christum eis in lege promissum præsentem non cognouerunt, & conatur eos inducere vt amodo saltem ipsum cognoscãt, & credant ipsum. Et sic Psalmus iste diuiditur in tres partes, quia ostendit inter Iudæos, primò Christi præsentiam corporalem, secundò ipsorum malitiam generalem, ibi, vsquequo. Tertiò Christi resurrectionem triumphalem, ibi. *Surge, Deus*. Quantum ad primum dicit, *Deus stetit in synagoga Deorum*. Vbi sciendum, quod sicut ecclesiã propriè Christianis catholicis congruit, sic synagoga Iudæis (Synagoga. Ecclesia.) quod ex ipsis vocabulis patet. Nam ecclesia interpretatur cõuocatio, quia omnes generaliter vocat ad fidem, & recipit: synagoga verò interpretatur congregatio, & est propriè Iudæorum. Distat conuocatio à congregatione, quia etiam congregari pecora solent, quorũm congregationem propriè greges à congregatione dicimus, sed conuocari est magis vtentium ratione sicut sunt homines. Vt ergo notaretur Iudæorum infidelitas, B dicta est eorum synagoga congregatio quasi pecorum, & indiscretorum, sed vbi fidelitas nostra ipso vocabulo insinuaretur, nostra dicta est ecclesia, idest, conuocatio quasi rationabilium, & discretorũ. Quæ ecclesia dicitur catholica, idest, vniuersalis. Non enim facit conuenticula sicut hæretici in aliquibus regionibus, sed per totum orbem diffusa dilatatur. Item nota, quod Iudæi inter omnes gentes dicebantur filij Dei, & eadem ratione dij vocabantur, sicut dicitur infra de Iudæis. Ego dixi dij estis. Et rationẽ subdit, quia filij excelsi omnes. Dicat ergo F Psalmista de Christo. *Deus stetit in synagoga Deorum*, idem est quod Deus stetit in synagoga Iudæorum. Vbi nota, quòd cum Deus ratione diuinitatis cælum, & terram impleat, qui est inter omnia non inclusus, extra omnia non exclusus, propriè ratione diuinitatis in aliquo loco stare non dicitur, sed per hoc, quod dicit, *Deus stetit in synagoga Deorum*, Deũ hominem factum esse indicat. Sic ergo Deus factus homo *stetit in synagoga deorum*, idest, in populo Iudæorum, vbi filius Dei stetit, secũdum quod homo, quĩ missus fuit ad oues quæ perierũt domus G Israel. Præsentia autem diuinitatis, quæ vbique est, non propriè ad synagogam pertinet quæ neque tempore neque loco variatur. Sequitur. *In medio autem Deos dijudicat*. Hic enim ostendit, quare stetit in synagogã deorum scilicet ad eos iudicandum scilicet ad discernendũ eos, & separandum. Ipse enim nouit, qui inter Iudæos ad bonum sint electi & qui ad malum præsciti: Discernit ergo vasa alia in honorem, alia in contumeliam, & hòc facit stans in medio. Per medium enim virtus iustitiæ intelligitur, quia secundum Philosophum 2. Ethico. Om- H nis virtus consistit in medio. Ipsa autem iustitia est omnis virtus 5. Ethic. (Aristotel.) In medio ergo stetit Iesus, dijudicando Deos, quia omnes iustè discernit, & iudicat. Electi enim iustè sunt prædestinati, & reprobi iustè præsciti. Vnde hic dicit Prouerbiorum octauo. In vijs iustitiæ ambulo, in medio semitarum iudicij; qualiter autem Christus steterit in medio vel fuerit medius multipliciter, vide versiculo 759. & 782.

Vsque-

1407 *Vsquequo iudicatis iniquitatem & fa- cies peccatorum sumitis?*

CONsequenter hic ostendit Iudæorum malitiam generalem. Et diuiditur in tres partes, quia primò eos de malo arguit, secundò eos ad Christum dirigit, ibi. *Iudicate*, tertiò ipsos ad bonũ allicit, ibi. *Ego dixi.* Quantum ad primũ sciendum, quòd synagoga quasi à principio semper iustos fuit persecuta, vt ostẽdit Christus, dicens, Ecce ego mitto ad vos sapientes, & scribas, & ex illis occidetis & flagellabitis &c. Hoc est ergo, quòd hic arguens Psal. dicit. *Vsquequo iudicatis iniquitatem*, scilicet iustos persequendo, quasi dicat. Misit Deus ad vos legem, & restitistis, misit prophetas, & occidistis, sed vsquequo hoc erit? Nunquid vsque ad aduentum filij Dei scilicet Christi? Et in hoc arguit maiores in populo, scilicet sacerdotes, & scribas, & minores scilicet plebeios. Arguens, enim maiores ait. *Vsquequo iudicatis iniquitatem.* Ad maiores enim spectabat de cæteris iudicare. Et sic illi erant qui sententias iniquas proferebant contra sapientes, & prophetas & innocentes, sicut illi duo presbyteri senes iniquam sententiam dederunt contra Susannam, ipsam condẽnantes ad mortem. Istos ergo arguens, dicit. *Vsquequo iudicatis iniquitatem?* Sed de minoribus subdit. *Et facies peccatorũ sumitis?* ipsi plebeij propter ipsorũ multitudinẽ maioribus resistere potuissent. Et hinc est, quòd in morte Christi maiores timebant populum, ne ipsos à morte Christi prohiberet. Vnde dicit Matt. 16. Non in die festo, ne fortè tumultus fieret in populo. Ex quo sequitur, quòd in mortibus prophetarum, & etiam Christi, populus culpabilis fuit, quia non restitit maioribus iniquè iudicantibus. Et hoc est faciem maiorum peccatorum sumere, scilicet, ipsos honorando, ipsis nõ contradicere, sed consentire. Vnde populo nunc loquens ait. *Vsquequo faciet peccatorũ*, idest sacerdotum, & maiorum *sumitis*, idest, honorando, eis iniustè iudicãtibus non contradicitis? Notandum, quòd multi iniquitatem, idest, iniquè iudicãt, quòd maximè contingit propter tria. Primò propter personarum acceptionem, contra quos dicitur. Deut. 1. Ita

Iudicare iniquitatem.

Dan. 13.

Faciem peccatorum sumere.

Iniquè iudicatur propter tria.

A paruum audietis vt magnum, non accipietis cuiusquam personam, & Iacob 2. dicitur. Fratres nolite in personarum acceptione habere fidem, nonne Deus elegit pauperes hæredes fieri regni? Vos autem exhonorastis pauperem. Nonne diuites per potentiam opprimunt vos, & ipsi trahunt vos ad iudicia? Secundò propter peruersam intentionem. Intendunt enim quidam in remunerationem temporalem, vel in fama acquirenda, & tales quia illud, quod gratis exhibere debeot, vendunt muneribus, vel fama, ideò iniquè iudicant, etiam si iustum dent iu-

B dicium, vt ostendit Gregor. dicens. Plerumque nonnulli terrena præmia appetunt, & iustitiam defendunt, seque innocentes existimant, & esse defensores rectitudinis exultant. Quibus si spes nummi subtrahitur à defensione protinus iustitiæ cessatur, & tamen defensores se iustitiæ cogitant, sibique se rectos asserit, qui nequaquam rectitudinem, sed nummos quærunt. Quos contra benè per Moysen dicitur. Quod iustum est iustè exequeris. Iniustè quippe quod iustum est exequitur, qui ad defensionem iustitiæ non virtutis æmulatione, sed amo

C re præmij temporalis excitatur. Iniustè quòd iustum est, exequitur qui ad defensionem ipsam quam prætendit iustitiam venundare minimè veretur. Iustè ergo iustum exequi, est in affectione iustitiæ eandem ipsam iustitiam quærere. Sæpè rectè agimus, & nequaquam præmia, nequaquam laude ab hominibus expectamus, &c. Tertiò propter debiti ordinis prætermissionem. Debent enim quicunque superiores & iudices primo iudicare seipsos, postea alios considerare homines esse nõ Deos. 1. Cor. 11. Si nosmetipsos diiudicaremus, non vtique iudica-

D remur. Qualis autem debeat esse, qui alios habet iudicare, docet apertè Ambrosius, super Beati immaculati. Et habetur. 3. quæstio. 7. Iudicet inquit ille de alieno errore, qui non habet in seipso, quod condemnet, iudicet ille, qui non agit eadem, quæ in alio putauerit puniẽda, ne cum alium iudicat in seipso sententiam ferat. Iudicet ille qui ad pronunciandam sententiam nec odio, nulla offensione, nulla leuitate ducatur. Et post, bonus iudex nihil ex arbitrio

Greg. 9. moral. c. 19.

Deut. 16.

facit, nec domesticæ voluntatis proprietate, sed iuxta leges, & iura pronunciat, statui iuris obtemperat, nō indulget propriæ voluntati nihil præmeditatum de domo profert, sed sicut audiuit iudicat, & sicut se habet rei natura, distinguit.

1408 *Iudicate egeno, & pupillo, humilem, & pauperem iustificate.*

IVdæos hic dirigit ad Christum, s. cognoscēdum. Et duo facit, quia primò eos dirigit ad Christi notitiam, secundò ipsorum ostendit ignorantiam, ibi. *Nescierunt*. Prima in duas, quia primò dirigit maiores, secundò populares, ibi. *Eripite*. Quantum ad primum sciendum, quod nomine pauperis, & pupilli intelligitur Christus. Pauper enim quandoque dicitur idem quod humilis, quandoque idē quod egens temporalibus bonis, & vtroque modo præ omnibus alijs Christus pauper fuit, & egenus. Vnde ait psal. 68. Ego sum pauper & dolens, vide versicul. 1122. Dicitur ēt Christus pupillus. Nam pupillus propriè dicitur, qui caret vel patre uel matre, vel utroq; Christus caruit patre in terris, & matre in cęlis, & sic pupillus dr̄ propriè Ezech. 22. Pupillū & viduā ne contristaueris apud te, per pupillum accipe Christum, sed per viduā virginem gloriosam, quę tempore passionis Christi iam amiserat sponsum, aliter. n. per Christum Ioanni commendata nō fuisset. De isto ergo egeno, & pupillo ait iudicibus, & prælatis synagogæ. *Iudicate egeno & pupillo*. Vbi aduerte, quòd aliud est iudicare aliquem, aliud iudicare alicui. Nā qui iudicat alicui semper dat pro illo sententiam, sed generaliter iudicat alium siue dat sententiam pro ipso, siue contra ipsum. Dicit ergo *iudicate egeno & pupillo*, & non iudicate egenum, i. pro Christo egeno, & pupillo sententiam date. Vnde gl. *Iudicate egeno & pupillo*, i. intelligite Christum esse Deum, quia pauper est, & pupillus. Et per hoc ostendit eos hoc non fecisse, q. d. Nolite iudicare iniquitatem, sed potius iudicate egeno, & pupillo idest, ad honorem eius iudicate, qui uoluit propter vos esse sine patre. Vnde sequitur. *Humilem & pauperem iustificate*: idest, prædicate iustum esse Christum factum paupcrē, & humilem propter vos. Quicunque enim iustificat Christū, idest, prædicat ipsum esse iustum prædicat verum Deum esse: cuius ratio est, quia si iustus, ergo verax, ipse autem dicit se verum Deum, Ego & pater vnum sumus. *Ioan. 1.* Quid est ergo dictum, *humilem & pauperem iustificate*, nisi Christum veracem prædicate siue dicite, & per consequens ipsum verum esse dite Deum. Hoc autem principibus sacerdotum & scribis dicit, qui alios informare debebant.

Christus pauper, & pupillus dicitur.

Nota.

Iudicare aliquem & alicui differunt.

Eripite pauperem, & egenum de manu peccatoris liberate. 1409

HIc dirigit simplices. Vt enim dictū est, pupillus potuisset eripere Christum de manu principū, sed permisit ipsos de Christo facere quæcunque voluerunt. Et sic quamuis ipsi plebeij Christi mortem non tractauerunt, tamen quia tractantibus maioribus non restiterunt, ideo ipsis consensisse videntur. Et sic à Christi morte nō fuerunt immunes. Cognoscebant populares Christum fore illum, & ideo ipsum defensare tenebantur. Consentit enim peccatis & malis qui non obuiat cum possit 2. q. 7. negligere. 17. q. 3. quòd autem quæritur 22. q. 3. qui potest. Præuidens ergo Psalm. quòd populares non obuiarent in Christi morte maioribus, eos increpat, ostēdēs quid facere deberent: dicens. *Eripite pauperem*, &c. Vnde istum intellectum habet hic glos. dicens. Hoc minoribus dicitur, per quod ostendit nec illos à morte Christi immunes fuisse, qui permiserunt principibus Christum interficere, cum pro multitudine timerentur, & possent illos à facto & consensu liberare. Qui enim facinori desinit obuiare cū potest, peccat & cōsentit. Dicit ergo. *Eripite*, &c. *de manu peccatoris liberate*. Per manum peccatoris intelligit potestatem principum, & sacerdotum.

Consentit malis qui non obuiat.

Nescierunt, neque intellexerunt, in tenebris ambulant, mouebuntur omnia fundamenta terræ. 1410

OStendit hic ipsorum ignorantiam tam maiorum quàm minorū, qui nescierunt Christum verum Deum esse. *1. Cor. 2.* Et

Christũ an dæmones vel Iudæi cognouerunt.

Et hoc est quod ait Apostolus, dicẽs, Si enim cognouissent, nunquam dominũ gloriæ crucifixissent. Quod ſm glo. intelligitur de dæmonibus & hominibus. Vnde sic ait ibi glo. Si dæmones cognouissent ſapientiam Dei de redemptione humani generis implenda per Christi mortem, nunquam dominum gloriæ Crucifixissent, idest, non ſuggessissent crucifigi: quia quomodo ſuggeret diabolus illum crucifigi, per quem ius perdere ſe ſciret? Vel de Iudæis poteſt accipi quorum quidam cognouerunt Christum, alij verò non cognouerunt. De ignorantibus dicit Petrus. Scio fratres, quia per ignorantiam feciſtis, ideſt, iſti non cognoſcebant illum eſſe, qui in lege promiſſus erat eis. Maiores verò ut Scribæ & Phariſæi, & principes ſacerdotum cognouerunt ipſum eſſe, qui in lege promiſſus erat &c. vide ſup. ver. 156. Vel aliter vt ibidem habetur, ipſum primò cognouerunt eſſe verum Dei filiũ, ſed inuidia cõtra ipſum incitatis, obſcuratum eſt cor eorũ. Et hoc eſt quod hic ait Pſalmiſta. *Neſcierunt neque intellexerunt*, ſ. Chriſtum eſſe verum Deum, & cauſam ſubdit. *In tenebris ambulant*, quia ſcilicet tenebris peccatorũ excæcati fuerunt. Sap. 2. Excæcauit enim illos malitia eorum. Sed quid ad Chriſti mortem ſecutũ ſit ſubdit. *Mouebuntur omnia fundamenta terræ*. Quod impletum fuit in Chriſti paſſione, quãdo terra mota eſt, & petræ ſciſſæ ſunt. Matth. 27. Vel fundamenta terræ, ideſt, terreni tunc ſpiritualiter admirantes moti ſunt tanto miraculo viſo, vt Centurio qui dixit. Verè filius Dei erat iſte. Et Luc. 23. dicitur ꝙ omnis turba eorũ qui ſimul aderant viſo terræmotu percutientes pectora ſua reuertebantur. Vel per fundamentã terræ intellige gentiles, qui terram orbis regebant qui omnes ſunt moti: alij admirando coli Chriſtum pauperẽ & crucifixum, & eum contemptis terrenis ſectari, alij mouebantur. ſ. à cultura idolorum ad Chriſti fidem ſe conuertendo. Dicit ergo *mouebuntur omnia fundamenta terræ*, quia nullus eſt qui nõ miretur, vt conuertatur. Sic enim prædixerat propheta. Adhuc unum modicũ, & mouebo omnes gentes, & veniet deſideratus cunctis gentibus.

Aggai 2.

A *Ego dixi Dij eſtis & filij excelſi omnes.* 1411

Hic ad bonum ipſos Iudæos allicit. Et duo facit. quia primò allicit bonos. Secundò terret malos, ibi. *Vos autẽ.* Quantum ad primũ ſciendum ꝙ ad bonum quis inducitur quandoque ratione verecundiæ, vt puta, quia timet verecundiam ideo timet mala facere, ne deprehenſus in malo, uerecundia confundatur. Quantò autem quis eſt in maiori dignitate, tantò amplius uerecũdari debet in malo deprehẽdi. Vt ergo Iudæos

B electos ad bonum, ideſt, ad Chriſti fidem inducat, ipſorum dignitatem eis antepoſuit, dicens. *Ego dixi dij eſtis.* Quæ autem maior dignitas eſſe poteſt, quàm ꝙ quis Dei nõie fungatur, & filius Dei appelletur? Si ergo magna eſt hæc dignitas ne ab ipſa quis cadat magno opere ſe cuſtodire debet. Sciendum ergo, ꝙ in ſcriptura non eſſentialiter ſed participatiuè hoc nomẽ Deus aliquibus attribuitur. Nam attribuitur dæmonibus, & hoc per falſam hominum æſtimationem. Pſ. 95. Oẽs dij gentium dæmonia. Attribuitur poteſtatem habẽtibus, & ſic Moyſes ac-

Deus multipliciter dicitur.

C cepta poteſtate, qua ſigna corã Pharaone facere poſſet: Deus dicebatur, Vnde Exo. 7. Dixit dñs ad Moyſen. Ecce cõſtitui te deum Pharaonis. Attribuitur q̃q; iudicibus. Exod. 22. Si latet fur, dñs domus applicabitur ad deos, gloſſ. ideſt, ad iudices. Attribuitur quandoque prophetis & doctoribus. Ioann. 10. Illos dixit deos ad quos ſermo Dei factus eſt. Attribuitur filijs Dei, & hæredibus, ut hic. *Ego dixi dij eſtis, & filij excelſi omnes.* Inter omnes autem applicationes hoc eſt maioris dignitatis quòd quis Deus dicatur, quia filius & hæres: de hoc uide ſup.

D uerſic. 774. & 809. Et quamuis hoc ſolis Iudæis in antiqua lege diceretur, quia ſoli filij Dei erant per cultum Dei ſingularem, tamen tunc indifferenter dicitur omnibus cuiuſcunq; gradus uel conditionis exiſtant, quia omnes has promiſſiones accipiunt, qui mandata Dei cuſtodiunt, ſcilicet ut Deus & filij Dei dicantur, quia dedit eis poteſtatem filios Dei fieri ijs qui credũt in nõie eius, &c. Hoc enim ſolis iuſtis dicitur, qui prædeſtinati ſunt ad uitam.

Ioan. 1.

1412 *Vos aũt ſicut homines moriemini, & ſicut unus de principibus cadetis.*

Greg. 4. moral. cap. 17.

Homo multipliciter accipitur.

COnſequenter hic terret malos. Vbi notandum, q̃ ut ait Grego. Homo accipitur tripliciter in ſcriptura, ſcilicet aliquando per naturam, ſcilicet in qua factus eſt. Gen. 1. Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram. Aliquando accipitur homo per infirmitatem, ſicut ſcriptum eſt. Maledictus, qui ponit ſpem ſuam in homine, ideſt, in infirmitate. Aliquando accipitur homo per culpam, ſicut Paulus ait. Cum ſit inter uos zelus, & contentio, nonne car-

1. Cor. 3.

F nales eſtis, & ſecundum hominem ambulatis? Ac ſi dicat, qui diſcordes mentes ducitis, nonne adhuc ex reprehenſibili humanitate peccatis? Ad propoſitũ hic accipitur homo ſecundum culpam. Homo enim ex culpa mortem meruit, ſed ex diuina gratia immortalis efficitur in gloria. Malis ergo Iudæis, qui potuiſſent eſſe dij, & filij Dei, & hæredes, qui tamen propter peccata mortẽ æternam incurrerunt, dicitur. *Vos autem ſicut homines moriemini*, non ſolum, ſcilicet morte corporis, quia ſtatutũ eſt omnibus hominibus mori, ſed etiam morte

Hebr. 9.

Luca 17.

G gehennæ, qua mortuus eſt diues, & ſepultus eſt in inferno. Et aduerte, quòd ſicut ſupra fecit diſtinctionem inter maiores malos, & minores: maioribus dicit. *Vſque quo iudicatis iniquitatem?* minoribus verò dicit. *Et facies peccatorum ſumitis*. Sicut & nunc explicãs eorum pœnam: primò minoribus dicit: *vos autem ſicut homines moriemini*, vbi ſine aliquo titulo honoris nominat homines, ſed conſequenter maioribus cum titulo honoris dicit. *Et ſicut unus de principibus cadetis.* In ſcriptura enim ſacra dæmones prin-

Principes ſunt dæmones.

H cipes appellantur. Ioan. 12. Nunc princeps huius mundi eijcietur foras. Et ad Ephes. 6. Nobis eſt colluctatio aduerſus principes, & poteſtates tenebrarum harum. Hi autem principes vitio ſuperbiæ de cœlo ceciderunt. Eſa. 14. Quomodo cecidiſti, lucifer, de cœlo? De minoribus ergo dicit. *Vos autem ſicut homines moriemini*. De maioribus autem. *Et ſicut vnus de principibus*, ideſt, de dæmonibus *cadetis*: Per hoc inſinuans peccata ſacerdotum, prælatorum, & maiorum

Peccata prælatorũ ſunt grauiora quam ſubditorum.

E etiam circa eandem materiam excedere peccata minorum, & per cõſequens ampliori pœna fore punienda: ſicut maius fuit peccatum dæmonis, quam hominis, & ampliori pœna punitur. Et ideo, ſicut peccatum diaboli eſt irremediabile, peccatum autem hominis remediabile, ſic iuxta modum loquendi peccatum maioris, & infidelitatis irremediabile eſt reſpectu peccati minoris, quia maioribus imputantur peccata minorum.

Surge, Deus iudica terram, q̃m tu hæreditabis in omnibus gentibus. 1413

F PRædicit hic Pſalmiſta Chriſti reſurrectionem, & eius effectum. Vbi notandum, quòd poſt Chriſti reſurrectionem mundus fuit iudicatus, ſcilicet iudicio diſcretionis, quia Iudæi, qui prius erant populus Dei repulſi ſunt, & gentes idololatræ Dei populus ſunt effectæ. Iſtud iudicium mirabile oſtẽdit Petrus, dicens gentibus. Vos eſtis gens ſancta, populus acquiſitionis, vt virtutes annuncietis eius, qui de tenebris vos vocauit in admirabile lumen ſuum, qui aliquando non populus, nunc autem populus

1. Pet. 2.

G Dei. Et hoc eſt admirandum iudicium Chriſti, de quo ipſe ait. Ioan. 9. In iudicium ego in hunc mundum veni, vt, qui non vident, videant: & qui vident, cœci fiant. Quod ſcilicet iudicium fuit, quia gentiles, qui prius Deum verum per fidem non videbant, poſt Chriſti reſurrectionem conuerſi ad fidem ipſum cognouerunt. Iudæi autem, qui prius videbãt, infideles effecti ſunt excæcati. Et hoc eſt, quod prævidens Pſalmiſta ait hic. *Surge Deus*, ideſt, ò tu, Chriſte Deus, ſurge à mortuis: *iudica terram*, ideſt, terrenos Iudæos, qui timentes perdere tem-

H plum, & gentem, ideſt, lucra terrena, te crucifixerunt. *Iudica ergo* hanc terram, ideſt, damna, excæca, quia ſcilicet ipſa terra repulſa: *Tu hæreditabis in omnibus gentibus*, ideſt, omnes gentes erunt hæreditas tua. Sic enim dictũ fuit filio Pſal. 2. Dabo tibi gentes hæreditatem tuam. Qualiter autem hodie gentes ſunt hæreditas Dei, vide verſic. 178.

PSAL.

PSAL. LXXXII.

1414 *Deus quis similis erit tibi? neq; taceas neque compescaris, Deus.*



Vius Psalmi titulus est iste. *Canticum Psalmi Asaph.* Quantum ad literam expositio tituli apparet ex dictis. Ex quo titulo apparet auctor Psalmi: qui fuit Asaph. De materia autem Psalmi quò ad literam, dicunt doctores communiter tam Hebræi quam Latini, quòd Asaph fecit istum Psalmum contra hostes populi Dei prosequentes filios Israel,& terram promissionis inuadentes, & maximè contra Sennacherib regem Assyriorum, & eius exercitum, qui multum fuit infestus populo Israel, & terræ promissionis, vt habetur.2. Paralipo.32. Et Esa.36. Dicitur quòd tempore Ezechiæ regis venit Sennacherib rex Assyriorum super omnes ciuitates Iudæ munitas,& cepit eas. Pro qua materia etiam Asaph fecit Psalmum 75. Vnde eadem est materia illius Psalmi, scilicet notus in Iudæa Deus, & istius. Et sic Psalmus iste diuiditur in duas partes: quia Psalmista primò narrat hostiū nequitiam: secundò implorat contra illum Dei iustitiam, ibi. *Fac illis* &c. Dic vt Nicolaus. Quantum verò ad sensum propheticum sciendū, quòd in isto psalmo, Psalmista agit de secundo aduentu Christi ad iudicium, in quo boni, qui nunc multipliciter patiūtur à malis, coronabuntur. Mali verò, qui nunc bonos persequuntur, condemnabuntur. Et per hoc bonos, qui nunc tribulantur, per patientiam cōsolatur, sed malos terret, vt à persecutione bonorum cessent. Est ergo sensus tituli. *Canticum Psalmi Asaph.* Iste Psalmus dicitur canticum: quia agit de iocunditate mentis habenda in persecutionibus, dicitur etiā Psalmus, quia mouet ad bonas operationes: & utrunque coniungit simul: quia cum lætitia mentis debet copulari bona operatio, & econtrario. Diuiditur autem Psalmus iste in duas partes, quia proposito timore diuini iudicij, primo agit de peccatis malorum, secundò de punitione ipsorum, ibi. *Fac illis.* Prima diuidi-

A tur in duas, quia primò ponitur iudiciaria Christi potestas, secundò Antichristi & suorum peruersa malignitas, ibi. *Quoniam ecce.* Quantum ad primū sciendum, ꝙ Christus in forma hominis veniet ad iudicium, non in forma diuinitatis. Et hoc vt omnes iudicem suum videre possint, quę tñ forma serui in Christo tūc omnibus apparebit gloriosa, vt ostēdit Mag.lib.4.distinct.48. Et sicut gratia Christi excessit gratiam cuiuslibet alterius creaturæ, vt populus in gratia similis sibi dici possit, sic & conformiter gloria humanitatis Christi excedet incōparabiliter gloriā cuiuslibet creaturæ. Et

Iudicabit Christus in forma hominis gloriosa.

B hæc omnia præuidens Psal. Christo homini loquitur, d. *Deus quis similis erit tibi?* q.d. Christo, Tu qui es Deus, & homo, Deus vt nullus, homo vt alij. Tñ in iudicio, in quo apparebis vt homo, *quis similis erit tibi?* Certè nullus. Quia licet hic fueris iudicatus, cū latronibus deputatus, tñ ibi nullus similis tibi erit. Non in potentia: quia ibi tu terribilis eris, & quis resistet tibi ex tunc ira tua? Non in iustitia, quia iustitia, & iudiciū præparatio sedis tuæ. Nō in gloria, quia eris speciosus forma præ filijs hominum. Quis

C ergo erit similis tibi? De hoc vide superius ver.532. Sequitur. *Neque taceas, neque compescaris, Deus,* q.d. Quia ergo talis eris in futuro iudicio, ideo tunc ne taceas, s. à sententia danda contra malos, qui tamen hic primò tacuisti, quando, s. tanquam agnus coram tondente se fuit sine voce, & non aperuit os suum. *Neq; compescaris, Deus.* Vbi aduerte, quod pesco, scis, deriuat à pacisco, sceris, quod est facere pacem, & cōponitur cū com, & dr compesco, quod idem est, ꝙ simul cum alio facere pacem. Præuidens Psalmista, ꝙ in iudicio erit tempus iustitiæ,

D & non misericordiæ, & quòd iudex ibi nullius acquiescet precibus, nec suscipiet pro redemptione dona plurima, vt dicitur Prouerb.6. Hoc prophetizando prædicit. *Neque compescaris, Deus,* idest, tunc cū malis non pacificaberis, qui modo faciliter reconciliaris. Christus ergo, qui nunc tacet, hominum peccata tolerando, ut conuertantur, tunc non tacebit, malos puniendo. Vnde dicit Esaiæ 42. Tacui, semper silui, sicut parturiēs loquar. Quod ad propositū deducit

Tacet nunc Christus, qui loquetur in iudicio.

Greg.

Gregor. 10. mor. c. 30. Greg. super illo verbo Iob 12. Lampas contempta apud cogitationes diuitum parata ad tempus statutum, dicit. Christus lampas nobis extitit, qui pro redemptione nostra in cruce moriens tenebrosis nostris mentibus per lignũ crucis lucem nobis fudit, quæ tamen apud cogitationes hominum contempta fuit, quia in propria venit, & sui eum non receperunt. Et alibi, Spreuit eum Herodes cũ exercitu suo. *Ioan. 1.* Sed hæc contempta lampas, quæ in terra irrisiones tolerat, de cęlo iudicium coruscat. Vnde sequitur. Parata ad tempus statutum. De quo tẽpore per Psalmistam dicitur. Cum accepero tempus, ego iustitias iudicabo. *Psal. 74.* Lãpas ergo, quæ nunc contemnitur, ad statutum tempus est ventura, quia ipse peccata in die vltimo iudicat, qui nunc peccantium derisiones portat. *Lampas dicitur Christus.* Et tanto tũc durius districtionẽ expetit, quanto nunc vocandis peccatoribus suam nunc patiẽtiam sternit. Qui enim diu conuertendos expectat, nõ conuersos sine retractatione cruciat. Quod per prophetam insinuat, dicens breuiter. Tacui, semper silui, patiens fui, sicut parturiens loquar. Parturiens enim cum dolore eijcit hoc, quod in intimis lõgo tempore gestauit. Qui ergo semper siluit, sicut parturiens loquitur, quia uenturus iudex, qui sine vltione diu facta hominum pertulit, quãdoque cum feruore examinis quasi cum dolore mentis, quantę animaduersionis sententiam intus seruauerit, ostẽdit, &c. Hoc ergo præuidens Psal. ait, *Neque taceas, neque compescaris, Deus*. *Esa. 95.* Cui Christus respondit, dicens. Non tacebo, sed reddam iniquitates uestras, & patrum vestrorum simul.

1415 *Quoniam ecce inimici tui sonuerunt, & qui oderũt te, extulerũt caput.*

Hic consequenter ostenditur malorum peruersitas. Et diuiditur in partes tres, quia ponitur primò malorũ superba contumacia, secundò ponuntur ipsorum acerba consilia, ibi. *Super populum.* Tertiò ipsorum praua cõsortia, ibi. *Quoniam cogitauerunt.* Quantum ad primum sciendum, quòd Psalmista hic notat persecutionem, quæ erit Antichristi tempore, quando, scilicet, inimici Christi

E apertè contradicent Christo. Inimicos namq; Christi dicit omnes iniquos, qui sunt membra Antichristi, sicut modo amici Christi dicuntur omnes iusti qui sunt membra eius: vt ait Gregorius lib. 15. mor. c. 20. Isti autem inimici sonuerunt, idest sonabunt contradicendo Christo, *Et qui oderunt te, extulerunt caput*, idest extollent. Et nota, quòd non dicit capita, sed caput, quia omnes iniqui habebunt vnum caput, quod erit Antichristus, quod mali extollent, quia ipsum venerabuntur, & adorabũt, vt Deũ. *Caput malorum diabolus, et Antichristus.* Vel istius inimicorum Christi caput est

F diabolus, qui omnium iniquorum caput dicitur, quia sicut capite membra regunTur, sic ipso dæmone regũtur omnes iniqui: vt ait Gregorius lib. 14. moral. c. 11. *Greg.* Et de isto capite dicitur 2. Paral 6. Reddas iniquo iuxta viam suã in caput proprium. Iuxta enim viam iniqui diaboli redditur in caput suum, quia omnis eius via, & iniquitas ipsius capiti ad vltionẽ cedit. Omnes ergo, qui Christũ odiũt, extollunt caput suum, quia omnes peccatores ipsi diabolo subiugantur, & seruiunt, quia omnis, qui facit peccatum, seruus est peccati, quinimò tot dæmo-

G niorum, quot uitiorum.

Super populum tuum malignauerunt consilium, & cogitauerunt aduersus sanctos suos. 1416

Hic ponuntur acerba Antichristi cõsilia. Et primò ponuntur cõsilia, secundò ostenduntur in consilijs deliberata, ibi. *Dixerunt.* *Nota anbie de Antichristo.* Quãtum ad primum sciendum, quòd Antichristus astutis vtetur consilijs contra fideles, vt illos omnino exterminare possit. Sicut enim Christus ad prædicandam fidem catholi

H cam elegit stulta, & infirma, idest, homines simplices, & idiotas, homines pauperes, & abiectos, vt ostenderet diuinitus fidem ipsius per orbem dilatatam non potentia mundi, aut astutia, sic per oppositum Antichristus ad se Deum prædicandum eliget prædicatores scientia mundi plenos, & in mundo potentes, vt ostendit Greg. lib. 13. mor. cap. 6. Cum quibus astuta habebit contra Christianos consilia. *Greg. consiliũ diaboli.* Quæ omnia consilijs dæmonum peragentur, sic quòd consilia dæmonum imita-

imitabuntur. Diaboli enim consilium est sanctos decipere vt illos ad peccatũ adducere possit, quod aliquando facit per aduersa, & quandoque per prospera. Quandoq; enim hoc facit per aduersa, vt ostendit Greg. super illud Iob 10. *Greg. 9. moral. c. 34.* Nunquid bonum tibi uidetur si calumnieris &c. Et consilium impiorum adiuues? dicens. Quos namque hic impios, nisi malignos spiritus uocat? qui cum re dire ad uitam ipsi nequeant crudeliter socios quærunt ad mortem. Quorum ui mirum consilium est, vt qui in tranquillitate iustus permanet, saltem flagellatus peccet. Hoc indesinenter consilium cõtra bonos maligni spiritus ineunt, vt, quos seruire Deo innocuè in tranquillitate conspiciunt, vexati aduersitatibus ad voraginem culpæ rapiantur. Sed ipsorum consilij acumen destruitor, quia pius conditor cum uiribus flagella moderatur. Nisi enim omnipotens Deus cum uiribus tentata modificaret, nullus est, qui malignorum spirituum insidias nisi corruens portet. Quandoque consilium facit per oppositum scilicet vt non per aduersa, sed per prospera fortius faciat cadere iustos, quia vt habetur Prouerb. 12. Consilia impiorum fraudulenta sunt. Quod ostendens Greg. ait. *Gregor. 32. mor. c. 21.* Ecce quidam contentus rebus proprijs, nullis huius mundi occupationibus implicari valde formidans, &c. vide supra ver. 345. Consimiliter Antichristi astutis consilijs cogitabit populum Christianũ perdere quia modo inferendo aspera tormenta, modo diuitias conferendo, & honores, vt tunc meritò quilibet iustus dicere possit illud Psal. 21. Circumdederũt me canes multi, consilium malignantiũ obsedit me. Quæ omnia præuidens Psalmista ait. *Super populum tuum malignauerunt consilium*, &c.

1417 ***Dixerunt uenite & disperdamus eos, de gente, & non memoretur nomẽ Israel ultra.***

HIc declarantur quæ per eorum cõsilium sunt deliberata. Tanta enim erit superbia Antichristi, quòd nõ solum contendet se Deo facere æqualem, sed quod execrabilius est, se maiorem Deo conabitur ostendere, vt osten

A dit de Antichristo Apostolus dicens φ *2. Thes. 2.* filius perditionis, idest Antichristus aduersatur & extollitur supra omne, quod dicitur Deus aut colitur, quia diabolus in Antichristo se maiorem Deo conabitur ostendere, vt ostendit Greg. dicens. *Gregor. 29. mor. c. 4.* Diabolus lapsus suo crimine in mensura ruinæ suæ minimè permansit, sed quã *Antichristus se maiorem Deo prædicabit.* to ab omnipotentis gratia defuit, tanto magis reatum criminis cumulauit, nam qui ideo cecidit, quia peruerso ordine Deo, esse similis uoluit, eo vsq; perductus est, vt in Antichristum ueniens uideri Deo similis dedignetur, atque eum,

B quem nõ potuit habere superbus æqualem, damnatus putet habere inferiorem. Nam cum de illo dicitur. Extollens se supra omne, quod dicitur Deus aut colitur, aperiè monstratur, quod appetendo dudum Dei similitudinem, quasi iuxta Deum se erigere voluit, sed in superbiæ culpa crescendo, iam supra omne, quod dicitur Deus & colitur, extollitur, &c. Sic igitur diabolus per Antichristum conabitur cultum Dei de mundo tollere, & Christi fidẽ anullare, vt Christi nomen amplius nõ memoretur per orbem. Et hoc est consilium eius, Quod

C præuidens Psalmista de ipso & eius satellitibus dicit quòd dixerunt, idest, suis consilijs deliberauerunt, *Venite & disperdamus eos*, scilicet, Christianos, Christi cultores *de gente*, idest, de omni generatione. Gens namque à generatione dicitur. *Disperdamus*, ergo dicit, *de gente*, ne, scilicet, sint inter homines geniti, idest, omnes fideles eradicemus de terra. Et ad quid, ostendit, dicens. *Et non memoretur nomen Israel ultra. Et*, idest, vt, Vbi per Israel intelligitur Christus, *Israel significat Christum.* nam Israel interpretatur vir vidẽs Deũ, quòd per excellentiam de Christo dici

D tur, qui in primo instanti conceptionis suæ fuit uir perfectus, & clarissimè ac beatificè Deum vidit. Nomen autem Christi de mundo auferre conabitur, quia nomen Dei maximè in Christo refulget. Sic enim de Christo sub Israel *Psal. 75.* nomine dicitur. In Israel magnum nomen eius. Hic autem Antichristus pri- *Antichristus primo regnabit in Iudæis.* mò seducet Iudæos, & in ipsis primò accipiet dominiũ, quia maximè scit ipsos Christi nominis inimicus, vt qui Christum uerum regem negauerunt, dicẽtes.

Non

Ioan.19. Gregor.25. mor.c.20. Non habemus regem nisi Cæsarem, primi falso regi subijciantur. Vnde Greg. dicit. Quia verum regem super se regnare Iudæa noluit, idcirco eius demeritis exigentibus, sub Antichristi regimine prior deriuatur.

1418 *Quoniam cogitauerunt unanimiter simul aduersum te, & testamentum disposuerunt tabernacula Idumæorum, & Ismaelitæ.*

HIc aperiuntur ipsorum mala consortia qui in istud consilium congregabuntur. Nominat enim hic multas gentes, quæ populum Israel sunt persecutæ, per quas vult significare quales coadiutores contra fideles Antichristus habebit. Et ostendit quod sui adiutores primò erunt auari & luxuriosi. Secundò, quòd erunt idololatriç & falsi Christiani, ibi. *Moab.* Tertiò quòd dæmones & omnes superbi, ibi. *Etenim Assur.* Quã tum ad primum ostendit primo ipsorũ intentionem, dicens. *Quoniam cogitauerunt unanimiter*, &c. quasi dicat, sicut omnes gentes statim nominandæ infestæ erant filijs Israel, sic & per illas gentes mali designati, vnanimiter cũ Antichristo persequentur fideles. Omnes ergo in simul congregabuntur aduersus nomen Christi, quasi, ex multitudine fortiores Christo esse se credant. Et hoc est quod ait, *Quoniam cogitauerunt unanimiter simul aduersum te.* Et qualiter, subdit. *Testamentum disposuerunt*, idest, pactum inter se fecerunt. Testamentum enim in scriptura non solum dicitur voluntas vltima hominis, quæ solũ valet post mortem eius, vnde dicitur testamentũ, quia solum valet post monumentum, idest, post mortem. Sed etiam testamentum dicitur pactum factum inter aliquos, quod etiam valet inter viuos. Vnde hic ait gl. Testamentum quippe in scripturis non solum illud dicitur, quod non valet, nisi testatore mortuo, sed etiam omne pactum & placitum quod etiam inter viuos tenet, testamentum nocat. Sicut Laban, & Iacob inter se testamentum fecerunt. i. pactum, quod viui ẽt obseruarent. Ecce ergo testamentum quod inter se facient mali cum Antichristo ad extinguendum fideles, quia pactum facient ut unanimi

Testamentum dicitur pactum.

E ter bonos persequantur. Et qui erũt isti, subdit. *Tabernacula Idumæorum, & Ismaelitæ.* Tabernacula. i. habitantes in illis tabernaculis, inimicos enim Christi sub certis nominibus gentium exprimit, quç secundum interpretationem conueniunt ipsis. Sic ergo per hæc nomina declarat inimicos Christi, qui cum Antichristo simul congregabuntur ad Christum persequendum, sic & gentes hic nominatæ realiter populum Dei persequebantur. Et primo loco boni tabernacula Idumæorum. Idumæi dicuntur ab Edon. scilicet, gẽtes, quæ fuerũt genitę ab Edon. F Hic est Esau frater Iacob, qui alio nomine Edõ est uocatus. Hic enim sicut odiebat fratrem suum Iacob quærens occidere eum, sic & Idumæi descendentes ex eo, odio habebant descendentes ex Iacob, scilicet, filios Israel. Vnde quando transiebant per desertũ euntes ad terram promissionis habentes transire per terram Edon, nunquã transitũ voluit eis concedere rex Edon. Vnde Moyses ad eũ legationem misit vt habetur Nu. 20. dicens regi Edon, hæc mandat frater tuus Israel. Obsecramus te, vt nobis transire liceat per terram tuam, ibimus per uiã G tutam aquam precio ememus, &c. Rñdit rex Edon. Nõ trãsibitis. Statimq; egressus est obuius cum infinita multitudine. Per istos ergo Idumæos significantur auari. Idumæi namq; interpretãtur terreni & sanguinei, & sic significant auaros, qui terrena amant, & sanguinẽ pauperũ sitiunt. Tales erunt cũ Antichristo quia] plures ad se muneribus cõuertet & donis. Ismaelitæ isti descenderunt ab Ismaele filio Abrahæ, qui habebat odio filios Israel, quia propter Isaac Agar mater Ismaelis de domo Abrahæ fuit eiecta, vt habetur Gen. 14. Per istos autem H Ismaelitas, etiam intelligit auaros, qui de proximis non curantes, sibi solis congregant terrena: nam Ismael interpretatur obediens sibi, quia tales pp lucrum proprium Antichristo copulabuntur.

Genes.27.

Idumæi et Edon significat auaros.

Moab, & Agareni, Gebal & Ammõ & Amalech, alienigenæ cum habitantibus Tyrum. 1419

POnit hic alias nationes. Hic ergo secundum nomina hic posita singulatim est procedendum. Moab enim fuit filius

Christiani falsi Moab significantur.

filius Loth, quem de maiori filia ebrius genuit, vt habetur Gen. 19. Et ab isto dicti sunt Moabitæ, qui multum infesti fuerunt populo Israel. Nam vt habetur Iud. 3. Eglon rex Moab percussit Israel, ferujeruntq; filij Israel, regi Eglon 18. annis. Per istum ergo Moab significantur falsi Christiani, qui legem quidem Christi suscipientes, ipsa male vtuntur. Nam Moab interpretatur ex patre, quod in malo accipitur. Bonus quippe fuit Loth pater eius, sed filia eius male abusa est patre suo, ex quo genuit Moab. Sic & lex Christi bona est, si quis ipsa vtatur licitè, sed qui male ipsa vtitur Moab generat, quia, s. falsus Christianus efficitur. Erit ergo Moab, in societaté Antichristi, quia multi Christiani abutentes & negantes fidem Christi sibi sociabuntur, in tantũ quòd, vt dicit Greg. Antichristus multos electorum seducet & superabit. Sequitur. *Et agareni.* Isti sunt Sarraceni idé q Ismaelitæ, quia quamuis ex ancilla sint geniti, falso tamen se dicunt ex Sarra vxore Abrahæ generatos. Isti habebát odio filios Israel, & persequebátur eos, sed filij Ruben & Gaad pugnauerunt cõtra eos, & traditi sunt in manibus eorũ, vt habetur 1. Parali. 5. Per Agarenos autem intellige hypocritas, qui alieni sunt ab apparentia sua, quia vnum ostendũt exterius, aliud autem sunt interius. Vnde & Agareni alieni interpretantur. Et isti erunt in societate Antichristi, quia maximus hypocrita erit, & simulator, imò ipse erit omnium hypocritarum caput, vt dicit Greg. super illo verbo Iob 34. Qui regnare facit hypocritam propter peccata populi. Per hunc hypocritam designatur Antichristus, omniũ hypocritarum caput. Seductor quippe ille tunc sanctitatem simulabit, vt ad iniquitatem alios trahat. Sequitur, *Gebal.* De isto Gebal nihil reperitur, ideo cogimur hoc non literaliter accipere, sed magis mysticè. Gebal namq; interpretatur vorago exterminans, & significat crudeles homines, qui voragine crudelitatis alios deuorare conantur. Quis autem crudelior imaginari potest Antichristo, qui & secum multos crudeles habebit, in tantũ quòd tempore suo grauiora tormenta, & persecutiones erunt in ecclesia, quàm alias ante fuerunt, vt dicit Greg. lib. 31.

Gregor. 31. moral. 14.

Agareni significãt hypocritas.

Gregor. 25. mor. c. 20.

Gebal significat crudeles.

A mor. c. 20. Vnde de ipso dicitur Hiere. 6. Crudelis est, & non miserebitur. Sequitur. *Et Ammon.* Iste fuit filius Loth, qué de ipso ebrio genuit filia minor, à quo & Ammonitæ dicti sunt. Isti infesti fuerunt populo Israel & ingrati. Nam vt habetur 2. Reg. 10. Mortuo rege filiorum Ammon, Dauid misit ambassiatores ad filium, ut consolarentur eum. Ipse auté ingratus vilipendit nuncios Dauid, & rasit medietatem barbæ illorum, & scidit vestes eorum vsq; ad nates, & postea instruxit bellum contra filios Israel. Isti significant ingratos, non solum ex re gesta, sed etiam ex interpretatione nominis. Nam Ammon interpretatur populus iniquus. Et quæ maior potest esse iniquitas, quã ingratitudo? Et ingrati erũt in societate Antichristi, imò ipse ingratissimus, quia acceptis donis cõtra Christum pugnabit. Sequitur. *Et Amalech.* Iste fuit filius primogeniti Esau, à quo Amalechitæ sunt orti. Iste odiebat filios Israel sicut & Esau pater ipsorum. Iste populus Amalech fuit primus qui pugnauit contra filios Israel, postquã egressi sunt de Aegypto, vt habetur Exo. 17. Quem superauit populus Israel orante Moyse, vt ibidem habetur. Per istos significantur luxuriosi, vitam brutorum ducentes animalium. Nam Amalech gens bruta interpretatur. Et tales luxuriosi erunt cum Antichristo, nam præ omnibus & ipse luxuriosus erit. Vnde ad literam de ipso dicitur. Daniel. 11. Aduersus Deum deorum loquetur magnifica, & erit in concupiscentijs fœminarum. Et tales ei associabuntur. Sequitur. *Alienigena cum habitantibus Tyrum.* Vbi. n. nos habemus *Alienigena*, textus Hebraicus habet *Philistijm*. Isti semper inimici fuerunt populi Israel, vt patet per totum primum lib. Reg: vnde & arcam domini in prælio ceperunt, vt habetur 1. Reg. 4. Per istos autem significantur golosi commessationibus vacantes, & ebrietatibus, nã Philistæi interpretantur cadentes populo. Tales. n. cũ Antichristo erũt. Si. n. luxurijs vacabit, consequens est & q; cõmessationibus, & ebrietatibus vacabit. *Cum habitantibus Tyrum.* Quãuis enim Tyrij essent confœderati cum populo Israel tempore Dauid, & Salomonis, ut habetur tertio Regum quinto, tamen

Amalech significat luxuriosos.

Philist. significat gulosos.

men fuerunt eis postea inimici,& incitauerunt Sennacherib Regem Assyriorū contra populum Israel tpe Ezec. Regis, vt habetur 4.Reg.18.Per habitātes ergo Tyrum intellige potentes in sæculo. Nā Tyrus fortitudo interpretatur. Ipse aūt potentes & fortes sibi associabit. Tales consocios ergo Antichristus habebit,& non solū tales malos homines sibi associabit:sed & dæmones, vnde sequitur.

1420 *Etenim Assur venit cum illis, facti sunt in adiutorium filijs Loth.*

OStendit hic,quòd dæmones erunt socij. Vbi notandum quantum ad literā,quòd Assur hic accipitur pro Nabuchodonosor:qui erat Rex Assyriorū, per quem intelligitur ipse diabolus. Assur enim interpretatur coleus robustū, & significat ipsum diabolum, qui etiam robustos quandoque suis temporibus in peccatum cadere facit. Et iste uersus est quasi redditio causæ præcedentis. Vt si quæratur, quomodo tot mali & uitiosi associabuntur Antichristo. Respondet iste versus. *Etenim Assur uenit cum illis*, idest, diabolus erit in societate ipsius, omnes istos sibi congregans. Et ideo de omnibus istis sic congregatis ait, *Et facti sunt in adiutoriū filijs Loth* Qui enim dicuntur filij Loth,nisi angeli apostatæ? Nam Loth declinans interpretatur. Filij ergo Loth sunt Angeli apostatæ, qui sunt filij declinationis:quia à veritate declinando in societatem diaboli descenderūt. Vnde Apocalyp.12.dicitur,ꝙ draco cecidit,& traxit secum tertiam partē stellarum. Venient ergo omnes isti mali cū Antichristo in adiutoriū filijs Loth: quia omnes suis malis operationibus iuuabunt dæmones ad seducendum fideles. Vel per omnes istas gentes nominatas significat, ꝙ omnia vitia per illas signata erunt in Antichristo. Et in prædictis semper accipit verbum præteriti tēporis pro futuro, more prophetarum ratione certitudinis prophetiæ.

Assur significat diabolum.

1421 *Fac illis sicut Madian, & Sysara, sicut Iabin in torrente Cyson.*

HIc consequenter agit Psalmista de punitione ipsorum. Vbi sciēdum, quòd multi sociorum Antichristi, quā-

E do videbunt ipsum Antichristum, quem Deum reputabant, à Christo manifestè superatum & interfectum, cognoscēt errorem suum, scilicet, quòd Antichristus Deus non erat, & sic aliqui eorum ad Christum cōuertentur, aliqui autem obstinati perdurabunt. Et secundum hoc Psal. duo facit. Quia primò agit de pœnis obstinatorum. Secundò de conuersione aliquorum, ibi. *Imple facies eorum*. Prima in duas, quia primò agit de pœnis, quas patientur in præsenti. Secundò de ijs, quas patientur in futuro, ibi, *Sicut ignis*. Pœnas autem, quas in præsenti pa-
F tientur, ponit ad similitudinem pœnarū, quas passi sunt realiter, populū Dei persequētes, quas sub multis exemplis enumerat. Ad quas intelligendas historias exemplorum videre oportet. Ait ergo. *Fac illis sicut Madian*. Vbi sciendum, ꝙ Rex Chananæorum nomine Iabin, habebat ducem exercitus sui nomine Sysaram. Iste oppresserat vehementer filios Israel per viginti annos, & clamauerunt ad dominum filij Israel. Tunc Delbora prophetissa, quæ indicabat Israel, præcepit Barach filio Abinoem, ut assumeret secum decem millia pugnatorum, & iret
G ad torrentem Cyson, & ipsa ibidem ad eum conuerteret Iabin regem, & Sysarā ducem exercitus cū toto exercitu suo, & omnes traderet in manibus ipsius Barach. Qui tamen Barach noluit ad dictū locum pergere, nisi ipsa Delbora pergeret secum. Perrexerunt ergo simul cum decem millibus pugnatorum. Cum Cysara audisset, quòd ascendisset Barach cum exercitu in monte Thabor, & ipse cōgregauit exercitum suum, scilicet, Iabin regis, & venit ad torrentem Cyson. Tunc Delbora dixit ad Barach. Surge, quia tradidit dominus Sysaram, & exer-
H citum eius in manus tuas. Descendit Barach cum suis ad torrentem Cyson, & statim perterruit dominus Sysaram in conspectu Barach, & totum exercitum eius intantum, quòd Sysara de curru descendens pedester fugeret, & Barach eū persequebatur cum exercitu suo, ceciditque omnis exercitus Sysaræ. Sysara autem peruenit ad domum Iael, quæ egressa in occursum Sysaræ dicit ei. Intra ad me, domine mi, ne timeas. Qui ingressus, postulauit, vt biberet, quia valde

de

Iudic.4.

Sysara.

Delbora.

Barach.

Iabin.

de sitiebat. Quæ aperuit vtrem lactis, & dedit ei bibere, & cooperuit eum. Vt autem ille dormiuit, ista, accepto clauo & malleo, posuit supra tempus capitis eius, percussumque malleo defixit in cerebrum eius vsq; ad terram, & mortuus est. Et sic Deus in illo die humiliauit Iabin regem Chanaan coram filijs Israel. Hæc omnia habentur Iudic. 4. Huius ergo humiliationis hostium populi Dei recolens Psal. vt Deus sic puniat Antichristum cũ suis, dicit, *Fac illis sicut Madiã, & Sysara, & sicut Iabin in torrẽte Cyson. Et sicut Madian.* Vbi sciendum, q (vt habetur Iudic. 7.) Gedeon cum trecentis viris inermis exercitum Madian prostrauit. Madian enim fuit filius Abrahæ natus de Cetura, à quo Madianitæ descenderunt, vt habetur Genes. 25. Isti autem multum opprimebant filios Israel, vnde vt habetur Iudic. 6. Omnis Madian, & Amalech, & omnes Orientales populi congregati sunt simul, & trãseuntes Iordanẽ castrametati sunt in valle Iesrael, Gedeon autem omnes illos cum trecentis uiris sine armis ipsos debellauit. Vide historiam, versic. 235. Vult ergo Psal. dicere Deo, sicut tua virtute miraculosè debellasti Madian, debellasti Sysaran, & Iabin in torrente Cyson, idest, iuxta illum torrentem sic & percuti Antichristum cum exercitu suo.

Median.

1422 *Disperierunt in Endor, facti sunt vt stercus terræ.*

HIc notat locum, in quo Sysara, & Iabin cum suo exercitu interfecti fuerunt. Ad literam enim locus, in quo erat torrens Cyson, dicebatur Endor, vel fons Endor, vt ait Magister in gloss. *Et facti sunt ut stercus terræ.* Hoc ideo dicit, quia corpora interfectorum ibi supra terram remanserunt insepulta, & sic vt stercus terræ reputata. Sed postea torrens Cyson creuit, & rapuit illorum cadauera, vt habetur Iudicum 5. Ex istis apparet, quòd non virtute humana bellatum est contra istos, sed solum diuina uirtute superati fuerunt. Vnde dicitur Iudic. 5. Venerũt reges Chanaan, & pugnauerunt, de coelo dimicatum est contra eos. Ex omnibus istis vult inferre Psalmista, quod sicut diuina uirtute &

A non humana isti fuerunt superati, sic virtute diuina & non humana superabitur Antichristus, quia non ab homine, non ab angelo, sed per ipsum Christum interficietur. 2. Thes. 2. Quem dominus noster Iesus Christus interficiet spiritu oris sui, & destruet illustratione aduẽtus sui: quia secundum Gregor. sine manu conteretur, quia non angelorum bello, non sanctorum certamine, sed per aduentum iudicis solo oris spiritu æterna morte ferietur.

Gregor. 32. mor. c. 14.

Pone principes eorum, sicut Oreb, & Zeb, & Zebee, & Salmana. 1423

B HIc explicat quod dictum est superius, scilicet, fac illis sicut Madian. Quando enim Gedeon miraculosè cum trecẽtis uiris sine armis percussit castra Madian, ibi erant quatuor reges Madiã, scilicet Oreb, & Zeb, & Zebee, & Salmana, vt habetur Iudic. 7. & 8. Dum enim fugerent castra Madiã viri Ephraim præoccupauerunt vada Iordanis, & ibi ceperunt duos reges ex illis fugientes, scilicet, Oreb, & Zeb, & amputauerunt capita ipsorum, & illa portauerunt ad Gedeon. C Interim autem Gedeon persequebatur alios reges fugientes cum quindecim millibus bellatorum qui remanserant ex omni exercitu orientalium. Iam enim centum viginti millia bellatorum cæsa erant. Zebee autem & Salmana requiescebant cum illis quindecim millibus, credentes se esse in loco tuto, nihil mali suspicantes, quos aggrediens Gedeon, turbato omni exercitu eorum ipsos fugientes comprehendit, & interfecit, vt habetur Iudicum 8. Ex hoc vult habere Psal. quod sicut Deus miraculose istos quatuor reges orientalium cum D toto ipsorum exercitu, scilicet, centum triginta quinq; millia pugnatorum miraculose prostrauit, & non humana uirtute, sic ipsum Antichristũ, & oẽs principes eius miraculosè interficiet, quia ipsemet Christus spiritu oris sui interficiet illos. Et hoc est quod ait, *Pone principes eorum*, sociorum Antichristi *sicut Oreb*, &c. Vel per nomina istorum regum secundum gl. vult Psal. ostendere conditiones Antichristi, & suorũ illas deducẽs ex interpretationibus prædictorum nominum.

Oreb. Zeb. Zebee. Salmana.

Glossa.

minum. Nam Oreb interpretatur siccitas, significans quòd illi erunt inexficcati ab humore gratiæ diuinæ, quia non reuocabuntur ex persecutione Antichristi ad gratiã, sicut fuit Paulus ad gratiã reductus. Zeb verò interpretatur lupus qui est animal rapax, & crudele, significans ꝙ illi erunt contra bonos rapaces & crudeles, quia ipsorum persecutio crudelior erit, quàm vnquã aliqua alia fuerit ante. Zebee verò interpretatur victima lupi. Per lupum verò diabolus crudelis intelligitur, qui gregem dominicũ dispergit crudeliter. Ioan. 10. Lupus rapit & dispergit oues. Erunt ergo victima lupi; quia diabolo æternaliter sunt mactandi. Salmana verò interpretatur vmbra commotionis, significans quod diabolus ad libitum dominabitur eorum, sic ꝙ absque stabilitate aliqua erunt omni suggestioni diaboli consentientes, vel instabiles; quia adueniente Christo omni potestate deposita, ad modum vmbræ cedent Christi potestati.

1424 *Omnes principes eorum, qui dixerunt, hæreditate possideamus sanctuarium Dei.*

Consequenter hic declarat causam, quare Antichristus cũ suis sic erit à Deo puniendus, quia, scilicet sanctuarium Dei inuadere, & sibi subijcere iniustè conabuntur. Vbi aduertendum, quòd sanctuarium dicitur à sanctitate. Et est sanctuarium idem ꝙ locus vel habitatio sanctitatis, & sic per sanctuarium intellige Christum, in quo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter ad Col. 1. Sic Antichristus cum suis principibus conabitur possidere sanctuarium Dei, idest, Christum, & fidem eius subijcere, & hoc hæreditate, scilicet, vt perpetuo iure sibi subijciatur. Vel per sanctuariũ intellige iustos fideles, in quibus Christus sanctus sanctorum habitat per gratiam, quibus loquitur Apost. 1. Cor. 6. Templũ sanctum Dei, ꝙ estis vos & spiritus Dei habitat in vobis. Et sic sanctuarium Dei conabuntur hæreditate possidere, quia conabuntur omnes iustos à fide abducere, & fide perfidiæ subiugare & istum intellectum ponit glos. dicens. Sanctuarium Dei iusti dicuntur. De quo

Sanctuariũ dicitur Christus & quilibet iustus.

E Apostolus ait. Templum sanctum Dei est, quod estis vos. Isti sunt sancti, de quibus dixerũt. *Hæreditate possideamus*, &c. vt, scilicet, cedant nobis subditi, & sic hæreditatem Dei inuadent vt suam.

Deus meus, pone illos ut rotam, & sicut stipulam ante faciem uenti. 1425

Ostendit hic Antichristi, & suorum finalem instabilitatem, & comparat eos duabus rebus stabilitate carentibus, scilicet rotæ, & stipulæ. Vbi nota ꝙ per rotam hic intelligitur quoddam genus herbæ, quod in pratis nascitur, quæ desuper in summitate producit quandã sphæram ex omni parte rotundam albã, habentem pillos subtilissimos ad modũ lanuginis, quæ rota ad modicum flatum statim dissipatur, & remanet calamus eius desuper rasus ad modum cutis depilatæ. Et quia talis rota nulla stabilitate fulcitur, idcirco instabilitatem Antichristi, & suorum hic comparat prædicens quod futurum est, dicens, *Deus meus pone illos ut rotam*, scilicet, pone eos instabiles vt rotam. Vel si rotam accipiamus pro qualibet re figuræ sphæricæ, certum est, quod eodem modo significat instabilitatem. Res enim quadra stabilitatem habet rotunda verò faciliter est mobilis. Vel ideo rotæ assimilatur Antichristus, & eius complices. Rota enim quam diu circumuoluitur, pars anterior continuè cadit & descendit, sed pars posterior semper ascendit. Vnde ei, qui uidet partem posteriorem, semper videtur quòd ascendat, sed aspicienti partem anteriorem semper apparet ꝙ descendat. Nota ergo quod Deus uolens uertere hominẽ de malo ad bonum sibi duo anteponit, vt vertatur, quæ habet duas partes, scilicet anteriorem, & posteriorem. Ista rota est promissio præmiorum, & cõminatio tormẽtorum. Istis duobus mali vt rota vertitur, quia in eã pars posterior semper eleuatur, & erescit, sed anterior cadit. Pars anterior est promissio præmiorum, quia Deus principaliter intendit hominem reducere, & ipsum beatificare. 1. Tim. 2. Deus vult omnes homines saluos fieri, &c. Sed pars posterior est illatio tormentorum, quæ nõ per se, sed per accidens intenditur à iudice.

In

Rotadicitur quædã flos, siue herba.

Rota.

In istis ergo accidit ut in rota, quia pars anterior semper cadit, quia isti à præmijs æternis efficiuntur alieni, sed pars posterior semper exaltatur, quia semper eis maius supplicium accumulatur. Vnde Christo dicitur. Anima inimicorum tuorum rotabitur sicut in impetu, & circulo fundæ. *Et sicut stipulam ante faciem venti.* Hoc ideo dicit, quia stipula ab omni vento impellitur & ipsi ab omni tentatione diabolica mouebuntur, vnde gl. *Et sicut stipula ante faciem venti*, id est, ante præsentiam tentationis, vt, scilicet, cadant omnibus motibus prauæ suggestionis. Ventus enim pro tentatione ponitur, quia leuia, & inania corda premuntur. Per has ergo similitudines prædicit Antichristi, & suorum futuras calamitates in præsenti.

1.Reg.25. *Glossa.* *Ventus est tentatio.*

1416 *Sicut ignis, qui comburit siluam, & sicut flamma, comburens montes.*

HIc autem prædixit pœnas, quas in futuro patientur. Vbi aduertendū quòd Psal. hic impios dupliciter nominat, scilicet siluam, & montes. Sic & duplici pœna eos dicit puniendos, scilicet siluam per ignem, sed montes per flammam. Vocat ergo eos primò siluam. Secūdum enim Grammaticos silua dicitur à silem, quod est vastitas, vel silentium, & sic silua dicuntur loca vasta, & deserta, & silentio plena. Sic & conformiter peccatores silua dicuntur, quia vasti, & deserti omni fructu bono carētes, & à laude muti. Et quia diabolus in talibus habitat, ideo dicitur aper de silua, Psal. 79. Exterminauit enim aper de silua. Vel aliter silua dicitur à Xylon, quod est lignum: quia silua non producit nisi ligna, quæ sunt nutrimentum ignis, sic & mali non producūt nisi peccata, quibus ignis æternus accenditur, & nutritur. Secundò malos dicit montes, & hoc propter altitudinem superbiæ, qua supra cæteros eleuantur, vt montes supra valles, vt ostēdit Greg. 33. mor. c. 1. in futuro autem ignis comburet siluam: quia secundum quantitatem lignorum accenditur ignis inferni, sed flāma comburet & montes. Flamma enim supra ignem ascendit, & significat altiorem pœnam superbis debitam. Per hoc autem aliud non intēdit, nisi q

Silua dicūtur peccatores.

A secundum quantitatem, & qualitatē peccatorum erit punitio malorum, quia altiores peccatores altius cremabuntur. Et hoc est, quod dicitur Sap. 6. Exiguo conceditur misericordia, potentes autem potenter tormēta patientur. Vnde istam differentiam punitionis infernalis ignis ostendit Greg. dicens, Aeterno igni tradendi pares paribus sociabūtur, vt quos similis culpa inquinat, par etiam pœna constringat, & qui nequaquam dispari iniquitate polluti sunt, nequaquā dispari tormento crucientur, quatenus similis damnatio conterat, quos similis elatio B subleuabat, quosque non dissimilis dilatauit ambitio, non dissimilis afflictio angustet, & par cruciet flamma supplicij, quos igne luxuriæ par succendit flamma peccati. Sicut enim in domo patris mansiones multæ sunt pro diuersitate virtutis, sic damnatos diuerso supplicio gehennæ ignibus subijcit disparitas criminis. Quæ, scilicet, gehenna quamuis cunctis sit vna, non tamen cunctos vna, eademq; qualitate succendit. Nam sicut sole omnes tanguntur, nec tamen sub eo omnes vno ordine æstuamus, quia iuxta qualitatem corporis sentitur etiam pondus C caloris, sic damnatos vna est gehenna, quæ afficit, & tamen non vna qualitate comburit, quia quod hic agit dispar valitudo corporum, hoc illic exhibet dispar causa meritorum.

Gregor. 9. mor. c. 47. Ignis infer ni. *Ignis diuersimode punit damnatos.*

Ita persequeris eos in tempestate tua, & in ira tua turbabis eos. 1417

VBi notandum, quòd per tempestatē furor vltimi iudicij designatur. Sic enim dictum est Psal. 49. Ignis ante ipsum præcedet, & in circuitu eius tempestas valida. Ignis enim præcedet faciē D iudicis quo mundus comburetur, & postea sequetur tempestas valida, discernēs malos à bonis, vide supra versiculo 812. Vnde & tempestas pro vltimo iudicio accipitur Iob 27. vbi de peccatore dicitur, Nocte opprimet eum tempestas. Quod exponens Greg. dicit. Quid hic noctem, nisi absconditum tempus repentini exitus appellat. Tempestatis verò nomine iudicij turbinem designat, quod etiā Psalm. testatur dicens. Deus manifeste veniet, Deus noster, & non silebit. Ignis

Gregor. 18. mor. c. 11. *Iudicij tempus est occultum.*

Ignis in conspectu eius ardebit, & in circuitu eius tempestas valida. De qua tempestate etiam per Salomonem sapientia (*Prouer.1.*) dicit. Ego quoque in interitu vestro ridebo, cum vobis, quod timebatis, aduenerit, cum irruerit repetina calamitas, & interitus, quasi tempestas ingruerit. Et quia ipsa venturi iudicis ignorãtia nox vocatur, rectè dicitur. Nocte opprimet eum tempestas, idest, turbo diuini iudicij eum dum ignorat apprehendit. De tempestate ergo diuini iudicij quo damnabitur Antichristus cum suis dicit. *Ira persequeris eos in tempestate tua & in ira tua turbabis eos*. Sic enim dictum est Psal.20. Dominus in ira sua côturbabit & deuorabit eos ignis: ira enim tûc erit in Deo, quia ad modum irati côtra Antichristum, & suos se habebit, eos iustè puniendo. Qualiter autem ira cadat in Deo, vide versic. 55.634.

1428 *Imple facies eorum ignominia, & quærent nomen tuum, domine.*

HIc agit de conuersione quorũdam electorum. Et tria facit. Quia primò agit de electorum emendatione. Secundò de obstinatorum æterna conturbatione, ibi, *Erubescant*. Tertiò de dominationis diuinæ generalis cognitione, ibi. *Et cognoscant*. Quantum ad primum sciendum, quod ignominia idem est, quod confusio & vereccundia. Nam nomen (*Ignominia.*) componitur cum in, & fit ignominia, quasi sine nomine, & honore. Et hæc multotiẽs cedit ad bonum homini, vt puta quando falsè credens, ex opinione sua videns se confusum, reducitur ad veritatem. Vt in crucifixione Christi populus, qui primò Christo illudebat, ipso mortuo, videns terræmotus, & alia signa, ad veritatem rediens percutiens pectora sua, reuertebantur. Et sic erit in morte Antichristi, quod multi, qui erunt cum eo, credentes ipsum esse Deum, vidẽtes quam subitò & miraculosè interficietur à Christo, putabunt se confusos, & ab Antichristo delusos, & sic pœnitentes quærẽt Christum & ad Christi fidem conuertentur. Et hoc est quod dicit, *Imple facies eorũ ignominia*, &c. Aduersitates etiam, inter quas ẽt ignominia côputatur, oculos mentis quandoque aperiunt, quos clauserat culpa.

E Vnde Greg. ait quod multotiens culpas (*Gregor.6. mor.c.17.*) commissas non cognoscimus, & peccatoris mens tanto altius tenebrescit quanto nec dãna suæ cæcitatis intelligit. Vnde (*Aduersa oculos mẽtis aperiunt.*) fit plerunque diuini muneris largitate, vt culpam pœna, vel ignominia sequatur, vt oculos delinquẽtes aperiat, quos inter vitia securitas excæcabat. Torpens quippe animus percussione tangitur, vt excitetur, quatenus, qui statum suæ rectitudinis securus perdidit, afflictus consideret, quo iacet. Sic etenim Paulus Christum persequendo ad terrã à Christo prostratus, ignominia percussus, F Christum, quem persequebatur, verum Deum cognouit. Sic & in proposito multi Antichristum sequentes, & ipsum Deum credentes, ipso sic per Christum mirabiliter interfecto, & ex hoc confusi (quia illum crediderant Deum) reuertentur ad Christum. Benè ergo Psalm. *Imple facies eorum ignominia, & quærent nomen tuum, domine*. Et istum intellectũ ponit glo. dicens. Hic orat Psal. pro creditoris, qui non habent scelerum laudatores, sed culpatores, quos sæpè opprobrium corrigit. quasi dicat: *Imple facies eorum ignominia*, idest, fac eos sibi, & alijs G ignominiosos videri, & sic quærent nomen tuum, domine, Sic ergo melius est homini ruere, vt pœniteat, quã sub specie religionis superbire. Quod autem per confusionem, & ignominiam aliqui reducantur mali ad statum gratiæ, ostendit propheta, dicens. Filia Sion, venies (*Mich.1.*) vsque ad Babylonem, & ibi liberaberis. Babylon enim confusio, vel ignominia interpretatur.

1429 *Erubescant, & conturbentur in sæculum sæculi, & confundantur, & pereant.*

H HIc agit de obstinatorum æterna confusione. Quamuis enim uerecundia, & confusione aliqui ad bonum conuertantur, aliqui tamen ex hoc amplius Deum blasphemant, & in peccatis magis indurantur, sicut & in passione Christi aliqui ex persecutoribus confusi ex signis, quæ uiderunt in morte, confusi quòd iniustè iustum fuerãt persecuti, seipsos correxerunt. Vnde & Centurio, (*Matth.27.*) visis signis, ait. Vere filius Dei erat iste.

Aliqui

Aliqui autem magis contra fidem Christi indurati fuerunt, vt sacerdotum principes, qui non signis visis, non conuersione Centurionis, non confessione Iudæ proditoris dicentis, Peccaui, tradens sanguinem iustum, emolliri potuerunt, sed magis indurauerunt cor suum, dicentes Pilato, Domine, recordati sumus, quia seductor ille, &c. Istorum differentiam ponit Grego. dicens, Sunt nonnulli, quos ad perpetrandam nequitiam humana verecundia reuocat. Et plerumq; per hoc quod exterius erubescunt, ad interiora sua redeunt, & contra se internum iudicium sumunt, quia si propter hominem facere mala metuunt, quanto magis propter Deum qui cuncta conspicit, nec appetere mala debuerũt, In quibus fit, vt mala maiora corrigant per bona minima, scilicet, per exteriorem verecundiam interiorem culpam. Et sunt quidam, qui post quam Deum in mente contempserint, multo magis humana iudicia spernunt, atq; omne malum, quod appetunt, audacter peragere non erubescunt. Quos ad perpetrandum malum occulta iniquitas inuitat, & nulla aperta verecundia retardat, sicut de quodam iudice iniquo dicitur. Deum non timebat, & hominem non reuerebatur. Ad propositum ergo, & si aliqui complices Antichristi confusi ex eius morte conuertẽtur ad fidem, aliqui tamen tali confusione magis indurabuntur. Et de istis prædicit Psalm. *Erubescant & conturbentur in sæculum sæculi*, idest, in æternum, quasi dicat secundum glos. Illi qui erubescunt, & ex erubescentia quærunt nomen domini, etsi modo pro peccatis erubescunt & turbantur, non tamen, in æternum confunduntur, illi autem qui verecundati non quærunt dominum, illi in æternum, & in sæculum sæculi confundantur & pereant.

Gregor. 14. mor. c. 15.

Verecũdia aliquos reuocat à malo, aliquos non.

Glossa.

1430 *Et cognoscant, quia nomen tibi dominus, tu solus altissimus super omnem terram.*

HIc agit de finali cognitione Christi dominationis in fine post iudicium, tunc enim boni cognoscent Christum verum Deum ab ipso præmiati, ipsi vt vero patri, & domino per amoré subiugati, mali autem recognoscent ipsum verum dominum ab ipso iustè puniti, cui contradicere non potuerunt, tunc enim cognoscent Christum verum dominum, quem hic scire noluerunt. Dicitur ergo, *Et cognoscant quia nomen tibi dominus*, idest, & cognoscent omnes, scilicet tam boni quam mali. Hoc enim nomen soli Deo propriè conuenit. Quicunque enim alij nec vero nec suo nomine domini nuncupantur, quia omnes seruiliter dominantur, & vero domino comparati, nec domini sunt; cuius ratio est, quia omnis alius à Deo, aliorum dominus est seruiliter, quia dominando etiam ipsum subditis oportet seruire. Et sic nomen domini soli Deo propriè conuenit, vt ostendit Gregor. dicens. Hoc namque debet omnipotẽti Deo omnis dominus qui præest populo, hoc qui multis, hoc qui paucis pręest, vt sic debita ministeria à subditis exigat, quatenus ipse etiã qui semper admonitionis debeat solicitus attendat. Omnes namque qui sub dispensatione conditoris vicario nobis ministerio iungimur sub vno ac vero domino, quid nobis aliud nisi inuicem serui sumus? Cum ergo is, qui subest, seruit ad obsequium restat proculdubio, vt is, qui præest, seruiat ad verbum. Cum is, qui subest iussis obtemperat, oportet ut is, qui præest, curam solicitudinis, ac pietatis impendat. Sicque fit, vt dum studiosè nunc seruire nobis inuicem per charitatem nitimur: quandoque cum vero domino communi exultatione dominemur. Sic ergo quia solus Deus omnibus præest, & nulli subditur, ipse solus propriè dominus nuncupatur. Vnde Deuter. 10. Dominus Deus noster ipse est Deus deorum & dominus dominantium. Et aduerte quòd hoc nomen dominus relationem importat ad subditum, & ab æterno nihil subditum, quia nihil creatum, ideo hoc nomẽ solum ex tempore competit Deo, vt patet lib. 1. dist. 1. tu solus altissimus in omni terra. Sed forte dices, Cum Deus sit non solum altissimus in omni terra, sed etiam in cœlis, & super omnes cœlos, quare magis dicit. Tu solus altissimus super omnem terram, quam super omnes cęlos? Ad hoc respõdet glo. dicens. Hoc magis elegit dicere, quo magis prematur humana superbia.

Dominus dicitur Christus.

Dominus solus est De⁹.

Gregor. 22. mor. c. 23.

Quæstio.

Glossa.

Desinit enim terrâ superbire, id est, homo cui dictum est. Terra es, & in terram ibis, cum scit Deum altum super omnē terram, cum scit nullum valere contra eos, de quibus dictum est, si Deus pro nobis, quis contra nos? Et nota, quod dicitur altissimus propter multa. Primò quia omnia superat in maiestatis excellentia, Psalm. 91. Tu autem altissimus in æternum domine. Secundò quia solus dominus in potestatis efficacia. Eccle. primo. Vnus est creator omnium altissimus omnipotens. Tertiò quia solus essentialiter bonus in bonitatis affluentia Psalm. 90. Tu es spes mea altissimum posuisti refugium meum Luc. 6. Diligite inimicos vestros, & eritis filij altissimi, qui est benignus super ingratos, & malos. Quartò quia solus sapientiæ dator in veritatis refulgentia. Eccles. vigesimoquarto. Ego ex ore altissimi prodij primogenita ante omnem creaturam.

Altissimus dicitur Deus

PSAL. LXXXIII.

1431 *Qvam dilecta tabernacula tua, domine virtutum concupiscit, & deficit anima mea in atria domini.*



HVIVS Psalmi titulus est. *In finem pro torcularibus filijs Chore Psal.* Ad huius euidentiam sciendum, quod per torcularia significatur ecclesia, quia insimul continet vinum & acinum, sed per finalem pressuram illam diuidet ab inuicem scilicet, hic cōtinet bonos, & malos, sed finaliter diuidet bonos à malis, vt dictū fuit in titulo Psalmi. 80. Sed etiam alia ratione, quoniam vua in vite pendens libero fruitur aere, nec est vinū ante pressuram torcularis. Sic & multi illorum, quos Deus præsciuit ante secula conformes fieri imaginis filij sui, antequam accedant ad seruitium Dei fruuntur in seculo delitiosa libertate, sed cum accedūt ad seruitutem Dei dicitur eis, Fili accedens ad seruitutem Dei, sta in iustitia, & timore, & præpara animam tuam ad tentationem: Ecce torcular. Conteruntur enim pressuris passionum, exuuntur ar-

Torcular dicitur ecclesia.

E gumentis carnalium desideriorum quasi vinacus quia expoliantur homine, & ita liquati in vasis domini reponuntur. Eo quia hæc fiunt in ecclesijs, ideo ecclesiæ præsentis temporis torcularia dicuntur. Sed qui sunt in his torcularibus, nisi filij Chore? Chore enim caluus interpretatur, & significat Christum in loco Caluariæ crucifixum, significatum per Helisæum caluum à pueris irrisum dicentibus, Calue, ascende, ascende, calue, quando, scilicet pueri non quidem ætate, sed sensibus sacerdotes clamabant dicentes. Crucifige eum: Crucifige eū. Ideo enim F hic in torcularibus premūtur fideles tribulationibus, & aduersitatibus, vt experientia discant, hic veram requiem non esse, sed alibi quærendam. Ex prędictis ergo patet titulus psalm. cuius sensus est talis. Psal. iste dirigens nos in finem, id est, in Christum proponitur filijs Chore, id est, filijs Christi in Caluaria crucifixi, & est *pro torcularibus*, id est, agens de ecclesijs, in quibus sunt tribulationes, & pressuræ. Quæ ecclesiæ bene dicuntur torcularia rationibus prædictis. Vnde intentio Psal. est mouere fideles ad amorem æternorum, temporalibus spretis. G Iste ergo Psalm. diuiditur in tres partes: quia ostenditur primò, quod superna fęlicitas supra omnia debet desiderari. Secundò qualiter ab hominibus possit adipisci, ibi. *Beatus vir.* Tertiò quòd pro ipsa adipiscentia diuinum auxilium debet postulari, ibi, *Domine Deus virtutum.* Prima pars diuiditur in quatuor, secundum quod quatuor ostendit de contemplatione cœlestis gloriæ. Ostendit enim, quòd ipsius contemplatio primò nostrā mentem superat. Secundò quòd nostrā mentem lętificat, ibi, *Cor meum.* Tertiò quòd nostrā mentem eleuat, ibi. *Etenim.* Quartò quòd nostram mētem sanctificat, ibi. H *Altaria.* Quintò quòd nostram mentem beatificat, ibi. *Beati qui habitant.* Quantum ad primum sciendum, quòd talis ac tanta est gloria cœlestis, quòd excedit facultatem hominis, vt non sufficiat illam perfectè speculari corpore, nec mente. Propter quod dicit Apostolus, quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit Deus diligentibus se. Quod ideo dicit, quia illam gloriā oculus non vidit,

4. Reg. 2.

Luc. 23.

Gloria consideratio.

1. Cor. 2.

vidit, quia non est color, auris non audi uit quia non est sonus, & per consequens in cor hominis non ascendit, quia intellectus noster coniunctus intelligit abstrahendo, à sensibus, vel ideo non ascendit in cor hominis, quia quod ascēdit in cor hominis, oportet quod sit infra cor hominis. Ideo in cor hominis non ascendit, quia supra illud est, non infra. Omnis enim ascensus fit ab imo ad superius. Et sic gloriæ consideratio nostram facultatem excedit. Et hinc est quod illam considerare volens deficit, quia ad ipsius perfectam cognitionem ascendere non valet. Et hoc notans Psal. ait. *Quam dilecta tabernacula tua domine uirtutum*. Quid enim sunt tabernacula domini, ni si distinctæ præmiationes beatorum, dicente Christo. In domo patris mei mansiones multæ sunt? Luc. 16. Facite vobis amicos, &c. vt cum defeceritis recipiant vos in æterna tabernacula. Istis tabernaculis Petrus allectus uiso Christo transfigurato, dixit ad Iesum, Domine, bonū est nos hic esse. Faciamus hic tria tabernacula. *Quam ergo dilecta* sunt ista *tabernacula* quasi dicat exprimi non potest, quantum illa sunt diligibilia quia est ibi omne bonum, quod desiderari potest, ibi nihil quod displicere possit. Et dicit. *Domine Deus virtutum*, idest, angelorum. *Concupiscit, & deficit anima mea in atria domini.* Quod ideo dicit, quia omnis intellectus hominis existentis in uia deficit à perfecta cognitione beatitudinis æternæ, vt dictum est. Et nota, ꝙ gloriam vocat atria. Atriū enim dicitur domus ampla, & spaciosa, & sic significat cęlestem gloriam, quę multitudine inhabitantium beatorum non angustatur. Cuius figura habetur 3. Reg. 7. vbi dicitur quod Salomon fecit atrium rotundū. Figura enim sphærica amplioris capacitatis est cæteris. De hoc tamē atrio infra dicam latius. Nota istius ver. expositionem Origenis. 1023.

Tabernaculum gloria. Ioan. 14.

Matth. 17.

Atrium gloria.

Origenes.

1432 *Cor meum, & caro mea exultauerūt in Deum viuum.*

Hic ostendit, quòd gloriæ consideratio hominem lætificat. Quælibet enim potentia tendens in obiectum suū benè disposita, & modo debito con-

A delectatur: sicut patet de potentia visiua in visibili, de gustatiua in gustabili, de auditiua in sono. Cum igitur obiectum intellectus sit verum & uoluntatis bonū quid mirum, si cor, quo significatur intellectus & uoluntas delectatur in contemplatione Dei, qui est prima veritas & summa bonitas? ideo dicitur 1. Reg. 2. Exultauit cor meum in domino, Et glo. virgo Maria dicit. Et exultauit spiritus meus in Deo salutari meo. Decorde enim benè disposito non mirum si exultet in Deo. Sed de carne mirandum est, cum affectiones carnis contrarientur affectionibus cordis, quia caro concupiscit aduersus spiritum. Sciendum ergo, ꝙ caro non domita per spiritum spiritui repugnat, domitá autem spiritui subijcitur, quamuis etiam caro per se non delectatur in his, per quæ affligitur, sicut est abstinentia, pœnitentia, oratio, & cōtemplatio, tamen per quandam consequentiam naturalem in his benè dispositа, anima condelectatur. Docet enim experientia, ꝙ fortes actiones animæ multotiens redundant in corpus, sicut ex magno timore homines quandoq; infrigidantur, & pallescit, ex magna ira corpus calescit, ex magna exultatione facies dilatatur. Sic ergo quid mirum, si cordis exultatio vehemens, quæ est in contemplatione diuinitatis, etiam ad carnem redundat, vt exultatióne cordis exultet, & caro, quæ magis vnita est animæ quam vnus homo alteri, qui tamen de lætitia alterius exultat. Vnde meritò uir iustus dicat. *Cor meum, & caro mea exultauerūt in Deum viuum.* Et ideo vt caro simul cum corde in Deum possint exultare, subijcienda est, & temperantiæ freno ligāda, aliter non spiritus carnem trahet, sed caro spiritum. Caro enim in primis corrupta parentibus ab integritate, quam in prima creatione acceperat deficiens, spiritui contrariatur, & nisi per spiritū castigetur, ipsa sibi spiritum subijcit, & ipsum ad mortem culpæ inducit. Ad Ro. 8. Si s͠m carnem uixeritis, moriemini, si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. Cuius ratio est quia caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus ad uersus carnem. Quod ostendit Greg. exponens illud Iob c. 11. Spes illorum est abominatio animæ, dicēs. Spiritus defi-

Luc. 1.

Caro exultat in spiritualibus.

Caro concupiscit cōtra spiritum. Gregor. 10. mor. c. 24.

E cit,vbi caro requieſcit. Vt.n.caro mollibus; ſic anima duris nutritur,illam blanda refouent, hunc aſpera exercent, illa delectationibus paſcitur, hic amaritudinibus vegetatur, & ſicut carnem dura ſauciant, ſic mollia ſpiritum necant, ſicut illā laborioſa perimūt, ita hunc delectabilia extinguūt. Et ideo dicit Apoſtolus. Curam carnis ne feceritis iu deſiderijs, quia.ſ.deſideria carnis mortē ſpiritus inducunt. Quod oſtendit Gualf.ſuper illud Iudic. 16. Philiſtiim ſuper te, Samſon,ait. Niſi Samſon Dalidæ cōſenſiſſet, hoſtium ferocitatem ſuper ſe non ſenſiſſet.

Rom. 13.

Gualf.

Sāſon ſpiritus.

Dalida caro.

F Sit igitur mulier in poteſtate viri.i.caro ſubiecta ſpiritui, ne regnet peccatum in noſtra carne mortali, alioquin introducet Dalida Philiſtæum, & Philiſtęus Iebuſæum. Philiſtęum, & Iebuſæū mundū dico, & diabolum, qui cū Dalida carne noſtra fædus inierunt, vt ſuffocent ſpiritum. Hæc enim caro duplici armatura ſpiritum aggrediens, nunc blandimento allicit, nunc fraude circumuenit, nunc columbæ ſimplicitatem, nunc vulpeculæ induit calliditatem, quomodo dicis (ait caro ſpiritui) quod amas me, cū me facias laborare, ieiunare, vigilare, & ſimilia?

G Quomodo tu dicis, quòd amas me (ait Dalida ad Samſonem) cum animus tuus non ſit mecum? Attende quid interius dolo vulpeculæ fecerit Dalida. Defecit anima eius, & ad mortem vſque laſſata eſt, donec fecit Samſonem dormire ſupra genua ſua. Quid eſt Samſonem dormire ſuper genua meretricis, niſi ſpiritum delectari in operibus carnis? tunc tondetur, ligatur, quia ſpiritus carnali illecebra ſeductus, gratia, & decore ſpoliatur. Recedit à Sāſone fortitudo ſua, quia neceſſe eſt vt deficiat opus iuſtitiæ, vbi regnat laſciuia carnis. Philiſtæi eruerunt

H oculos Samſonis, & carnis voluptas ſpiritum priuat lumine rationis. Poſtremò Samſon ligatur, & in carcerem traditur, quia ſpiritus funibus peccatorum ſuorū cōſtrictus, pœnis æternis addicitur. Sicut more vulpeculæ Dalida ſeduxit Samſonem, ſic caro quotidie ſpiritum extinguit ſibi conſentientem. Hæc ille. Ne igitur hoc accidat ſed magis caro cum ſpiritu delectetur in Deum, iuxta cōſilium Apoſtoli. In Spiritu ambulate, & deſideria carnis non perficietis.

Gala. 5.

E *Etenim paſſer inuenit ſibi domum & turtur nidum, vbi reponat pullos ſuos.* 1433

OStendit hic, q̄ gloriæ conſideratio hominem exaltat. Iſtū textum exponit Greg. per paſſerē intelligēdo Chriſtum, qui ſibi domum inuenit, qn̄ aſcēdit in cęlum, ſed per turturem fideles accipit, qui ipſum imitantur. Vnde exponēs illud Iob 29. In nidulo modo moriar, ait. Quid per nidū exprimitur, niſi tranquilla quies fidei, qua vnuſquiſq; infirmus nutritur. Nam ſi eccleſia ſancta infir-

Gregor. 19. mor. c. 24.

Nidus.

Paſſer Chriſtus.

Turtur eccleſia.

F mos quoſq; filios nunc in nido pacis nō enutriret, Pſal. nō diceret. *Etenim paſſer inuenit ſibi domum, & turtur nidū, vbi reponat pullos ſuos*, Iā quippe domū paſſer inuenit, quia in æternum cęli habitaculū Chriſtus intrauit. *Et turtur inuenit nidū*, quia ſancta eccleſia amore cōditoris affecta crebris gemitibus vtitur, & velut nidum ſibi.i.pacatiſſimā fidei quietem cōſtruit, in qua creſcentes filios quaſi plumeſcentes pullos, quouſque ad ſuperiora euolent, charitatis gremio calefactos fouet &c. Aliter verò per paſſerē, & turturem accipitur quilibet iuſtus, qui vir-

G tutum pennis fultus per contemplationem ad cęleſtia volat, vnde gloſſ. *Etenim paſſer inuenit ſibi domum*, ideſt, ratio vel quilibet iuſtus inuenit ſibi domum non manu factam in terris, ſed in cęleſtibus. Vnde & tunc pennas uirtutum aſſumit ſcilicet ſpem, fidem, & charitatem, vt volet paſſer in domum in qua permaneat ſine fine. *Et turtur nidum*, ſcilicet corpore caſti, & rationabiliter paſſer ſignificat iuſtos propter multa, primò propter prudentiam quoad partem rationalem. Dicit enim Rabanus lib. 8. quod paſſer nidificat in tectis domorum, & non in imo,

Paſſer ſignificat quemlibet iuſtū.

H ne fætus eius rapiantur à ſerpentibus, propter quod dicitur Pſal. 103. Cedri libani quas plantauit quæ ſcilicet ſunt altæ, illic paſſeres nidificabunt. Quantum verò ad domos habes hic. *Etenim paſſer inuenit ſibi domum*. Sic & iuſti ſciunt, quod in terra multi ſunt ſerpentes. Ait dominus ad ſerpentem. Supra pectus tuum gradieris, terram comedes, &c. Fœtus autem iuſti, eſt opus ſuum. Si igitur in terra pullificaret, à ſerpente deuoraretur. Et ideo paſſeres prudēter no-

Gen. 3.

lunt

sunt habitare in terra, idest, iusti, sed in alto. Ideo dicit Ambrosius in libro de fuga saeculi. Non ambulemus in terris, & serpens nocere nõ poterit nobis, ideo dicunt iusti. Nostra conuersatio in caelis est. Auari autem econtra, ideo illis accidit illud Apoc.8. Vae, vae, vae habitantibus in terra. Et signanter triplicatur, vae illis quia ipsi in terra nidificant per cogitationem, ouãt per delectationem, & pullificant per operationem. Omnis enim eorũ cogitatio, delectatio, & operatio in terrenis est. Et ideò serpens antiquus nidum cum ouis, & pullis aufert, sed iustus vt passer i foraminibus petrae haec tria facit. Dicit enim Palladius, ꝙ passeres gaudent ad foramina parietum. Petra autẽ Christus est, cuius foramina sunt ipsius vulnera. Cant.2. In foraminibus petrae, in cauernis maceriae. Vnde Bern. super can. hom. 61. In petra exaltatus, in petra securus, in petra firmiter sto securus ab hoste, fortis à casu. Et vbi tuta, firmaq; infirmis requies, nisi in vulneribus saluatoris? Secundò iustus passer dicitur propter temperantiam quò ad concupiscibilem. Dicit enim Rabanus vbi supra, quòd passer non facilè laqueis irretitur, nec per ingluuiem ventris escarum ambitione decipitur. Sic iusti laqueos vitant, hos laqueos, qui cibis superfluis, & escis non indulgent. Vnde Ambros. in quadam oratione. Clementiam tuam, Deus imploro, vt sicut ęger ad medicum, sic ad sumẽdas dapes accedam, nequaquam in eis voluptatem appetens, sed necessitati subueniens. Et sic agentes dicere possunt illud Ps. 123. Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium. Tertiò propter patientiam quò ad irascibilem. Dicit enim philosophus decimosexto de animalib. quòd raro inuenitur passer albus, quia albescere non conuenit ei, nisi propter infirmitatem. Sic & iusti in suis infirmitatibus patienter albescunt, quia fortitudo patientiae in hoc magis relucet, secundum illud 2. Cor. 12. Virtus in infirmitate perficitur, & quando infirmor, tũc fortior sum, & potẽs. Et ideo iustus patiens potest dicere illud Psalm. 101. Factus sum sicut passer. Sequitur, Tota die exprobrabant mihi inimici mei. Sic ergo de quolibet iusto, qui pęnis virtu-

Ambros. *Philip.* *Palladius.* *Bernard.* *Ambros.* *Philosoph.*

A tum uolat ad domum gloriae, dicit. *Etenim passer inuenit sibi domum*, scilicet gloriae. Sequitur. *Et turtur nidum*. Consimiliter & turtur significat iustos, scilicet, poenitentes suis proprietatibus. Quoniã haec auis carnis spernit lasciuiam, mundi fugit laetitiam, loci quaerit munditiã. Primum patet, quoniam turtur auis casta dicitur, eo ꝙ amisso corporali consortio, per solitaria incedit, nec carnalem copulam ultra requirit, vt dicunt naturales. Sic & anima poenitens, amisso spirituali consortio daemonum, amplius ad carnis opera vacare non inten-
B dit, sed in castitate permanens peccata sua defleat. Secundum patet, quoniã haec auis vocem laetitiae non habet, sed magis maeroris, vnde alijs auibus cantantibus, haec pro cantu gemitum reddit. Sic & anima iusti poenitens, mundi laetitias fugit, & alijs cantantibus, haec peccata sua considerans, lamentabiliter plorat: Tertium patet quoniam haec auis in locis tutissimis, & delectabilibus inuenit, sibi nidum, vbi reponat pullos suos. Sic & anima iusta poenitens quaerit loca munda, & tutissima scilicet coelestis gloriae, ubi se cum pullis suis, idest, operationibus
C collocet, & hoc Deum laudando, & gratias agendo, vnde de anima poenitenti sancti angeli dicunt illud Cantic. 2. Vox turturis audita est in terra nostra. Et hoc est, quod de aliquo iusto poenitente ex cõtemplatione gloriae eleuato, dicit Psal. quòd *turtur inuenit sibi nidum*, &c.

Altaria tua, domine uirtutum, rex meus, & Deus meus. 1434

HIc ostendit, quòd cõtemplatio gloriae nostram mentem sanctificat. Quid enim sunt altaria Dei, nisi corda
D iustorum, in quibus iusti seipsos sanctificando immolant Deo, & sic efficiuntur altaria Dei. Et hoc altare cordis multas virtutes in se debet habere, vide supra 372. Et hoc est quod hic dicitur. *Altaria tua, domine uirtutum*. Vnde praeter dicta superius uersic. 372. hic notantur virtutes, quae cor nostrum faciunt esse altare Deo, quae figurantur in altari holocaustorum, quod describitur Exod. 27. vbi dicitur, quod illud altare erat ante ostiũ tabernaculi, & erat factum de lignis

Altare cordis nostri.

sethim, laminis aureis circumdatum, & erat quadrum, habens in omni quadro quinque cubitos, & in altitudine tres, quatuor cornua ex ipso procedebant ex quatuor angulis eius, quæ in semetipsis erant recurua. Infra altare autem erat craticula, in qua carnes cremabantur, cũ catenulis pendens ex dictis quatuor cornibus. Et à parte Orientali habebat fenestram, per quam imponebantur ligna sub craticula, & ignis ibi continuè conseruabatur. Moraliter istud altare debet esse cor nostrũ, in quo nos Deo per multa virtutes offerre debemus. Ad cuius intellectum circa istud altare nota tria, scilicet, locum, materiam, & formam. Primò quantum ad locum istud altare erat ante ostium tabernaculi. In quo notatur, q altare nostri cordis semper per intentionem ante ostium paradisi stare debet. s. ante Christum, qui de seipso, dicit. Ego sum ostium. Et hoc vt in omnibus suis cogitationibus, & operibus soli Christo placere studeat, & non mundo, quia qui mundo placere cupiunt serui Christi esse non possunt. Ad Gala. 1. Si placerem hominibus, Christi seruus non essem. Ponamus ergo altare cordis nostri ante ostium tabernaculi, idest, ante Christum eius virtutes, s. considerando, & consideratas iuxta posse imitando. Et tunc erit illud altare aureum ante dominum, ex quo deuotæ orationes ascendẽt ad Deum. De quo Apocal. 8. Data sunt illi incensa multa, vt daret de orationibus sanctorum omnium super altare aureum quod est ante thronum Dei. Secũdò quantum ad misericordiam illud altare erat de lignis sethim laminis aureis circundatum. Ligna enim sethim sunt ad modum spinæ albæ, & habent tres cõditiones. Primò non crescunt multum in altum. Secundò non putrescunt ab aqua. Tertiò ab igne non cremãtur. Ista tria pro materia cor nostrum debet habere, vt sit altare domini, Primò in altũ crescere non debet per superbiam, sed in basso stare per humilitatem quia solũ altaris, & cordis humilis Deus acceptat sacrificium Psalmo 50. Sacrificium Deo spiritus contribulatus, cor cõtritum, &c. Sed altare cordis elati reprobat Thren. 2. Repulit domus altare suum, maledixit sanctificationi suę tradidit in manus inimici muros eius. Secundò hoc altare aqua non debet corrumpi, scilicet aqua luxuriæ, sed puritate castitatis incorruptum seruari, quia Deus cum sit purissimus, omnia nostra seruitia munda, & incorrupta vult esse. In cuius figuram dicitur 3. Reg. 7. quod sacerdotes antequã accederent ad altare pro sacrificio offerendo, lauabantur in mari æneo, quod erat ante fores templi. Si enim ad altare domini materiale nullus incontinẽs accedere debet neque in ipso ministrare, quoniam vt dicitur distin. 28. Ad altaris ministerium nullus accedere debet, nisi cuius castitas est approbata: multo fortius nullus cor suum altare Dei facere potest, nisi fuerit castitate prædictus. In cuius figuram sanguis victimæ effundebatur super altare ad purgandũ animas. Leuitic. decimoseptimo. Dedi vobis sanguinem, vt super altare meum expietis pro animabus vestris. Quia Christus sanguinem suum nobis dedit, vt illum fundentes, scilicet, per meditationem super altare cordis nostri: corda nostra munda seruemus. Tertiò hoc altare igne auaritiæ comburi non debet. Auaritia namq; ignis dicitur: quia ad modum ignis nunquam satiatur. Ille enim qui vult cor suũ altare domino consecrare, omnem idololatriam à se abijcere debet, ergo & auaritiam, quia auaritia est idolorum seruitus. Auaritia enim facit altare cordis peregrinum à Deo: quia amat temporalia quibus non vt ciues, sed vt peregrini vti debemus. Et talia altaria peregrina à nobis abijci debent, exemplo illius de quo dicitur 2. Paralip. 14. quòd subuertit altaria peregrini cultus. Consequenter quo ad materiã hoc altare laminis erat æreis circundatum. Aes namque inter alia metalla benè tersum, est maioris splẽdoris, & sonorositatis. Sic & cor nostrum debet esse splendens per sanctæ vitæ conuersationem. Matth. 5. Sic luceat lux vestra coram hominibus, &c. debet etiam esse ad modum æris sonorum per deuotam orationem, quia tacitè orans, etiam ad Deum clamat. Et si tali materia cor nostrum altare Deo construamus, tunc altare cordis nostri virtutibus impinguabitur, iuxta illud Eccles. 35. Cor iusti impinguat altare. Tertiò principaliter quãtum ad formam istius altaris considera quòd

Marginalia: E; F; G; H; *Ioan. 10.*; *Nota de lignis sethim.*; *2. Par. 4.*

ra quòd habebat in longum quinque cubitos, similiter & in latum, sed tres in altum. Prædicta quatuor altaris latera significat quatuor cordis nostri affectiones, quibus altare nostri cordis circundatur, scilicet dolor & gaudium, timor & spes. Primum latus est dolor de peccato commisso, & hoc quinque cubitos habet, quia quinque sunt maximè quæ ad dolendum de peccato nos inducere debent, quæ in pęna pro peccato debita cótinentur, quæ in sententia iudicis describuntur, scilicet à Deo separari, quia discedite à me. A toto mundo infamari, quia maledicti. Maximo tormento cruciari, quia in ignem. Omni termino priuari, quia æternum. Dęmonibus sociari, quia qui paratus est diabolo & angelis eius. Sed istud latus doloris debet habere tres cubitos altitudinis, quia eius cósideratio à tribus vitijs maximè nos debet eleuare, de quibus dicitur primo Ioan. 2. Omne, quod est in mundo, concupiscétia carnis, est concupiscentia oculorum, & superbia uitæ, vt sic primus cubitus altitudinis sit humilitas, secundus sit pietas, tertius sit castitas. Secundum latus altaris cordis est amor &c. vide in litera altare.

1435 *Beati, qui habitant in domo tua, domine, in sæcula sæculorum laudabunt te.*

HIc ostendit, quòd cótemplatio gloriæ animam beatificat. Vbi primò notandum quòd multiplex est domus Dei, exterior, inferior, interior, & superior, uide supra versi. 333. Hic autem loquitur de domo interiori, scilicet conscientiæ, & superiori scilicet gloriæ. De domo conscientiæ dicitur psal. 92. Domum tuam decet sanctitudo domine in longitudinem dierum. Ad cuius euidentiam notandum, quòd ut conscientia nostra domus efficiatur domini, multa debet habere, scilicet Solidum fundamentum, Decens ornamentum, Aptum tegumentum, Frequens purgamentum. Primum patet, quia domus conscientiæ debet fundari super solidam doctrinam. Vnde Matth. 7. Omnis qui audit verba mea, & facit ea, assimilabitur viro sapienti, qui ædificauit domum suam supra pe-

Domus cōscientiæ.

A tram, idest supra doctrinam à me auditam. Et supra hanc petram sanæ doctrinæ debet fundari domus conscientiæ. Vnde summè considerandum est, ne domus conscientiæ erroneæ sit fabricata, vel nimis lata vel nimis stricta, quia omne quod sit contra conscientiam, ædificat ad gehennam, intantum quòd dictamen conscientiæ plus obligat quàm pręceptum, quia conscientia semper obligat, in casu autem præceptum prælati non obligat. Omnis enim conscientia siue recta siue erronea, siue de per se malis, vel de indifferentibus obligat, quia

Conscientia omnis obligat.

B in omnibus talibus faciens contra conscientiam facit illud quod credit esse malum, & sic vult facere malum. Omnis autem talis uoluntas peccatum est. Vnde de quolibet tali dicitur, quòd ædificauit domum suam super arenam, venit pluuia, flauerunt venti & cecidit domus illa. Secundum patet, quia debet esse picta & ornata imaginibus uirtutū, quia tales picturæ sūt causa productionis aliarum uirtutum. Dicunt naturales ꝙ imago obiecta aspectu mulieris, dum concipit, si sit pulchra, & ipsam mente consideret, tunc concipit pulchram prolem, &

Matth. 7.

Exemplum naturale.

C si sit turpis, turpem, quod satis confirmatur exéplo Iacob, qui uirgas varij coloris objiciens ouibus tempore conceptus faciebant fœtus varios. Et si solum albas virgas apposuisset, fętus albos faciebāt, vt habetur Genesis 30. Sic quando domus conscientiæ pulchris virtutibus ornatur, tunc uoluntas illas considerans pulchra opera generat & parit. Vnde narratur de quodam rege deformi, qui pulchros filios generabat, quia camerā suam pulcherrimis imaginibus habebat ornatam. Et ideo dicitur Iudicum 9. Domus tua in sanctificatione permaneat.

Exemplū.

D Tertium patet, tegumētum .n. domus cōscientiæ est honestas conuersationis virtuosę, ut scilicet sanctitatem quam intus gerit etiam per bona exempla ostendat exterius, ut merito quilibet dicat illud Psalmi sexagesimiquinti Introibo in domum tuam in holocaustis. Quartum patet, ut scilicet per actum pœnitentiæ frequenter purgetur & per deuotam orationem. Ioan. 2. Domus mea domus orationis vocabitur. Conscientia autem taliter ędificata est domus Dei, quia in illa habitat

Psal. 65.

habitat Deus. Sapien. 8. Intrans in domũ meam, conquiescam cum illa. In tali autem domo conscientiæ habitare facit hominem beatum in spe. Psal. 121. Lætatus sum, &c. in domum domini ibimus. Alia est domus superior, scilicet cœlestis patriæ, de qua Ioã. 14. In domo patris mei mansiones multæ sunt. Et istius domus mansio inhabitantes facit beatos. Et de hac dicit Psal. *Beati qui habitant in domo tua domine*, &c. vbi hoc totum negotium est sanctorũ, in domo Dei laudare Deũ. Ibi enim nulla est necessitas, quæ est omnium humanarum actionum. In quibus autem consistat beatitudo, vide versiculo 491. & 55.

1436 *Beatus vir, cuius est auxilium abs te, ascensiones in corde suo disposuit in valle lachrymarum, in loco, quem posuit.*

HAec est secunda pars, vbi ostendit qualiter beatitudo ab hominibus possit adipisci. Ad hoc autem tria requiruntur, secundum quæ ista pars diuiditur in tres partes. Nam ad hoc requiritur primò adiutorium supernalis gratiæ, secundò concursus voluntatis nostræ liberæ, ibi, *Etenim*, tertiò actus deprecationis meritoriæ, ibi, *Domine Deus virtutũ.* Quantum ad primum sciendum, quòd ad omnem actum meritorium duo necessariò concurrunt, diuina gratia, quæ est forma meritorum & motiuum, & nostrum liberum arbitrium, quia gratia per se sola sine voluntate non potest mereri, nec voluntas sine gratia, vt ait Magister lib. 2. dist. 25. Et inter ista duo actus meritorij, vel meritorius est: gratia est principalior causa, sed vt actus est voluntas. Et ideo præmittit auxilium gratiæ diuinæ, dicens, *Beatus vir, cuius est*, &c. quasi si quis dicat. Dixisti quòd beati sunt, qui habitant in domo tua, domine. Sed quo auxilio, cuius ope ad domum tuam peruenire poterimus, cum corpus potius grauet, quam sursum volare permittat? Respondet. Certè auxilio tuo, s. gratiæ tuæ: quia *beatus est vir, cuius est auxilium abs te*, idest, à te. Nam istæ duæ præpositiones abs, & à, idem significant, q. d. ad beatitudinẽ supernam nullus potest pertingere, nisi per auxilium tuũ. quia gra-

Mereri.
Gratia.

E tia tua habita, statim disponit in mente gradus ascensionis, quibus ascenditur ad patriam. Et hoc est quod ait, *Ascensiones in corde suo disposuit*, scilicet actus meritorios, quibus ascenditur. Et quia solum in vita præsenti est status merendi: ideo subditur, *In valle lachrymarum*. Vallis enim lachrymarum dicitur præsens vita lachrymis, & sudoribus plena. Et hæc vallis lachrymarum est locus, quem posuisti, Deus, hominibus ad merendũ beatitudinis ascensum. Et hoc est, quod ait, *In loco, quem posuit*. s. Deus ad merẽdum, qui locus est vallis lachrymarum. Et no-

Vallis lachrymarũ.

F ta quia dixit, *Ascensiones in corde suo disposuit*, quia non solum vnus gradus virtutum ad hunc ascẽsum sufficit, sed plures requiruntur, s. ascensus puritatis, & munditiæ. Corporalis pœnitentiæ, Doctrinalis Sapientiæ, Paupertatis voluntariæ, Humilitatis, & obedientiæ, Charitatis, & amicitiæ. Primus gradus ascensionis est puritatis, &c. quem notans Ps. 23. dicit, Quis ascendet in montem domini, aut quis stabit, &c. Cui quæstioni respondet, dicens, Innocens manibus, & mundo corde: vide supra versi. 337. Sine isto gradu quilibet diuisus est à Christo,

G & ideo non potest ascendere in cœlum. Solum autem vnitus Christo, & Christi membrum in cœlum ascendere potest. Sed fortè dices, Quomodo quis hominũ in cœlum ascendere potest, cum veritas dicat, Ioan. 3. Nemo ascendit in cœlum nisi qui descendit de cœlo? Ad hoc respondet Gregor. prædicta Christi verba pertractans, dicens. Sed si nos quoque, qui in terra editi sumus, ad cælum ascendamus, vbi est, quod veritas dicit. Nemo ascendit in cœlum, nisi qui de cœlo descendit, filius hominis qui est in cœlo? Cui nimirum sententiæ statim obuiat,

Quæstio.
Ascendere in cœlum.
Gregor. 27. mor. c. 11.

H quod hæc eadem veritas dicit, Pater, volo, vt vbi ego sum, & illi sint mecum. Quæ veritas sibi in verbis suis nõ discrepat, sed ad quærẽda hæc quasi discordantia studium nostræ mentis inflammat. Omnes enim nos, quia in eius fide renati sumus, eius proculdubio corpus existimus, quia dum mira dispensatione pietatis membrorum suorum dominus caput factus est, repulsa reproborum multitudine solus est etiam nobiscum. Nemo igitur ascendit in cælum, nisi filius homi-

Ioan. 17.
Ioan. 3.

hominis, qui descendit de cœlo. Quia dum nos cũ illo unum iam facti sumus vnde solus venit in se, illuc solus redit etiam in nobis,& is,qui in Deo semper est, ad cœlum quotidie ascendit, quia qui in diuinitate super omnia permanet humanitatis compage sese quotidie ad cœlos trahit. Non ergo se desperet humana fragilitas, vnigeniti sanguinem cõsideret,& in pretio conspiciat quam magna est, quæ tanti valet, perpendat solicitè, quo caput præcessit,& quæ ad viuẽ dum præceptis astringitur, ad sperandũ exemplo roboretur. Confidat ascendere cœlũ, speret supernam patriam, angelorum se sociam sciat, atque in suo capite prælatam se esse etiam angelis gaudeat. Iste ascẽsus puritatis figuratur per ascensum Christi baptizati. Matthæi tertio. Baptizatus autem Iesus statim ascẽdit de aqua. Baptismus enim lauans sordes peccatorum, significat puritatem,& munditiam. Si de alijs gradibus vis procedere, vide in litera, Ascendere.

1437 *Etenim benedictionem dabit legislator, ibunt de uirtute in virtutem, uidebitur Deus deorum in Sion.*

HIc ostendit, quòd ad istum ascensum ad gloriam etiam requiritur cooperatio nostræ voluntatis, quæ cum gratia ad benè merendum concurrat, & de vna uirtute proficiat ad aliam. Vbi sciendum, quòd non minor vnitas est inter virtutes, quam sit inter vitia. Et ideo si unum uitium ad aliud trahit, multò fortius vna uirtus inducit ad aliam. Et sic homo manens in gratia semper in virtute proficit, vel nouas acquirendo virtutes vel præhabitas augendo, quia ét sola perseuerantia virtutis ipsam auget, sicut diuturnitas peccatum. Et sic semper vel homo proficit, vel deficit,& nunquam in eodem statu permanet, quod facit cum diuina gratia libertas uoluntatis,& hoc est quod hic dicit. *Etenim benedictionem dabit legislator*, scilicet Christus, qui nouam legem dedit. Quid enim est Christi benedictio, nisi ad operationem multorum gratiæ infusio? Hæc.n. benedictio nostram præuenit uoluntatem, ut bonum velit efficaciter. psalm. vigesimo. Domine, præuenisti eum in be-

Benedictio Christi est gratia.

A nedictionibus dulcedinis. Hic etiam voluntatem præuentam hæc benedictio adiuuando ipsam prosequitur vt operãdo bonum perseueret in iustitia. Eccl. 3. Benedictio patris confirmat domos filiorum. Quis autẽ nomine patris intelligitur, nisi ille, de quo dicitur, Vnus est enim pater vester, qui in cœlis est. Quid autem domus filiorum, nisi conscientia iustorum, in qua per gratiam habitat pater cœlestis? Prouerbiorum nono. Sapiẽtia ædificauit sibi domum. Hanc igitur domum conscientiæ ipse Christus per suam benedictionem consequenter confirmat, quia Prouerb. 10 Benedictio domini super caput iusti. Sed quia gratia per se sola non sufficit, nisi uoluntas ipsam sequatur, ideo subditur. *Ibunt de uirtute in uirtutem.* Ibunt enim significat voluntatis nostræ cooperationem, quæ de virtute proficit ad virtutem. Iste autem profectus durat, quãdiu durat vita præsens, quia post hanc vitam non est status proficiendi in meritis, sed in eodem statu, in quo quis præsentem terminat peccati vel meriti, in eodem permanet semper. Et hoc est quod ait. *Videbitur Deus Deorum in Sion*, idest, sic proficiet de virtute in uirtutem, donec ad Dei uisionẽ perueniat in Sion, idest, in clara speculatione. Istum textum pertractans Greg. ostendit quomodo gratia Dei homo de virtute proficit ad virtutem, dicens. De meritorum gradibus per psalmistam dicitur. *Ibunt de uirtute in uirtutem*,&c. Nequaquam enim ad summa repentè peruenitur, sed ad uirtutum celsitudinem per incrementa mens ducitur. Quod apertè in Euangelio veritas ostendit, dicens. Sic est regnum Dei quemadmodũ si iactet homo semẽ in terra, & dormiat nocte, & die semen germinat & crescit, dum nescit ille. Vltro enim terra fructificat, primum herbam, deinde spicam, deinde plenum frumentum in spica. Et cum produxerit fructum, statim mittit falcem, quoniam venit tempus messis. Ecce veritatis voce per qualitates frugum distincta sunt incremẽta uirtutum. Ait enim primum herbam, deinde spicã, deinde plenum frumentum. An non adhuc herba fuerat Petrus, cum ab ore ancillæ subito ex vnius flatu sermonis inflexus est? Iam quidem per deuotionem
viridis

Matth. 13. *Virtus crescit.* *Gregor. 22. mor. c. 20.* *Mar. 4.* *Petrus.*

viridis erat,sed adhuc per infirmitatem tenet. Plenum verò frumentum in spica inuentus est,quando persequentib. principibus resistebat,dicens. Obedire oportet Deo magis quam hominibus: plenũ frumentum inuentus est, quando in tritura persecutionis, & nequaquam palearum more imminutus est, sed granum permansit.

Act.5.

1438 *Domine Deus virtutum, exaudi orationem meam, auribus percipe Deus Iacob.*

Hic prosequitur tertium necessariũ scilicet,orationis meritoriæ.Et primo orationem prosequitur,secundò ad commendationem beatitudinis,reuertitur,ibi. *Quoniam memor.* Quãtum ad primum primò petit exauditionem orationis,secundò ostendit medium exauditionis,ibi. *Protector.* Quantum ad primum sciendum,quòd quamuis anima ab æterno à Deo fuit disposita, & quis saluari debeat, & quo medio, tamen vult Deus ab hominibus exorari, quia per mediũ orationis sic homines disposuit ad beatitudinem peruenire, & aliquas orationes disposuit exaudire, & aliquas repellere.Propter quod psalmista in persona cuiuslibet iusti precatur, vt sit de illorũ numero, quorum orationes exaudiuntur,dicens, *Domine Deus virtutum*, idest, angelorum,*exaudi orationem meam*, scilicet,vt me perducas ad beatitudinem: *auribus percipe Deus Iacob*. Percipit enim Deus orationem nostram, quando effectũ exauditionis nobis tribuit siue ostendit. Quando enim diuina bonitas nostras supplicationes exaudit, tunc nobis aurem inclinare dicitur, vel nostra percipere vota. Vnde Psalmo quinto dicitur, verba mea auribus percipe, domine.Vbi glos. Auris Dei non corporeũ instrumentum est, sed præsentia diuinæ maiestatis accipitur. Vox enim corporaliter aure corporis auditur, spiritualis verò intelligitur. Et quia Dei bonitas exaudit preces iustorum,ideo dicitur, Oculi domini super iustos, & aures eius in preces eorum.Quid autem sit auribus percipere, vide supra versiculo. 788. 870.

Glossa.

Psal.33.

E *Protector noster, aspice, Deus, & respice in faciem Christi tui.* 1439

Hic ostendit medium, quo exaudimur. Omnis enim oratio nostra per Christum, idest, mediante Christo exauditur.Et hinc est, quòd ecclesia omnes suas orationes per Christum terminat.d.Per dominum nostrũ Iesum Christum,vel consimiliter. Ipse enim Christus aduocatus noster est apud patrem 1.Ioan.2.Aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum,&c.Vnde ipse nostras orationes patri porrigit, & debitas F adimpleri postulat.Et hoc attẽdens Psalmista per Christum petit exaudiri, dicens. *Protector noster, aspice Deus*, scilicet, orationes nostras acceptando, sicut dicitur Genesis quarto, Respexit Deus ad Abel,& munera eius.Et modum statim adiungit,dicens. *Respice in faciem Christi tui.*Hoc enim directè exponitur de Christo filio virginis Mariæ, quia inter omnes reges, vel sacerdotes inunctos Christus dicitur per excellentiam, quia per eius meritum omnes orationes ecclesiæ habẽt effectum. Respicere enim Dei est misereri,vide supra versi.360. & 36. & G 493.& 873.& 444.& 541. Qualiter autẽ protector noster dicatur Deus, vide versicul 438.& 1000.& 1140.Notandum q respicere Dei in scriptura est triplex,s. clementiæ miserantis, & sic est respectu pœnitentium & iustorum.Es.66.Ad quẽ respiciam dicit dominus,nisi ad pauperculum,& contritum, & trementem sermones meos? Ps. 10. Oculi eius in pauperem respiciunt. Sapientiæ intuentis, & sic est respectu omnium.Iob 28.Omnia,quæ sub cęlo sunt, respicit. Iustitiæ punientis, & sic est respectu malignantium. Psal.24. Respice inimicos meos. H Exod.14.Respiciens dominus super castra Aegyptiorum,interfecit exercitum eorum. Primum autem respicere Dei quod est clementiæ,nunc postulat Psalmista.d.*Protector noster*, &c. Vnde Greg. 19.moral.cap.4.ait.Respicere Dei est ea quæ amissa, ac perdita fuerant, ad suam gratiam reformare. Vnde scriptum est. Rex, qui sedet in solio iudicij sui, dissipat omne malum intuitu suo.Respiciendo namque leuitatis nostræ mala coercuit,& magnę maturitatis merita dedit,

Oratio.

Christus.

Respicere Dei.

Prou.20.

Quia

1440 ***Quia melior est dies una in atrijs tuis super milia.***

HIc reuertitur ad commendationẽ supernæ fœlicitatis. Circa quã tria ostendit, primo quantum est commendabilis, secundo quantum est desiderabilis, ibi, *Elegi*, Tertiò qualiter est acquisibilis, ibi. *Quia misericordia.* Quantum ad primum sciendum, quòd nulla delectatio præsentis vitæ delectationi cęlestis patriæ potest comparari, cum omnis delectatio vitæ præsentis multa amaritudine sit respersa, vt clarè ostendit Greg. 8. mor. c. 22. dicens. Vt enim taceamus ꝙ in præsenti vita homo dolores tolerat, febribus anhelat, sua quadam ægritudine constringitur, ipsa quæ nostri corporis salus vocatur ægritudo est. Nã ocio tabescit, opere deficit, inedia deficiens, cibo reficitur vt subsistat, refectione lassescens, abstinentia releuatur vt vigeat, aqua perfunditur, ne arescat, linteis tergitur, ne ipsa nimia perfusione liquefiat, labore vegetatur, ne quiete torpeat, quiete refouetur, ne laboris exercitatione succumbat, fatigata vigilijs somno reparatur, oppressa somno vigilijs excitatur, ne sua peius quiete lassetur, vestibus tegitur, ne frigoris aduersitate penetretur, æstiuo calore deficiens, aurarũ flatu refouetur. Cumque inde molestias inuenit vnde vitare molestias quæsiuit, malè sauciata, vt ita dixerim, de ipso suo medicamine languescit. Remotis ergo febribus cessantibusque doloribus ipsa nostra salus ægritudo est, cui curandi necessitas nunquam deest. Quot enim solatia ad viuendi vsum quærimus, quasi tot nostræ ægritudini medicamentis obuiamus. Vita autem beata delectationẽ habet fine aliqua mentis vel carnis molestia. Quod considerans psalmista ait. *Melior est dies vna in atrijs tuis.* Dies una uocatur ipsa vita beata, quæ est immutabilis sine ortu & occasu. Cui non succedit dies externus, quem non urget crastinus. *Super milia*, scilicet dierum pręsentis vitæ. Et hic ponit numerum determinatum pro indeterminato. Et est sensus. *Super milia*, idest super infinitos dies vitæ præsentis, si essent possibiles. Totum igitur tẽpus præsentis vitæ respectu diei fœlicitatis æternæ, nihil aliud est nisi

Gregor. *Præsentis vita miseria.*

A quædam pęna & miseria. Quod benè attendens Greg. in ho. de martyribus ait. Si consideremus quæ & qualia sunt, quę nobis promittuntur in cęlis, vilescent omnia, quæ habentur in terris. Terrena namque substantia supernæ fœlicitati comparata, pondus est, non subsidium. Temporalis namque vita, æternæ vitæ comparata, mors est potius dicenda quã vita. Ipse enim quotidianus defectus corruptionis, quid est aliud quam quædam prolixitas mortis. Quæ autem lingua dicere vel quis intellectus capere sufficit illa supernæ fœlicitatis quanta sint gau-

B dia? angelorum choris interesse, cũ beatissimis spiritibus gloriæ conditoris assistere, incircunscriptum lumen videre, nullo mortis metu affici, incorruptionis perpetuæ munere lætari &c. Non ergo immeritò dicit Psalmista, quòd *melior est dies vna*, &c. Et de hac die dicitur Zachariæ 14. Erit dies vna, quæ nota est domino, non dies neque nox, & in tempore vesperi erit lux.

Greg. in ho.

Elegi abiectus esse in domo Dei mei, magis quàm habitare in tabernaculis peccatorum. 1441

C HIc ostendit quantum gloria cœlestis est desiderabilis & eligibilis. Cum enim bonum sit obiectum voluntatis, tanto amplius aliquid à voluntate est eligibile, quanto amplius naturã boni participat. Vnde duobus propositis voluntati semper uoluntas in illud magis fertur, quod est magis bonum, vel ꝙ sibi magis bonum apparet. Cum ergo gloria cœlestis excedat in bonitate omnem rem vitæ præsentis, sequitur quòd illa magis est eligibilis saltem secundum rectam rationem, Et hoc est quod ait

D psalmista. *Elegi abiectus esse in domo Dei mei.* Hic enim domum Dei vocat ecclesiam, in qua existentes à mundanis vilipenduntur, & reputantur abiecti, vel abiectos esse, idest, in humilitate viuere, per quam possint ad gloriam peruenire, sine qua nullus regnũ Dei potest intrare. Et vt habetur Luc. 18. Quicunque nõ receperit regnum Dei ut puer, idest, per humilitatem paruulus, non intrabit illud. *Magis quam habitare in tabernaculis peccatorum*, i. quam in magno statu esse in mun-

Elegi debẽt spiritualia amplius quam temporalia.

in mundo in congregatione peccatorũ. Est ergo sensus, quod magis est eligibile humiliter inter iustos conuersari, quàm in magno fastu mundi copulari peccatoribus. Et huius ratio est, quia primus status in bonitate excedit secundum, imo primus simpliciter habet rationem bonitatis, & secundus simpliciter habet rõnem mali. Nam secundum Philosophũ, illud dicitur bonum, cuius finis est bonus, & illud malum, cuius finis est malus. Finis autem primi status simpliciter est bonus quia terminat in gloriam. Finis autem secundi simpliciter est malus, quia terminat in gehennã, ergo, &c. Et nota quòd loquitur de domo ecclesiæ militantis, quia in domo ecclesiæ triumphantis nullus reperitur abiectus, quia etiam damnati illos de domo ecclesiæ triumphantis magnificant & extollunt, dicentes de

Sap. 5. illis. Nos insensati vitam illorum æstimabamus insaniam, & finem illorũ sine honore, & ecce quõ computati sunt inter filios Dei, & inter sanctos sors illorum est. Isto modo elegit Moyses magis cum populo Dei affligi, quam in domo Pha-

Hebr. 11. raonis regis peccatoris enutriri. De quo dicit Apostolus, Moyses grandis effectus negauit se esse filiũ filiæ Pharaonis, magis eligens affligi cum populo Dei, quã temporalis peccati habere iocunditatẽ, maiores diuitias æstimãs thesauro Aegyptorum improperium populi. Ad declarationem dicti versiculi notãdum quòd multa multis sunt præeligenda, quoniã eligenda est veritas magis quàm mundi fallacia. ps. 118. Viam veritatis elegi. Eligenda est patientia contra mundi aduer-

Eligere. sa. 1. Machab. 1. Elegerunt magis mori, quàm cibis inquinari immundis. Eligẽda est vitæ synceritas contra temporalia bona, vt hic. *Elegi abiectus esse, &c.*

1442 *Quia misericordiam & veritatem diligit Deus, gratiam & gloriam dabit dominus.*

HIc ostendit qualiter fęlicitas superna est acquisibilis. Vbi notandum quòd nullum nostrum meritum de condigno potest gloriam æternam mereri, licet de congruo, quia incomparabiliter melius est præmium illud quàm meritũ nostrum, licet de congruo illam mereamur. Et hoc est quod dicebat Apostolus Rom. 8. Non sunt cõdignæ passiones huius temporis ad futuram gloriã quæ reuelabitur in nobis. Vbi gl. Omnes passio- *Gloss.* nes temporales etiam simul sumptæ, nõ sunt condignæ ad promerendum gloriã, si nobiscum ageretur districte, quia omnis tribulatio nostra est cum fine, etiam quia maior erit gloria, quàm hic fit labor, non ergo ex operibus nostris datur gloria, sed ex Dei gratia & misericordia. Et hoc est quod dicebat Apostolus. Gra- *Rom. 6.* tia Dei vita æterna. Quia & merita nostra sunt à gratia, ideo gratia dicitur, &

F meritis gratiosè redditur merces æterna. Hoc notans ps. ait. *Misericordiam & veritatem diligit Deus.* Diligit misericordiã, quia ex misericordia nobis pmittit gloriam qui diligit veritatẽ, quia fidelis est in promissis. Vel diligit misericordiam, quia ex sola misericordia sua nobis donat gratiam qua possimus mereri. *Diligit veritatem.* i. iustitiam, quia iuste ex promisso præmium meritibus dabit. Et hoc est quod subdit. *Gratiam & gloriam dabit* *Gratiã pro dominus.* i. misericordia dabit gratiã qua *gratia dedit* possimus mereri, & iustitia meritis dabit *Christus.* gloriam. Hic. n. Psalmista iam Christũ

G præuidebat à quo omnibus daretur gratia, de quo dicitur Ioan. 1. De plenitudi- *Gratia duplex.* ne eius omnes accepimus gratiam pro gratia. Sed quomodo gratiam pro gratia? Sciendum ergo quòd duplex est gratia, scilicet gratis data, & gratum faciẽs. Gratia gratis data vocatur omne donũ Dei, quia quicquid nobis donat, nõ ex debito, sed gratis donat. Vnde gratia gratis data est, ut scientia, fortitudo, pulchritudo, &c. Et ista gratia stare potest cum peccato. Gratia autem gratum faciens est illa, quæ nos Deo gratos facit & dilectos, siue ipsa charitas. Et hæc non stat

H cum peccato. Accipimus ergo à Christo gratiam per gratiã, quia pro prima gratia si benè utamur illa, statim ab ipso accipimus gratiam gratificantem, Nonne gratia gratis data fuit Paulo, quando cõtra Christum sequiebat, quòd ipsum ad terrã Christus prostrauit, ne malum faceret quod disponebat? Certè sic. Et quia ista gratia fuit benè vsus se humiliando, dicens. Domine, quid me vis facere? statim accepit secundam gratiam iustificantem, quæ Apostolus notãs, ait. *Gal. 1.*

Supra modum persequebar ecclesiam Dei. Cum autem placuit ei, qui me segregauit, ex vtero matris meæ, & vocauit me per gratiam suam, continuò non acquieui carni & sanguini, &c. Sic ergo de Christo ait, *Gratiam dabit dominus*. Similiter Christus dabit gloriam. Sicut enim sola Christi gratia iustificamur, & sola Christi gratia glorificamur, quia cũ præmia æterna iustis largitur, nõ nostra opera, sed sua merita coronat, quia omnia merita sunt principalius à gratia quàm à volũtate, & sic principalius gratię Christi quàm nostra uoluntate meremur. Cũ igitur meritis reddit præmia, nõ nostra, sed sua merita coronat. Et hoc est quod ait Apostolus. Non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit.

Gloriã dat Christus.

Tit. 3.


1443 *Non priuabit bonis eos, qui ambulant in innocẽtia, domine virtutum, beatus homo, qui sperauit in te.*

Confirmat hic statim dicta, scilicet quòd gratiam & gloriã dabit. Pro huius declaratione notandum, quòd bona sunt quadruplicia, est bonum temporale. Bonum morale, Bonum spirituale. Bonum æternale. Primò sunt bona temporalia q̃ sine merito vel demerito hominis accedunt & recedunt, & iustis & malis communicãtur, quamuis amplius malis. Ista bona sunt vt diuitiæ, & corporis delectationes. De quibus dicunt peruersi illud Sap. 2. Venite fruamur bonis, quæ sunt, &c. Et ista non sunt vera bona, &c. De istis quatuor generibus bonorum, vide sup. vers. 1014. Ad propositũ ergo cum hic dicit psal. *Non priuabit bonis*, &c. non intelligitur de primis, quia illis magis abundant scelerati homines, quàm innocentes, sed intelligit de alijs tribus generibus bonorum. Et ideo in illum est spei actum, qui bona tribuit suis. Quid ergo lucratur qui pro bonis terrenis innocentiam deserit, imò amplius damnificatur, quia habet lucrum quod est bonum extrinsecũ, & perdit innocentiam, quæ est intrinsecũ bonũ. Omnia ergo in isto ps. prædicta breuiter cõcludẽs, ait. *Beatus homo qui sperat in te.* Quantũ spes in Deo habita sit vtilis, vide supra uers. 113. & 443. & 452. & 594. & 1210.

Bonũ multiplex.

PSAL. LXXXIV.

1444 *Benedixisti domine terram tuam, auertisti captiuitatem Iacob.*



Huius psalmi titulus est. *In finem filijs Chore Psalmus.* Iste psalmus ad literam agit de primo Christi aduentu, quo maledictio primis parẽtibus data, per Christum in benedictionem mutata fuit, quia peccata remissa, ita Dei à nobis auersa, expoliatus infernus, & paradisus apertus. Est ergo tituli sensus. Psalmus iste dirigens nos in finem, idest, Christum attribuitur filijs Chore, qui, scilicet istum psalmum fecerũt. Vel per filios Chore intellige filios crucifixi, vt in titulo pręcedentis psalmi est dictum. Attribuitur ergo filijs Chore, idest, crucifixi, quia ibi habuerunt ex Christi aduentu liberationem, quam non habuerunt ingrati. Intentionem mouet per fidem ad Christum accedere, vt ipsius benedictio habeatur. Psalmus ergo iste sic intellectus diuiditur in partes duas, quia psalmista agit de Christi aduentu, primò per modum præteriti, secundò per modum futuri, ibi. *Conuerte nos*. Prima pars diuiditur in tres secundum quòd tria per Christi aduentum ostendit esse facta. Primò contra maledictionem data est benedictio. Secundò contra iniquitatẽ data est iustificatio, ibi. *Remisisti*. Tertiò contra Dei indignationem facta est reconciliatio, ibi. *Mitigasti*. Quantum ad primum sciendum, q̃ statim commisso peccato priorum parentum, Deus terræ maledixit, dicens Adæ. Maledicta terra in opere tuo, &c. Quod non solum est intelligẽdum de terra, quam operamur, sed etiam de terra quæ nos sumus. Propter quod statim subdit dominus, dicẽs Adæ. Donec reuertaris in terrã, de qua assumptus es, quia puluis es, & in puluerem reuerteris. Maledixit ergo terræ, s. homini ipsum priuans gratia & subijciẽs miserijs, & ipsum in captiuitatem diaboli tradens. Sed ista maledictio per Christi incarnationem in benedictionem est mutata, quando humanitas singulariter fuit benedicta, & omni gratia repleta. Vnde Marię, ait angelus. Benedictus fructus ventris

Genes. 3.

Terra, idest homo.

Luc. 1.

ventris tui. Et hoc est q; futurum præuidens psalmista, ait. O domine Deus noster. *Benedixisti terram tuam*, gloss. i. Christum per quem fit benedictio, & per eū, *Auertisti captiuitatem Iacob*, s. populi tui, qui sub diabolo captiuus tenebatur. Per Iacob enim, qui supplantator interpretatur Christum intelligit, qui sub planta posuit diabolū. Et uide, quòd quasi præterita prædicit futura, propter prophetiæ certitudinem. Et nota, quòd ista domini benedictio, valet ad multa. Primò valet ad peccatorum commissorum benedictionem. Quotiescunque enim anima in peccato. existens se conuertit ad Deum, statim ab eo benedictionem absolutionis recipit. Vnde incredulos peccatores increpans propheta dicit. Quis scit, si conuertatur Deus, & ignoscat, & relinquat post se benedictionem? Sic. n. benedicens dominus de terrenis spirituales nos facit, & cœlestes. Ad Ephesios primo. Benedictus Deus, qui benedixit nos in omni benedictione spirituali. Quod facit Deus, dum nos saluat à peccatis sua mera gratia, non meritis nostris. Vnde ibidem ait gl. Aliter benedicitur Deus ab homine, aliter homo à Deo. Vnum quidem benedictionis verbum est, sed pro cōgruentia personę variè intelligi debet, sicut & facere Deus, & homo dicitur. Sed Deus nutu solo impassibiliter facit, homo verò conatu, & labore. Ita Deus benedicitur ab homine, cum laudibus dignis extollitur, homo verò à Deo benedicitur, cum Deus ei gratiæ suæ dona largitur, non eius meritis, sed sola sua misericordia ipsum à peccatis absoluendo. Et quid mirum? Si enim sacerdos Dei minister sola benedictione peccata venialia remittit, si Deus sua benedictione remittat, & mortalia. & animas sub diabolo captiuas efficiat liberas? Et hoc est, quod hic ait Psal. *Benedixisti, domine, terram tuam, auertisti captiuitatem Iacob, remisisti*, &c. Secundo valet ad meritorum operationem. Ipsa. n. diuina benedictio nostram ad bonū præuenit uoluntatem. Psal. 20. Domine, præuenisti eum in benedictionibus. Et subsequitur adiuuando, vt stabiliter operetur Ecclesi. 3. Benedictio patris confirmat domos filiorum. Tertiò valet ad prœmiorum acquisitionem. Hæc enim ad æternam introduxit hæreditatem, Matth. 25. Venite benedicti patris mei. Et Eccles. vndecimo. Benedictio domini in mercedem iusti festinat, primæ Petr. tertio. In hoc vocati estis, ut benedictionem hæreditatis possideatis. Et nota, quòd præmium gloriæ in singulari vocat benedictionem, & nō benedictiones, cum tamen in domo cœlesti multæ sint mansiones, ad denotandum, q; qui benedictionem gloriæ vult consequi, nihil aliud pro requie sibi quærere debet, sicut faciebat Esau patri dicens. Num vnam tantum pater benedictionem habes? Quem reprehēdens Bernardus ait. Ecce dubitando dicis, num unam tantū benedictionem habes, pater? quanto melius diceres cum propheta. Vnam petij à domino, hanc requiram. Indignus. n. benedictione cœlesti conuincitur, qui dubiè quærit, affectu duplici petit intētionem ad refugium sibi parans, si fortè benedictionem cœlestem eum non obtinere contingat. Et ideo in singulari hāc benedictionem nobis proponit psal. dicens. Benedictionem dabit legislator, ibunt de uirtute in uirtutem, uidebitur Deus deorum in Sion, psalm. 3. Domini est salus, & super populum tuum benedictio tua.

Glossa. Benedictio Dei valet ad multa. Ioel. 2. Glossa. E F G Gen. 27. Bernard.

Remisisti iniquitatem plebis tuæ, operuisti omnia peccata eorum. 1445

HIc ostendit, quòd per Christum remissa sunt peccata, & iustificatio facta. Christus enim per suum aduentum peccata destruxit, tum quia illa propria potestate remittebat, tum quia sacramēta instituit, quę & peccata remittunt, & conferunt gratiam, qua iustificamur. qđ sacramenta antiquæ legis facere non poterant. Ideo de ipso singulariter ait Ioānes Baptista. Ecce agnus Dei, ecce, qui tollit peccata mundi. Et hoc psalm. præuidens, dicit Christo, *Remisisti iniquitatem plebis tuæ*, & hoc quò ad culpā. *Operuisti omnia peccata eorum*, & hoc quò ad pœnam. Illud. n. quod est opertū vel tectū non videtur. Et sic Deus dr peccata operire, quando ipsa non respicit ad puniendum. Et ista duo posuit supra ps. 31. dicēs. Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata,

H Ioan. 1

De

De istis duobus ibi satis, scilicet, versic. 466. Peccatum autem quomodo differt ab iniquitate. vide versi. 376. 401. Qualiter autē sacerdotes virtute clauium peccata possint remittere, vel tegere, vide versic. 469. Sed hic oritur dubium, scilicet, vtrū Christus vt creatura possit peccata remittere, & animam à culpa mundare. Et videtur q̄ non, quia hoc solum pōt Deus. Vnde Augustinus super Ioannem ait, Solus Deus peccata potest dimittere, propter quod dicit Esa. 43. Ego sum, qui solus deleo iniquitates tuas, & peccata tua. Ad oppositum ait Christus, Sciatis, quia filius hominis habet potestatem dimittendi peccata. Christus autem vt filius hominis creatura est. Respondeo q̄ aliquem remittere peccata, multipliciter potest intelligi, scilicet, Impetratiuè, Dispositiuè, Satisfactiuè, Iustificatiuè. Et s̄m istos varios modos, varia responsio datur. Primo modo peccata remittuntur, seu dimittuntur impetratiuè. Et hoc nihil aliud est, quàm suis precibus, vel ministerio remissionē peccati alicuius impetrare. Et isto modo quilibet iustus quandoque peccata alterius tollit: talibus dicēte Christo, Quicquid orantes petieritis, credite quia accipietis, & fiet nobis. Ex officio aūt hoc competit sacerdotibus, qui preces, & hostias pro peccatis aliorum Deo habent offerre, vt ait Apostolus ad Hebr. 5. Isto igitur modo Christus peccata remittere potest vt creatura, quia iustus est, & summus pōtifex. Secundo modo dimittere peccata, scilicet, dispositiuè, est quid facere ad quod sequitur peccati remissio, licet faciens illud, peccata nō dimittat. Sicut ad apertionem fenestræ sequitur illuminatio domus: non tamen aperiens fenestram illuminat domum, sed sol per fenestram emittens radios suos. Sic in proposito quis potest aliquid facere, ad quod sequitur peccati remissio, non tn̄ ipse peccatū remittere pōt, seu remittit. Vt puta, peccator potest de peccato commisso dolere, & veniam postulare: ad quod statim sequitur peccati remissio. Ezech. 18. Quacunq; hora ingemuerit peccator, omnium iniquitatum eius non recordabor. Et sic dispositiuè peccator peccatum suum pōt tollere. Et isto modo Christus ut creatura peccata pōt tollere, quia peccatorem pōt disponere ad peccati detestationē, & ad hoc ipsum inducere: quinimò & prædicatores ad hoc possunt peccatorē disponere, licet non ita immediatè, sicut Christus. Tertio modo peccatum dimittere, s. satisfactiuè est pro peccatis sufficientē satisfactionē facere, vel Deo reddere. Vbi aduerte, q̄ satisfactio requirit redditionem æquiualentis, alias indebiti. Et ideo quia nullus hominū alius à Christo pōt pro aliquo peccato aliquod bonum facere uel Deo reddere alias indebitum, ut deducit venerabilis Anselmus. 1. Cur Deus homo cap. 21. sequitur q̄ nullus alius à Christo satisfactiuè peccata remittere potest. Sed Christus homo Deus hoc solùm pōt, quia eius uita patri pro peccatis nostris oblata fuit maioris bonitatis, & precij q̄ omnia mundi peccata fuerint mala, & non erat alia mors alia debita. Et sic Christus peccata remisit, Matth. 18. Filius hominis uenit saluare quod perierat, & dare animam suam in redemptionem pro multis. Quarto modo, s. iustificatiuè, peccata dimittere est per infusionem gratiæ animam interius à macula culpæ purgare & ipsam à morte spirituali suscitare. Et isto modo solus Deus peccata pōt dimittere, & non aliqua creatura, quia solus Deus gratiā animæ potest infundere, & solus pōt animam mortuam suscitare. Sic enim dicit Magister lib. 4. dist. 18. q̄ solus Deus per se animam mundat ab interiori peccati macula. Et isto modo dico, q̄ Christus inquantum Deus peccata remittere potest, sed non ut creatura. Et sic de Christo dicit, vt est Deus. *Tu remisisti iniquitatem plebis tuæ* & hoc quantū ad culpā. Quantū uerò ad pœnam, q̄ etiā remittit sequitur, *Operuisti omnia peccata eorū.* Vbi aduertendum, quod peccatum quandoque accipitur non pro culpa, sed pro pœna peccato debita. Et sic Christus remittit peccata dupliciter. Primò quia in se assumpsit omnes pœnas connaturales, peccato debitas. Et sic tollere peccata est idem, quòd in seipso portare, quod & Christus fecit. Vnde Esa. 53. verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit: non quòd iniquitatē fecerit, sed quia peccata multorum ipse portauit. Secundò modo tollit peccata,

Marginalia: *Quæstio.* — *August.* — *Matth. 9.* — *Christus pec catā remittit multipliciter.* — *Mar. 11.* — *Heb. 3.* — *Nota.* — *Anselm.* — *Pœnam peccatorum tollit Christus.*

cata, ideſt, pœnam: quia, ſcilicet, virtute paſſionis ab ipſo pro nobis toleratæ, finaliter à nobis auferet omnẽ pœnam peccato debitã tam corporis quàm animæ; quãdo, ſ. cum ipſo erimus in gloria. Quã pœnam licet tollat in præſenti, tamen quia eius paſſio ad hoc faciendum, modò & ſemper à Deo eſt accepta, ideo etiã in præſenti dicitur remittere peccata, ideſt, pœnam peccatorum. Sic enim dicitur 1. Petr. 2. Chriſtus peccata noſtra portauit in corpore ſuo ſuper lignum crucis, cuius liuore ſanati ſumus.

1446 *Mitigaſti omnem iram tuam, auertiſti ab ira indignationis tuæ.*

Hic oſtẽdit quomodo per Chriſtum facta eſt iræ Dei mitigatio. Deus enim iratus dicitur, quoniam ad modum irati peccata noſtra punit. Dicitur mitigatus & placatus, quando peccata, ne puniat tegit; vide ſupra verſic. 55.684. Chriſtus autem per ſuam incarnationem non ſolum peccata remiſit, ſed etiam pœnam peccatorum, vt ſtatim in præcedenti verſiculo dictum eſt. Et ideo iram Dei auertit à nobis, quod præuidens Pſalm. nunc ſibi dicit: *Mitigaſti omnem iram tuam*, &c. Sic enim ipſe Chriſtus patri loquitur Hierem. 18 Recordare quod ſteterim in conſpectu tuo, vt loquerer pro eis bonum, & vt auerterem indignationem tuam ab eis. Et nota quod auerſio Dei maximè eſt duplex, quia quędã eſt auerſio diuinalis iracundię, & quędã eſt auerſio pietatis, & clementiæ vide ſupra verſic. 1320. Pſal. 77. Et abundauit, vt auerteret iram ſuam.

1447 *Conuerte nos, Deus ſalutaris noſter, & auerte iram tuam à nobis.*

Hic incipit agere de Chriſti incarnatione per modum futuri. Et duo facit: quia primò Chriſti incarnationem deuotè futuram poſtulat. Secundò ſe exauditum eſſe explicat, ibi. *Miſericordia & veritas.* Quãtum ad primum iſte orat pro Chriſti incarnatione propter multa, quæ ex ipſa erant futura. Orat ergo Chriſtum venire propter quatuor. Primò vt peccator Deo reconcilietur. Secundò vt peccator iuſtificetur, ibi. *Deus,*

E *tu conuerſus.* Tertiò vt peccator illuminetur, ibi, *Audiam.* Quartò vt peccator glorificetur, ibi, *Veruntamen.* Quantum ad primum ſciendum, quòd de Chriſti aduentu in præcedenti parte egit, vt de re præterita: nunc autem de ipſo agit, vt de re futura, dicens. *Conuerte nos, Deus ſalutaris noſter.* Quaſi dicat, quòd dixi pręteritam, oro, vt fiat: petit, quod adhuc futurum ſciebat, propheticè ergo dixit, vt præterita, hic iam orat vt vere futura, dicens, *Conuerte nos, Deus,* ſcilicet, à vitijs, & auerte iram tuam à nobis. Quomodo autem Deus conuertit nos vide

F verſiculo 1374. Qualiter nos multipliciter conuerti debemus ad Deum, vide verſiculo 1378. Qualiter iram ſuam auertit à nobis, vide verſiculo 1320. Notandum, quòd quilibet petens conuerti ex hoc ſeipſum manifeſtat auerſum. Et ideo propheta petens humani generis conuerſionem fiendam per Chriſtum, ipſum ex hoc dicit ante Chriſtũ à Deo fuiſſe auerſum quia à bono ſe auerterat ad malum. Et hoc ſecundum multa peccatorum genera. Primò erat auerſum per ſuperbiam, quia rebellis, & inobediens Deo fuerat, Pſalm. ſeptuageſimo-

Auertit ſe homo multipliciter à Deo.

G ſeptimo, auerterunt ſe, & non ſeruauerunt pactum, & cætera, quia, ſcilicet promiſſa Deo noluerunt ſeruare. Promiſerunt ei dicentes. Omnia, quæ locutus eſt dominus faciemus, & cæt. vide ibi. Sic ſe auertit à Deo omnis, qui promiſſa in baptiſmo non ſeruat. Secundò erant auerſi per idololatriam auertentes ſe à cultu veri Dei ad colendum idola. Sic enim ſe auertit Salomon à Deo. Iratus eſt dominus Salomoni, eo quod auerſa eſſet mens eius à domino qui præceperat ei, ne ſequeretur Deos alienos. Tertiò erant auerſi per auaritiam. Eccleſ. vi-

Exod. 24.

3. Reg. 11.

H geſimo. Dona excæcant oculos iudicũ, & quaſi mutus auertit correctiones. Quartò erant auerſi per luxuriam ſicut illi presbyteri antiqui, de quibus dicitur Danielis 13. quod exarſerunt in concupiſcentiam Suſannæ. Quia ergo propheta ſic populum à Deo videbat auerſum ideo orat, vt per Chriſtum conuertatur ad Deum: dicẽs, *Conuerte nos Deus ſalutaris noſter.*

1448 *Nunquid in æternum irasceris nobis, aut extendes iram tuam à generatione in generationem.*

A

OStendit hic rationem suæ postulationis. Cum.n.proprium sit Deo misereri, & parcere, ipse irã semper continere non debet, sed ad misericordiam inclinari. Et hoc est q d. *Nunquid in æternum irasceris nobis*, Tandiu enim Deus videbatur iratus quandiu differebat nobis mittere reconciliationem. Et quia propheta sciebat certũ tempus à patre diffinitum, quo Christus incarnaretur: quia dicitur Aggæi 2. Adhuc modicum, & ecce ueniet desideratus cũctis gentib. &c. Ideo ait, *Nunquid in æternum irasceris nobis*, &c. quasi dicat non. Ira enim Dei (vt ait gl.) est omnis pœna quam patimur. Sic enim dictũ est Adæ. Maledicta terra in opere tuo, & ĩ sudore vultus tui vescetis pane tuo. De ira ergo Dei est q mortales sumus, & passibiles, sed innouatis, in Christo præuidet Psal. hanc pœnam transiturã, Et sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viuificabuntur. Sequitur. *Aut extendes iram tuã à generatione in generationem?* Vbi nota, quòd hic ponit duas generationes, Prima ab Adam vsque ad Christum. Secunda à Christo usque in finem. Primæ generationi reseruata fuit ira Dei, quia illi non fuit reseratus aditus regni cœlestis. Sed secundæ generationi non fuit ira Dei reseruata, quia porta regni cœlestis illis fuit aperta. *Et hoc est quod ait. Aut extendes iram tuam à generatione*, scilicet, prima, *in generationem*, scilicet, secundam, q.d.nõ. Vel aliter, Prima generatio, qua ex Adã carnaliter nascimur, à quo culpam traximus & pęnam, quia in illo omnes eramus seminaliter, quando primò peccauit. Ira ergo Dei est uindicta Dei, quam sentit carnalis Adæ generatio. Sed quia futurum erat, ut generaremur per Christum, & noui efficeremur, & in resurrectione omnis mortalitas absorberetur, & sic erit infuturo altera generatio immortalis de misericordia Dei, in quam hæc ira Dei non extendetur. Et hoc est, quod dicit, *Aut extendes iram tuam à generatione*, scilicet, prima, *in generationem*, scilicet, secundam, quasi dicat, non.

Ira dicitur pœna nostra

Generatio duplex.

Deus, tu conuersus viuificabis nos, & plebs tua lætabitur in te. 1449

OStendit hic, q per Christum iustificamur. Ante enim Christi incarnationem facies Dei à nobis erat auersa, vnde faciem eius uidere non poteramus, sed solum dorsum. Sed per incarnationem se conuertit ad nos, ut faciẽ eius possemus aspicere. Vnde facies Dei dicitur incarnatio Christi. vide ver. *689*, *844*. Ipsa aũt Dei facies ad nos conuersa est causa nostræ iustificationis, & uitæ spiritualis, quia respicere Dei est hominem

B

de morte culpæ ad uitam gratiæ reuocare. Et hoc notans Psal. ait. *Deus, tu conuersus viuificabis nos*. Sic enim dicitur Luc. 22. q postquam Petrus Christum negando mortuus spũaliter erat, q conuersus dñs respexit Petrum, & egressus Petrus foras fleuit amarè, & sic uitã gratiæ recuperauit. Dicit magister de proprietatibus rerum, quod est quædã auis dicta Caladrius, quæ est albi coloris nullam habens nigredinis partem, cuius natura talis est, q si portetur ad aliquem infirmum, si faciem suam auertit ab infirmo, & ipsum non respiciat, signum apertum est, q ille illa infirmitate morietur.

Caladrius significat Christum.

C

Si autem faciem conuertat ad infirmũ, & ipsum aspiciat, signum est manifestũ, quòd viuet. Sic in proposito, quæ est ista auis totaliter alba, nisi Christus, qui nullam partem nigredinis habuit uel obscuritatis peccati? Hic si faciem suam ab homine auertit, statim moritur per culpam, si autem se ad hominem cõuertat, statim per suam gratiã uiuificat ipsum. Et hoc est quod ait. *Deus tu conuersus viuificabis nos, & plebs tua lætabitur in te.* Plebis enim nomine populus minutus intelligitur, & sic significat humiles, &

D

paruos, quia & si superbi in seipsis lætantur, non autem humilis. Vnde & virgo humilis dicit. Exultauit spiritus meus in Deo salutari meo, uide supra uersicul. 155.479.1802.

Luc. 1.

Ostende nobis, domine, misericordiam tuam, & salutare tuum da nobis. 1450

OStendit hic causam prædictæ postulationis. Vbi aduerte, quòd res denominantur ab effectu suo, sicut ser-

pés quia serpit crudelis à crudelitate quã exercet, sic misericors à misericordia, quã facit. Cum ergo per Christũ incarnatũ maximè nobis Dei misericordia ostẽsa fuerit, quia pro nobis filium tradidit in mortẽ, ideo Christus in scriptura vocatur misericordia. Vnde de Christo incarnato dr̃ Ps. 47. Suscepimus Deus misericordiam tuã in medio templi tui. Eodẽ modo, quia per Christũ salus nostra facta est, ideo salutare Dei vocatur. Vñ & Simeon Christo recepto, dixit. Viderũt oculi mei salutare tuũ Dñe, &c. Et ideo quia Christus est misericordia Dei & salutare, ideo hunc petit pro salute humani generis, d. *Ostende nobis, domine, misericordiam tuam*, &c. i. Christũ, per quẽ nobis datur misericordia. *Et salutare tuum da nobis*. i. Christum per quẽ saluemur. Vñ ista secunda pars est quasi expositiua primæ, vt sit sensus dixi, *Ostende nobis, domine, misericordiam tuam*: sed quõ peto vt ostendas hoc modo. *Salutare tuum da nobis*. Quõ aũt misericordia sit in Deo, & quõ in nobis multis modis ostẽdit, vide vers. 55. Itẽ nota, ꝙ ostendere nobis misericordiam suam, nihil aliud est quam nobis misereri, & nos respicere ver. 360. Vel aliter, ante Christi incarnationẽ misericordia Dei longe erat à nobis, quia stabat in cœlo, sed per incarnationẽ nobis terrigenis est exhibita, ideo ut per Christi incarnationẽ nobis exhibeatur ipsam postulat d. *Ostẽde nobis domine misericordiam tuam*, vide vers. 782. *Et salutare tuum da nobis*, i. Christũ qui salutare dr̃ ver. 105. & 146. & 155. & 273. & 662.

Christus dicitur misericordia & salutare.

Luc. 2.

1451 *Audiam quid loquatur in me dominus Deus: quoniã loquetur pacem in plebem suam.*

Hic ostendit ꝙ per Christi incarnationẽ illuminamur, qa ipse Deus, Christo incarnato, ore proprio nos docet, qui ante solum nos docebat per ora prophetarũ, vbi notandũ ꝙ locutio Dei est duplex, quędã æterna & quędã tẽporalis. Loqui Dei æternaliter idem est ꝙ filium suum æternaliter generare unigenitũ qui producitur à patre per modum intellectus. Vnde de ista æterna locutione dr̃ Iob 33. Semel loquitur Deus & id ipsum secundò non repetit. Quod exponens Greg. ait. Loqui. n. Dei filiũ genuisse. Semel aũt loqui est verbũ aliud præter vnigenitum non habere, &c. Isto aũt modo Deus nõ loquitur in nobis, sed in seipso, qui filiũ æternaliter in seipso genuit & non in nobis. Loqui aũt Dei tẽporaliter est duplex, quia aliqñ per prophetas, aliqñ per filium incarnatũ. Istũ duplicem modũ loquendi Dei ostendit Apostolus ad Hebr. 1. d. Olim Deus loquens patribus in prophetis, nouissimè locutus est nobis in filio suo. Primã locutionẽ nouerat Psal. qui & plures prophetas audierat, & in ipso vt in propheta Deus locutus fuerat, sed secundã locutionem audire desiderabat, s. verbum incarnatũ ore proprio loqui, & nostram mentem illuminando docere. Hoc est ꝙ antiqui patres videre, & audire desiderabant. Luc. 10. Multi reges, & prophetæ voluerunt videre quæ vos videtis, & nõ viderũt, & audire quæ vos auditis, & nõ audierunt. Et hoc est quod hic optabat Psal. d. *Audiam, quid loquatur in me dominus Deus. Et* vide quod non dicit. Quod loquatur mihi, sed *in me*. Sciebat enim se Christum non visurum, sed in humanitate nostra venturum, & in ipsa prædicaturũ. Ideo dicit. *Quid loquatur in me*. i. in humanitate mea. Et sic licet propheta in persona propria Christũ non audierit, audiuit tñ in alijs, vt Apostolis, quia oẽs iusti unum corpus faciũt. Sequitur. *Quoniam loquetur pacem in plebem suam*. Vbi aduerte, ꝙ lex euangelica, quam locutus est Christus incarnatus, tota fuit lex pacis, non quidẽ tẽporalis, quia mittebat suos sicut oues inter lupos, sed spiritualis, quia docebat mũdum contẽnere, soliq; Deo seruire, quo causatur vera pax interior, & cũ Deo. Propter quod d. Pacem meam do uobis, pacẽ relinquo vobis, non quõ mundus dat, ego do uobis, quia mundus quærit pacem temporis, ego do pacem spiritus. Quid autem sit pax Christi, vide versic. 551. Quid autem pax mundi, versic. 1186.

Loqui Dei duplex.

Gregor. 23. mor. c. 29.

Audire Deum.

Pacẽ dedit Christus.

Ioan. 14.

Et super sanctos suos, & in eos, qui conuertuntur ad cor. 1452

Iste versus in sententia ligatur cum præcedenti. Vbi aduertendum, quòd Psalmista distinguit tria personarum genera,

genera, quibus Christus incarnatus suā pacem prædicaturus erat. Primi erāt ini mici in populo Iudæorum & plebeij, de quibus dictum est. *Loquetur pacem in plebem suam.* Plebs.n.dicitur à polys, quod est pluralitas, & dicitur plebs collectio tantum ignobilium, quia plures sunt quā nobiles. Plebs autem Iudæorum maximè Christum sequebatur & eius facta imitabatur. Vnde dicitur Lucæ 6. quod multitudo copiosa plebis venerunt vt audirent eum. Non solum autem istis pacem suam locutus est Christus, sed etiam fundatoribus ecclesiæ, & Apostolis. Et quia isti fuerunt alijs sanctitatis speculū, ideo istos per sanctos significat, dicens, *Et super sanctos suos*.i.super Apostolos. Vnde Apostolus Paulus nomine sanctorum notat ipsos Apostolos, dicens imitatoribus eorum. Estis ciues sanctorum, superædificati super fundamentum Apostolorum. Non solum autem istis qui ante verum Deum colebant, sed etiam gentibus ad fidem conuersis corde pacem suam prædicabat. Et hoc est, quod ait. *Et in eos, qui conuertuntur ad cor*, scilicet, gentilibus, qui redeuntes ad cor (idola relinquentes) ad Christi fidem sunt conuersi. Nota ergo, quod in eos, qui cōuertūtur ad cor pacem suam loquitur Christus, quia in corde eorum pacificè vt verus rex habitat, & dominus, omnes motus interiores ordinans, & benè disponens, quia in eis sedet primus, sed vltimus in corde malorum, vt ostendit Gregor. super illo verbo Iob 29. Si voluissem ire ad eos, sedebam primus, dicens, Quia in corde reproborum priori loco actiones carnis sunt, & posteriori actiones animæ, ideo in eorum corde proculdubio Christus non primus, sed vltimus sedet. Sed in electorum corde, qui ea præ omnibus, quæ æterna sunt cogitant, & posteriori cura, ac minima, si qua sunt temporalia, disponunt, primus Christus sedet. Propter quod ait. Si voluissem ire ad eos, sedebam primus. Itaque & cū vult, ad cor nostrum venit, & cum venerit, primus in corde nostro sedet: Quia & aduersus eius in corde nostro gratuitus est, & appetitus eius desiderij in corde nostro æqualis cæteris desiderijs non est, & cætera. Et ideo dominus omnes hortatur, vt ad cor redeuntes ipsum verum

Ephes. 2. *Sanctus.*

Christus in corde bonorum sedet primus.

Gregor. 20. mor. c. 4.

Deum cognoscant, dicens. Esa. quadragesimosexto. Redite præuaricatores, ad cor, recordamini, quia ego sum Deus, & non est vltra me Deus.

Veruntamen prope timentes eum salutare ipsius, vt inhabitet gloria in terra nostra. 1453

HIc petit Christi incarnationem, vt per ipsum homo beatificetur. Vbi notandum, quia timor domini cum sit principium sapientiæ, facit hominem propè Deum manere, & Deum prope hominem. Psal. 144. Prope est dominus omnibus timentibus eū, omnibus timentibus eum in veritate, idest, timore filiali. A superbis autem longè est salus Psal. 118. Longè à peccatoribus salus, & hoc est quod dicit dominus Esa. sexagesimosexto. Ad quem respiciam, nisi ad pauperculum & contritū spiritu, & trementem sermones meos? Dum ergo in toto orbe ante Christi incarnationem sola Iudæa coleret Deū, ipsa etiam sola Deū timebat ideo salutare Dei, scilicet Christus populo Iudæorum magis debuit appropinquare. Et hoc est quod ait Psalm. *Veruntamen prope timentes eum salutare ipsius*, quasi dicat licet misericordia Dei sit super omnes aliquid tamen speciale, & proprium in terra Iudæorum factum est. Et quid sit illud subdit. *Vt inhabitet gloria in terra nostra*. Dicit propheta qui Iudæus erat. In illa enim terra Christus incarnatus & natus, ibi apparuit, ibi legē nouam prædicauit. Vel aliter & melius. Vbi notandum, quòd homo ex duabus naturis constat, scilicet, corpore & anima. Corpus autem terra vocatur: quia de terra creatum, in visione diuinitatis beatificatur anima. Sed cum corpus non nisi corporalia cernere possit, hinc est quod Christus ideo est incarnatus, qui est verus Deus & verus homo, & anima in ipso vidēdo diuinitatem beatificatur, & corpus, in ipso videndo humanitatem. Et hoc est quod Christus dicit, Hæc est vita æterna, &c. Et hæc est intentio Psalmistæ dicentis, *Prope timentes eum est salutare ipsius*, scilicet, Christus incarnatus factus est prope timentes eum. Prope nō solum loco sed carnis similitudine. Et ad quid? Ad hoc certè, *vt inhabitet gloria*

Prope est Deus hominibus.

Prope fuit Christus Iudæis.

Beatificabitur homo in Christo.

Ioan. 17.

in terra nostra, idest, ad hoc vt nostrū corpus, quod est terra, in ipso glorificetur. Et hoc est, quod ait Grego. Deus inquit inuisibilis per assumptionem humanitatis patuit, aspectibus nostræ visionis. Creator quippe qui in diuinitate videri non poterat, assumpsit à nobis, vnde videretur à nobis.

Gregor.19. mor.c.27.

1454 *Misericordia & veritas obuiauerunt sibi iustitia, & pax osculatæ sunt.*

HIc Psalmista ostēdit se exauditum de Christi incarnatione. Et circa hoc ostendit primò scripturarum veritatem. Secundò Christi natiuitatem ibi. *Veritas*. Tertiò necessitatis vtilitatē, ibi. *Iustitia*. Quātum ad primum nota, quod vetus testamentum, quod erat rigoris, assignans malefactoribus pœnam talionis, oculum, pro oculo, dentē pro dente, &c. vt habetur Exod.21. dicebatur lex iustitiæ, siue veritatis, quia & veritas pro iustitia accipitur. Lex aūt euangelica quæ est tota dulcis, & misericordiæ, quia peccatori aliud nō imponit, nisi vade, & amplius noli peccare, vocatur misericordia. Ista duo testamenta in Christi incarnatione concordata fuerunt, quia quod lex antiqua promisit, lex noua exhibuit, qđ illa futurum prædixit, hæc factum ostendit. Et hoc notans Psalmista ait: *Misericordia, & veritas obuiauerunt sibi*. Misericordia, & veritas.i.lex noua, & antiqua quasi dicat secūdum Gilber. Christus est propè timētes eum. Et misericordia quæ est in nouo testamento manifestata est gentibus, quæ erant longè, & veritas, idest, impletio promissorum veteris testamenti, quæ impleta in Iudæis, qui propè erant, *obuiauerunt sibi*, idest, conuenerunt in Christo, *Iustitia, & pax osculatæ sunt*, idest conuenerunt in hominibus. Amāt enim se hæc duo, vt qui facit iustitiam inueniant pacem, & non aliter. Istum autem versum aliter ad Christi incarnationem applicat Bernar. Imaginatur enim, quòd quædam quæstio erat ante Christi incarnationem inter veritatem, & iustitiam ex vna parte, & pacem, & misericordiam ex alia parte circa redemptionem humani generis, quam quidem quæstionem Christus incarnatus terminauit. Vnde sic ait licet prolixè. *Misericordia, &*

Scripturarum concordia.

Gilbert.

Bernard.

Veritas, & iustitia contemnebant tum pace, & misericordia.

E *veritas obuiauerunt sibi*, &c. in hoc quod Psalmista ait istas virtutes obuiasse sibi, & in osculo fuisse reconciliatas inter illas prius fuisse contentionem declarat. Siquidem veritas, & iustitia miserum hominem affligebant, pax autem, & misericordia zeli hatum expertes indicabant magis homini esse parcēdum. Sunt.n. collactaneæ duæ sibi, quemadmodū & priores. Vnde factum est, vt perseuerantibus illis in visione, & præuaricatorem hincinde cædentibus, & præsentes miserias futuris cumulantibus comminatione supplicij corporis, & animæ, illæ sederēt in F cor patris redeuntes ad dominum, qui illas dedit. Solus siquidem Deus cogitabat cogitationes pacis, cum afflictionis omnia plena viderentur. Siquidem non cessabat pax, non ei misericordia dabat silentium, sed pio quodam susurio paterua pulsantes uiscera loquebantur, dicentes. Nunquid in æternum proijciet, Deus, aut non apponet vt cōplacitior fit adhuc? Nunquid obliuiscetur misereri Deus? &c. Et quamuis diu multumq; uisus sit dissimulare pater misericordiarū, ut interim satisfaceret zelo iustitię, & veritatis, non tñ infructuosa fuit supplicātium importunitas, sed exaudita est in G tempore opportuno. Fortè.n. interpellātibus tale dedisse uidetur responsum. Vsquequo preces uestræ? debitor sum, & sororibus uestris quas accinctas uidetis ad faciendum uindictā in nationibus iustitiæ, & ueritati? Vocentur ergo & ueniāt, & super hoc uerbo pariter conferamus. Festinant ergo legati cœlestes, & ut uiderunt miseriam hominum & plagā crūdelem, quid fecerunt, ostendit propheta, dicens. Angeli pacis amarē flebant. Qui enim fidelius quæ ad pacē sunt quærant, quàm Angeli pacis? Sanè ex delibera- H tione communi ascendit ueritas ad constitutum diem, sed ascendit usque ad nubes, needum planè lucida, sed subobscura, & obnubilata adhuc zelo indignationis. Medius autem pater luminum residebat, & utraque pro parte sua, quod habebat utilius loquebatur. Ait misericordia. Eget miseratione anima rationalis, qm̄ facta est misera, & miserabilis ualdè. Venit tempus miserendi eius, quia iā præterijt tempus. Ecōtra ueritas inquit. Oportet impleri sermonē, quē locutus es dñe.

Psal.76.

Esa.33.

Totus

Totus moriatur Adam necesse est cum omnibus qui in eo erant, qua die vetitū pomum in præuaricatione gustauit. Vt quid ergo, tunc inquit misericordia, vt quid me genuisti pater citius periturā. Scit enim ipsa veritas, quia misericordia tua perijt, si non aliquando miserearis. Similiter autem & illa econtrario loquebatur, dicens. Quis enim nesciat ꝙ si prædictam sententiam mortis præuaricator euaserit, quod non permanebit
Ioan. 5. in æternum, domine, veritas tua. Tunc ergo vnus de cherubin, dicit, istas ad regem Salomonem esse mittendas, quoniam filio datum est omne iudicium. Et
B in eius conspectu misericordia, & veritas obuiauerunt sibi, eadem quæ supra diximus verba querimoniæ repetentes. Fateor, inquit veritas, zelum bonum habere misericordiam, sed non secundum scientiam. Nam potius præuaricatori, quàm sorori iudicat esse parcendum. At inquit misericordia. Tu veritas neutri parcis, sed tanta indignatione sæuis in præuaricatorem, vt inuoluas pariter & sororē. Quid enim mali merui? Si quid habes aduersum me, dicito mihi? Sin autem, cur me persequeris? Grandis controuersia, fratres, & intricata nimium
C videbatur disceptatio. Non uidebatur quomodo simul misericordia, & veritas possent concordari. Cumque adijceret veritas, in ipsum quoque iudicem partis suæ iniuriam retorqueri, dicens. Cauendum omnino, ne fieret irritum verbum patris, ne sermo viuus, & efficax qualibet occasione euacuaretur, parcite quæso ait pax, parcite verbis huiusmodi, non nos altercatio talis decet. Inhonesta est enim virtutum contentio. Porrò tunc iudex se inclinans digito scribebat in terra. Erant autem verba scripturæ, quæ pax ipsa legit in auribus omniū.
D Hæc dicit, perij si non Adam moriatur. Hæc dicit, perij, si non misericordiam consequatur. Fiat mors bona, & habebit utraque, quod petit. Siquidem fieri potest quod vtraque petit, scilicet, ut moriatur, & misericordiam consequatur. Sed illud quomodo fiet, inquā? Mors enim crudelissima, & amarissima, & ipso horrenda auditu, qua ratione bona poterit fieri. At ille, Mors inquit peccato-
Psal. 33. rum pessima, sed preciosa pōt fieri mors sanctorū, an non preciosa erit, si fuerit vitæ ianua, porta gloriæ, Preciosa inquiunt. Sed qūo fiet istud? Fieri inquit potest, si ex charitate moriatur quis, qui morti debeat nihil. Neque enim detinere poterit mors innoxiū, sed forabitur, Iob 40.
sicut scriptum est, maxilla Leuiathan, & destruetur paries medius, soluetꝫ chaos magnum, quod inter mortem uitamque situatum est. Nimirum charitas fortis vt Luc. 22.
mors, imò ipsa fortior morte, si fortis illius intrauerit atrium, alligabit eum, & diripiet vasa eius, sed & ipso transitu suo ponet profundum maris uiam, vt transeant liberati. Sonus visus est seruo, ut pote fidelis, & dignus omni acceptione. Sed vbi poterit ille innocens inueniri, qui mori velit, nō ex debito, non ex meo merito suo, sed ex beneplacito suo, cū nemo mundus fit à sorde? Sed & misericordia cęlū omne perlustrat, & in ange- Iob 40.
lis quoq; ne dixerim prauitatem, minorem tamen reperit charitatem. Redeunt ergo ad constitutam diem misericordia, & ueritas anxię plurimum, non inueniē tes, quod desiderabant. Tunc verò pax seorsum cōsolans eas. Vos inquit nescitis quicquam nec cogitatis. Non est, qui Ioan. 11.
faciat bonum, non est vsque ad unum. Psal. 13.
Qui consilium dedit, ferat auxilium. Intellexit rex quid pax loqueretur, & ait, Pęnitet me fecisse hominem. Tunc ergo Gen. 1.
dixit. Ecce venio. Et accersito Gabriele, Zach. 9.
vade inquit dic filiæ Sion. Ecce rex tuus venit tibi. Festinauit ille & ait. Adorna thalamum tuum, Sion, & suscipe regem. Porro venturum regem misericoria, & veritas præuenerunt, sicut scriptum est, Misericordia, & veritas præcedent faciē Psal. 88.
tuam. Iustitia thronum pręparabat, sicut scriptum est. Iustitia, & Iudicium præparatio sedis. Pax cum rege venit, sicut scriptum est. Pax erit in terra nostra cum venerit. Inde est ꝙ nato domino angelorū chorus canebat, dicens, Gloria in altissimis Deo &c. *Et tunc iustitia, & pax* Luc. 2.
osculata sunt, quæ non modicè prius videbantur distare.

Veritas de terra orta est, & iustitia, de cælo prospexit. 1455

HIc consequenter ponit Christi natiuitatem. Vbi aduertendum, ꝙ nomine terræ propriè virgo Maria designatur,

Terra dicitur Virgo Maria. *Esa.53.* gnatur, eo quià ficut terra fine maris commixtione, fructum fuum profert, fic & virgo Maria fine virili femine protulit benedictum fructũ ventris fui Iesum. Qualiter autem nomine terræ beata Maria intelligitur, vide fupra verficu.1040. Vnde de ifto ortu ex terra dicitur Afcendet ficut virgultum coram eo,& ficut radix de terra fitienti, ideft, de virgine non fœcundata femine virili. *Ioan.14.* Dicat ergo. *Veritas de terra orta eft*, illa inquam veritas, quæ nec falli, nec fallere poteft, quæ de feipfa ait. Ego fum via, veritas,& vita. *De terra orta eft*, ideft, de virgine Maria nata. Et, fi quæras caufam iftius natiuitatis refpondet. *Et iuftitia de cælo profpexit*. Et pro quia, fcilicet, quia iuftitia de cœlo profpexit fuper filios hominum, ideo veritas, de terra orta eft. Sed quæ iuftitia? Sciendum ergo quod talis ac tanta eft diuina iuftitia, quod peccatum impunitum, & fine *Satisfacit Chriftus pro peccatis noftris.* fatisfactione dimittere nõ poteft. Solus autem filius incarnatus pro noftris peccatis fatisfacere poterat, vt dictum fuit fupra verfic 431. & 663. *Iuftitia ergo de cælo profpexit*, quia volens Deus peccata hominibus dimittere, oportuit iuftitiã feruare, vt fcilicet pro peccato debita fatisfactio fieret, quæ fieri non poterat, nifi per veritatem ortã de terra. Et ideo veritas de terra orta eft, quia iuftitia de cœlo profpexit.

1456 *Etenim Dominus dabit benignitatem,& terra noftra dabit fructum fuum.*

OStendit hic, quomodo fuit poffibile, quòd veritas increata de terra nafceretur. Et dicit quòd fuit fola Dei gratiâ, nullis noftris meritis exigẽtibus, dicens. *Etenim dominus dabit benignitatem*. Secundum enim grammaticos benignus deriuatur ab igne, & bene, & dicitur benignus quafi bonus igne ignitus, *Benignitas quid eft.* vnde hæc benignitas, atis. Et eft benignitas virtus fponte ad benefaciendum expofita lenis, blanda, dulcis alloquio,& fua cunctos inuitans dulcedine. Quid eft ergo benignitas Dei, nifi fua bonitas expofita lætanter omnibus gratis benefacere? Dedit ergo dominus benignitatem, quando mera fua bonitate E abfque noftris meritis gratia vterum virginis Mariæ impleuit, non folum ad fanctificationem mentis, fed etiam ad fœcundationem ventris, quia uirtute fpiritus fancti concepit. Et ideo benignitate à Deo virgini data, *& terra noftra dedit fructum fuum illum*, fcilicet fructum, de quo Elizabet ipfi virgini dixit. Luc.1. Benedictus fructus ventris tui. Hic autem põt notari, quod benignitas Dei multa bona facit vide fupra verfic.1108.

Iuftitia ante eum ambulabit & ponet in via greffus fuos. 1457

F HIc finaliter concludit huius benedictæ natiuitatis vtilitatẽ: Vbi nota quod per iuftitiam intelligitur virtus pœnitentiæ, eo quòd per iftam iuftè peccatum punitur. Vnde hic ait glo. Iuftitia hominis eft, vt puniat fe malum, & faciat bonum. Qui enim peccata fua odit, iam incipit fimilis effe Deo, quia illa odit, quæ Deus,& fic iuftus efficitur. Fac ergo te fimilem Deo,& para ei viam per pœnitentiam, & confeffionem peccatorum. *Iuftitia dicitur pænitentia.* Vnde de pœnitentiã fub nomine iuftitiæ dicitur Eccle.18. Ante iu- G dicium para iuftitiam. Quod dicit, quia iuftitia pœnitẽtiæ folum ante iudicium habet locum. Quid eft ergo iuftitia ante eum ambulabit, nifi quod pœnitentia ibit coram illo; quia ad hoc folum venit, vt homines ad pœnitentiam induceret. Vnde & prædicationem fuam *Matth.3.* ab ifta iuftitia pœnitentiæ incœpit dicens, Pœnitentiam agite, appropinquabit enim &c. Hæc enim iuftitia pœnitentiæ coram eo ambulat, quia fimul cum eo eft orta. Efa.45. Aperiatur terra, & germinet Saluatorem, & iuftitia oriatur fimul. Alij autem nomine iufti- H tiæ intelligunt Ioannem Baptiftam, qui dicitur iuftitia, eo quod prædicauit pœnitentiam, per quam fit Deo iuftitia de offenfis, *Iuftitia dicitur Ioannes Baptifta.* Propter quod de ipfo dicebat faluator. Venit ad uos Ioannes in via pœnitentiæ iuftitiæ. Et quia non folum iuftitiam pœnitentiæ prædicauit, fed etiam tenuit in afperitate veftitus, & parcitate uictus, ut dicitur Matthæ. 3. *Matth.21.* Ioannes habebat veftimentum de pilis camelorum, & zonam pelliceam circa lumbos fuos: Efca eius erant locuftæ,& mel

mel filuestre. Sic ergo iustitia ante eum, A
ambulabit, quia Ioannes præcursor eius
fuit. Sic enim ipsi statim nato dixit pater. Tu, puer, propheta altissimi vocaberis, præibis enim ante faciem domini parare uias eius. Sequitur. *Et ponet in via gressus suos.* Si iustitia accipiatur pro pœnitentia, Christus in hac via iustitiæ posuit gressus suos, quia non solum pœnitentiam prædicauit, sed etiam operibus fecit ieiunando, famescendo, itinerando & alios labores corporales tolerando. Si autem accipiatur iustitia pro Ioanne Baptista, eandem habet sententiam, scilicet, quod in uia quam Ioannes prædicabat, scilicet pœnitentiæ Christus posuit gressus suos, quia cœpit primò facere, postea docere. Act. 1. Per hoc vult Psalmista ostendere vtilitatem natiuitatis, quia docuit nos uiam iustitiæ, per quam efficimur cœlestes. Et hæc illa via iustitiæ, per quam debemus post Christum ambulare, quam Ioannes Baptista præcursor Christi venit præparare ante faciem suam. Luc. 1. Præibis enim ante faciem domini parare vias eius. Ista est via, per quam Christus pro nobis ambulauit, dum in mortali corpore vixit. Vnde Matthæ. 14. dicitur. Venit Iesus ad eos ambulans supra mare. Per mare amaritudinem intellige laboris, & pœnitentiæ. Quid enim fuit Christi per mundum ambulatio, nisi quædam pœnarum & aduersitatũ in ipsum defluxus? Quoniam cum Iudæi hanc eius ambulationem ante tempus sibi à patre præfixum vellent terminare per mortem eius, & passionem, ipse adhuc se per aduersa ambulaturum eis prædicens. ait Luc. 13. Hodie & cras, & tertia die consummor; veruntamen oportet me hodie, & cras & sequẽti die ambulare: quasi dicat secundum Theophilum. Quid de morte mea cogitatis? ecce fiet post modicum: interim autem multa aduersa passurus sum à nobis. Per hoc autem quod dicit, hodie, & cras, & sequenti die oportet me ambulare, multos significat dies. Et ad hanc ambulationem ipse nos inuitat, dicens, Qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen uitæ.

Luc. 1.

Ambulare pœnitentia Christi.

B C D

PSAL. LXXXV.

Inclina, domine, aurem tuam, & exaudi me, quoniam inops, & pauper sum ego. 1458



HIC Psalmus hunc habet titulum. *Oratio David.* Secundũ doctores Dauid fecit istum Psalmum cũ persecutus esset à Saule, petens à Deo à dicta persecutione liberari. Et quia in isto Psalm. à Deo præcisè petit iusta, quæ Deum facere decet, ideo iste Psalmus propriè dicitur oratio. Nam secundum Damasc. Oratio est postulatio decentium à Deo. Patet ergo sensus tituli: quò ad literam. Psalmus ergo iste quò ad literam habet duas partes, quia David ostendit primo suæ orationis decentiam, secundò explicat suæ orationis formam, ibi, *Deduc me domine*, Prima pars diuiditur in partes duas: quia Dauid volens ostendere suæ orationis decentiam, ostendit quòd est decens, primò ex parte sui orantis, secundò ex parte Dei orati, ibi. *Quoniam tu domine* &c. vt Nicolaus. Quantum verò ad sensum propheticum, hic Dauid loquitur in persona Christi. Vnde iste Psalmus est oratio ipsius Christi. Hic enim Christus Dei filius, & hominis vnus Deus cum patre, vnus homo cũ hominibus patrem orat in forma serui, qui à nobis oratur vt Deus, & in forma Dei. Et nota, quòd Christus orat pro nobis, orat in nobis, oratur à nobis, orat pro nobis vt sacerdos, orat in nobis vt caput in mẽbris, oratur a nobis, vt Deus noster. Orabat autem Christus, non pro se tamen, quia in quãtum Deus omnipotens erat, nullius egens adiutorio, inquantum verò homo verè, ac perfectissimè beatus & quietatus erat. Sed orabat pro nobis. s. vt sua oratione nos protegeret, & nos orare doceret. Sicut ipse fleuit Lazarum mortuum, non pro sua necessitate, sed vt doceret habere charitatẽ. Vnde Aug. super illo verbo Ioan. 17. Subleuatis Iesus in cęlũ oculis &c. d. Poterat autem dominus Iesus in forma serui (si hoc opus esset) orare silentio, sed ita se patri exhibere voluit precatorẽ vt meminisset se nostrum esse doctorem. Pro-

Orat Christus.

Proinde non solum ad ipsos sermocinatio, sed etiam pro ipsis ad patrē oratio discipulorum est ædificatio profectò & nostrum, qui fueramus conscripta lecturi &c. Est ergo sensus tituli talis. *Oratio Dauid*, i. oratio ista attribuitur ipsi Dauid. i. ipsi Christo qui per Dauid figuratur, intentio totius Psal. est nos ad orandum inducere. diuiditur aūt Psal. iste in duas partes, quia Christus patrem orat, primò pro nostra protectione, secundò pro sua resurrectione ibi. *Deus iniqui insurrexerunt*. Prima diuiditur in partes tres, quia Christus orando, primò ostēdit orandi necessitatē, secundò Dei ostēdit pietatē, ibi. *Quoniā tu domine*, tertiò explicat suā voluntatem, ibi. *Deduc me*. Quantum ad primum notandum q̃ quilibet orans tria debet habere ſm quæ ista pars diuiditur in tres, quæ Christus in persona suorū loquens se ostendit habere, primò humilitatē, secundò puritatem, ibi, *Custodi animam*, tertiò spē, & fidelitatem, ibi, *Miserere mei*. Quātum ad primum ostendit Christus orandi necessitatem & humilitatem, d. *Inclina domine aurem tuam*. Sicut enim corporaliter inclinare aurē alicui indicat illū cui inclinat bassum esse, & paruum respectu sui, sic & spūaliter inclinare aurē alteri indicat illum esse humilem. Vnde gl. *Inclina domine aurem tuam*. s. mihi infimo & humili, quia non superbo appropinquat Deus. Quid est autē auris Dei nisi eius clementia? Qñ. n. diuina pietas nostras orōnes exaudit tūc nobis aures inclinare dr̄ Ps. 16. Inclina aurem tuam mihi & exaudi verba mea. Et nota q̃ quicunq; vult domini sibi aures inclinare, & ipse debet aures suas diuinis præceptis aperire, qm̄ ut dicitur Prouer. 28. Qui declinat aures suas ne audiat legē, oratio eius erit execrabilis. Sed multi sunt qui ad modum aspidis obturant aures suas, ne Dei præcepta audiant. De quibus ait Gualfredus sup illo verbo Apoc. 2. qui habet aures audiendi audiat quid spiritus dicat &c. d. Infœlix nimiū aspis surda aurem inferiorem terræ imprimens, vt auscultet quid appetat caro, quid sug gerat mundus superiorē vero aurē obturans cauda, ne quid velit, quidve præcipiat spiritus, audiat, diffidens à superno iudice bonis vel malis remunerationem promissam. Si aūt vis tu audiri à Deo & tu Deum audi vt dicere possis, illud Esa. 50. Dn̄s Deus aperuit mihi autem, ego aūt nō cōtradico retrorsum nō abij, &c. Sequitur, *Quoniam inops & pauper sum ego*. Hic. n. ostendit suam necessitatem. Differentia est inter inopem, & pauperem ſm enim grammaticos ops, is, idem est, quod diues & opulentus & componitur cū in, quod est sine, & dicitur inops, i. sine diuitijs, & terrenis facultatibus. Vñ inops dicitur propriè qui nihil habet, qui nec sibi sufficere pōt, nec alijs elargiri. Pauper autē dicitur, qui licet alijs nihil elargiri possit, tamen sibi sufficit. Dicit ergo Christus in persona suorum electorum se pauperem & inopem. Per pauperem ergo intelligit Iudæos, qui licet legem, & prophetas haberent, quibus ad cultum vnius veri Dei ducebantur q̃ eis sufficiēs erat, hoc tamē elargiri alijs habebant, quia secundum legem alias gentes abominabantur, nec alijs nationibus conuersabantur, per inopem verò intelligit gentiles qui nec legem, nec prophetas habebant, & ita nec sibi nec alijs sufficiebant. Et pro istis orat Christus, quia & in Iudæis & in gentibus habebat aliquos electos ad fidem conuertendos. Vnde nunc surgit ad orandum pro ipsis. Psalm. 11. Propter miseriam inopum & gemitum pauperum, nec exurgam, dicit dominus.

Aures obedientia. | Pauper inops.

Custodi animam meam, quoniam sanctus sum, saluum fac seruum tuum Deus meus, sperantem in te. 1459

HIc Christus suam suorumq; indicat puritatem, d. *Custodi animam meam quoniam sanctus sum*. Vbi aduertēdum q̃ aliter Christus sanctus est ſm caput, aliter secundum corpus, quod est ecclesia. Nam secundum caput Christus est sanctus sanctificans, secundum verò corpus est sanctus sanctificatus, quia eius fideles sancti sunt in baptismo, scilicet sanctificati ab eo, quibus ipse ait. Estote sancti, quoniam ego sanctus sum. Totus itaque Christus sanctus est, & vous sanctus, sed aliter secundum caput, aliter secundum membra. Vnde nota quòd secundum omnem modum sanctitatis Christus verè dicitur sanctus. Leuit. 19. & 20.

Sanctus

Sanctus quis dicitur multipliciter. Sãctus enim quis dicitur multis modis. Sanctus enim quinque dicitur à puritatis innocentia. A diuinæ legis sapientia. A martyriò sanguinis & patientia. A gratum faciente gratia. Primò sanctus *Sanctus dicitur Christus.* dicitur à puritate & innocentia. Sanctus enim dicitur quasi fine terra, quia scilicet fine terrenis cogitationibus & peccatis. Et sic sanctus idem est quòd mũdus & innocens & purus. Et sic accipit scriptura Eze.44. Docebunt inquit quid sit
1.Pet.2, inter sanctum & pollutum. Et sic sanctus dicitur quicunque est fine peccato, vt ritè baptizatus, ritè pœnitens. Cum igitur Christus præ omnibus alijs fuerit innocens, & fine peccato, quia non fecit peccatum nec inuentus est dolus in ore eius, ideo ipse per excellentiam sanctus dicitur Psal.4. Mirificauit dominus sanctum suum. Secundò modo dicitur sanctus à diuinæ legis sapientia. Nam secũdum grammaticos sanctus dicitur à sancio, is, quòd idem est quòd statuere, præcipere, ordinare. Et quia lex diuina statuit præcipit & ordinat, ideo ipsa sanctio sancta uocatur, quinimò etiam & lex imperatoris, sanctio sancta dicitur. ff. de le-
ff. de legibus lex est. gibus, lex est. Si igitur sanctus dicitur à sanctio, & sanctio est lex diuina, sequitur quòd sanctus dicitur à lege diuina. Et sic sanctus dicitur qui in lege diuina est do
Eccl.26. ctus & eruditus. Vnde doctor super quẽ splendet lex diuina, sanctus dicitur. Vnde de lege diuina dicitur, quòd est lucerna splendens super candelabrum sanctũ. Sed isto modo quis sanctior Christo, qui non solum in lege domini doctus, sed ipse etiam omnia sapit quæ Deus? lib.3. d.13. Quinimò ipse lator fuit nouæ legis, cui similis nullus fuit. Iob 36. Nullus ei similis in legislatorib. In isto enim sancto locutus est dominus, quia omnia ei reuelauit. Psal.36. Deus locutus est in sancto suo. Tertiò dicitur sanctus a martyrio sanguinis. Vnde sanctus quasi sanguine tinctus. Hoc ideo, quia secundum veteres patres nihil sanctum dicebatur, nisi quòd sanguine hostiæ esset consecratum vel respersum. Vnde illi qui volebant purificari, sanguine hostię aspergebantur, vnde postea sancti dicebantur, quasi sanguine tincti. Sed isto modo, quis sanctior Christo, qui uoluntariè pro nobis proprio sanguine fuit tinctus, vt nos mundaret a crimine? Ideo de ipso dicitur. Non est sanctus, vt est domi- *Apocr.*
nus. Quartò dicitur sanctus a diuina *1.Reg.2.*
gratia gratum faciente. Sapien.4. Gratia Dei in sanctos eius, & respectus in electos illius, Et isto modo ille sanctior est, qui maiorem Dei gratiam habet. Sed quis sit sanctior Christo, cui non est datus spiritus ad mensuram, de cuius plenitudine accipimus gratiam pro gratia à
Vnde & sanctus antequam conceptus *Ioan.1.*
ab angelo fuit vocatus. Quod enim na- *Luc.1.*
scetur ex te sanctum &c. Quibus consideratis, de Christo dicit Apostolus, Talis decebat vt nobis esset pontifex, sanctus, innocens, &c. Fideles verò eius ab *Heb.7.*
ipso electi & prædestinati, sancti dicuntur per imitationem & participationem sanctitatis modis prędictis, quis vno modo, & quis alio, ad Ephes.1. Elegit nos vt essemus sancti & immaculati in conspectu eius. Dicat ergo Christus pro se & suis patri. *Custodi animam meam quoniã sanctus sum, saluum fac seruum tuum.* Vo- *Philip.2.*
cat se Christus seruum, quia humiliauit semetipsum formã serui accipiens. *Deus meus sperantem in te.* Sed qualiter spes fuit in Christo, cum esset beatus? vide supra vers.298.436.

Miserere mei domine, quoniam ad te clamaui tota die, lætifica animam serui tui, quoniam ad te domine animam meam leuaui. 146

HIc consequenter ostendit Christus se habere orando cõstantem perseuerantiam. Oratio enim debet esse *Orationis perseuerant.*
perseuerans & continua, sicut ostendit Christus parabolicè dicens de illo qui ab amico tres panes postulabat, dicens. *Luc.11.*
Si perseuerauerit ille pulsans, dabit illi, quotquot habebit necessarios. Et ideo docet Apostolus omnes perseuerantiã, dicens. Sine intermissione orate. Sic & *1.Thess.5.*
Christus orationem suam ostendit habere perseuerantiam, dicens. *Ad te clamaui tota die*, perseuerantia enim in omni bono est necessaria, quia ut ait Bern. *Bernard.*
super dicta verba Christi. Luc.11. Sola perseuerantia præbet gloriam & coronam uirtutibus. Prorsus absque perseuerantia neque qui pugnat victoriam, nec palmam victor consequitur. Tolle per-

perseuerantiam, nec obsequium mercedem habet, nec beneficium gratiam, neque laudem fortitudo. Denique nō qui inceperit, sed qui perseuerauerit vsque in finem hic saluus erit. Hanc perseuerantiam in sua oratione Christus ostendit, dicens. *Miserere mei domine quoniam ad te clamaui tota die*, idest, quotidie. Sed dicens. Quomodo oratio debet esse continua, cum Christus dicat. Orantes nolite multum loqui. Ad hoc ibidem respōdet Chrysostomus, dicens. Dissuadet hic inanem locutionem in orando, puta cū non petimus decentia à Deo, vt potentatus & glorias, & inimicos superare, & superabundantiam præmiorum. Iubet ergo hic non longas orationes facere, lōgas autem dico, non tempore, sed multitudine eorum quæ petuntur, perseuerare quippe oportet quæ sunt utilia poscētes in oratione quibus ait Apostolus orationi instantes. Non tamen iubet decem millium versuum orationem componere, eosque sic enunciare. Ad hoc etiam clarius respondet glos. super illo verbo, 1. Thessa. 5. Sine intermissione orare dicens. Sine intermissione orare, idest semper iustè viuere, & æterna desiderare. Iustus enim nunquam desinit orare, nisi desinat iustus esse, semper orat qui semper benè agit. Ipsum enim desiderium bonū oratio est. Et si continuum est desideriū, continua est oratio. Hoc habere se Christus ostendit dum dicit. *Quoniam ad te clamaui tota die*. Vel aliter tota dies intelligitur dies naturalis integra quæ diem & noctem includit, per diem autem intellige prosperitatem, per noctem autē aduersitatem. Quid est ergo tota die clamare, nisi tempore vtroque scilicet aduersitatis, & prosperitatis Deum orare & clamare, non voce sed corde. Sequitur, *Lætifica animam serui tui*, &c. Anima enim Christi in passione fuit tristis. Mat thę. 26. Tristis est anima mea vsque ad mortem. *Quoniam ad te domine animam meam leuaui*. Sed quid est animam ad Deum leuare? Respondet hic gl. dicens. Ascendis amando Deum, descendis negligēdo. Si negligis stas in terra si diligis Deum, stas in cœlo. Non enim sic leuatur corpus quomodo cor. Corpus leuatur mutatione loci, cor leuatur mutatione uoluntatis.

Math. 6. Orare semper quid est Hom. 19.

Glossa.

Leuare animam. Glossa.

E *Quoniam tu, domine, suauis, & mitis es, & multa misericordiæ tua omnibus inuocantibus te.* 1461

HIc consequenter vt nos ad orandū inducat, ostendit Dei pietatem. Et duo facit, quia circa nostras orationes ostendit, primò Dei clementiam ad audiendum, secundò Dei potētiam ad perficiendum, ibi. *Non est similis tui*. Ostendit Deum clemētem circa orationes nostras in tribus, primò quia ipsas audit humiliter secundò quia ipsas percipit cordialiter, ibi. *Auribus*, tertiò quia ipsas præuenit paternaliter, ibi. *in die*. Quan- F tum ad primum sciendum, quod aliud est mitis, aliud suauis. Quis enim potest esse mitis, & non suauis? Nam secundum grammaticos, suauis dicitur & sueo, es, & est idem quod dulcis, & mollis, eo q̄ assueta solent esse nō aspera, sed mollia, vel mitia. Et sic suauitas magis stat in effectu, sed mititas magis stat in affectu, quia mitis est qui æquanimiter aduersa tolerat. Et sic quis potest esse exterius alteri suauis, sed in seipso mitis non erit. Deus autem dicitur mitis, quia nulla iniuria in seipso agitatur. Dicitur & sua- G uis, quia omnibus ad se accedētibus dulcem & benignum se præbet, Vnde Psal. 33. Gustate, & videte quoniam suauis est dominus. Et aduerte, quòd mititas idem est, quod mansuetudo. Mansuetudo autem est virtus medians inter defectum, & superabundantiam iræ qua quis alterius uindictā quærit. Aliqui enim sunt qui in petendo vindictam iniuriarum, superabundant ut iracundi, qui vehementer omnis iniuriæ uindictam desiderāt. Quidam autem sunt inirascibiles, omnē iniuriam dissimulantes, quorum vtrunque vitiosum est, quia est contra ordinē H rationis. Inter ista duo extrema vitiosa oportet dare aliquam virtutem mediam reprimentem superabundantiam, & moderantem defectum, sicut inter audaciam, & timorem fortitudo tenet medium, & inter auaritiam, & prodigalitatem datur liberalitas. Tale autem medium est mansuetudo, siue mititas, quæ est medium inter iram, per quam cupimus omnem uindictam, & inirascibilitatem per quam nullum volumus puniri. Ille ergo propriè mitis est, qui non super-

Mitis. Suauis.

perabundant de omnibus cupiens vindictam, nec deficit quin loco & tempore (prout ratio dictat) mala velit puniri. Oia ista sententialiter habentur 4. Eth. Ad propositum ergo Deus dicitur mansuetus, & mitis, quia & peccata non punit ad condignum, nec etiã peccata impunita dimittit. Suauis autem, quia omnibus ad se reuertentibus dulcedinem suæ misericordiæ præstat. Vnde & Psalmista ostendens ꝙ in uindicando tenet medium, non habens suprabundantiam neque defectum, dicit. Memoriam abundantiæ suauitatis tuæ eructabunt. Et sic excludit superabundantiam. Et iustitia tua exultabunt. Et sic excludit defectũ. Sed quia uirtus mitiiatis magis accedit ad non uindicandum, quam ad vindicandum & magis accedit ad misericordiam quam ad iustitiã, ideo subdit. *Et multa misericordia omnibus inuocantibus te.* Qũo aũt multa misericordia cadit in Deo, vide sup. vers. 55. & 103. & 484. & 782.

Psal. 144.

1462 ***Auribus percipe, domine, orationem meam, & intende uoci deprecationis meæ.***

HIc ostendit, quod orationes nostras Deus percepit cordialiter: vbi aduertendum, ꝙ capio, pis, componitur cum per, & fit percipio, pis, ꝙ idem est, quod perfectè capere, & intelligere, vt dictum fuit supra vers. 788. Per aures autem intelligit perfectam cordis intelligentiam. Et sic auribus percipere, nihil aliud est, quam in corde perfectè aliquid capere profundè. Et sic Deus orationẽ nostram auribus percipit, quando ipsam recipiens perficit, & exaudit. Dicat ergo Christus patri. *Auribus percipe domine, orationem meam*, i. percipies. Quod ideo in persona Christi dicit Psal. quia præuidit quod omnis Christi oratio esset exaudita. Propter quod & Christus orans, ait pater ego sciebam quia semper me audis. Qualiter autem oĩs Christi oratio fuerit exaudita, & qualiter nõ, vide supra vers. 190. & 292. Sequitur. *Intende uoci deprecationis meæ.* Vbi aduerte ꝙ intendere quandoque idem est, quod augere, quandoque idem, quòd considerare, & dirigere. Et sic Deum nobis intẽdere idem est, quod Deum nobis considerando dirigere, vide supra versic. 876. Quomodo autem oratio differt à deprecatione, vide sup. vers. 62. & 185. & 648. Aduerte etiam quòd omnis Christi oratio fuit exaudita, & aliter quam orationes iustorum, quia omnis Christi oratio fuit exaudita quantum ad uotum, & utilitatem, orationes autem iustorum licet exaudiantur quo ad utilitatem non tamen omnes quo ad votum, vide supra versic. 406.

Percipere auribus.

Ioan. 11.

Intendere.

In die tribulationis meæ clamaui ad te, quia exaudisti me. 1463

HIc ostendit ꝙ Deus præuenit orationes nostras. Deus enim orationes iustorum ante exaudit, quàm fiant, quia ab æterno illas exaudiuit, qui præuidit illas exaudiẽdas. Et quia sunt exaudiendæ ideo illis inspirat affectum orandi. Et hoc est quod hic ait Christus. *Ego clamaui ad te.* Et quare, subdit causam. *Quia tu exaudisti me.* Sancti ergo exaudiuntur antequam orent, & hæc est gratia præueniens. Exaudiuntur etiam, post quã orauerint, & hæc gratia subsequens. De hoc vide supra ver. 190. Sed quid hic est dies tribulationis? Ad hoc dicit glos. quòd dies tribulationis est totum tempus vitæ præsentis, in qua circundamur tribulationibus, sed dies lætitiæ erit in vita beata, de quo ps. 88. Melior est dies vna in atrijs tuis super millia. Et in toto isto die tribulationis Christus orat ad patrem vel in suis. Vel dies tribulationis Christi intelligitur tempus suæ passionis, in quo singulariter ad patrem orauit multipliciter, vide supra versiculo 268. & 292.

Oratio præuenitur à Deo.

Dies tribulationis.

Non est similis tui in dijs, domine, & non est secundum opera tua. 1464

OStendit hic circa orationes nostras Dei potentiã, quia nõ tm̃ est pius ad exaudiendum, sed etiam potens ad perficiendum. Et primò ostendit diuinã potentiam, secundò effectũ diuinæ potẽtiæ, ibi. *Omnes gentes.* Quantum ad primum sciendum, ꝙ quãuis Deus accipiatur multipliciter, & sic plures sint dij, vt dictum est supra vers. 774. & 809. tamen quocunq; modo Deus accipiatur, nõ est qui

qui similis sit Deo vero in essentia, quia æternus, in operatione, quia omnipotés, Vnde ista possunt esse verba Christi ad patrem, vel ecclesiæ ad Christū, & vtroque modo sunt vera, vide supra ver. 832.

Quæstio. Similis Deo qualiter quis dicitur & qualiter non.

Sed hic est dubium, quō nullus Deus sit similis Deo. Cum enim sancti dij dicantur, & omnes sancti sint Deo similes dicente Apostolo. 1. Ioan. 3. quòd cum apparuerit, similes ei erimus. Quomodo ergo nunc dicit Christus patri uel ecclesia Christo, *Non est similis tui in dijs, domine?*

Gregor. 18. mor. c. 31.

Istam quæstionem tractat Greg. super illo verbo Iob 28. Non adæquabitur ei aurum, dicens. Ad hoc enim sancti omnes ad illa æterna gaudia perueniunt, vt Deo similes esse possint, sicut

1. Ioan. 3.

scriptum est. Cum apparuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus eum, sicuti est. Cum tamen Psalmista dicat, *Non est similis tui in dijs, domine.* Vnde ergo ei similes erimus, vnde non similes, nisi quia huic sapientiæ, & similes erunt ad imaginē, & tñ non erunt similes ad æqualitatem? Aspiciendo quippe æternitatē Dei, fit eis vt æterni hi sint, vt dum uisionis eius donum percipiunt, ex beatitudinis perfectione imitantur, q̃ vident. Et similes ergo sunt, qui beati fiunt, & tñ creatori similes non sunt, quia creatura

Similis nullus est Christo.

sunt. Et habent itaque quandam Dei similitudinem, quia nō habent finē, & tñ incircunscripti spiritus æqualitatem nō habent, quia circunscripti sunt. Sancti ergo quanta libet claritate, & perspicuitate fulgeant, Deo similes non sunt. Quia aliud est homines in Deo esse sapientes, atq; aliud hominem esse sapiētiam Dei.

Gregor. 11. mor. c. 10.

Et hinc est (vt ait Greg.) q̃ sancti viri licet se iustos possint dicere, non tñ se Deo similes dicere possunt, quia ipse solus essentialiter æternus, bonus & omnipotens est. Psalm. 96. Tu solus altissimus super omnem terram. Vnde 2. Paral. 6. dicitur. Domine Deus Israel, non est similis tui Deus in cœlo, & in terra.

1465 *Omnes gentes, quascunque fecisti, venient, & adorabunt coram te, domine, & glorificabūt nomen tuum.*

OStendit hic effectum diuinæ potétiæ. Et hoc in duobus, primò in permutatione cordium, secundò in operatione

E ratione mirabilium, ibi. *Quoniam magnus.* Quantum ad primum sciendum, quòd sicut nihil tantum est in potestate hominis, sicut uoluntas, idest, actus uolūtatis, quia uoluntas nostra est essentialiter libera, & cogi ad actum suum non potest, sic signum infinitæ potestatis voluntatem hominis ad libitum subito mutare potest de vno ad oppositum eius. Et talis est diuina potestas, quę quādo vult, subitò voluntatem immutat, de persecutore facit defensorem, de blasphematore prædicatorem, & de inimico facit amicum, vt patuit in Paulo, dum actualiter

Potestas Dei.

F esset in Christi persecutione, cuius uolūtatem subitò Deus mutauit. Et hoc non solum per seipsum Deus facit, sed etiam per suos fideles. Nonne per apostolos suos totum mundum permutauit, vt relictis idolis, Deum verum colerent, & in quàm breui spacio temporis? Et hoc prę uidens Psalmista, hic Deo dicit. *Omnes gentes, quascunque fecisti, venient,* scilicet per fidem passibus mentis. *Et adorabunt coram te, domine.* Vnde hic ait glo. *Omnes gentes, quascunque fecisti, venient,* idest, omnes mutabuntur à suo cultu ad tuū. Et dicit omnes gentes, quas fecisti, quasi

Gentiū conuersio.

G dicat. Si est gens, quam non fecit Deus, illa non adorabit. Sed quia nulla est, quā non fecerit Deus, quia fontem omnium gentium, scilicet Adam, & Euam fecit, vnde propagatæ sunt omnes gentes, sequitur ergo quòd omnes conuertentur ad fidem. Et per hæc uerba annunciat Psalmista ecclesiā vbiq; diffusam, quod modo impletum est. Et aduerte q̃ hic signum vniuersale accipitur pro generibus singulorum, non pro singulis generum. Quid autem sit adoratio, vide supra versic. 340. Sequitur. *Et glorificabunt nomen tuum.* Sed cum glorificare sit idē,

H quòd gloriosum facere: quomodo creatura potest glorificare Deum, quem nō potest facere gloriosum? Sed aliquando accipitur facere pro manifestare, *Et glorificabunt nomen tuum,* idest, prædicabunt nomen tuum. i. quia nominabilis es. Sic enim hodie gentes conuersæ nomen domini glorificant, & ostēdunt gloriosum, dum pro ipso dignum ducunt omne genus tormentorum & mortem subire. Vnde & martyribus, ait Apostolus, Glorificate, & portate Deū in corpore vestro.

1. Cor. 6.

Quo-

1466 *Quoniam magnus es tu, & faciens mirabilia. tu es Deus solus.*

HIc ostendit diuinam potentiam in mirabilium operatione. Tot enim & talia mirabilia operatur Deus, quot à nobis scrutari non possunt, vt ostẽsum est supra versic. 1182. Vnde illa plus stupendo, & tacendo laudamus quam loquendo, vt ostendit Gregorius, dicens; Diuinæ fortitudinis facta tunc verius explicamus, cum nos illa explicare nõ posse cognoscimus, tunc facũdius loquitur, cum ab his obstupescẽdo reticemus. Ad narranda quippe mirabilia Dei deficit intellectus noster, quam sufficiẽter exerceat linguam suam, vt quæ comprehendere idoneè non valet, hæc idoneè mutus laudet. Vnde bene per Psalmistam dicitur: Laudate eum in uirtutibus eius. Laudat qui se succũbere in laudis eius expletione considerat. Vnde merito Iob dicit, Qui facit magna mirabilia, & inscrutabilia, & quorum non est numerus. Magna videlicet uirtute, inscrutabilia ratione, innumerabilia multiplicitate. Si autem ad Christum ista uerba referantur, tunc est sensus quòd Christus in sua incarnatione operatus est mirabilia, implendo figuras de ipso in scriptura permissas. De quibus vide supra versi. 1268. Nota ergo quòd Deus faciẽs mirabilia, mirabilis nobis redditur propter multa; vide versic. 82.

Greg. 9. moral. c. 20.

Psal. 150.

Iob 5.

1467 *Deduc me domine in uia tua, & ingrediar in ueritate tua; lætetur cor meum ut timeat nomen tuum.*

HIc Psalmista explicat suam uoluntatem, scilicet quid uelit orando petere. Et duo facit, quia primò explicat suam orationem, secundò surgit ad gratiarum actionem, ibi. *Confitebor.* Quãtum ad primum sciendum, quòd Psalmista hic orando petit vt gentes ad Christi fidem conuersæ (de quibus statim ait; Omnes gentes quascunque fecisti, &c.) per ipsum Christum deducantur ne cadãt à fide. Vnde in persona totius ecclesiæ, dicit. *Deduc me domine*, &c. Notandum quòd aliud est duci ad viam, aliud deduci in via. Ducitur ad viam qui errat extra uiam, sed deducitur in via, qui iam

A existens in via adiuuatur ne cadat, vel ne erret à via. Psalmista ergo loquens in persona gentium, iam conuersarum, non petit illas duci ad viam, quia iam sunt in via, sed deduci in via, quæ scilicet via Christus est. Ioan. 14. Ego sum via, veritas, & vita, scilicet ne errent vel cadant in via, petit deduci per Christum. Et nota, quòd Christus nos ducit ad viam, & nos deducit in uia. Primò nos ducit ad viam, quia errantes ducit ad fidem. De hoc vide supra versi. 1380. Ideo quilibet errans ad ipsum vt ducatur ad viam accedere debet, dicens illud Psal. Erraui sicut ouis quę periit, quære seruũ tuũ &c.

Christus nos ducit

B Dicit Albertus. 8. de animalibus, quòd formica cæcata vadit errando, & sic errãdo si aliquam aliam apprehẽderit, tenet eam strictè, vt per eam ad cauernam suã ducatur, nec facilè permittit eam à se separari. Huius exemplum debemus imitari. Propter quod nobis dicitur. Vade ò piger ad formicam, & considera vias eius &c. Quilibet enim in peccato existens est excæcatus Sap. secundò. Excæcauit eos malitia eorum. Et ideo per seipsum vadit errando. Primum ergo occurrentem sibi de genere suo comprehẽ-

Albertus. Formica.

Prou. 6.

C dere debet, qui ipsum reducere possit ad locum suum. Christus autem est primus qui sic erranti occurrit, & porrigit manum. Prouerbio. octauo. Qui mane vigilauerit ad me, inueniet me. Sic ergo ipsum apprehendere debemus per orationem deuotam, nec ipsum dimittere donec nos ducat ad viam rectam. Iustum deduxit dominus per vias rectas. Secundò Christus nos deducit in via. Et de hoc nota satis supra vers. 973.

Sap. 10.

Confitebor tibi, domine Deus meus in toto corde meo: & glorificabo nomen tuum in æternum. 1468

D

HIc surgit ad gratiarum actionem, & consequenter harum gratiarũ reddit rationem, ibi. *Quia misericordia.* Quantum ad primum ecclesia de gentibus congregata recognoscens gratiam à Deo factam, quia non suis meritis, sed mera gratia de idololatria ad ueram fidem est uocata, ad gratiarum actionem consurgit, dicens. *Confitebor tibi*, &c. Cõfiteri enim alicui idem est quòd illum laudare

laudare & magnificare, siue illi gratias agere. Sic enim Deo gratias agendo ei confitemur. Sic enim loquitur Psal. Cōfitemini domino, quoniam bonus, quoniam in sæculum misericordia eius. Et sic omnis creatura suo modo confitetur Domino, quia seruans ordinem & dispositionem sibi à Deo inditā, laudat Deū, excepto malo homine. Sic enim cœlum seruans cursum suum, Domino confitetur. psal. 88. Confitebuntur cœli mirabilia tua, sic & terra, sic & omnis creaturā psal. 144. Confiteantur tibi domine omnia opera tua. Sed homines mali non cōfitentur in toto corde, sed solum in parte, quia tempore prosperitatis Deū laudant. Psal. 48. Confitebitur tibi cum benefeceris ei, & in tempore aduersitatis blasphemant. Et contra hos dicit ecclesia Deo. *Confitebor tibi in toto corde meo.* Quid enim est toto corde confiteri, nisi ex omni parte cordis gratias agere, id est, ex parte aduersitatis & prosperitatis? Vel confiteri toto corde, est totam spem suam in Deo ponere. Confitentur in parte cordis qui non solum in Deo, sed etiam in temporalibus sperant. Toto corde confitetur qui solum Deum propter se diligit, & alia propter Deum. Et

Balduin. hoc ostendens Balduinus super illo verbo Deut. 6. Diliges dominum Deum tuū ex toto corde tuo, dicit. Nota quòd amor mundi totum cor nostrum occupat, & omnes cellulas eius implet. De toto corde ergo eijciendus est amor mundi, vt & princeps mundi huius foras eijciatur, & ingrediatur amor Dei totum cor sibi vendicans, vt totum cor sibi confiteatur. Sed quomodo toto corde domino possumus confiteri, cum cor nostrum nondum totum sit nostrum, sed alieni diripiant illud dicente Psal. Multiplicatæ sunt iniquitates meæ super caput meum & cor meum dereliquit me. Verum si non quantum tenemur confiteri possumus Deo, saltem quantum cor de possumus cōfiteamur, nec imitemur iniquum debitorem, qui si non sufficit totum soluere quod debet, detrahit soluere quod habet, quasi par culpa sit nihil soluere, & non totum soluere. Et hic nota quòd multa iubemur toto corde facere. Primò toto corde Deum diligere. Deut. 6. Diliges dominum Deum

E tuum ex toto corde tuo. Secundò toto corde Deum credere. Act. 8. Si ex toto corde credis, licet. Tertiò toto corde Deum sperare. Prou. 3. Habe fiduciam in domino ex toto corde, & ne innitaris prudentiæ tuæ. Quartò ex toto corde pœnitere, Ioel 2. Cōuertimini ad me in toto corde vestro, &c. Quintò toto corde ipsum orare, Psal. 118. Clamaui in toto corde, exaudi me domine. Sextò ex toto corde ipsum laudare, & sibi gratias agere, Psal. 9. Confitebor tibi domine in toto corde meo, narrabo omnia mirabilia tua. Et isto modo nunc loqui-

F tur Psalm. d. *Confitebor tibi domine Deus meus in toto corde meo, & glorificabo nomē tuum in æternum.*

Quia misericordia tua magna est super me, & eruisti animam meam ex inferno inferiori. 1469

Hic ostendit causam gratiarū actionis, scilicet, beneficia à Deo recepta. Nota quòd misericordia Dei secundū effectum idem est quòd gratia Dei. Illa ergo dicitur magna misericordia in nobis, quæ magna est gratia. Sed inter omnes gratias à Deo homini factas illa est magna imo maxima, qua Deus incarnatus hominem assumpsit Deum faciēs hominem & hominem Deum, vt ait Magist. lib. 3. dist. 12. Et sic hic Psalmista appellat magnam misericordiam, Christi incarnationem per quam a peccato liberati de inferno sumus erepti. d. *Misericordia tua magna est, super me*, idest, super naturam meam, quā assumpsisti hypostaticè. Vnde & hanc magnam misericordiam Christi incarnationis postulabat Psalmista, dicēs. Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuā.

Misericordia magna est incarnatio Dei.

Psal. 50.

H Hęc enim magna fuit misericordia, quia per illam nos eripuit ex inferno inferiori. Quis autem sit infernus superior, & quis inferior, imaginatur Aug. super istū passum, quòd habitatio uitæ præsentis, vbi est mutabilitas, mortalitas & pœna respectu uitæ cœlestis, est quidam infernus, sed superior respectu inferioris, quia ab hac terrena habitatione itur in infernum inferius, vnde Deus eruit animas misso filio. Etenim propter ista duo inferna missus est Dei filius, ad istum nascen-

Infernus inferior & superior.

naſcendo, ad illum moriendo. Ex illo au tem inferno inferiori animas ſanctorũ patrum eripuit, quas poſtea aſcendẽdo ſurſum ſecũ adduxit ad cœlum. Et quia hoc totum fuit ex magna miſericordia incarnationis, ideo nunc in perſona ſanctorum patrum loquitur pſalm. dicens. *Quia miſericordia tua magna eſt ſuper me, eruiſti animam, &c.* Alij autem imaginãtur, ꝙ in inferno ſint diſtinctę mãſiones ſuppliciorũ, ſicut in paradiſo ſunt diſtinctæ manſiones præmiorum. Vnde & diues ille, qui cruciabatur in inferno, leuauit oculos ſuos ad Abraham, qui cum alijs iuſtis erat in inferno, ſed quaſi in ora, & in ſuperiori parte inferni, vbi viſus eſt à diuite, qui erat in inferni parte inferiori, ad quam deſcendunt damnati, qui plurimum peccauerunt. Sed ab iſto inferno inferiori nullus, qui ibi deſcẽderit, liberatur. Sed ideo aliqui liberari ab illo dicuntur, qui à Deo præſeruantur, ne eo deſcendant. Sicut quis dicitur aliũ à morte liberare, non quia mortuum ſuſcitet, ſed quia ipſum præſeruat ne mortem incurrat. Alij autem aſſerunt vnum ſolum locum eſſe inferni, purgatorij, & limbi, qui diuerſa nomina habet, nõ propter diuerſa loca, ſed propter diuerſas pœnas ibi inflictas. Vnde uocatur infernus damnatis perpetuò, purgatorium illis qui ibidem purgantur pœnis ad tempus, limbus illis, qui ſine viſione Dei & pœna ſenſus detinentur. De hoc vide ſatis ſuperius verſ. 108. Et ſecundum iſtam viam quis de inferno inferiori qui eſt damnatorum liberatur quando præſeruatur, ne ibidem deſcendat iuxta modũ ſecũdæ opinionis. Et iſtam vltimam opinionem reputo ueriorem.

1470 *Deus iniqui inſurrexerunt ſuper me, et ſynagoga potentium quęſierunt animam meam, & non propoſuerunt te in conſpectu ſuo.*

Hic conſequẽter Chriſtus orat pro ſua reſurrectione. Et quia reſurrectionem præcedit mors & paſſio, ideo primò oſtendit ſuam paſſionem, ſecundò petit reſurrectionem, ibi. *Reſpice me.* Prima in duas, quia primò oſtendit ſuã paſſionem, ſecundò paſſionis oſtendit rationem, ibi. *Et tu domine.* Quantum ad

Teſtes iniqui contra Chriſtum.

A primum agens de paſſione ſua oſtendit ꝑ quos ſit facta, ſcilicet per Iudęos, qui ipſam tractauerunt. Et iſti fuerunt in duplici differentia. Quidam fuerunt potẽtes, & principales alios inducentes, ſicut principes ſacerdotum & ſcribæ. Alij aũt minus principales, ſed corrupti ꝑ ſuperiores, ſicut fuerunt falſi accuſatores & teſtes. Ab iſtis ergo incipit Chriſtus, d. *Deus, iniqui inſurrexerunt ſuper me,* ſ. teſtes & accuſatores iniqui, de quibus ſuperius dixit, inſurrexerunt in me teſtes iniqui, & mentita eſt iniquitas ſibi. Vbi nota ꝙ iniquus plus dicit, quàm peccaB tor, ſicut iniquitas plus quàm peccatũ, ideſt, apertius malitiam importat. Nam peccatum genus eſt ad omne vitium, & ſtat pro paruo uitio ſiue pro magno, ſed iniquitas ſolum de graui vitio dicitur. Sic & peccator eſt omnis malus, ſed iniquus dr̃ ſolũ peccatis grauiorib. irretitus, vt oſtendit Greg. d. Ipſo loquẽdi vſu plus eſt iniquitas quàm peccatũ. Vnde omnis homo libere ſe peccatorem fatetur, iniquum verò nunquam nõ dici erubeſcit. Sic ergo notans horum falſorum teſtium grauitatem, ipſos vocat iniquos, dicens. *Deus iniqui inſurrexerunt ſuper* C *me,* ſcilicet falsè me accuſantes, de quib. iniquis dicit Chriſtus. Verbum iniquum conſtituerunt aduerſum me. Prouer. 19. Teſtis iniquus deridet iudicium. Alij aũt in morte Chriſti fuerũt principaliores, ſ. principes ſacerdotum & ſcribæ, de quib. ſubdit. *Et ſynagoga potentium quæſierunt animam meam.* Sinagoga. n. idem eſt ꝙ congregatio. Quæ ergo fuit iſta ſynagoga vel congregatio potẽtium, niſi cõgregatio ſacerdotum & ſcribarum in mortẽ Chriſti conſpirantium? De qua dicitur Matth. 26. Congregati ſunt principes ſacerdotum & ſeniores populi, & conſiliũ D fecerunt, quomodo Ieſum dolo tenerẽt, & occiderent. Et hoc conſilium præuidens pſalm. in perſona Chriſti, d. *Et ſynagoga potentium quæſierũt animam meã.* Vnde pſalmiſta ſicut & Euangeliſta nolens exaggerare peccatũ ipſorum. d. *Synagoga potentium,* & Euãgeliſta d. Cõgregati ſunt principes ſacerdotum. Synagoga, quia congregati ſunt, potentes, quia principes ſacerdotum, & in hoc aggrauatur ipſorum peccatum. Vnde Remigius. Condemnantur autem, quia cõgregati

Gregor. 11. mor. c. 21.

Synagoga potentium congregatio ſacerdotũ.

Remigius.

gati sunt,& quia potentes & principes sacerdotum fuerunt. Quanto.n.plures ad aliquod malum peragendum conueniũt & quo sublimiores & nobiliores fuerint, eo deterius malum habetur quod committitur,& eo illis maior pęna præparatur. Sed ꝙ nõ zelo iustitiæ, sed dolo hoc fecerat, subdit psal.d. *Et non proposuerunt te in conspectu suo*, idest, non habuerunt timorem nec amorem Dei in conspectu suo, quo, s. timerent dolosè iustum occidere. Sic.n. ad literam de istis supra psal mista dixit, Alieni, scilicet à charitate in
Psal. 53. surrexerunt aduersum me,& fortes quę fierunt animam meam, *& non proposuerunt Deum in conspectu suo*, vide vers. 871.

1471 *Et tu domine Deus miserator & misericors, patiens & multæ misericordiæ, & verax.*

HIc ostendit causam huius passionis scilicet quare Deus permisit illos sic insurgere contra Christum ut ipsum morti traderent. Et dicit quòd hoc fuit ex magna misericordia Dei, qua scilicet proprio filio nõ pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Vnde si quæras, quare hoc Deus permisisti, respondet, quia tu domine Deus miserator & misericors, passio enim Christi fuit opus magnæ miserationis & misericordiæ. Nota ergo quòd miserator & misericors differunt, sicut doctor & docens, sicut cantor & cantans. Nam doctor dicit habilitatem docendi, etiam si nõ actu doceat, sed docens eum hoc denotat actum docendi. Sic misericors dicit voluntatem miserendi, sed miserator dicit actum. Dicitur enim misericors, qui habet cor miserum de alterius miseria interius sibi compatiens,& si nullam subleuationem illi conferat. Miserator autem, qui actualiter miseretur. Et secundum istum modum loquendi Deus ab æterno fuit misericors, quia ab eterno disposuit humano generi per passionem sui filij subuenire, sed ab æterno non fuit miserator, quia ab æterno non fuit actualiter miser tus, sed quando filium actualiter pro nobis exhibuit, tunc miserator fuit. Ista ego sibinuicem distinguēs Psalmista ait. *Et tu domine Deus miserator, & misericors* Miserator dando pro nobis filium tuũ.

Miserator & misericors differunt.

E Quod ideo fecisti, quia ab æterno fuisti misericors, sic disponẽdo per filium nobis subuenire. Sic enim dicit psalm. 144. Miserator & misericors dominus patiẽs & multum misericors Sequitur. *Patiens & multæ misericordiæ & verax.* Nonne patiens est Deus, quando quotidie offenditur à nobis,& ipsam vindictam differt vt à peccato conuertamur. Vnde ad Rom. 2. Tu contemnis diuitias bonitatis eius & patientiæ. Vbi gl. Copiosa est patientia Dei, quæ tot & tanta peccantes sustinet, & non citò punit. Copiosa longanimitas Dei quę non solum ad horam est,
F sed longa per multa tempora expectãs. Hoc nunc exhibet Deus, quia nunc est tempus misericordiæ, postmodum autẽ tempus iustitiæ erit. *Et verax*, quia scilicet quod promisit per prophetas suos scilicet filium pro nobis dare, adimpleuit. Nec mirum quoniam est prima veritas, quæ mentiri non potest, fallere, nec falli. Vel omnia ista verba possunt dirigi ad filium, cui dicit miserator & misericors, quia voluntariè disposuit pro nobis mortem ferre, quod & fecit. Dicitur patiens, quia tot aspera patiẽter pro nobis sustinuit. Dicitur verax, quia verita-
G tem semper docuit. Nam & hoc persecutores sui à veritate coacti cõfessi sunt, dicentes sibi. Magister scimus, quia verax es,& viam Dei in veritate doces. Vnde dicitur Apocalypsis decimonono, ꝙ vocabatur nomẽ eius fidelis verax & verbum Dei. Primò vocatur fidelis. Nam secundum Gregorium in homilia tunc veraciter fideles sumus, si quod verbis promittimus opere adimplemus. Sic filius Dei uocatur fidelis, quia uitam æternã quam suis dare promisit, dicens. Vbi ego sum, illic & minister meus erit, de facto sic adimpleuit, dicens. Et ego vitam æter
H nam do eis. Quarto vocatur verax, quia est veritas per essentiam. Ioannis decimo quarto. Ego sum veritas & uita. Veritas per doctrinam. Ioannis decimoseptimo. Sermo tuus veritas est. Veritas per efficientiam. Ioannis primo, Veritas & gratia per Iesum Christum facta est. Tertio vocatur verbum, quia est expressa notitia patris. Ioan. 1. In principio erat verbum. Quod tamen verbum sua misericordia pro nobis carnem assumpsit, quia uerbum caro factum est. Propter quæ

Patientia Dei.

Matth. 22.
Apocal. 19.
Fidelis.
Gregor.
Ioan. 12.

quæ ei nunc ait psalm. *Et tu domine Deus miserator & misericors.* (Ioan. 1.)

1472 *Respice in me, & miserere mei, da imperium tuum puero tuo, & saluum fac filium ancillæ tuæ.*

CHristus hic consequenter petit suã resurrectionem, & consequenter ostendit resurrectionis vtilitatem, ibi, *Fac mecum*. Quantum ad primum (vt alias dictum est) respicere Dei in nos nihil aliud est, quàm misereri nobis. Sic.n. videmus in hominibus quòd uolens alteri gratiam facere, recto oculo respicit in eum, nolens autem gratiam facere faciem suam auertit. De hoc vide supra versic. 1385. 1439. Et hoc quòd respicere Dei sit misereri, hic declarat Christus, dicens, *Respice in me*. Er quomodo subdit. *Miserere mei*, scilicet, me mortuum resuscitando. Er hoc est quòd subdit. *Da imperium tuum puero tuo.* Puer namque dicitur Christus ratione summæ puritatis. Sic enim puerum vocabat Petrus ét post resurrectionem, dicens. Conuenerunt in ciuitate ista Pontius Pilatus & Hærodes aduersus sanctum puerum Iesum. Quid autem per Imperium, nisi resurrectionis triumphum intelligit? quia in resurrectione data fuit Christo omnis potestas. Propter, qđ ipse ait resuscitatus. Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra, quia scilicet per resurrectionem eius declarata fuit mundo Christi potestas, quæ ante latebat. Secundum enim quod ait Remigius, antequam surrexisse à mortuis Christus, nouerant Angeli se subiectos homini Christo. Volens ergo Christus etiam hominibus hoc notum fieri quòd data ei esset omnis potestas in cęlo & in terra, prædicatores misit, qui uerbum vitæ omnibus nationibus prædicarent. Data est ergo Christo in resurrectione omnis potestas, i. manifestata. Et isto modo hic loquitur Christus patri, d. *Da imperium tuum puero tuo*, i. manifesta potestatem datam mihi: quia ante resurrectionem manifesta non erat hominibus, quia infirmus videbatur, dum caperetur, ligaretur, flagellaretur & crucifigeretur. Et qꝫ hoc petat fieri per resurrectionem, subdit, *Saluum fac filium ancillæ tuæ. Saluum fac*, scilicet à morte ipsum resuscitando, *filium ancillæ tuæ*, idest, me Christum filium virginis Mariæ, quæ me concipiens dixit. Ecce ancilla domini. Et vide claram prophetæ illuminationē, quia non solum præcognouit Christi mysteria passionis & resurrectionis, sed etiam hic præuidit responsionem, quam Virgo Maria erat angelo datura, dicens. Ecce ancilla domini. Ideo hic Christum vocat filium ancillæ domini. Et nota hic quàm propriè Virgo Maria ancilla vocatur, quę sua humilitate nos omnes informat. Hæc enim ancilla, fuit mater & virgo. Sed si ancilla, quomodo mater? si mater quomodo virgo? Sed ancilla fuit per humilitatem, mater per fœcunditatem, virgo per puritatem. Quod ostendens Greg. super illo verbo. Iob 28. Nō adæquabitur ei aurum de Aethiopia, dicit. Mediator quippe Dei & hominū, non prius homo conceptus atq; editus, post per meritum ut Deus esset accepit, sed annunciante angelo & adueniente spiritu, mox verbum in vtero, mox intra vterum verbum caro & manente incommutabili essentia, quę ei est cum patre & cū spiritusancto coæterna assumpsit intra virginea viscera humanam naturam, vt & impassibilis pati, & immortalis mori, & æternus ante sæcula, temporalis esset in fine sęculorum, vt per ineffabile sacramentum conceptu sancto & partu inuiolabili secundum veritatem vtriusque naturæ, eadem virgo & ancilla Dei esset & mater. Mater namque fuit. Sic quippe ei ab Elisabeth dicitur. Vnde hoc mihi vt veniat mater domini mei ad me? Et ipsa virgo concipiens, dicit. Ecce ancilla domini. Vnde in hoc quantæ fuerit humilitatis, ostendit Ambrosius super Lucā, dicens. Vide humilitatem virginis, vide eius deuotionem. Ancillam se dicit quæ mater eligitur, nec repentina est exaltata promissione. Mitem enim humilemque paritura, humilitatem debuit & ipsa proferre. Simulque etiam se ancillam dicendo, nullam sibi prærogatiuam tantæ gratiæ vindicauit quin faceret quod iubetur. Eusebius etiam eadem verba pertractans ad propositum dicit. Aliud quidem & aliud in præsenti sermone virginis, quis extollet apicibus hic quidem cōstantiam, hic obedientiæ promptitudinem.

Margin notes: *Respicere Dei.* — *Puer Christus.* — *Act. 4.* — *Matth. vlt.* — *Remigius.* — *Potestas Christi in resurrect.* — *Luc. 1.* — *Ancilla domini virgo Maria.* — *Gregor. 18. mor. c. 35.* — *Incarnatio Christi.* — *Luc. 1.* — *Ambros.* — *Eusebius.* — *Humilitas Mariæ.*

tudinem. Aliud quòd nō est allecta tam splendidis per magnum archangelū sibi promissis. Aliud quòd non excessit modum instantias vitando, sed æqualiter cauit & Euæ leuitatem, & inobedientiā Zachariæ, dicens. Ecce ancilla domini, &c. Sic ergo Virgo Maria sub ancillę nomine suam profitebatur humilitatē, dicens. Quia respexit humilitatem ancillæ suæ, ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Vnde & August. in sermo. assumptionis eiusdem, dicit. O vera Mariæ humilitas, quæ mater creatoris effecta, ancillam se nominat. O vera Mariæ humilitas, quæ hominibus peperit Deum, mortalibus edidit vitam, cœlos innouauit, mūdum purificauit, paradisum aperuit, & hominum animas liberauit. Facta est Mariæ humilitas scala cœlestis per quam Deus descendit ad terras. Quid enim est dicere, quia respexit humilitatem ancillę suę, nisi quia acceptauit? Multi enim in conspectu hominum videntur humiles esse, sed eorū humilitas à Deo non respicitur. Si enim veraciter essent humiles, deinde ab hominibus se laudari non vellent, non in hoc mundo, sed in Deo exultaret spiritus eorum, &c. Isto etiam modo ipsam ancillam Dei filius confitetur nunc, dicens patri. *Saluum fac filium ancillæ tuæ.*

Luc. 1. *August.*

1473 *Fac mecum signum in bonum, vt uideant qui oderunt me, & confundantur, quoniam tu domine adiuuisti me, & consolatus es me.*

HIc ponit resurrectionis vtilitatē. Vbi notandum quòd Christi resurrectio fuit figurata per signum Ionæ prophetæ, vt ipse Christus manifestat, quòd Ionas datus fuit Iudæis in signum Christi resurrectionis, dicens Matth. 12. Generatio hæc signum quærit, & signum non dabitur ei, nisi signum Ionę prophetæ. Sicut enim Ionas fuit in ventre ceti, &c. Et de hoc signo loquitur hic Christus dicens patri. *Fac mecum signum*, scilicet, Ionæ prophetæ, idest, comple me resuscitando quod illud signum figurabat. Et vide quòd Christus hic se patri æqualem manifestat, quia quæ pater facit, & filius facit. Vnde dicit Ioan. 5. Pater meus vsque modo operatur, & ego

Resurrectionis signum fuit Ionas. *Matth. 12.* *Ioan. 5.*

E operor. Sic & nunc dicit. *Fac mecum signum*, quia. s. vna operatio est patris & filij. Vnde Christus inquantum Deus, vna cum patre suscitauit se hominem. Vnde dicit. *Fac mecum signum in bonum*, idest, fac quòd signū meæ resurrectionis alijs cedat in bonū, quod & factum fuit, quia prædicata Christi resurrectione, aliqui Iudæorum & gentiles Christi fidem receperunt. Fuit ergo resurrectio Christi signum in bonum, quia per ipsam conuersio multorum facta est, & per consequens saluatio. Et hoc est quod sequitur. *Vt videant qui me oderunt, & confundantur.* Oderunt Christum Iudæi ipsum persequentes, oderunt gentiles cultum idolorum cultui Christi pręferentes. Et vtrique videntes quomodo pater adiuuit Christum ipsum resuscitando, confusi fuerunt, scilicet, de Christi persecutione & de idolorum cultu, & sic confusi Christi fidem receperunt. Confusio enim in scriptura multipliciter accipitur, pro contritione peccatorum. Cum enim quis mente considerat mala quæ fecit, qualiter Deum summum bonum offendit, qualiter vitam perdidit, & meruit mortem æternam, merito in seipso confunditur & erubescit, & sic dolet & pœnitet se peccasse. Sic enim de tali confusione pœnitentiæ, dicitur. Hiere. 31. Post quam conuertisti me, egi pœnitentiam: confusus sum & erubui. Vnde Eccles. 4. dicitur. Non confundaris pro anima tua dicere verum. Est enim confusio adducens peccatum, & est confusio adducens gloriam & gratiam. Quę verba ad propositum tractans Bernardus, ait, Bonus pudor est quo peccasse aut certè peccare confunderis, & tam diuinum quàm humanum tantò verecundius reuereris aspectum quantò verius tam Deum quam hominem cogitas punitorem. Tantoq; grauius offendi à peccante, quanto constat ab illo longius esse omne peccatum. Huiuscemodi confusio fugit opprobrium, parit gloriam, dum autem peccata omnia adimit, aut dimissa pœnitendo punit, & expellit confitendo, quòd si, quis tantum compungitur intus, sed tamen confiteri confunditur, talis confusio peccatum adducit, & gloriam de conscientia perdit, quando malū quod ex profundo cordis

F G H

Cōfessio pœnitentia. *Hier. 31.* *Eccl. 4.* *Bernard.*

cordis compunctio conatur expellere, confusionis & pudoris metus obtuso laborũ ostio, non permittit exiri. Et ideo Sapiens ait. Non confundaris pro anima tua dicere verum. Istam ergo confusionem pœnitentiæ per signum suæ resurrectionis Christus optat tam Iudæis quàm gentilibus, dicens. *Fac mecum signum. s. resurrectionis in bonum*, vt prosit infidelibus, ut. s. ipsi uideant. *Quoniam tu domine adiuuisti me, & consolatus es me*. scilicet me resuscitando, & sic confundãtur pœnitendo. Hic moraliter potes notare, quòd Deus cum Christo fecit pro nobis multiplex signum, quia ipsum nobis dedit in signum placatiuum, punitiuum, & directiuum, vide in præcedenti folio.

PSALM. LXXXVI.

1474 *Fundamenta eius in montibus sanctis, diligit dominus portas Siõ super omnia tabernacula Iacob.*

PSALMVS Iste talem habet titulum. *Filijs Chore psalmus cantici.* Ad intelligentiam tituli oportet prouidere de materia psalmi. Dicunt ergo aliqui Hebræorum, quòd iste Psalmus agit ad literam de ciuitate Ierusalem, quam ædificauit Salomon, eam triplici muro claudendo, & de templo, quod ibi ędificauit in monte Sion mirabilis structuræ. Sed hoc stare non potest, quia cum dicitur infra. *Gloriosa dicta sunt de te, ciuitas Dei*. In Hebræo dicitur, ciuitas cela, quòd significat perpetuitatem à parte post. Ciuitas autem, & templum, quod ædificauit Salomon, non durauit in perpetuum quia post eius ædificationem per quadringentos, & viginti annos, per Nabuchodonosor fuit ciuitas cum templo totaliter destructa, vt patet quarto Regum vltimo: Propter quod alij dicunt, quòd loquitur iste psalmus de ciuitate Hierusalem & templo reædificandis per Regẽ Messiam, quem adhuc sperant futurum, quæ sine comparatione erunt gloriosiora quàm fuerint tempore Salomonis. Vnde dicunt aliqui Hebræorum, quòd tempore Messiæ mons Sion eleuabitur in altum, quia Deus tres montes altos, & magnos transportabit ad montẽ Siõ, scilicet montem Sinai, montem Thabor & montem Carmeli, & super istos eleuabitur mons Sion, secundum illud Esaiæ secundo. Erit in nouissimis diebus mons domus domini in vertice montium, & eleuabitur super omnes colles. Isti enim tres montes sancti dicuntur, s. mons Sinai, quia ibi lex fuit data per Deũ. Mõs Thabor, quia ibi fuit ostẽsa victoria ipsi Barach contra hostes populi Dei. Mons Carmeli, quia in ipso ignis descendit de cœlo, & deuorauit holocaustum Heliæ. In istis ergo sanctis montibus sic cõgregatis tempore Messiæ, vt dicũt, fundabitur ciuitas Hierusalem. Et hoc est, quod in principio huius ps. ait. *Fundamenta eius in montibus sanctis*. Sed ista opinio nullius est momenti. Ista. n. eleuatio mõtis domus domini in vertice montium, non intelligitur secundum situm, sed secundum dignitatẽ, & gloriam. s. propter multa gloriosa, quæ ibi tempore Christi facta fuerunt maiora quàm in alijs montibus, vt puta ibi Christus in tẽplo personaliter fuit præsentatus, ibi prædicauit pluries ore proprio, ibi multa miracula fecit, ibi spiritumsanctum Apostolis misit. Ibi primò in cœna sacramentũ eucharistiæ instituit, & consecrauit. Propter. n. ista gloriosa ibi facta ille mons domus domini fuit eleuatus super omnes alios montes, non quidem loco, sed dignitate. Est etiam illa opinio hæretica quia dicit in aduentu Messiæ ista fienda, & sic negat Christum iam venisse, sed adhuc ipsum dicit futurum. Iste ps. ad literam non agit de ciuitate Hierusalẽ terrestri, sed de spirituali, quæ est Christi ecclesia. Vnde hic ait glo. ps. iste breuis est in uerbis, sed magnus pondere sententiarum, quia agit de cœlesti Hierusalem, i. de ecclesia, q̃ ciuitas est spiritualis. Cuius vna pars militat in terris, altera pars triumphat in cęlis, quam iste psal. commendat secundum pręsentem statum, & futurum. Ex istis apparet tituli sensus, *Filijs Chore Psalmus cantici*, Psalmus. n. significat operationem. Et sic dicitur psalmus inquantum agit de ecclesia militante, quæ adhuc manet in operationibus, Dicitur etiam canticum, in quantũ agit de ecclesia triũphante, quæ lætatur

Margin notes: *Mons Sion eleuabitur.* — *Iud. 4.* — *3. Reg. 18.*

in Deo clarè viso. Sic ergo iste psalmus cantici appropriatur filiis Chore, idest, Christi, vide suprà vers. 1431. Intentio tota psalmistæ est nos inducere ad amorem patriæ cęlestis. Iste ergo psalmus diuiditur in duas partes, quia primò agit de ecclesia militante, secundò de triumphante, ibi. *Sicut lætantium omnium*. Prima pars diuiditur in quatuor, secũdum quòd statum ecclesiæ militantis describit ex quatuor, scilicet primò à fundamenti stabilitate, secundò ab unionis charitate, ibi. *Gloriosa*. tertiò à ciuium numerositate, ibi. *Memor ero*, quarto à dominantis dignitate. ibi. *Nunquid Sion*. Quantum ad primum ostendens stabile fundamentum ecclesiæ dicit. *Fundamenta eius in montibus sanctis*. Vbi notandum, quòd per montes sanctos apostoli, & prophetæ intelliguntur, qui mõtes erãt per altitudinem scientiæ, quã primò receperunt à Deo sicut montes primò radios solis recipiunt quàm valles. Sancti autem dicuntur propter vitæ sanctitatem. In istis montibus fundata est ecclesia iuxta modum loquendi Apostoli ad Ephesios secundo, qui fidelibus ex quibus constat ecclesia dicit. Fundati estis super fundamentum apostolorum, & prophetarum ipso summo angulari lapide Christo Iesu, &c. Vnde istum textũ tractans Greg. super illo verbo Iob trigesimooctauo. Vbi eras quando ponebã fundamenta terræ, dicit. In scriptura sacra quid aliud fundamenta quàm prædicatores accipimus? Quos dum prius dominus in sancta ecclesia posuit tota in eis sequentis fabricę structura surrexit, vnde & sacerdos legalis cum tabernaculum ingreditur, duodecim lapides in pectore portare iubetur. Quia videlicet se metipsum pro nobis offerens pontifex noster Iesus, fortes in ipso prædicatores exhibuit, duodecim lapides sub capite in prima sui corporis parte portauit. Sancti itaque Apostoli & pro prima ostensione ornamenti lapides sunt in pectore, & pro prima soliditate ædificij in solo fundamenta. Vnde cum psalmista sanctã ecclesiam in sublimibus apostolorum montibus fundari cõspiceret, dixit, *Fundamenta eius in montibus sanctis*. Cum verò in sacra scriptura fundamentum in singulari dicitur, nullus alius nisi ipse dominus designatur, per cuius diuinitatis potentiam nutantia infirmitatis nostræ corda solidantur, de quo Paulus ait. Fundamentum nemo aliud ponere potest præter id, quod positum est, Christus Iesus. Sic & istum intellectum hic ponit glo. dicens. *Fundamenta eius in montibus sanctis*, idest, in Apostolis & prophetis ipso summo angulari lapide Christo Iesu, qui solus est fundamentum, quod nemo mutare potest. Sed hic est dubium, cum pronomina relatiua ad aliud referãtur, vt cum dicitur, hoc est nomen eius, ly eius, refertur ad aliquod pręcedens. Hic ergo ly eius, ad quid refertur? Respondet psalmista, ad ly Sion. vt sit sensus. *Diligit Dominus portas Sion super omnia tabernacula Iacob*. Cuius Sion fundamenta sunt in montibus sanctis. Sion namque significat ecclesiam ratione nominis & operis, vt dictum est superius vers. 1128. & 1336. & 1351. Sed q̃ sunt portę Siõn, idest, ecclesiæ, nisi ipsa sacramenta, per quæ intramus ecclesiam, vt est baptismus, &c. Est ergo sensus. *Diligit dominus portas Sion*, s. sacramenta ecclesiæ catholicæ, *super omnia tabernacula Iacob*, idest, plus acceptat sacramenta legis nouæ, quàm omnia sacramenta legis antiquæ. Quæ nocantur tabernacula Iacob, quia filij Iacob illis ad cultum Dei intrabãt.

1.Cor.3. — *Glossa.* — *Porta Sion sunt sacramenta noua legis.* — *Tabernacula Iacob sũt sacrificia legis antiqua.* — *Gregor. 28. mor. c. 9.* — *Fundamẽta ecclesia sunt prædicatores.* — *Fundamẽtũ est Christus.*

Gloriosa dicta sunt de te, ciuitas Dei. 1475

Commendat hic ciuitatem ecclesiæ à charitatis unitate. In ueteri namque testamento, & in nouo ad commendationem ecclesiæ catholicæ multa gloriosa sunt dicta. In antiquo namque testamento à multis gloriosis commendata fuit ecclesia catholica, quandoque à formositate. Cant. 4. Tota pulchra es, amica mea, & macula non est in te, qui enim peccati habet maculam, non est viuum ecclesiæ membrũ. Quandoq; à castitate Cãt. 2. Surge, ꝓpera amica mea formosa mea, columba mea: Colũba. n. animal castissimum perhibetur. Qui. n. fornicatur per idololatriam, s. aliquid diligens plus quam Deum, non est viuum ecclesiæ membrum. Quandoq; à contẽplatione, Can. 3. Quæ est ista, quæ ascẽdit per desertum, sicut virgula fumi? qa qui in istis infimis per amorem iacet, & non eleuatur ad cælestia, non est viuum

Ecclesia gloriosa dicta.

ecclesiæ membrum. Quandoque laudatur ab vnitate & concordia. Can. 6. Vna est columba mea, vna est matri suæ electa. Quam vnitatem facit charitas. Qui autem charitatis vnitatem non habet, non est viuum ecclesiæ membrum. Ista omnia dicta de ecclesia sunt gloriosa, sed inter omnia gloriosius est quod sit ciuitas Dei, idest, vnita per charitatem in Deum. Nam ciuitas idem est, quod ciuium vnitas. Vult ergo psal. dicere, quãuis de ecclesia multa gloriosa sint dicta tamen inter omnia gloriosa, quæ de ipsa sint dicta, hoc est gloriosius quod est charitate vnita, quod per nomen ciuitatis ostendit, dicens, *Ciuitas Dei*. Nam ciuitas idem est, quod ciuium vnitas. De ciuitate autem ecclesiæ dicitur, quod in principio istius ciuitatis, Act. 4. Multitudinis autem credentium erat cor vnum & anima vna, & omnia erant illis communia. Et hinc est quod ciuitas ecclesiæ hodie vilipenditur quia in ipsa charitatis vnitas minuitur. Nota ergo, quod ecclesia meritò dicitur ciuitas, quia ad modum veræ ciuitatis vnum principẽ Christum habet, vnitatem ciuium per charitatem continet, & suos ab hoste maligno defendit. Et hanc ciuitatem ecclesiæ ex Iudæis, & gentibus ædificatam prævidit Hieremias, dicens. Ecce dies ueniunt, dicit dominus, & ædificabitur ciuitas domino à turre Ananahel vsque ad portã anguli. Quod de ciuitate ecclesiæ exponit Greg. dicens. Ciuitatem quippe esse domini sanctam ecclesiam nullus ignorat. Ananahel verò gratia Dei interpretatur, In angulo autem duplex paries iũgitur, Ciuitas ergo domini à turre Ananahel vsque ad portam anguli ædificari perhibetur, quia sancta ecclesia à celsitudine supernæ gratiæ inchoans, vsque ad ingressum, susceptionemque vtrorumq; populorum, Iudaici videlicet, atque gẽtilis dilatatur. Ante enim aduẽtum domini solos Iudæos cõtinebat ciues, sed per Christum gẽtibus est aperta. Vnde Hierem. 39. dicitur. Aperta est ciuitas, & ingressi sunt omnes principes regis Babylonis, qui, s. erant gentiles. Et attendo, quod ista ciuitas ecclesiæ bello extrinseco agitabatur, s. ab hæreticis, & infidelibus, modo autem quod deterius est, bello intrinseco impugnatur ab illis, scilicet, qui nomen Christiani retinẽt, & qui filios ecclesiæ se dicunt. De extrinsecis enim persecutoribus, dicitur Iob 24. De ciuitatib. fecerunt viros gemere. Quod ad propositũ exponens Greg. dicit. Quia ciuitates à conuiuentibus populis appellantur, non immerito ciuitatum nomine veræ fidei ecclesiæ sunt designatæ, quæ in singulis mundi partibus positæ, vnam catholicam faciunt ecclesiam, in qua fideles omnes de Deo recta sentiẽtes concorditer viuunt. Et subdit c. 26. Hęretici ergo, quia peruersis sæpè huius mundi potentibus adhærentes, bonorũ socialem vitam, atque concordiam persequuntur, rectè nunc de ipsis dicitur. Fecerunt de ciuitatibus viros gemere. Quos rectè beatus Iob nominat viros, quia illos magis hæretici extinguere ambiunt, qui perfectis gressibus per uiam Dei non fluxè sed viriliter currunt. Sine impugnatione hæreticorum non fuit ædificata ciuitas ecclesiæ, & tamen ipsi eã non superauerunt. Quod benè prædixit Sapiens, dicens. Sine his non ædificabitur ciuitas, & non inhabitabunt ipsi, scilicet, hæretici, & in ecclesiam non trãsilient. Sed heu, quod magis dolendum est, quia iam hodie cessauit hæreticorũ impugnatio, & ipsa à proprijs, & domesticis filijs, qui eius lacte sunt nutriti, & de statu paupertatis ad Christi patrimonium vocati, quod probatione non indiget, experientia docente, ipsam persequuntur, & impugnãt. Quod totum huius ciuitatis principibus videtur imputare Esaias, cum de ista ciuitate prædixit. Quomodo facta est meretrix ciuitas fidelis, plena iudicij. Iustitia habitauit in ea, nunc autem homicidæ, Argentum tuum versum est in scoriam, vinum tuũ mixtum est aqua, principes tui infideles socij furum, omnes diligũt munera, &c.

Ecclesia vnitas. — *Hiere. 31.* — *Gregor. 25. mor. c. 11.* — *Ciuitas ecclesia.* — *Gregor. 16. mor. c. 25.* — *Eccl. 38.*

Memor ero Raab, & Babylonis, scientium me. 1476

HIc commendatur ecclesia à ciuiũ numerositate. Vbi sciendum, quod differentia est inter legem antiquam, & legem euangelicam, quia antiqua omnibus gentibus non fuit diuulgata, sed solum Iudæis. Vnde dicitur psalm. 147. Non fecit taliter omni generationi, &

iudicia sua non manifestauit eis. Lex E verò euangelica omnibus indifferenter
Mar. ult. tradita fuit, & publicata. Vnde Apostolis ait Christus. Euntes in mundum vniuersum, prædicate euangelium omni creaturæ. Qui crediderit, &cæt. qui verò non crediderit, condemnabitur. Et per talem publicationem auctus est numerus fidelium per orbem, vnde hic nominantur aliqui populi existentes circa terram promissionis, per quos & alij per orbem dispersi intelliguntur. Vnde ait, *Memor ero Raab*. Vbi nota, quòd Raab hic potest esse nomen proprium vel appellatiuum. Et tamen quocunque F modo intelligatur per Raab vult intelli-
Raab significat gentes. gere populum gentilem ad fidem conuersum. Raab enim, & Babylon nõ pertinent ad populum Iudaicum, sed ad gẽtilem. Nam Raab fuit quædam meretrix in Hiericho, vt habetur Iosue. 2. quæ recepit in domo exploratores populi Dei & ipsos abscondit, & tute emisit. Cui dictum est, vt signum coccineũ in fenestra suæ domus poneret, quando ciuitas caperetur, quo signo domus eius cognosceretur, & sic saluaretur. Quod & sic factum est, & saluata fuit ipsa, & domus eius. Et per hanc significatur ecclesia G gentium, quæ olim meretrix fuit, quia cum idolis fornicabatur. Modo autem signum coccineum habet in fenestra, quia signum sanguinis Christi apertè portat in fronte. Et de ista meretrice cõ
Matt. 19. uersa dominus Pharisæis superbientib. dicit, Publicani, & meretrices præcedent
Glossa. vos in regnum Dei, ut ait glo. iuxta etiã nominis interpretationem Raab significat gẽtes. Interpretatur enim latitudo, vel impetus. Hæ sunt gentes, quæ latè, & impetuosè euagabantur per uitia. Secũ-
Hieronym. dum autem Hieronymum Raab hic nõ H est nomen proprium illius mulieris prædictæ, sed est nomen appellatiuum, & significat superbiam. Vnde per ipsam designatur populus Aegypti, quia tempore Moysi per superbiam maximè Deo fuit rebellis, qui tamen post Christi ascẽsionem humiliter fidẽ suscepit catholicã ad prædicationẽ B. Marci, sicut Aethiopes per prædicationem B Matthæi. De
Babylon significat gẽtes. Aegyptijs ergo d. *Memor ero Raab*, i. Aegypti gẽtilis. *Et Babilonis*. Duas. n. ciuitates pcipuè ponũt doctores. s. Hierusalẽ, & Babyloniam, Per Hierusalem intelligentes congregationem bonorũ, per Babyloniam verò malorum, ita quod omnes boni spectant ad Hierusalem, mali autem omnes ad Babylonem, vt ostendit
August. Aug. 1. de ciu. Dei. Dicat ergo. *Memor ero Raab, & Babylonis*, i. populi gentilis. *scientium me*, i. quia scient me, & cognoscent per fidem, Memor. n. istarum nationum fuit Deus, quando Apostolos sanctos eis misit fidẽ Christi prædicare. Vnde Apo. 16. dicitur. Babylon ciuitas illa magna veniet in memoriam ante Deum, Per hoc enim nihil aliud Psalmista vult ostendere, nisi quod ciuitas ecclesiæ non solum ex Iudæis constat, sed amplius ex gentibus, quæ fidem susceperunt.

Ecce alienigenæ & Tyrus & populus Aethiopum, hi fuerunt illic. 1477

Hic ad eũdem intellectum alias nationes nominat ad fidem conuersas, per quas eodem modo intelligit populum gentilem, quod ex nominum interpretatione patere potest. Nam Tyrus
Tyrus significat gẽtes. interpretatur angustia, & significat gentes, quæ fuerunt in angustia vitiorũ idolis seruientes. Sicut n dominari inferioribus lætitiã infert, sic inferioribus subijci, angustiat & tribulat mentem. Sed idola manu hominum facta sunt eis inferiora, quibus tamen gentes subijciebantur, & ideo in angustia erant, sed de illa angustia venerunt ad aliam. s. ad angustiam pœnitentiæ pro peccatis. Ad Tyrũ ergo per fidem dominus fuit. Matt. 15. Secessit Iesus in partes Tyri. *Et populus Aethiopum*. Isti fuerunt ad fidem per beatum Matthæum adducti, ut dictum fuit superius, Aethiopia præueniet manus eius Deo, vide supra uersic. 1081. Per Aethio
Aethiops significat gẽtes. pes autem intelligit gentilem populum tenebris peccatorum obscurum. Nam Aethiopes tenebrosi, vel obscuri interpretantur. De omnibus ergo istis populis dicit, *Hi fuerunt illic*, i. in ecclesia ducti per fidem. Ex quibus omnibus ostendit numerositatem ciuium ecclesiæ catholicæ quæ tamen ante solum in Iudæa consistebat. Nota autem quod vbi nos habemus, *Hi fuerunt illic*. In Hebræo, & in trãslatione Hiero. habetur. *Iste natus est ibi*, & est sñia quia ly *iste*, refertur ad quem-

quemlibet populum prædictum, vt sit sensus. *Iste*, idest, quilibet populus de prædictis ad ecclesiã receptus, *natus est ibi*, idest, renatus per baptismum sicut saluator ait. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritusancto, non potest introire regnum Dei. [*Ioan.3.*]

1478 *Nunquid Sion dicet homo, & homo natus est in ea, & ipse fundauit eã altissimus?*

Hic ostẽditur nobilitas ecclesiæ ex dominãtis dignitate, quia, scilicet, Christus ipsam regit & gubernat. Et primò Christus in ea natus demonstratur, secundò eius natiuitas publicatur, ibi. *Dominus narrabit*. In Hebræo autem hic dicitur. *Nunquid ad Sion dicet homo*. Ex quo apparet quod non est sensus, quod Sion dicat illa verba, sed quod dicantur ipsi Sion, & sic ly *Sion*, est casus datiui. Vt sit talis constructio, *Nunquid homo dicet Sion, vel ad Sion* Et quid dicet ipsi Siõ subdit. *Et quia natus est in ea*, Vnde ly primus homo qui dicet ipsi Sion intelligitur Ioannes Baptista Christi præcursor, qui ipsi Sion, idest, populo Iudæorum Christi nunciauit aduentum. Et de isto homine dicitur ad literam. Fuit homo missus à Deo, cui nomen erat Ioannes. Hic venit in testimonium, &c. Hic enim annunciauit Iudæis verbum hominem factum, dicens. Post me venit vir, qui ante me factus est, &c. Et ego vidi & testimoniũ perhibui, quia hic est filius Dei. Sed vide modum loquendi quid dicet, *Homo natus est in ea*, Cum enim homo propriè dicatur qui viuit secundum dictamen rationis, vt dictum est superius, versic. 558. quomodo homo quis appellatur, dum adhuc in ventre matris subsistit? Sed hoc proprium fuit Christo qui in primo instanti suæ conceptionis in ventre matris perfectus fuit vir & homo, vt dictum fuit superius vers. 657. Dicit ergo, *Homo natus est in ea*, i. in Virgine Maria. Isto enim modo loquendi de ista ciuitate Sion, dixit angelus ad Ioseph, Quod enim in ea natum est, de spiritusancto est. Sequitur. *Et ipse fundauit eam altissimus*, scilicet, Christus, qui vt verbum est altissimus qui Virginẽ Mariam fundauit, quia inquãtum Deus [*Homo Ioannes Baptista.*] [*Ioan.1.*] [*Ioan.1.*] [*Homo Christus.*] [*Matth.1.*] [*Maria Virgo fundata à Christo.*]

A ipsam creauit, sed inquantũ homo postquam fundata, in ea fuit natus, ipsa dicẽte. Qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo. Et nota quod creationem B. Mariæ, dicit fundationem, fundamentũ est fortitudo rei, & sic rem fundare est ipsam fortem facere & firmam. Quando ergo anima beatæ virginis fuit creata tunc fuit fundata, quia per filium Dei sic fuit consecrata & in gratia stabilita, vt nunquã peccare posset, vt dictũ est supra ver. 428. Vel aliter vt per ly *ea*, intelligatur synagoga in qua natus est Christus, qui fundauit ecclesiã de seipso dicẽs, Su B per hanc petrã ædificabo ecclesiã meã. [*Eccle.14.*] [*Matth.16.*]

Dominus narrabit in scripturis populorum, & principum horum qui fuerunt in ea. 1479

Hic ponitur ipsius Christi natiuitatis per orbem prædicatio. Vbi per scripturas populorum, intelligit scripturas euangeliorum, quæ dicuntur scripturæ populorum quia omnibus populis sunt prædicatæ. Mar. vlt. Prædicate euangelium omni creaturæ. Et dicit de Christo. *Dominus narrabit*, & non dominus C scribet, quia Christus euangelium non scripsit, sed benè prędicauit. Matth. 9. Circuibat Iesus omnes ciuitates prædicans euangelium regni Dei. Verum & si ipse non scripsit euãgelium tamẽ Apostolis qui illud scribebãt inspirauit, ideo subdit. *Et principum qui fuerunt in ea*. Per principes intelligit Apostolos Psal. 44. Constitues eos principes. Est ergo sensus. Dominus Iesus Christus narrabit. s. natiuitatem suam, & alia mysteria per seipsum prædicando, narrabit etiam per alios euangelia scribendo, quę omnibus populis diriguntur. Et sic narrabit D in scripturis populorum, quæ scripturæ sunt principum *qui fuerunt in ea*. i. scripturę euangeliorum fuerunt scripturæ Apostolorũ, qui fuerunt in ea. s. ecclesia facti, principes. Et aduerte, ꝙ nõ fuit contentus Christus quod euangelium prædicaretur, ni ẽt in scripturis poneretur, quia vsq; ad finem mundi duraturũ erat. Sicut aũt ait Gregor. 11. mor. c. 24. Omne, quod loquimur transit, ꝙ verò scribimus, manet, ideo dictũ fuit Ioan. Apoc. 1. Quod vides, in lib. scribe. [*Psal.44.*] [*Scriptura manet, locus transit.*]

Sicut

1480 *Sicut lætantium omnium habitatio est in te.*

Hic consequenter agit de ecclesia triumphante, in qua est perpetua laus, lætitia, gloria, & securitas fœlicitatis. De qua nunc dicit loquens in persona beatorum. Omnium nostrum habitatio est in te sicut lætantium. Vbi ly *sicut*, quamuis quandoque significet similitudinem & nō rei veritatem, hic autem significat maximè rei veritatem, sicut 1. Ioan. 2. Videbimus eum sicuti est. Hæc aūt ciuitas ecclesiæ triumphantis quantæ sit lætitiæ, & iocunditatis, clare figuratur Apoc. 21. vbi ait Ioannes. Ostendit mihi Angelus ciuitatem sanctam Hierusalem, habentem claritatem Dei in se, quæ habebat murum magnum & altum habentem portas duodecim, ab Oriente portæ tres, ab Occidente portæ tres, ab Austro portæ tres, ab Aquilone portæ tres. Vide etiam figuram expositam in litera ciuitaq. De lætitia sanctorum vide Orig. 1034.

Ciuitas gloria.

PSAL. LXXXVII.

1481 *Domine Deus salutis meæ, in die clamaui, & nocte coram te.*



Iste Psalmus satis extraneum habet titulum qui talis est. *Canticum Psalmi filijs Chore in finē pro Melech ad respondendum intellectus Heman Israelita, vel Ezraita.* Secundum enim quod hic ait Magister, licet quandoque tituli Psalmorum eandem importent sententiam, tamen quandoq; in verbis variātur pro leuando fastidio, quia varietas multotiēs fastidium tollit. Quantum ergo ad intellectum literalem tituli, sciendum quod istum psalmum fecit Heman vel Aman Israelita vel Ezraita. Nam vt habetur Gen. 38. Iudas filius Iacob genuit duos filios de Thamar nuru sua. s. Phares, & Zaram. Descendentes autem ab isto Zaram Ezraitæ dicebantur. Sic ergo iste Hemam qui descendit de Zaram dicebatur Israelita quia ab Israel descenderat. Dicebatur etiam Ezraita, quia de ipso Zaran descēderat, & hic habuit spiritum propheticum, & multos psalmos fecit. Item sciendum, quòd Melech, vel Mahalat nomen est Hebraicum, & est nomen cuiusdam instrumenti musici in quo iste psalmum cantabat. Quando autem iste psalmus cātabatur, Hemam qui erat præceptor incipiebat, sed chorus qui scilicet erat de filijs Chore, respondebat. Item aduerte eundem, quòd iste psalmus quo ad literam agit de tribulationibus & pressuris, quas passi fuerunt Iudæi in captiuitate Babyloniæ, quas præuidens hic propheta prædixit. Tribulatio autem & aduersitas mouet ad opera bona & exultationem mentis. Et ideo iste psalmus dicitur canticum, quo ad lætitiam mentis quam ingerit tribulatio exterior & dicitur psalmus quantum ad bonam operationem ad quam tribulatio nos excitat. Est ergo tituli sensus iste Canticum hoc psalmi in finem nos dirigens, *est intellectus Aman Israelita vel Ezraita* i. est factus ab ipso Amam declarans intellectū eius de tribulationibus, quas passuri erāt Iudæi in Babylone. Et est *pro Melech*. i. in illo instrumento musico decantandus erat. Et hoc dirigitur filijs Chore ad respondendum, quia filij Chore faciebant unum chorum, & sic habebant respondere ipsi Heman inchoanti psalmum. Ex prædictis ergo quo ad literam apparet auctor & materia psalmi, quia Aman vel Heman Ezraita fecit istum psalmū, orās dominum pro liberatione populi Israel a pressura captiuitatis Babyloniæ. Et secūdum hoc iste psalmus diuiditur in partes duas, quia primò implorat diuinam miserationem, secundò ad hoc inducit multiplicem rationem, ibi. *Quia repleta est*, &c. Quantum verò ad spiritum propheticum, iste psalmus agit de passione Christi. Vnde ad intellectum tituli, sciendum q iste psalmus dicitur canticum & psalmus: cāticum, quia Christi passio fuit causa nostræ liberationis, vnde exultare debemus, psalmus, quia passio Christi nos excitat ad ipsum imitandum per bonam operationem. Melech autem interpretatur Chorus, & significat vnitos in charitate & concordia. Filij Chore significāt filios crucifixi, vt supra dictum est. Est ergo tituli sensus hic. Hic est intellectus Aman Israelitę. i. illius qui fecit istū psalmum, quia hic expressit intellectum suum

Heman idē Aman.

suum de Christi passione, qui intellectus dicitur canticum: psalmus, quia passio Christi hic explicata nos mouet ad lętitiam & bonam operationem. Et est in finem, scilicet in Christum nos dirigens. Et est filijs Chore. s. filijs crucifixi, ad respondendum. s. Christo, non quidem verbis, sed operibus, vt sicut ille pro nobis passus est, ita & nos pro nomine eius pati non formidemus. Sic. n. Petrus 1. Pet. 2. ait Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt sequamini, &c. Et hoc pro Melech. i. in Choro, & charitatis concordia, quia aliter nihil valeret, dicente Apostolo. Si tradidero corpus meum, &c. charitatem autem nó habeam, &c. Tota autem huius psalmi intétio est nos ad Christi imitationé passionis inducere. Diuiditur autem iste psalmus in tres partes, quia circa suã passionem Christus tria facit, quia primò adiutorium patris orando postulat, secundò suam passionem explicat, ibi. *Quia repleta.* tertiò ostendit quos sua passio nó suscitat, ibi. *Nunquid mortuis.* quartò ostendit quid passio suis electis conferat, ibi. *Et ego ad te.* Prima in duas, quia Christus primò exprimit suam orationem, secundò petit exauditionem, ibi: *Intret.* Quantum ad primum Christus ait patri. *Domine Deus salutis meæ.* Vbi nota, q realiter Christus orando clamauit ad patrē, & in die & in nocte. Et hoc est, quod dixit Ps. 21. Deus meus, clamabo per diē, & non exaudies & noctem, & non ad insipientiam mihi, vide vers. 292. Vel aliter, vbi aduertendum, q scriptura per diē accipit statum prosperitatis, & per noctem statum aduersitatis. Sic. n. accipitur Psal. 41. In die mandauit dominus misericordiam suam, & nocte canticum eius, vide supra vers. 698. Vnde Gregor. ait 4. mor. c. 17. Quasi dies quædam est, cum mundi prosperitas arridet. Sed dies iste in noctem desinit, quia sæpè temporalis prosperitas ad tribulationis tenebras perducit. Hunc diem prosperitatis propheta despexerat, cū diceba t. Diem hominis non concupiui, tu scis. Hanc tribulationis noctem postremo incarnationis suæ tempore dominus se passurum nunciauit, cum per Psalmistam quasi ex preterito diceret. Vsque ad noctem increpuerunt me renes mei. Sic ergo prospe-

1. Pet. 2.

1. Cor. 13.

Psalm. 21. Dies prosperitatis, nox aduersitatis.

Hier. 17.

Psal. 15.

A ritas dicitur dies, & aduersitas nox. Ad propositum ergo Christus clamauit ad patrem in die, & in nocte. Ipse. n. vtriusq; status summum habuit gradum. Nullus enim prosperitatis gradum altiorem habuit eo, qui ad tãtam assumptus fuit gloriam & gratiam, vt in primo instanti sui esse, verus Deus esset, & omni gratia plenus, & non prius habuit esse quam fœlicitatem. Ipse etiam summum gradum in hoc mundo habuit aduersitatis, quia nullus eo amplius in carne, fuit passus. Et tamen in vtroque statu semper clamabat ad patrem, in statu prosperitatis gratias

Clamauit Christus in die & nocte.

B agens & laudans Deum. Ps. 56. Clamabo ad Deum altissimum, ad Deum, qui benefecit mihi. Clamaui in statu aduersitatis, Deum inuocando. Lucæ 23. Clamãs voce magna Iesus ait. In manus tuas, domine commendo spiritum meum. Benè ergo Iesus dicere potest. *Domine Deus salutis meæ, in die clamaui & nocte coram te.* De multiplici autem clamore Christi, vide vers. 399. & 8092. Istum versum ad sensum prædictũ exponit gl. de Christo, dicens. *Domine Deus salutis mea, in die clamaui,* &c. quia in lætis, & rebus aduersis orauit Christus.

C *Intret in conspectu tuo oratio mea, inclina aurem tuam ad precē meam.* 148 a

Hic postulat suæ orationis exauditionem. Vbi aduertendum, q specio, cis, verbum, idē est q videre, vel considerare, & inde conspectus quasi simul visus. Et sic conspectus Dei dr simul omnium visio: quia eius sapientia omnia nudè videt & clarè. Ps. 118. Omnes uiæ meę in conspectu tuo. Vnde gl. super illo verbo. Omnia nuda, & aperta sunt oculis eius, ait q. d. Nulla creatura in cõspectu
D Dei est inuisibilis, quia omnia. s. cęlestia, terrestria, & inferna ei nuda sunt, & aperta. i. discooperta, reuelata, & manifesta: q2 ex omni parte plenè uisa, oculis eius, idest conspectui, & uisioni eius, ad quem nobis est sermo. i. cui oportet nos reddere rõnem de omnibus operibus, & cogitationibus, & intentionibus nostris. Vnde Ps. 118. Meditatio cordis mei in conspectu tuo semper. Ad propositum ergo idē est conspectus Dei, quòd simul cognitio Dei. Cognitio autē vel scire Dei est duplex,

Conspectus Dei duplex.

Hebr. 4.

plex.s.visionis, & approbationis. Primo E modo oia Deus cognoscit bona & mala. Quantum ad secundum modū mala non cognoscit, sed solum illa quæ approbat. Sic.n.fatuis virginibus dr. Amē dico vobis, nescio vos. Sic consimiliter dicimus conspectū vel simul aspectum Dei duplicem.s.cognitionis, & sic oia in conspectu eius sunt, & approbationis, & sic solū illa sunt in conspectu eius quæ approbat, nō autem mala. Vnde Iob 13. dicitur. Vias meas in conspectu eius arguam. q.d. hoc approbat. Non.n. veniet in cōspectu eius omnis hypocrita. q.d. hypocritā non approbat. Isto ergo modo quid est orationē intrare in conspectu dñi, nisi orationem ei esse placitam, & approbatā & ab eo exaudiri. Et hoc est, qđ hic gl. ait. Ingressus orationis in cōspectu dñi approbatio eius est. Cōsequenter hoc idē alijs verbis repetit, d. *Inclina aurem tuam*, &c. Inclinatio autem auris Dei ad preces nostras est misericors eius exauditio. Qui enim aliquem vult exaudire porrigit sibi aurem, sed ab illo quem non vult exaudire, auertit. Auris.n. Dei dicitur eius gratia, vide supra ver. 870. & 1139. In hoc ēt quod dicit. *Inclina aurem tuam*, &c. notat humilitatem orationis, vide versi. 190. & G 437. Hic autem notat gl. magnā virtutē orationis, d. Virtus magna puræ orationis hic notatur, quæ quasi quædam persona, ad Deum intrat & mandatum peragit quo caro peruenire nequit. Quantę autem virtutis sit conspectus Dei erga nos, vide supra versic. 686.

Matth. 25. *Glossa.* *Orationis virtus.*

1483 *Quia repleta est malis anima mea, & vita mea inferno appropinquauit.*

HIc Christus explicat suā passionē, quam Christus grauissimam ostēdit ex multis, primò ex pœnarum multiplicate in principio, secundò ex opprobriosa reputatione, ibi. *Aestimatus sum*, tertiò ex corporali vulneratione, ibi. *Sicut vulnerati*, quartò ex iniquorum associatione, ibi, *Posuerunt*, quintò ex adiutorij priuatione, ibi. *Super me confirmatus*. Sextò ex discipulorum dispersione, ibi. *Lōgè fecisti*, septimò ex sui discipuli proditione, ibi. *Traditus*, octauò ex mortis turpissimę condemnatione, ibi. *Clamaui*. Quātum ad primum narrat grauitatem suæ passionis ex dolorum, & pœnarum H multiplicitate, d. *Quia repleta est malis anima mea*. Duo.n. sunt genera malorū .s.culpæ & pœnæ. Primum nō potest esse sine secundo, quia omne peccatum pęna est, sed secūdum benè potest esse sine primo, non simpliciter, quia oīs pœna si iusta est, est peccati pęna, sed in persona patiente, quia quis innocens pro peccato alterius mala pœnæ pati pōt. Et de isto secundo genere malorum ait Christus: *Quia repleta est malis*.s. pęnæ aīa mea, qa tpe suæ passionis omnibus malis quibus quis pōt repleri repletus fuit Christus, & omnibus modis passus, vide supra vers. F 21. Et hoc est quod Christus dicit. Tristis est aīa mea vsq; ad mortem. Vnde gl. Non peccatis, sed doloribus repleta fuit aīa Christi, vel etiam repleta fuit malis, quia omnibus vitijs & peccatis aliorū cōpatiebatur. *Repleta est* ergo *malis anima mea*. q.d. malis prætereuntis populi compatior, dum trador ad mortem. Et hoc est quod subdit. *Et vita mea inferno appropinquauit*. q.d. quia trador ad mortē, per quod anima mea appropinquauit ad infernum, quia statim separata anima in infernum appropinquauerit vel descenderit anima Christi vide vers. 108.

Matth. 26. *Glossa.*

Aestimatus sum cum descendentibus in lacum, factus sum sicut homo sine adiutorio inter mortuos liber. 1484

HIc aggrauatr passio Christi ex opprobriosa reputatione, qđ.n. quis pro altero facit laboriosum & sumptuosum liberè, & ex mera charitate, reputare ꝙ hoc non liberè, sed ex necessitate, & coactè illud faciat, est iniuriosè & opprobriosè cōtra debitum opus illius reputare. Quod sic in sua passione accidit Christo. Vbi notandum, ꝙ aliter Christus fuit passibilis, & mortalis, & aliter nos, qm nos pœnas, miserias, & mortem patimur ex necessitate naturæ, quā necessitatē induxit peccatum primorū parentum: Christus autē hos defectus pœnales in se assumpsit sola volūtate vt ex charitate nō necessitate pro humano genere pateretur, vt deducit Magist. lib. 3. di. 15. Iudæi autem opprobriosè contra Christū insurgentes existimabant illum pati non voluntate, sed necessitate. Et hoc est, quod Christus dicit. *Aestimatus sum*

Christus passus est volūtate non necessitate.

sum cum descendentibus in lacum. Per lacum accipit infernum, sicut dr Zach. 9. Eduxisti vinctos de lacu ad quē descenditur per mortem. q. d. Aestimatus sum mori, pati, & ad infernum descēdere eadem rōne, qua & alij. s. non volūtate, sed necessitate. Et istam expositionē hic sentit gl. d. Ait Christus. Non solum grauiora sum passus, sed ēt contumeliosa. *Quia æstimatus sum cum descendentibus in lacū* .i. miseriæ vel inferni profunditatem. Et hoc à nescientibus quid faciebant, qui me sic putabant mori necessitate, ut alij hoīes moriuntur. Sed hos defectus infirmitatis nostræ sicut & ipsam carnē non conditione necessitatis, sed miseratiōne voluntaria suscepit, vt transfiguraret in se corpus suum, quod est ecclesia. s. ut si quis suorum inter has humanas miserias contingeret tristari uel dolere, non ideo se alienū à gratia putet. Sequitur. *Factus sum sicut homo sine adiutorio inter mortuos liber.* Est declaratio partis prædictæ, ut Christus dicat. Ego qui solus sum inter mortuos liber. s. qui solus uoluntate nō necessitate morior, *factus sum*. i. æstimatus à nescientibus, ꝙ sim sicut homo sine adiutorio. s. ꝙ non possim euadere mortem sicut nec alij hoīes possunt, qd falsum est, quia alij hoīes non habent potestatem euadēdi mortem si uelint, sicut ego. Et hoc est quod Christus dicit. Nemo tollit aīam meam à me, sed ego pono eam à meipso. Potestatē habeo ponēdi aīam meam, & potestatem habeo iterum sumendi eam, Quod exponēs Chrysostomus ait. Quia. n. Iudęi cōsiliabātur multotiēs Christum interficere, dicit, ꝙ ipso nolente, inutilis est hic labor. Ita. n. habeo potestatem aīam meā ponere, ut nullus possit à me inuito ipsam auferre, quod in alijs hoībus non est. Dñs autem Iesus solus habet potestatem ponendi D eam, & iterum ad libitū resumendi eam.

Mortuus est Christus voluntate non necessitate.

Ioan. 10.

Chrysost.

1485 *Sicut vulnerati dormientes in sepulchris, quorū nō est memor amplius & ipsi de manu tua repulsi sunt.*

HIc aggrauat passio Christi à corporali uulneratione. Christus. n. ab eis uulnera multa suscepit, quia ipsi æstimabant per illa uulnera eum uiolenter ad mortem ducere. Et hoc est quod d. *Sicut Vulnerati dormientes in sepulchris.* q. d. A æstimatus sum ab eis, sicut de alijs qui per uulnera inuitē ducuntur ad mortē & ad sepulchrum. Sic & ego ab eis lancea uulneratus sum, mortuus, & in sepulchro positus, sed totum hoc uoluntate, nō necessitate. Sed quāuis Christus sic fuerit uulneratus, mortuus & sepultus, sicut & cæteri, tamē dña est inter ipsum, & alios unde sequitur de alijs. *Quorum non est memor.* Alia litera habet & magis clarè. *Quorum tempus resurgendi nondum venit.* Vbi Christus discernit se ab alijs quia licet fuerit uulneratus mortuus & sepultus, ip B se tñ die tertia resurgēs euigilauit. Sed illi putabant eū similē alijs uulneratis, & occisis & dormiētibus in sepulchris, quo tū Deus non est memor adhuc, quia non euigilabūt usq; ad diem iudicij. Et notat glo. ꝙ scriptura cōsueuit mortuos dicere dormiētes: quia ipsos uigilaturos. i. resurrecturos uult intelligere, quia euigilabunt in resurrectione. Sequitur. *Et ipsi de manu tua repulsi sunt.* Hoc. n. ly *ipsi* non refertur ad ipsos uulneratos dormiētes, inter quos ēt sunt multi iusti qui de manu dñi nō sunt repulsi, qm̄ iustorū aīæ in manu Dei sunt, sed refertur ad ipsos Iu- C dæos qui æstimabāt Christū esse sine adiutorio, & ipsi priuati sūt adiutorio Dei, quod maxime patuit in captione ciuitatis, & populi trucidatione pe Titi & Vespasiani principū Romanorū. De uulneribus Christi dixit Ps. 21. Foderūt manus meas, & pedes meos, uide supra uer. 308. Ista autē uulnera hic ad memoriā reducuntur, qm̄ per illa aīæ nostræ uulnera sanantur. Vnde Bernar. super illo uerbo Esa. 2. Ingredere in petra, abscondere in fossa humo à facie iræ dñi, ait. Infirmæ adhuc & inerti aīæ, q̄ iuxta ꝙ in euangelio quidā de se cōfitetur, fodere non ualeo, mēdicare erubesco, fossa ostenditur ubi lateat humus, donec cōualescat & proficiat, ut possit & ipsa p se sibi cauere foramina in petra, p quę intret ad interiora uerbi animi utiq; uigore & puritate. Et si intellexerimus fossam humū illā q̄ ait, foderūt manus meas, & pedes meos, nō erit dubitādū de sanitate citius adipiscenda aīæ illuminatę, q̄ in ea demorabitur. Quid. n. tā efficax ad cauēda conscięuulnera nectiori ad purgandā mētis aciē quàm Christi vulnerū sedula meditatio,

Mors dicitur dormitio.

Sap. 3.

Vulnera Christi sanant animam.

Bernard.

Posue-

1486 *Posuerunt me in lacu inferiori, in tenebrosis, & in vmbra mortis.*

AGgrauatur hic passio Christi ex iniquorum associatione. Vbi aduerte, ꝙ principes sacerdotum volentes in passione Christi ipsum coram omnibus diffamare & ostendere vitiosum, procurauerunt duos latrones notorios cum ipso crucifigi, & in medio ipsorum Iesum poni. Nam secundum ꝙ dicit Theoph. malam opinionem de dño populo generare volentes, duos latrones fecerunt crucifigi cum eo, per hoc populo ostendere volẽtes ipsum esse latronem, & vitiosum dignũ morte. Et hoc notãs Christus, ait. *Posuerunt me in lacu inferiori.* Vbi aduerte, ꝙ lacus mysticè sumptus est duplex, pœnæ & culpæ. Primus est superior, & secũdus inferior. Lacus superior pœnæ est infernus, de quo Esa. 14. Detraheris in infernum in profundum laci. Lacus inferior culpæ est ipsum peccatum. Vnde Thren. 3. volens ostendere Hieremias, ꝙ causa captiuitatis Iudæorũ à Babylonijs fuerat peccatũ ipsorum, dicit. Lapsa est in lacum vita mea. Quid est ergo *posuerunt me in lacu inferiori*, nisi sua opinione conati sunt me in peccatũ ponere, idest, ostẽdere peccatorem? Et tamen per hoc apud populum non fuit reputatus peccator, sed magis clarificatus. Vnde declarãs ꝙ per lacum inferiorem intelligebat peccatum quod est tenebrosum ideo statim subdit. *In tenebrosis.* Peccatum.n. quædã tenebra dicitur: quia totus homo interior obscuratur, vt ait Magister lib. 4. Et aduerte ꝙ vt ipsum magis diffamarent, non solum ipsum cum latronibus crucifixerũt, sed in loco pro morte latronum deputato. Et hoc est quod subditur. *Et in vmbra mortis.* Vbi secundum gl. vmbra mortis est locus, quo mali puniuntur. Hoc autẽ quod dicitur. *Et in vmbra mortis*, intelligi & aliter potest. Nam vmbra mortis tria significat. s. obliuionem, peccatum, & mortem carnis, in quibus omnibus Iudæi Christũ ponere conati sunt, vnde Grego. dicit. In scriptura sacra vmbra mortis aliquando obliuio mentis dr̃, aliquando imitatio diaboli, aliquando mors carnis. Vmbra.n. mortis obliuio mẽtis accipitur, quia sicut mors hoc quod interfecit agit vt non sit in vita, ita obli-

Lacus superior pœna inferior culpa.

Vmbra mortis multa significat.
Gregor. 4. mor. c. 20.
Obliuio dicitur Vmbra mortis.

E uio hoc quod intercipit agit, vt nõ sit in memoria mentis. Vnde rectè Ioãnes Hebræorum populis eum quem obliti fuerant Deum prædicare veniebat, per Zachariã dr̃. Illuminare ijs qui in tenebris & in vmbra mortis sedẽt. In vmbra enim mortis sedere est, à diuini amoris notitia in obliuionem labi. Vmbra ẽt mortis peccatum vel imitatio antiqui hostis accipitur. Ipse.n. quia mortẽ intulit, mors vocatur, Ioanne attestãte, qui ait. Nomẽ illi mors. Per vmbram ergo mortis eius imitatio designatur, q͂a sicut vmbra iuxta quantitatẽ corporis ducitur, ita actiones iniquorum de specie imitationis eius

F exprimuntur. Vnde rectè Esaias cũ gentiles populos in antiqui hostis cerneret imitatione defecisse, eos ad veri solis ortum resurgere conspiciens ait. Sedẽtibus in regione vmbræ mortis, lux orta est eis. Vmbra etiam mortis mors carnis accipitur, quia sicut vera est mors qua anima separatur à Deo, ita vmbra mortis est qua caro separatur ab anima. Vnde rectè voce martyrum per prophetam dr̃, Humiliasti nos in loco afflictionis, & cooperuit nos vmbra mortis. Quos.n. constat non spiritu, sed sola carne mori, ne-

G quaquam se vera morte operiri dicũtur, sed umbra mortis. Ad propositum ergo istis trib. modis conati sunt Iudæi Christum in vmbra mortis ponere. primo modo, quia totum ad hoc contra ipsum faciebant ut obliuioni daretur nomẽ & fides Christi. Vnde Hier. 11. dicit, mittamus lignum in panem eius, & nomẽ eius nõ memoretur amplius. Secundo modo patet, quia ut dictum est, ideo cum iniquis eum deputauerunt, ut ipsum peccatorẽ ostẽderent, sed ex hoc magis clarus euasit. Tertio modo patet, quia licet vellent eum ex toto perdere, tñ sibi solum

H carnis mortẽ intulerunt, & hoc ad modicum ips, & sic ipsum in vmbra mortis posuerunt. Vnde Greg. ubi supra, ait. Mediator Dei, & hominum solã mortẽ carnis pro nobis suscepit, & uerã mortẽ delinquentium per umbrã suæ mortis deleuit. Ad nos quippe uenit, qui in morte carnis, & spiritus tenebamur, unã ad nos suã mortẽ detulit, & duas nostras, quas reperit, soluit. Si.n. ipse utrãq; susciperet, à nulla nos liberaret. Sed unam misericorditer accepit, & utramque iustè damnauit, &c.

Luca 1.

Esa. 9.
Mors dicitur Vmbra mortis.

Gregor.

1487 *Super me confirmatus est furor tuus, & omnes fluctus tuos induxisti super me.*

HIc aggrauatur Christi passio ex adiutorij priuatione. Christus enim in sua passione à Deo patre derelictus videbatur, eo q sibi contra persecutores iniustos non ferebat auxilium. Vnde & in cruce clamauit, dicens, Deus meus, Deus meus, quare dereliquisti me? Matth. 27. qualiter aūt hoc verū fuerit, vide supra vers. 291. Et hoc hic notans Christus, dicit patri. *Super me confirmatus est furor tuus.* Non q pater contra filium fuerit cōmotus, sed hic accipitur furor pro effectu furoris, sicut ad modū loquendi, qñ vnus homo contra alium furit, ei omnem pęnam, q̄ pōt, infert. Et isto modo uidebatur patris furor confirmatus supra Christum, eo quod ipsum de manibus Iudæorū nō defendebat, sed ipsum uoluntati eorum tradiderat percutiendum. Et sic videbatur quod Deus oēs indignationes suas super ipsum induxisset, qñ permisit eum capi, ligari, flagellari, & coronari, & inter duos latrones crucifigi. Et hoc totum refertur ad opinionem Iudæorum, qui sic eū percussum à Deo pp sua peccata putabant. Vnde & dicebat illud Esa. 53. Vidimus eum, & non erat aspectus, & desiderauimus eū despectum, & nouissimum uirorum, virū dolorum, vnde nec reputauimus eū. Per fluctus autem intelligit impetus tribulationum, de quibus subdit. *Et omnes fluctus tuos induxisti super me.* Et quāuis, fm illorum opinionē Deus super Christum fluctus pęnarum induxisset, tñ ipse superior fluctibus erat, quos volūtate susceperat, nō necessitate. Vnde de ipso dr Iob 9. quod graditur super fluctus maris. Nota tñ quod fluctus fm suas conditiones diuersas, diuersa significāt in scriptura. Nam fluctus sunt terribiles, & sic significant diuinam iustitiam. Iob 31. Quasi fluctus tumentes super me, semper sic timui Deū. Sūt instabiles, & sic significant mobilitatem cōscientiæ. Iac. 1. Qui hæsitat similis est fluctui maris, qui ab omni vento mouetur. Sunt eleuabiles, & sic significant sublimitatem arrogātiæ, Ps. 92. Eleuauerūt flumina fluctus suos. Sunt cōturbabiles, quia cōturbant

Fluctus multa significant.

A aspectu, & sic significāt punitionis acerbitatem. Esai. 51. Conturbabo mare, & intumescent fluctus eius. Et isto modo hic accipiuntur fluctus pro acerbitate pœnæ, cum dicitur. *Et omnes fluctus tuos induxisti super me.* Sic enim dicit. Omnia excelsa tua & fluctus tui super me transierunt, vide supra vers. 697. *Psal. 41.*

1488 *Longè fecisti notos meos à me, posuerunt me abominationem sibi.*

HIc aggrauat Christi passio ex discipulorum dispersione. Sicut enim solatium est miserijs, socios habere pœnarū, qui sibi in suis pęnis s. assistant, & cōpatiantur, sic & aggrauatur pœna, qñ quis in pęnis positus à suis familiaribus & notis derelinquitur, quia eo dolor aggrauatur, quia derelinquētes cognoscit nō fuisse veros amicos. Sic enim dolor Iob aggrauabatur, quia ab amicis se in persecutione relictum videbat, dicens. *Iob 6.* Fratres mei præterierunt me. Quod notans Greg lib. 7. mor. c. 11. dicit, Plerūq; ipsi nos miseros insequuntur, qui fœlices sine cōparatione coluerunt. Cum. n. quis positus in prosperitate diligitur, incertū valde est, vtrum prosperitas, vel persona diligatur, amissio aūt prosperitatis interrogat vim dilectionis. Vnde benè quidā sapiens, dicit. Non agnoscitur in bonis amicus, & non absconditur in malis inimicus. Nec prosperitas quippe amicum indicat, nec aduersitas inimicum celat, quia ille sæpè prosperitatis nostræ reuerentia regitur, & iste ex confidentia aduersitatis aperitur. Quia nimirū, qui in aduersitate proximum despicit, apertè conuincitur, quia & hūc in prosperis, nō amauit &c. Sic igitur ad propositum dolorem Christi passi accumulauit discipulorum dispersio, qñ. s. videntes Christū ligari, qui promiserant vsq; ad mortem pro ipso constanter certare, omnes, relicto eo, fugerunt, vt habetur Mar. 14. Et hoc hic insinuans Iesus, ait. *Longè fecisti notos meos à me.* Et attende, q non dicit notos quos ipse nouerat generaliter, sed notos, qui eum nouerant, qui. s. viderūt ipsum cęcos illuminantem, mortuos suscitantem &c. *Posuerunt me abominationē sibi.* Abominor, atis, fm grammaticos est aliquid abhorrere, cū execratione repellere, execrari, detestari, Sic enim Apostolorum

Amicos probat aduersitas non prosperitas.

Eccle. 12.

B

C

D

stolorum primus, ipsum tunc fuit abominatus, quando incepit anathematizare, & detestari, quia nõ nouisset hominem, *Matth. 26.* vt habetur Matth.26. Hoc.n.in figura *Iob 19.* Iob prædixerat, dicens. Abominati sunt me consiliarij mei, & quem maximè diligebam, aduersatus est mihi. Consiliarij namque Christi dicuntur ipsi Apostoli, quia & si Christo consilia non tribuebant, tamen membris Christi prædicãdo consulebant, & inter illos Petrus à Christo singulariter erat dilectus, quia in omnibus primus secretarius Christi erat, tunc super omnes magis aduersatus est Christo, ipsum cũ iuramento abnegãdo.

1489 *Traditus sum, & non egrediebar, oculi mei languerunt præ inopia.*

AGgrauatur hic passio Christi ex discipuli traditione. Vbi nota, quòd quamuis Christus sciret tẽpore suæ pas- *Iudas tradidit Christũ.* sionis Iudam ipsum traditurũ, ipsum solum generaliter prædixit, dicens. Vnus vestrum me traditurus est, sed in speciali ipsum nõ nominauit, sed hoc in corde sibi occultum retinuit, ꝙ ideo ipsum in *Leo.* particulari nominare noluit vt dicit Leo. in sermo. vt notam sibi conscientiã proditoris demonstraret, quam non aspera, non aperta increpatione confundẽs: sed leui ac tacita admonitione conueniẽs, ipsum facilius corrigeret pœnitendo, quã nulla deformasset abiectio. Vel secũdum *Chrysost.* Chrysostomum, quia Christus personaliter proditorem si in particulari nominasset, alij Apostoli ipsum dentibus lacerassent. Cognoscebat ergo proditorẽ, & tamen nomen eius exterius nõ expressit, sed intus in corde retinuit. Et hoc est quod hic dicit Christus. *Traditus sum*, s. à discipulo cui multa cõtulerat beneficia. *Et non egrediebar*, s. conceptus à me non egrediebatur, sed in me ipso remansit. *Egressio est locutio.* Egreditur enim cognitio interior, vel cõceptus, quando exterius per linguã manifestatur. Sic enim egressionem pro locutione exteriori accipit propheta, di- *Hiere.17.* cens. Tu scis quod egressum est de labijs meis in conspectu tuo, rectum fuit. Et ꝙ proditionem istã magis aggrauabat, quia gratis prodidit, nulla offensione à Christo lacessitus, sed sola cupiditate allectus *Chrysost.* vt ostendit Chrysostomus in sermo. de

E proditione Iudæ, dicens. Dic, Iuda, causam proditionis. Tradis magistrum, nunquid laceratus ab eo? Audiam læsionem tuam. Forsitan quia tibi dæmonum tra- *Auaritia omniũ malorum est causa.* didit potestatem quòd fecit te languentibus subuenire, quòd mortuos suscitare didicisti, has beneficiorum vices exoluis, dicẽs. Quid vultis mihi dare, & ego eum vobis tradam? O dementia, immo cupiditas proditoris. Cuncta enim mala cupiditas procurauit. Hac affectus Iudas, *Matth. 26.* magistrum tradidit. Nam cupiditas huiusmodi sortita est naturam. Captiuas animas retinet, & omnibus modis alligatas astringit, beneficiorum obliuionem
F imponit, & alienationem mentis ostendit. Iudas captus cupiditatis insania, quanta beneficia conuersationis mensę, discipulatus, admonitionis, suasionis oblitus est, vt magistrum traderet, ac dominum, vt & meritò cupiditatẽ radicem esse omnium malorum Apostolus dicit. Nõ ergo mirum si tam ingrata proditio Christi passionem aggrauabat, & tamen ipse proditorem nollens confundere, ipsum exterius non expressit. Et hoc est quod ait. *Traditus sum, & non ingrediebar.* Sed quid ex hoc secutum fuit, insi-
G nuant, d. *Oculi mei languerunt præ inopia.* Per oculos.n. vt ait gl. intelligit Apostolos, qui quando viderant Christũ sic proditum per discipulum, & se non defendẽtem, statim perdita fide, vt debiles, vt lãguidi omnes fugerunt. Nam languere idem est ꝙ deficere vel egere. Ipsi autem Apostoli tunc egebant, quia uidebant se perdidisse Christum, & ideo defecerunt.

Clamaui ad te, domine, tota die expandi ad te manus meas. 1490

H HIc aggrauatur Christi passio ex turpissimæ mortis condẽnatione. *Crucis mors turpissima.* scilicet mortis crucis. Ad hoc.n. principes morte turpissima crucis & non alia voluerũt Christum occidere, vt Christo maiorem pœnam inferrent, simul & ampliorem uerecundiam. Erat.n. hoc mortis genus magis morosum, & magis opprobriosum. Et hæc duo notans Beda super Lucam ait. Pessimo.n. genere mortis occidere desiderant innocentẽ. i. crucifigere. Et ideo quia pendẽtes in ligno crucifixi, clauis ad lignum pedibus manibusque

busque confixis producta morte necabã A tur, ne dolor citius finem haberet. Et hoc quantum ad primum. Et ibi diu uiuentes, ab omnibus diutius uidebãtur. Erat enim hoc genus mortis latronũ. Et hoc quantum ad secundum. Certum est etiam ꝙ Christus expansis in cruce manibus clamauit ad patrem, qñ. s. circa horam nonam clamauit voce magna, d. Heli, heli, &c. Matth. 27. & Luc. 23. Clamans Iesus voce magna, ait. Pater, in manus tuas commendo spiritum meum, & hæc dicens, expirauit. Hoc ergo genus mortis hic exprimens, quo manus extẽsas habebat in cruce, dum oraret ad pa- B trem, ait. *Clamaui ad te, domine tota die expandi ad te manus meas*. Iste aũt uersus dupliciter punctuatur, Primò, vt pũctus sit post *tota die*, vt dicatur. *Clamaui ad te, domine, tota die*. Et sic tota dies accipitur pro die, & nocte. Et sic cum dies significet prospera, & nox aduersa, Christus tota die clamauit ad patrem, quia in prosperis gratias agendo, in aduersis aũt patrem orando, ut dictum est vers. 1153. Si aũt sic punctuatur, tunc est sensus. In omni statu dñe, clamaui ad te, finaliter aũt expandi ad te manus meas. s. in cruce. Et sic clarus est textus. Secũdò aliter C punctuatur, ut punctus ponatur ante ly *tota die*, vt dicatur. *Clamaui ad te, domine*. & postea dicatur. *Tota die expandi ad te manus meas*. Et iste modus punctuãdi est communior. Sed tunc glo. facit dubium, quomodo tota die expandit manus in cruce, quia nec una die fuit illa manuũ in cruce extẽsio. Et, si dicatur ꝙ hic accipitur totũ pro parte, obijcit gloss. quia d. *tota die*. Sed ego hic magnã difficultatẽ non uideo, quia nõ obstante, ꝙ signũ vniuersale apponatur alicui termino in scriptura, tñ ille terminus qñq; solũ sit pro parte significatorum, & nõ pro om- D nibus. Dr enim Matth. 2. ꝙ Herodes, audita natiuitate Christi, turbatus est, & oĩs Hierosolyma cũ illo, & tñ certũ est, ꝙ nõ oẽs fuerũt turbati, non Simeõ, qui auidè Iesum desiderabat, non Anna prophetissa, & sic de multis alijs sanctis. Similiter dr Matth. 3. ꝙ omnis Iudæa, & oĩs regio circa Iordanem ueniebat ad Ioannẽ, &c. In talibus locutionibus non obstante signo uniuersali, accipitur totũ pro parte, maximè vbi talis pars, pro

Tota die quo modo fuit Christus in cruce.

qua accipitur, sit principalis pars illius totius, sicut dr. Turbatus est Herodes, & omnis Hierosolyma cum illo, quia quæ cum Herode fuit turbata, erat principalior pars Hierosolymorum, quia principes sacerdotum, & scribæ. Sic in proposito, cum dr, *Tota die expandi ad te manus meas*, accipitur tota dies pro parte, maximè illa pars diei, in qua Christus expãdit manus ĩ cruce, fuit principalior pars diei, in qua Sol erat altior. De clamore aũt Christi, vide sup. ver. 399. & 1091.

Nunquid mortuis facies mirabilia, aut medici suscitabunt, & confitebuntur tibi? 1491

HIc ostendit Christus quibus sua passio non proficit. Et primò proponit quibus non proficit, secundò probat qd dicit, ibi. *Nunquid narrabit*. Quãtum ad primũ sciendum, ꝙ Christi mors in peccatis obstinatis nõ proficit, sed ex hac magis ipsi grauantur. Non enim hic loquitur de mortuis corporaliter quibus multotiẽs mirabilia fecit Christus, non solum eos corporaliter resuscitando, sed ẽt spiritualem uitam gratiæ eis conferendo, quia quos Christus resuscitabat corpore, multo fortius resuscitabat in anima, quia perfecta sunt Dei opera. Deuter. 32. Sed loquitur de mortuis spiritualiter in anima. Et istorum sunt tria genera, quibus Christus mirabilia fecit, sed non quarto generi. Nã tria genera mortuorum spiritualiter, quibus Christus fecit mirabilia, tractat Grego. dicens finaliter, ꝙ peccatum primò est in occulta perpetratione, secundò ad apertam iniquitatem foras egreditur, tertiò per consuetudinẽ roboratur. Quartum uerò genus est, cum culpa in usum uenerit, fauoribus extollitur, & sic peccator in malo obstinatur, quia incessanter crescit culpa fauorib. enutrita. Quia curari vulnus negligitur, quod dignum præmio laudis uidetur. Vnde benè per Salomonem dicitur, Fili mi, si te lactauerint peccatores, ne acquiescas eis. Peccatores enim lactant, qui perpetrata mala fauoribus extollunt. An non lactatur, de quo per Psalmistã dr? Laudatur peccator in desiderijs animæ suæ, & iniquus benedicitur. Sciendum quoque

Mors peccati multiplex.

Gregor. 4. mor. c. 29.

Adulatio lactat peccatorem

Prouer. 1.

Psal. 9.

Tres mortuos suscitauit Christus. est, quòd tres modi peccantiũ iuxta descensus sui ordinem, facilius corriguntur, quartus uerò difficilius emendatur. Vnde & redẽptor noster puellam in domo, iuuenem extra portã, in sepulchro autem Lazarum suscitauit. Adhuc quippe in domo mortuus iacet, qui latet in peccato. Iam quasi extra portam educitur, cuius iniquitas vsq; ad verecundiã publicã perpetrationis aperitur. Sepulturæ verò aggere premitur: qui in perpetratione nequitiæ etiam vsu consuetudinis pressus grauatur. Sed hos ad uitam

109 miseratus reuocat, quia plerunque diuina gratia nõ solum in occultis, sed etiã F in apertis iniquitatibus mortuos, & mole prauæ cõsuetudinis pressos respectus sui lumine illustrat. Quartũ uerò mortuum redemptor noster annunciante discipulo agnoscit, nec tamẽ suscitat, quia valdè difficile est, vt is, quem post usum malæ consuetudinis etiam adulantium linguæ excipiunt, à mẽtis suæ morte reuocetur. De quo & benè dicitur. Sine mortuos, vt sepeliãt mortuos suos. Mortui enim mortuos sepeliunt, cum peccatores peccatorum fauoribus premunt.

Luca 9. Quid enim aliud est sepelire quàm occumbere? Sed qui peccantem laudibus G prosequuntur, extinctum sub verborum suorum aggere abscondunt. Erat autem & Lazarus mortuus, sed tamẽ nõ à mortuis sepultus. Fideles quippe illum mulieres obtuerant, quæ & eius mortem viuificatori nunciabãt, vnde & protinus ad lucem rediit: quia cum in peccato animus moritur, citius ad vitam ducitur, si super hunc solicitę cogitationes viuunt, & cætera. Ex quibus apparet, quòd mortuorum spiritualiter quatuor sunt genera, quia peccatores primò quidam sunt occulti, secundò quidam sunt per opus extrinsecum manifesti, tertiò quidam H sunt per consuetudinem sepulti, & quidam fauoribus obstinati. Et de isto quarto genere hic loquitur Christus, quòd eis nõ proficit passio Christi, quia tales per ipsam non reuocantur ad gratiam. Et hoc est, quod ait, *Nunquid mortuis facies mirabilia?* Vbi gl mortuos dicit non corpore, sed corde: coram quibus quãdã facta sunt mirabilia per Christi passionem, sed non profuit eis: quia eos visa nõ mouerunt. Mortuis quidam corpore fa-E cta sunt mirabilia, quia quidam reuixerunt. Et cum dñs penetrauit inferna & inde mortis victor ascendit, magnũ mortuis factum est miraculum. Dicat ergo: *Nunquid mortuis*, i. corde in peccato obstinatis. *Facies mirabilia?* q.d. non: quia & si coram eis facta sunt mirabilia, non tamen eis facta sunt, quia non profuerunt illis. Et hic tangit principes sacerdotum, qui obstinato corde visis miraculis in Christi passione ostensis alijs populis se conuertentibus, illi conuerti noluerunt. De quibus etiam subdit. *Aut medici suscitabunt & confitebuntur tibi.* Per medicos enim intelligit sanctos prędicatores, qui linguæ medicamẽto multos mortuos in peccatis, ministerialiter vocant ad vitam gratiæ, qui suscitati Deo confitẽtur per gratiarũ actionẽ. Tales medici fuerũt sancti Apostoli, per quos tñ ipsi obstinati principes sacerdotũ ad vitã non fuerunt reuocati, vt fidem Christi reciperent, & ipsum verum Deum esse confiterẽtur. Et hoc est quod dicitur Io. 17. Nunquid aliquis ex principibus credit in eũ, sed turba hæc quę nõ nouit legẽ maledicta est.

Nũquid narrabit aliquis in sepulchro misericordiam tuam, & veritatem tuam in perditione? 1492

HIc probat quod dixerat. Vbi notandum, quòd anima obstinata in peccato mortua habitat in corpore, sicut in sepulchro. Vnde & ipsos Pharisæos vocabat Christus sepulchra. Matt. 23. Dicẽs. Vę vobis qui similes estis sepulchris dealbatis, quæ a foris parent hominibus speciosa, intus autem sunt plena ossibus mortuorum & omni spurcitia, sic & vos, & cætera. Vbi Chrysostomus ponit differentiam inter corpora iustorum & corpora peccatorum, dicẽs. Meritò quidem corpora iustorum templa dicuntur: quia anima in corpore iusti dominatur sicut Deus in templo. Corpora autem peccatorum sepulchra dicuntur, quia anima mortua est in corpore peccatoris, sicut in sepulchro, nec enim anima putanda viua est, quæ nihil viuũ aut spirituale agit in corpore. Est ergo ratio Psal. ista: quia sicut in sepulchro mortuũ non potest cõfiteri homini, sic nec anima in peccato manẽs; quia est in corpore sicut i sepulchro.

Sepulchrũ anima est corpus.

Chrysost.

Templum dicitur corpus iusti.

A mor-

A mortuo enim petit confessio. vt scribitur Ecclesi.17. Vnde glos. hic ait. *Nunquid narrabit aliquis in sepulchro,* scilicet, potius, i. *in perditione,* misericordiam tuam? Et aliquis positus in perditione, idest, obstinatus, *narrabit veritatem tuam*, quasi dicat, isti non narrabunt, quia tales in cordibus, nec cogitant diuinam misericordiam ad parcendum, nec diuinam iustitiam ad puniendum. Et hoc idem alijs verbis repetit, dicens.

1493 *Nunquid cognoscentur in tenebris mirabilia tua, & iustitia tua in terra obliuionis.*

IDem enim vult intelligere Psalmista per mortuos dormiẽtes in sepulchris & per tenebras, & terram obliuionis. Per omnia enim ista significatur peccator obstinatus. Dicitur enim in sepulchro positus, vt in præcedenti versiculo dictum est. Dicitur etiam tenebra ratione infidelitatis, de quibus dicit Apostolus, quòd sunt tenebris obscuratum habentes intellectũ, alienati à via Dei. Obstinati.n. quia alienati à via Dei merito tenebræ dicuntur, vt ibidem deducit gl. dicens. Illi tenebræ sunt quia alienati à Deo q est lux & uita animæ: quia Deus deserit illos. Duæ quippe sunt uitæ, vna corporis, altera animæ. Et sicut uita corporis est anima, sic vita animę est Deus. Et quomodo si anima deserat corpus, moritur corpus, sic si deserat Deus animam, anima recedens à lumine iustitiæ, quanto magis scit quid inueniat contra iustitiam, tanto plus repellitur à lumine veritatis, & tenebris ignorantiæ mergitur. Dicuntur etiã terra obliuionis, quia terrena amantes Deum obliuiscuntur: de quib. dicitur Oseæ 2. Ibat post amatores suos, & mei oblita ẽ, dicit dñs. Tales ergo quia nõ cogitant mente mirabilia misericordiæ Dei, nec iudicia iustitiæ suæ. Ideo dicit psal. quòd in ipsis non cognoscuntur mirabilia Dei nec iustitia.

Peccator dicitur tenebra. *Ephes.4.* *Glossa.* *Vita duplex corporis & animæ.* *Obliuio dicitur peccator.*

2494 *Et ego ad te domine clamaui, & mane oratio mea præueniet te.*

HIc consequenter ostẽdit Christus, quid sua passio suis electis conferat. Et ostendit quòd sex modis Christi

A passio electis proficit. Quoniam illi per ipsam primò à filijs iræ segregantur, secundò in ipsis bona desideria multiplicãtur, ibi. *Vt quid Domine*, tertiò Christo humili conformantur, ibi. *Pauper sum ego*, quartò de peccatis hic corriguntur, ibi. *In me*, quintò hic aduersis cõseruantur, ibi. *Circundederunt*, sexto ipsi mundo moriuntur, ibi. *Elongasti.* Quantum ad primum sciendum quòd merito peccati primorum parentum, omnes pariter nascimur filij iræ, & in peccatis. Propter quod dicit Apostolus. Eramus filij iræ sicut cæteri omnes natura glos.

B idest, filij pœnæ, filij vindictæ, filij gehennæ, quia peccato primi hominis tenebatur iusta dannatione genus humanum, & erant filij iræ omnes. Sed ab ista ira per Christi passionem liberãtur electi, idest, per fidem passionis eius, sicut dicit Apostolus. Salui erimus ab ira per Christum. Hoc ergo exprimens ecclesia electorum, dicit ipsi Christo. *Et ego ad te domine clamaui.* Non enim simpliciter dicit ego, sed & ego, quasi dicat. Et ego fui natura filius iræ, sicut & cæteri, sed tua passione considerata, clamaui ad te ut saluus essem, non ad alium, quia in alio

C salus non reperitur. Act.4. Nec enim est aliud nomẽ sub cęlo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. In hoc autem quod dicit. *Et ego ad te, domine, clamaui*, notat se præuentum à gratia Dei. Qui enim clamat, & inuocat, credit. Sed filius iræ non crederet, nisi ipsũ misericordia Dei suscitando præueniret. Verum peccata præmissa impunita esse non debent, oportet quòd sicut gratia Dei nos præuenit suscitando, ita & nos iudicem præueniamus satisfaciendo. Inter partes autem satisfactionis, oratio primum obtinet locum. Per ip-

D sam ergo iudicem districtum præuenire debemus, idest, ante finem uitæ satisfacere. Et hoc est quod subdit. *Mane oratio mea præueniet te*, mane, idest, in uita præsenti. Oratio enim præuenit futurum iudicium. Illa enim oratio exauditur, quæ finem vitæ præuenit, Psal. 5. Quoniam ad te orabo domine, mane exaudies vocem meam. Et nota quòd præuentio est multiplex, quia præuenit Deus hominẽ, homo hominem, homo Deum. Pręuenit Deus hominem gratia benedictionis,

Ira filij omnes nascimur. *Ephes.2.* *Rom. 5.* *Præuenire multiplex.*

 Psal.20.

Psal. 20. Quoniam præuenisti eũ in benedictionibus dulcedinis. Præuenit homo hominem reuerentia honorationis. Ro. 12. Honore inuicem præuenientes. Præuenit homo Deũ per instantiã orõnis, vt hic. *Mane oratio mea præueniet te.* E

1495 *Vt quid domine repellis orationem meam, auertis faciem tuam à me?*

Orationem exaudire, quare differt Deus.

HIc ostendit quòd iustis bona desideria dilatantur. Vbi sciendum, quòd Deus orationes etiam iustorum exaudire differt, vt desiderium rei postulatæ magis crescat, quia res faciliter habita, quasi pro nihilo reputatur. vide suprà versic. 65. & 516. & 650. Et sic Deus quando orationem non exaudit, ipsam repellere uidetur. Hoc ergo insinuans Psalmista, per modum interrogationis Deo proponit, dicens. *Vt quid, domine, repellis orationem meam?* Ad hoc respondetur: quòd solum ad utilitatem nostrã: vt in prædictis locis allegatis patet. Et hoc alijs verbis proponit, dicẽs, *Vt quid auertis faciem tuam à me?* Et nota quòd diuina auersio, qua faciem suam auertit à nobis, quandoq; est temporalis, quandoq; verò æterna: vide supra uers. 1320. G Vel ista sunt verba sanctorum patrum, qui desiderabãt Christi incarnationẽ, q̃ per faciẽ designatur, vt supra versi. 150. & 1374 & 459. & 686. & 844. Quia ergo differebat incarnari, dicens, *Vt quid repellis orationem meam?* auertis, idest, nõ conuertis faciem tuam à me.

1496 *Pauper sum ego, & in laboribus à iuuentute mea, exaltatus autem humiliatus sum, & conturbatus.*

Luc. 8.

OStendit hic quomodo iusti Christum imitãtur. Christus enim pauper fuit in natiuitate, quia in diuersorio natus. Fuit in laboribus in vita. Ioan. 4. Iesus autem fatigatus sedebat. Sic etiam conturbatus fuit in passione. Matth. 26. Tristis est anima mea vsq; ad mortem. Exaltatus fuit in cruce. Ioannis 12. Ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum. Similiter & quilibet iustus Christum imitatur, vt primò sit pauper: quia facilius est camelum per foramen acus intrare, quam diuitem in regnum

Mar. 10.

Dei. Quod quidem non intelligitur de illis qui diuitias habent, sed de illis qui habentur à diuitijs & confidunt in eis: Habere enim diuitias non est criminis: sed illis subijci. Similiter ipsum imitantur in laboribus. Qui enim æternam gloriam considerant in se, hi laboribus occupant assiduè, vt ostendit Gregor. 8. mor. c. 7. dicens. Sciendum est, quòd mercenarius sollicitè curat inspicere, ne vnquam dies vacuus labatur ab opere, ne expectatus finis temporis inanis veniat ad remunerationem. In laboris namq; studio conspicit, quid percipere in tẽpore remunerationis possit. F Nam cum labor crescit, præmij fiducia proficit. Cũ uerò labor torpuerit, spes à remuneratione lassescit. Vnde & electus quisque vitam suam quasi mercenarij dies pensans, tanto fidentius spe tendit ad præmia, quanto nunc robustius perdurat ad laboris incrementa, &c. vt cum Christo dicere possit. *Ego in laboribus à iuuentute mea.* Qui labor maximè esse debet in gemendo peccata. Psal. 6. Laboraui in gemitu meo &c. Similiter ipsum imitatur in humilitate, aliter iustus non esset: quia Christo non obediret, dicens. Discite à me quia mitis sum, & humilis corde. Et per consequens ipsum non imitatur in exaltatione, quia omnis qui se humiliat, exaltabitur. Similiter in conturbatione, quam pro commissis peccatis debet habere. Vnde cuilibet iusto dicitur, Fili hominis, panem tuum in cõturbatione comede, & aquam tuam cum mœrore bibe. Panem suum in conturbatione comedit, qui victum vitæ præsentis cũ conturbatione pœnitentiæ pro peccatis sumit. Aquam cum mœrore bibit, quem die ac nocte pro consideratione peccatorum lachrymæ potant. Dicat H ergo quilibet iustus Christi factus imitator. *Pauper sum ego* &c. vbi considera vitæ nostræ decursum. Hæc enim incipit à miseria, ideo præmittit. *Pauper sum ego & in laboribus à iuuentute mea.* Hanc erigit superbia, ideo sequitur. *Exaltatus sum.* Hanc corrigit pœnitentia, ideo cõcluditur. *Humiliatus autem, & conturbatus.* Vnde glo. Pauperes sumus à principio per miseriam, exaltati per superbiam, sed humiliati, & conturbati per contritionem, & pœnitentiam.

Laboribus se occupant iusti in præsenti.

Matth. 11.

Luc. 18.

Ezech. 12.

Conturbatio pœnitentia.

In

1497 ***In me transierunt ira tua, & terrores tui conturbauerunt me.***

HIc ostendit, quòd iusti hic pro peccatis puniuntur. Quos.n. Deus ad occisionem dat, hic dimittit in pascuis: quos autem ad vitam, illos hic pro commissis flagellat, & punit. Vnde ad Hebr. duodecimo. Flagellat Deus omnem filium, quem recipit, vide supra versic. 19. & 236. 329. Et hoc nunc manifestat Psalmista in persona cuiuslibet iusti, dicens. *In me transierunt ira tua*. Quid enim est ira Dei, nisi punitio? quia quando aliquẽ punit, se habet ad modum irati. Sed hęc ira in reprobis non est transitoria, sed perpetuò manet. In electis autem temporalis est & transitoria, quia saltem in morte terminatur. Et hoc considerans Psalmista ait. *In me transierunt ira tua*, idest, punitiones. Et benè dicit transierunt, quia ira Dei non manet in iustis, quia transitoriè eos punit, vt sanet. Vnde Deuter. trigesimosecundo. Ego occidam, & ego viuere faciam, percutiam, & ego sanabo. Sequitur. *Et terrores tui conturbauerunt me*. Iustus enim non solum corrigitur per aduersa, quæ hic patitur, sed multo amplius timens futurum Dei terribile iudicium, qui timor etiam amorem Dei sequens, ad conseruandam iustitiam multum proficit. Ideo postquam Psalmista ad suam correctionem ostendit præsentia aduersa valere, etiam subdit, quòd timor perpetuæ pœnæ ad hoc proficit multum. Vnde & subdit. *Et terrores tui conturbauerunt me*, idest, timor pœnæ perpetuę. Vnde istum versum ad propositum pertractans Gregor. super illo verbo Iob 6. Sagittæ domini in me sunt, & terrores eius militant contra me, ait, Iustorum mens non solum perpendit, quod in præsenti via tolerat, sed etiam pauet, quod restat. Videt qualia in hac vita patitur, metuit, ne post hanc vitam grauiora patiatur. Luget quia in huius cæcitatis exilium à paradisi gaudijs ceciderit, timet, ne & cum exilium relinquitur, mors æterna subsequatur. Iam ergo sententiam tolerat in pœnam, sed minas adhuc venturi iudicis formidat ex culpa. Hinc Psal, ait. *In me transierunt ira tua, & terrores tui conturbauerunt me*. Interni quippe iudicis postquam iræ pertrãseũt, A etiam terrores cõturbant, quia iã aliud de damnatione patimur, & adhuc aliud de æterna vltione formidamus. Et hoc est quod hic dicit glos. notanter. Omne, quod potest accidere, & si non accidat, prudenter timetur.

Pœna temporalis trãsit & bonis proficit.

Pœna perpetuę timor proficit bonis.

Gregor. 7. mor. c. 3.

Timor futurorũ valet.

Circundederũt me sicut aqua, tota die circundederunt me simul. 1498

HIc ostendit, quòd iusti per aduersitates hic à Deo conseruantur. Donis.n. Dei quandoque animus in superbiã attollitur, sed ne ibi consistat, aduersis circundatur. B Et sic aduersis circundatus, seipsum recognoscens in humilitate conseruatur. Quod ostendens Greg. ait. Nã plerunque donis virtutũ elatus animus corruit, & velut irã Dei metuit aduersa tentationũ, & tamen eisdem aduersis pressus, ad virtutum custodiam cautior exurgit. Quis enim Deo propinquare se non æstimat, cum se supernis excrescere muneribus agnoscit, cum vel prophetiæ donum, vel doctrinæ magisterium percipit, vel ad alios conuertendum curationum gratia conualescit? Et tamen sæpè mens dum virtutis suæ securitate C resoluitur, insidiante aduersario, inopinatæ culpæ telo perforatur. Et inde à Deo in æternum longè fit, vnde ei ad tempus sine cautelæ custodia propinquauit. Et quis se derelictum iam gratia diuina non deputet, cum post experimentũ munditiæ lacessiri se carnis tẽtationib. videt inhonesta ad animũ cõgeri & ante cogitationis oculos nonnulla improba & immunda versari? Et tñ cum fatigant ista non superant, sed per humilitaté animũ seruant, vt infirmum se animus in aduersis deprehẽdens, totũ se ad adiutorium diuinitatis cõferat, & sui fi- D duciam funditus amittat. Sicq; fit, vt inde Deo altius inhæreat, vnde se à Deo altius cecidisse suspirabat, &c. Ex quib. patet, quòd Deus animũ iusti quandoq; circũdat aduersis, vt ipsum in virtutib. custodiat. Et hoc est, quod psal. in persona iustorum hic de aduersitatibus d. *Circundederunt me sicut aqua tota die*, &c. q.d. Vt Deus me sibi electũ custodiat, fecit quòd aduersitates circũdẽt me, i. vndiq; opprimãt, & simul, q.d. nunq̃ aduersitas vna sola venit, quia abyssus abyssũ inuocat.

Nota.

Aduersa custodiunt iustos.

Gregor. 9. mo. c. 10.

1499 *Elongasti à me amicũ, & proximum, & notos meos à miseria.*

HIc ostendit, quòd iusti mundo moriuntur. Qui enim vult Christum imitari, omnem carnalem amorem relinquere debet, vt Deum omni amori, & cognationi carnali præponat, præceptò
Matth. 10. Christi dicẽtis. Qui amat patrem suum, aut matrem plusquam me, non est me dignus. Secundum enim Hieronymũm, hic
Amoris ordo. ordo in omni affectione est necessarius, Ama post Deum patrem, matrem, aut filios. Si autem necessitas venerit, vt amor patris, matris, vel filiorum Dei amori cõparetur, & non possit vtrunque simul saluari, odium in suos, pietas in Deum est. Vnde & expresius Lucæ 14. Christus dicit. Si quis venit ad me, & non odit patrẽ suum, & matrem, & vxorem, & filios, & fratres, & sorores, adhuc autem & animam suam, non potest meus esse discipulus. Ex quibus omnibus nihil aliud vult concludere, quàm q; longè plus cognationem spiritus debet amare, quã carnis, & à mundo propter Deum elongari in ijs, quibus cognatio carnis, vel mundi Deo contradicit. Et hoc est, quod præuidens Psalmista in persona bonorũ Deo dicit, *Elõgasti à me amicum, & proximum meum*; i. propter præceptum tuum longè factus sum ab eis. Et quia tales carnales vident iustos se ab eis elongare, eis in malis non consentiendo, ideo ipsi elongantur à iustis, & derident iustos videntes iustorum aduersitates in hoc mundo, & miserias. Idcirco concludit. *Elongasti à me amicum*, &c. à miseria mea. q. d. Sicut ego præcepto tuo elongor ab ipsorum voluptatibus, quibus fruũtur in sæculo, ita ipsi elongantur à miseria mea quam propter te domine, patior in sæculo.

PSAL. LXXXVIII.

1500 *MIsericordias domini in ęternum cantabo.*



HIc Psalmus talem habet titulum. *Intellectus Ethan Esraelitæ*. Vbi aduertendum, quòd iste Ethan qui psalmum fecit, fuit vnus de præpositis cantorum quos instituit Dauid ad cantandum laudes domino ante arcam fœderis domini, E vt habetur 1 Paralip. 15. Hic habuit spiritum propheticũ, & fecit istum psalmũ. De materia autem psalmi communiter dicunt doctores, q; loquitur de stabilitate & perpetuitate regni Christi sub figura ipsius regni Dauid, de quo dixit angelus Mariæ. Dabit ei dominus Deus sedẽ *Luc.* 1.
Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum. De cuius regni perpetuitate iste Ethan propheta eruditus fuit inspiratione diuina. Et sic apparet titulus. *Intellectus Ethan Israelitæ*, s. iste Psal. est intellectus datus à Deo, siue eruditio
F de æternitate regni Christi ipsi Ethan Israelitæ, s. ipsi Ethan qui erat propheta de filijs Israel. Intentio totius psalmi est vt non in nobis, sed solum in Deo ponamus spem nostram. Iste autem psalmus diuiditur in duas partes: quia primò præmittit regni Christi prospera, secundò prædicit aduersa, ibi. *Tu verò repulisti.* Prima in tres, quia volendo agere de prosperitate, & excellẽtia regni Christi, primò præmittit laudes debitas, secundò adducit ad hoc rationes congruas, ibi. *Quoniam dixisti.* Tertiò ostendit regni Christi magnificẽtias, ibi. *Confitebuntur.*
G Prima in duas, quia primò præmittit laudem diuinæ misericordiæ, secundò laudem diuinæ iustitiæ, ibi. *In generatione.* Quantum ad primum sciendum, quòd misericordia quantum est ex parte Dei nõ sit aliud quàm ipse Deus misericors. Et sic cũ sit solus vnus Deus simplex, sit solum ex vna misericordia simplex: Tñ quantum est ex parte effectus, sicut effectus sunt multiplices, sic & misericordia est multiplex. Et sic hic Psalmista misericordias dicit in plurali ratione multorũ effectuum, quos misericors Deus facit in nobis. Vnde multas Dei misericordias
Misericordia Dei multiplex.
H in seipso notans Bernardus in hoc loco ait. *Misericordias domini in æternum cantabo.* Septẽ in me misericordias video. Prima est conseruatio gratiæ, qua à multis peccatis me adhuc in sęculo positũ custodiuit. Prima, inquam, non inter omnes, quas Deus mihi impendit, sed inter istas septem, prima. Et hæc tribus modis. s. occasiones peccandi subtrahendo, resistendi data virtute, & affectionis sanitate. Secunda misericordia fuit expectatio sustinentis qua tardabat vltionem, quia indul-

indulgentiam cogitabat, longanimiter expectans, electionem suæ prædestinationis impleri volens, & qua nos dilexit, nimiam charitatem. Tertia misericordia fuit, quod me ad pœnitentiam conuertit concutiens cor meum, & excitans, vt ad uerterem meorum vulnera peccatorũ, & vulnerum sentirem dolorem, terrẽs, & deducens ad portas inferni, & meliorem mihi consolationem inspirans, ipsẽ indulgentiæ largiendo. Quarta misericordia, quòd suscepit me pœnitentem; sic enim ex toto indulsit, tam liberaliter omnem donauit iniuriam, ut iam nec damnet vlciscendo, nec confundat improperando, nec minus diligat imputando. Quinta misericordia sequitur, per quam mihi continendi deinceps, & emẽdatius viuendi præstitit virtutum, carnẽ cum concupiscentijs suis, præsens sæculum cum cupiditatibus suis, & etiam ipsum cum tentationibus suis conterens. Sathanam sub pedibus meis. Sexta misericordia, est promerendi gratia bona æterna, quæ gratia in tribus maximè cõstat. In odio præteritorum malorum in contemptu bonorum temporalium, in desiderio futurorum. Septima misericordia est spes obtinendi, tria siquidem confidero, in quibus spes mea tota consistit, Charitas adoptionis, veritas promissionis, potestas redemptionis. Scio cui credidi, & certus sum, quia in charitate nimia adoptauit me, quia verax in promissione, quia potens in exhibitione. Licet enim ei facere quod vult hic est funiculus triplex, qui difficile rumpitur, quem à patria in hunc carcerem durissimum missum firmiter obsecro teneamus, vt ipse nos sublеuet, ipse trahat ad conspectum gloriæ magni Dei, hæc ille. Istas ergo multiplices misericordias semper in mente portare debemus, Deo gratias agendo, dicentes: *Misericordias domini in æternum cantabo*. Et dicit in æternum, dans differentiam inter iram Dei, qua electorum punit peccata, & misericordiam, qua iustos coronat, quia ira transit, psal. 87. In me transierunt iræ tuæ, sed misericordia durat in æternum psa. 102. Misericordia autem domini ab æterno, & vsque in æternum super timentes eum. Sed super isto verbo mouet

Quæstio. Gregor. quæstionem 4. moral. cap. 42. sci

A licet an beati in patria peccatorum suorum præteritorum habeant memoriam dicens. Si mens beati nulla ibi peccati sui memoria tangitur, ereptum se vnde grutulatur, aut quomodo largitori gratias refert de venia quam accepit, si interueniente obliuione transactæ nequitiæ pœnæ se esse debitorem nescit. Neque enim neglectè prætereundum est, quod psalmista ait: *Misericordias domini in æternum cantabo*. Quomodo enim misericordias Dei in æternum cantat si se miserum fuisse ignorat? Et si misericordiæ transactæ non meminit, vnde largitori misericordiæ laudes reddit? Sed si

Beati an recordentur peccatorũ præteritorũ

B meminit miseriæ, vbi est, quod Esaias ait: Non erunt in memoria priora neq; ascendent super cor? Ergo quærendum est, quomodo electorum mens perfecta in beatitudine esse poterit, si hanc inter gaudia memoria sui reatus tangit, aut quomodo perfectæ lucis clarescit gloria, quam reducta ad animum obnubilat culpa? Et consequenter respondet Greg. dicens. Sed sciendum est, quòd sicut nunc sæpè tristium læti reminiscimur, ita tunc transactæ nequitiæ sine læsione nostræ beatitudinis recordamur.

C Plerumque enim incolumitatis tempore ad memoriam dolores præteritos sine dolore reducimus. Et quo ægros nos recolimus, eo nos incolumes plus amamus, erit ergo in illa beatitudine & culpæ memoria, non quæ mentem polluat, sed quę nos letitiæ altius astringat, vt, dum doloris sui animus sine dolore reminiscitur, & debitorem se medico verius intelligat, quò de molestia meminit, quam euasit. In illa itaque lætitia sic tũc sine tædio mala nostra conspicimus, sicut nunc in luce positi sine vlla cordis caligine animo tenebras videmus, quia

D & si obscurum est, quod mẽte cernimus, de iudicio est hoc luminis, non de passione cæcitatis. Et in æternum ergo laudẽ misericordiæ nostro largitori referimus & nequaquam miseriæ conscientia grauamur, quia dum mala nostra sine aliquo mentis malo respicimus, & nunquã erit, quod corda laudantium de transactis iniquitatib. polluat, & semper erit, quod ibi ad laudem liberatoris accedat, De hac materia vide suprà versic. 585.

1501 *In generatione, & generationē annunciabo veritatem tuam in ore meo.*

HIc laudat diuinam iustitiam, quæ in scriptura nomine veritatis intelligitur. Sic enim dicitur psal. 34. Vniuersæ viæ domini misericordia, & veritas. Quod ideo dicit, quia in omni opere dñi cōcurrit misericordia, & iustitia: De hoc vide supra versic. 354. Si autem accipiatur veritas vt est adæquatio rei ad intellectum, & intellectus ad verbū, tunc certum est, quòd omnis veritas est Dei: qui enim de suo loquitur mēdaciū loquitur, qui autem loquitur veritatem F ex Deo loquitur, vt habetur, Ioan. 8. Et sic hic duo ponit vnum quod est Dei, scilicet, veritas, aliud quod est hominis, scilicet, os quo annūciatur veritas. Vnde ait, *Annunciabo veritatem tuam in ore meo*, & hoc *in generatione & generationē*, idest, non solum in generatione Iudæorum, sed etiam in generatione gentium. De hoc vide suprà versic. 1370. & 1448.

Annunciare misericordiam & veritatem.

Notandum autem quòd præter illa quæ dicta sunt suprà versic. 657. & 1370. multa alia quilibet nostrum annunciare debet. Primò annunciemus, quæ verè sunt speranda, scilicet, illa, in quibus spem G debemus ponere. Vbi notandum, & ista sunt maxime duo de quib. hic agit Psalmista, scilicet, misericordia in primo versiculo, & iustitiā in secundo psal. 91. Ad annunciandū mane misericordiam tuā, & veritatem tuam per noctem. Vbi nota quod per mane prosperitas, per noctem verò aduersitas designatur, in mane ergo prosperitatis annuncianda est misericordia Dei, sed in nocte aduersitatis, veritas & iustitia Dei. Primum vt bona tuis meritis nō credas habere, sed sola misericordia Dei. Secundum vt aduersa iustè pro tuis peccatis te pati cognoscas. H Et hoc sententialiter ponit gl. in psal. 91. d. *Ad annunciandum mane*, id est, quando benè est tibi, quod ex misericordia prouenit Dei. Quando ergo benè est tibi, lauda, & annuncia misericordiam, sed annūcia veritatem per noctē, idest, in aduersis, quando, scilicet, malè est tibi, lauda, & annuncia veritatē, quia ipse iustè flagellat. Et est sensus, quod prospera ex gratia Dei, aduersa verò ex iustitia te habere cognosce. Et hoc con-

Misericordia in prosperis, iustitia in aduersis.

E tra aliquos, qui prospera suis meritis attribuunt, & aduersa se iniustè pati prædicant, sperantes magis in seipsis, aliàs in mundo quàm in Deo. Cū oppositum figuraliter ab Angelis fiēdum nobis est ostensum. Apocal. 14. vbi dicitur, quod Ioannes vidit tres angelos annunciantes, & euangelizantes, quorum primus volabat per medium cœli, habens euangelium æternum ut annunciaret sedentibus super terram, & super omnes gentes voce magna, dicēs. Timete dominū, & date illi honorem, qui fecit cœlum, & terram, & omnia quæ in eis sunt. Cuius F rationem assignat, dicens quia venit hora iudicij eius, Secūdus angelus secutus est primum, dicens. Cecidit, cecidit Babilon illa magna quæ à vino fornicationis suæ potauit omnes gentes. Tertius angelus secutus est illos, dicēs voce magna. Si quis adorauerit bestiam & imaginem eius, & acceperit characterem eius in fronte sua vel in manu, hic bibet de vino iræ Dei, & cruciabitur igne, & sulphure & fumus tormentorum suorum ascendet in sæcula sæculorum, nec habebit requiē die ac nocte. Pro cuius euidentia sciendum, ꝙ homines communi- G ter in tribus spem suam ponunt. Quidā in Christo, & hoc bonum, quidā in mūdo & hoc est malum, quidam in Diabolo, & hoc est pessimum. Et ſm hæc tria prædicti tres angeli tria nobis annūciāt, ostendentes in quibus sperare debemus, & in quibus non. Primus ergo angelus annunciat nobis de Christo, quod ipse fecit cœlum, & terram, & omnia quæ in eis sunt, ex quo ostenditur magnæ potestatis. Et ideo ipsum timere debemus, & à nobis expelletur omne peccatum, qm vt dicitur Eccl. 1. Timor domini expellit peccatum. Secundò ipsum debemus H honorare, s. per opera virtuosa, & non solum verbis sine operibus. Vnde dicitur Prouer. 3. Honora Deum de tua substantia, & de primitijs frugum tuarū da pauperibus. Tertiò debemus ipsum adorare, scilicet, cognoscendo ipsum redēptorem omnium esse & glorificatorē, exemplo magorum qui procidentes adorauerunt eum, & apertis thesauris suis, &c. Matth. 2. Sed quare ista Christo facere debemus, angelus assignat rationem, dicēs, Quia venit dies iudicij eius: qui, scilicet, tunc

à nobis

à nobis rationem exiget qualiter ipsum A
tractauerimus peccata cauendo, qualiter ipsum honorauerimus, opera faciendo, qualiter ipsum adorauerimus, spem totam in ipsum ponendo, dicens nobis,
Luc.16. Redde rationem villicationis tuæ. Secundus verò Angelus de mundo nobis annunciat duo, s. placibilitatẽ apparentem, quia de uino delectationis suæ apparentis potat oẽs gentes, dum, s. omnibus seipsum proponit, & quicquid in ipso est lætitiæ, & solatij, significat per uinum inebrians, & delectans. Istud est uinum de quo dicitur Gen. 9. ꝙ Noe cœpit vir agricola exercere terram, & plan B
tauit uineam, bibensque uinum inebriatus est, & denudatus in tabernaculo suo. Sic qui mundi delectationes sequitur, spoliatur, & denudatur. Secundò ostendit de mundo eius liberalitatẽ deficien-
1.Ioan.2. tem, d. Cecidit Babylon. Nã transit mundus, & concupiscentia eius, & ideo in ipso sperare non licet. Cecidit autem Babylon, i. mũdus: propter multitudinem uitiorum. Dicit autem bis, cecidit, propter maiorem expressionẽ casus, uel propter duplicem casum, s. corporis, & animæ. Tertius uerò angelus annunciat nobis de diabolo tria. Primò eius naturam C
impugnãtem. Vnde uocauit eum bestiã. Ad instar namque bestiæ est crudelis, homines impugnãdo, figuratus per bestiã,
Dan.7. quam Daniel uidit, quæ erat crudelis, mirabilis, atq; fortis, dentes ferreos habens magnos comedens, &c. Secundò ostendit eius culpam deformantem, quã in se habet, & in alios conatur inducere, quam uocauit characterem, & imaginem bestiæ. Nã culpa in diabolo dicitur character, quia indelebilis est, in homine uerò imago, quia deleri põt per pœnitentiam. Vt sic dæmon sit ille qui habet characterẽ indelebilem per obstina- D
tionẽ, homò uerò imaginem per pœnitentiam delebilem. Istum characterem diaboli quidam portant in fronte per manifesta peccata sine uerecundia, quidam verò in manu per culpam occultã. Tertiò ostendit diaboli pœnã affligentem, quã in se patietur, & peccatores patientur post mortem. Vnde dicit, quòd biberunt de uino iræ Dei. Et sic ex prædictis patet, qualiter angeli nobis annunciant, ꝙ sperare debemus in Christo, nõ in mundo, uel diabolo. Et hoc annunciando eius misericordiam, & ueritatem, scilicet, iustitiam ante peccatum, sed misericordiam post culpam.

Quoniam dixisti in æternum misericordia ædificabitur in cœlis, præparabitur veritas tua in eis. 1502

CONsequenter hic ostendit rationẽ dictæ laudis, misericordiæ, scilicet, & iustitiæ. Et primò ostendit rationem in generali, secundò magis in speciali, ibi, *Confitebuntur*. Quantum ad primum sciendum, quòd tota ratio laudis diuinę misericordiæ, & iustitiæ est ipse Christus & regnũ eius, de quo iste Psalmus agit, per quem gratia, & ueritas est, ut dicitur Ioan. 1. Et primò describit gratiam & ueritatem electis factam per Christum: secundò describit modum, ibi. *Disposui*. Quantum ad primum nota, quòd per cœlos intelliguntur omnes iusti, & principaliter ipsi primi fundatores ecclesiæ, scilicet, prædicatores Apostoli, per quos Deus fidem per uniuersum orbem prædicauit, ut patet superius uers. 252. Et in istis primò ostensa fuit Christi misericordia, quia ipsi primò electi mera gratia, & in ipsis primò per Christum præparata fuit ueritas, quia ipsi primò per spiritum sanctum edocti fuerũt omnem ueritatem. Et consequenter per istos misericordia Christi, & ueritas, per uniuersum orbem fuit prędicata. Et hoc est quod ait Psalmista. *Quoniam dixisti*, q. d. Si quæratur à me, quare misericordias domini, & quas in æternum cantabo. Respondeo. *Quoniam tu dixisti*, idest, mihi reuelasti, quòd misericordia tua, quæ, scilicet, æternaliter durat primò *ædificabitur in cœlis*, idest, in sanctis Apostolis, qui erunt idonei ad mundum totum illuminandum, quia. s. ueritas tua, idest, veritas incarnationis Christi & mysteriorum ecclesiæ *præparabitur in eis*, idest, per spiritum sanctum eis plenè reuelabitur. Et sic quasi istum textũ exponendo Ioannes ait, Gratia, & ueritas per Iesum Christũ facta est, vnde, scilicet, Apo- Ioan.1.
stolos qui sunt cœli, misericorditer elegit, quibus omnem ueritatem per spiritumsanctũ reuelauit. Propter primum dicit, *Misericordia ædificabitur in cœlis*, pro-

propter secundum dicit: *Praeparabitur* E *veritas tua in eis.*

1503 *Dispoſui teſtamentum electis meis, iurau Dauid ſeruo meo, vſque in aeternum praeparabo ſemen tuum.*

HIc deſcribit modum dictæ miſericordiæ ædificatæ, & veritatis. Vbi ſciendum, quòd iſta gratia, & ueritas primò per legem fuit prophetata; ſecũdò per euangelium fuit declarata. Primum ponit in principio, ſecundum ibi *Et aedificabo*. Quantum ad primum, vt dictum eſt, hic loquitur de Chriſto ſub nomine regis Dauid, de cuius ſemine Chriſtus ſecundum carnem deſcendit. Cuius incarnatio multipliciter per legẽ fuit prophetizata, quæ data fuit ſoli populo Iudæorum, qui erat populus Dei peculiaris, & electus, de quo nunc dicit. *Dispoſui teſtamentum electis meis.* Nomine enim teſtamẽti ipſa uetus lex in ſcriptura intelligitur, quia in ipſa Deus fecit teſtamentum ſuum, oſtendens quod ſuos dimittebat hæredes, & qualis eſſet eius hæreditas. Sic enim Apoſtolus Paulus legem Moſaicam dicit teſtamentum primum, & legem euangelicam teſtamentum nouum, dicens de Chriſto. Noui teſtamenti mediator eſt, vt, morte intercedente, in redemptionem earum præuaricationum, quæ erant ſub priori teſtamento, &c. Dicit ergo de lege antiqua. *Dispoſui teſtamentum electis meis*, id eſt, legem dedi filijs Iſrael quos mihi elegi in populum peculiarem. Vnde populo Iſrael dixit Moyſes. Deut. 7. Te elegit domine Deus tuus, vt ſis ei populus peculiaris de cunctis populis, qui ſunt ſuper terram. Et in lege antiqua data populo Iſraeli, promiſit dominus, quòd regnum Chriſti maneret in æternum, loquendo de Chriſto ſub nomine Dauid. Hoc enim promiſit Deus Arahæ, dicẽs, Terram hanc, quam conſpicis, ſcilicet, terram Chanaan dabo ſemini tuo vſq; in ſempiternum, quod in Dauid primò fuit adimpletum, qui primus totam terram Chananæorum poſſedit, & poſſediſſet in ſempiternum niſi reges deſcendentes ab eo obſtaculum poſuiſſent. Tales enim promiſſiones Dei ſub conditione dabantur, ſcilicet, ſi illi Deo obediẽs exiſterent. Et hoc eſt, *Iuraui Dauid ſeruo meo.* Vt enim habetur 2. Regum 7. Miſit dominus Nathan ad Dauid, qui diceret ei ex parte domini. Suſcitabo ſemen tuum poſt te, & firmabo regnum eius, & ſtabiliam thronum regni eius vſque in ſempiternum. E hoc eſt quod hic dicit. *Iuraui Dauid ſeruo meo, vſque in aeternum praeparabo ſemen tuum.* Et ad literã fuiſſet factum, niſi ſucceſſores Dauid poſuiſſent obicem. Sed hoc de regno Chriſti intelligebatur euius ſemẽ, & filij ſunt fideles, in quibus Chriſtus regnat æternaliter, vt ait Apoſtolus ad Galatas 4.

Testamentum dicitur ſcriptura.

Hebr. 9.

Geneſ. 15.

F

Et aedificabo in generatione, & generationem ſedem tuam. 1504

OStendit hic quomodo veritas, & miſericordia regni Chriſti in nouo teſtamento fuit declarata, quam, ſcilicet, declarauit angelus annuncians Mariæ perpetuitatem regni Chriſti in fideli populo ei dicente. Dabit ei dominus Deus ſedem Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis. Et hoc in ſpiritu præuidens Pſalmiſta de Chriſto ait ex parte G Dei. *Et aedificabo in generatione & generationem ſedem tuam.* Quid autem eſt ſedes Chriſti, niſi fideles in quibus Chriſtus ſedet, & regnat? Vnde glo. *Et aedificabo in generatione & generationem ſedem tuam*, id eſt fideles. Nos enim qui credimus, ſemen Chriſti ſumus, & ſedes, in quibus Chriſtus quieſcit & regnat. Niſi enim ab illo regeremur, à nobiſipſis prę cipitaremur, quia ſedes ſapientiæ anima iuſti, vel per ſedem intellige Chriſti humanitatem, quæ in æternum verbo manet vnita, vide ſupra verſ. 742. Quod autem hic duplicatur generatio: quia dicit, H *in generatione & generationem*, intelligit ꝙ Chriſtus regnabit non ſolum in generatione Iudæorũ, quia ex illis multi fuerunt electi, ſed ẽt in generatione gentiũ conuerſarum, vel intellige generationẽ carnalem, quæ eſt in præſenti vita, in qua iuſti viuunt in carne, & generationẽ ſpiritualem quæ erit in patria, Nunc ergo ſedet Chriſtus in nobis, quos regit, & tunc ſedebit in ſanctis quos beatificabit. Et ita in generatione & generationẽ ædificabitur ſedes Chriſti.

Luc. 1.

Sedes Chriſti ſunt iuſti.

Generatio duplex.

Conſi-

1505 *Confitebuntur cœli mirabilia tua domine, etenim veritatem tuam in ecclesia sanctorum.*

DVo præmisit Psalmista in generali, scilicet, legis dationem, & regni Christi confirmationem. Vnde nunc illa duo declarat in particulari. Et hæc duo modo tractat in particulari. Et primò primum, secundò secundū, ibi. *Tunc locutus es*. Circa primum sciendū, quod lex antiqua fuit data satis cito post exitum de Aegypto, quia quinquagesima die. Et ideo ad illam declarandam agit hic de illo exitu, & de aliquibus beneficijs tūc illi populo collatis, & primò de beneficijs datis ante ingressum terre promissionis, secundò de beneficijs, post ingressum, ibi. *Tabor & Hermon*. Circa primum sex narrat beneficia literaliter populo exhibita ante ingressum terræ promissionis ut per illa ostendat beneficia in præsenti uita à Christo nobis exhibita. Et secundum ista prima pars diuiditur in sex. Primū beneficium est, quod dedit eis panem angelicum, 2m quòd dedit eis nubis refrigerium, ibi. *Quoniam in nubibus*, tertium quòd dedit eis legis magisterium, ibi. *Deus qui glorificatur*, quartum quòd dedit eis contra hostes adiutorium, ibi. *Domine Deus virtutum*, quintum, q̄ mare fecit eis peruium, ibi, *Tu dominaris*, sextum quòd Pharaonis extinxit exercitum, ibi. *Tu humiliasti*. Ex quibus concludit firmum Dei imperiū, ibi. *Tui sunt cœli*. Quantum ad primum beneficium sciendum, q̄ Deus illi populo de cœlo dedit eis panem angelicum, scilicet, manna, vt habetur Exo. 16. vide suprà versic. 1305. & 1306. Qui quidem panis mirabilis. Vnde ipsum videntes filij Israel, admirātes dixerūt, manhu, idest, quid est hoc? Et hoc beneficium recolens Psalmista ait. *Confitebuntur cœli mirabilia tua, domine*. Per hoc autem vult significare beneficiū nobis à Christo datum, quando per Apostolos per mundum misit fidem prædicare gētibus vide sicut superius psal. 18. Cœli enarrant gloiam Dei, &c. versic. 251. Vel per hoc vult significare panem cęli nobis datum per illud beneficium mannæ, idest, sacrificium eucharistiæ figuratum, vt dictum fuit supra versic. 1305. & 1306. Sequitur. *Etenim veritatem tuam in ecclesia sanctorum*. Quantum ad beneficium literale per illud beneficium mānæ datum de cœlo, Deus probatus fuit verax, quia promisit eis panem cęli dare, quod quia promissum adimpleuit in congregatione sanctorum, verax fuit prædicatus. Similiter si de prædicatione apostolorum intelligatur, manifestum est, quòd Dei ueritas per seipsos in ecclesia fuit confessa, & publicata. Si autem de sacramēto altaris intelligatur, patet q̄ per illud quod ueritas, quæ Christus est in ecclesia usque ad finem mundi manet, Christo dicente. Ego autem uobiscum sum usque ad consummationem sęculi.

Manna datur populo, quid significat.

Exod. 16.

Matth. vlt.

1506 *Quoniam quis in nubibus æquabitur domino? aut quis similis erit Deo in filijs Dei?*

HIc ponit secundum beneficiū, scilicet, qnia dedit eis nubis refrigerium. Quia (ut habetur Exod. 13.) dominus præcedebat populum suum per diem in columna nubis, & per noctem in columna ignis, uide suprà uersi. 1249. Intelligitur etiam de nube illa densissima, quæ operuit montem Sinai, quando dominus ibi descendit ad dandum legem, ut habetur Exo. 19. De qua nube procedebant uerba decem præceptorū. Et in istis duabus nubibus singulariter apparuit virtus diuina qnia similia nulla uirtus angelica per se facere poterat. Et hoc est quod dicit. *Quoniam quis in nubibus*, scilicet talibus, *æquabitur domino?* Certè nullus. Non solum nullus homo, sed etiam nullus angelus. Et hoc est quod subdit, *Quis similis erit Deo in filijs Dei?* Hic enim per filios Dei, intelligit sanctos angelos, sicut dicitur Iob 1. Cumque uenissent filij Dei ut astarent coram domino, &c. ut ait Greg. Qui autem filij Dei nisi electi angeli uocātur? Est ergo sensus. *Quis similis erit Deo in filijs Dei*, idest, quis inter angelos similis erit Deo in nubibus prædictis faciēdis? Certè nullus, nec homo, nec angelus, ui de suprà uersi. 158. Per hoc autem uult ostendere, q̄ nullus homo quantūcunq; sanctus, uel iustus Christo domino potest æquari. Vnde per nubes intelligit sanctos Apostolos, & prædicatores, qui

Gregor. 2. mor. c. 2.

Nullus sanctus est similis Christo filio Dei

ad

ad modum nubium aquam scientiæ diuinæ mundo dederunt, vt ostensum est supra vers. 556. & 1273. Per filios autem Dei intelligit generaliter omnes iustos fideles, de quibus Ioan. 1. Dedit eis potestatē filios Dei fieri, ijs, qui credūt &c. Vult ergo Psalmista dicere, quòd nec inter Apostolos, nec inter omnes quoscūque iustos aliquis Christo potest assimilari, nec immeritò, quia ille filius Dei est naturalis, nos adoptiui, ille genitus, nos creati, ille ab æterno genitus, nos in tempore facti, ille vnicus, nos multi. Vnde hoc ostendens Gregor. super illo verbo Iob 36. Nullus est ei similis in legislatoribus, dicit legislator Moyses, legislator Iosue, legislatores prophetæ, legislatores cūctos dicere possumus, quos ex lege admonuisse populū scimus. Sed Christo domino in legibus nullus est similis, quia isti gratuitè vocati, ex peccatis ad innocentiam redeunt & ab ijs, quę in semetipsis experti sunt, prædicando alios reducunt. Mediator autem noster homo sine peccato, est filius, sine adoptione, nec perpetrauit vnquam, quod redarguit. Et sic mundo ex humanitate loquitur, vt tamen eidem mundo ēt ante sęcula ex diuinitate dominetur, &c.

Gregor. 27. mor. c. 1.

1507 *Deus, qui glorificatur in consilio sanctorum, magnus, & terribilis super omnes qui in circuitu eius sunt.*

Act. 7.

HIc ostendit tertium beneficium, scilicet, quòd eis dedit legis magisterium. Vbi notandum quòd lex antiqua fuit data per ministerium sanctorū angelorum, dicente Stephano Iudæis. Accepistis legem in dispositionem angelorum, cum quibus sanctis angelis Deus consilium dicitur habere, non quod informetur ab eis, sed quia illis consuluit, dum eis reuelat secreta sua, vt illa nobis consequēter reuelēt. Sic enim consuluit angelis sanctis, qn̄ eis dedit legē, quam ipsi consequenter Moysi dederunt. In qua lege fuit Deus glorificatus, quia primum legis præceptum est, quod ipse solus Deus sit adorandus, & diligendus super omnia. Et hoc est, quod ait Psalmista. *Deus, qui glorificatur in consilio sanctorum suorum,* idest, Deus qui ostenditur gloriosus in lege, quam reuelauit sanctis angelis, vt ipsam darent hominibus. Quæ lex dicitur consilium, quia præcepta continet, quibus consulitur animabus, ne pereant. In qua lege etiam fuit Deus ostensus terribilis & magnæ potestatis. Vnde sequitur, *Magnus & terribilis super omnes, qui in circuitu eius sunt.* Vt enim habetur Exod. 19. Terribilis omnibus filijs apparuit Deus, quando legē dedit. Nam, vt ibidem dicitur, cum cœperunt audiri tonitrua, micare fulgura, nubesque densissima operuit montem, timuitque populus. Et sic omnibus, qui erant in castris in circuitu montis, apparuit terribilis Deus. Per hoc vult Psalmista ostendere, quod per prædicationes sanctorum Apostolorum, Deus per orbem erat glorificandus, & super omnes Deos gentium, qui in circuitu colebantur, potens & terribilis ostendēdus. Et dicit idola in circuitu Dei existere, non quod Deus aliquo terreno circundetur, cū sit vbique, sed cultus veri Dei erat solum in populo Israel, qui habitabant in terra promissionis, quæ dicitur esse in medio terræ habitabilis. Nonne terribilis illis ostendebatur Deus, quando ad prædicationem Apostolorum idola corruebant, templa funditus destruebantur, & idolorum cultura euacuabatur per orbem, ideo dicitur Psalm. 75. Tu terribilis es, &c.

Legis datio glorificauit Deum.

Domine Deus uirtutum, quis similis tibi? potens es, domine, & ueritas tua in circuitu tuo. 1507

HIc ponitur quartum beneficiū scilicet, quod contra hostes dedit eis adiutorium. Quod maximè fuit, quando Amalech cum exercitu suo venit cōtra filios Israel in deserto, & Deus ostendit virtutem suæ potestatis, quia Moyse abscedente à pugna, dum stabat in monte orans, virtute orationis Moysi superatus est Amalech, & fugatus in ore gladij. Exo. 17. Quis autem alius quā Deus tale adiutorium conferre posset? certè nullus. Et hoc est, quod hic recolēs Psalmista, dicit. *Domine Deus uirtutum,* idest, sanctorum angelorum, qui sunt executores diuinæ voluntatis, vnde etiam vnus ordo angelicus virtutes dicitur. *Quis similis tibi?* certè nullus, quia voluntas tua est

est tua potentia, vnde Sap. 12. Subest tibi posse, cū volueris, quod de nulla creatura verificatur. Quis enim verbis, vel orationibus tantum exercitum potuisset subijcere, nisi Deus? Ideo subditur: *Potens es, domine*, quia vt dicitur Ps. 23. Dominus fortis, & potens, dominus potens in prælio. Vnde sequitur. *Et veritas tua in circuitu tuo*, quod ideo dicit quia promissa complet. Promisit enim ipsi Moysi delere memoriā ipsius Amalech de sub cœlo, quod & fecit, quia ad nihilum illum redegit cum potentia sua. Et nota, quod ait. *Veritas tua in circuitu tuo*.

Circuitus sanctorum. Quod ideo dicit, non quod ueritas Dei circundetur à rebus, cum sit vbique, sed quia sicut veritas intellectus nostri causatur à rebus cognitis, sic per oppositū ueritas intellectus diuini est causa rerū. *Iob 29.* Ideo enim res est, quia Deus scit illā esse, & non econuerso, vt ostendit Magister lib. 1. dist. 38. Cum autem causa reluceat in effectibus suis, sequitur quòd Dei veritas relucet in omni creatura. Et veritas dicitur in creatura Dei, quia relucet in omni re creata. Et nota hic, quòd quamuis Deus modo prædicto ab omni creatura circundetur, tamen modo speciali maximè circundatur à sanctis, de quibus dominus ait: In circuitu meo pueri mei. Pueri enim sunt in circuitu Dei, quando sancti ex omni parte Deo obsequuntur per aspera, & prospera, per famam, & infamiam, per statum prælationis altum, & subiectionis bassum Vnde prædicta verba exponens Greg. ait: *Greg. 19. mor. c. 11.* Pueri vocantur, qui cęlestibus mandatis inseruiunt, vnde per prophetam di. *Esa. 8.* Ecce ego & pueri mei, quos dedit mihi dominus. Nūc ergo in circuitu Dei sunt pueri, quia in cunctis ferè gentibus reperiuntur, qui cęlestia mandata custodiūt. Et nota quod isto modo multæ virtutes faciunt nos esse in circuitu Dei. Primus *Circuitus bonus multiplex.* est circuitus asperitatis, & pœnitentiæ Psal. 25. Lauabo inter innocētes manus meas, & circundabo altare tuum, domine. Quod enim est altare Dei nisi Christus, super quem oblationes nostras offerimus Deo? quod lotus pœnitentia, circundat. Secundus est circuitus charitatis, & amicitiæ, de quo Psal. 127. Filij tui sicut nouellæ oliuarum in circuitu mensæ tuæ. Oliuā enim pacifico, charitatem

A habentes significat. Et isti sunt in circuitu mensæ domini, quia satiantur pane cęlesti, & Christi doctrina. Tertius est circuitus humilitatis, & reuerentiæ. De quo Psal. 75. Vouete, & reddite domino Deo vestro omnes, qui in circuitu eius affertis munera. Vbi ait glo. In circuitu Dei sunt humiles vt famuli. In circuitu eius sunt quasi medij, qui intelligunt cōmunem esse omnibus veritatem, & non faciunt superbiendo propriam uoluntatem. Hi afferunt munera, qui habent humilitatem. Qui autem quasi suū faciunt quod est commune omnibus, tanquam B in medio positum ad partem ducere conantur, & hi non offerunt munera, quia vt humiles in circuitu nō existūt. Quartus est circuitus veritatis, & sapientiæ. Ipsa enim veritas in circuitu dicitur esse, quia omnia continet, & amplectitur. Sic enim dicitur hic, Deo. *Veritas tua in circuitu tuo*. vbi glo. Veritas tua in circuitu tuo est, domine, non solum in loco, vbi notus es, sed etiam in omnibus, qui sunt in circuitu tuo. Expansa est enim vbique veritas, quæ tamen solum in Iudæa incœpit prædicari. Mare gentium *Iudic. 14.* circa aridam Iudæorum incœpit fremere vt leo in Samsonem, cum iret ducere C vxorem de alienigenis. Vnde ipsa veritas meritò circuitus dicitur: quia omnia circuit, cœlum, terram, & mare, ipsa de se dicente. Gyrum cœli circuiui sola, *Eccle. 24.* & profundum abyssi penetraui.

Tu dominaris potestati maris, motum autem fluctuum eius tu mitigas. 1509

HIc ponitur quintum beneficiū scilicet, quia mare fecit eis peruium. Nam (vt habetur Exo. 14.) cum essent filij Israel conclusi, quia ab una parte ha D bebāt mare, & post se ab alia parte Pharaonem cum exercitu eius persequentem, cum Moyses præcepto domini extendisset manum suam super mare, abstulit illud dominus flante vento vehemēti tota nocte, & vertit in siccū. Et hoc recolens Psal. hic ait. *Tu dominaris potestati maris*, quia ipsam vertis in siccum. *Motum aūt fluctuum eius tu mitigas*, quia qn̄ ille ventus vehemēs cepit flare, mare fuit commotum, & fluctibus magnis agitabatur, quos tamen mitigauit dominus

dominus quia mare ex toto exſiccauit, vnde pſal. 65. Qui conuertit mare in aridam. Per hoc vult ſignificare Pſal. quòd Chriſtus ſua poteſtate gentes, quæ per mare ſignificantur, ad fidẽ conuerteret, & fluctus perſecutionis ſedaret. vñ Gregor. ſuper illo verbo Iob 9. Graditur ſuper fluctus maris, ait. Quid enim maris nomine niſi in bonorum nece ſæuiens mũdi huius amaritudo ſignificatur? de quo per Pſalm. dicitur. Congregans quaſi in utre aquas maris. Aquas etenim maris quaſi in utre dominus congregat, cum miro moderamine cuncta diſponens in ſuis clauſas cordibus carnalium minas frænat. Super fluctus ergo maris dominus graditur, quia cum ſe procellæ perſecutionis erigunt miraculorum eius obſtupefactionẽ franguntur. Qui enim tumores humanæ veſaniæ mitigat, quaſi erectas in cumulo vndas calcat. Nam cum morem ſuum gentilitas deſtrui nouæ conuerſationis prædicatione conſpiceret, cũ mundi huius diuites elationi ſuæ contraire viderent facta pauperũ, cum ſapientes ſæculi aduerſari ſibi imperitorum verba penſarẽt, in perſecutionis protinus tempeſtatem tumuerunt. Sed qui verborũ aduerſitate commoti ad perſecutionis procellas inſiliunt, ſignorum admiratione temperantur. Tot ergo fluctus maris dominus mitigat quot ſuperbos perſecutores per prędicationes, & miracula humiliãs conuertit ad fidem. Vnde benè rurſum per Pſalm. dicitur. Mirabiles elationes maris: mirabilis in altis dominus, quia contra electorum vitam ad perſecutionis vndas mundus ſe mirabiliter exaltat, ſed has ſupernorum conditor ſublevata virtute prædicationis mirabilius ſtrauit. Miniſtros etenim ſuos plus oſtẽdit poſſe per miracula quam poteſtates terrenas timere per irã. Benè ergo Deo dicitur. *Tu dominaris poteſtati maris, motum autem fluctuum eius tu mitigas.*

Greg. 9. mor. c. 5. — *Pſal. 32.* — *Pſal. 92.*

1510 ***Tu humiliaſti ſicut vulneratum ſuperbum, in brachio virtutis tuæ diſperſiſti inimicos tuos.***

Hic ponit ſextum beneficium, quia Pharaonis extinxit exercitũ. Per ſuperbum enim intelligit Pharaonẽ re-

E gem Aegypti, cuius cor contra Deum multoties eleuatũ eſt & induratũ, vt patet Exod. in multis capitulis in principio, in tantum quod cum Moyſes ſibi diceret ex parte domini vt dimitteret populum ſuum, ipſe elatus ſuperbè reſpondit ut habetur Exo. 5. d. Quis eſt dominus, ut audiam uocem eius, & Iſrael dimittam? Neſcio dominum, & Iſrael nõ dimittam. Hunc autem Deus humiliauit, i. ad nihilum redegit, quia ipſum cũ toto exercitu ſuo ſubmerſit in mare, ut habetur Exo. 14. Et hoc fuit oſtenſio infinitæ potentiæ Dei, qui ad libitum mare conuertit in aridam, donec tranſiret populus ſuus, quo tranſacto, cum Pharao perſequeretur eos intrauit ſiccum fundum maris, & ſtatim dominus mare reduxit ad primum ſtatum, & ſubmerſit Pharaonem cum toto exercitu ſuo, nec vnus quidem eorum remanſit, qui non ſubmergeretur. Et iſtud beneficium recolens Pſal. d. Deo. *Tu humiliaſti ſicut vulneratum ſuperbum in brachio virtutis tua* &c. Et per hoc vult Pſal. intelligere, q Chriſtus in noua lege diabolum ſibi ſubijceret, & humiliaret, i. ipſum à poteſtate ſua comprimeret. Nam qñq; humiliari in ſcriptura ſignificat puniri, & de alto ad baſſum deponi, ut dictum fuit ſuperius verſi. 616. Sic enim iſtum textum intelligit glo. dicens. *Tu humiliaſti ſuperbum*, ideſt, draconem ſuperbum, qui factus eſt in mari ad illudendum ei, ſcilicet, diabolum, qui per humilitatẽ Chriſti, in quo alij ſunt humiles humiliatur, humiliauit enim ſe Chriſtus, ut humiliaret ſuperbum. Superbus enim diabolus ſuperbos homines trahebat aliàs tenebat. *Sicut vulneratum*, vulneratus diabolus vulnerato Chriſto nondum ex toto mortuus eſt. Humiliatus eſt ergo diabolus perdendo quos tenebat, vulneratus eſt non perforata carne, quã non habebat, ſed percuſſo corde, ubi ſuperbiebat. *Et hoc in brachio virtutis tua*, ideſt, Chriſto qui brachiũ Dei dicitur, ut ſuperius dictum eſt uerſic. 713. 1367. Sic & iſtum textum exponit Gregor. ſuper illo verbo Iob 26. Prudentia eius percuſſit ſuperbum, dicens. Quis hic alius ſuperbus appellatur niſi ille, qui dixit, Aſcendam ſuper altitudinẽ nubium, & ſimilis ero altiſſimo, & de quo voce Dei dicitur, Ipſe

F — G — H

Diabolus per Chriſtũ fuit humiliatus. — *Gregor. 17 mor. c. 5.*

Ipse est rex super omnes filios superbiæ. A De quo etiam per Psal. dicitur. *Tu humiliasti sicut vulneratum, &c.*

1511 *Tui sunt cœli, & tua est terra: orbem terræ & plenitudinem eius tu fundasti, aquilonem & mare tu creasti.*

EX prædictis hic Psal. concludit firmum Christi imperium. Christus enim ex duplici natura consistit scilicet diuinitate & humanitate. Diuinitate est æternus, sed humanitate temporalis. Diuinitate creauit omnia, sed humanitate factus est inter omnia. De Christo ergo B ratione personæ quæ Deus est dicit. *Tui sunt cœli*, quia illos creauit. *Et tua est terra.* Quinimo *orbem terræ & plenitudinem eius*, idest, omnia quæ in orbe sunt, *tu fundasti*. Sic enim scribitur Psal. 23. Domini est terra & plenitudo eius. *Aquilonem & mare tu creasti.* Aquilo enim est pars directè opposita mari. Ideo per mare, & aquilonem intelligit omnes partes & differentias orbis. Per ista autem vult habere psal. quod nulla creatura contra Deū se erigere debet, quia ipse est dominus & creator omnium. Vel per cœlum intellige Apostolos, & homines cœlestes. De C cœlis dictum est superius Psal. 18. Cœli enarrant gloriam Dei, per terram autē intellige humiles, qui audientes verbum Dei fructum afferunt in patientia. Et sic tam cœlum quā terra sunt domini, quia non solum maiores & prælati boni, sed etiam simplices subditi, & boni sunt de corpore Christi. Orbis terræ dicitur ecclesia toto orbe diffusa, cuius plenitudo sunt fideles, quam Christus prædicatione fundauit Apostolorum. Et isti omnes sunt Christi, quia pertinent ad corpus eius mysticum. Sed & alia creauit quæ non sunt sua, quia non pertinent ad corpus Christi mysticum, sicut est diabolus D & obstinati homines, quos tamen Christus creauit. De quibus subdit. *Aquilonem & mare tu creasti.* Per aquilonem intellige diabolum, sed per mare obstinatos homines. Per aquilonem enim diabolus intelligitur. Vnde Gregor. 17. lib. mor. cap. 11. aquilonis nomine in sacro eloquio appellatur diabolus, qui vt corporis frigore gentium corda constringeret, dixit. Sedebo in monte testamenti in lateribus aquilonis. Per mare autem significantur persecutores ecclesiæ amari, quibus purificatur ecclesia vt ait glos. Dicat ergo de illis Deo Psal. *Aquilonem & mare tu creasti*, quasi dicat. Et licet illi non sint tui, tamen plus valet ad dominationem tuam, quod in illis fecisti, quia per ipsos purgatur ecclesia, quā valeat illorum voluntas ad malitiam suam.

Christus creauit omnia.

Boni sunt Christi & non mali.

Aquilo dicitur diabolus.

Esa. 14.

Mare significat malos.

Thabor & Hermon in nomine tuo exultabunt, tuum brachium cum potentia. 1512

HIc prosequitur Psal. de beneficijs datis populo post ingressum terræ promissionis. Oīa enim ista dicit Psalmista ad ostendendum potentiam Christi, vt ex hoc concludat sub figura Dauid regni Christi in fidelibus perpetuitatem. Duo ergo facit, quia primò describit beneficia exhibita populo post ingressum terræ promissionis, secundò ex illis concludit perpetuitatem regni Christi in fidelibus, ibi. *Tunc locutus.* Quantum ad primum nota, quod sicut sex beneficia eis exhibita ante ingressum terræ promissionis superius annumerauit, ita conformiter alia sex hic annumerat eis collata post ingressum terræ promissionis. Quorum primum fuit idololatrarum superatio in principio, secundum cultus Dei confirmatio, ibi. *Firmetur*, tertium promissorum adimpletio, ibi, *Misericordia*, quartum Leuitarum informatio, ibi. *Domine in lumine*, quintum populi Dei exaltatio, ibi. *Quoniam gloria*, sextum sub Deo gubernatio, ibi. *Quoniam domini.* Quantum ergo ad primum sciendum, quod postquam Iosue cum populo Dei intrauit terram promissionis Deus dedit eis mirabiles victorias de idololatris, & non solum ipsi Iosue, sed etiam successoribus eius, de quibus dicit. *Thabor & Hermon in nomine tuo exultabunt.* Hermon enim est quidam paruus mons iuxta ripam Iordanis, per quem transiuit Iosue cum populo Dei quando miraculosè transiuit Iordanem, quia sub pedibus sacerdotum aqua Iordanis fuit exsiccata, donec totus populus transiret, vt habetur Iosue 3. Quo transacto fuerunt in illo monte Hermon exultantes & Deum laudantes. Et sic ille mōs Hermon

Hermon mons.

mon dicitur exultasse, quia in eo filij Israel transacto Iordane exultauerunt. Thabor. Thabor verò est ille mons in quo præuisa fuit uictoria quam habuit Barach de Sysara & exercitu eius, de qua dictũ est superius versi.1421.quia dimicatum est de cœlo contra eos, vnde ibidẽ Delbora & Barach exultantes cum populo decantabant canticum domino, vt habetur Iudicum 5. Sic ergo isti duo montes dicuntur exultasse, quia in illis populus exultauit, in Hermon pro transitu Iordanis miraculoso, in Thabor pro victoria de cœlo habita contra idololatras. Quæ omnia facta sunt virtute brachij Dei. Quæ recolens Psal. dicit. *Thabor & Hermon in nomine tuo exultabunt*, idest in eis exultauit populus & hoc laudando. *Tuum brachium cum potentia*, idest potentiam brachij tui, vel virtutis tuæ, idest, Christi, qui per brachium significatur, vide supra versic.713.1367. Per hoc vult ostendere Psalm. quod per aduentum veri luminis Christi diabolus expelleretur à cordibus fidelium, q; patet ex interpretatione nominum. Nã Ioan. 1. Thabor interpretatur veniens lumine, & significat aduentum Christi, qui est verum lumen qui illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum, Hermon verò interpretatur anathema eius, & significat illos qui à Christo illuminati anathematizant diabolum. Est ergo sensus secundum gl. *Thabor*, idest illi qui à te lumine veniente, scilicet Christo, sunt illuminati. *Et Hermon*, scilicet qui anathematizant diabolum. *Exultabunt in nomine tuo*, non in suis meritis, Et hoc *tuum brachium cũ potentia*, i. Christum, & eius potentiam magnificantes.

1513 *Firmetur manus tua & exaltetur dextera tua, & iustitia, & iudicium præparatio sedis tuæ.*

Hic ponit secundum beneficium, scilicet cultus Dei confirmatio. Vbi sciendum quod postquam per Mosem præcepto domini fuit facta arca testamenti, in qua Deus colebatur, non habuit firmã mansionem, donec tempore Iosue 8. Iosue fuit posita in Sylo, ante enim stabat sub tabernaculo per Mosen facto quod portatile erat. Sed debellatis habitatoribus terræ promissionis habuit in Sylo firmam mansionem, ita quod hostium debellatio præcessit stabilitatem loci arcæ domini. Et hoc notans Psalm. primò dicit hostium superationem, dicens, *Firmetur manus tua*, scilicet, contra inimicos nostros. *Et exaltetur dextera tua*, scilicet, eos debellando. Quod factũ fuit tẽpore Iosue, qui maxime leuauit manum contra vrbem Hai, & nõ contraxit manum quam in sublime porrexerat, donec interficerentur omnes habitatores Hai. Et sic consequenter alijs interfectis, parauit locum stabilem pro arca domini in Sylo. Quod enim idololatræ occupantes terram promissionis interficerentur, ex diuino iudicio & præcepto processit. Et sic illa iustitia qua interfecti fuerunt, fuit quædam præparatio sedis domini pro arca in qua sedes Dei dicebatur. Dicat ergo Psalm. *Firmetur manus tua*, scilicet, serui tui Iosue contra hostes. *Et exaltetur dextera tua*, scilicet, Iosue, vt fecit contra ciuitatem Hai ad interficiendum idololatras, quod est ex iustitia Dei, & sic talis iustitia & iudicium, scilicet idololatrarum interfectio erit præparatio sedis tuæ, id est facta illa iustitia præparabitur locus stabilis pro arca domini. Deinde habuit locum stabilem in templo tempore Salomonis. Per hoc vult ostendere Psalm. q; Christus sua potestate humiliauit superbos, & sic auxit numerum fideliũ. Quo completo, veniet in sede maiestatis suæ cum iustitia & iudicio ad orbem iudicandum. Est ergo sensus secundum glo. *Firmetur manus tua*, idest operatio tua contra superbos vt humilientur, & sic exaltetur dextera tua, idest, augeatur illorũ numerus, qui in dextera tua sunt locandi in die iudicij, talis inquam numerus exalteiur, idest, clarificetur & augeatur donec sit completus. Quo completo, iustitia & iudicium erit præparatio sedis tuæ. Sedes enim Dei est æterna, sed in iudicio apparebit parata, quia omnibus iustè uidebitur iudicare, quia omnia malorum erunt manifesta, pro quibus damnabuntur, & omnia merita bonorũ erunt aperta, pro quibus saluabuntur. Quomodo autem differant iustitia & iudicium: vide supra vers.1164.

Arca locũ firmum primo habuit in Sylo.

Christus iudicabit mũdum expleto numero bonorum.

Miseri-

1514 *Misericordia & veritas præcedent faciem tuam, beatus populus, qui scit iubilationem.*

HIc ponit tertium beneficium, scilicet promissorum adimpletio. Vbi aduerte, quod promiserat Deus populo suo ipsos introducere in terrā promissionis, & populos ibi inhabitantes eijcere à facie Israel, vide Exod. 23. Præcedet te Angelus meus, & introducet te ad Amorrhæum & Ethæum & Pherezæum & Chananæum Euæum & Hiebusæum, quos ego conteram à facie tua. Et sicut promisit sic adimpleuit. Et in hoc fuit misericordia Dei & veritas, misericordia quia gratis absque ipsorum meritis illos protegebat, sed veritas quia promissa complebat. Et hoc est quod dicit, *Misericordia & veritas præcedent faciē tuam*, scilicet expellendo aduersarios de terra promissionis, vt ibidem præparetur locus stabilis pro arca testaméti ante quā laudes Dei cantabantur, & alij ad deuotionem excitabantur, quod non est parui meriti, ideo subdit. *Beatus populus qui scit iubilationem*, i. qui scit cātare. Cantus autem meritorius non solū requirit consonantiam vocum, sed multo fortius cōsonantiam mentis cum voce. Et attende quod hic per faciem intelligit populum Iudæorum, quia sicut per faciem principaliter cognoscitur homo, sic solum per populū Iudæorum in mundo Deus erat notus. Psalm. 75. Notus in Iudæa Deus, Per hoc vult intelligere, quod Christus in iudicio seruabit omnibus misericordiam, & iustitiam, quamuis in damnatis principalius reluceat iustitia, & in beatis misericordia, vide supra vers. 354.

Facies Dei dicuntur in dai.

1515 *Domine, in lumine vultus tui ambulabunt, & in nomine tuo exultabunt tota die, & in iustitia tua exultabuntur.*

HIc ponitur quartum beneficium, scilicet Leuitarum informatio. Vbi notādum, quòd triplici lumine iuuamur ad cognoscendum Deum & eius mandata, s. lumine rationis naturalis, quod quidem est quædam impressio diuini luminis in intellectu nostro, eo quòd secundum partem intellectiuam homo factus

Lumē multiplex.

A est ad imaginem Dei. Et isto lumine ipsi antiqui philosophi cognouerunt vnum principium esse, à quo omnia alia pendent. & quid iustum, & quid iniustum. Nam, sicut prima principia in speculabilibus sunt per se nota, ita & in agibilibus ex quibus conclusiones agibilium deducuntur. Propter quod dicit Apostolus, quod gentes quæ legem non habent, naturaliter faciunt ea, quæ sunt legis, ipsi enim sibi sunt lex, qui ostēdunt opus legis scriptum in cordibus suis. Secundum est lumē legis, quo illuminamur ad sciēdum, quid agendum, & quid cauendum, B quia lex agenda præcipit, & cauēda prohibet. Ps. 18. Lex domini immaculata cōuertens animas. Tertium est lumen diuinæ reuelationis, sicut prophetæ plura videbant edocti à Deo, quæ alij nec per lumen intellectus neque per lumen legis poterant cognoscere. Isto autem triplici lumine doctores, & Leuitæ in populo Dei primo illuminabantur, & illuminati docebant alios tāquam magis edocti. Et hoc est quod ait Psal. de ipsis. *Domine in lumine vultus tui ambulabunt*, s. Leuitæ primò. Et dicitur quodlibet prædictum lumen, lumé vultus Dei, quia per quodC libet illorum tanquam per uultum cognoscitur Deus. Et istud non fuit paruū beneficium doctores dare populo ad ipsum dirigendum. Et sicut Leuitarum officium erat docere populum, sic etiam ad eos spectabat laudes Deo cantare ante arcam fœderis, vt sicut per scientiam docebāt alios, sic etiam per deuotionem alios ad cultum Dei traherent. Et quantum ad hoc subdit. *Et in nomine tuo exultabunt tota die*, idest, assiduè cum exultatione laudabunt nomen tuum. Ad ipsos etiam spectabat lites & quæstiones ortas in populo iustè decidere, & eorum iudiD cium firmiter tenebatur, vt dicitur Deuteronom. decimoseptimo. Si difficile & ambiguum iudicium apud te esse perspexeris inter causam & causam, venies ad sacerdotes Leuitici generis, qui indicabunt tibi iudicij veritatem. Et quantum ad hoc de ipsis subdit. *Et in iustitia tua exultabuntur*, quia in hoc quod alios habebant iudicare exaltati erāt & honorati. Per hoc autem vult Psal. ostendere qđ ipsi apostoli ab ipso Christo vero lumine primò erāt docēdi & à spiritu sancto illumi-

Rom. 2.

Deuter. 17. Sacerdotes iudicabant populum.

luminandi, vt alios illuminarent consequenter, quia ipse Christus aperiens os suum docebat eos. Et ideò dicit. *Domine in lumine vultus tui ambulabunt.* Item q pro nomine Christi lætanter martyriū sustinerent, ideò subdit. *Et in nomine tuo exultabunt tota die*, quia vt dicitur Act. 5. Ibant apostoli gaudentes à conspectu concilij, &c. Et quod ipsi in iudicio cum iudices assisterent. Sedebitis iudicantes duodecim tribus Israel. Quod ad magnam ipsorum exaltationē erit, & ideo dicit. *Et in iustitia exultabunt.*

Act. 5. *Matth. 19.*

1516 *Quoniam gloria uirtutis eorum tu es, & in beneplacito tuo exaltabitur cornu nostrorum.*

HIc ponitur quintum beneficium. s. populi Dei exaltatio. Ille enim populus à Deo multum fuit exaltatus in spiritualibus & temporalibus. In spiritualibus, quia ille solus habuit legem & prophetas, cęremonias, & verū Dei cultum. Non fecit taliter omni nationi. In temporalibus quia pauci illorum gloriose triumphabant de multis hostibus, vt vnus fugaret mille, & duo decem millia, quod non erat illorum uirtute, sed Dei pugnantis pro ipsis. Propter quod dicitur psal. 43. Neque enim in brachio suo possederunt terram &c. sed dextera tua & brachium tuum, quoniam complacuisti in eis. Et hoc est quod hic dicit psal. *Quoniam gloria virtutis eorum tu es*, idest tibi debetur gloria omnis uirtutis illorum. Et idem alijs uerbis exprimit, dicens. *Et in beneplacito tuo exaltabitur cornu nostrum.* Per cornu enim potestas designatur. Per hoc enim vult psal. ostendere quòd uirtus, qua apostoli pauperes & in breui tempore per totum orbem fidē Christi seminauerunt & magnam partē mundi conuerterunt, talis inquam virtus fuit, non ipsorum sed Christi, quia in virtute nominis Christus exaltatus fuit in mundo. Et hoc est quod de ipsis ait. *Quoniam gloria uirtutis illorum tu es*, idest, tu es gloria & virtus eorum. Et sic per eos tanquam per ministros exaltabitur cornu nostrum, idest, Christus qui cornu nostrum dicitur, vide supra vers. 714. De hoc autem quod dicit. *Et in beneplacito tuo*, &c. notandum quod beneplacitum Dei dicitur eius effectualis uolūtas, quæ fallari non potest. Nam secundum quod ait magister lib. 1. dist. 45. voluntas Dei verè ac propriè dicitur quæ essentia eius est. Et hæc est una quæ nec multiplicitatem recipit, nec mutabilitatem, quæ inexpleta esse non potest, de qua psal. 134. Omnia quęcunque voluit dominus, fecit. Et hæc voluntas rectè appellatur beneplacitum Dei. Aliquando verò secundum quandam dicendi figuram voluntas Dei vocatur, quæ secundū proprietatem non est uoluntas eius, vt præceptum, prohibitio, consilium, permissio, & operatio, quæ dicuntur voluntas, quia significata sunt voluntatis diuinæ. Et ista ideo diligenter distinguat lector, vbi de uoluntate Dei scriptura cōmemorat. Iuxta quem modum accipi oporteat vtrum. s. pro beneplacito, an pro aliquo signorum eius. Magna enim adhibenda est discretio in cognitione diuinæ volūtatis, quia beneplacitum eius æternum est, signum verò beneplaciti eius non. Et consonat rerum effectibus beneplacitum eius, & ipsi effectus rerū ab illo non discordant. Fit enim omne quod beneplacito vult fieri, & omne q vult non fieri nequaquam fit. Non autem ita est de signis, quia præcipit Deus multis ea, quæ non faciunt, & prohibet quæ non cauent, & consulit quæ non implent. Hęc magister. Ex quo patet quod voluntate Dei æterna cornu nostrum. i. ipse Christus in mundo est exaltatus. Propter quod dicit. *Et in beneplacito tuo exaltabitur cornu nostrum.*

Psal. 147. *Beneplacitum Dei.* *Voluntas Dei.*

Æ F G H

Quia domini est assumptio nostra, & sancti Israel regis nostri. 1517

HIc ponitur sextum beneficium, scilicet sub Deo gubernatio, dignitas enim regis nobilitat totum regnum, sicut econuerso fatuitas regis totum regnum dissipat. Propter quod dicitur. Vę terræ cuius rex puer est, & beata terra, cuius rex nobilis est, quia vt dicitur Prouerb. 29. Rex iustus erigit terram. In populo autem Israel ante regem Saulē nullus hominum habuit potestatem regiā, sed ipse Deus gubernabat eos, & regebat, vnde quando populus à Samuele postulauit habere regem, dixit Deus Samueli. Nō te abiecerunt, sed me ne

Eccl. 10. *Rex Iudęorū Deus.* *1. Reg. 8.*

regnē super eos. Quāta ergo erat huius populi dignitas, qui per talē regē gubernat? Et hoc notās ps. d. *Quia domini est assumptio nostra*, quia. s. de statu seruitutis Aegyptiorū assumpti erāt ad statū libertatis & ad possidēdā terrā promissionis. Quæ assumptio nō fuit virtute alicuius ipsorū regis vel tēporalis dñi, sed immediatè virtute Dei qui eos regebat. Et ne credas q loquat de aliquo dño tēporali qui liberauit eos, statim explicat de quo dño loquebat, d. *Et sancti Israel regis nostri*. Hic ly &, stat pro, i. Per hoc vult ps. ostēdere qūo Christus factus est rex noster, s. per carnis assumptionē, d. *Quia domini*, i. filij Dei, *Est assumptio nostra*, i. carnis nostræ. Ideò factus est sanctus Israel, i. sanctificans nos qui ipsum per fidē videmus. *Et regis nostri*. Sic enim assumptio nostræ carnis est domini, cuius domini? sancti Israel regis nostri qui per carnis assumptionem factus est rex regum, & dominus dominātium homo Christus. Circa istam assumptionem notandum quòd Dei filius sic assumpsit naturam humanam, quòd persona Dei nō assumpsit personam hominis, non natura diuina naturam hominis, non natura diuina personam hominis, sed solū persona uerbi assumpsit naturam hominis, vt ostendit Magister lib. 3. distin. 5. Vnde hanc assumptionem recognoscēs humana natura, & Deo gratias agens dicit. Misit de summo, & accepit me, & assumpsit me de aquis multis. In multis enim aquis miseriarum posita erat nostra natura, à quibus per hanc assumptionem liberata fuit, quia per ipsam finaliter erit glorificata. Et attende quòd multis ex causis hæc assumptio facta fuit à verbo, scilicet, vt nostrum corpus in ipso beatificaretur, ut diuinum uerbū per ipsum adimpleretur, ut nostra mēs ex ipso humiliaretur. De quibus, vide in dictionario meo, litera Assumptio, linea 4.

Apoc. 19.

3. Senten.

Psal. 17.

1518 *Tūc locutus es in visione sanctis tuis, & dixisti, posui adiutoriū in potēte, & exaltaui electum de plebe mea.*

Hic in speciali describit perpetuitatem regni Christi, quod est eius principale propositum, & hoc sub figura regni Dauid. Et diuiditur in tres partes

A quia ponitur primò promissio de regni promotione, secundò de successorū Dauid correctione. ibi. *Si autem*, tertiò de regni Dauid perpetuatione. ibi, *Misericordiam autem meam*. Prima in tres, quia ostendit primò quomodo Dauid à Deo fuit ad regnum electus, secundò qūo in regno à Deo fuit protectus, ibi. *Manus enim mea*, tertiò quomodo à Deo fuit dilectus & acceptus. ibi. *Ipse inuocabit me*. Prima in duas, quia primò ponit ipsius Dauid electionem, secundò ipsius Dauid inunctionem. ibi. *Inueni Dauid*. Quantum ad primum sciēdum, q Deus

B Dauid elegit in regnum. Et de ista electione Deus fuit locutus sanctis suis. s. prophetis, vt Samueli, & Nathan. Nam postquam Deus abiecerat Saulem regē, quia fuerat inobediens Deo in victoria, quam habuit de Amalech, tunc dixit Samueli, Imple cornu tuum oleo, & veni & mittam te ad Isai Bethleemitē, proui di enim in filijs eius mihi regem. Venit ergo Samuel ad Isai, qui habebat secum septem filios, & octauus, scilicet, Dauid pascebat oues, & sic erat absens. Isai autem præsentauit septem filios suos ipsos Samueli singulatim secundum primogenita sua, & primò primum, scilicet, Heliab, & dixit dominus ad Samuelē, Hūc abieci. Secundò præsentauit secundum, scilicet Aminadab, & dixit, Etiam hunc non elegit dominus. Et sic consequenter de omnibus septem. Et dixit Samuel ad Isai. Non elegit dominus ex istis. Dixitque Samuel ad Isai. Nunquid iam completi sunt filij? Qui respōdit. Adhuc reliquus est paruulus, scilicet Dauid, qui pascit oues. Et dixit ei Samuel, Mitte & adduc eum. Qui cum venisset, dixit dominus ad Samuelem, Surge & vnge eū, Hic est enim. Sic ergo de ista electione

D Dauid dominus fuit locutus sancto Samueli, de hoc vide versicul. 1453. Similiter locutus est ipsi Nathan dicens. Dices serno meo Dauid, hęc dicit dominus exercituum. Ego te tuli de pascuis sequētem gregem, vt esses dux super populum meum, &c. Et hoc notans Psalm. ait, *Hunc*, scilicet, reprobato Saule. *Locutus es sanctis tuis, scilicet* Samueli, & Nathan. Et quid locutus est sequitur. *Posui adiutorium in potente*, scilicet, ipsi Dauid, qui erat fortis viribus dedi adiutorium

Electio Dauid in regē.

1. Reg. 16.

1. Reg. 7.

meum, quia vt habetur 1. Regum 17. à E iuuentute sua interfecit leonem, & vrsum. Sed maximè adiutorium suum Deus in illo posuit, quando inermis occidit gigantem. Dixisti etiam sanctis tuis. *Ego exaltaui electum de plebe mea.* Plebs enim vocatur populus minor, & ignobilis. Dauid autem dum pasceret oues ad regnum à Deo fuit electus, & exaltatus. Ista enim omnia quamuis literaliter de Dauid fuerunt vera, tamen intentio Psalmistæ erat ista de Christo esse intelligenda. De cuius natiuitate Deus locutus multoties fuit sanctis prophetis, vt puta Esa. 7. Ecce virgo concipiet, &c. Hiere. 31. Fœmina circundabit F vitum. Micheæ 5. Et tu Bethleem Ephrata, &c. Ista enim reuelabat Deus prophetis per visiones, vnde & prophetæ dicebantur videntes. Locutus est ergo Deus sanctis prophetis de Christo. Et quid? quòd scilicet, totum adiutorium nostrum poneret in ipso Christo, qui potens solus erat ad liberãdum genus humanum per suam passionem, quia solus peccato erat immunis. Et sic, *Exaltaui electum de plebe mea*, Quis est electus Dei nisi Christus? de quo dicitur ad literam. Ecce electus meus, complacuit G sibi in illo anima mea, dedi spiritum meum super eum. Hunc electum exaltauit Deus virtute humilitatis pro passione: secundum quod dicit Apostolus, Factus est obediens vsque ad mortem. Propter quod Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen, &c. Dicat ergo Deus pater. *Exaltaui electum de plebe mea*, i. Christum natum de plebe Iudaica.

Christus electus & exaltatus.

Esa. 42.

1519 *Inueni Dauid seruum meum, oleo sancto meo vnxi eum.*

Hic post electionem ponitur vn- H ctio. Vbi aduerte quòd Dauid tribus vicibus in regem oleo fuit vnctus. Primò in domo patris per Samuelem 1. Regum 17. Secundò à viris Iuda in Ebron 2. Reg. 2. Tertiò à toto Israel in Ebron super totum populum Israel. Et hoc notans Propheta ait. *Inueni Dauid*, &c. Per hoc enim vult ostendere propheta, qualiter Christus per Dauid figuratus à Deo per gratiam fuit inunctus, de qua vnctione vide sup. vers. 743.

Vnctus fuit Dauid tribus vicibus.

Et quomodo per ipsum Christum nos vngimur: vide supra versic. 379.

Manus enim mea auxiliabitur ei, & brachium meum confortabit eum. 1520

Ostenditur hic quomodo Dauid à Deo fuit protectus, & defensatus. Et diuiditur in partes quinque, quia ponitur primò ipsius in regno confirmatio: secũdò ipsius ab inimicis defensatio, ibi. *Nihil proficiet.* tertiò inimicorũ eius subiugatio, ibi. *Et concidam*, quartò ipsius virtutum adunatio, ibi *Et veritas*; quintò ipsius regni dilatatio, ibi. *Et ponam.* Quantum ad primum sciendum quod postquam iam vnctus secũda uice erat Dauid in Ebron à tribu Iuda, & aliæ tribus vndecim fecerunt sibi regẽ Isboseth filiũ Saulis. Vnde per septem annos durauit concertatio inter Dauid, & domũ Saulis. Manus autẽ dñi erat cum Dauid, vnde quotidie proficiebat, & robustior efficiebatur: econtra autẽ domus Saulis quotidiè decrescebat: vnde & consequenter totum regnum obtinuit, vt habetur 2. Reg. 3. Et hoc est, quod recolens Propheta ait. *Manus enim mea auxiliabitur ei*, puta cum Isboseth haberet undecim tribus populi Israel, & Dauid solũ unã, tñ quia manus dñi auxiliabatur ipsi Dauid, quotidie proficiebat, quousq; plenè regnũ obtinuit. Et hoc est, quod subdit. *Et brachium meum confortabit eum*, s. in regno: per hoc vult psalmista ostẽdere, quod longa concertatio fuit nato Christo inter regnum Christi, & diaboli. Et quãuis diabolus maiorem partẽ possideret, quia tamẽ potestas Dei siue manus Christi protegebat, ipse Christus in suis semper fortificabatur, quousq; regnum per passionem suam plenè possideret. Et hoc est, quod ait glo. *Manus enim mea auxiliabitur ei*, idest verbũ cooperabitur Christo, secundum quòd homo in operibus, & passionibus suis. *Et brachium meum cõfortabit eum*, contra aduersa, vt, scilicet peragat incepta. Et si quæras quomodo manus Dei auxiliabatur Christo, cum ab aduersarijs multis impugnãtibus premeretur, & finaliter vsq; ad crucis mortem duceretur. Respondeo, quòd tota intentio Christi erat congregare ecclesiam, & ideo auxilium domini erat cum Christo,

Auxilium Dei datum Christo.

Quæstio.

Respon.

Christo, quando illa agebat, per quæ ecclesia congregaretur, per quæ autem magis fuit congregata ecclesia, quã per Christi passiones, & persecutiones? quia in hoc exemplum per passiones vincendi diabolum dedit & sic ecclesiam cõgregauit. *Hebr. 2.* Et hoc est, quod ait Apost. In eo quòd passus est ipse, & tentatus, potens est & ijs, qui tentantur, auxiliari. Vel aliter, vt per ly *et*, non intelligatur Christus, sed genus humanum, & per ly *manum & brachium* intelligatur Christus; vt sit sensus. *Manus mea*, idest, Christus, *auxiliabitur ei*, idest generi humano. *Et brachium meum*, idest Christus. *Confortabit eum*, scilicet genus humanum.

Manus Dei dicitur Christus.

Nõ.n. incongruè Christus manus Dei dicitur, & brachium. Vnde filium Dei sub nomine manus pro auxilio postulabat Dauid dicens. *Psal. 146.* Emitte manum tuam de alto, & libera me.

Digiti quinque manus Dei. *Isid. 2. ety.*

Et vide quam propriè manus Dei dicitur Christus: quia ad modũ perfectæ manus quinque digitos habet, qui sunt pollex potestatis puniendi. Pollex namque secundum Isidorum, dicitur eo quod inter cæteros digitos magis polleat vigore & potestate. Huius autem manus scilicet filij Dei tanta est potestas, quòd cum tempus puniendi aduenerit, nullus eum possit euadere. Ioan. 10. Nõ est, qui de manu mea possit eruere. Ideò dicit Apostolus. Horrẽdum est, in manus Dei incidere. Et Iob 13. Manum tuam longè fac à me, & formido tua non me terreat. Secundus digitus dicitur index, eo quòd ipso mediante cætera indicamus, & ostendimus. *Hebr. 4.* Sic & Deus filio suo in die iudicij ostendet omnia merita bonorum, & malorum opera. Vnde dicitur 2. Mach. 6. Manus Dei omnipotentis neque viuus, neque defunctus affugies, quia (2. Corint. 5.) omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi. Tertius digitus dicitur medius. Ille enim inter alios est longior. Vnde in ipso designatur longa Dei misericordia, per quam nos expectat vt ad eum aduertamur. *Psal. 118.* Gen. 47. Salus nostra in manu tua est. Et Psalmista. Fiat manus tua, vt saluet me. Et sicut illo digito super planum extento, nec pollex, nec index possunt planum tangere, sic quandiu longitudo diuinæ benignitatis ad nos extenditur, nihil nobis nocere potest, scilicet, nec potestas puniendi, nec perspicacitas, discernendi. Quartus digitus est annullaris, quia in illo annulus portatur. Annullus autem figuræ sphæricæ, quæ nullam diuisionẽ, aut alietatem admittit, dilectionem significat, & amorẽ. Et ideò ponitur in quarto digito, in quo est quædam vena, quæ directè procedit à corde, vnde oritur amor.

Nota quare magis annullus ponitur in quarto digito quã in alio.

Sed in quo maior charitatis amor demonstrari potest, quam in eo, qui animam suam pro inimicis saluandis dedit in mortem? Quod prouidens Psalmista dicit. Fiat manus tua vt saluet me. Quintus est digitus auricularis, qui est breuior cæteris. Quod Christo competit ratione humilitatis, qua manus extendit in cruce. Prouerb. 1. Extendi manum meam, & non fuit, qui aspiceret. De ista ergo manu, qui est solus filius Dei, dicit. *Manus enim mea auxiliabitur ei.* Quod & alijs verbis repetit dicens. *Et brachium meum confortabit eũ.* Ipse enim Christus non solum manus Dei, sed etiam brachium dicitur, vide supra versic. 713. & 1367.

Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non apponet nocere ei. 1521

HIc ostenditur ab hoste defensatio. Notandum quod Dauid specialiter duos persecutores habuit qui eius vitã quærebant extinguere. s. Saul, cuius persecutio longo tempore durauit, vt patet 2. Reg. c. 17. vsq; ad finem. Secundus fuit Absalon, qui expulit eum patrem suum de regno. Et tamen nullus illorũ habuit intẽtum. De primo, scilicet de Saule hic ait psalmista. *Nihil proficiet inimicus in eo.* Quod Saul persequens Dauid nunquã manus super eum potuit ponere, vt interficeretur, sed ipso prius interfecto ad Dauid deuolutum est regnum, vt patet 2. Reg. 5. De secundo autem, scilicet Absalone, subdit. *Et filius iniquitatis non apponet nocere ei.* Quis enim expulerit patrem vt regnum possideret? Tamen ipse persequendo patrem capillis suspensus, fuit interfectus, vt habetur 2. Regum 18. Per hoc vult Psalmista ostendere Christum specialiter duos habuisse persecutores, quorũ vnus fuit inimicus. s. diabolus, & alius fuit filius iniquitatis. s. Iudas.

Diabolus inimicus Christi.

Quorum nullus de Christo habuit intentum. Primus enim hostis, s. diabolus conabatur Christum ad peccatum inducere. Vnde ipsum tribus principalioribus peccatis inuasit, vt patet Matth. 4. sed superatus recessit. Secundus. s. Iudas filius iniquitatis Christum cum sua fide conatus est extinguere, sed ei nō nocuit, quia ipse laqueo suspēsus interijt, & Christus immortalis surrexit. Ex quo *nec filius iniquitatis* Iudas, nec alius Christo amplius nocere potest, & hoc est, quod ait. *Et filius iniquitatis non apponet nocere ei*, idest, secundum glos. post resurrectionem Christi, sicut ad patiendum tradidit eum adhuc mortalem.

Iudas filius iniquitatis.

1522 *Et concidam à facie ipsius inimicos eius, & odientes eum in fugam conuertam.*

Hic ponitur inimicorum Dauid superatio. Non solū enim Deus præseruauit Dauid, ne in manibus inimicorum suorum caderet, sed quod plus est inimicos eius sibi subiecit, quosdā verò fugauit. De primis dicit. *Et concidam à facie ipsius inimicos eius, concidam.* i. simul cædam. Hoc factum fuit, quando (vt habetur 2. Reg. 5.) audientes Philistæi, quod vnxissent Dauid in regem super populū Israel, ascenderunt vniuersi, vt quærerēt Dauid, & consuluit Dauid dominum dicens. Si ascendam ad Philistijm, & respōdit dominus, ascende, quoniam dabo illos in manu tua. Venit ergo Dauid, & percussit eos ibi, & dixit. Diuisit dominus inimicos meos coram me. Tunc ergo concidit dominus inimicos suos, idest, simul cecidit. Alios verò odientes eum in fugam conuertit, quod fuit quando Ammonitæ videntes, quòd iniuriam fecissent nuntijs Dauid præcidentes tunicas eorū vsque ad nates, & radentes medietatem barbę eorum, cogitantes quòd Dauid vindicaret iniuriam sibi factam: conduxerunt sibi in auxilium triginta tria millia Assyriorum. Quod cū audisset Dauid contra eos misit exercitum suum, omnes Syrij & Moabitæ statim in fugam sunt cōuersi, vt habetur 2. Reg. 4. per hoc vult Psalmista ostēdere, quomodo inimici Christi Iudæi per Romanos fuerunt concisi & trucidati, & partim in

E fugam conuersi. s. tempore Titi & Vespasiani. Vel potest exponi in bonum. Tunc enim Deus concidit inimicos Christi, quando ipsorum conspirationes diuisit, vt paulatim in Christum crederēt. Quid enim est cōcidi à facie domini siue Christi, nisi per respectum Christi simul cadere? Et sic concido componitur ex con & cado. Concisi ergo fuerunt à facie Christi, quia per respectum gratiæ Christi ipsi totaliter à malo proposito suo cadebant. Et sic inimici Christi in fugam sunt cōuersi: quia fugerunt ab ipso Christo irato ad ipsum placatum. In fugam

F ergo peccator conuertitur, quando culpam considerans, ad Deum misericordē accedit, & sic fugit à iustitia ad misericordiam. Vnde consulitur cuilibet Eccles. 5. Ne adijcias peccatum super peccatum, & ne dicas miseratio domini magna est, quoniā in peccatores respicit ira illius. Ne tardes conuerti ad dominum, & ne differas, & cætera. Quis enim mente considerans peccati periculum, vitæ incertitudinem, casus fortuitos in fugam conuerti dissimulet? Certè nullus sanæ mentis. Vnde Bernardus ait. Ab ore putei gehennalis per fugam eripior, inducias pe-

G tam cunctabor exire? Abscondi ignem in sinu meo, & exusto iam latere, iam nudatis visceribus, iam sanie defluente, diu mihi deliberandum est an à me illum excutiam? Tolle tolle moras, semper nocuit differre paratis. Nam cum mora trahit ad se periculum, trahit & dānum & subtrahit lucrum. O Deus, quot incauta mora huius fugæ ad Deum decepit. Nam alius est morte preuentus, alius memoria & intellectu priuatus, alius infirmitatis dolore grauatus. Et ideo consulit Magist. libro 4. dist. 20. Et sunt verba Aug. dicentis. Dico tibi dum sanus

H es, pœnitentiam age, &c.

Fugit peccator quando cōuertitur.

Tarditas cōuersionis est periculosa.

Bernard.

Nota.

Et veritas mea, & misericordia mea cum ipso, & in nomine meo exaltabitur cornu eius. 1523

Hic ponitur virtutū adornatio. Hic tamen textus potest dupliciter intelligi. Primò quòd ipse Dauid in se habuit veritatem, & misericordiam, scilicet quòd ipse fuit verax, & misericors respectu aliorum. Alio modo, quòd Deus erga

2. Reg. 9.

erga Dauid fuerit verax, & misericors. Si primo modo, sic dicitur, quòd Dauid fuit verax in promissis, intantum quòd promissio facta famulo Miphiboseth, scilicet Sibæ, quamuis malè informatus: quia diuideret sibi hæreditatem Miphiboseph: ipsam postquam cognouit veritatem, noluit reuocare, vt verax inueniretur. Vnde respondit ipsi Miphiboseth. Quid vltra loqueris? fixum est, quod locutus sum. quòd autē fuerit misericors apparuit in persecutione Saulis, quem pluries habuit in manibus & misericordia motus ei pepercit, vt patet. 1. Reg. 24.26. Propter quòd dicitur psalm. 131. Memento domine Dauid, & omnis mansuetudinis eius. Si autem intelligatur secundo modo, certum est quòd veritas Dei fuit cum Dauid, quia promissionē regni sibi factam adimpleuit. Fuit etiam cum ipso misericordia Dei: quia multa & grauia peccata, quæ Dauid commisit, Deus misericorditer sibi dimisit. Se quitur. *Et in nomine meo exaltabitur cornu eius.* Per cornu namque potestas regalis intelligitur, tum quia cornu continebat oleum quo reges vngebantur, tum quia cornu animalis est superior pars, tum quia cornu defenditur totum corpus animalis, quæ omnia regiæ potestati competunt. Est ergo sensus. *In nomine meo exaltabitur cornu eius*, idest, virtute nominis Dei potentia regalis amplia bitur ipsius Dauid, quia ipse multas gentes subiugauit regno suo, & fecit tributarias, vt dicetur in sequenti versiculo. Per hoc autem psalmista vult ostendere veritatem, & misericordiam per Christum factas fuisse, vt ostendat differentiam inter legem antiquam, & nouam, quam ponit Ioannes dicens. Lex per Mosem data est, sed gratia, & veritas per Christum facta est. Nota ergo, quod ideo veritas dicebatur esse cū Christo, quia per ipsum facta est veritas. In hoc quod figuras vmbraticas legis antiquæ adimplens, ad claram veritatem perduxit: sic quòd illud, quod lex promittebat, Christus adimpleuit, & exhibuit. In antiqua enim lege omnia in figura contingebant illis, vt dicitur 1. Corin. 10. Vnde Chrysostomus veritatem per Christum factā plenius sciemus, si figuras veteris legis dicerimus. Ea enim quæ in nouo testa-

Cornu est potestas regalis.

Ioan. 1.

Chrysost.

A mento perficienda erant, in veteri testamento in figuris præscripserunt, quas Christus veniens adimpleuit, quoniam figura data est per Mosem, sed veritas facta per Christum. propter quod ipse Christus de se ait. Ego sum veritas. Misericordia verò cum Christo fuit, quia ipse peccata misericorditer remittebat, vt patuit in Magdalena. Luc. 7. In muliere adultera. Ioan. 8. Vnde Chrys. super Ioan. ait, Misericordia namque erat in Christo, quia omnia cum potestate dimittebat peccata. Misericordiam enim eius, & gratiam, baptismatis donum, adoptio,

B quæ nobis datur per Christum, & plura alia nobis ostendunt. Vnde & ipse dicebat. Misericordiam volo, & non sacrificium. Propter ista duo ergo de Christo dicit psalmista. *Veritas mea, & misericordia mea cum ipso.* Sequitur. *Et in nomine meo exaltabitur cornu eius.* Vbi nota q̄ p cornu Christi intelligitur eius regnum, potestas & imperium. Sic.n. de ipso dixit Zacharias. Luc. 1. Et erexit cornu salutis nobis in domo Dauid, &c. Quod exponens Beda super Lucam dixit. Cornu autem salutis regnum Christi Saluatoris dr̄. Ossa quidem omnia carne inuoluta

C sunt, cornu vero carnē excedit. Et ideo cornu salutis regnum Christi vocatur, quo mundus, & gaudia carnis superantur, in cuius figuram Dauid, & Salomon olim cornu .i. regni gloriam sunt cōsecuti. Propter quod de ipso dicebat Dauid Cornu salutis meæ, & eleuator meus. Similiter Chrys. exponens prædicta verba Luc. 1. ait. Cornu aūt salutis nominat potestatem, gloriam & famam Christi, metaphoricè à brutis animalibus illud accipiens, quibus loco muniminis, & gloriæ cornua dedit. De isto ergo cornu regni Christi. d. *Et in nomine meo exaltabitur*

D *cornu eius*, quia Christi regnum in breui tempore per prædicationem apostolorū per totū orbem fuit dilatatum. ps. 111. Cornu eius exaltabitur in gloria. Et 1. Reg. 2. Dominus dabit imperium regi suo, & sublimabit cornu Christi sui.

Ioan. 14.

Misericordia fuit in Christo.

Chrysost.

Matth. 9.

Cornu dicitur regnū, & potestas Christi.

Beda.

2. Reg. 22.

Chrysost.

Et ponam in mari manum eius, & in fluminibus dexteram eius. 1524

HIc ponitur regni dilatatio. Dauid enim multum dilatauit regnum Iudæorum & per mare, & per terram, nam

 subie cit

subiecit sibi terram Philisthinorum, quæ dicitur mare, quia supra mare est situata regio illorum, vt habetur 2. Reg. 4. Et quantum ad hoc dicit, *Et ponam in mari manum eius*, i. potestatem eius in terris Philisthinorum, quę sunt super mare situatæ. Subiecit etiam sibi Syriam, vbi sunt plura flumina. Vnde & Mesopotamia Syriæ dicitur, à meso, quod est medium, & potamos, quod est fluuius, quasi in medio fluuiorum, quia circundatur fluminibus. Et quantum ad hoc dicit, *Et in fluminibus dexteram eius*, i. ponam potestatem eius in Syria, quæ in medio fluuiorum est situata, quod factum est, quãdo Dauid debellauit Syriam, vt habetur 2. Reg. 22. Per hoc enim vult Psalmista ostendere, quomodo regnum Christi erat dilatandũ, quia scilicet per aquam baptismi gẽtes erant Christo subijciendę per fidem, & ad Christi regnum adducendæ. Per mare. n. gentes, quæ idololatræ erant, significantur, vt dictum fuit vers. 1509. Et de hoc mari gentium, dicit de Christo, *Et ponam in mari manum eius*. Vbi glossa, idest, Christus dominabitur gentibus, quæ per mare significantur. Sed quomodo dominabitur, idest, per aquas baptismi, de quo subdit. *Et in fluminibus dexteram eius*. Quamuis enim in omni aqua naturali, vt puta fontis, putei, vel laci possit fieri baptismus, tamẽ propriè per aquam fluminis designatur, quia in aqua fluminis Iordanis fuit institutus, quando ibi à Ioanne primò Christus fuit baptizatus Matth. 3. Vnde hic ait glos. *Et in fluminibus dexteram eius*, i. in aquis baptismi ponam operationem eius, qua gentes sibi subijciet.

Mare significat gẽtes.

Flumen significat baptismum.

1515 *Ipse inuocauit me pater meus es tu, Deus meus, & susceptor salutis meæ.*

HIc consequenter ostendit quomodo Dauid à Deo fuit dilectus. Et diuiditur in tres partes, quia primò ponitur ipsius Dauid fidelis oratio, secundò Dei ad ipsum dilectio, ibi. *Et ego*, tertiò regni ipsius perpetuatio, ibi. *In æternum*. Quantum ad primum sciendum, quod Dauid fuit valdè deuotus orator, & sæpius Deum inuocabat, vt maximè patet in isto libro psalmorum. Et quamuis non

E inuenerim, quòd ipse vocaliter diceret Deum esse suum patrem, tamen, quia multoties se filium Dei dixit, & consequenter Deum esse suum patrem dixit. Vnde Ps. 2. Dominus dixit ad me, filius meus es tu, psal. 85. Saluum fac filium ancillæ tuæ. Sæpius autem vocauit eum Deum suum, Psal. 62. Deus, Deus meus, ad te de luce vigilo. Ac etiam salutem suam. Vnde psal. 26. Dominus illuminatio mea, & salus mea quem timebo? Et psalm. 34. Dic animæ meæ, salus tua ego sum. Et hoc est, quod de ipso Dauid hic loquitur Deus, dicens. *Ipse inuocauit me, pater meus*, &c.

F Per hoc autem vult Psalmista ostendere Christum pro nobis efficaciter Deum patrem inuocasse. Vbi sciendum quòd Christus constans ex duplici natura, Deus verus est, & homo verus, vt Deus est, vocat Deum patrẽ suũ; & sic de ipso, vt Deus est, dicitur: *Ipse inuocauit me pater meus es tu*. In quantum verò homo est, vocat ipsum Deũ suum, dicẽs. *Deus meus, & susceptor salutis meæ*, idest, salus mea suscipiens me. Et huius ratio est. Vocare. n. aliquem Deũ suum, notat maioritatem illius suprà seipsum, sicut vocare aliquem Deum suum. Cum

G ergo omnes tres personæ diuinæ sint æquales, quia in sancta Trinitate nihil est prius, aut posterius, nihil maius aut minus, sequitur quòd nulla persona diuina aliam Deum suum dicit. Si ergo Christus Deum patrem dicit Deum suũ, hoc dicit ut homo, non ut persona. Dicat ergo pater de Christo. *Ipse inuocauit me, pater meus es tu*. Et hoc inquantum Deus. *Et Deus meus*, &c. Et hoc est inquantum homo. Christus ergo patrem pro nobis inuocauit, quia ipse solus pro nobis patrem dignè potuit inuocare, teste Greg. lib. 24. mor. c. 3. dicente. Nisi ille, scilicet

H filius Dei, homo fieret similis hominibus æquus homo ante Deum nõ appareret. Et inde quippe annunciat iniquitatem nostram, vnde dignatus est infirmitatem nostram suscipere. Omnes enim nos inimica illa persuasio in culpæ contagio ab ipsa radice polluerat, nullusq; erat, qui apud Deum pro peccatoribus loquens iustus appareret. Quia ex eadem massa editos cunctos par reatus inuoluerat. Proindè venit ad nos vnigenitus patris, assumpsit ex nobis naturam non perpetrans

Nota necessitatem incarnationis Christi.

Christus solum pro nobis patrem digne orauit.

trans

trans culpam. Sine peccato quippe esse debuit, qui pro peccatoribus interede-re posset. Quia nimirum alienæ pollutionis contagia minime tergeret, si propria sustineret, &c.

1526 *Et ego primogenitum ponam illum, excelsum præ regibus terræ.*

Hic ostenditur Dei dilectio ad ipsum Dauid. Primogenitus enim honorabilior est, & magis dilectus. Sic & Dauid fuit Dei primogenitus, & hoc ad dignitatem regalẽ in populo Dei. Quãuis ante Dauid rex fuerit Saul, tamẽ ipse non dicitur genitus a Deo, quia non à Deo electus fuit ad regnum, sed ad in- *1. Reg. 8.* stantiam populi datus. Et hoc, est quod dominus dixit ad Samuelem. Audi vocem populi, scilicet Regem postulantis, non enim abiecerunt te, sed me. Dauid autem fuit rex à Deo datus, & ideo vocatur primogenitus Dei in dignitate re- *3. Reg. 4.* gia. *Et excelsum præ regibus terræ.* Sed quo *Quæst.* modo hoc de Dauid potest intelligi, cũ de Salomone dicatur, quòd magnificatus est rex Salomon super omnes reges *Resp.* terræ? Respondetur dupliciter, primò ꝙ Dauid fuit excelsus præ omnibus regibus, scilicet, qui erãt tempore suo, & maximè, qui erãt in circuitu terræ promissionis, quia omnes illos Dauid debellauit, & sibi subiecit, secundò dicitur quòd prima pars istius versus intelligitur de Dauid, secunda verò de Salomone filio suo. Per hoc autem vult Psalmista osten- *Primogenitus dicitur Christus noster multipliciter.* dere Christi dignitatem. Quia sicut primogenitus honorabilior est cæteris, sic Christus honorabilior est omnibus fidelibus, quia omnium caput. *Et excelsum præ regibus terræ*, quia rex est omnium regum, & dominus dominantium. Apo- *Eccl. 24.* cal. 10. Nota ergo, quòd Christus dicitur multiplex primogenitus. Est enim primogenitus patris æternaliter. Vnde ipse, qui est sapientia increata, ait. Ego ex ore altissimi prodij primogenita ante omnem creaturam. Secundò est primogenitus matris temporaliter. Lucæ 2. Peperit filium suum primogenitum. Sed dices, quomodo duobus prædictis modis dicitur Christus primogenitus, quia nec pater alium genuit naturaliter, nec etiam mater. Et tamen primogenitus

A non dicitur nisi respectu sequentis, sicut & prius non dicitur nisi respectu posterioris. De hoc vide supra, vers. 134. Tertio dicitur primogenitus mortuorum, ideò quia primus surrexit à mortuis, s. immortalis. Multi. n. ante ipsum surrexerant, sed iterum morituri. Vnde Apoc. 1. Pax vobis à Iesu Christo, qui est primogenitus mortuorum, & princeps regum terræ. Quartò est primogenitus viuorũ, scilicet filiorum Dei: quia per ipsum omnes alij adoptantur. Rom. 8. Vt sit ipse primogenitus in multis fratribus. Vbi gl. Primogenitus in multis fratribus dr, B quia omnes per eius primatum in Dei gratia renascuntur. Et de isto primoge- *Hebr. 1.* nito ait Apostolus. Et cum iterum introduxit primogenitum in orbem terræ dicit. Et adorent eum omnes angeli Dei.

In æternum seruabo illi misericordiam meam, & testamentum meũ fidele ipsi. 1527

Hic ostenditur eius regni perpetuatio. Et primo ponitur perpetuatio gloriæ regis, secundò perpetuatio regni ibi. *Et ponam.* Quantum ad primum sciẽ C dum, quod quamuis Dauid multotiens grauiter peccauerit, tñ per pœnitentiã consecutus est misericordiam, & gratiã, in qua finaliter perseuerauit, qui enim decedit in gratia, in illa perpetuatur, sicut qui decedit in peccato perpetuatur in illo. Et hoc est, qđ de Dauid hic ait. *In æternum seruabo illi misericordiam meam*, quia scilicet misericorditer à peccatis liberatus saluatus est æternaliter. *Et testamentum meum fidele ipsi.* Testamẽtum enim promissio dicitur, sicut psal. 105. Et memor fuit testamenti sui, idest, promissionis suæ. Dicit ergo, *Et te-* D *stamentum meum fidele ipsi*, idest fideliter adimplendo, quæ ei promisi, scilicet per Nathan prophetam, dicentem, Requiem dabo tibi ab omnibus inimicis *2. Reg. 7.* tuis, &c. Per hoc autem vult ostendere, quod misericordia summa facta humano generi est perpetua, quæ scilicet misericordia fuit, quod humanitas nostra *Quod Christus semel assumpsit nunquam dimisit.* verbo unitetur in Christo, quæ misericordia in æternum seruatur, quia quod verbum semel assumpsit, nunquam dimisit. Licet enim in morte separata fuerit

rit anima à corpore, tamẽ diuinitas vnita mansit cum vtroque, vt ostendit magister lib. 3. d. 22. *Et testamentum meum fidele ipsi.* Testamẽtum.n. etiam uoeatur sacra scriptura legis antiquæ, vt dictum est supra versic. 1503. Hoc testamentum scripturæ fuit fidele Christo: quia quæ de Christo prædixit scriptura antiqua, omnia in Christo fideliter sunt completa. Et nota, quòd scriptura dicitur testamentum propter multa. Primò propter diuinæ voluntatis expressionem. Ecclesi. 24 Hæc omnia liber vitæ, & testamentũ altissimi, & aggregatio veritatis, psal. 88. Neque prophanabo testamentum meũ, & quæ procedunt de labijs meis non faciam irrita. Secundò propter hæreditatis æternæ assignationem, vnde dicitur Ps. 73. Ne tradas bestijs animas confitentes tibi. Respice in testamentum tuũ, &c. Tertiò propter legitimi hæredis institutionem, sic.n. hic de Christo hærede dicitur. *Et testamentum meũ fidele ipsi.* Quarto propter mortis Christi confirmationem. Hebr. 9. Vbi testamentum est, necesse est intercedat mors testatoris. Vnde Zachar. 9. Tu autem in sanguine testamenti tui eduxisti vinctos de lacu, &c.

Scriptura dicitur testamentũ.

1528 ***Et ponam in sæculũ sæculi semen eius, & thronum eius sicut dies cæli.***

HIc ponitur perpetuatio regni. Semen enim Dauid durabit in sæculum sæculi: quia. s. per succedentes sibi generationes peruenit vsq; ad Christũ, vt patet Matth. 1. In quo Christo perpetuatur regnum ipsius Dauid, dicente angelo, Dabit ei dominus Deus sedem Dauid patris sui, & regnabit ĩ domo Iacob in æternum. Et alijs verbis exprimit, d. *Et thronum eius*, s. ponam, *sicut dies cæli*, quasi dicat, Sicut dies cœli non terminãtur, quia cęli secundum substantiã sunt incorruptibiles, sic thronus regni Dauid erit sine fine, & hoc in Christo. Sed hic non paruum insurgit dubium, cum dicitur ꝙ semen Dauid in perpetuum durat quia per generationes succedentes peruenit ad Christum, qui factus est de semine Dauid, & regnat in æternũ. Quia dices, quomodo declaratur ꝙ Christus fuerit natus ex Dauid, cum Matthæus hoc volendo deducere genealogiã Christi deduxit à Dauid vsque ad Ioseph? Certum est autẽ quod Ioseph nihil pertinet ad generationem Christi. Si.n. euãgelista deduxisset generationes à Dauid vsq; ad Mariam, tunc dubium non esset. Ad hoc respondent aliqui dicentes, ꝙ secundum legem quæ habetur Nu. vlt. nullus poterat accipere vxorem, nisi de tribu sua. Cum ergo Ioseph fuerit de tribu & familia Dauid, vt habetur Lucæ. 1. sequitur etiam ꝙ Beata Maria fuerit de tribu Iuda. Et sic probãdo quòd Ioseph fuerit de semine Dauid, probatur etiã idem de Beata Maria. Sed ista responsio non est ad propositum. Posito enim ꝙ beata Maria fuerit de tribu Iuda, sicut & Ioseph, non tamen sequitur, ꝙ fuerit ex semine Dauid, quia multi fuerunt de tribu Iuda qui non fuerunt ex semine Dauid, sicut descendentes à Zaram filio Iuda. Et ideo dicendum ad quęstionem, ꝙ Dauid habuit duos filios inter cæteros, s. Nathan & Salomonem, ut patet 2. Reg. 5. & Par. 3. & Luc. 3. vbi dicitur qui fuit Nathan, qui fuit Dauid. Virgo autẽ Maria secundum lineam carnalem descẽdit de Nathan, vt testatur Damascenus li. 4. c. 6. Et sic ipsa descendit à Dauid secundum carnem. Et sic Christus ex ea natus, ex semine Dauid secundum carnẽ descendit. Ioseph autem descendit ab ipso Dauid per Salomonem. Et sic vterq; eorum. s. Ioseph & virgo Maria descenderunt à Dauid. Sed quod magis vrget difficultatem. Et si virgo Maria fuit de semine Dauid, quomodo autem dices Christum ex semine Dauid, qui non ex virili semine conceptus fuit. Et ad hoc respondet Magister in gl. ad Rom. 1. dicẽs, Et si non intercesserit semen hominis in conceptione virginis, tamen quia ex ea carne Christus formatus est quæ ex Dauid semine processisse constat, rectè dicitur Christus ex Dauid semine processisse, quia virgo Maria ex semine Dauid fuit, ex cuius sanguine formata est caro dominica opere Spiritus sancti in utero virginali. Per hoc vult ps. intelligere, ꝙ semen Dauid. i. Christi per Dauid figurati, quod semen sunt Christiani fideles, in æternum permanebit, hic per gratiam, in futuro autem per gloriam. Consimiliter, & thronus eius, s. ipsius Christi, & suorum, erit sicut dies cœli.

Luca 1. *Quæstio notabilis.* *Christus quomodo ex semine Dauid dicitur.* *Semen Dauid.* *Damasce.* *Quæst.* *Resp.*

Quod

Quod dicit ad differentiam regni terreni. Quia thronus regni terræ, est dies terræ, qui transeunt. Sed dies cœli semper sunt præsentes, vbi erit thronus eius in æternum.

1529 *Si autem dereliquerint filij eius legem meam, & in iudicijs meis non ambulauerint.*

[2. Reg. 7.] HIc ponitur successorum Dauid correctio. Et primo ponitur successorum Dauid diuinæ legis transgressio, secundò ipsorum per misericordiam correctio.ibi. *Visitabo*, Quantum ad primū sciendum, quod quamuis Deus promisisset ipsi Dauid, quod ex semine eius descenderet Christus, præuidebat tamen, quod multi descendentes à Dauid reges, antequā venirent ad Christum futuri erant mali, & magni peccatores, & quòd peccata eorum eos indignos facerent, vt Christus descenderet ab eis. Sed tamen quia misericordia Dei, & veritas potentior est omni malitia, ostendit quòd propter ipsorū malitiam promissio facta Dauid nō erit irrita, quia talium peccata paternaliter Deus corriget, & ipsos ex toto cum semine ipsorum non dissipabit. Et hoc est quod dicit. *Si autem dereliquerint filij eius*.s. reges ab ipso Dauid descendentes *legem meam*, ipsam transgrediendo. *Et in iudicijs meis non ambulauerint*, ut puta sicut fecit Salomon, qui amore mulierem infatuatus, secutus est idola, & templa eis ædificauit, ut habetur 3. Regum 11. Deprauatum est cor Salomonis cum esset senex, & adamauit mulieres alienigenas fuerūtq; ei vxores quasi reginæ septingentę, & concubinæ trecentæ, & auerterunt mulieres cor eius &c. Sic & Achā, sic & Manasses, sic & Sedechias reges successores Dauid dereliquerunt legē Dei, & grauiter Deum offenderunt. Et hoc etiam alijs verbis in sequenti versic. qui sententiam non habet aliquam ab isto distinctam, proponit, dicens.

[*Salomon idololatra fuit.* 3. *Reg.* 11.]

1530 *Si iustitias meas profanauerint, & mandata mea non custodierint.*

HIc idem ostendit alijs verbis. Notandum autē quid sit propriè profanare. Fanus, vel fanos græcè, latinè idē

A est, quòd sonus. Et inde fanum dicitur templum, eo quòd voces & responsa dabantur à dijs in templis. Vel per oppositum templum dicitur fanum, quia voce & locutione debet carere, ut in templo nemo loquatur, nisi quæ ad Dei laudem pertinent. Et à fano.i. templo dicitur fano.as, & profanus, na. num. idest execror & sacrilego, vel execratus & sacrilegus, quasi procul à fano. Et sic profanare idē est, quòd contraria fano, idest, templo facere. Templum autem factum est ad cultum Dei. Et sic ille profanat, qui contra cultum Dei idola adorat, vel Deum exe-

B cratur, quod ergo hic dicit. *Si iustitias meas profanauerint.* i. si contra ordinem iustitiæ idola coluerint. Accipitur etiam quandoque profanare pro uiolare promissa, sicut inferius dicitur. Neque profanabo testamentum meum. Quandoque etiā accipitur profanare.i. in fanis annūciare, & sic profanat qui in templis ventura annunciat. Quandoque etiam accipitur pro ueneratione templi. Et sicut dicit catholicon. legimus quod beata Maria erat profanata.i. in fanis venerata vel annunciata. Hic autem accipitur in prima significatione.s. pro idololatrare, & exe-

C crari. Sic enim plures reges descendentes à Dauid profanauerunt iustitias Dei idololatrando, ut Salomon, ut Acham, Manasses, & multi alij, vult ergo psalmista in dictis duobus versiculis ostendere, quòd multi reges ex Dauid descendentes erant futuri mali, ex quib. Christus erat nasciturus, non tamen propter eorum peccata deficeret promissio ipsi Dauid facta, de Christo, quia ipsorum peccata non ex toto eos vindicando, sed vt pater corrigēdo puniret. Vnde sequitur.

[*Profanare.* 3. *Reg.* 11. 4. *Reg.* 16. 4. *Reg.* 2.]

D *Visitabo in virga iniquitates eorum, et in verberibus peccata eorum.* 1531

POnitur hic delinquentium paterna correctio, Deus enim non solū nos nutrit vt filios, sed etiam castigat ut pater. Quis enim pater filium delinquentem non corrigit? Et si non corrigit, ipsum non amare conuincitur. Propter quod dicitur. Qui parcit virgæ, odit filium, sicut & medicus diligens infirmū, amara remedia illi confert. Et hoc est, quod hic ait glo. Deus vt medicus in vir

[*Corrigit pater filium.* *Prouer.* 3.]

ga visi-

ga visitat iniquitates suorum. i. in leui E correctione. Nam eius virga est misericordia. Cædit quidem, vt reddat hæreditatem. Quis enim pater filio non dat disciplinam vt nō auferat misericordiam?

Prouer. 3. Cædit contumacem, vt reddat hæreditatem. Quem enim diligit Deus flagellat & corripit. Non est ergo misericordia tātum vocantis, sed etiam verberantis, vt

Psalm. 22. meritò sic virga filius à Deo correctus

Virga correctionis Dei. dicat. Virga tua & baculus tuus, ipsa me consolata sunt. De hoc vide supra vers. 329. Sed hic est dubium virum omnes reges descendentes à Dauid vsque ad Christum profananies iustitias Dei, per virgam eius fuerint correcti finaliter, & saluati Ad hoc dicitur quòd in eo quòd Christus descēdebat ab eis, correcti fuerunt, descendebat autem ab eis per seminalem propagationem. Ideò saltem quando debebant generare filium ex quo Christus erat nasciturus, pro illo tēpore erant per virgam Dei correcti & emendati, licet aliqui ipsorum posteà redierint ad uomitum. Sed inter cęteros

Salomon, vtrum fit saluatus. de Salomone multi dubitant, an finaliter fuerit correctus, & correctus decesserit. Ad hoc dicitur ꝙ quamuis Salomon grauiter peccauerit contra Dei præcepta alienigenas mulieres assumendo, & amore ipsarum idololatrando, vt habetur tertio Regum undecimo: tamen finaliter penitētiam de omnibus suis peccatis egit verè contritus. Probatur primò

Salomon pœnitentiam egit. per Hieronymum: qui libro 18. super Ezechielem dicit. quòd quamuis Salomon peccasset, tamen penitentiam egit. Item Hieronymus super Ecclesiastem ait. Dicunt Hebræi hunc librum esse Sa

Hieronym. lomonis pœnitentiam agentis. Itē Ambrosius in apologia dicit. Quid de Dauid dicam, quid de sancto Salomone? Qui quoniam Iudaicum vulgus æstima

Ambrosius bat cum vrnisse pio Christo, ne videretur esse supra hominem, corruit nutu diuino. Et hebræorum scripta eum sanctum nominant, vt à nobis de eius pœnitentia dubitationē tollant. Item dicunt Hebræi Salomonem venisse in templo quòd ipse ędificauerat, cum quinque virgis, de quibus quatuor dedit quatuor legisperitis, vt uerberaretur ab illis qui dixerunt (facto consilio inter eos) quod in sanctum domini manum non mitterent. Vnde frustratus suo desiderio, seipsum de regno deposuit. Item hoc ratione potest probari, quia si auctor reprobatur, consequens est, vt eius dicta reprobentur, vt habetur extra de hæreticis, cap. fraternitatis. Et Greg. dicit. Cuius uita *Greg. in ho. de virginib.* despicitur, restat vt eius prædicatio contemnatur. Cum ergo scripta, & dicta Salomonis approbentur, consequens est, ꝙ eius vita finaliter approbatur. Item magister historiarum lib. 2. Regum, ex- *2. Reg. 7.* ponens verba Nathan dicta ad Dauid de Salomone, dicens. Stabiliam thronū eius vsque in sempiternum, & ero illi

F in patrem, & ipse erit mihi in filium dicit. Ex hac promissione conuincitur, ꝙ Salomon sit saluus. Item gl. super Eccl. 1 cap. dicit. Salomon legitur Deum offendisse super omnes temporis sui, & intantum idololatra fuit effectus mulierum amore, ut circa Hierusalem templa construeret idolis, & illis thurificaret. Hebræi autem tradunt illum pœnituisse, & in illa pœnitentia librum Ecclesiastem composuisse, in quo ostendit omnia vana esse, & caduca, & ita reuocat omnes ab amore mundanorum suo exemplo. Istum autem textum magis mysticè ex-

G ponit Adam in libro de perseuerantia, ostendens quòd ista virga, qua Deus peccatores corrigit, est virgo Maria dicens. *Virga dicitur Virgo Maria.* *Visitabo in uirga iniquitates eorum*, hæc virga est beata virgo Maria, qua mundus corripitur, dum per eius exemplum, & partum ipsius in quo sit reprehensibilis, & damnabilis, demonstratur. Nec odij, sed pacis est talis vltio, qua flagellat filium pater, ne pereat, qua non reo seueritas impenditur, sed reatui, nec se iudicem dominus exhibet, sed amicum. Zelus domini exercituum facit hoc, dum in uirga uisitat iniquitates orbis. Tot. n.

H verberibus atterit peccata hominum, quot virtutibus illustrat virginis partū. Hæc virga quasi tot ictus in dorso peccantium dedit quot virtutibus ostensis in se mundi insipientis vitia debellauit. Et quia vitiorum meta, & uirtutum origo extitit, ideò rectè virga uirtutis appellatur cum dicitur. Virgam uirtutis *Maria aduocata & mater peccatorum.* tuæ emittet dominus ex Sion. Non immeritò virga diuinæ virtutis dicitur virgo Maria, cuius fide vita parta, expirans vitijs ad uirtutem sæculum respirauit.

Hæc

Hæc virga virgam excludit cum per eā factus est, vt non relinquat dominus v irgam peccatorum super sortem iustorū. Hæc est virga Mosi, q̄ virgas magorum Aegypti legitur deuorasse, quia virginei partus veritas totius mundi hæreses interemit. Hęc est virga ferrea, qua mūdus regitur, qua mundi princeps prosternitur, cōfractus inferus aperitur. Hac virga fortior fortem armatus in pace possidentem rex virtutum veniens percussit, & attriuit. O quanta ergo nobis ad Deū per te fiducia esse poterit. Tu.n. mater regis mater exulis, tu mater rei, tu mater iudicis, tu mater Dei, tu mater hominis. Per te.n. reus factus est frater iudicis. Vnde cum sis vtriusq; mater, discordiam inter filios sustinere non poteris. Quid ergo reo timendum est, cui in causa sua idem frater est, qui & iudex cui sē per proprium est misereri & parcere, & qui misericordia superexaltat iudicium? Timere ergo nō debet, vt pereat, cui misericordiæ mater clementissimi fratris, & iudicis, se pijssimam matrem exhibet, & potentissimam aduocatam. Tu misericordiæ mater non rogabis pro filijs filium? Rogabis quidem, quia qui filium tuum inter Deum & hominem posuit mediatorem, te quoq; inter reum & iudicem posuit mediatricem. Ad hoc nāque electa es, & assumpta in matrē omnipotentis, ut in partu tuo inueniat locum iniquitas peccatorum. Ad hoc in cellam aromatum suorum erexit medicus, ut apud te, & per te reperiat ægrotus sanitatem. Si ergo causam tantæ tuæ solennitatis attendas, te totam debes miseris, vt eis reportes antidotum reconciliationis Neque tu vnquam poteris faciem iudicis inuenire difficilem, sic nec te reus vnquam inuenit inexorabilem. Abundas enim, & superabundas visceribus pietatis, quia non solum impleuit te, sed superuenit in te accumulationis gratiæ plenitudine spiritus sanctus.

1532 ***Misericordiam autem meam non dispergam ab eo, neque nocebo ei in veritate mea.***

HIc agit de regni perpetuitate. Vnde hic quatuor promittit ipsi Dauid, scilicet primò miserationis pietatē, A in principio, secundò promissionis firmitatem, ibi. *Neque*, tertiò dominationis perpetuitatem, ibi. *Semel.* Quartò exaltationis claritatem, ibi, *Et thronus*. Quātum ad primum sciendum, q̄ licet prædestinati aliquando cadant, sicut cecidit Petrus, cecidit Paulus, & multi alij prædestinati, tamen finaliter misericordia Dei non deserit illos, quin resurgant & saluentur. Ista enim duo contradictionē implicant, q̄ aliquis sit prædestinatus, & in peccato mortali finaliter pereat. Sic fuit de Dauid, qui à Deo erat electus, qui tamen multotiens cecidit, sed misericordia Dei illum finaliter nō reliquit. *Prædestinati saluātur.*

B Et hoc est, quod hic dicitur. Et si aliquādo cadet, *misericordiam autem meam non dispergam ab eo*, scilicet finaliter, *Neque nocebo ei in veritate mea*, Loquitur Deus more humano iurādo, d. *In ueritate mea*, promitto, quod non *nocebo ei*, idest, non permittam aliquem nocere ei, scilicet, finaliter per quod cadat à regno. Quamuis. n. post promissiones sibi factas per Nathan, filius eius Absalon insurrexerit contra patrem, & ipsum eiecerit de regno, finaliter tamen gloriosè restitutus fuit. Per hoc vult psalmista ostendere,

C quod gratia, & misericordia Christo homini facta, scilicet vnionis hypostaticæ in æternum durat. Et quod homini Christo finaliter nullus nocere posset, quin nocumentum verteretur ad gloriā Christi, sicut fuit de nocumento passionis, per quod venit ad gloriam resurrectionis. Cōsimile superius dicit. In æternum seruabo illi misericordiam meam, vide vers. 1527. Per hoc etiam ostenditur quod misericordia Dei semini Dauid, idest Christi, scilicet, Christianis semper præsto est. Si quis autem est ita iniquus filius, ut ad ipsum accedente patre *Vnio humanitatis cum uerbo semper erit.*

D ipse fugiat, & se alienet ab hæreditate, non pater abijcit eum, sed ipse abijcit patrem, & misericordiam eius.

Neque profanabo testamentum meū, & quæ procedunt de labijs meis non faciam irrita. 1533

HIc ostēditur promissionis firmitas. Per testamentū hic accipit pactū, vel promissionē, quam.s. fecit ipsi Dauid p̄ os ipsius Nathā prophetæ, vt habetur 2. Reg. 7.

2.Reg.7. Vbi Nathã ipsi Dauid ex parte Dei dixit. Hæc dixit dñs exercituũ, requiem dabo tibi ab omnib. inimicis tuis Cumque completi fuerint dies tui, suscitabo semen tuum post te, quod egredietur de vtero tuo, & stabiliam thronum regni eius vsq; in sempiternum, quia.s. successio per posteros Dauid peruenit vsque ad Christum, in quo regnũ firmatum est in æternum, vt habetur Luc. 1. Dabit ei dñs Deus sedem Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum. Et hoc est, quod hic d. *Neque profanabo testamentum meum*, i. pactum meũ ei factum, non faciam profanum, sed illud adimplebo. *Et quæ procedunt de labijs meis nõ faciã irrita.* Deus.n. loquitur per ora prophetarum, Vnde sicut verba prophetarum dicuntur verba Dei, sic & labia prophetarum, sunt labia Dei Hic ergo Deus dicit labia sua labia ipsius Nathan mediante quo promissionem dictã fecit ipsi Dauid Notandum, quod secundum grammaticos irrito, as, duas habet significationes. Nam quandoque componitur ex in & ritus, & mutata, n, in r, fit irrito as, media producta. Et sic irritare idem est, q; prouocare & sic accipitur, ps.9. Propter qd irritauit impius Deũ. Quandoque vero componitur ex in & ratus, quasi non ratus vel firmus, & tunc corripitur media. Et sic irritare idẽ est quod rem facere non ratam, non firmã. Et irritare promissionem, est ipsam reuocare vel non adimplere. Et sic accipitur hic. *Quæ procedunt de labijs meis, non faciam irrita*, q.d. illa firmabo, & complebo, Secundum. n. gl. Prophana, & irrita esset promissio, si inexpleta esset. Ex isto textu habetur, quòd sacra scriptura in nullo prophana, vel irrita pôt esse: quia tota ex labijs Dei, i. prophetarum processit. Per hoc vult psal. ostendere, quòd promissiones per Christum factæ fidelibus de præmio æterno, erunt impletæ.

Irritare.

1534 *Semel iuraui in Sancto meo, si Dauid mentiar, semen eius in æternum manebit.*

HIc ostenditur dominationis perpetuitas. Vbi notandum, quòd Deus iurauit Abrahæ, postquam filium suum ad Dei præceptum immolare voluit q;

E Christus ex semine eius nasceretur. Vnde scribitur Gen. 22. Per memetipsum iuraui, dicit dominus, quia fecisti rem hanc, & non pepercisti filio tuo propter me, sequitur. Et benedicentur in semine tuo omnes gentes. Quod scilicet semen fuit Christus ex Abraham natus, ut patet Matth. 1. Sicut autem prouidit Deus Christum ex Abrahæ semine nasciturum, sic etiam ordinauit per quæ media. Et firmiter iurauit, & disposuit de Abraham, sic & de reliquis medijs vsque ad Christum, vt quòd descenderet semen Abrahæ vsq; ad Christum

Iurauit dominus.

F per Isaac, per Iacob, per Iudam, per Dauid. Et ideo in eo quòd iurauit Abrahæ, hoc consimiliter ipsi Dauid, & omnibus medijs inter Abraham, & Christum. Sed Abraham principalius nominatur, quia fuit ille, cui primo facta fuit promissio. Lucæ 1. Iusiurandum, quòd iurauit ad Abraham patrẽ nostrum daturum se nobis. Et hoc est, quod ait. *Semel iuraui in sancto meo*, scilicet ipsi Abrahæ per quod iuramentum semel factum intelligitur iurasse omnibus medijs. Vel etiam iurauit ipsi Dauid quando per Nathan ei similiter promisit, dicens. Suscitabo semen

G tuum post te, & stabiliam thronum eius in sempiternum 2.Reg.7. Sic enim dicitur psal. 131. Iurauit dominus Dauid, & non frustrabitur eum, De fructu ventris tui ponam super sedem tuam &c. Sequitur. Et filij eorum vsque in seculum sedebunt super sedem tuam. Quod non potest intelligi nisi de regno Christi, & eius fidelium. Quid autem iurauerit, subditur. *Si Dauid mentiar.* Hic enim ly si accipitur pro non, vide supra versic. 863. Et est sensus. *Si Dauid mentiar*, i. nõ mentiar. *Semen eius in æternum manebit*, quod scilicet semen est Christus.

H *Et thronus eius sicut Sol in conspectu meo, & sicut luna perfecta in æternum, & testis in cœlo fidelis.* 1535

HIc ostẽditur exaltationis claritas, Hoc ad literã intelligitur de Christi regno, quia sicut Sol, & luna in æternum durabunt, quia non sunt corpora corruptibilia, sic & regnum Christi in æternum durabit. Vel quia sicut Sol, & Luna excedunt omnia alia corpora luminosa,

minosa, sic regnum Christi omnia alia regna hic in lumine virtutum, & iustitiæ quæ super omnes virtutes clarescit, & in futuro lumine gloriæ. Et nota, quòd gloria regni Christi aliquando compara tur Soli, aliquãdo lunę. Comparatur Soli, vt Matth. 13. ait Christus. Tunc fulgebunt iusti sicut Sol in regno patris eorum. In Sole enim significantur omnes dotes beatorum quò ad animam, & quò ad corpus. Dotes enim animæ sunt tres, scilicet clara visio notatur in Solis claritate, dilectionis vnio notatur in Solis bonitate, super omnes est planeta beniuolus: perpetuitatis duratio notatur in Solis perpetuitate. Similiter & quatuor dotes corporis beati, quæ sunt claritas: quia in creaturis nihil clarius Sole. Agilitas, quia exiens ab oriente statim apparet in occidente. Subtilitas, quia penetrat vitrum, etiam eius virtus penetrat inferiora terræ, Impassibilitas, quia trãsiens per immunda, non maculatur. Quandoque autem assimilatur lunæ, quia sicut luna non habet splendorem à se, sed illum recipit à Sole, sic & quilibet beatus suam beatitudinem recepit à vero Sole iustitię Christo, quia hęc est vita æterna, vt cognoscant te verũ Deum, & quem misisti Iesum Christum. Quibus consideratis de regno Christi dicit Psalmista. *Et thronus eius sicut Sol in conspectu meo*, &c. Vel secundum glo. Sol refertur ad beatitudinem animæ, luna verò ad beatitudinem corporis. Vnde ait, Fulgebunt iusti in regno sicut Sol secundum animum, qui tunc Dei contemplatione glorificabitur. *Et sicut luna fulgebunt*, secundum carnem quæ modo mutabilis est sicut luna, tunc autem erit immutabilis, & perfecta, tunc enim sancti erunt in vtroque perfecti gemina stola glorificati. Et quòd omnia intelligantur de Christo, & de regno eius, ostendit. cum subdit. *Et testis in cęlo fidelis*, quod propriè de Christo intelligitur, quia nõ solum est iudex, sed etiam testis in cęlis. Coram Deo, & omnibus angelis, de ijs quæ propter nos passus sustinuit. Vnde in huius testimonium in corpore suo reseruauit cicatrices vulnerum, quas pro testimonio suæ passionis continuè omnibus beatis ostendit. Vnde gl. *Testis in cęlo fidelis est* Christus. Quia.n.in nullo

Philos. 5. Ethic.

Sol significat dotes beatorum.

Luna significat beatos.

Ioan. 17.

Christus est testis resurrectionis futura.

A sic contradicitur fidei Christianæ, sicut in resurrectione corporũ, ideo ipse Christus carnem suam resuscitauit vt obuiaret omni contradicenti. Et qui poterat mẽbra sua sic sanare vt ea vulnerata fuisse non appareret, cicatrices suo seruauit in corpore, vt ipsarum testimonio vulnus dubitationis sanaret in corde. De Christo ergo dicitur. *Et testis in cęlo fidelis*. Vnde & Iob 16. In cęlo est testis meus. Ista ẽt verba possunt esse ecclesiæ, quæ testimonium suæ resurrectionis cernit in Christo iam glorificato. Sic.n. adducit istum textum ad propositum Greg. tra-

B ctans prædicta verba Iob. In cœlo est testis meus, d. Ad vocem corporis Christi, scilicet ecclesiæ hæc verba referri possunt, vt ecclesia dicat. In cœlo est testis meus. Sancta.n. ecclesia idcirco aduersa uitæ præsentis tolerat, vt hanc superna gratia ad præmia æterna perducat. Carnis suæ mortem despicit, quia resurrectionis gloriæ intẽdit. Et transitoria sũt, quæ patitur, perpetua, quæ præstolatur. De quibus nimirum bonis perpetuis dubietatem non habet, quia fidele iam testimonium redemptoris sui gloriam tenet. Carnis quippe eius resurrectionem

C mente conspicit, atque ad spem fortiter conualescit. Et quod in suo videt iam factum capite sperat in eius quoque corpore quod videlicet ipsa est absq; dubietate secuturum. Quam videlicet ecclesiam psal. conspiciens in perpetua perfectione mansuram sub appellatione lunę describit, d. *Luna perfecta in æternum*. Quam quia ad resurrectionis spem dominica resurrectio roborat, rectè subiũgitur. *Et testis in cœlo fidelis*, vt de sua resurrectione, non trepidet, quum iam eũ in cęlo, qui resurrexit à mortuis, testem habet, &c.

Gregor. 13 mor. c. 13.

D

Tu vero repulisti, & despexisti, distulisti Christum tuum. 1536

HIc consequenter describit huius regni deiectionẽ, & aduersa. Quod maximè fuit in captiuitate Babylonica, quam psal. præuidens describit, & multa prædicit aduersa. Quoniam ostendit primo, quod regnum à Deo fuit reprobatum in principio, secundo, quod promisit, factum fuit, ibi, *Auertisti*, tertio, q illud

illud regnum fuit dissipatum, ibi *Destruxisti*, quartò q fuit expoliatum, ibi. *Diripuerũt*. quintò q fuit subiugatũ, ibi. *Exaltasti*. sextò q auxilio Dei fuit destitutũ, ibi. *Auertisti*. septimò quod ceremonijs fuit priuatũ, ibi. *Destruxisti*. octauò q multis opprobrijs fuit vituperatũ, ibi. *Maledixisti*. Quantum ad primum sciẽdum, q ista aduersa quæ acciderunt in regno Dauid, in successoribus eius non contradicunt prædictis, imò prædicta confirmant. Dixerat.n. supra, Misericordiam meam nõ dispergam ab eo, & nũc dicit. *Tu verò repulisti*. Dixerat, thronus eius, sicut sol in conspectu meo, nunc verò dicit. *Sedem eius in terra collisisti*. Hæc omnia sunt ad cõfirmationem prædictorum. Dictum est.n. quod omnia quæ dicta sunt de Dauid, & regno eius intelliguntur de Christo & regno eius. Ne ergo tu credas prædicta fuisse de regno tẽporali Dauid & Iudæorum, aperte ostendit psal. quod in illo regno temporali acciderunt aduersa contraria dictis promissionibus. Non ergo de illo intelligebantur, sed de regno Christi, & fideliũ. Vnde hic ait gl. Hic ps. ponit quæ videntur aduersa prædictis promissionibus, ne putentur in alio impleri, quã in Christo tũc futuro, q.d. Christianis hæc prædicta sunt, non Iudæis qui se priuauerũt promissione. Ostendit ergo primò quod prædictæ promissiones non intelligebãtur de regno temporali Iudæorum, nec de regibus eius, ex hoc quia illud regnũ à Deo fuit repulsum propter peccata regum suorum. Quod impletum fuit tẽpore Ioachim regis Iuda, quem Nabuchodonosor rex Babylonis cepit cum omnibus suis, & transtulit omnem Hierusalẽ in Babylonem, & omnes thesauros domus domini asportauit. Et relicto î Hierusalem loco ipsius Sedechia. Iste etiam fecit malum coram domino. Et ibidem dicit textus quod irascebatur dominus contra Hierusalem, & contra Iudam, donec proijceret eos à facie sua. Venit ergo iterum rex Babylonis, & comprehẽdit etiam istum Sedechiã, & effodit oculos eius & filios eius occidit coram eo, vt habetur 4. Reg. 25. Quæ omnia prænidens ps. hic d. *Tu vero repulisti, & despexisti*, s. regnum Iudæorum tempore Ioachim, & Sedechiç regum. Et quia multo

Captiuitas Iudaeorum per Nabuchodonosor. 4. Reg. 24.

E tẽpore durauit illa captiuitas, antequã regnum regi Iudæorum restitueretur, ideò dicit. *Distulisti Christum tuum*, idest, regem Iudæorum à regno, repulit enim Deus regnum illud quia ipsi primò Deũ per peccata repulerunt, vide supra vers. 705. & 718.

Auertisti testamentum serui tui, profanasti in terra sanctuarium eius. 1537

HIc ostendit oppositum ex promissionis profanatione. Vt.n. dictum est, testamẽtum in scriptura dicitur pro F missio facta ipsi Dauid de perpetuatione regni in suis successoribus. Ista autem promissio nõ fuit cõpleta in successione Dauid, quò ad regnum temporale, quia reges illius regni fuerunt captiuati, & trucidati. Oportet ergo, q intelligatur de regno spirituali Christi & eius fidelium. Vnde d. *Auertisti testamẽtum serui tui*, q.d. promissionem factam Dauid de perpetuitate regni non implesti in illo regno temporali Iudæorum. Et ex alio, Nã disposuerat Dauid tempore suo ædificare templum domino. Sed quia vir sãguinum fuerat, noluit Deus quod illud G ædificaret, sed Salomon filius eius. Vnde de Salomone ait dominus. Ipse ędificabit domum nomini meo, & erit domus tua, & regnum tuum vsque in æternum ante faciem meam. Volens ergo psalm. ostendere, quod Deus non intelligebat de domo, vel de templo materiali dicit. *Profanasti in terra sanctuarium eius*, idest templum, quod dicitur sanctuarium Dauid, eo, quod præcepit ædificari per Salomonem filium suum, & omnes impẽsas præparauit. Hoc sanctuarium profanauit, Deus, i. profanari permisit, quoniam per Chaldæos fuit combustum, & destructum, ut habetur 4. Reg. vlt. Non H intelligebatur promissio de sanctuario, quod erat in terra. Et ideo ait. *Profanasti in terra sanctuarium eius*, quia sanctuarium spirituale Christi profanari non potest. Vnde hic ait gloss. *Tu verò repulisti*, &c. quasi dicat. Tu. n. Deus qui promittebas qui confirmabas, quæ propter dubitationem humanam iurabas, illa promisisti & ista fecisti. Vbi ergo tenebo iusiurandum tuum? vbi inueniam promissum tuum? quare illa promisit Deus, & ista

Testamentum.

2. Reg. 7.

Templum fuit combustum.

& ista fecit? Respōdet. Hæc fecit, vt promissa firmaret. Dauid enim erat, cui promittebantur omnia, sed non in ipso Dauid, sed in semine eius, qui est Christus implenda. Ne ergo, quia ei dicta sunt videretur in eo implenda, destruxit ea Deus in Dauid, vt quæ necesse erāt fieri, quæ Deus iurauerat, quærantur in alio. Vnde etiam Salomon filius Dauid, qui factus est tantæ sapientiæ, tantæque prudentiæ, ne promissio Dei de semine Dauid in illo putaretur impleta, cecidit, ne putaretur esse semen, in quo impleretur promissio. Hunc ergo Dauid quo ad temporale regnum, in quo sperabāt ignari Iudæi promissa Dei compleri, repulisti, & despexisti, non tamen abstulisti, sed distulisti per Christum filium tuum impleri, vt non in illo Dauid, sed in alio firmius promissa expectentur. Ideo subditur. *Auertisti testamentum serui tui*, quia seruo tuo factum erat. Vetus testamentum Iudæorum, iam non est regnum eorum, nō est sacrificium, vel sacerdotium, vel astra eorum. *Prophanasti in terra sanctuarium eius*, idest, vbique terrarum sancta quæ habent ostendisti terrena, quia scilicet per illa alia significabantur. Dicat ergo, *Auertisti testamentum*, scilicet, *tuum*, &c. De auersione ista diuinæ, iracundiæ, vide supra vers. 1320.

Legit antiqua sacrificia significabant noua.

1538 *Destruxisti omnes sepes eius, posuisti firmamentum eius formidinem.*

4. Reg. 25. Consequenter hic idē ostendit, quia illud regnum fuit dissipatum. Chaldæi enim quando ceperunt ciuitatē Hierusalem, & regem captiuauerunt, succenderunt domum domini, & domū regis, omnemque domum combusserunt igni, & muros ciuitatis Hierusalem in circuitu destruxerunt. Et hoc præuidens Psal. dicit hic. *Destruxisti omnes sepes eius*, idest muros Hierusalem, & aliarum ciuitatū. Et quia Hierusalem erat metropolis, & in illa manebat potestas regia, qua totū regnū custodiebatur, ideò illa destructa, sequitur & firmamentum regni fuit dissipatum. Et hoc est, quod subdit, *Posuisti firmamentum eius formidinem*, s. Hierusalem, quia destructis muris, & combusta ciuitate, illi, qui ibidem de plebe remanserunt, erant in continuo pauore. Et notanda hic, quod formido, das, dicitur à formon, quod idem est quòd calor, vel ignis, & sic quia calor naturalis hominis stat in sanguine, ipse sanguis dicitur formon, vel formido, inis. Et formidare est timere, vel trepidare, quia ille, qui timet habet formidinem, s. calorem, vel sanguinem. Nam, cum quis timet formon, idest, sanguis, vel calor naturalis ad præcordia, & interiora fugiēs à cute se subtrahit, nam timor sanguinem gelat, qui contractus gignit formidinem. Cum enim homo ex aliquo peracto verecundatur, sanguis amicus naturæ, quasi cooperiens delictum, tēdit ad exteriora, & ita fit homo rubeus. Quando verò pro aliquo multū timet, sanguis fugit ad interiora, & sic exterius fit pallidus. Et hæc est causa, quare fit homo rubeus cum verecundatur, sed pallidus eum fortiter timet. Cū ergo formon dicatur sanguis, in quo manet calor naturalis, ille formidat, qui sanguinem ex timore intrinsecus habet, & exterius manet pallidus. Ad propositum ergo, cum destructis vndique parietibus Hierusalem, ibi degentes cōtinuè in magno essent timore, sequitur quòd pallidi erant, quia sanguis ad interiora confortanda se diuertebat. Et sic ciuitas Hierusalem, quæ erat fortitudo totius regni Iudæorum, postea fuit in formidinem, & trepidationem, & timorem.

Formidare quid est.

Timor sanguinem contrahit.

Verecūdia sanguinem extramittit.

Diripuerunt eum oēs trāseuntes viam, factus est opprobrium vicinis suis. 1539

Hic consequenter hoc idem ostendit, quia Dauid regnum fuit expoliatum. Nam (vt habetur 4. Reg. 24.) Nabuchodonosor capto rege Iuda, Ioachim cum matre, & suis protulit omnes thesauros domus domini, & omnes thesauros domus regiæ, & concidit omnia vasa aurea, quæ fecerat rex Salomon in tēplo domini. Omnia hæc diripuit Nabuchodonosor, & asportauit. Et hoc præuidens Psal. d. *Diripuerunt eum*, s. regnum omnes transeuntes uiam, quia primò Nabuchodonosor expoliauit regnum, & consequenter Samaritani, qui erant propinqui audacter irruentes in regnum Iudæorum faciebant prædas, & homicidia, & per consequens tantum regnum factum est opprobrium vicinis suis, qui quasi

quasi insultantes Iudæis, dicebant. Vbi E
est modo gloria Iudæorum? vbi Deus
eorum? vbi eorum potestas? & similia.
Factus est ergo opprobrium vicinis suis, quia
tunc populus Iudæorum factus est opprobriũ omnibus gentibus, sicut & nunc.
Diripio, pis, componitur ex di, & rapio,
pis. Et est diripere diuersis modis rapere, sicut faciunt gentes armorum, quæ
capta ciuitate, diuersis modis rapiunt ciuium bona. Et hoc vult Psalmista ostendere, quòd regnum temporale Iudæorũ
non est illud regnum, cui promissiones
prędictas fecerat Deus: quia illud regnũ
promisit Deus honorare, istud autem F
regnum factum est omnibus gentibus in
opprobrium, & sic istud non est illud. Et
notanter dicit de populo Iudæorum,
quòd factus sit opprobrium vicinis suis,
& non solum probrum. Quoniam secundum Grammaticos probrum, quod est
vituperium, componitur cum ob, & mutata, b, in p, fit opprobrium per duplex p.
Opprobriũ quid sit. Et est opprobrium circuncirca, & vndique vituperium. Et sic tunc erat in populo Iudæorum: quia in vituperium erat
omnibus circunstantibus. Vnde dicebãt,
Psal. 43. Posuisti nos opprobrium vicinis nostris,
subsannationem, & derisum omnibus, G
qui in circuitu nostro sunt.

1540 *Exaltasti dexteram deprimentiũ eum, lætificasti omnes inimicos eius.*

Consequenter hic idem ostendit ex
dicti regni subiugatione. De illo
enim regno, cui factæ sunt prædictæ promissiones, dictum fuerat. Thronus eius
sicut sol in conspectu meo, &c. Quia sicut sol superest omnibus alijs corporibus luminosis, sic illud regnum, cui factę
erant promissiones, omnia alia regna in
gloria, & honore debebat excellere. Re- H
gnum autem temporale Iudæorum, non
est tale: quia à persecutoribus fuit subiugatum, & omnes eius inimici de ipso voluntatem suam adimpleuerunt, sequitur
ergo, quòd regno temporali Iudæorum
non fuit facta dicta promissio. Et hoc
est, quod ait hic. *Exaltasti dexteram deprimentium eum*, &c. Per dexteram enim
intelligitur potestas regni Chaldæorum
qui depresserunt regnum Iudæorum,
& ipsum captiuauerunt, quæ fuit à Deo
exaltata, quando tanta victoria contra
Iudæos sibi fuit data. Deus enim vtebatur illa ad punienda peccata Iudęorum.
Sed nunquid in hoc placuerunt Deo,
faciendo vindictã malorum? Dico quòd *Quæstio.*
effectus eorum placebat Deo, sed non *Opus malorũ Deo placet non ipsi punire.*
ipsi, sicut punitio damnatorum per dæmones facta Deo placet, sed non ipsi
dæmones. Mali enim à malis puniri merentur, sed mali non merentur punire malos.

Auertisti adiutorium gladij eius, & non es auxiliatus ei in bello. 1541

Hic consequenter ostẽdit rationem
priuationis adiutorij. Vbi aduertendum, quòd per gladium quo Iudęi so- *Gladius dicitur Potestas.*
lebant adiuuari contra hostes, intelligitur viri bellatores Iudęorum, qui à Deo
directi armis, & gladijs hostes fugabant.
Sic enim de Gedeone, quia erat vir fortis armorum, dicebant Madianitæ ipsum *Iudic. 7.*
timentes, non est hoc aliud nisi gladius
Gedeonis. Sic ergo Deus auertit gladiũ
adiutorij Iudęorum, quando immisit formidinem bellatoribus eorum, vt ante faciem hostium fugerent, qui alios fugare
solebant. Et hoc fuit quando exercitus
regis Babylonis obsidebat Hierusalem, *4. Reg. vlt.*
omnes viri bellatores Iudæorum timore hostium concussi fugerunt nocte de
ciuitate per viam portæ, quæ est inter
duplicem murum ad hortum regis. Quibus fugatis, etiam Sedechias rex fugit,
quem persequentes Chaldæi comprehenderunt, & cætera. Et hoc præuidens
Psal. ait, *Auertisti adiutorium gladij eius*,
idest, fugasti bellatores eius, quod ex diuina sententia fuit. Nam, vt hic ait glo.
solebant enim pauci Iudæorum multos
vincere, intantum vt vnus eorum fugaret mille, & duo decem millia, modò
autem ipsi fugati sunt, & captiuati, quia
Deus reliquerat eos, peccatis eorum
exigentibus. Et subdit notabile verbum.
Populus enim armatus sine Deo inermis est. Per hoc autem satis clarè ostenditur, quòd in bello spirituali vitiorũ si *Populus armatus sine Deo inermis est.*
Dei adiutorium subtrahatur à nobis, statim succumbimus, & captiuamur. De
bellis autem vitiorum, vide supra versiculo 384.

De-

1542 *Destruxisti eum ab emundatione, & sedem eius in terra collisisti.*

Hic hoc idem ostendit ratione priuationis cæremoniarum. Habebat enim populus Iudæorum secundum legem datam per Moysem certas cæremonias, quibus immundi purificabantur. Quilibet enim, qui aliquod morticinū tangebat, erat immundus, donec asperg eretur aqua lustrationis, qua purificabantur, & multas alias cæremonias faciebant ad emundationem immundorū. Aliquando mundabantur per sacrificia, vt habetur Leuit. decimosecundo. & decimoquarto. Sed quando populus Iudæorum fuit captiuatus, ad emundationem suam istis sacrificijs, vel cæremonijs vti non poterant, & sic nec mundari. Et hoc præuidēs Psalmista dicit, *Destruxisti eum ab emundatione*, idest, priuasti eum cæremonijs, quibus mundabatur secundum legem. De illis cæremonijs mundationis, vide Num. 19. Et quare sic istis fuerunt priuati? Certè quia sub potestate gentium erant reducti, sic quòd non licebat eis vti suis legibus. Et hoc est, qđ subdit, *Et sedem eius in terra collisisti*, ly. &, stat pro quia, ut sit sensus. Priuatus fuit cæremonijs, quia & regia maiestate fuit priuatus. Vel aliter, superius dixerat quòd peccantes per aduersa mundaret, dicens. Si dereliquerint filij eius legem meam, & cætera, visitabo in virga iniquitates eorum, & cætera, quia scilicet, per aduersa emūdatur anima à peccatis. Sed modò vide ad quid deuenit populus Iudæorum. Visitatur in virga, aduersis premitur, vbique subiugatur, nec tamen emundatur. Cuius ratio est, quia ut dicit glossa, Fide caret Iudæus, qua corda mundantur. Et hoc est quod dicit Psalmista: *Destruxisti eum ab emundatione*, idest, quia permisisti ipsum perdere fidem, amplius aduersis mūdari non possunt. Et quia perdidit fidem, ideo sedem eius in terra collisisti. Hoc ideo dicit: quia regnum Iudæorum vbique terrarum deletum est. Collidere enim componitur cum con & lædo, is, & est collidere totum simul lædere. Et sic collisa est sedes Iudæorum, quia simul, & vbique læsa est, & dissipata.

Infideles non mundātur aduersis.

Collidere.

A 1543 *Minorasti dies temporis eius, perfudisti eum confusione.*

Hic hoc idem ostendit ex opprobriorum illatione, & temporis terminatione. Promiserat enim Deus regnū eius stabilire in æternū. 2. Reg. 7. Vnde & superius dixit, Et ponam in sæculū seculi semen eius, & thronū eius sicut dies cœli. Isti autem temporali regno Iudæorum venit oppositum, quia non multo tempore post fuit dissipatum, & captiuatum, nam ab ipso Dauid vsque ad istam captiuitatem, nō fluxerunt nisi quatuordecim generationes, vt patet Math. 1. B Quid autem est tempus quatuordecim generationum respectu perpetuitatis? nihil. Et hoc est quod ait. *Minorasti dies temporis eius.* Vel aliter. Certum est, ꝙ multi iuuenes vtriusq; sexus Iudæorum in illa captiuitate interfecti fuerūt, & sic vita eorū fuit minorata: quia nō vixerūt quantum viuere poterant, secundū ipsorum complexionem naturalē. Sequitur. *Et perfudisti eum confusione*, quia populus, qui solebat esse in tota gloria, captiuus fuit ductus per infideles. Vel aliter, Iudæi. n. putabant, ꝙ promissiones factæ C ipsi Dauid de regno perpetuando, essēt de ipsorū regno temporali, & ideo putabant semper ipsorum regnum duraturū. Sed ꝙ de ipsorum regno temporali non intelligatur, patet, quia minorasti dies temporis eius secundum ipsorum opinionem. Putabāt. n. in æternum fieri regnationes, sed minuisti dies regni eorū, vt non staret iuxta opinionem eorum. Qualiter autem tempus vitæ alicuius potest minorari, vel elongari, cum statutum sit cuilibet à Deo, quantum viuere debet, vide supra versic. 637.

D *Vsquequo, domine, auertis in finem exardescet sicut ignis ira tua?* 1544

Postquam psalmista ostendit promissiones factas Dauid non intelligendas de regno temporali Iudæorum propter aduersa multa, quæ illi acciderunt in captiuitate Chaldæorum, nunc quia mentionem fecit de illa captiuitate, hic orat Deum pro ipsius terminatione. Et primò ponit suam supplicationem, secundò ad hoc impetrandum multipli-

cem adducit ationē,ibi. *Memorare.* tertiò surgit ad gratiarum actionem, ibi. *Benedictus.* Primò ergo facit orationem suam per modum postulationis, dicens. *Vsquequo domine auertis in finem?* Deus enim peccatis hominum prouocatus, auertit faciem suā ab eis, quia ipsi prius à Deo se auertunt. Et tandiu stat auersus à nobis, quamdiu nos auersi stamus ab eo, qa ergo sunt aliqui qui post peccatum se conuertunt ad Deum, aliqui aūt qui obstinati permanentes nunquā se conuertunt. ideo consimiliter auersio diuina est duplex, quædam temporalis, & quædam æterna, ut dictum fuit versi. 1301. Quęrit ergo psalmista an ista auersio Dei a populo Iudæorum sit temporalis uel æterna, dicens. *Vsquequo domine auertis vsque in finem?* idest, nunquid semper eris nobis auersus? quasi dicat, oro quod non. Hoc idem alijs verbis ponit dicēs. *Exardescet sicut ignis ira tua.* Ignis enim semper ardet, quamdiu habet combustibile. Petit ergo. Erit ne ira tua exardescens sicut ignis vt nūquam extinguatur in nobis? quasi dicat hoc non decet maiestatē tuam, cui proprium est semper misereri & parcere. Consimilis versus ponitur supra ps. 78. Vsquequo domine irasceris in finē &c. vide uers. 1360. Vel aliter, vult ostendere psalmista quod Iudæi ad Christū conuertentur in fine temporum, quia tunc cessabit ab eis auersio Dei qui se conuertet ad illos, vt hic finis significet ipsum Christū qui est Alpha & Omega principium & finis. Oēs enim aduersitates prædictę aduenerunt Iudæis propter ipsorū peccata, & infidelitatem. Et ideo quamdiu durabit eorum infidelitas, durabit & eorum aduersitas. Dicat ergo psal. Dura sunt, quæ intulisti Iudæis propter eorum infidelitatem. Sed *vsquequo domine auertis,* scilicet, Iudæos à fide & salute? Auertit enim illos Deus à fide, quia id permittit. Et respondet sibijpsi psalmista, dicens. *In finem,* idest, quousque per fidem reducantur in finem, idest, Christum, quod erit quando plenitudo gentium intrauerit. Et hoc est quod dicitur Romano. 11. Cæcitas contigit in Israel, donec plenitudo gentium intraret, & sic oīs Israel saluus fieret. Interim autē cōtra Iudæos. *Exardescet sicut ignis ira tua.*

Auersio Dei duplex.

Iudæi conuertētur in finem.

Apoc. 2.

E Et nota quod benè ira Dei igni comparatur. Nam ignis agit diuersos effectus, secundum diuersitatem materiæ, in quā agit. Nam aliqua incinerat vt ligna, aliqua emollit vt plumbum, aliqua purificat, vt aurum, & aliqua consolidat, vt testam. Sic & ira Dei, idest, effectus iræ, ut sunt aduersa per eum immissa, aliquos incinerat, idest, usque ad finem consumit, sicut obstinatos qui per aduersa non corriguntur, quorum æternum iudicium incipit in præsenti, sicut fuit de Antiocho. 2. Machab. 9. Aliquos emollit, sicut illos, quos ad compunctionem & lachrymas ducit, sicut fuit de latrone cum Christo crucifixo, qui inter ipsa tormenta ad pœnitentiam uenit. Aliquos purificat, sicut illos, quos immutat. Sic enim dictum est superius. Visitabo in uirga iniquitates eorum &c. Aliquos consolidat, scilicet, quos per charitatem inflammat. Sic enim sancti martyres quanto grauiora patiebantur tormenta, tantò eorum mens solidior efficiebatur, vt patuit in illis septem fratribus. 2. Machab. 7.

F

Ira Dei dicitur ignis.

Luc. 23.

Memorare quæ mea substantia: nunquid enim vanè constituisti omnes filios hominum? 1545

G

HIc pro sua exauditione multiplicem adducit rationem, quarū prima sumitur ex parte nostræ fragilitatis. secūda ex parte nostræ mortalitatis, ibi. *Quis est homo.* tertia ex parte diuinæ pietatis, ibi. *Vbi sunt,* quarta ex parte inimicorū iniquitatis, ibi. *Memor esto,* quinta ex parte iniuriatæ maiestatis, ibi. *Quod exprobrauerunt.* Quantū ad primū sciendum, quanto peccatum ex maiori fragilitate cōmittitur, magis ueniā meretur, & quāto ex minori, minori est uenia dignum. quia fragilitas minuit de ratione volūtarij. Et hinc est, quod peccatū Adæ grauius dicitur cęteris, quia natura in ipso integra erat, & nō fragilis, vel corrupta per peccatū, post peccatū aūt est fragilis, & ad peccandum prona. Qm̄, vt dicitur Genes. 8. Sensus enim, & cogitatio cordis humani prona sunt ad malum ab adolescentia sua. Et ideo peccata nostra sunt magis uenīa digna. Et hanc rationem hinc tangit psalmista, dicens. *Memo-*

H

Peccatū fragilitate minoratur.

Memorare, quæ mea substantia. s. vita mea, A quam sit fragilis, & infirma. Sic enim est fragilis, quod ex se non potest à peccato surgere, vel ad debitum finem, ad quẽ facta est, peruenire, nisi tua misericordia ei succurrat. Ex quo sequitur, quod nisi tu nobis misericordiam impendas, tu vanè constituisti filios hominum. Vanũ enim dicitur, quod finem intentum non attingit. Et hoc est quod ait: *Nunquid enim vanè constituisti filios hominum?* Vel aliter vbi notandum, quod substantia in scriptura multiplex est, scilicet, substantia, quæ nos sumus. Homo enim est animal, & omne animal est substantia. Et B quia principalior pars hominis, scilicet, anima omnis ante Christi aduentum descendebat ad infernum, ideo de ipsa dicebat psalmista, Et substantia mea in inferioribus terræ. Est secundò substantia, qua viuimus, & sic diuitiæ dicuntur substantia, quia substare debet hominibus, & non dominari. Sic enim dicitur Thobiæ 4. Ex substantia tua fac eleemosynam. Est tertiò substantia, qua redimimur, scilicet, Christus, qui substantia dicitur propter stabilitatem sanctitatis, & gratiæ. Vnde Apostolus, Participes Christi effecti sumus, si tamen initium substã C tiæ eius firmum vsque in finem retineamus. Et quia ista substantia nondum venerat, ideo psalmista illam expectando dicit. Et nunc, quæ est expectatio mea, nonne dominus, & substantia mea apud te est? Et isto modo hic accipitur substantia pro Christo, cum dicit. *Memorare quæ mea substantia,* quia scilicet tota mea substantia est Christus. Etenim si Iudæi deficiunt, non deficit mea substantia, quæ scilicet pertinet ad Christum, de qua formabitur corpus Christi. Non enim interijt radix vnde veniet virgo Maria. Nam D de populo illo fuit virgo Maria, de virgine Maria caro Christi, & caro illa non est peccatrix, sed peccatorum mũdatrix, quasi dicat psalmista. Non debes populum Iudæorum ex toto perdere, sed *memorare quæ mea substantia,* scilicet, Christus ex illo est oriundus, quod si totum populum perdis Iudæorum, substantia mea non orietur, & sic homines non redimentur. Ex quo sequitur, quod vanè constituisti filios hominum. Et istam expositionem hic tangit glossa.

Substantia multiplex. — *Hebr. 3.* — *Psal. 38.*

Quis est homo, qui viuet, & non videbit mortem, & eruet animam suam de manu inferi. 1546

HIc adducit secundam rationem quæ sumitur ex parte nostræ mortalitatis, quæ stat in hoc. Omnis homo peccato primi parentis moritur, & descẽdit ad infernum, ex quo per se liberari non potest. Nisi ergo tu succurras miserendo, sequitur quod omnes sunt perditi, & per te frustra constituti, cùm nõ deceat te sapientem aliquid facere frustra, ergo nobis debes misereri. Et istam rationem tangit Apostolus ad Hebr. 9. dicens. Statutum est hominem semel mori, quasi dicat. Cum à se à morte redire non possunt, si ad finem ordinatum peruenire debent, necesse est te ipsis misereri. Vel hoc de morte peccati proprius intelligitur. Vel per hoc vult psalmista tangere Christi incarnationem, per quẽ solum ab æterna morte poterunt liberari, quasi dicat. *Quis est homo, qui viuet,* scilicet post mortem resurgens, à mortuis, *& non videbit mortem,* quia post resurrectionem amplius, non morietur. *Et eruet animam suam de manu inferi,* s. qui per mortem descendet ad infernum, & virtute propria se ab inferno liberabit. Certũ est, quod ista nulli nisi Christo competere possunt, quia habuit potestatem ponẽdi animam suam, & iterum sumẽdi eam. Dicat ergo de Christo, quem pro adiutorio postulat, vt veniat. *Quis est homo, qui viuet, & non videbit mortem,* &c. Certè solus Christus est, & hunc postulo adiutorem. Et uide, quam terribilis fuit sententia contra hominem data mortis. Nã alias multas sententias Deus reuocauit, & mitigauit, istã autem nullo modo sententiam abstulit, nec mitigauit. Quod ostendit Grego. super illo uerbo Iob decimotertio. Scribis contra me amaritudines, dicens, Quia omne, quod loquimur transit, quod verò scribimus, manet. Deus non loqui, sed scribere amaritudines dicitur, cum diu super nos eius flagella perdurant. Semel quippe peccanti homini dictum est. Terra es, in terram ibis. Et sæpè apparentes angeli hominibus præcepta dederunt. Moyses legislator per discretionem peccata coercuit. Ipse vnigenitus summi patris ad nos redi-

Ioan. 10. — *Mors communis est omnibus.* — *Gregor. 11. mor. c. 24.* — *Sententia mortis est immutabilis.*

redimendos, venit, moriendo mortē absorbuit, vitam perpetuam denunciauit nobis, quam ostendit in se. Sed tamen illa, quæ de carnis nostræ morte data est sententia ab ipso initio humani generis, vsque ad finem sęculi non mutatur. Vnde Psalmista ait. *Quis est homo qui viuet, & non videbit mortem?* Quod benè rursum Psalmista intuens, ait. Tu terribilis es, & quis resistet tibi, ex tūc ira tua. quia videlicet peccanti in paradiso homini, iratus semel de mortalitate carnis nostrę sententiam fixit quæ & nunc vsque ad vltimum mutari nullo modo valebit.

Psal. 75.

Quæstio. Sed fortè dices. Nunquid Enoch non euasit sententiam mortis, qui viuus trāslatus est in paradisum, vt habetur Gen. 5. & Eccles. 44. Nunqnid Helias, qui viuens in curru igneo ascendit in cœlum? Ad hoc respondet Gregor. Et si nōdum sunt mortui, mortis tamen sententiam nō euadent. Vnde etiam ait, Nullus huc venit, qui ad carnis mortem eiusdem corruptionis suæ gressibus non tendat, de qua videlicet morte per Psalmistam dicitur, *Quis est homo, qui viuet, & non videbit mortem?* Nam & si ad cœlum raptus Helias esse perhibetur, mortem tantum distulit, non euasit, de ipso quippe ore veritatis dicitur. Helias quidem venturus est, & restituet omnia. Veniet enim restituturus omnia, qui ad hoc nimirum huic mundo restituitur, ut & prædicationis munera impleat, & carnis debitum soluat.

Helias morietur. *4. Reg. 2.* *Greg. 20. mor. c. 27.*

1547 *Vbi sunt misericordiæ tuæ antiquæ domine, sicut iurasti Dauid in veritate tua?*

HIc adducit tertiam rationem quæ sumitur ex ratione diuinæ pietatis, quæ stat in hoc. Antiquitus iurauit
H Deus Abrahæ, dicens, In semine tuo benedicentur omnes gentes. Quod intelligebat de Christo qui ex semine Abrahæ erat oriundus. Hoc etiam promisit ipsi Dauid iureiurādo, vt habetur 2. Reg. 7. Et psal. 131. Iurauit dominus Dauid veritatem, & nō frustrabitur eum, de fructu ventris tui ponam super sedē tuam. Si ergo nobis misericordiam non impendas, sed sic in captiuitate mori permittas populum tuum, vbi erunt misericordiæ

Gen. 22.

E tuæ antiquæ, quas. s. promisisti Abrahæ, & iurasti ipsi Dauid? Et hoc est quod subdit. *Sicut iurasti Dauid in veritate tua*, scilicet, per teipsum qui es veritas, vel potest legi iste versus nō interrogatiuè, sed magis determinando præcedentem versum. Nam dictum est, *Quis est homo, qui viuet & non videbit mortem*, & hoc solū de Christo intelligi potest, de quo nunc subdit. Vbi, idest, in quo Christo *sunt misericordia tua antiqua, domine*, quia in Christo impletur omnis misericordia, & gratia antiquis promissa patribus, quia vt dicitur Ioan. 1. De plenitudine eius
F accipimus omnes gratiam pro gratia. Qualiter autē misericordia sit in Deo, vide supra versi. 55. & 782. & quod Christus dicatur misericordia Dei, vide supra versiculo 1450.

In Christo est omnis misericordia.

Memor esto, domine, opprobrij seruorum tuorum, quod continui in sinu meo multarum gentium. 1548

POnit hic quartam rationem quæ sumitur ex parte iniquitatis inimicorum, quanto enim quis crudelius ab inimico persequitur, tanto amplius indiget
G misericordia. Chaldęi autem captiuos habentes Iudæos, non mansuetè illos tractabant, sicut modo ipsos tractant Christiani, sed crudeliter ipsis multa inferentes opprobria. Vnde dicunt. Posuisti nos opprobrium vicinis nostris subsannationē & derisum iis qui in circuitu nostro sunt. Posuisti nos in similitudinem gētibus, cōmotionem capitis in populis, &c. Et istud opprobrium in populo Iudæorum durauit vsque ad Christū, quia tunc populus Iudæorum ipsum intelligentes, summè fuit honoratus, qn Dei verbū de ipso carnem assumpsit. Et istud opprobrium populus captiuatus patienter tolerabat in sinu suo, i. in mente sua. Nam sinus mentem significat, ut ostendit Gregor. dicens. Scriptura sacra plerunque sinum pro mente ponere cōsueuit, sicut voce ecclesiæ de persecutoribus nostris per Psalmistam, dicitur. Redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum, ac si aperte diceretur. In mente sua recipiant hoc quod in nostris corporibus sæuientes operantur, vt dum exterius ex parte puniūt, ipsi interius perfectè puniantur. Et sic

Psal. 43. *Sinus mentem significat.* *Gregor. lib. 22. moral. c. 14.* *Psal. 78.*

Et sic quod hic dicitur. *Quod continui in sinu meo multarū gentium*, i. memor esto opprobrij nobis à multis gentibus illati, quod quidem patienter in mēte porto. Memorari enim mala dicitur Deus, quando illa punit, obliuiscitur autem dum illa punire differt. Quomodo autē recordatio, vel obliuio cadit in Deo, vide supra versic. 349.

1549 *Quod exprobrauerunt inimici tui, domine, quod exprobrauerunt commutationem Christi tui.*

Iniuria Dei non est toleranda. *Chrysost. Matth. 4.*

HIc ostendit propositum ratione diuinæ maiestatis iniuriatæ. Quamuis enim proprias iniurias ferre patienter, sit virtuosum, iniurias autem Dei sustinere, vitiosum est. Vnde Chrys. ait super Matth. Ait Christus eum passus fuisset tentationis iniuriam, dicente sibi diabolo. Si filius Dei es, mitte te deorsum, non est turbatus, nec diabolum increpauit. Nunc autem, quando diabolus sibi Dei vsurpauit honorem, exasperatus est & repulit eum dicens. Vade, sathana, ut nos illius discamus exemplo nostras quidem iniurias magnanimiter sustinere, Dei autem iniurias neque vsque ad auditum sufferre. Quoniam quidem in proprijs iniurijs esse quempiam patientē, laudabile est: iniurias autem Dei dissimulare, nimis est impium: Modo ad propositum ista captiuatio populi Iudæorum cedebat ad iniuriā Dei, quia Chaldæi eis improperabant dicentes, quòd Deus eorum non potuisset defendere Christum domini, i. regem Iudæorū ne captiuatus in Babyloniam fuisset commutatus. Et hoc est, quod ait psal. *Memor esto improperij, quod exprobrauerunt inimici tui, Domine.* Et quod fuit illud improperium? *Quia exprobrauerunt commutationem Christi tui.* Probo enim probras idem est, quod redarguere, iniuriari, uituperare. Et componitur cum ex, & fit exprobro, bras, i. valde, & multum uituperare, iniuriari, & redarguere. Vel hoc intelligitur secūdum Hebræos de Christo messia. Præuidit enim psalmista, quod Christi uita, & doctrina contrariaretur multum vitæ Scribarum, & Sacerdotū, & ipsorum uitia detegeret, quia Christus commutationem vitæ de uitijs ad

Exprobrare quid sit.

A virtutes verbis, & factis ostendebat. Et propter istam vitæ commutationem ipse Christus, & fideles multa opprobria sustinuerūt. Et hoc est, quod dicit, *Quod exprobrauerūt commutationem Christi tui.* Vnde in Hebræo habetur. *Quod exprobrauerunt vestigia Christi tui.* Et tūc clarior est litera, quia facta, & verba Christi, q̄ sunt eius vestigia, fuerunt à Sacerdotibus, & scribis reprobata. Vel exprobrauerunt cōmutationem Christi tui: quia præuidebat psalmista, quòd infideles Christiani abijcerent commutationem Christi, s. qualiter Christus commuta-
B tus est, quia crucifixus est, quia mortuus est. Vel potest intelligi de commutatione pœnitentię, quam Christus prædicauit, vt uita commutaretur per pœnitentiam de vitijs ad virtutem. Quod maximè infideles exprobrant, s. quòd suauia fugiamus, & eligamus aspera, prospera mundi detestemur, & sequamur aduersa, uitam contemnamus, & mori gaudeamus. Ista est commutatio pœnitentiæ. Magna quippe est commutatio à virtutibus ad vitia, sed maior à vitijs ad virtutes commutari. Deus. n. super bonos manum dexteram tenet, & super malos si-
C nistram. Sed dum boni commutātur ad uitia, mali verò ad uirtutes per pœnitētiam, Deus consimiliter manus suas super illos commutat. Quod planè fuit figuratum in commutatione manuum Iacob super Ephraim, & Manassem. De qua habetur Gen. 48. vbi dicitur quod Ioseph posuit duos filios suos ante Iacob, ut eis benediceret, s. Ephraim, & Manassem, sed posuit Ephraim ad sinistram patris, Manassem verò ad dexterā. Qui Iacob extendens manus, manum dexteram posuit super caput Ephraim minoris, sinistram verò super caput Ma-
D nasse maioris cōmutās manus, Ephraim enim, qui crescens interpretatur, significat illos, qui per pœnitentiam commutātur de vitijs ad virtutem, qui dum essent in culpa, erant ad sinistram Dei collocati, sed per pœnitentiam commutati, dextera Dei manus extenditur super illos, qui crescunt in virtutibus. Manasses verò, qui obliuiosus interpretatur, significat illos, qui de statu gratiæ cadunt ad culpam, & Deum, quem prius nouerāt, obliuiscunt, & isti de dextera Dei commutan-

Commutatio pœnitentiæ.

mutantur ad finistram. Et ideo, quia carent commutatione pœnitentiæ, carent etiam benedictione dexteræ Dei, & ad finistrã ponuntur, de quibus dicitur Ps. 54. Nõ enim est illis commutatio, & nõ timuerunt Deum, extendit manum suã in retribuendo. Quod ad propositũ exponit glo. d. Non enim est illis commutatio, s. peruersi sensus, sed permanent in peruersitate, & sic moriũtur, quia per pœnitentiam non commutantur in melius, quia sensus perditorum incommutabilis est. Et vnde hoc? Quia nõ timuerunt Deum, Hoc enim remedio per pœnitentiam commutatur homo, s. quia timet Deum. Et quæ pœna istos sequatur, adiungit, dicens. Extendit manum suam in retribuendo, s. à simili ferire volentis, qui manus eleuat, vt grauius percutiat. Et ideo quia tales per pęnitentiã non cõmutantur ad bonum, ipsi inde cõmutantur ad pœnam æternam. Iob 9. cõmuto faciẽ meam, & dolore torqueor.

1550 *Benedictus dominus in æternum, fiat, fiat.*

HIc surgit ad gratiarum actionem. Vbi aduertendum, q̃ iusti in omni statu Deo gratias agunt, in aduersis per patientiam, in prosperis per humilitatem: propter quod dicunt. Benedicam dominum in omni tempore, &c. Sic igitur Psal. quia in isto psal. narrauit prospera Iudæorum, & aduersa, in omnibus gratias agens ait. *Benedictus Dominus in æternum*, i. semper. Sequitur. *Fiat, fiat*, i. sic fit, quo semper ab omnibus benedicatur. Et nota, q̃ benedicere Deũ est iustè viuere, vide sup. ver. 378. Et quod benedicimus Deum multipliciter vers. 502. Et s̃m Hieronymum hic finitur tertius liber psalterij: vide supra versic. 687.


Psal. 33.

Gratiarum actio.

Hierony.

PSAL. LXXXIX.

1551 DOmine, refugium factus es nobis à generatione in generationẽ.



HVIC Psal. præmittitur titulus iste. *Oratio Moysi hominis Dei.* Opinio fuit aliquorum, q̃ Dauid istum Psal. fecerit: sed intitulatur Moysi. Cuius ratio est, quoniam Moyses fuit lator legis an-

E tiquæ, & propheta nouæ legis, de quib. agit iste psalmus tractans statũ antiquæ legis, in qua terrena præmia pollicebantur, & de statu nouæ legis dandæ per Christum. Cũ enim sit vita vetus, & vita noua, vita mortalis, & vita immortalis: anni, qui pro nihilo habentur, & dies, quibus implebimur misericordia, & pœna primi hominis, & regnum sæculi, de quib. agit iste psalmus: ideo ab ipso Moyse intitulatur, non q̃ Moyses ipsum fecerit, sed Dauid, Et hãc opinionem ponit glo. Sed verisimilius, & communius dicitur à doctoribus, q̃ Moyses istum psal.

F fecerit, & ab ipso intitulatur tanquã ab auctore. Vt enim dictum fuit in principio huius libri, plures fuerunt auctores psalmorum, inter quos fuit Moyses, qui istum psalmum fecit ad impetrandũ populo quem eduxerat de Aegypto beneficia Dei. Et sic titulus est planus. *Oratio Moysi hominis Dei*. Alius textus habet *viri Dei*, & idem est sensus. Agit iste psalmus de defectu generis humani, qui per Christum aufertur. Sic igitur ad litteram petit beneficia temporalia populo Israel: sed quo ad intellectum prophetæ petit spiritualia beneficia Christi popu

G lo Christiano. Intentionẽ mouet ad contemptum vitæ veteris, & ad amorẽ uitæ nouæ. Quibus visis, psalmus iste diuiditur in duas partes, quia primò recoluntur beneficia Dei præterita: secundo postulantur futura, ibi. *Qui neuit.* Prima, diuiditur, in duas: quia primò recolit beneficia homini data generaliter: secundò beneficia naturæ lapsæ data specialiter. ibi. *Ne auertas.* Prima iterum diuiditur in duas, quia primò beneficia recolit: secundò circa hoc errorem excludit, ibi, *Priusquam montes*. Quantum ad primũ sciendum, quòd duo præcipua beneficia

H fecit Deus naturæ humanæ à principio. Primum fuit beneficiũ creationis, quia de nihilo creauit hominem, & præ alijs creaturis ad imaginem, & similitudinẽ suam, quantum. s. ad animam, per quam est capax Dei per cognitionem, & amorem. Secundum est beneficium singularis gubernationis, quia ordinauit hominem ad uitam beatam habendam, quam consequi nõ potest sine speciali Dei gubernatione, & adiutorio gratiæ, quæ hominem in finem beatum dirigit. Et hoc modo

Beneficia Dei.

modo non gubernat ceteras creaturas inferiores. Sic.n. Apostolus 1. Cor. 9. Nõ est Deo cura de bobus. Secundum beneficium includit primum, & ideo ſm tangit d. *Domine, refugiũ factus es nobis*: quia singulariter nos ad te dirigis vt ad tuũ refugium perueniamus. Per hoc aũt vult ostendere, ꝙ Christus in sua incarnatione factus est refugium nobis, ut Christo dicat, *Domine, refugium factus es nobis*, vt sit sensus Dñe, tu es refugiũ nobis, quia factus es. Non est Deus factus, nisi quia filius incarnatus est. Qualiter aũt Christus sit refugium nostrũ, vide sup. versic. 438. 439. 755. Et nota hic, ꝙ filius Dei vt nostrum esset refugium, pro nobis multipliciter legitur factus. Hic.n. factus est similis hominibus, nostram carnem assumendo. Factus est obsecrans prolixius, patrem Deum exorando. Factus est obediens in omnibus, crucis mortem tolerando. Primò factus est similis hominibus. ad Rom. 1. Factus est ex semine Dauid ſm carnem: quia, s. caro gloriosæ virginis, ex qua virtute spiritussancti formatum est corpus Christi, processit ex semine Dauid. Et in hoc magna nobis commendatur humilitas, cuius humilitatis magnitudinẽ admirans Apostolus, per istud participium factus, ait ad Philip. 2. Hoc sentite in vobis, quod & in Christo Iesu, qui, cũ in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo: sed semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens in similitudinẽ hominum factus. Qui ideo sic factus est, ut nostram superbiam deprimeret suo exẽplo: vt, si quis ab hominibus exemplum humilitatis non dignatur accipere, saltẽ illud recipiat à filio Dei. Vnde Aug. super Ioannem ser. 25. ait. Quid superbis, ò homo? filius Dei propter te humilis factus est. Pudet te fortasse imitari hominem humilem, imitare humilem Deum. Venit filius Dei in homine, & humilis factus est. Præcipitur tibi ut humilieris, nõ præcipitur tibi, ut ex homine fias pecus. Ille verus Deus factus est homo, & tu cognosce te hominem esse. Tota humilitas tua est, ut teipsum cognoscas. Considerando ergo verbum Dei carnẽ factum, ducimur ad humilitatẽ. Et ideo dicamus cum pastoribus. Videamus hoc verbũ, quod factum est, quod dñs fecit,

Factus est Christus multipliciter.

Rom. 1.

Incarnatio Christi.

August.

Luc. 2.

A & ostendit nobis. Secundò est factus obsecrans prolixius. Luc. 22. Factus in agonia prolixius orabat, & factus est sudor eius vt guttæ, &c. In hoc enim, ꝙ factus est orãs, humilitatis nobis dat exemplũ, dum conspicis illum, qui omnium nota exaudit, cũ tanta humilitate exorare patrem, quod totũ fecit, vt nos orando humiles esse doceret, vnde & pp hoc orando ẽt genu flexit. Vnde Greg. Nazianz. Humanus usus habet, pronos terrę supplicare maioribus, facto ostẽdentes maiores nobis esse, quibus supplicamus. Palam aũt est humanã naturã nihil dicere B Deo condignũ, & ideo honorifica signa, q inuicẽ exhibemus, fatentes nos humiles esse respectu excellentiæ Christi facimus incõparabili naturæ. Filius ergo Dei factus refugiũ nobis genuflexit orãdo, sanciens non esse superbiendum orationis tpe, sed per oĩa insistendũ humilitati. Iud. 9. Humilium, & mansuetorũ tibi, dñe semper placuit deprecatio, quia respexit in orationẽ humiliũ, & non spreuit preces eorum. Tertiò factus est obediẽs in omnibus, ad Philip. 2. Factus est obediens vsq; ad mortẽ, mortem aũt crucis. vbi gl. Attende qualiter factus est hu- C milis Christus, qm factus est humilis vsque ad incarnationẽ, vsq; ad diaboli tẽtationem, vsq; ad populi irrisionẽ, vsq; ad sputa, vincula, alapas, & flagella, vsq; ad mortem. Et, si parum est hoc, aliquid addendum est de genere mortis, mortẽ autem non quamlibet, sed crucis, q igno miniosior cæteris erat. Ecce habemus humilitatis exemplum, superbiæ medicamentum. Quid ergo superbis ò homo? O pellis morticina, quid tenderis? O sanies fęda, qd inflaris? Princeps tuus humilis factus est, & tu superbis? Caput humile, & membrũ superbũ, res est mõ- D struosa. Quia igitur vsq; ad tantam obedientiã humilis pro nobis est factus, merito de ipso dicitur, Humilis factus, & confusus, pauper, & inops.

Gregorius Nazianz.

Psal. 101.

Philip. 2.

Psal. 83.

Priusquàm montes fierent, aut formaretur terra, & orbis, à sæculo & in sæculum tu es Deus. 1552

HIc remouet occasionem cuiusdã erroris, Quia enim dixit Deum nobis factum esse refugium, cum factio quandam

quandam mutabilitatem includat: posset forsitan ex hoc aliquis inferre Deū esse factum. Hoc remouet psalmus dicens, Deum esse æternum. Aeternitas autem nullam mutationem recipit: sic nec Deus, vnde dicit hic Deū esse Deū ante omnem creaturam, vnde ait. *Priusquam montes fierent*. Per montes enim intelligit angelicam naturā, per terram verò naturam humanam. Et dicit mōtes factos, sed terram formatam. De angelis enim dixit Deus, Fiat lux, & facta est lux. De hominibus vero dicitur, Formauit Deus hominem de limo terræ. Formari enim vel fingi dicitur secundum corpora (vt dicit glo.) quod angelis non cōpetit. Et consequenter omnes alias creaturas insimul concludit, d. *Et orbis*. s. antequàm angeli fierent: antequàm homo formaretur: antequàm orbis, idest, generaliter antequā omnis creatura fieret. *Tu es Deus à sæculo, & vsque in sæculum*, idest, ab æterno vsque in æternum. Hic enim sm glo. sæculum nō pro tempore, sed pro æterno accipitur. Propriè enim loquendo, Deus nō est à sæculo, quia est ante omne sæculum, nec est vsque in sæculū, cum sit sine fine. Sed qualiter est possibile quòd Deus sit factus nostrum refugium, qui ante non erat nostrum refugium, & non sit mutatus? Dico q̧ in hoc est aliqua mutatio, sed in nobis, nō in Deo. Sicut si fenestra sit clausa, sol non est illuminans domum, si aūt aperiatur, sol fit illuminans domum. Et ista mutatio, quæ fit de non illuminante illuminans, solùm est in domo, & non in sole. Et notanter d. *Tu es Deus*, & nō dicit, Tu fuisti Deus, vel eris, quia æternitas non capit præteritum, nec futurum, quia omne præteritum, uel futurum mutabile est, ut ostendit Mag. lib. 1. dist. 8. Vnde esse creaturarū respectu esse Dei, est non esse. Vñ super illo verbo Iob 23. Ipse solus est, ait Greg. lib. 16. mor. c. 18. Nunquid non sunt angeli, & homines, cœlum, & terra, aer, & maria, cuncta uolatilia, uel quadrupedia, atq; reptilia? Et certè scriptum est, Creauit Deus, vt essent omnia. Cum ergo in rerum natura tam multa sunt, cur beati viri nunc uoce dicitur, ipse solus est? Sed aliud est esse: aliud principaliter esse: aliud mutabiliter: aliud immutabiliter esse. Sunt enim

Mōtes sunt angeli.

Terra sunt homines.

Deus mutabilis nō est, sed mutatio ī nobis est.

Esse propriè soli Deo cōpetit.

E hæc omnia, sed principaliter non sunt quia in semetipsis minime subsistunt, & nisi manu gubernantis teneantur, esse, nequaquam possunt. Cuncta namque in illo subsistūt, à quo sunt creata. Nec ea, quæ uiuunt, sibimetipsis vitam tribuūt: neque ea, quæ mouentur, & non uiuunt suis nutibus ad motum ducuntur, sed ille cuncta mouet, qui quædam uiuificat, quædam verò non uiuificata in extremam essentiam mire ordinans seruat. Cuncta quippe ex nihilo facta sunt, eorumque essentia rursum ad nihilum tenderet, nisi eam auctor omnium regiminis manu retineret. F Omnia itaque, quæ creata sunt, per se nec subsistere ualent, nec moueri, sed intantum subsistunt, inquantum ut esse debeant, acceperunt, intantum mouentur, inquantum occulto instinctu disponuntur. Ecce enim peccator flagellādus est de rebus humanis: arescit in eius laboribus terra, concutitur in eius naufragijs mare, ignoscit in eius sudoribus aer, tenebrescit contra eum inundationibus cœlum, inardescūt in eius oppressionibus homines, mouētur in eius aduersitate etiā angelicæ virtutes. Nunquid nam hæc, quæ inanimata, uel quæ uiuentia diximus, suo instinctu, & non magis diuino impulsu agitantur? G Quidquid est itaque, quod exterius sæuit, per hoc ille metuendus est, qui principaliter est, & hoc interius disponit, qui etiam ad Mosen dicit, Ego sum, qui sum, sic dices filijs Israel, Qui est, misit me ad vos. Cum itaq; flagellamur per ea, quæ uidemus, debemus illum sollicitè metuere, quem non uidemus. Cōsimiliter & nunc Psal. esse soli Deo approprians dicit, *A sæculo & usque in sæculum tu es Deus*. Et Ps. 101. Mutabis eos, & mutabuntur, tu autem idem ipse es.

Peccator punitur ab oī creatura mota per Deū.

Exod. 3.

H *Ne auertas hominem in humilitatem: & dixisti, Conuertimini, filij hominum.* 1553

Ponitur hic Dei beneficium collatum naturæ lapsæ. Et primò hoc facit, secundò circa hoc beneficium quendam errorē excludit, ibi, *Quoniam mille*. Quantum ad primum sciendum, q̧ beneficiū, quod Deus homini lapso cōfert, est hoc, quia ipsum continuè reuocat ad se,

se, ut ad finem debitum, propter quem factus est, possit peruenire. Reuocat autem ipsum ad suam gratiam modis diuersis, aliquando prosperis, aliquando aduersis, aliquando promissionibus, aliquando terroribus. Orat ergo pro hoc Psal. dicens. *Ne auertas hominem in humilitatē.* Homo enim à principio in magno honore fuit positus, quia omniū dominus factus. Psal. 8. Omnia subiecisti sub pedibus eius. Nunc autem per peccatum tantum est humiliatus, quòd omnibus creaturis subijcitur, & ab omnibus læditur, etiam à pulicibus, & muscis. Et ab isto statu rogat psal. Deum liberare hominē dicens, *Ne auertas hominem in humilitatem*, idest in dimittas ita abiectum, & humiliatum, vt omni creaturæ subdatur: sed reuoca ipsum per tuam gratiam ad statum pœnitentiæ, quo scilicet statum perditum possit recuperare. Et quamuis Deus hoc continuè faciat, ad nos tamen pro hoc ipsum rogare spectat. Ideo psal. confitetur hoc Deum facere continuè, dicens. *Et dixisti, conuertimini, filij hominum.* q.d. Et sic fecisti, quia semper dixisti conuertimini filij hominum. A principio enim Deus conuersionem hominum quæsiuit. Nam statim post peccatum primi hominis Adam, & Euam reprehendit vt pœniterent. Similiter Cain quia fratrem habebat odio, dicens, Cur concidit facies tua? Et similiter facto homicidio, sibi dicit. Vbi est Abel frater tuus? Et sic per omnem statum hominum Deus peccatorum quæsiuit conuersionem. vnde Ezec. 18. Nolo mortē peccatoris, sed vt magis conuertatur, & uiuat, vt sit sensus. Quia tu dixisti, conuertimini, filij hominū: ideo ne auertas hominem in humilitatem, idest, hoc peto, vt tu hoc in hoīe facias, quia cōuerti nō poterit, nisi tu illum conuertas. Ideo alibi orat, dicens, Conuerte nos, Deus salutaris noster. Istam conuersionem facit amor, & timor, vide supra vers. 455. De conuersione multiplici, vide supra vers. 1323. 1326 1374. 1378.

Conuersio nem peccatorū Deus quærit.

Gen. 4.

Ezec. 18.

Psal. 84.

1554 *Q^m mille anni ante oculos tuos, tanquam dies hesterna, quæ præterijt.*

REmouet hic errorem humanum. Et primò pro tempore ante diluuium. Secundò pro tempore post diluuium. ibi; *Quæ pro nihilo.* Quantum ad primum sciendum inter alia, quæ homines errare circa vitia faciunt, & non cito conuerti ad Deum, est spes vitæ longioris. Sic multos prouocat ad peccandum. Quod ostendens Greg. ait, Reproborum mens erga dies præsentis vitæ tā to amore cōstringitur, vt sic semper hic appetant viuere, quatenus, si valeant, viuendi cursum desiderent nunquam finire. Cogitare quippe futura despiciunt, spem totam in rebus transeuntibus ponūt, habere se nulla, nisi quæ prætereūt, conspiciunt. Cumque nimis transeuntia cogitant, & mansura nullatenus sperant, sic cęcitate insensibili cordis oculus clauditur, vt æternæ luci nullatenus intendatur. Vnde fit sæpè, vt iam corpus molestia quatiat, & intima mors virtutē vitalis spiritus incidat, nec tamen curare, quæ mundi sunt, desinant, iamq; eos vltor ad iudicium pertrahit, & tamen ipsi ordinatione sollicita rebus transeuntibus occupati, nihil aliud cogitant, nisi in hoc mundo qualiter viuant, derelinquenda omnia quasi possidenda disponunt, quia spes viuendi non frangitur, etiam cum vita terminatur. Iam ad iudicium pertrahuntur per sententiam, & tamen adhuc habendis rebus inhærent per curam. Dura etenim mente abesse mors longè creditur, etiam cum sentitur. Sicque à carne anima soluitur, vt erga præsentia immoderato amore se retinens, cum ad æternum supplicium ducitur, hoc ipsum quoque nesciat, qui ducatur, & deserens quæ amare cum termino noluit, repente sine termino inuenit, quæ nunquam præuidit, &c. Sic ergo apparet, quòd spes longioris vitæ homines implicat peccatis, & à conuersione pœnitentiæ retrahit. Hoc autem maximè erat tempore ante diluuium, in quo homines diu uiuebant, scilicet nongentis, & octingentis annis, vt patet Genes. 5. Istum autem errorem vitæ lōgioris excludens Psal. ait. *Quoniam mille anni ante oculos tuos tanquam dies hesterna, quæ præterijt*, idest, totum tempus vitæ præsentis respectu æternitatis est nihil. Ex hoc inferre volens, quòd in longitudinem vitæ homo sperare non debet, quia tempus quantumcunq; longū præterit. Quod autem præteritum est nihil

Spes vitæ longioris decipit multos.

Greg. 8. moral. c. 12.

Vita præsens est nihil.

nihil est. Vnde hic ait glo. Omnia enim, quæ fine clauduntur, pro transactis habenda sunt. q. d. Nihil est homo, nisi des ei alteram vitam. Et aduerte, quòd non solum mille anni sunt tãquam dies vna hesterna, sed multo minus debet computari quàm vna dies, vnde subdit.

1555 *Et custodia in nocte: quæ pro nihil habentur: eorum anni erunt.*

VBi notãdum, quòd ista prima pars versus, scilicet, *Et custodia in nocte*, est de versu præcedenti, vt sit sensus, Mille anni sunt tanquam dies hesterna, quî nimmo minus quam dies hesterna, quia sunt vt & custodia in nocte, quæ scilicet custodia minus est quàm dies. Pro cuius intelligentia sciendum, quòd hic accipitur custodia noctis pro vigilia. Secundũ autem, quòd Hieron. dicit super illud Matt. 14. Venit ad eos quarta vigilia noctis. Stationes, & vigiliæ militares in triũ horarum spacium diuiduntur, sic quòd quælibet vigilia, uel custodia continet tres horas, sed aliquando plus, aliquando, minus. Vbi notandum, quòd nox distinguebatur quo ad custodias militũ in quatuor partes, quarũ quælibet pars dicebatur una vigilia. Et sic quando nox erat maior, quælibet custodia, vel vigilia erat longior, quando verò breuior, tunc quælibet uigilia erat breuior. Accipiendo autem noctem, prout est in tempore medio inter longitudinem, & breuitatem, scilicet, vt est in æquinoctio vernali, vel hyemali, nox continet duodecim horas. Quæ diuisa in quatuor custodias, quælibet custodia continebat tres horas. Et sic accipit Hiero. d. Vigiliæ militares continebant tres horas, quia accipit noctem, non prout est longior, neq; breuior, sed prout est in æquinoctio. Ad propositum ergo ait Psalmus, quòd mille anni non solum sunt vt dies hesterna ante oculos Dei, immo etiam minus, quia sunt vt custodia in nocte, quasi dicat, quia non solum sunt vt vna dies, immo vt tres horæ quæ faciebant vnam custodiam noctis. Aliter autem Isidorus 5. ety. dicit, quòd septem sunt partes, vel custodiæ, aut vigiliæ noctis, scilicet vesperum, crepusculum, conticinium, intẽpestum, gallicanum, matutinum, & diluculum. Vesperum autem dicitur prima pars noctis ab occidentali stella, quæ solem occidentem sequitur, & tenebras sequentes præcedit. Crepusculum autẽ dicitur pars sequens quasi dubia lux. Nã crepeton idem est, quòd dubium, & hæc pars est inter lucem, & tenebras. Tertia pars dicitur cunticinium, scilicet quando cuncti solent conticere, idest, simul tacere. Quarta pars dicitur intempestũ, idest, medium noctis, quasi sine tempore, quia tunc non est tempus aptum alicui rei fiendæ. Per actus enim nostros cognoscimus tempus, & per consequens sine tempore illa pars dicitur, quia non est apta actibus humanis, sed magis dormitioni. Quinta pars, gallicanum dicitur, propter gallos lucis præuntios suo cantu. Sexta pars dicitur matutinum, scilicet pars sequens, scilicet tempus medium inter abscessum tenebrarum, & ad uentum auroræ. Et dicitur matutinum, quia illa hora inchoatur mane. Septima pars dicitur diluculum, quasi diei prima lux iam incipiens, quæ pars etiam aurora dicitur. Est enim aurora clarescentis diei exordium, quæ solis ortum præcedit. Si ergo accipimus istas partes vel custodias noctis, prout nox septem habet partes, patet quòd adhuc minori spacio comparantur mille anni quàm sit una dies hesterna. Sequitur. *Quæ pro nihilo habentur, eorum anni erunt.* Hic est principium sententiæ. Hic enim remouet errorem illorum, qui differunt conuerti post diluuiũ spe longitudinis vitæ: quia, si vita longior erat ante diluuium, quam post fuerat, quia durabat per mille annos, vel circa, qui tamen nihil sunt ante oculos Dei, vt dictum est, quanto magis post diluuium talis spes est vana quãdo multo breuior est uita quàm ante? In ista ergo parte tractat de breuitate uitæ nostræ post diluuium. Et tria facit, quia primò proponit vitæ nostræ breuitaté. Secundò ad hoc adducit exempli conformitatem. ibi, *Mane sicut*. Tertiò ad hoc adducit diuinæ iustitiæ æquitatem. ibi. *Quia defecimus*. Quantum ad primũ sciendum, quòd istum textum aliter ponit Hieronymus iuxta literam Hebraicã, quæ est magis errori, quæ dicit, Fluctuasti eos, somnium erunt. Quia scilicet in diluuio homines fuerunt aquis diluuij

Custodia dicitur vigilia.
Hierony.
Custodia noctis habet tres horas.
Noctis quatuor sunt partes.
Isidor.
Noctis septẽ sunt partes.
Psal. 89.

diluuij submersi, exceptis octo personis. A Et terræ fertilitas inundatione aquarũ fertilitatem suam perdidit. Vnde & homines post diluuium breuioris vitæ fuerunt, sic quòd vita hominis videbatur quasi quædam dormitio, siue somnus breuis respectu vitæ ante diluuium. Et hoc est, quod dicit littera Hebraica. Fluctuasti eos; scilicet, aquis diluuij, & velut somnium erunt. Et hoc idem vult litera nostra dicens, *Quæ pro nihilo habentur, eorum anni erunt*, quasi dicat, *anni eorum*, idest totum tẽpus vitæ nostræ post diluuium erunt sicut somnia, quæ pro nihilo habentur. Quia somnia dormientibus aliquid apparent, & de facto nihil existunt. Sic enim pro nihilo totum tẽpus vitæ præsentis reputabat Iob, cũ dicebat. Iob 7. Parce mihi, Domine, nihil enim sunt dies mei. Et istam vitæ præsentis breuitatem inducit Psal. quam dicit esse nihil, vt ipsa considerata uitam perpetuam nobis paremus. Nam huius breuitas ad Dei amorem nos inducit, teste Greg. lib. 12. mor. c. 8. dicens, Quia hic homo vires uiuendi ad modicum accepit, vt in perpetuum transeat, vbi eius vitam terminus non concludit, vt in hac breuitate roboratus colligat, vnde in perpetuitatem veniat, vel vt semper gaudeat, velut susceptra supplicia nõ euadat.

Vita breuitas nos inducit ad Deum.

1556 *Mane sicut herba transeat, mane floreat, & transeat, vespere decidat induret, & arescat.*

Vita præsens herba, & flori comparatur.

HIc breuitatis vitæ ponitur exemplum. Transitus namque herbæ di recte assimilatur breuitati vitæ præsentis, quia sicut herba mane floret, & statim succisa desiccatur, sic & vita nostra, quantumcunq; in alto statu floreat, modica percussione, vel infirmitate percussa cadit. Per mane enim significatur principium vitæ, per vesperum aũt finis. A mane ergo transit in uesperum, quia à principio semper tendit ad finem, & nunquam quiescit. Vnde nostrum uiuere nihil aliud est, quàm tendere ad mortem. Vespere autem decidit per mortẽ, & tunc induratur, & arescit, quia in cineres redigitur. Rectè enim vita nostra herbæ, & flori comparatur, vt ostendit Gregor. lib. 11. moral. c. 27. exponens illud

Mane.
Vesperum.

Iob 14. Qui quasi flos egreditur, &c. dicens, Quasi enim flos egreditur homo, quia uiuet in carne, sed conteritur, quia redigitur in putredinẽ. Quid enim sunt nati homines in mundo, nisi quidam flores in campo? Tendamus oculos cordis in hanc latitudinem mundi præsentis, & ecce quasi tot floribus, quot hominibus plenus est. Vita itaque in carne, flos est in fœno. Vnde bene per psal. dicitur, *Psal. 102.* Homo sicut fœnum dies eius, & sicut flos agri sic efflorebit. Esaias quoq; ait, Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius sicut flos fœni. *Esa. 40.* Homo enim more floris procedit ex occulto, & subito apparet in B publico, qui statim ex publico per mortem trahitur ad occultum. Carnis nos viriditas ostendit, sed ariditas pulueris ab aspectibus retrahit. Quasi flos apparuimus, qui non eramus, quasi flos arescimus, qui temporaliter apparebamus. Et quia per momenta homo quotidie compellitur ad mortem rectè adiungitur: Et fugit velut vmbra, & nunquam in eodem statu permanet. Sed cum sol quoque cursum suum indesinẽter peragat, nunquamq; in stabilitatem se figat, cur cursus vitæ hominis umbræ potius quã C soli comparatur, nisi quia, amisso amore conditoris, calorem cordis perdidit, & in solo iniquitatis suæ frigore remansit? Qui igitur in amore Dei calorem cordis non habet, nec tamen uitam, quam diligit, tenet, sed uelut umbra fugit. Bene autem dicitur, Et nunquam in eodẽ statu permanet, Quia dum infantia ad pueritiam, pueritia ad adolescentiam, adolescentia ad iuuentutem, iuuentus ad senectutem, senectus transit ad mortem, in cursu uitæ præsentis ipsis suis augmentis ad detrimenta impellitur. Et inde semper deficit, vnde proficere in spa- D cium vitæ credit. Firmum etenim statũ hic habere non possumus, ubi transituri uenimus. Atque sic ipsum nostrum uiuere est quotidie à uita transire, &c. Et hoc exemplum ponit hic psal. d. *Mane sicut herba transeat, mane floreat, & transeat*. Hic enim transire bis ponitur, ut transitus huius uitæ cordi nostro magis imprimatur. Et nota, quod uitæ præsentis transitus, atq; breuitas multis rebus trãsitorijs in scriptura comparatur, uide supra uersic. 567.

Quia

1557 *Quia defecimus in ira tua: & in furore tuo turbati sumus.*

ADducit hic diuinæ iustitiæ æquitatē. Et quatuor facit, quia ponitur primò effectus diuinæ iustitiæ. Secundò defectus nostræ malitiæ. ibi. *Posuisti.* tertiò processus nostrę miserię. ibi, *Anni nostri.* quartò respectus diuinæ clementiæ. ibi, *Quoniā superuenit mansuetudo.* Quantum ad primum sciendum, q ante peccatum vita hominis non sic transibat cū tempore: sed homo, transeunte tempore, stabat, vt ostendit Grego. dicens, Lapsum vitæ primus homo ante culpā habere non potuit, quia tempora, eo stante, transibant. Sed postquam deliquit, in quodam se quasi lubrico temporalitatis posuit. Et quia cibum comedit vetitum, status sui protinus inuenit defectū. Quam tamen mutabilitatem nō solum exterius, sed interius quoque homo patitur dum ad meliora opera surgere conatur. Mens enim mutabilitatis suæ pondere ad aliud semper impellitur, quàm est. Et nisi in statu suo arcta custodiæ disciplina teneatur, semper in deteriora dilabitur. Quia enim semper stantem deseruit, quē habere potuit, statim amisit. Vnde nūc cūm ad meliora nititur, quasi contra ictum fluminis conatur, cum verò ab intentione abscēdendi resoluitur, sine labore reducitur ad ima. Quia enim in ascensu labor est, in descensu ocium, intraturos per angustam portam dominus admonet dicens. Contendite intrare per angustam portam. Dicturus quippe angustæ portæ introitum præmisit, contendite, quia nisi mentis intentio ferueat, unda mundi non uincitur, per quā anima semper ad ima reuocatur. Ex quibus patet, quòd fluxus vitæ præsentis tā corporis quàm mentis ex peccato processit primi parentis. Et hoc hic notans Ps. dicit, *Quia defecimus in ira tua.* Quid est enim ira Dei, nisi effectus diuinæ iustitiæ, qua punit peccata, & sic ad modū irati se habet. Dicat ergo. Vñ habemus lapsum vitæ? Respondet, *quia defecimus in ira tua*, idest, quia iustitia tua nos punit, vt, quia noluimus tenere statum primum, deficeremus per fluxum mortalitatis, vt sit sensus, *In ira tua*, scilicet puniti sumus, & quare? quia defecimus pec-

Vitę fluxus ex peccato processit.

Gregor. 11. mor. c. 27.

Malū agere leuius ē quā bonū. *Luc. 13.*

E cando. Et quanto amplius peccata sunt augmentata: breuior factus est fluxus vitæ p̄sentis, vnde quia multiplicata erant peccata in terra ante diluuium, immisit Deus diluuium, post quod breuior fuit vita præsens quàm ante, vnde Gen. 6. dixit Deus, Repleta est terra iniquitate eorum, & ego disperdam eos cum terra. Et nota alium effectum diuinæ iustitiæ, quia non solū uita præsens, semper currit ad mortem: sed ipsum etiam finem semper fugimus, quod non fuisset ante peccatum, quia homo sine morte raptus fuisset ad cœlum. Et hoc notans Psalmista dicit. F *Et in furore tuo turbati sumus.* Hic appellat furorem Dei, sententiam mortis irreuocabilem, quā propter peccatum tulit, quę sententia furor dicitur: quia mors est ultimum terribilium, ad cuius aduentum quilibet turbatur. Vnde istum textum sic exponit glo. d. *Et in furore tuo turbati sumus*, i. timore mortis infirmi infirmitatē finire trepidamus. Vnde dominus Petro dixit. Cum senueris, extendes manus tuas; & alius ducet te, quo tu non uis. Et dominus in se nos transfigurans, ait de seipso, Tristis est anima mea usque ad mortem.

Mortē quilibet fugit.

Ioan. 21.

G *Posuisti iniquitates nostras in conspectu tuo: sæculum nostrum in illuminatione vultus tui.* 1558

POnitur hic causa dicti defectus, scilicet nostra malitia. Omnis enim pęna iusta pro peccato est inflicta. Ex eo ergo pœna fluxus vitæ pręsentis, & mortis hominibus est à Deo inflicta propter peccata nostra. Et hoc est quod hic ait. *Quia defecimus in ira tua*, &c. Respōdet, quia *posuisti iniquitates nostras in conspectu tuo*. Vbi sciendum, quòd conspectus Dei idem est, quòd scientia Dei. Nam H specio, specis, idem est quod uidere, & considerare, & componitur diuersimode, quandoque cum a, & fit aspicio. cum in, & fit inspicio, quandoque cum pro, & fit prospicio, & c. Et ista composita habent diuersa significata. Nam aspicimus ante, respicimus retro, suspicimus sursum, despicimus deorsum, inspicimus introrsum, prospicimus longè, conspicimus circumquaque: Et inde conspectus quasi simul, uel circumquaq, aspectus. Quam-

Conspectus Dei quid est.

Heb. 4.

Conspicit Deus peccata, quæ punit.

Quãuis ergo omnia nuda, & aperta sint intellectui diuino (vt ait Apostolus, Omnia nuda, & aperta sunt oculis eius) tamen aliqua quãq; dicitur non videre peccata, non quia non videat illa, sed quia dissimulat, & ad tempus impunita dimittit. Illa autem videre dicitur, quę punit. sicut orationẽ nostram in cõspectu suo ponit, quando illam exaudit secundum modum loquendi. Intret in conspectu tuo oratio mea, inclina aurem tuam ad precem meam. Et hoc est, quod ait hic

Psal. 87.

Psal. *Posuisti iniquitates nostras in conspectu tuo*, i. decreuisti punire iniquitates nostras, sicut iudex punit coram se reũ, quem vult punire. Et hoc innuit hic gl. dicẽs. *Posuisti iniquitates nostras in conspectu tuo*, i. non ab eis dissimulasti. Et ꝙ nihil eum lateat boni, vel mali, quod facimus, & ideo ꝙ in cõspectu suo illud ponere possit ad libitum, declarat dicens, *Sæculum nostrum in illuminatione vultus tui*. Et hic accipitur sęculum pro uita nostra, & est sensus, *Sęculum nostrum in illuminatione vultus tui*. idest, sicut illud, ꝙ est in lumine videtur, & non absconditur, sic totũ sæculum nostrum, idest, tota vita nostra aperta, & clara est in oculis tuis, secundum illud.

Eccl. 23.

Oculi domini multo lucidiores sunt sole, vias hominũ circũspiciunt. Et ad istum sensum notat gl. quod illa peccata teguntur à conspectu domini, quæ veniam habent, idest, quibus Deus parcit, secundum ꝙ dicitur psal. 31. Beati quorum tecta sunt peccata. Illa aũt illuminantur, & ponuntur in conspectu Dei, quæ puniuntur. Et hic nota, ꝙ conspectus Dei multa in nobis efficit, quia nos quandoque illuminat, quandoque purificat, quandoque humiliat, ãñq; beatificat. Vide in dictione cõspectus, parte prima. Ex isto ergo cõspectu Dei, quo peccata nostra punit, sequitur fluxus vitę pręsentis. Vnde sequitur.

1559 *Quoniam omnes dies nostri defecerũt, & in ira tua defecimus.*

Hic enim versus quasi repetitio est illius, quod superius dixerat. *Quia defecimus in ira tua*, &c. Et est repetitio ad maiorem expressionem breuitatis vitæ præsentis. Vel per diem accipitur cognitio, sicut per tenebras ignorantia. Et A tunc est sensus. *Quoniam omnes dies nostri defecerunt*. i. cognitio nostra defecit, obtenebratur enim ratio per peccatũ. *Et in ira tua defecimus*, idest, ex punitione, quæ procedit à iustitia tua, quæ per iram designatur. Vel si per dies intelligatur tempus præsentis uitæ, tunc magis concordat cum vers. 1557. Et tunc secũdum gl. est sensus. *Omnes dies nostri defecerunt*, i. totum tempus vitæ nostræ abbreuiatum est, & penè defecit, quia ad paucitatẽ reducti sunt dies vitæ nostræ.

Vita finis, siue dies vltimus, incognitus est.

Vita enim hominis per iram Dei abbreuiata est, vt tollatur spes longioris vitæ, B quam præsumptionem habentes magis peccabant. Vnde ad tollendum spem longioris vitæ dies vltimus vitæ omnibus incognitus manet, vt ostendit Gregor. dicens,

Greg. 7. moral. c. 20.

Sæpe enim, dum præsentis vitæ breuitas quasi diu perseueratura diligitur, ab æterna spe animus frangitur, & delectatus præsentibus, desperationis suæ caligine reuerberatur. Cumq; longum putat, quod ad viuendum sibi spacium restat, repente præsentem vitam deserens, æternam inuenit, quam iam vitare nequeat: quia, dum se diu immorari visibilibus ęstimant, spem inuisibilium C derelinquunt.

Vita præsens amari non debet.

Cumque mens in præsentibus figitur, vita terminatur, & repente ad supplicia improuisa perueniunt qui decepti suis præsumptionibus, aut nunquàm se contingere, aut tardè crèdiderunt. Hinc veritas dicit, Vigilate itaque, quia nescitis diem, neque horam. Hinc rursus scriptum est, Dies domini sicut fur in nocte veniet.

Matth. 25.

1. Thess. 5.

Quia enim ad rapiendam animam propinquans minimè conspicitur, furi in nocte comparatur. Tanto ergo debet quasi semper veniens metui, quanto à nobis non valet ventura dies præsciri. Vnde & sancti viD ri, qui breuitatem vitę semper aspiciũt, quasi quotidie morientes viuunt, & tanto se solidius mansuris præparant, quanto nulla esse transitoria semper ex fine pensant. De istis diebus ait ps. Homo sicut fęnũ dies eius. Hinc Esa. ait, Oĩs caro fęnum, & gloria eius sicut flos fęni.

Psal. 102.

Esa. 40.

Hinc mentes præsumentes Iacobus tãgit, dicens, Quæ est vita nostra? Est vapor ad modicũ patens. Quod bene ostẽdit psal. 101. Dies mei sicut vmbra declinauerunt, & ego sicut fęnum arui.

Anni

1560 *Anni nostri sicut aranea meditabuntur, dies annorum nostrorum in ipsis. septuaginta annis.*

HIc ponitur processus nostræ miseriæ. Iste versus aliter incipit in translatione Hiero. secundum Hebraicam veritatem, sic enim incipit, Cōsumpsimus annos nostros quasi sermonem, idest, sicut sermo prolatus cito transit, & definit esse, sic & anni vitæ nostræ. Et pertinet ad sententiam prædictam de breuitate vitæ humanæ. Litera autem communis magis refertur ad miseriam. & laborē quibus repletur vita præsens, cum dicitur: *Anni nostri sicut aranea*. Quia sicut aranea cum multo laborē telā texit, vt dolosè capiat muscas, quibus vitam suam deducat, & tamen modico vento, vel flatu tela eius frangitur, & euanescit, sic & homines multo sudore, multisque laboribus occupantur ad acquirēdas diuitias, vel honores, quæ modico pulsu fortunæ omnia euanescunt. Et attende, quòd ista litera potest legi actiuè, & passiuè. Actiuè, vt sit sensus. *Anni nostri meditabuntur sicut aranea*, idest ipsi anni meditabuntur, quia homines in annis uiuentes meditantur inania, sicut facit aranea, quia scilicet sine fructu & vtilitate boni operis transeunt. Vel passiuè potest accipi, meditabuntur, idest, rēputabuntur anni nostri sicut aranea, idest, sicut inanes, & inutiles. Et nota quòd araneæ multa comparantur, scilicet quandoque viri iusti conscientia, vide supra vers. 646. Quandoq; hypocritarum fallacia. Hoc deducit Gregor. super illo verbo Iob 8. Sicut aranearum tela fiducia eius, dicens. Bene hypocritarum fiducia aranearum telis similis dicitur, quia omne, quod ad obtinendam gloriam exsudant, ventus dissipat uitæ mortalis. Nam, quoniam æternā non quærunt, bona temporalia cum tempore amittunt. Pensandum quoq; est, quòd araneæ fila per ordinē ducūt: quia sua hypocritæ quasi sub discretione opera disponunt. Aranearum tela studiose texitur, sed subito flatu dissipatur, quia quicquid hypocrita cum labore peragit, aura humani fauoris tollit. Et, dum in appetitu laudis opus deficit, quasi in uentum labor euanescit. Sæpe

Aranea multa fingit.

Greg. 8. moral. c. 29.

Hypocrita aranea cōparatur.

E namque & vsque ad præsentis uitæ terminum hypocritarum facta perdurant, sed, quia per hæc auctores laudem non quærunt, bona ante Dei oculos nunquam ferunt. Plerumque enim sacræ legis eruditione fulciuntur, doctrinæ verba proferunt, omne quod sentiunt, testimonijs accingunt, nec tamē per hæc vitam audientium, sed proprios fauores quærunt. Quia nec proferre alia nouerunt, nisi quæ auditorum corda ad impendendas laudes excutiant, non vt ad lachrymas accendant. Mens quippe exterioribus concupiscentijs occupata, F igne diuini amoris non calet, & idcirco ad incendium diuini amoris inflammare auditores suos nequeunt verba, quæ frigido ore proferunt. Neque enim res, quæ in seipsa non arserit, aliud accēdit. Et infra, Bene ergo dicitur, Sicut tela aranearum fiducia eius: quia, apparente cordis teste, præterit omne, quod exterius de humano fauore confidit. Quādoque verò per araneam significatur huius mundi miseria, vt hic, cum dicitur. *Anni nostri sicut aranea meditabuntur*, vbi gloss. Miseria, & breuitas huius vitæ exprimitur hic per similitudinem araneæ, quæ multo labore inanes telas texit, vt dolo capiat muscas. Sequitur, G *annorum nostrorum in ipsis. septuaginta annis.* Hic in particulari determinat vitæ præsentis breuitatem, dicens, quòd durat vsque ad septuaginta annos, quia scilicet ad illud tempus potest durare fortitudo hominis, pulchritudo, & huiusmodi, quo tempore transacto, vt communiter ista deficiunt in hominibus. Et quia aliqui alijs sunt melius complexionati, ideo tales aliquādo, sed raro vigēt vsque ad octoginta annos, quibus transactis, vita hominis non est nisi quędam H miseria. Vnde sequitur.

Malus alios ad bonum non potest accēdere.

Si autem in potentatibus, octoginta anni, & amplius eorum labor, & dolor. 1561

QVod ideo dicit, quia in anno septuagesimo incipit ætas senij, quæ est vltima, in qua vigor naturæ deperditur, oculi caligant, visus hebetatur, & aures surdescunt. Si aūt propter bonitatem complexionis aliquis incolu-

incolumis transeat septuagesimũ annũ, saltem in octuagesimo incipit deficere. De distinctione ætatum vide sup. versic. 1156. Potentatus aũt dicitur à potẽtia, vnde potentatus idem est ꝙ potentia, siue potens. Et est sensus. Si quis tantũ sit vigorosus, & potens, ꝙ etiã vigorosus transeat annum septuagesimum, tñ, cũ peruenerit ad octuagesimũ, deficit, quia senium non est nisi quidam lãguor, & miseria vitæ. Quomodo autem vita senũ sit dolor, & miseria, & in multis deficiat, vide vers. 1147. vnde merito tales dicere possunt, Defecit in dolore vita nostra & anni mei in gemitibus. Vt autem magis appareat, ꝙ vita tota senum est miserabilis, non solum exterius, sed ẽt interius, nota ꝙ philosophus 2. rheto. tangit multas malas senum conditiones, inter quas sex specialiter enumerat, dicens ꝙ sunt increduli, suspiciosi, timidi, illiberales, malæ spei, & inuerecundi. Primò. n. sunt increduli. Sunt. n. in multis experti, & sic cognoscunt homines in multis mentiri, ideò de difficili alijs credũt, sed credunt omnes alios esse deceptores. Idō dicitur 2. Rhetor. ꝙ quia senes multis annis vixerunt, & in multis fuerunt decepti, propter hanc experientiam contingit illos esse incredulos. Secundò sunt suspiciosi. Omnia. n. quæ vident, ut plurimum suspicantur in malum, & interpretantur in partem deteriorem. Habẽt enim contrariam dispositionem quam iuuenes. Iuuenes n. vel pueri non multa mala fecerunt, & à seipsis alios mensurant, & sic credunt communiter alios esse bonos. Econtra autẽ senes, quia multo tempore vixerunt, & in multis peccauerunt, & multa mala fecerunt, aliorum facta mensurant secundum illa, quæ ipsi fecerunt. Et ideo ut plurimum credunt alios esse malos, & aliorũ facta interpretantur in malum. Et hoc est, qđ dicitur. 2. rhetoricæ, ꝙ quia senes vixerunt multis annis, esse non põt, quin in multis peccauerint, ideo sunt malè suspiciosi, & omnia in deterius æstimant. Tertiò sunt pusillanimes, & timidi. Sicut. n. in eis deficiunt humores, & uita, sic deficit & cor in eis, unde dicitur. 2. rhe. Infrigidatio præparat viam formidini. Cũ. n. timidi efficiantur frigidi, sequitur ꝙ, quicunque naturaliter est frigidus, naturaliter sit timidus, & formidolosus.

Psal. 30.

Senum multa mala conditiones.

Senes sunt increduli.

Senes sunt suspiciosi.

Senes sunt timidi.

A ... Sequitũ ergo senes naturaliter esse timidos, quia calor naturalis deficit ĩ eis, & habet mẽbra frigida. Quartò sunt illiberales, qđ cõtingit tripliciter. Primò ex defectu vitæ. Anima enim vt plurimum sequitur complexionem corporis. Cum ergo senes in proprijs corporibus deficiant in humoribus, & in uita: sic uidetur eis, ꝙ omnia ipsis deficiant. Et sic timentes defectum pati, efficiuntur illiberales. Secũdò sunt illiberales ex parte experientiæ temporis, quia cum multo tempore vixerũt, credibile est eos multas indigẽtias B passos fuisse & sic timẽtes amplius indigẽtiam pati, illiberales efficiũtur. Tertiò sunt illiberales, quia magis viuũt in memoria q̃ in spe. Cogitãt, n. se multum vixisse in præterito, & permãsuros in futuro, & ideo memoria p̄teritorũ, & spe futurorũ nõ viuunt in spe, nec cõsiderãt de ijs, q̃ debent acquirere in futuro, sed solũ confidunt in ijs, quæ acquisierunt iuuari in futuro, quare non confidentes de acquirẽdis, acquisita nõ facile tribuũt & sic fiunt illiberales. Quintò sunt malæ spei. Nihil. n. bene sperant, sed contra omnia se deficere credunt. Causa huius C est. Nã spes est futurorum, memoria aũt præteritorum. Et senes memorantur se multum vixisse in præterito, & parũ sperant viuere in futuro: ideo in sperãdo deficiunt, & modica se cogitant facturos, vnde non viuunt, nec delectantur in sperando. Senes aũt adinuicem congregati semper recitant res gestas, quas fecerũt, non aũt multum loquuntur de futuris, quia pauca se sperant facturos. Sextò sunt inuerecundi, nam quia illiberales sunt, magis curant de vtili, quàm de honesto. Vt enim vult Philosophus 2. rhetor. magis studet ad utilitatem quàm ad D ea, quæ quærit status honoris. Verecundia ergo, cum sit timor inhonorationis, non competit senibus, quia magis curãt de vtili quàm de honore. Tota enim causa, quare quis est verecundus (vt vult Philosophus) est, quia vult honorari, & reputari. Senes autem sicut deficiunt in vita, & in calore naturali, sic deficiũt in animo, & non curant reputari, quare contingit eos esse inuerecundos. Potest autem assignari & alia causa ad omnia prædicta cõmunis. Senes enim naturaliter

Senes sunt illiberales.

Senes sunt malæ spei.

Senes sunt inuerecũdi & quare.

Senes frigidi. ter sunt frigidi, frigus autem omnia constringit, & constringendo reddit illa graniora, & sic facit illa appetere locum inferiorem. Omnia enim frigida, & grauia inferius collocãtur, calida verò, & leuia superius, vt patet in elementis. Et ideo quia senes frigidi sunt, & frigiditate constipati, in seipsis redduntur immobiles, vt nihil credant, nihil sperent, nihil audeant, & vt non curent reputari, & quia frigidi non quærunt locum superiorẽ, sed magis inferiorem. Ad propositum ergo, si illi, qui sunt in ætate senili tot malis conditionib. quasi naturaliter occupantur, quid aliud potest esse vita ipsorum, quàm labor, & dolor? Et hoc est, quod hic ait psalm. *Si autem in potentatibus, octoginta* anni, amplius eorum labor, & dolor.

1562 *Quoniam superuenit mansuetudo super nos, & corripiemur.*

Hic ostenditur respectus diuinæ misericordiæ. Quamuis enim Deus peccatum non dimittat impunitum, punit tamẽ semper cum misericordia, quia minus punit quàm peccatum puniri meretur: etiam, quia multoties punit, non solũ ne peccatum impunitum dimittat, sed etiam ut peccatorem corrigat, ut puta, puniuit peccata hominum per diluuium. Sed nunquid non cũ misericordia? *Mansuetè nos punit Deus.* sic: quia reseruauit octo homines, in quibus genus humanum saluatum multiplicaretur, & consideratione præteritæ punitionis, scilicet diluuij amplius peccare caueret. Sic etiam aduersa immittit, vt à peccato custodiant electos. Sic & senib. multos labores, & dolores immittit: quibus excitati, peccare timeant, & commissa peccata corrigant. Et hoc est, quod hic ait psal. *Nos corripiemur*, s. à peccato corrigemur, & causa est. *Quoniam superuenit mansuetudo.* Et aduerte, quòd mansuetudo hic potest referri ad domini correptionem, vel ad nos correptos. Si.n.referatur ad domini castigationem, tunc est sensus, quia Deus nos punit, & castigat cum misericordia, ideo corripiemur à peccato, & emendabimur. Si.n.rigorosè Deus peccantem puniret, ut puniri meretur: statim ipsum damnaret, nec relinqueret pœnitentiæ locum. Sed quia

E mansuetè, & clementer nos punit, reseruans nobis pœnitentiæ locum, ideo corripiemur. Potest etiam mansuetudo ad punitos referri, vt idem sit mansuetudo q humiliatio. Et tunc est sensus. *Mansuetos pœnis nos Deus facit.* *Quoniã superuenit mansuetudo*, idest, quoniam humiliatio, & punitio Dei venit super nos: ideo corripiemur. Pœna enim multoties aperit oculos, quos clauserat culpa. Et hoc est, quod ait gl. Mansuetudo, si Dei est, clementia dicitur, si nostra est, punitio, vel domatio dicitur. Ipse enim Deus per clementiam mansuetus, domando nos efficit mãsuetos, & sic corripiemur.

F Quem enim Deus diligit, corripit, & castigat. Ex hoc autem, quòd mansuetudo Dei nos corrigit, notatur quòd aliũ corrigere uolens à mansuetudine, & misericordia incipere, debet, vnde psal. 140. *Correctio debet fieri cũ misericordia.* Corripiet me iustus in misericordia, & increpabit me. Quãuis.n. correctio quãdoque seueritatem requirat, semper tamen à misericordia, & mansuetudine incipere debet. Cuius figura habetur in virga Mosi. Moses enim corrigere volens Pharaonem, primò virgam gracilẽ portauit in manu, quæ tandẽ, ipso Pharaone obstinato permanente, in colu-

G brum est versa, ut habetur Exod. 7. Quã *Exod. 7. Bruno.* figuram ad propositum applicans Bruno, dicit, Mosi dixit Dominus. Quid est quod tenes in manu? Respõdet, virgam. Dixitque dominus. Proijce illam in terram, & proiecit, quæ versa est in colubrum. Interrogatur Moses non propter aliud, sed vt responsionis suæ vinculo teneatur. Ipse enim confessus est, se virgã tenere, quam mox in serpentem versam fugiens expauit. Credat huic signo, qui non vult credere verbis. Sed quid per virgam, nisi correctio Dei? Vnde ait ps. *Psalm. 22.* Virga tua, & baculus tuus ipsa me conso-

H lata sunt. Hęc autem virga illis vertitur in draconem, qui misericorditer corrigi emendare se nolunt, quia qui incorrigibiles existunt, tandem diuinę vltionis seueritatem sentiunt. Vnde & Psalmista ait de talibus, Reges eos in virga ferrea, &c. Sic ergo diuina correctio alij est virga pietatis, alijs vero draco seueritatis, quia alios misericorditer castigat, alios autem insanabiliter percutit. Huius autem caudam Moses tenet, & in virgam reuertitur, quando aliquis vir iustus via

dictam

dictam peccantibus incorrigibiliter imminentem auertit orationibus suis. Cũ enim Deus ab vltionis ira placatur, draco sæuiens in virgam correctionis uertitur per misericordiam, dicens, Cum iratus fueris, misericordiæ recordaberis. Et vt alios misericorditer corrigamus, primo de nobisipsis multa cogitare debemus, ut ostendit Greg. 23. mor. c. 14. dicens, Consideremus igitur, quia aut tales sumus, quales nonnullos corrigimus aut tales aliquando fuimus. At si, diuina gratia operante, iam tales non sumus ut tanto tẽperantius corde humili alios corrigamus: quanto nosmetipsos in ipsis, quos corrigimus, agnoscimus. Si autem tales nec sumus, nec aliquando fuimus, quales illi adhuc sunt, quos emendare curamus, ne cor nostrum superbiat, & forte de ipsa innocentia prius ruat, quorum mala corrigimus, alia ipsorum bona ante oculos nostros reuocemus. Quæ si omnino nulla sunt ad occulta Dei iudicia recurramus. Quia sicut nõnullis nostris meritis hoc ipsum bonum, quod habemus, accepimus: ita illos quoque potest gratia supernæ virtutis infundere, vt excitati posterius etiã ipsa possint, quæ nos non accepimus, dona præuenire. Quis. n. credidisset, quòd per apostolatus meritũ Saulus lapidatũ Stephanũ esset præcessurus, qui in morte eius lapidantium vestiměta seruabat? Sic ergo alium corrigens, cogitando mãsuetudinẽ seruet, ut correctè dicere possit, *Quoniam superuenit mansuetudo* &c.

Abac. 2. *Corrigens alium multa de se cogitare debet.* *Gregor. 23. mor. c. 14.*

1563 *Quis nouit potestatem iræ tuæ, & præ timore tuo iram tuã dinumerare?*

Hic beneficia futura postulantur. Petit autẽ Dei sex beneficia, quæ in nouo testamento sunt impleta. Petit enim primo iræ Dei scire potestatẽ. Secundò dexteræ Dei, & hominis vnitatẽ, ibi, *Dexteram tuam.* Tertiò pro peccatis indulgẽtiæ pietatẽ ibi, *Conuertere.* Quartò gloriæ æternæ claritatem, ibi, *Repleti.* Quintò in aduersis patientię firmitatẽ, ibi, *Latati.* Sextò in agendis dirigentis gratiæ veritatem, ibi, *Respice.* Quantum ad primum sciendum, quòd ira Dei distinctos habet effectus, scilicet eius punitio, qua aduersarios tãgit. Nam aliquos

Sex Dei beneficiã in nouo testamẽto adimpleta. Vide Nicol. de Lyra in praamb. Geneseos. *Ira Dei diuersos habet effectus.*

purgat, aliquos vero deteriores facit, quibus magis videtur iratus, quibus magis parcit, quibus magis videtur iratus. Et plerunque illis est magis iratus, quibus parcere videtur. Plerunque illis magis irascitur, quos etiam hic punit, ad hoc. s. vt maiora alibi tormenta recipiant. Quis ergo hominum potestatem iræ tuæ cognoscat, ò Domine, qua aliquando corrigis, aliquando damnas, aliquando vero irasceris, vt in perpetuum damnes? Hos effectus iræ diuinæ ostendit Greg. super illo verbo Iob 27. Emittet super eum, & non parcet, dicens, Peccatorem Deus quoties feriendo corrigit, ad hoc flagellum emittit ut parcat. Cum vero huius vitam in peccato permanentem feriendo nõ claudit, flagellum emittit, sed nũquàm parcit. In hac enim vita Dominus magis studet ut parcat, quanto magis expectando flagellat, sicut ipse uoce angeli ad Ioannem ait. Ego, quos amo, arguò, & castigo. Econtra de flagello damnationis scriptum est. In operibus manuum suarum comprehensus est peccator, vnde hoc semper electi prouident, vt ante ad iustitiam redeant, quàm super se ira iudicis accendatur in extinguibiliter, ne vltimo flagello deprehensi simul eis finiatur uita cum culpa. Flagellum namque tunc diluit culpam, cum mutauerit uitam, nam cuius mores non mutat, non expiat actiones. Omnis ergo ira diuina, vel percussio, aut purgatio in nobis uitæ præsentis est, aut initium pœnæ sequentis. Propter eos enim, qui ex flagello proficiunt dictum est, Qui fingis dolorem in præcepto. Quia dum flagellatur iniquus, & corrigitur, quia præceptum audire noluit, audiuit dolorem. Dolor autem in præcepto fingitur eis, quia malis operibus quasi præcepti vitæ dolor adhibetur. De ijs vero, quos damnant flagella, & nõ liberant, dicitur, Percussisti eos, & non doluerunt, attriuisti eos, & renuerunt accipere disciplinam &c. Bene ergo ait psal. *Quis nouit potestatem iræ tuæ*, quæ tanta est, quod aliquib. iratus parcis, aliquos damnas. Consimili modo facit ecclesia, quæ aliquando nõ parcens parcit, & quandoque parcẽs nõ parcit, ut ostẽdit Greg. 13. moral. c. 5. dicẽs. Sãcta ecclesia disciplinæ rigorem cum permixtione mãsuetudinis seruãs,

Punit Deus vt parcat, quandoque vt damnet. *Gregor. 18. mor. c. 12.* *Apocal. 3.* *Psal. 9.* *Psal. 95.* *Hiere. 5.* *Parcens nõ parcit, et nõ parcens parcit.*

aliquando quasi non parcens parcit: aliquando verò quasi parcens non parcit. Quod melius ostendimus, si ipsa, quæ ut plurimũ accidunt, proferamus. Ponamus ante oculos mẽtis nostræ duos prauos intra sanctã ecclesiam esse constitutos, quorum vnus sit potens & proteruus, alter mitis, & subditus. Si qua miti & subdito culpa subripuerit, hanc protinus increpando prædicator insequitur, corripit eum, quem corripiendo à culpa liberat, atque ad uitam rectitudinis reformat. Quid itaque huic, nisi non parcens parcit? quia, dum correctionis verbum non distulit, citius hunc à culpa liberauit. Liberc. n. arguens non pepercit, sed in eo, ꝙ correxit, pepercit. At cõtra, potens, & proteruus, cum quid perpetrasse cognoscitur, tẽpus quæritur, vt de malo, quod fecit, increpetur. Nisi enim prædicator sustineat, quando ferre congruè increpationem possit, auget in eo malũ, quod insequitur. Sępe. n. contingit, vt talis sit, qui nulla increpationis verba suscipiat. Quid itaq; prædicator huic nisi parcens minimè pepercit? cui & specialiter correptionis verba non intulit, & tamen vulnus illius sub communi admonitione percussit, &c. Sic & ira Dei quandoq; vulnerans parcit, & quandoque parcens vulnerat. Et hoc cognoscere. s. quando Deus ferit, vt parcat, & quando parcit, vt damnet, est difficile. Ideo subditur, *Et præ timore tuo iram tuam dinumerare*, scilicet, quis nouit, i. quis nouit distinguere iram tuam, qua his parcis ad pœnam, his parcis ad salutem, *præ timore tuo*, idest, vt te timeam, quasi dicat, Pauci sunt, qui hæc nouerunt.

Prædicatoris prudentia.

1564 *Dexteram tuam sic notam fac, & eruditos corde in sapientia.*

HIc petit dexteræ Dei, & hominis vnitatem, idest, verbi incarnationem, quo doceamur iram Dei cognoscere, & nõ pręsentia, sed amare futura. Vbi notandum quòd nomine dexteræ, intelligitur Dei filius, per quem dominus omnia fecit, vide sup. ver. 285. 713. 740. Hæc autem dextera nobis nota facta est, quando ipse filius humanitatem nostrã assumens inter homines cõuersatus est. Quid est ergo dicere? *Dexteram tuã sic*

Ioan. 1.

E *notam fac*: nisi filium tuum mitte in carnem, vt nobis fiat notus, quo scilicet cognoscamus quid quærendum, vel quid fugiendum, vnde glo. *Dexteram tuam sic notam fac*: idest, Christum sic notum fac vt sui per ipsum discant magis petere, quæ non videntur pertinentia ad nouũ testamentum, quàm præsentia pertinentia ad vetus testamentum. Quam orationem impletam videmus. Per Christũ. n. sic notum fecit Deus, ut in eius passionibus ostenderet non præsentia, sed æterna esse petenda. Sequitur, *Et eruditos corde in sapientia*: supple fac nos per ipsum F Christum. Alia litera habet, *Et compeditos corde in sapientia*, quod idem est: quia qui eruditus est in sapientia, pedẽ mẽtis mittit in compedes præceptorũ. Quid est aũt vera sapientia, nisi vera fides catholica, qua Deus verus cognoscitur, despiciuntur caduca, & vera bona quæruntur? Quid est ergo, *Et eruditos corde in sapientia*, nisi fac nos corde eruditos ĩ fide? Quod & dextera Dei fecit: quando per se, & per Apostolos fidem per orbẽ manifestauit, ut homines pro fide omnia spernerent, quæ magna habebantur in veteri testamento, & æterna G bona morte quærerent. Vel per sapientiam hic intellige Christum, de quo ait Apostolus. Prædicamus Christum Dei sapientiam. vbi gl. Christus. n. sapientia patris est, sicut virtus patris est, ipse est verbum patris, & manus patris, per quẽ tanquam manu, & verbo omnia facit. Et tunc est sensus. *Et eruditos corde in sapientia*, i. fac nos corde eruditos in Christo. Et dicit *corde*, quia aliqui erudiuntur in Christo, & in factis fidei sola voce, & nõ corde, vel mente.

Sapientia Dei Christus est.

1. Cor. 1.

Conuertere, domine, vsquequo, & deprecabilis esto super seruos tuos. 1565

H

HIc ergo pro peccatis petit indulgentiæ Dei pietatem. Deus enim à peccatoribus est auersus, quandiu perseuerant in peccato, sed quando eis parcit, dando veniam, tunc ad eos conuertitur, & eos ad se cõuerti facit, vide suprà versi. 1374. In hoc ergo, quod petit Deũ ad se conuerti, petit peccatorum veniam sibi dari. Et quia Christus erat ille, qui potestatẽ habebat dimittẽdi peccata,

ctâ, ideo in hoc Christum postulabat mitti in mũdum. Qualiter autem Deus multipliciter conuertatur ad nos, vide supra versic. 1385. Dicat ergo. *Conuertere, domine, vsquequo?* idest, vsquequo eris auersus? Consimiliter conuerti Deum postulabat psalm. dicens, Conuertere, domine, & eripe animam meam, saluũ me fac, &c. Creatura enim à Deo auersa se ad Deum conuertere non posset, nisi prius Deus sua pietate se conuerteret ad illam. Durum enim, & laboriosum est ad serenitatem, & tranquillitatem diuinæ lucis à terrenarum uoluptatum caligine retorqueri, quasi in conuersione multis impeditam hostibus, & oppressam, tanquam vehementem perplexitatem huius sæculi, & spinas quasdam dilacerantium desideriorum suorũ in ipsa conuersione patientem. Sic ergo Deus postulatus respondet, dicens, Conuertar, & miserebor eorum. Vel potest esse ista postulatio hominis iram Dei sustinentis, & flagella petentis aduersa mitigari, non ex toto auferri, quia magis prodest, si aliqua aduersitas nos semper feriens cautos reddat. Sequitur, *Et deprecabilis esto super seruos tuos*, idest, talem te exhibe, vt à peccatoribus possis exorari. Quod maximè fit, quando preces nostras exaudit, quia tunc magis ad ipsum deprecandum excitamur.

Psalm. 6.

Conuersionis difficultas.

Hier. 12.

1566 *Repleti sumus mane misericordia tua: & exultauimus, & delectati sumus omnibus diebus nostris.*

Nox. *Dies.*

HIc petit æternæ gloriæ claritatem, Vbi notandum, quòd per noctem præsens vita designatur, per diem verò beatitudo futura. Sicut enim in nocte clarè non videmus, sed mane, sic in præsenti vita Deum clare videre non possumus, quem in futuro clarè conspiciemus. Et hoc notans Gregorius ait, Nocturna enim uisio apparere mentis contemplationi sub quibusdam imaginibus solet, in diurna autem luce clarè uidemus. Quia ergo omnes sancti quandiu in uita ista sunt, diuinæ naturæ secreta quasi sub quadam imaginatione conspiciunt, quæ in patria manifestius contemplantur, ideo hic in visione nocturna Deum uidere dicuntur. Nox quippe

Gregor. 23. mor. c. 21.

A est uita, in qua quandiu sumus, per hoc quod interna non conspicimus, sub incerta imaginatione caligamus. Propheta namque ad uidendum dominum sub quadam seipsum sentiebat positum caligine, dicens, Anima mea desiderauit te in nocte, acsi diceret, In hac obscuritate præsentis vitæ uidere te appeto, sed adhuc infirmitatis nubilo circunscribor. Dauid quoque huius noctis caliginem vitans claritatem veri luminis præstolatus ait, Mane astabo tibi, & uidebo. Adhuc ergo in nocte videre se minus conspicit, qui ad uidendum Deum B futurum mane concupiscit. Sic ad propositum, hic per mane intelligit claritatem lucis æternæ, in qua sancti misericordia Dei replentur, quia ibi Deus misericorditer omnes vires eorum replet, dum ibi intellectus satiatur Dei visione, uoluntas Dei fruitione, memoria Dei comprehensione. Et hoc est, quod hic ait psal. *Repleti sumus mane misericordia tua*, idest, in æternitate. Modò enim est nox, in qua esurimus, & sitimus, tunc autem saturabimur vultu Dei, quia satiabor, cum apparuerit gloria tua, vnde & alibi ait, Mane astabo C tibi, & videbo, idest, visione tua satiabor. Sed quia diuinitas sine gaudio uideri non potest, ut ait magister libro 4. distinct. vltim. ideo subditur, *Et exultauimus & delectati sumus omnibus diebus nostris*. Quamuis enim in æternitate non sint plures dies: quia solum ibi est una dies perseuerans, quæ nulla nocte terminatur: tamen ad maiorem expressionem gaudij æterni, quod nulla mœstitia interpolatur, dicit hic *Omnibus diebus nostris*, idest, quandiu erimus, exultabimus, & delectabimur. Cum ergo constet animam immortalem esse, & æter- D nam, sequitur quòd talis delectatio erit æterna. Et nota, quòd sancti in patria tripliciter replentur. Primò claritate diuinæ sapientiæ. Eccles. 39. Spiritu intelligentiæ. Eccles. 39. Spiritu intelligentię replebit illum, & hoc quo ad intellectum. Secundò voluptate omnis affluentiæ quo ad uoluptatem. Psal. 64. Replebimur in bonis domus suæ. Tertiò firmitate æternæ permanentiæ. Micheæ. 3. Repletus sum fortitudine spiritus domini.

Nox est vita præsens, Mane est visio beata.

4. senten. d. vlt.

Replentur beati in patria multipliciter.

1567 *Lætati sumus pro diebus, quib. nos humiliasti: annis, quib. vidimus mala.*

HIc petit patientiæ firmitatem. Vbi notandum, quòd pro diebus humiliationis accipit dies vitæ præsentis, in quibus diuersis flagellis, & pœnis iusti humiliantur, & suppeditantur: in quibus per virtutem patientiæ lætantur more Apostolorum, de quibus Actuum 5. Ibant Apostoli gaudentes à conspectu concilij, &c. Et ijdem sunt hic dies humiliationis, & anni quibus mala videntur. humiliatio enim significat pœnam, & aduersitatem. vide versicul. 616. Et quomodo differunt humilitas, & humiliatio. versicul. 896. Dicens ergo Psal. *Lætati sumus pro diebus, quibus nos humiliasti*, petit, q. d. Fac vt lætemur in diebus humiliationis, & in annis, quibus videbimus mala, idest, aduersa. Vel iste versus potest intelligi de lætitia habita in patria, quæ tanto amplior erit, quantò maiora fuerint aduersa, vt sit sensus, *Lætati sumus*, idest, lætabimur in patria, *Pro diebus, quibus nos humiliasti*, idest, humiliatio, & aduersitas hic habita, ibi maioris lætitiæ causa erit. Et hunc intellectum habet Bernardus, qui istũ versum exponens ait, *Lætati sumus pro diebus, quibus nos*, &c. Non habebit Deus noster perfectam gloriæ suæ laudem, donec de puluere suscitetur, qui in conspectu angelorum hoc carmen victoriæ ei cantet. *Lætati sumus*, &c. Hoc genus lætitiæ cœli ciues nescierunt nisi per ecclesiæ filios. Hic nemo lætatur, qui nũquam lætatur. Opportunè post tristitiam gaudiũ subit: post laborem requies, post naufragium portus. Placet cunctis securitas, sed ei magis, qui timuit. Iucunda omnibus est lux, sed magis euadenti de potestate tenebratum. Iucundior transisse de morte ad vitã gratia duplicatur. Pars mea hæc in cœlesti conuiuio, & seorsum ab ipsis spiritibus beatis. Audeo dicere ex parte meæ beatitudinis ipsam beatam vitam, vbi dignetur fateri, quòd per charitatẽ in me ea stitutur, & per me aliquid sanè videtur ibi perfectioni illi accessisse per me, neque id parum, denique gaudent angeli adpœnitẽtiam peccatoris. Quòd si deliciæ angelorũ sunt lachrymæ meæ, quid erunt eis deliciæ meæ?

Pœna habet gloriam.

Angeli sũt beatiores propter homines.

E *Respice in seruos tuos, et in opera tua; & dirige filios eorum.* 1568

HIc petit in bonis directionem, & perseuerãtem voluntatem. Vbi notandum, quòd ad merendum beatitudinem, non sufficit facere, quod bonũ est, nisi id fiat benè, & perseueranter. Quoniam, & bonum malè potest fieri, sicut de hypocritis patet, quia multa bona faciunt, sed non benè, quia non ad Dei laudem, sed propriam: vnde illi non merentur, sed peccant: quia Dei laudem furantur. Vnde Gregorius, Scriptum est, Iustè quod iustum est, exequere. Iniustè quippe quod iustum est, exequitur, qui ad defensionem institiæ non virtutis æmulatione, sed amore præmij temporalis excitatur. Iniustè, quod iustum est, exequitur, qui ad defensionem ipsam, quã prætendit iustitiam venundare minimè veretur. Iustè ergo, quod iustũ est, exequi, est in assertionem iustitiæ eandem ipsã iustitiam quærere. Tunc enim rectè agimus, cum nequaquam præmia, nequaquam laudes ab hominib. expectamus. Et hoc est, quod ps. petit dicens, *Respice in seruos tuos*. Respicere .n. Dei in nos, G est nostri misereri. Vide supra versi. 150. 360. 363. 493. 873. 1385. Et in quo petat sibi misereri ostendit, dicens, *Et in opera tua & dirige filios eorũ*. Dirigere .n. opera alicuius est ipsa ad debitum perducere finem. Nam dirigo, componitur ex di, & rego, gis, & dicitur dirigo, quod est in di rectũ regere. Illa ergo opera dirigit, quæ ad debitum finem regit. Cum ergo finis debitus omnium operum nostrorum sit ipse Deus, & nihil aliud, in quem omnia vt in finem debitum tendere debent, illa solum opera diriguntur à Deo, quæ nõ ad alium finem intendunt habere nisi ip H sum Deum. Et quia omne, q̃ est, à Deo est, & sic omnia opera sunt Dei. In operibus Dei dirigimur quando bona faciẽtes per illa solum quærimus Deum. Et hoc alibi petebat psalmista dicens, Dirige in conspectu tuo viam meam. Dicat ergo psalm. *Respice in seruos tuos*. Qui serui dicuntur Apostoli, qui ab ipso Christo finaliter seruati. Nam seruus quasi seruatus dicitur. Illos autem præcipuè Christus sua oratione seruauit, quando patrem pro eis orauit, dicens, Pater sancte,

F (margin)

Psalm. 6.

Conuersio non sufficit.

Gregor. 9. mor. c. 19.

Respicere Dei.

Dirigit opera nostra Deus.

Psalm. 5.

Ioan. 17.

ctę, serua eos in nomine tuo, quos dedisti mihi. Filij autem istorum seruorum sunt cęteri fideles per ipsos in fide Christi geniti. Aliter autem istum versum, & sequentem exponit Nicolaus de Lyra, dicens, quòd illis verbis psalm. postulabat gratiam ædificationis tabernaculi ad Dei cultum construendi. Ad cuius constructionem seniores populi larga donaria obtulerunt, & filij eorum iuniores operati sunt faciendo illud opus tabernaculi, & vasa in tabernaculo ad ministrandum necessaria, vt habetur Exo. 31. Pro isto ergo tabernaculo Moyses orat, dicens, *Respice in seruos tuos*, idest, seniores populi inspirando eis uoluntatem offerendi donaria ad opus tabernaculi faciendum. *Et in opera tua dirige filios eorum*, idest, in operibus tabernaculi & vasorum necessariorum ad cultum tuum. *Dirige filios eorum*, scilicet, dans eis ad hoc sapiêtiam, & intellectum. Quod de facto dominus fecit. Vnde dixit dominus Moysi, Exodi 31. Ecce vocaui ex nomine Beseleel filium Huri, & impleui eum spiritu Dei, & sapientia ad omne opus faciendum ex auro, argento, ære, & marmore, & gemmis, & diuersitate lignorum. Et sic iste cum alijs à Deo directis fecit tabernaculum Dei cum omnibus ad ipsum pertinentibus. Et ad istum intellectum etiam exponit sequentem versum, cum dicitur.

1569 *Et sit splendor domini Dei nostri super nos, & opera manuum nostrarum dirige super nos, & opus manuum nostrarum dirige.*

Hoc ad prædictum sensum operis tabernaculi idem sic exponit. *Et sit splendor domini Dei nostri super nos*, i. & sit deitas per nos in tabernaculo, quādo erit completum, illuminans nos, & dans nobis responsa. Quod & factū est, constructo tabernaculo, in quo diuina responsa de propitiatorio dabantur, vnde dixit dominus. Exo. 25. Inde præcipiam tibi, & loquar ad te de propitiatorio. Sequitur. *Et opera manuum nostrarum dirige super nos, & opus manuum nostrarum dirige.* Quod bis repetitur, semel pro constructione tabernaculi, & secundo pro sacrificijs ibidem per manum

A Leuitarum offerendis. Sed continuando primam expositionem, quam credo magis ad intellectum propheticum pertinere, est sciendum, q̃ splendor Dei est imago Dei, s. ipsa gratia nos illuminans. & imaginem destructam reformans, quæ gratia sola actus nostros dirigit in Deū. Hic est ille gratiæ splendor, qui tres reges direxit ad Christum. Ambulabūt reges in splendore ortus tui, &c. Et de isto splendore gratiæ, quo actus nostri diriguntur in Deum, dicit, *Et sit splendor domini Dei nostri super nos*. q.d. Superius dixi, Respice i seruos tuos, & in opera tua

Splendor Dei dicitur gratia.

Esa. 60.

B dirige, &c. Sed quomodo diriguntur in Deum opera nostra? respondet, quod p splendorem gratiæ. Et hoc est, quod ait, *Et sit splēdor domini Dei nostri super nos*. i. lumen gratiæ suæ. Et per istum splendorem gratiæ, *opera manuum tuarum dirige super nos*. idest, per istum splendorem diriges opera nostra ad te, qui splendor est super nos, quia excedit facultatē nostræ naturæ. Diriguntur autem per istū splendorem opera nostra, quando opera nostra facimus non pro mercede terrenorum, sed æternorum. Sed quia nulla sunt opera bona, nisi procedant ex ra

Charitas omnia facit vnum.

C dice charitatis, & quæ omnia facit vnū: ideo omnia opera bona, & directa ex vna radice charitatis procedentia unum opus esse notat. d. *Et opus manuum nostrarum dirige*. Bona enim, quæ facimus, sunt Dei, & nostra, quia procedūt à gratia, & à libero arbitrio, ut dicit Magist. lib. 2. dist. 25.

PSALM. XC.

Qui habitat in adiutorio altissimi, in protectione Dei cœli commorabitur. 1570

D PSALMI Huius secundū magistrum in glo. titulus est, *Laus Cantici ipsi Dauid*. Ex hoc apparet auctor Psalm. Sed quæ sit materia ps. ex titulo non apparet. Sciendum est ergo q̃ Dei filius homo factus pro nobis tentationibus diaboli se supposuit, ut tentatorem superando nobis formam daret, & adiutorium ad ipsum superandum. Formā quidem: quia, sicut prior tentatus humilita

te diabolū superauit, ita nos humilitate ipsum vincere docuit. Quia Christus in suis iniurijs & tentationibus humilitaté seruans, & testimonijs scripturarū tentatori rńdens, iniuriā sui Dei æquanimiter sufferre noluit. Quod maximè humilitatis fuit indiciū, quia, scilicet in omnibus sibi Deum proponebat. Sic & nos si tentati Deum nobis proponamus, & ipsius honorem nostro præferamus, continuò superabimus ipsum diabolum, siue tentatorem. Adiutorium etiam dedit: quia tentatus à diabolo ipsum superando eius potestatem contra nos debilitauit. Nam ut ait Mag. lib. 2. d. 6. Diabolus in tentatione ab hominib. semel victus victorem nec alium hominem de eodé vitio amplius tentare non potest. Cū ergo principalis dęmon, s. Lucifer, contra nos maioris esset potestatis, maiorisq́; malitiæ, sicut & prę alijs dæmonibus maioris est scientiæ, ideo ut ipsius potestatem Christus ligaret, sic ꝙ amplius aliū tentare nō posset, ab ipso de tribus principalioribus vitijs, ad quæ cætera reducūtur, tentari voluit, ut ipsum superando amplius neminem posset tentare. Isto

Apoc. 20. enim modo Christus apprehendit serpétem antiquum, qui est sathanas, & ligauit eum, ne amplius seducat gentes. Hāc aūt tentationem Christi præuidens propheta Dauid fecit istum ps. cuius auctoritate confisus diabolus Christū tentare ausus est. Huius ps. scripturam diabolus allegans, dixit Christo, Scriptum est enim, quia angelis suis Deus mandauit de te, &c. Agit ergo iste psal. de victoria Christi habita in tentatione diaboli. Est ergo sensus tituli iste, *Laus Cantici ipsi Dauid.* i. iste ps. est laus ipsi Dauid. i. ipsi Christo: quia cōtinet laudes Christi cōtra dęmones: quia ostendit diaboli tentationes uictas à Christo, & à suis membris in auxilio Dei. Est ét laus cātici, qa est laus cū gaudio cordis. Intentionem mouet, ut nos exéplo Christi discamus diaboli tentationes uincere. Quibus visis, ps. iste ab aliquib. exponitur literaliter de populo Dei exeunte de Aegypto vide Nic de Ly. Sed quo ad sensum propheticū iste ps. diuiditur in partes tres. Quia in tétatione Christi, & suorū tria esse ostédit. s. primò diuinam protectionem, secundò dæmon deiectionem: ibi,

E *Cadent à latere*: tertiò victorum exaltationem, ibi: *Quoniam in me sperauit.* Prima pars diuiditur in partes tres, quia ponitur primò diuina tentati protectio: secundò protectionis gratiarum actio: ibi, *Dicet domino*: tertiò protectionis expositio: ibi, *Quoniam ipse.* Quātū ad primum sciendum, ꝙ iste textus de Christo exponitur, & de membris eius. Quantum ad Christum, sciédum, ꝙ in Christo erat duplex natura, s. diuinitatis, & humanitatis. Inquantum Deus, dat omnia: inquantum homo, recipit omnia. Vnde Christi humanitas à verbo recepit scientiam, po

F tentiam, &c. Et sic à verbo Christi humanitas adiuuabatur, & protegebatur: sic ꝙ nulla tentatione eius anima concuti, uel superari posset (vt dicit Greg.) quādiu verbo unita erat. Quærit Magist. lib. 3. d. 13. an anima Christi potuerit peccare. Et respondet ꝙ, ipsa manéte unita ad uerbum, peccare non poterat, à uerbo protecta. Vnde de Christo dicit nūc Ps. *Qui habitat in adiutorio altissimi*, s. qui totam confidentiam habet in Deo. *In protectione Dei cæli commorabitur.* Quæ. s. protectio erit ratione vnionis hypostaticæ. Vnde ipse Christus patri dicit, In te, do-

G mine, speraui, sequitur, Esto mihi in Deū protectorem. Qualiter autem Christus protegebatur à uerbo, uel ꝓtegebat verbum, uide uers. 438. Consimiliter de hominibus intelligitur. *Qui habitat in adiutorio altissimi*, &c. Quia qui toto corde in adiutoriū Dei sperat, ab ipso Deo protegitur, & defenditur. Si aūt uis scire, qui sunt illi, qui habitant in adiutorio altissimi, hoc ostendit Bernar. istum uersum pertractans, ubi ait, Quis sit diuini inhabitator adiutorij: per nō inhabitātes clarius elucebit. Tria quidé sunt eorum genera, unum non sperantium, aliud despe

H rantium, tertium frustra sperantiū. Neq; enim habitat in adiutorio altissimi, qui non posuit Deum adiutorem suum, sed sperauit in multitudine diuitiarum suarum, Et, ut de sęcularibus taceamus, timeo ne sit in nobis, qui non *habitat in adiutorio altissimi*: quod sine dolore nec loquimur, nec uidemus. Sunt. n. aliqui, qui in sanctæ conuersationis principio satis solliciti, & timorati uidentur, donec intiū aliquod sanctæ cōuersationis accepe rint, & cū multò magis desiderare debue

rant

Gregor. 3. mor. c. 13.

Psal. 30.

Qui habitat in adiutorio Dei, & quis nō.

ràm(iuxta illud Eccl.24. Qui edunt me, adhuc esurient)incipiunt ita tepide agere(ac si dicant) vt quid ei seruiamus vltra qñ iam habemus, quod daturus est? O si scires,q̃ parum habes,& quam citò perdes illud, nisi seruauerit ille qui dedit. Hi ergo non sperant,neque habitãt in diuino adiutorio, quia non putant illud necessarium esse. Sunt alij, qui desperant,qui,scilicet circa infirmitatem suã semper intenti,& habitãtes in carne sua, omnia,quæ patiuntur,cursim enumerare parati sunt, vbi enim intenderis, valet ingenium. Alij autem sperant in domino,sed frustra, peccantes, scilicet in spe. Primi ergo habitant in meritis suis, secũdi in pœnis,tertij in uitijs. Immũda habitatio tertij,anxia secundi, periculosa primi. Soli aũt in adiutorio altissimi habitant,qui illud solum obtinere desiderant,illud solum amittere trepidant, sedula circa illud, & sollicita cogitatione versantes, quæ est vtiq; pietas cultus Dei. H. itaq; qui habitant in *adiutorio altissimi:in protectione Dei commorabitur*. Et bene, *in protectione Dei cæli* commorabũtur,quid eis nocere poterit eorum,quæ sub cęlo sunt, quos Deus cęli uoluerit conseruare? Porrò sub cęlo sunt,quæcũque nocere possunt, aereæ potestates, caro,mundus,& dæmonia. In protectione,inquit,non in præsentia. Angelus siquidẽ habet in pręsentia,ego aũt in protectione sum securus. Et glo. hic ait, *Qui habitat in adiutorio altissimi*, qui.s. totam spem non in se, sed in solo Deo constituit, *in protectione Dei cæli cõmorabitur*, i. oĩbus modis protegetur à Deo, vt nec illecebra malè blãdientis uoluptatis capiatur,nec timore aduersitatis frãgatur: vt nec declinet ad dexterã, nec ad sinistrã regia via incedens. Regia via est via Christi regis nostri, qui sic viam mundi cucurrit,vt nec prosperis illiceretur,nec aduersis frangeretur,quem & nos imitari debemus. De adiutorio Dei vide ver. 99.267.301.499 631.673.872.957.1137.

Protectio Dei hominẽ custodit.

1571 *Dicet domino,susceptor meus es tu,& refugium meum. Deus meus sperabo in eum.*

HIc ponit protectionis gratiarum actio. Quanto maius est beneficiũ tanto maior debet esse gratiarum actio.

A Maximum autem beneficium à Deo datum Christo fuit homini assumptio humanitatis ad suppositum diuinum,sic q̃ homo esset Deus. Et de tanto beneficio Christus gratias agens Deo dicebat, *Tu autem susceptor meus es*, gloria mea, &c. Et hoc præuidens Psal.de Christo.d. *Dicet domino, susceptor meus es tu*. Quia.s. verbum assumpsit naturam humanam. Et Psal.62. Adhæsit anima mea post te, me suscepit dextera tua. Et quia humanitas nostra a uerbo assumpta est,ẽt totum genus humanũ verbo gratias agẽs, *Dicet domino,susceptor meus es tu*. Vbi no-

Psal.3.

Christus susceptor noster varijs modis.

B tat,q̃ Dei filius factus est susceptor noster multipliciter,s. quia factus est susceptor nostræ humanitatis in incarnatione. Susceptor nostræ pœnalitatis in peregrinatione. Susceptor nostræ mortis in passione. Primò fuit susceptor nostrę humanitatis in incarnatione,de qua Ps. 72. Tenuisti manum dexteram meam,& in voluntate tua deduxisti me, & cũ gloria suscepisti me. Et uerò cum gloria à verbo susceptus est homo, quia in primo instanti illius unionis anima Christi fuit perfectè beata. Quæ humanitatis susceptio sic facta est, non quòd natu-

Incarnatio.

C ra diuina nostram susceperit personam, quia tunc pater, & spiritussanctus esset homo,cum sint ipsa diuina natura. Non quòd persona diuina nostram susceperit personam, quia tunc in eodem supposito essent duæ personæ, Non q̃ natura diuina susceperit naturam humanam, quia tunc natura humana ad omnes personas diuinas æqualiter spectaret. Sed persona diuina assumpsit humanam naturam sine persona humana,quia anima & corpus simul faciunt personam, quando per se adinuicem sunt unita. Ista autem assumpsit verbum non adinuicem

D vnita, sed illa duo assumendo in se vniuit. Quæ omnia diffuse ostendit Mag. lib.3.dist.5. Ex prædictis sequuntur aliqua. Primũ q̃ Christus vt homo.i.ratione humanitatis non est persona, patet, quia persona hominis assumpta nõ fuit. Secundũ q̃ Christus vt persona,est æternus,patet,quia persona Christi est verbũ Dei æternum. Tertiũ q̃ Christus ut persona,nõ est creatura,quia vt sic estDeus. Secundò principaliter fuit susceptor nostrę pęnalitatis. Nã vt ait Mag.li.3.d.15. Ipse

Pœnas nostras Christus suscepit.

Ipſe Dei filius oẽs infirmitates noſtras, & defectus aſſumpſit abſq; defectu ignorantiæ. Et hoc primò, vt ſe verum demõſtraret, hominẽ, vnde ait Mag. vbi ſupra, ꝙ Dei filius naturam hominis ſuſcepit paſſibilem. ſ. animam paſſibilem, & corpus, vt enim verum corpus probaretur habere, ſuſcepit defectus corporis. ſ. famem, ſitim, &c. Et vt veram animã probaretur habere, ſuſcepit defectus animę, ſcilicet, triſtitiam, dolorem, timorem, & hmõi. Secundò vt ſuis pęnalitatibus nos in aduerſis fortificaret. Quia ſi pęnalitates Chriſti ad memoriam reducantur nihil eſt tam durum, vel aſperum, quòd non patienter toleretur. Parua enim ſunt, quę toleramus, ſi recordamur quid biberit ad patibulum ille Dei filius, qui nos inuitat ad cœlũ. Ille enim pro nobis opprobria, irriſiones, contumelias, alapas, ſputa, flagella, ſpineam coronam, crucemque ſuſtinuit. Et nos miſeri uno ſermone fatigamur, & vno uerbo deijcimur. Verba ſunt Caſſiod. in de conflictu vitiorum. Tertiò vt ſe diabolo occultaret, Sicut enim de uirgine deſponſata naſci uoluit, vt hoc ſacramentum diabolo celaretur, ſic & noſtris ſubijci pœnalitatibus. Videbat enim diabolus in Chriſto aliqua, quæ erãt diuinitatis, & nõ humanitatis opera, ſ. Angelos, & mũdi elementa ſibi ſubijci, ex quibus ſuſpicabatur ipſum eſſe Deum. Sed ne ex tali ſuſpicione ipſe dęmon ab inſtigatione ſuę paſſionis deſiſteret, oſtendebat ſibi aliqua, quæ erant ſolum hominis, & non Dei: ſicut ex itinere, fatigari, fameſcere, & huiuſmodi. Tertiò principaliter fuit ſuſceptor noſtræ mortis, quam quidem mortem uoluntate non neceſſitate ſuſcepit, ut oſtendit Greg. dicens, ꝙ ueniens, in carnem dominus, non ipſam mortẽ ex neceſſitate ſuſcepit, quia nulla labe peccati pollutus reatus noſtri cõditione teneri non potuit. Et ideò mortem uoſtram, omni neceſſitate calcata, cum uoluit, ſponte ſuſcepit. Quibus oĩbus conſideratis bene Dei filio natura humana, *Dicet domino, ſuſceptor meus es tu, & refugium meum*. Qualiter uerò refugium Chriſti fuerit, vide verſic. 439. *Deus meus*, Habuit enim Chriſtus vt homo Deum, ſed non ut Deus, vide verſic. 1525. *Sperabo in eum*. Qualiter ſpes fue- E rit in Chriſto, vide verſ. 280. 298. Iſtum verſum exponit Bernard. vt ſit hominis gratias Deo agentis ſuper duplici Dei adiutorio, dicens, *Dicet domino ſuſceptor meus es tu*. Dicet, inquam, gratiarũ actione confitens Deo ſuper duplici adiutorio eius. Ipſe enim refugiũ eſt, ut uenientem cum ſtercoribus boum, pigrorum lapidatorem, impigri fugiamus, & euadere poſſimus fœdam nimis lapidationem. Ipſe quoq; ſuſceptor eſt, ut ſi, cũ ceciderimus, non collidamur, quia ipſe ſupponit manum ſuam. Oẽs enim aliqñ eadere neceſſe eſt, dum in hoc ſęculo de F tinentur. Sed alij colliduntur, alij non: quia Deus ſupponit manum ſuam. Iniuſtus uerò, cum ceciderit, non adijciet, ut reſurgat. Iuſtus verò ſuper manum domini cadit. Nonne illum cadentem dominus ſuſcipit, qui humilitate ſuſcipitur, cautior reſurgens, & humilior. Dicet itaq; fidelis anima, *Suſceptor meus es tu*. Poſſunt omnia dicere, creator meus es tu. Poſſunt animalia dicere, paſtor meus es tu. Poſſunt homines dicere, redemptor meus es tu. At uerò *ſuſceptor meus es tu*, is tantum dicere poteſt, *qui habitat in adiutorio altiſſimi*. Et addit, G *Deus meus*. Cur non Deus noſter? Quia in creatione, & redẽptione, cæteriſq; oĩbus beneficijs eſt Deus oĩum, ſed in tentationibus ſuis proprium eũ habent ſinguli electorũ. Sic.n. paratus eſt & cadentẽ ſuſcipere, & recipere fugientẽ, ut uideri poſſit, relictis oĩbus alijs, et ſoli operam dare, propterea expedit oĩ animæ Deum attendere, non ſolum ut adiutorẽ, ſed ut inſpectorem. Sequitur, *Deus meus, ſperabo in eũ*. Nõ dixit ſperaui, aut ſpero, ſed ſperabo. Hoc eſt (inquit) uotũ meũ hoc eſt propoſitũ meũ, hæc eſt intentio cordis mei. Sperabo in eũ, non de H ſperabo, nec fruſtra ſperabo, quia maledicti, qui peccãt in ſpe, & qui peccãt in deſperatione. Sed nec eſſe volo de ijs, qui nõ ſperãt in Deo: ſed ſperabo in eũ, &c.

Suſcipit iuſtos Deus.

Deus meus quis poſſit dicere.

Gregor. 24. mor. c. 2.

Quoniam ipſe liberauit me de laqueo venantium, & à verbo aſpero. 1571

Hic ponitur modus protectionis, & adiutorij diuini, quo tẽtatos adiuuat, & protegit, Vbi notandum, quòd tẽtatio eſt multiplex. Eſt enim tentatio dæmo-

Tẽtatio multiplex.

dæmonis, vel hominis, tentatio mundi, vel carnis, tentatio occulta, & tentatio publica. Et ab omnibus istis nos protegit Deus. Et secundum ista, hæc pars habet quatuor partes: quia ostenditur primò ꝙ nos protegit à prima: secundò quòd à secunda: ibi, *Scapulis suis*, tertiò quòd à tertia: ibi, *Scuto*. quartò quòd à quarta: ibi, *A sagitta*. Quantum ad primum sciédum, ꝙ Christus tétatus fuit à dæmone, tentatus fuit ab homine. Tentatus fuit à dæmone, Matth 4. Et hanc tétationem ponit Psalmista dicens in persona Christi. *Quoniam ipse liberauit me de laqueo venantium*, glo.i.à tentatione dæmonum. B Dæmon.n.Christum tentando, sibi laqueos parauit, dum ipsum per verba sacræ scripturæ capere eredidit.vt cum dixit, Si filius Dei es, mitte te deorsum, scriptum est.n.Angelis suis, &c. Sed ab isto laqueo fuit liberatus, quia per sapiétiam à Deo sibi datam, laqueum fregit, dicens, Scriptum est, Non tentabis, &c. Et sic dæmon laqueo, quem parauerat Christo.s.verbum scriptum, ipse fuit captus. Ps.9. In laqueo isto, quem abscóderunt, comprehésus est pes eorum. Et notat hic gl. ꝙ in scriptura, venator, vix in bono inuenitur: sicut econtra, piscator, C vix in malo. Secundò fuit Christus tentatus ab homine: vt puta, quando iniuriosa verba ei dicebant, vt ipsum ad impatientiam prouocarent. vt Io.8. Dęmoniũ habes. Hoc autem dicebant tentátes eũ. Et istam tentationé Psalmista uocat verbum asperum, dicens, *Et à verbo aspero*, à quo Christus per patientiam fuit liberatus. Consimiliter & multos tentat diabolus per laqueos, & asperum verbum. Vbi notat glo. ꝙ dæmones fidelibus laqueos parant, non in via Christi, sed circa viá: .s. ad dexteram prosperitatis male extollentis: vel ad sinistram aduersitatis paráte D laqueos. Si ergo vis securus ambulare, noli declinare in dexteram neque in sinistrã, sed sit tibi via ille, qui pro te factus est via, vt ducat te ad se per se, & ita non timebis laqueos venantium. Sequitur, *Et à verbo aspero*. Multos.n. per verbum asperum misit diabolus in laqueos: in quos per uerbum asperum aliqui cadũt. Puta quia multi nolunt esse Christiani propter insultantes Christiano nomini, & qui timent detractiones hominum

Laqueos parat diabolus.

Verbũ asperum.

adeo ut cessent à via Dei. Insultatio itaq; & detractio infidelium verbum asperum dicitur. Et ab omnibus istis per suam gratiam suis exemplis nos liberat Christus. Istum autem versum sic exponit Bern.d. *Quoniam ipse liberauit me de laqueo venantium*. Ergo nè bestię sumus? Quid ergo superbis, ò homo? Vide quia bestia factus est, cui venandę laquei præparãtur. Venatores dęmones sunt, qui cornu non sonant, ne audiantur, sed sagittant in occultis immaculatum. Sicut est ante venatorem bestia, sic ad eorum comparationem sit quilibet astutissimus homo, pręter eos, qui cum Apostolo non ignorant cogitationes eorum. Laqueus diaboli diuitiæ sunt huius seculi: sicut ait Apostolus. Qui uolunt diuites fieri, incidunt in laqueum diaboli. Vos ergo, qui reliquistis omnia, & secuti estis non habentem, ubi caput suum reclinaret, filium hominis, confitemini domino toto corde, tota anima, & tota uirtute, gratias eis agite dicentes, *Quoniam ipse liberauit me de laqueo venantium*. Et ne forte paruũ beneficium hoc æstimetur, audite quod sequitur, *Et à verbo aspero*, O homo, imò magis, ò bestia laqueum nó timebas? Time uel malleũ *à verbo*, inquit *aspero*. Quod est uerbum hoc, nisi illud insatiabilis gehennæ, affer, affer, percute, dilacera, cito interfice, uelociter spolia detrahe? Qđ est uerbũ asperum, nisi tollatur impius, ne uideat gloriam Dei? Quomodo exultant uenatores capta bestia: & clamant, tolle tolle: infige in ueru, infer prunis, & malè bulliétibus impone lebetibus. Verbum asperum fuit, quo protulit domus exasperans, domus Iudæorum, Tolle tolle, crucifige eum. Quàm horribile uerbum, quàm asperum, quàm crudele? Hoc uerbum asperum tu sustinuisti, domine: ut nos à uerbo aspero liberares. Sit iam pietatis tuæ, ut non sustineamus nos, qđ sustinere dignatus es pro nobis. Vos autem, fratres mei, uos pennati, ante quorum oculos frustrà iacitur rete, nunquid non ualde exhilarantur corda uestra ad uerbum hoc, & spirituali iocunditate replentur? Nunquid non preciosiorem ducitis paupertatem uestram thesauris sęculi? Nunqnid non ipsa est, quæ uos liberat à uerbo aspero? Quomodo autem à uobis exiget Deus, qđ pro ipsius amore relictum

1.Tim.6.

Verbũ asperum quod est.

relictum est? Agite ergo gratias,& exultate, dicētes, *Quoniā ipse liberauit me*,&c. Exultate, inquam, sed interim cum tremore. Quid enim nobis adhuc timēdum est?Certè peccatum apostasiæ Bene.n.factum est,vt pennas acciperetis, sicut columbæ,ut uolaretis ad quiescendū.Nam in terra non erit requies,sed labor,& afflictio spiritus,&c.

1573 *Scapulis suis obumbrabit tibi, & sub pennis eius sperabis.*

Secunda tentatio, à qua nos liberat Deus,est mundi,vel carnis.Et quamuis Christus carnis tentationem passus non fuerit,mundi tamen sustinuit.vt puta,quando turba uoluit eum facere Regem: non quod anima Christi illa tentatione esset percussa,sed quia intulit mūdus. Et sic ab hac vmbra Dei fuit liberatus: vmbra.n.semper est obscura. Sic Christus homo sciens mysterium humilitatis sibi traditū sub umbra ueritatis manēs, non regnum mundi quæsiuit,sed in vmbra,& obscuro humilitatis permāsit.Scapulis.n. Dei significatur eius fortitudo: sub cuius vmbra Christus humilitatem seruauit. Et sub pennis uel alis Dei,quæ sunt iustitia,&misericordia,sperauit:quia iustitia dictabat ipsum patris seruare præceptum:misericordia uerò humilitatis nobis dare exemplum. Vnde & dicit psal.56.Sub umbra alarum tuarū sperabo: donec transeat à me iniquitas.i. non quod in Christo fuerit iniquitas,sed quod virtute talis spei, ab ipso longè fuit omnis iniquitas. Vel de iusto quolibet homine potest intelligi qui sub umbra scapularum Christi ab omni tentatione protegitur. Scapulæ.n.sunt partes posteriores hominis.s. humerus, uel dorsum. De persona autem, quæ nos præcedit,nō faciem,sed solum dorsum videmus. Præcessit nos Christus in hoc mūdo peregrinus. Quid ergo de Christo uidemus nisi dorsum, idest, partē posteriorem.i.illa, quæ post se nobis reliquit exempla uirtutum? Vnde scapulas Christi uides, quando eius humilitatem consideras,quādo eius charitatem:quando eius constantiam,patiētiam, & firmitatem. Et de istis scapulis nobis obumbrat: quia suis exemplis, & uirtutibus ab omni tētatione,si illa imi-

Ioan.6.

Scapula Dei.

Penna sunt Dei misericordia.

Scapula significāt exēpla Christi nobis relicta.

E tari,& contemplari volumus,liberamur. Ista etiam exempla sunt alę Christi,quibus nos portat in altum, ne in terra per amorem terrenorum commoremur. Vnde de ipso dicitur Deut.32. Sicut aquila prouocans ad uolandum pullos suos, & super eos volitans assumpsit eum, atque portauit in humeris suis. Sed sunt multi,qui sub istis scapulis Christi, & pennis protegi nolunt,de quibus dicit dominus Matth. 23. Quoties volui congregare filios tuos,quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alis, & noluisti? Vel per alas,vel pennas Christi intellige F duo testamenta,vide supra vers.559. Vel alæ diuinæ protectionis sunt misericordia,& charitas.vide supra ver.593.Istum autem versum sic exponit Bern. dicens, *Scapulis suis obumbrabit tibi*. Qui fidelis est in modico,iure cōstituitur supra multa. Sicut in accipiendis indignus est,qui fuerit de acceptis ingratus.Itaque deuotè illi gratiarum actioni respondet spiritus, dicens. Non id solum,quod dictum est, faciet tibi,sed & *scapulis suis obumbrabit tibi*. Credo in his scapulis geminam promissionem domini intelligendam, vitæ,quæ nunc est,pariter,& futuræ. Si enim G promitteret regnum, & viaticum in itinere deesset, omninò cōquererentur homines. Propterea, qui post hoc sęculum vitam promisit æternam, ipse dandum in hoc sœculo centuplum prouidentissima pietate promisit.Sub his igitur scapulis quatuor nobis conferuntur beneficia.Sub his abscondimur,sub his ab incursu miluorum,& accipitrum protegimur, quæ sunt aereæ potestates, sub his obumbraculum salubre refrigerat nos: & repellit nimium solis feruorē, sub his quoque alimur, & fouemur. Necesse est enim abscondere interim si quid habe- H mus boni, propter quod corporaliter in claustro,& in syluis abscondimur:neque hoc infructuosè credo. Necessaria est.n. hæc abscōsio, non solū ante oculos aliorū,sed multò magis ante ipsum.Sic.n.ait dominus.Cùm feceritis omnia,quæ præcepta sunt vobis, dicite,Serui inutiles sumus,&c. Hæc igitur est absconsio, quam sub scapulis dñi præstari diximus. Qualis forsitan fuit obumbratio illa quæ Mariæ est facta à Spiritu sancto ad celandū, scilicet tā incōprehensibile sacramētum.

Scapula Christi sunt promissiones eius.

Luc.18.

Sub

Sub ipsis scapulis protegimur. Sicut.n. videns accipitrem venientem, gallina mater expandit alas suas, vt pulli subeant, & habeant tutum refugium, sic nobis parata, & quodammodo aperto, seu dilatato sinu extensa est summa illa, & ineffabilis pietas Dei nostri. Iã verò sub ipsis quoque scapulis, & vmbraculum salubre, & protectionem habemus. Sicut.n. sol iste corporeus, licèt bonus sit, & valde necessarius, tamen & feruor eius, si temperatus non fuerit, infirmo capiti, & splendor infirmis oculis nocet, nec est solis culpa, sed infirmitatis. Sic & sol iustitiæ, oportet à nobis etiam bonam gratiã temperari, ne forte elationis, aut indiscretionis vitium incurramus. Quippe licèt gratia non detur nobis ad satietatem: datur tamen ad sustentationem. Et si cauet nobis dominus à feruore nimio: tamẽ fouet nos sicut mater calore spiritus. Et hoc est quartum, quod sub scapulis eius nobis præstatur. Sub his pennis securus sperabis, vt de perceptione præsentium munerum, sit firma expectatio futurorum:

Matth. 27. Marc. 15.

Tob. 3.

1574 *Scuto circundabit te veritas eius, non timebis à timore nocturno.*

Tentatio occulta.

HIc agitur de tẽtatione occulta. Tẽtat enim diabolus occultè, quando sub specie boni ad peccatum intẽdit inducere, vt quãdo adulator sub specie virtutis ad elationem adulatum inducere satagit. Et isto modo tentatus fuit Christus non solum à diabolo, quando sibi dixit, Si filius Dei es, mitte te deorsum, scriptum est.n.&c. Ibi enim secundũ gl. pinaculum templi erat cathedra doctorum, supra quam posuit eũ diabolus, vt ipsum tentaret de vana gloria, quia in cathedra doctorum inani gloria deceperat multos. Et isto modo tentatio occulta vocatur timor nocturnus. Vnde secundũ glo. occulta tentatio per timorẽ nocturnum significatur, quia illa, quæ fiunt in nocte, non clare uidentur. Consimiliter occultè fuit tẽtatus ab hominibus, quando, scilicet, adulatores ipsum laudabant: ut ipsum cadere facerent, vt puta quãdo dicebant, Magister, scimus quia verax es, &c. Dic nobis quid tibi uidetur, &c. Sed contra istam tentationem fuit circundatus scuto veritatis: quia veritatem

Matth. 4.

Matth. 22.

A respondens, laqueos ipsorum euasit. Per scutum enim veritas fidei significatur. vide supra versic. Et attende secundum glo. quòd in isto Psal. Deus dicitur habere scapulas, alas, & scutum, cum nihil horum propriè sit in Deo, sicut Christus dicitur lapis, leo, agnus, uitulus, & huiusmodi, cum nihil horum sit. Si enim uerè leo esset, lapis nõ esset, si leo esset, agnus non esset. Ideò ista in simul esse dicitur, ut nullum horũ esse credatur. Istæ enim sunt similitudines, non proprietates. Est ergo sensus, *Non timebis à timore nocturno*, idest, à tentatione occulta, quia ut B *scuto circundabit te veritas eius*, idest, veritas Dei proteget te, quæ personas non accipit, nec miscet sperantes de seipsis, cum ijs, qui sperant in Deo, sed discernit humilem à superbo, pœnitentem ab impœnitente, circunspectum ab ignorãte. Istum autem versum exponit Bernardus sic dicens, *Scuto circundabit te veritas eius*. Hoc ideo necesse est: vt, quia circundamur vndique tentationibus, scuto circundet nos veritas eius: vt, quemadmodũ vndique sunt bella, sint & vndiq; præsidia. Veritas.n.circũdat, quia uerax est, qui promittit, & sic exhibet vt promittit. C Non.n. incongruè scuto comparatur gratia diuinæ protectionis: quia scutum in superiori parte latum, & amplum est, vt caput, humerosq; custodiat. In inferiori verò parte strictius, ut oneret minus: maximè, quia graciliores sunt tibiæ, nec tã facile vulnerantur, sed nec adeò sic periculosum in illis partibus est vulnerari. Sic omnino militibus suis Christus ad inferiora tuenda, i. carnem magnam (vt ita dixerim) strictitatem, atq; penuriam rerum temporalium donat, nec vult earum multitudine eos prægrauari, sed ut victum, & vestitum habentes, his contẽti D simus, in superioribus verò ampliorem latitudinem, & abundantiam gratiæ spiritualis. Sic enim habes: primum quærite regnum Dei, &c. Nam & hæc ipsa pater noster cœlestis donat nobis ob duplicem, scilicet causam, ne vel omnino crederemus infensum, si ista negaret, & sic desperaremus, uel illorum nimia sollicitudo spiritualis exercitij fieret detrimentũ. Sine his enim neq; niuere, neq; Deo seruire est. Cæterum quanto strictius, tãto melius. Et infra. Sunt autem quatuor ten-

Christus dicitur lapis, leo, agnus cum nihil sit horum.

Veritas nos circundat.

Scutum dicitur gratia Dei.

Matth. 6.

tentationes, quibus vndique circundari scuto veritatis habemus: vt sit nobis à dextris,& à sinistris, ante,& retro. Et credo, quòd eo ordine, quo hic numerãtur, contra eos, qui conuertuntur, insurgunt: vt princeps omnium tẽtationum sit aduersitas. Per noctem enim aduersitatem sæpius designari reperies. Et scimus contra eos, qui conuertuntur primum esse certamen de molestijs corporis consueuit. Caro enim adhuc indomita castigari,& in seruitutem redigi nequaquam æquanimiter tolerat, sed adhuc memor recens perditæ libertatis, acrius concupiscit aduersus spiritum, maxime quia in pœnis, in quibus sunt quotidie morientes, imò & morte affecti tota die, quæ supra vires sunt, vltra naturam, & contra cõsuetudinem nostram. Necessarium est ergo nobis planè inter initia conuersationis scutum domini, ut non timeamus à timore nocturno. Et bene dicitur, *à timore nocturno*, non à nocte: quia non ipsa afflictio tentatio est, sed timor afflictionis. Nocturnus planè, & tenebrosus timor: sed hunc facile radius veritatis exuperat. Ingerit enim oculis cordis nunc quidem peccata, quæ fecimus, nũc verò æterna supplicia, quę timemus, nunc verò cęlestia præmia, ad quæ tendimus: crebrò videlicet memorantes, quia nõ sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, &c. & quæ pro nobis pertulit Christus, vt crebrò considerantes, quãta sustinuit illa maiestas pro millibus suis, erubescamus nõ sustinere, vel parua pro nobis. Ergo ad lucẽ tã multiplicis veritatis nocturnus timor recedit

Rom. 8.

1575 *A sagitta volante in die, à negocio perambulante in tenebris, ab incursu,& dæmonio meridiano.*

Sagitta dicitur tentatio.

HIc agitur de tentatione aperta. Sicut.n. per timorem nocturnum tentatio occulta designatur: ita per sagittam in die volantem, tentatio aperta: vt, cum quis non ignoranter, sed sciẽter tentatur ad malum: quod scit esse malum. Et sic quamuis ex parte tẽtatoris aliqua tentatio Christo esset occulta, vt quãdo tentator credebat suam intentionem latere Christum, tamen ex parte Christi omnis tẽtatio sibi facta erat in die: quia

E nihil ipsum latebat. Et est sensus; Sicut à tẽtatione nocturna, vel occulta te, Christe, vt scuto circundedit veritas Dei, sic & à tentatione aperta, quæ per sagittam volãtem in die clara significatur. Sagitta uolans in die fuit, quãdo vt ipsum ad desperationem inducerent, ipsi in cruce pendenti improperabant prætereuntes, & blasphemabant eum mouentes capita sua,& dicentes. Vah, qui destruis tẽplum Dei,&cæt. quando clamabant, dicentes, Alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere. Istæ sunt sagitæ diurnæ, & apertæ de quibus Ps. 56. Filij hominũ dentes eorum arma,& sagittæ, & lingua eorum gladius acutus. Et tamen ab istis sagittis fuit scuto veritatis protectus, qa in ipsis tentationibus positus, viam veritatis non deseruit. Prædicta autem duo tentationum genera. s. occulta, & manifesta, alijs verbis replicat, dicens. *A negocio perambulante in tenebris.* & hoc quò ad tentationem occultam. *Et à dæmonio meridiano*, & hoc quò ad tentationem apertam. Supple ab his liberaberis scuto diuinæ veritatis circundatus. Istũ autẽ uersum exponens Bernardus per sagittam uolantem in die, intelligit tentationem G uanæ gloriæ, per negocium in tenebris tẽtationem auaritiæ, sed per dæmonium meridianum, intelligit ignorantiam boni. Quantum ad primum ait, *A sagitta volante in die*, time sagittam leuiter uolantem, quæ leuiter penetrat, sed non leuiter uulnus infligit. Nam sagitta hæc, vana gloria est. Qui feruentiores uidẽtur, ipsi sibi caueant in hac parte adhuc solliciti non deserere scutum inexpugnabilis ueritatis. Quid enim aliud tam contrarium uanitati sicut ueritas. Nec sanè huic opponenda sagittę secreta illa, & quodã modo intima ueritatis exigimus: H seipsam nouerit anima, de se teneat ueritatem. Difficile prorsus (ni fallor) homo uerbis laudantium hominum in vita sua adduci poterit altum sapere, si se intus ad lucem ueritatis sollicita confideratione discutiat. Quantum ad secũdum subdit, negocium in tenebris planè est cupiditas, quę est radix omnis iniquitatis: ambitio, subtile malum, secretum virus, pestis occulta, artifex, mater hypocrisis, liuoris parens, uitiorum origo, criminum fomes, uirtutum erugo, tinea san-

Matth. 27.
Mar. 15.

Tob. 1.

Sagitta dicitur vana gloria.

Negotium in tenebris est auaritia siue cupiditas.

sanctitatis, excæcatrix cordium, ex remedijs morbos creans, generans ex medicina languorem. Contempsit iste (ait dæmon) vanam gloriam, quia vana est, fortasse aliquid solidius affectaret, fortè honores, fortè diuitias. Quid uerò hũc vermem fouet aliud quàm mẽtis alienatio, & obliuio veritatis? aut quid nisi veritas hunc prodẽdum inuestigat proditorem, & negocium arguit tenebrarum? Quantum ad tertium ait, Dæmonium meridianum aperta superbia: quia dæmon impingit perfectos, vt facile, qui currit incurrat. Hoc est dæmonium non tantũ diurnum, sed etiam meridianum, &c. Ab his ergo omnibus, si scuto veritatis circundati fuerimus, protegimur.

Dæmoniũ meridianũ dicitur aperta superbia.

1576 *Cadent à latere tuo mille, & decem millia à dextris tuis, ad te autem non appropinquabit.*

Hic ponitur dæmonum deiectio. Et notantur hic tria. s. primò dæmonum deiectio: secundò Christi, & iustorũ conseruatio: ibi, *Non accedet*: tertiò dæmonum conculcatio: ibi, *Super aspidem*: Circa primum ostendit tria, Primò quòd dæmones à Christo superantur: secundò quòd dæmones per Christum puniũtur: ibi, *Veruntamen*: tertiò quòd humiles per Christum exaltantur: ibi. *Quoniam tu es, domine*. Quantum ad primum sciendum, ꝙ in eo, ꝙ Christus tentatus à diabolo, ipsum superauit, dæmonum eneruauit potestatem, ut etiam à suis fidelibus victi succumbant. Quod notans Psal. d. *Cadent à latere tuo mille*, &c. Vbi sciendũ, ꝙ Christus duo latera dicitur habere, scilicet latus dextrum, ad quod collocabuntur in iudicio prędestinati, & sinistrũ, ad quod ponentur prẹsciti, ut habetur Matth. 25 Per latus ergo dextrum significantur prędestinati, & per sinistram reprobati. Reprobati autem, quandoque sunt in statu gratię; sicut aliquando fuit Iudas. Et sic quãdoque uictoriã dęmonum habent. Prædestinati autem multo fortius, & pluries ipsos dæmones uincunt. Et hoc ostendens primò de præscitis, dicit Psalmista. *Cadent à latere tuo mille*. Per latus hic intelligitur latus sinistrũ, quod patet, quia ipsum distinguit à latere dextro, dicens postea. *Et decem millia*

Latus Christi sinistrũ significat reprobos, sed dextrũ prædestinatos.

A *à dextris tuis*. Et sic est sensus. *Cadent à latere tuo mille*, s. dæmones. i. ab ipsis etiã præscitis aliquãdo dæmones superabuntur. Et ponitur numerus mille determinatus pro numero indeterminato. Vnde mille. i. multi, uel mille dæmones cadẽt, mille. i. generaliter, quoniam mille significat uniuersitatem, ut ait Greg. libro 9. mor. c. 2. Quia etiam ipsi præsciti in omni genere tentationis quandoque dęmones uincunt. Sed nulli dubium, ꝙ multo plures dæmones vincunt ipsi prædestinati: Tum quia frequentius infestantur ab ipsis. Illos. n. magis tentant dæmones,

B quos uident meliores, vt dicit Greg. li. 4. mor. c. 24. Et lib. 24. c. 17. Tum etiã quia dæmones maximè homines tentant, qui morti appropinquant, ut dixit Greg. lib. 32. mor. c. 22. Et certum est, ꝙ tunc prædestinati semper de ipsis habent victoriã: sed nunquam præsciti. Et sic multo plures vincunt prædestinati quàm præsciti. Et hoc notans Psalmista postquam dixit, ꝙ mille cadent à latere, i. præsciti: statim subdit, *Et decem millia à dextris tuis*. Ponitur etiam hic numerus determinatus pro indeterminato. Vt sit sensus, Multo plures uincuntur à prædestinatis quam

Greg. lib. 4. mor. ca. 24. & libro 4. cap. 17.

C à præscitis. Vel aliter exponit glos. Notans, ꝙ per latus Christi intelligũtur boni, qui cum Christo iudicabunt in iudicio. Assessores. n. iudices de latere principis dicuntur vulgato sermone: sicut cardinales dicũtur de latere Papæ. Isti autem erunt omnes illi, qui relinquẽtes omnia, secuti sunt Christum, quibus Christus promisit, dicens, Vos, qui reliquistis omnia, & secuti estis me, sedebitis super sedes duodecim, &c. Non est. n. putandum, ꝙ solum duodecim Apostolis hoc promiserit Christus. Alioquin vbi erit Paulus, qui plus omnibus laborauit? Duode

Latus Christi significat illos, qui cum illo iudicabunt.

D cim ergo perfectio est tribunalis, in quibus sedebunt omnes illi, qui reliquerũt omnia, & secuti sunt Christum, qui per latus designantur. Per dexteras autẽ intelligitur beatitudo æterna. Plures autẽ sunt beati, qui non reliquerunt omnia, ut Abrahã, Dauid, &c. Vnde plures sunt, qui sperant beatitudinem, quàm qui sperant cum Christo se iudicaturos. Multi etiam sperant, se cum Christo iudicaturos, qui ab illa spe cadent, quia non radicati per charitatẽ. Et multò plures sunt, qui

Dexteræ significat gloriam æternam.

qui sperant se futuros beatos, qui tamen ab illa spe decident. Et hoc notans Psalmista, dicit, O Christe *cadent à latere tuo mille. Et decem millia*, &c. idest, pauciores sunt, qui præsumunt se tecum iudicaturos, & multò plures, qui præsumunt se à dextris tuis sessuros, qui tamen cadent à præsumptione sua. Et quamuis illi sic cadent, talis tamen casus ad te non appropinquabit: ad te, idest, ad tua membra, scilicet prædestinatos, qui vnũ sunt tecum, quia nullus illorum finaliter cadet.

1577 *Veruntamen oculis tuis considerabis, & retributionem peccatorum videbis.*

Intẽtionem attẽdit De⁹ non opus. Gregor.

OStendit hic, quòd mali per Christum puniuntur. Vbi notandum, ꝙ Deus non tã considerat quod fit, sed intentionem qua hic principalius attendit, vt ostendit Gregor. 28. mor. c. 13. dicens, In euangelio veritas dicit, Lucerna corporis tui est oculus tuus. Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit. Si autem nequam fuerit, etiam corpus tuũ tenebrosum erit. Quid enim per oculum exprimitur, nisi præueniens opus suum cordis intentio? quæ priusquam in actione se exerceat, hoc tam quod appetit, contemplatur. Et quid appellatione corporis designatur, nisi vnaquæque actio, quæ intentionem suam quasi oculum intuentem sequitur? Lucerna itaq; corporis est oculus: quia per radicẽ bonæ intentionis merita illustrantur actionis. Et si oculus tuus simplex fuerit: totum corpus tuum lucidum erit: quia, si rectè intendimus per simplicitatem cogitationis, bonum opus efficitur, etiam si minus bonum esse videtur. Et, si oculus tuus nequam fuerit, totum corpus tuum tenebrosum erit: quia cũ peruersa intẽtione quid vel rectum agitur, & si splendere coram hominibus cernitur, tamen apud examen interni iudicis obscuratur. Ex quo apparet, quòd Deus non intendit quid quis agat, sed qua intentione illud agat. Ad propositum dæmon à Deo permissus, tẽtat bonos, quæ tẽtatio vtilis est bonis, quia per illã cum diabolo certant, & de illo triumphant, & propter victoriam coronam merẽtur. Quamuis autem sic tentãdo bonis pro-

Intẽtio operi nomẽ imponit.

E ficiat, quia tamen mala intentione hoc facit, s. vt eos ad casum peccati perducat: ideo sibi imputatur ad delictum, & per hoc amplius supplicium meretur. Et hoc est quod ait. *Veruntamen oculis tuis considerabis*, scilicet, tu, Christe, illo lucido aspectu, quo iudicas hominum corda. Et sic videbis hoc dæmones mala intẽtione agere, ideo punies eos. Et hoc est, *Et retributionem peccatorum videbis*. Quia bonum, quod per nescientes agitur, non eis retribuetur, sed malum, quod intendebant, quia non quod faciũt, sed quod intendunt considerabis. Vel secũdum Bernardum exponitur de beatis, qui oculis

F suis videbunt pœnas damnatorum, quod ad minus ipsorum gaudium erit, quia lætabitur iustus, cùm viderit vindictam.

Quoniam tu es, domine, spes mea, altissimum posuisti refugium tuum. 1578

Refugium est Christus & quibus.

HIc ostendit, ꝙ humiles, & boni per Christum exaltantur. Hic enim loquitur ecclesia ipsi Christo, vt est ecclesiæ caput. Vbi sciendum, ꝙ Christus aliquibus est refugium altũ: aliquibus bassum. Bassum est refugium illis, qui ad ip

G sum refugiunt solum pro temporalibus bonis habendis, vel molestijs temporalibus fugiendis. Sed altum est refugium bonis, & humilibus, qui solum propter ipsum ad ipsum confugiunt, & æternam pœnam effugiunt. Et tales sibi dicere possunt. *Altißimum posuisti refugium tuum*, scilicet, teipsum altissimum mihi posuisti refugium: quia nihil aliud spero præter te: nihil aliud fugio, quam separari à te: *quoniam tu es spes mea*. Vnde istum versum exponens Bernard. ait, *Quoniam tu es, Domine, spes mea*. Quicquid agendum, quicquid declinandum, quicquid

Spes nostra Christus.

H optandum, quicquid tolerandum sit, *Tu es, Domine, spes mea*. Hæc vna mihi omnium promissionum causa, hæc tota ratio meæ expectationis. Prætendat alter meritum, sustinere se iactet pondus diei, & æstus, ieiunare bis in sabbatho se dicat, postremò non sicut cæteri hominum se esse glorietur, mihi autem adhærere Deo, bonum est, & ponere in Deo spem meam. Ponant alij spem suam in alijs, hic forte in scientia literarum, hic in astutia seculi, ille in dignitate, vel qualibet

alia

alia vanitate cōfidat: propter te ego hęc omnia detrimentū feci, omnia arbitror, vt stercora. *Quoniam tu es, Domine, spes mea*. Speret qui vult in incerto diuitiarum: ego autem nec ipsa quidē victui necessaria, nisi à te spero, nimirum fidēs in verbo tuo, in quo abieci omnia. Quærite primum regnum Dei, & hæc omnia adijcientur vobis. (*Matth. 6.*) Si mihi præmia promittuntur, per te obtinenda sperabo. Si insurgant aduersum me prælia, si sęuiat mundus, si fremat malignus, si ipsa caro aduersus spiritum concupiscat, in te sperabo. Hoc sapere ex fide necessariū est, & dicere, *Tu es, Domine, spes mea*. Nec aliud ex sētētia quis dicere potest, nisi cui intus à Spiritusancto sit persuasum iactare cogitatū suum in domino. Quis enim sperauit in eo, & confusus est? De quacunque, inquit, tribulatione clamauerint ad me, exaudiam eos. Ecce innumeræ sunt tribulationes, sed secundum altitudinem earum consolationes lætificauerunt animam meā, dummodo non ad alia cōuertaris, dummodo clames ad eum, dummodo in eum speres, nec humile aliquod, vel terrenum, sed altissimū ponas refugium tuum. Non enim accedet illuc tentator, non calumniator, nō pessimus ille fratrū accusator attinget. Sæpe illuc fugiamus, munitus est locus, nullus ibi timebitur hostis, vt magis illic manere liceat semper, sed non huius temporis. (*Refugiū nostrum Christus.*) Hoc enim, quod modo refugium est, post habitaculum erit, & habitaculum sempiternum. Nempe ad omnem tentationem, ad omnem tribulationem, ad omnem, cuiuscunq; deniq; modi necessitatem aperta est nobis vrbs refugij, sinus montis expansus est, parata sunt foramina petræ, patent viscera misericordiæ Dei: Hoc refugium qui declinat, æternam pœnam non meretur effugere. Et nota quòd dixit, *Spes mea*: plus est, quam si dixisset, sperabo in eū. Conuenientius quippe spes nostra dicitur, quod speramus, quàm in quo speramus. Sunt enim forte nonnulli, qui à domino obtinere corporalia, vel temporalia cōcupiscunt, sed perfecta charitas solū id, quod summum est, dicente cum propheta, Quid enim mihi est in cœlo, & à te quid volui super terram? &c. (*Psal. 72.*)

A *Non accedet ad te malum, & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo.* 1579

Hic ponitur Christi, & iustorū conseruatio. Nota quòd malū est duplex, scilicet, pœnę, & culpæ. Similiter & Christus accipitur dupliciter, scilicet, secundum caput, & secundum membra. Christo autem in se non accedet malū culpæ, nec pœnæ, quia in totum glorificatus est, membris aūt eius accedet malum pœnæ, sed non culpæ. Diuiditur ergo in tres partes, quia ponitur primò B huius conseruationis beneficium, secūdò eius ministerium, ibi, *Quoniam angelis suis*: tertiò ministerij modum, *In manibus*. Quantum ergo ad primum notādum, q̄ Psalmista in isto versu loquitur primò Christo, vt corpus est, d. *Non accedet ad te malum*. secundò loquitur sibi vt est caput, dicēs, *Et flagellum*, &c. Quātum ergo ad membrum Christi, dicit, *Non accedet ad te malum*. Propriè enim loquendo mali nomine solum intelligitur malum, quod culpam includit. Nam (vt habetur 15. q. 1.) illa cauenda sunt, mali nomine illa solum intelliguntur, q̄ C mentem crimine implicant. Vnde paupertas, ægritudo, mors, & ignobilitas propriè mala nō dicuntur. Deus igitur suos electos sic custodit, vt saltē finaliter ipsos peccato implicari non permittat. Et hoc est, quod Psalmista corpori Christi, scilicet, omnibus prædestinalis ait, *Non accedet ad te malum*, s. culpæ finaliter, licet multotiens istis accedant flagella, & multæ aduersitates in præsenti, à quib. tamen omnibus finaliter liberantur. (*Malum propriè solum dicitur peccatum.*) Psal. 33. Multæ tribulationes iustorum, & de omnibus his liberabit eos dominus. Cōsequenter loquens Christo capiti d. *Et* D *flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo*. Per tabernaculum enim intelligitur corpus Christi, in quo habitabat plenitudo diuinitatis corporaliter, vt ait Apost. (*Tabernaculum dicitur corpus Christi. Coloss. 2.*) Istud autem tabernaculum vsq; ad mortem crucis fuit flagellatum, passum, corona spinea coronatum, & mortuū, sed per resurrectionē factū fuit impassibile, & immortale, quia Christus resurgens ex mortuis, iā non morit, mors illi vltra non dominabitur. (*Rom. 6.*) Et ideo nulla pœna amplius istud tabernaculū læ-

dere potest. Et hoc est, quod hic dicit Christo Psal. *Et flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo*, quòd autem tabernaculum dicatur corpus Christi, vidè supra versic. 388. 460.

1580 *Q̃m angelis suis mandauit de te, vt custodiant te in omnibus vijs tuis.*

Hic ponitur custodiæ iustorum ministerium. Secundum enim Hierony. iste versus nô intelligitur de Christo, quem custodire habeãt angeli, quia angelos tãquam dominus ipse custodit, Sed intelligitur de quolibet sancto viro: qui angelorum ministerio custoditur, ne cadat in peccatum. Et sic diabolus falsè istum textum allegauit Christo, quia de filio Dei dictus non erat. Vnde ait Hierony. super Matth. in Psal. 90. legimus, *quoniam angelis suis*, &c. hoc non de Christo, sed de quolibet sancto viro prophetia est. Malè ergo interpretatur diabolus scripturas. Nota ergo, quòd beati angeli ad custodiam animarum iustorũ sunt deputati. Vnde Hierony. super illo verbo, Matth. 18. Angeli eorum semper vidẽt faciem patris mei, qui in cœlis est. ait, Magna dignitas animarum, vt vnaquæque ab ortu suo habeat angelum ad sui custodiam deputatum. Consimiliter quælibet habet vnum malum angelũ deputatum sibi ad exercitium: vt eorũ impugnationibus resistendo, animarũ crescat meritum. Nota ergo, quòd angeli boni iustos custodiunt ne cadant tripliciter. Primò dæmones refrenando, ne noceant, vel tentent quantum cupiunt. Exemplum de angelo Tobiæ, qui dæmonium compescuit ab vxore Tobiæ. Vnde dixit Tobias patri de angelo Raphaele, Dæmonium ab vxore mea cõpescuit. Quod quidem faciunt tentati augendo virtutem, & tentantis virtutem debilitando. Et ideo cõsulit Bernardus in sermone de angelis, dicens, Quotiens grauissima cernitur insurgere tentatio, vel vehemens tribulatio imminere, inuoca angelum custodem tuũ, doctorẽ tuum, adiutorem tuum: nõ enim dormitat, neque dormit, etiam si quandoque ad tempus dissimulare videatur. Et ad istũ intellectum habetur Apoc. 20. quòd angelus ligauit serpentem antiquum, qui est

Hierony. *Matth. 4.* *Hieron.* *Angeli animas custodiunt tripliciter.* *Tob. 12.* *Bernard.* *Apoc. 20.*

E diabolus, ne amplius seducat gentes. Secundò bonas inspirationes immittẽdo. Cuius figura habetur Actuum 12. de angelo Petri, qui Petrum dormientem, & catenis ligatum excitauit, dicens, Surge velociter. Quamuis enim secundũ Magistrum lib. 2. dist. 12. omnes boni angeli communiter nostrum bonum velint: communiterque salutem omnium custodiant, ille tamen angelus, qui alicui deputatus est ad custodiam, specialiter eũ ad bonum excitat, & hortatur. Consimiliter & quamuis omnes mali angeli generaliter malum omnium hominum desiderent, magis tamen quemlibet hominem ad malum magis incitat ille malus angelus, qui sibi est ad exercitium deputatus. Figura huius habetur in angelo Philippi, de quo Act. 8. Angelus domini locutus est ad Philippum, dicens, Surge, & vade, &c. Tertiò ipsos à malis operibus retrahendo. Si enim in conspectu alicuius hominis quis cauet peccatum, verecundia ductus, quãto fortius in præsentia beati angeli ad custodiã cuilibet animæ deputati, qui semper, & vbiq; animæ, quam custodit, præsens est, peccare quilibet erubescere debet? Et hoc notat Bernardus in sermone de quadragesima, dicens, In quouis loco, in quouis angulo reuerẽtiam exhibe angelo tuo, nec audeas, illo præsente, facere, quod me vidente non auderes. Sic enim angelus Balaam ipsum à peccato præseruauit, scilicet eũ retrahens, ne iret ad maledicẽdum populo Dei, vt disposuerat, quando dixit illi angelus. Ego veni, vt aduersarer tibi, quia peruersa est uia tua, mihique contraria. Istud ad intellectum custodiæ angelorum illa sancta mulier Iudith in seipsa experta fuerat. Vnde dicit, Custodiuit me angelus domini, &. non permisit me ancillam suam inquinari peccato. Quamuis autem angeli quantum ex se est, omnes animas à peccatis præseruent, & custodiant, maximè tamen electos custodiũt, quia magis eis obtemperant. Vnde nunc Psalmista cuilibet iusto dicit, *Quoniam angelis suis Deus mandauit de te*, &c. Quantum enim est ex parte sua, quemlibet sibi deputatum in omnibus suis vijs & actionibus custodiunt.

Mag. 25. dist. 12. *Bernard.* *Num. 22.* *Iudith 13.*

In

1581 *In manibus portabunt te: ne fortè offendas ad lapidem pedem tuum.*

Ponitur hic modus huius custodiæ. Vbi nota, quod iste versus de Christo exponitur. Sic quod per pedes Christi, intel lige sanctos Apostolos, euangelistas, & prædicatores, qui Christum, i. eius fidē portauerunt per orbem. vide sup. versic. 445. & 768. Lapis aūt significat legē antiquā, quę in tabulis lapideis data fuit, quod fuit lex timoris, quia eū terrorib. data fuit, vt habetur Exo. 19 Offendere ergo pedes ad lapidē, est ipsos prædicatores offendere in legē timoris, in prædicādo fidem timore. De Christo ergo dicit, quod Angeli in manibus portabūt te, quia manibus angelorū Christus subleuatus est in cęlum, non quod sine eis rueret, sed quia obsequebantur regi. Melior est enim & nobilior qui portatur, quàm iumentum portans. Quid autem ex hoc factū est, quia portatus est in cœlum? Certè statim post Apostolis, & prædicatorib. misit Spiritumsanctum. Quo recepto, omnis timor ab eis fuit expulsus, qui ante timidi nō audebant verbum Dei loqui. Sed cum magna auctoritate, sine timore prædicabant lapidem, idest, legem antiquam impletā fuisse. Dicat ergo Christo. *In manibus portabunt te*, scilicet, angeli in cęlum, vt mittas tuis pedibus Spiritumsanctum. *Ne forte offendas ad lapidem pedem tuum*, i. ne fortè Apostoli offendant timore, vel ad lapidem. i. prædicent legem in lapidibus datam esse seruandam. Vel s̄m Bernardum iste versus intelligitur etiā de quolibet iusto, quē angeli sancti in manibus portant, quia non patientur eū tentari supra id, quod potest, sed *in manibus*, i. in auxilijs suis tollent eum, ut pertranseat offendiculum, quàm facilè transit foueā, qui portatur manibus, quàm mundè lutum trāsit, qui manibus sustinetur, quàm facilè natat aquā, cuius alter sustinet mentū. Qui ergo angelorum portatur auxilio, ad lapidem nō offendit. Sed quis est iste lapis? Ego istum lapidē intelligo Christum, qui est lapis offensionis, & petra scandali. In quem si quis offenderit, collidit ur, super quem verò ceciderit, conteret eum. In hunc lapidem offendunt, qui contra Christum peccant.

Lapis est lex antiqua.

Bernard.

A *Super aspidem, & basiliscum ambulabis, & conculcabis leonem, & draconem.* 1582

Ponitur hic dæmonum conculcatio. Vbi notandum, quod sicut Christus diuersis nominibus nuncupatur, secūdum diuersas virtutes, quas habet: Vnde vocatur leo propter fortitudinem, agnus propter mansuetudinem, lapis propter fundationis stabilitatem. Sic ècōtra diabolus secundum diuersa eius vitia nomina habet diuersa. Vnde vt hic ait gl. hæc nomina hic posita diabolo conueniunt. B Ipse enim est aspis, cum occultè percutit, Ipse est basiliscus, cùm palā venenat. Basiliscus enim rex serpentum est, & nocet flatu. Leo est, dum persequitur violenter. Leo enim rex animalium viribus nocet. Draco est, cūm deuorat negligentes. Per ista ergo omnia nomina hic intelligitur diabolus. Super ergo diabolū istis nominibus significatū Christus ambulauit, & ipsum conculcauit, quando ipsum diabolum tentantem superauit, & potestatem suis fidelibus dedit ipsum conculcandi. Vel ipsum conculcauit, quia per suam passionem ipsum eiecit à cor- C dibus fidelium. Vel aliter s̄m Bernardū istis nominibus intelliguntur diuersa genera vitiorū, quæ vir iustus auxilio Dei fultus, conculcat. Vnde ait super isto versu, *Super aspidem, & basiliscum ambulabis* &c. Quid inter ista faceret pes humanus? quid humanæ affectionis inter tam horribilia monstra constaret? Ista enim sunt nequitiæ spirituales, quæ quidē ex diuersis officijs, vel potius maleficijs diuersa vocabula sortiūtur. Alius quidem aspis, alius basiliscus, alius leo, alius draco, quod scilicet variè noceant. Alius morsu, alius visu, alius rugitu, vel ictu, alius D flatu. Et consequenter declarat singula: primò de aspide, dicens, Aspis est obstinatio, quia aspis alteram aurem pressius quam potest terræ infigere solet, & alterā cauda obturare, ne audiat vocē &c. Quid ad hanc, scilicet aspidem incantationis vox, quid faciat sermo prædicantis? Nouerit tamen vir pertinax non se cœlo, sed solo terræ infigere, ne sapientiam, quæ de cœlo est, nō solum pudica, sed etiam pacifica, non audiat, quā audiret, si cauda non obturaret auditum.

Diabolus dicitur aspis, basiliscus, leo, & draco.

Bernard.

Aspis significat obstinatos.

Cauda hæc finis est vitæ, quem conside- rare recusat. Terra verò alteram claudit aurem terrenis intentus. De aspide vide supr. vers. 871. Consequenter declarat quid sit basiliscus dicens, Basiliscus (vt naturales dicunt) venenum gerit in oculo, pessimũ animal, & præ omnibus execrabile. Nosse cupis oculum venenatũ, oculum nequam, oculum fascinatũ? inuidiã cogita. Quid enim est inuidere, nisi malum videre? Si non fuisset basiliscus, nunquam eius inuidia mors intrasset in orbem terrarum. Væ misero homini, qui inuidum non præuidit. Superemus hũc inuidum, dum viuimus, si post mortem volumus ministrum tantæ nequitiæ nõ timere. Nemo alterius bonũ inuido respiciat oculo. Neque hoc ipsum, quantum in se est, interficiat. Si enim odii hominem illum homicidam veritas testatur, quid & ille, qui bonũ odit in homine, nunquid ille homicida poterit appellari? Consequẽter de dracone sequitur, dicens, Immanis bestia est draco, flatu igneo, quicquid attigerit, necat, non solum bestias terræ, sed etiã volucres cęli. Hic est iracundiæ spiritus. Quantos enim sublimis vitæ statu huius draconis miserè satis adustos turpiter in os eius ingemiscimus cecidisse. Quã melius sibi irasci potuerant, ne peccarent. Nimirũ affectio naturalis ira hominum est, sed abutentibus bono, non miserãda pernicies est. Occupãda est ira in quibus expedit, ne fortè ad illicita prorumpat. Nolite irasci eis, qui vobis transitoria auferũt, qui conuitia inferunt, qui ingerunt forte supplicia, & propter hoc faciũt nihil. Irascimini iniquitati vestræ. Nulla enim nocebit aduersitas, si nulla dominetur iniquitas. Hinc nimirũ non modo mansuetudo oritur, cui draconis flatus non noceat, sed etiam magnanimitas, quã rugitus leonis non terreat. Consequenter de bonitate dicit, Aduersarius videtur tanquam leo rugiens qui circuit quærẽs quẽ deuoret, sed gratias leoni de tribu Iuda, rugire potest ille, ferire nõ potest. Ad rugitum quidem leonis nulla bestia stare potest, & plerunque superat ferientem, qui non sustinet rugientem. Verè bestia, verè rationis expers, quæ solo timore cedit, qui victus ante conflictum, non telo, sed tuba prosternitur. Hæc est

Basiliscus significat inuidos.

Draco significat iracũdos.

Leo significat timorẽ paupertatis

E quidem tentatio, quæ corporalis necessitatis occasione animum turbat.

Quoniam in me sperauit, & ego liberabo eum: protegam eum, quoniam cognouit nomen meum. 1583

Hic sequitur victorũ exaltatio, quæ in tribus consistit. Quoniam iusti in suis certaminibus à Deo proteguntur: secundò à Deo associãtur: ibi, *Clamabit*, tertiò à Deo coronantur, ibi, *Longitudine*. Quantum ad primum sciendum, q ista sunt verba patris de Christo, dicentis, *Quoniam in me sperauit*. Licèt enim in Christo non fuerit propriè spes, quæ est certa expectatio futurę beatitudinis: quia à primo instanti conceptionis suæ verè fuit beatus, nõdum tñ habebat corpus impassibile, sed multis passionibus subditum, & sm hoc spectabat, quòd merito suæ passionis resurgeret cum corpore impassibili, per quam resurrectionem ab omnibus penitus liberatus esset. Et hoc est, quod pater dicit, *Quoniam in me sperauit*: confidens certissimè immortalem se resurrecturũ. *Et ego liberabo eum*, scilicet, à morte ipsum resuscitando. *Protegam eum*, scilicet, ne amplius pati possit, vel mori. *Quoniam cognouit nomen meum*, idest, rem, & virtutem, quæ per nomen Dei importatur. Nomen enim Dei est dominus, vide versic. 100. Dominus autem est nomen potestatis. Quid est ergo cognoscere nomẽ domini, nisi cognoscere Deum esse omnipotentem? Vel etiam potest iste versus legi de Christo, non secundum quòd est caput, sed secundum q est corpus, scilicet, de membris suis. Et eodem modo exponitur, scilicet, de finali resurrectione. Istum autem versum sic exponit Bernard. dicẽs. *Quoniam in me sperauit*, &c. Dulcissima liberalitas est in se sperantibus non deesse. *Quoniam*, inquit, *in me sperauit, & ego liberabo eum. Protegam eum*, idest, conseruabo eum. Si tamen cognouerit nomen meum, idest, non sibi tribuat, quòd liberatus est, sed nomini meo det gloriam. *Protegam ergo eum, quoniam cognouit nomen meum*. Non nouit nomen eius, qui illud assumit in vanũ, qui dicit ei domine dñe, & nõ facit quod dicit ipse. Non nouit nomen eius, qui cũ nec honorat,

Spes quomodo fuit in Christo.

Nomẽ domini cognoscere quid est.

nec

nec patrem, nec timet ut dominũ. Nos autem, si nouimus nomen sanctũ, quod inuocatum est super nos, desiderandum est, vt semper sanctificetur in nobis.

1584 *Clamauit ad me, & ego exaudiã eũ: cum ipso sum in tribulatione: eripiam eum, & glorificabo eum.*

OStendit hic, ꝙ iusti in tribulationibus à Deo associantur. Si.n. iste textus de Christo capite intelligatur, certum est ꝙ multis clamauit ad patrẽ orãdo. Et ꝙ omnis eius oratio fuit exaudita, non solum quo ad vtilitatẽ, vt orationes aliorum iustorum, sed etiam quo ad votum. vide supra vers. 190. & 292. & 365. & 406. & 506. 1105. Etiam qualiter Christus multotiens clamauit, & multipliciter, vide suprà vers. 399. Si autẽ de corpore Christi intelligatur, certum est, quòd omnis iustorum oratio à domino exauditur. Et si non quo ad votum, saltem quo ad utilitatem, quòd est melius, quia multotiens exaudiri ad votum est causa perditionis, sicut patet de infirmo corporaliter, qui instanter postulat, ꝙ medicus sibi mortifera nouit, de hoc vide supra versic. 74. & 294. & 516. Et nota hic magnam Dei misericordiam, quia oẽm deuotè clamantem exaudit. Quod hic notans Bernardus ait, *Clamauit ad me, & ego exaudiam eum*. Fructus notitiæ domini est clamor orationis. Porrò fructus clamoris est exauditio salutaris. *Clamauit ad me* &c. Hoc plane est testamẽtum pacis, hoc pietatis fœdus, hoc pactũ misericordiæ, & miserationis. Nõ enim dixit exaudiam eum, quia dignus fuit, quia iustus fuit, & rectus, innocens manibus, & mundo corde: propterea liberabo eum. Si enim hæc, aut similia diceret, quis non diffideret? Quis gloriabitur se castum habere cor? Dulcis vox, quæ meritum exauditionis in clamore constituit postulationis. *Clamauit*, inquit, *ad me, & exaudiam eum*. Meritò nõ exauditur, qui clamare dissimulat: aut omninò non postulans, aut tepidè postulans, & remissè. Siquidem in Dei auribus desiderium veniens clamor magnus est, remissa autem intentio vox submissa. Quid autem clamans postulat, nisi liberationem, consolationem, & glorificationem

Oratio qua meretur exaudiri.

Clamor orationis meretur exaudiri.

A cationem *Exaudiam eum*, inquit. In quo domine, vel in quibus? Sequitur. *Cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum, & glorificabo eum*. Possumus nobis hunc ternarium assignare. In vita enim præsenti in tribulationibus nobiscum est, consolatur nos. In morte eripiet nos, qñ iam nihil ꝙ animæ vel corpori faciat mũdus habebit. In resurrectione glorificabit, quando surget in gloria quod in ignominia seminatur. Vnde verò scimus, ꝙ nobiscum sit in tribulatione? Ex eo ꝙ in ipsa tribulatione subsistimus. Quis.n. sustinet sine ipso? Clamemus in cœlum, B vt exaudiamur. Et qui in cœlis est, ipse nobis mittat auxilium de sancto, mittat interim auxiliũ de tribulatiõe, eripiat à tentatione, glorificet in resurrectione. Ex tua, Dñe, promissione speramus hęc, inde audemus dicere, si corde rogamus pio, certè exaudire debes ex promisso.

Longitudine dierum replebo eum: & ostendam illi salutare meum, 1585

HIc ponitur quòd iusti à Deo coronantur. Vbi notandum, quòd dierum longitudo significat gloriam æternam, in qua dies nocte non terminatur, C sed sine fine perseuerat. Psal. 118. Ordinatione tua perseuerat dies. Vnde de quolibet beato dicitur: Longitudo dierũ in dextera illius, & in sinistra diuitię, & gloria. Vbi dexteram accipit pro anima, sed sinistram pro corpore. Dicit ergo, *Longitudine dierum replebo eum*, idest, gloria æterna illũ satiabo, sic ꝙ amplius nihil desiderare possit, quia ibi omne, ꝙ desiderabitur, aderit vnde beatorum capacitas repleta sicut uas repletum alia recipere non potest. Sed qualiter beati saturabuntur, & replebuntur, ostendit, D dicens, quòd *ostendam illi, salutare meũ*, scilicet, Christum qui salutare dicitur, idest, saluator, vide versicu. 105. & 146. & 155. & 272. & 662. & 979. & 1043. In visione enim Christi nostra beatitudo perfecte consistit. Quoniam in ipso ratione diuinitatis beatificatur anima, & in visione humanitatis corpus. Ioan. 17. Hæc est vita æterna, vt cognoscant te verum Deum, & quem misisti Iesum Christum. vide supra versi. 1390. & 1453. Istũ autem uersum sic exponens Bernardus.

Longitudo dierum dicitur gloria cæli.

Prouerb. 3.

Vita præsens mors dicitur.

Longitudine dierum replebo eum. Cōgruus finis psalmi: vbi psalléti finis promittitur tam beatus, & bonus finis, qui finem nō habet. Et sanè, quoniã cuius finis bonus est, ipsum quoque bonum est. Amplectamur igitur sanctificationem, quoniã finis eius vita est sine fine. Hæc omnis vita qua hic viuimus, magis mors est: nec simpliciter vita, sed vita mortalis. Quid enim agimus, ex quo primum incipimus viuere, nisi morti appropinquare, & incipere mori? Ibi verè viuitur, vbi viuida vita est, & vitalis. Gratias Deo, vbi dies boni, ibi interminabilis longitudo dierum. Eorum verò dierũ paucitas finietur breui, quorum sufficit cuique malitia sua. Et nota, ꝙ in hoc, quod dicit, *Longitudine dierum,* non vicissitudinem voluit cōmendare. Alioquin melior est dies vna in atrijs super millia. Legimus sanctos viros etiam à diebus nostris plenos migrasse dierum, quod non aliud quam plenos intelligimus gratiarum. Nimirum vsq; ad hanc plenitudinem, vel de die in diem, de claritate in claritatem, nō quidem à suo, sed à Domini spiritu trãsformamur. Si ergo dies gratia dicitur, quómodo non magis verus dies, & plenus meridies dicatur gloriæ plenitudo? *Longitudine,* inquit, *Longitudine dierum replebo eum.* Ac si dicat, Scio quid desideret, quid sitiat, quid sapiat ei. Non.n. argẽtũ, non aurũ sapit, non voluptas, non curiositas, non dignitas secularis. Nō ignorat, ad cuius imaginẽ conditus sit, cuius magnitudinis capax est, nec sustinet de modico crescere, vt de maximo minuatur. Itaq; *lōgitudine dierum replebo eum.* Quẽ nisi lux vera reficere, nisi æterna replere non pōt. Siquidẽ nec longiturnitas illa terminũ, nec claritas illa occasum, nec satietas illa fastidiũ habet. Erit.n. securitas de æternitate, gloriatio de veritate, exultatio de societate. *Longitudine,* inquit, *dierum replebo eum.* Et tanquã quærẽs vnde illi dies in ciuitate, de qua legimus ꝙ nō lucebit ibi sol per diem, nox non erit in ea. subdit, *Ostẽdam illi salutare meum,* nisi quemadmodũ scriptũ est, In illa lucerna eius sit agnus: *ostendam illi salutare meũ.* Iã.n. ibi in fide nō erudiar, in spe nō exercebor: sed in specie adimplebo. *Ostẽdã illi salutare meum:* vt in æternum ibi videat, in quem credidit, quem semper optauit.

Viuere nostrum est mori.

Dierũ longitudo est gratiarum plenitudo.

Dies gratię dicitur.

Psal. 120.
Apoc. 21.

E

F

G

H

PSAL. XCI.

B*Onum est confiteri domino, & psallere nomini tuo, altissime.* 1586



TITVLVS huius Psalmi est. Psalmus cantici in die sabbathi. Pro cuius expositione sciendum, quòd quamuis sabbathum multipliciter accipiatur, vt dictum fuit supra versic. 334. tamen aliter hic distinguendum est, scilicet, quòd sabbathum secundum glo. hic accipitur tripliciter. Est enim triplex sabbathum, scilicet, sabbathum temporis, pectoris, & æternitatis. Sabbathum temporis est dies septimus septimanæ, quo post omnia sex dierum opera Deus quieuisse dr: per hoc nos docens in præsenti vita, quæ velut sex diebus, idest, sex ætatibus deducitur, laborare, vt in futuro quiescamus. In cuius figuram sabbathum temporis in lege veteri dies quietis ab omni opere vacans colebatur. Et dicitur sabbathũ à sabba, quod est septem secundum Hebræos: quia sit septimus dies septimanæ. Vel secundum gentiles dicitur sabbathũ à Saturno: quia Saturnus planeta dominatur in prima hora illius diei. Ponunt enim septem dies in septimana secũdum numerum septem planetarum: sic quòd quælibet dies denominatur ab illo planeta, qui dominatur in prima hora illius diei. Sunt enim in die naturali viginti quatuor horæ, & planetæ sunt septem, scilicet Saturnus, Iupiter, Mars, Sol, Venus, Mercurius, & Luna. In prima ergo hora sabbathi dominatur Saturnus, in secunda Iupiter, & sic per ordinẽ. Quibus septem planetis cōpletis, cōsequenter reincipiunt, sic quòd in octaua hora dominatur Saturnus, i. nona Iupiter, &c. & in quinta decima Luna. Item reincipiendo, in sexta decima Saturnus, in septima decima Iupiter, &c. etiã vigesima prima Luna. Iterum incipiendo in vigesima secunda Saturnus: in vigesima tertia Iupiter: in vigesima quarta Mars. Et sic cōsequenter in prima hora sequẽtis diei dominatur Sol, à quo dicitur dies dominicus. Et sic procedendo in prima hora alterius diei dominabitur Luna, à qua dr dies lunæ. Et sic de singulis cōtinuè procedem-

Sabbathũ triplex.

cedendo. Secundum dicitur sabbathum pectoris, vel mentis, quod nihil aliud est quam tranquillitas, & quies bonæ conscientiæ ex spe beatitudinis futuræ: vt hic non turbetur aduersis sæculi, sed laborem patiẽter toleret, vt mercenarius spe præmij in fine diei percipiendi. Et istud sabbathum conscientiæ, duo principalia requirit. Primum ut omnia tua bona Deo attribuas. Secundum ut omnia mala tua tibi. Tertium est sabbathũ æternitatis, scilicet requies æternæ beatitudinis, pro qua habenda in præsenti uita continuè laborare debemus, Deo seruiendo. Et de duobus vltimis sabbathis agit iste psalmus, s. de sabbatho cõscientiæ, & æternitatis, ostendens quòd hic est habendum sabbathum conscientiæ, vt tandem post hanc vitam habeatur sabbathum gloriæ. Item notandum, ut dictum est superius, quòd psalmus, qui dicitur à psalterio, quod manu pulsatur, significat bonam operationem, canticũ verò lætitiam mentis, & exultationem. Est ergo sensus tituli talis: psalmus iste per quem notatur bona operatio est cãtici. i. exultationis mentis, & hæc in die sabbathi, idest, ex consideratione æternæ beatitudinis. Et nihil aliud est dicere, nisi iste ps. agit de bona operatione hic habenda cum exultatione mentis ex spe futuræ beatitudinis. De auctore verò istius psalmi, dicunt Hebræi, quòd Moses ipsum fecit ad decantandum in die sabbathi, quæ erat celebris in memoriã beneficij creationis. Diuiditur autẽ psal. iste in tres partes, quia primò ostendit, quomodo sabbathum mẽtis à bonis agitur, secundò qualiter sabbathum mẽtis à malis perditur, ibi, *Cum exorti*. tertiò qualiter sabbathum æternitatis iustis traditur, ibi, *Et exultabitur*. Quantum ad primum sciendum, ꝙ sabbathum mẽtis consistit in quinque: secundum quæ prima pars diuiditur. Consistit enim primò in diuinæ laudis exultatione, secundò in sui, & suorum perfecta cognitione, ibi, *Ad annunciandum*: tertiò in præceptorũ Dei obseruatione, ibi, *In decachordo*, quartò in gratiarum actione, ibi, *Quia delectasti*. quintò, in fideli Deo adhæsione, ibi *Quam magnificata*. Quantum ad primum sciẽdum, ꝙ quamuis confessio sacramentalis sit bona, qua quis Deo, & vicario suo peccata sua confitetur, vt dicitur ps. 31. Dixi confitebor domino, & tu remisisti, &c. tamen de ista hic non loquitur, sed de confessione laudis, qua Deus à creatura sua laudatur, colitur, & adoratur. de qua uide supra vers. 81. & 91. 205. 1136. & 1868. Et de ista confessione laudis dicit, *Bonum est confiteri domino*. Et quia talis confessio non solum fit corde, sed & voce, sicut clerici alta voce cantando, & psallendo in choro Deũ laudant, ideo additur, *Et psallere nomini tuo, altissime*. Et hic nota, quòd aliquid dicitur bonum multipliciter, secundum quod triplicia sunt bona, vide suprà versiculo 1014.

Bonũ multiplex.

Ad annunciandũ manè misericordiã tuã, & veritatem tuã per noctem. 1587

HIc ponitur secundum, quod requiritur, s. sui ipsius perfecta cognitio. Homo. n. habet duo. s. aduersa, & prospera, seipsum in vtroq; statu debet cognoscere, & tempore prosperitatis annũciare mane misericordiam Dei, & tempore aduersitatis annunciare debet per noctẽ veritatem Dei. Vbi sciendum, ꝙ in statu vtroq; nos insequitur diabolus, s. in statu prosperitatis, vt cadere faciat per elationem, & in statu aduersitatis vt faciat cadere per impatientiam. Status autem prosperitatis per diem, vel mane, significatur, & aduersitatis per noctem. Vnde Greg. 2. mor. c. 9. dicit, Sacra scriptura sæpè diem pro prosperis, & noctem pro aduersis ponere consueuit. In die autẽ, & in nocte nos persequitur dæmõ: quia modo nos in prosperis, modo in aduersis nos ante Deum accusabiles contendit ostendere. In die accusat, cũ nos prosperis malè vti insinuat. In nocte accusat, cum in aduersis nos impatientiam habere demonstrat. Ad hoc autem summum remediũ est, vt in statu prosperitatis totũ, quicquid boni habes, & prosperitatis, cognoscas talia bona nõ esse tua, sed Dei, illa nõ habere à te, sed à Deo, illa non habere meritis tuis, sed solũ per misericordiam Dei. Et hoc notans hic Psalm. dicit, *Ad annunciandum manè misericordiam tuam*, hoc est, debes esse paratus manè, idest, tempore prosperitatis *ad annunciandum misericordiam tuã*, i. ad con-

Nox aduersa, dies prospera significat.

Prospera sunt ex misericordia Dei, aduersa ex iustitia.

confitendum, & prædicandū, quod bonū, quod habes, est à misericordia Dei. In statu aūt aduersitatis debes cognoscere mala tua, & q talia aduersa meruisti; & sic cōfiteri veritatem Dei; i. iustitiam per noctem, scilicet, aduersitatis, vt hic ait glo. *Ad annunciandum manè*, &c. idest, quando bene est tibi, lauda misericordiam Dei. *Et Veritatem tuam per noctem*, idest, quando malè est tibi, annuncia veritatem, idest, iustitiam Dei, non crudelitatem, quia ipse iustè flagellat. Et est sensus. In prosperis, quę per manè intelliguntur, lauda diuinam misericordiam, in aduersis, quæ per noctē, lauda iustitiam. Et hoc est, quod in primo versiculo præmisit, d. *Bonum est confiteri*: vt scilicet mala nobis, sed bona Deo tribuamus. Cuius oppositum faciunt peruersi: qui bona sibi tribuunt, mala verò vel sathanæ quasi coegerit, vel fato stellarū, q est accusare creatorē, vel apertè Deo attribuunt, quasi hoc ipse voluerit.

1588 *In decachordo psalterio cum cantico in cithara.*

HIc ponitur tertium, scilicet, mandatorū obseruatio. Vbi sciēdum, q psalterium, quoddam est instrumentū musicum decem chordas habens, quod manu pulsatur, quo Dauid communiter laudes Deo resonabat, sicut modo cum organis in choro Dei laudes canimus. Et significat obseruationē decē mandatorū Dei. Nam in hoc quod decē chordas habet, significat decem præcepta. In eo verò quod manu pulsatur, significat quod illa opere debēt impleri, quia per manum opera significātur. Laudabatur etiam Deus voce, & alijs musicis instrumētis. Quę oīa mysticè ostendebāt qualiter Deus à nobis debet laudari, quia, s. opere per obseruantiam mandatorū. Et ideo dicit, q debemus eum laudare in psalterio decachordo, & in cithara. Debemus ēt laudare voce, ideo ait, *Cū cantico*. Vel per canticum intelligit mentis exultationē, quia non solum laus diuina debet esse cum exultatione mentis, imo ēt omnia nostra bona opera hilaritatem debent habere. Et hoc est, quod hic ait gl. Deum laudare debemus in decachordo psalterio, idest, per obseruātiam decem præceptorum. *Cum cantico*, i. cum mentis hilaritate. Qui enim cum hilaritate bene agit, cū cantico psallit: Quicquid enim cum hilaritate facis, bene facis. Qui autem cum tristitia bene facit, de eo fit, non ipse facit, & portat psalterium, sed non ipse cantat in eo. Per citharam autem mysticè intelligitur carnis mortificatio, siue asperitas pœnitentiæ, vt patet suprà versic. 481. Et sic ille laudat Deum cum cantico in cithara, qui in carnis mortificatione exultat, & in actibus pœnitentiæ.

Psalteriū.

Quia delectasti me, Domine, in factura tua: & in operibus manuum tuarum exultabo. 1589

POnitur hic quartum, quod est gratiarū actio. Nos enim factura Dei sumus, quoniam ipse fecit nos, & non ipsi nos. Non solum autē nos sumus Dei factura, sed ēt omne bonū opus, quod est in nobis, ab illo factum est, sine quo factū est nihil. Vnde ad Ephes. 2. Ipsius.n. sumus factura creati in Christo Iesu in operibus bonis. Quis enim cogitans se facturam Dei, non Deo gratias agat? Et attende, q homo propriè dicitur factura Dei. Sapientia enim artificis in factura sua lucet, & effectus factoris ostendit artem. Et per consequens ille effectus, qui magis sapientiā Dei ostendit in quo magis ars relucet artificis Dei, ille effectus præ alijs artificis factura vocatur. Cum ergo inter oēs creaturas diuina sapientia magis reluceat in homine, & homo magis ipsum Deum artificem repręsentet, sequitur q homo singulariter factura Dei dr. Quid est ergo delectari in factura Dei, nisi se cognoscere Dei facturam esse. Et in hoc delectatur Deum recognoscendo factorem suum, quia in homine sicut in pulchriori effectu Dei, magis relucet bonitas Dei, quæ consideratio delectationem ingerit menti. Sic eīn videmus naturaliter, q quanto res corporalis pulchrior est oculis corporalibus præsentata, maiorem delectationē ingerit sensibus. Vnde, sicut naturaliter maior est delectatio videre unā pulchrā picturam quàm turpem, & vnum pulchrum equum, quàm turpem, & unum pulchrum hominem quàm turpem, & vnam

Factura Dei dicitur homo.

unam pulchram mulierẽ, nec in huiuſmodi viſione delectari eſt peccatũ, quia eſt naturale, niſi in huius conſideratione corrumpatur. Sic & de viſione intellectiua maximè iuſtus delectatur in factura Dei, quę eſt homo, eo ꝙ inter cęteras creaturas corporales ſit pulchrior, vt, ſcilicet, delectatio habita in conſideratione facturæ non ibi terminetur, ſed referatur ad Deum Pſal. 103. Ego uerò delectabor in domino. Notandum tamen, quòd quamuis delectari in factura Dei ipſam videndo etiam corporaliter non ſit peccatum, quia tamen procuratione dæmonis viſus talis facturæ, vt puta vel virorum, vel mulierum, multotiès inclinat mentem ad concupiſcentiam, tutius eſt ab ipſarũ aſpectu oculos auertere. Cuius figura, & exemplum habetur
2. Reg. 11. de Dauid, qui vidẽs Berſabee, ſtatim cõ-
Gen. 34. cupiſcẽtia fuit captus, &c. Sichem filius
Dan. 13. Hemor vidẽs Dinam. Presbyteri ſenes videntes Suſannam, &c. Sequitur, *Et in operibus manuum tuarum exultabo.* Opera manuũ Dei ſunt, bona opera noſtra, quæ ipſe facit in nobis, Eſa. 26 Oĩa opera noſtra operatus es in nobis, Dñe. In quibus tunc quiſ exultat, qñ illa non ſibi, ſed Deo attribuit. Vnde ait gl. *In operibus manuum tuarum exultabo*, i. in eo bono, ꝙ in me facis, tu enim feciſti, ſi bene ago. Vnde Apoſtolus ad Eph. 2. Ipſius enim factura ſumus creati in bonis operibus. Niſi enim te formaret Deus ad bona opera, nõ noſceres niſi peccatũ. Dicat ergo. *Et in operibus manuum tuarum exultabo*, i. ſi quid boni ago, de te exulto. Nota ꝙ delectari eſt quaſi proprium hominis, cum nulla res ſit, quæ tñ declaret conditionẽ hõminis, ſicut facit delectatio. Quia quilibet homo talis pōt nominari, quale eſt illud, in quo delectatur. Sic enim virtuoſus dr̃, qui delectatur in virtutibus, & operibus virtuoſis. Sic iuſtus dicitur, qui in iuſtis, voluptuoſus, qui in voluptatibus, & ſic de ſingulis. Vñ
Philoſophus ſm Philoſophum 2 Ethi. Delectatio eſt morum regulatiua per modũ finis. Vnde qui delectatur in pecunijs, dat ſe operibus mercationum, quibus pecunia acquiritur. Qui delectatur in militia, dat ſe operibus ſtrenuitatis. Et ſic vnuſquiſque ordinat ſe ſecundũ illud in quo ponit ſuam delectationem. Et ideo princi-

Bona opera noſtra Deus operatur.

A pale, quod in ſe debẽt notare homines, vel in illis, quos habent corrigere, eſt vtrum delectatio eorum ſit ordinata vel non. Et ſi non ſit ordinata, vt virga ducatur ad oppoſitum, quia per aſſuefactionem ad contrarium debet reduci ad oppoſitum, quouſque conſiſtat in eo, vt faciunt dirigentes ligna tortuoſa, qui ipſa magis ad oppoſitum plicant.

Quàm magnificata ſunt opera tua, domine: nimis profundæ factæ ſunt cogitationes tuæ. 1590

B Hic ponitur quintũ, quod eſt Deo fidelis adhæſio. Opera Dei à nobis diſcenti ratione non poſſunt, ut puta ꝙ Petrum prædeſtinauit ab æterno, & Iudam reprobauit, quod Iacob elegit, & Eſau odio habuit, antequàm nati eſſent, & aliquid boni, vel mali egiſſent, ꝙ aliqui malè viuunt, & tñ in mũdo denominantur, & florent, virtuoſi aũt ſuppeditãtur, & egent. Ab æterno enim oĩa iſta præuidit ſine noſtris meritis, vel demeritis. Et ideo iſta Dei opera dicuntur magnificata, quia ſuprà intellectũ noſtrum magnificata. Iſta ergo non debemus diſ-
C ſcutere, ſed Deo ſimplr̃ adhærere, credẽtes ꝙ ipſe oĩa ſanctè, & iuſtè diſpoſuit. Vñ Greg. 25. mor. c. 18. dicit, Nemo diſcutiat, cur ſtante Iudaico populo, diuũ in infidelitate gẽtilitas iacuit, & cur ad fidem gentilitate ſurgente, Iudaicum populum infidelitatis culpa proſtrauit. Nemo diſcutiat, cur alius trahitur ex dono, alius uerò repellitur ex iudicio. Si enim gentilitatem miraris aſſumptam, ipſo concedente pacem, quis eſt, qui cõdemnet? Si Iudęam obſtupeſcis perditã, ex quo abſconderit vultum ſuum, quis eſt qui contempletur eam? Itaque con-
D ſilium ſummæ, & occultæ virtutis, ſatiſfactio ſit apertæ rationis. Vnde in euangelio, cum de eius rei cauſa dominus loqueretur, ait, Confiteor tibi, domine pater cœli, & terræ, quia abſcondiſti hæc à ſapientibus, & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis. Ita pater. Atque mox tanquam rationem quandam abſconſionis, atque reuelationis adiungens, ait, Quia ſic fuit placitum ante te. Quibus nimirum verbis exempla humilitatis accipimus: ne temerè diſcutere ſuperna conſilia

Opera Dei mirabilia credenda ſunt nõ quęrenda.

Matth. 11.

Eligit Deus quos vult & reprobat quos vult.

filia de aliorum vocatione, aliorum verò repulsione præsumamus. Cum enim intulisset vtrumque, non mox rationem reddidit, sed hoc Deo placitum dixit: hoc videlicet ostendens quòd iniustum esse non potest, quod placuit iusto. Qualiter etiam opera Dei sunt supra nostrũ intellectum magnificata: vide suprà versic. 1182. Et hoc est quod dicitur Ps. 138. Cõfitebor tibi, quia mirabiliter magnificatus es: mirabilia opera tua. Merito ergo nunc dicat Ps. quã magnificata sunt opera tua, domine, scilicet, plusquam valeamus intelligere. Sequitur. *Nimis profunda facta sunt cogitationes tuæ.* Quid enim sunt Dei cogitationes, nisi eius æternalis rerum dispositio, prouidentia, & ordinatio? quæ dicuntur profundæ, quia occultæ, & in profundum radicatæ. Quanto enim arbor profundius radicatur, tanto stabilior persistit. Sic diuinæ cogitationes sunt nobis mortalibus occultæ, quia nescimus quid finaliter de nobis cogitet. Et sunt stabiliter radicatæ, quia nullus illas permutare potest. Vnde Iob 23. Nemo põt auertere cogitationes eius. Quod exponens Greg. 16. mor. c. 18. ait, Sicut enim Deus natura est immutabilis: ita immutabilis est eius cogitatio. Cogitationẽ ergo eius nullus auertit, quia nemo resistere occultis eius iudicijs potest, quia semel fixa iudicia Dei, mutari nequaquã possunt. Vñ scriptum est. Præceptum posuit, & non præteribit. *Nimis* ergo *profunda facta sunt cogitationes tuæ*: quia, scilicet, inuariabiles, & imperscrutabiles, vnde sequitur.

Cogitatio Dei mutari non potest.

Psal. 148.

1591 ***Vir insipiens non cognoscet: & stultus non intelliget hæc.***

Stultus insipiens.

Stultus enim, & insipiens dicitur, qui operum Dei rationem vult quærere, qui sapientiã Dei suo intellectu vult comprehere, quia ista sunt supra intellectum creatũ, & inscrutabilia. Vnde Iob cap. 5. dicitur, quòd Deus facit magna, & inscrutabilia. Quod exponens Greg. ait, Quis omnipotentis Dei mirabilia perscrutari sufficiat &c. vide suprà versi. 1182. Vnde & in eodem cap. ad propositum adiungit exemplum, dicens: Sed inter hæc sciendũ est, quòd mirabilia Dei semper debent considerari per studiũ,

Greg. lib. 6. mor. c. 6.

E & nunquam per intellectum velle comprehendi. Sæpe namq; humanus intellectus, dum quarundam rerum rationẽ quærens, non inuenit, in dubitationis se voraginem mergit. Vnde fit, vt nonnulli homines mortuorum corpora in puluerem redacta considerent, dumq; rationis vim ex ratione comprehendere non possunt, hæc ad statum pristinum redire posse desperent. Mira igitur, quæ ex fide credenda sunt, perscrutanda per rationem nõ sunt, quia si hæc nostris oculis ratio expanderet, mira nõ essent. Sed cum in his fortasse animus titubat, ne-

F cesse est vt ea, quæ per visum nouit, nec tñ per rationem colligit, ad memoriam reducat, quatenus rei similis argumento fidem roboret, quam labefactari sua sagacitate deprehẽdit. Considerato quippe humanæ carnis puluere, quorundam mens concussa desperat: quando puluis ad carnem redeat, & rediuiuum corpus per membrorũ lineamẽta componat, qñ illa terræ ariditas per viuentia membra virescat, ac sese per eorum species, formasq; distinguat. Hoc nimirum per rationem comprehendi non potest: sed tamen credi facile per exemplum potest.

G Quis enim ab vno grano seminis immẽsam consurgere arborem crederet, nisi hoc certum per experimẽtum teneret? In tanta namque vnius grani paruitate, vbi penè nullam vides similitudinẽ, vbi latet ligni duritia, & ligni tenerior, vel durior medulla, asperitas corticis, viriditas radicis, sapor fructuum, suauitas odorum, colorum diuersitas, mollicies foliorum. Et tamen quia hoc per experimentum nouimus, ex vno grano seminis oĩa prodire non dubitamus. Quid est ergo difficile, vt puluis in mẽbra redeat, dum conditoris potentiam quotidie cerni-

H mus, quia ex grano ligna mirabiliter, & adhuc mirabilius fructus ex ligno creat? Ex quibus omnibus patet, q̃ stultus, & insipiens est, qui Dei cogitationes, & opera mirabilia per rationem vult comprehendere, quæ sola fide creduntur. Et hoc est, quod de talibus dicit. *Vir insipiens non cognoscet* &c. Imò quanto plus illa per rationem vult comprehendere, in maiorem voraginem dubitationis se immergit. Vnde Eccle. 2. Stultus in tenebris ambulat.

Cum

1592 *Cum exorti fuerint peccatores sicut fœnum, & apparuerint omnes, qui operantur iniquitatem.*

HIc ostendit, quòd mali non habẽt sabbathum mentis. Et duo facit: quia ostendit primò, quòd in pręsenti nõ habent mentis requiem, secundò quòd nec in futuro: ibi, *Vt intereant*. Quantum ad primum sciendum, ꝙ Deus mul totiens malos in hoc mũdo exaltat prosperitatibus, & dignitatibus, & deprimit bonos aduersitatibus, & tamen aduersitas bonorum terminatur, sicut & malorum prosperitas finem habet. Et rationẽ B huius, vide supra versic. 329. Et hinc est, quòd status malorum, quia breuis est, & ad malum finem inducit, fœno comparatur, qui manè floret, & vespere arescit. Vnde dicitur, *Cum exorti fuerint peccatores, erunt sicut fœnum*. Et similiter cum *apparuerint omnes, qui operantur iniquitatem*, supple erunt sicut fœnum. Vnde gl. *Cum exorti fuerint peccatores*. Hic asserit malos perituros, vt eorum pœna metu sit cæteris. Vnde ait, *Cum exorti fuerint peccatores*, idest, postquam excreuerint in temporalibus, sicut fœnum, scilicet, erunt, quia in hyeme huius seculi virẽt, sed in æstate futuri iudicij arescent. *Et apparuerint oẽs, qui operantur iniquitatẽ.* Apparent, qui in altum statum prosperitatis eleuãtur, statim supple cadent, vt fœnum. Quare autem peccatoris status fœno vel herbæ comparetur, vide supra versic. 1556. Per hoc enim vult Psalmista ostendere, quòd quanto peccator est in statu maioris prosperitatis, tanto est in maiori periculo casus, quod considerans nunquam requiem mentis habet. Quod ostendit Gregor. dicens, Malus prius dolorem habuit in ipsa suæ concupiscentiæ fatigatione, quomodo scilicet concupita raperet, quomodo alia blandimentis, alia terroribus auferret. Atq; postquam acquisitis rebus peruenit ad desiderium, alius hunc dolor fatigat, vt scilicet cum sollicito timore custodiat, quod cum graui laborẽ meminit acquisitum. Hinc inde insidiantes metuit, atque ne hoc perpeti quod ipse fecit alijs, pertimescit. Formidat potiorem alterum, ne hunc sustineat violentum, pauperem cũ aspicit, suspicatur furem, ipsa quoque, A quæ congesta sunt, curat magnopere ne ex naturæ propriæ defectu per negligentiam consumantur. In his itaque omnibus quia timor ipse pœna est, infœlix tã ta patitur, quanta pati timet &c. Exemplum de Dyonisio tyranno, qui semper vultu tristis erat. Vnde cũ semel ab vno amico suo reprehensus, cur non staret lætus, quia erat in alto statu, & omnia sibi prosperè succedebant, cui factis respõdere volens, antequam verbis, ipsum inuitauit ad prandium, & supra caput ipsius amici fecit suspendi gladium acutũ cum tenui filo. Quod iste percipiẽs, nullo modo lætari poterat, nec comedere, sed tristi facie suspirabat ex timore gladij pendentis. Quem cum Dionysius increparet, cur non staret in tanto conuiuio iucundus. Respondit. Et quomodo possum lætari, cum uideam me in continuo periculo mortis ex casu gladij, tenui filo suspensi? Cui Dionysius, Ego quomodo lætè possum viuere, qui omnium ciuium gladios in me conspicio promptos? Ex quibus apparet, quòd hic mali sabbathum mentis habere nõ possunt, quamuis prosperitatibus exorti sunt per alios appareãt. Et hoc est, ꝙ hic ait, C *Cum exorti fuerint peccatores sicut fœnũ, & apparuerint* &c. quod ideo dicit, quia talium uita non est nisi ad modicum apparens. Quid est vita nostra nisi uapor ad modicum apparens?

Malorũ uita repletur doloribus. *Greg. lib. 15 mor. c. 11.* *Exemplũ.* *Dionysius tyrannus.* *Cicero 5. Tusc.* *Iacob 4.*

Vt intereant in sæculum sæculi, tu autem altissimus in æternũ, Domine. 1593

HIc consequenter ostendit malos in alia vita carere sabbatho mentis, quasi dicat. Ad quid mali prosperitatibus exaltantur? Ad hoc scilicet, vt post intereant in sæculum sæculi, quia D scilicet in alia uita semper puniri merentur, ideo hic habent præmium laborum suorum. Vnde hic ait glo. q. d. Modo hic peccatores florent, & prosperantur. *Tu autem, domine altissimus es in æternum.* s. qui expectas desuper ex æternitate tua quando transeat tempus impiorum, & ueniat tempus iustorum, quia æternus es, longanimiter mala toleras, & vides quid illis serues. Per sæculum sæculi notatur perpetuitas, vide supra versic. 596. Vnde sicut electis aduersitas immissa est

est signum prædestinationis ipsorum, sic prosperitas malorum hic est signum ipsorum reprobationis, & interitus, uide supra versic.329 & 578. Ad quid ergo hic exaltantur mali? Respondet, Ad hoc, vt intereant in sæculum sæculi. Similiter ad quid hic affliguntur iusti? Ad hoc, vt aduersis purgati beatificentur in sæculũ sæculi. Sequitur, ***Tu autem altißimus in æternum, domine***, qualiter autem Deus dicatur altissimus, vide vers.1430.

1594 *Quoniam ecce inimici tui, Domine, quoniam ecce inimici tui peribunt: & dispergentur omnes, qui operantur iniquitatem.*

HOc idem hic alijs exprimit verbis. Inimicos enim Dei dicit, qui operantur iniquitatẽ, non qui operati sunt: sed qui operantur, quia Paulus operatus fuit iniquitatem Christum persequẽdo, tamen quia pœnituit, ex inimico factus fuit amicus. Sic enim loquebatur Psal.7. Discedite à me omnes, qui operamini iniquitatem. Et attende, quòd inimici Dei dicuntur, omnes qui bonis inimicantur. Et reperio multa inimicorum genera, quæ Deo inimicantur, & nobis, qui sunt Blandi adulatores, Falsi consideratores, Rabidi detractores, Malorum correctores. Primi inimici sunt adulatores, patet quia tales ideo adulantur, vt decipiant, & oculum tollant rationis. Eccl.12. In labijs suis adulatur inimicus, & quasi adiuuans suffodiet plantas tuas. Vnde Seneca epistola.95. Non

Seneca lib. 8.c.60.

sumus contenti modica laudatione, nisi quis sapientissimos, & prudentissimos nos dicat, totum acceptamus tanquam nobis debitum, & tamen constat nobis quòd illi solent mentiri, qui nos laudant, & laudibus eorũ credimus, & ideo non corrigimus nos, nec mutari uolumus, quia nos esse optimos credimus. Et ideo sententia Platonis fuit, quòd homines ex inimicis magis proficiunt quã ex amicis, quia inimici eis errores improperant, & ex hoc corriguntur, amici verò errores occultant, ex quo sequitur quòd non corriguntur. Vnde Matth.10. dicitur, Inimici hominis domestici eius. Et Esa.3. Popule meus, qui te beatum dicunt, ipsi te decipiunt. Isti sunt execran

E di scilicet, cõsiderando defectus nostros quibus conscij sumus, & tunc non decipiemur. Et hoc est, quod docet nos Seneca de Alexandro epistola supradicta inducens exemplum. Qui dum in obsidione cuiusdam ciuitatis circuiret muros, sagitta percussus cum vehementer doleret, ait, omnes me dicunt Iouis filium, sed vulnus hoc me hominẽ esse clamat. Idem etiam & nos nostris faciamus adulatoribus. Vos dicitis me sapientem, vel prudẽtem esse, ego autem video, ꝗ multa inutilia concupisco & multa similia. De isto inimico potest exponi illud Eccles.12. Non credas inimico tuo in æter

F num. Secundi inimici sunt falsi consiliatores, qui nobis suggerunt aliud quàm expediat. Et isti sunt maximè periculosi in communitate. Quia sicut in bonis cõsultoribus consistit honor & vtilitas reipublicæ, sic in falsis oppositum. Dicit enim Tullius in lib. de Sene. quòd consiliator in republica est sicut gubernator nauis, in qua alij de sentina aquã hauriunt, alij chordas trahunt, alij malum ascendunt. Iste verò tenens clauum, est sedens in puppi, & multo maiora facit quàm alij. Vnde & consilians est sicut

Cõsiliatores falsi sunt inimici.

Tullius.

G dans formam, secundum quam alij habent operari. Et hic nota, ꝗ consilians debet habere, primò in uita sanctitatẽ, secundò in uerbo ueritatem, tertiò in zelo æquitatem, quartò in experimẽto sagacitatem. Et tales in republica Romana vocabantur senatores. Et se habẽt in communitate sicut cor in corpore. Vnde Romulus condita ciuitate, quam ex suo nomine Romam nocauit, cẽtum ex senibus elegit, quorum consilio omnia ageret, quos senatores propter senectutem, & solicitudinem rei publicæ vocauit. Horum nomina literis aureis scri

Senatores.

H bebantur, propter quod ab omnibus patres conscripti uocabãtur. Isti eligebantur postquam fuerant probati in diuersis statibus, & officijs. Istis tantus honor impendebatur, quòd nunquam duces ad bellum procedebant, nec aliquid solenne faciebant, nisi de ipsorum consilio. Sicut igitur isti consultores sunt ciuitati vtiles, & amici, quãdo sunt boni, ita sunt inimici, & pessimi, quando sunt periculosi, scilicet, quando habent zelum pro cõmodo suo personali, & non pro republica,

blica, & bono communi, quando sunt cupidi, & acceptores munerum. Tunc enim rem publicam dissipant quam gubernare deberent. Et talibus potest dici illud Actuum 13. O plene omni dolo, & fallacia, fili diaboli, inimice omnis iustitiæ, non desinis subuertere uias domini rectas. Talis inimicus fuit Aman, qui pietatem nobilissimi principis Assueri suis consilijs falsis ad crudelitatem induxit. Hester 7. Hostis noster pessimus, inimicus gentis nostræ Aman. Tertij inimici sunt detractores, qui tamen frequenter nocere cupientes proficiunt. Sic enim docet Boetius lib. 3. de cõsolatione. Prouidentia diuina ex inde produxit sæpe insigne miraculum, vt mali malos bonos faciant. Isto modo inimicus dicitur diabolus, qui facta, & uitam iustorum lacerat. Horum infamatio timenda non est. Quia, sicut dicit Greg. super Ezec. Peruersorum derogatio, vitæ nostræ approbatio est. Quia iam ostendimus iustitiæ aliquid nos habere, si illis, qui Deo non placent, incipimus displicere. Non enim derogatio, sed commendatio lucis, si eã fugiunt vespertiliones. Sancti autem ui ri sunt lux per lucidam famam & vitam. Thess. 5. Vos filij lucis estis, & filij Dei. Peccatores autem sicut vespertiliones amantes opera tenebrosa. Consimiliter non est derogatio vineæ, si odorem eius serpentes fugiunt, sed commendatio. Boni autem viri sunt odor Christi per bonam conuersationem. 2. Corin. 2. Bonus odor Christi sumus, & in ijs, qui salui fiunt, & in ijs, qui pereunt, illis quidem odor mortis in mortem, alijs antẽ odor vitæ in uitam. Peccatores autem sunt sicut serpentes pleni ueneno. Consimiliter tertio non est derogatio coloris, sed commendatio, si cæci de illo mentiãtur, & iudicent falsum. Peccatores aũt sunt cæci. Soph. 1. Ambulabunt vt cæci, quia domino peccauerunt. Et ideo iudicia temeraria sunt contemnenda. Vnde cum quidam iuuenis speciosus diceret Demostheni Philosopho, Si homines me odirent, me ipsum perimerem. Respondit Demosthenes. Et ego me perimerem, si me quemadmodum te amarent. Consimiliter non est diffamatio medici, sed commendatio, si phreneticus sibi male dicit. Si ergo mali bonis detrahunt, ip-

Detractores.

Boetius.

Diffamari à malis cõmẽdatio est.

Gregor. sup. Ezech.

A sorum detractio bonorum est commendatio. Quartò inimici sunt apparentes; sed realiter amici, qui, scilicet, de nostris nos excessibus arguunt, & corrigunt. Veritas enim errantibus est odiosa, quandiu in errore persistunt. Talis inimicus fuit Paulus contra Gal. eis dicens. Inimicus factus sum vobis, verum dicens vobis. Et tales inimici non sunt odiendi, sed acceptandi ad amicitiam. Matth. 5. Diligite inimicos vestros. Ad propositum ergo non de isto quarto genere inimicorũ, sed de tribus primis dicit textus noster. *Quoniam ecce inimici tui, domine* B *quoniam ecce inimici tui peribunt*, &c. Et duplicat nomen *inimici* ad maiorem ipsorum detestationem.

Inimici boni sunt correctores.

Gal. 4.

Exaltabitur sicut unicornis cornu meum, & senectus mea in misericordia uberi. 1595

HAec est tertia pars, in qua ostẽdit qualiter sabbathum mentis iustis conceditur. Et diuiditur in partes quinque, secundum quòd quinque ostendit effectus ex passionibus iustorum in præsenti. Primus est Christi exaltatio. Secũ- C dus prauorum condemnatio: ibi, *Et despexit*. Tertius est iustorum coronatio: ibi, *Iustus ut palma*. Quartus est ecclesiæ consummatio: ibi, *Adhuc*. Quintus est iustitiæ diuinæ commẽdatio, &c. ibi, *Quoniam rectus*. Quantum ad primũ sciẽdum, quòd quãuis in scriptura cornu multa significet, ut dictũ fuit vers. 1245. specialiter tñ hic significat Christum, vel Christi potestatem, quia ipso tanquam animal cornibus defenditur, nos proregimur ab inimicis spiritualibus. Vnde de Christo ad literam dicitur, Erexit nobis cornu salutis, &c. de hoc vide superius versic. 714. Matt. vlt. Data est mihi D oĩs potestas in cælo, & in terra. Præuidẽs ergo propheta qualiter Christi potestas erat exaltanda in ecclesia, vt reges, & imperatores sibi subijceret mẽdicantibus prædicationibus, & passionibus sanctorũ martyrũ, de Christo ait. *Et exaltabitur sicut vnicornis cornu meũ*. Aliqñ. n. vnicornis significat superbiã, sicut in ps. 21. Et à cornibus vnicorniũ humilitatem meã. Aliqñ verò significat vnitatem potestatis sicut hic. Et est sensus, Potestas cornu Christi

Cornu Christi potestates.

Vnicornis.

Christi exaltabitur, quæ in Christo erit vnita, quia erit unicornis, idest, vnus monarcha, cui totus orbis subijcietur. Et quamuis hoc iam sit adimpletum, quia Christi dominium per totũ orbem fuit dilatatum, hoc tamen vberius apparebit in fine mundi, quando Christus spiritu oris sui interficiet Antichristum, qui se maiorem Deo prædicabit, ut dictũ fuit vers. 1417. Et hoc est, quod tangit Psal. in persona ecclesiæ, dicens, *Et senectus mea in misericordia uberi*, quia in fine mũdi, interfecto Antichristo, solus Christus & in Iudæis, & in gentibus exaltabitur. Dicit ergo, *Et senectus mea*, idest, in nouissimo ecclesiæ vberius apparebit potestas Christi, quia sua misericordia agẽte, omnes Christo subijcientur. Et notat hic gl. quòd totum tempus vsque ad finẽ mundi, quo patitur ecclesia, dicitur iuuentus ipsius. Nouissima autem sunt senectus ipsius, quæ in lætitia erunt, quia vt dicitur Prouerb. vltimo, Ridebit in die nouissimo. Quamuis autem senectutis sint multæ malæ conditiones, vt dictum fuit uers. 1562. hic tamen senectus accipitur in bono. Senectus enim aliquas habet bonas conditiones, per quas status nouissimus ecclesiæ potest designari. Nam vt habet 2. Rhet. senes habẽt quatuor laudabiles conditiones. Primò concupiscentias habent remissas, secundò sunt miseratiui, tertiò dubia nõ pertinaciter asserunt, quartò nihil agũt valde. Primum patet: quia concupiscentiæ senũ maximè circa actus venereos sunt multum temperatæ. Quoniam, corpore existente calefacto, fit intensio concupiscentiarum venerearum, ergo per locum ab oppositis corpore infrigidato, fit remissio ipsarum. Concupiscentia enim venereorum per appetitũ in alia se extendit Hoc autem est contra rationem frigiditatis, quod habet constringere. Et sic senes remisso calore naturali, propter frigiditatem constringuntur in seipsis, & sic in ipsis remittuntur concupiscentiæ. Secundò senes sunt miseratiui, non tamen ex eadem causa sunt senes miseratiui sicut iuuenes. Iuuenes enim miseratiui sunt propter amicitiã, senes autem propter imbecillitatẽ. Quilibet enim miseretur super amico, & super eo quod credit indignè pati. Iuuenes

Senes habẽt aliquas bonas conditiones.

Aristoteles.

E ergo, quia sunt amatores amicitiarum, & quia sua innocentia alios mensurãt: ideo existimant omnes esse bonos, quare si patiantur, putant alios indignè pati, & sic faciliter miserentur. Senes autem non sunt miseratiui, qui credant alios bonos, nec quia sint amatiui amicitiarum, sed quia quilibet cum est in imbecillitate, vel defectu, desiderat vt alij compatiantur ei, & misereãtur, propter quod & ipse de facili ad miserendũ alijs inclinatur. Tertiò senes nihil dubium pertinaciter affirmant. Nam vt dicitur 2. Rhet. quia senes uixerunt multis annis, & uiderunt quòd sæpius fuerunt decepti, non audent aliquid pertinaciter affirmare, timentes ne res ita se habeat, & decipiãtur. Et ideo ait ibi Philosophus, quòd senes omnia dubiè sentiunt, & semper apponunt in dictis suis quasi, vel fortè. Cum enim ab eis de aliquo negocio quæritur, dicunt vt sæpius, fortè sic est, vel fortè sic erit, vnde timentes decipi, non facilè sententiant. Quartò senes nihil agunt valde, sed in omnibus operibus suis videntur esse temperati. Nam sicut iuuenes, quia in eis abundant cõcupiscentiæ, & passiones, in omnibus tenent extremum, & omnia agũt valde, sic senes quia habent concupiscẽtias, & passiones remissas vt plurimum, agunt omnia moderatè. Ad propositum ergo, vltimus ecclesiæ status senectus dicitur, maximè propter duas conditiones senectutis ex prædictis, scilicet, primam, & vltimam.

Senectus.

Et despexit oculus meus inimicos meos, & ab insurgẽtibus in me malignantibus, audiet auris mea. 1596

HIc ponitur malorum condemnatio. Vbi sciendum, quòd in senectute ecclesiæ sancti videbunt inimicos suos, scilicet, multos fuisse, qui se simulabant amicos, sicut sunt multi simulati, & hypocritæ. Videbunt inquam illos in ferius positos, scilicet, ad sinistram, ipsis ad dexteram collocatis. Et hoc est quod dicit, *Et despexit oculus meus inimicos meos.* Nam specio, cis, quod est videre, vel considerare, componitur cum de, & fit despicio, cis, quod est deorsum uidere, vel considerare. Et quia illa ponitur deor-

deorsum, quæ sunt contempta, ideo despicio etiam quandoq; stat pro contemnere. Alia autem litera habet, *Et respexit oculus meus*, &c. & eadem est sententia. Et hic accipitur præteritum pro futuro propter certitudinem prophetiæ. Et nō solum sic boni malos uidebunt, sed etiā audient sententiam datam contra illos, vnde subdit, *Et insurgentibus in me malignantibus, audiet auris mea*. Hic subintelligitur, de, vt dicatur, *Et de insurgentibus*, &c. in futuro *audiet auris mea*. Et quid audiet? scilicet sententiam iudicis, dicentis, Ire maledicti in ignem æternū. Et nota, quòd peccatores pro tunc damnatos uocat malignos, malignus enim componitur ex malo, & igne, & dicitur dupliciter malignus quasi malè igniens, vel quasi malè ignitus. Primo modo diabolus dicitur malignus, quia malè ignit, & malè inflammat. Sicut econtra Christus dicitur benignus, quia bene ignit. Nam secundum naturales duplex est natura ignis, altera combustiua, & cruciatiua, altera autem delectabilis, & illuminatiua. Diabolus autem vtitur igne, qui est edax, scilicet, igne cupiditatis, quo peccatores ignit, & inflammat. Christus autem vtitur igne charitatis ad illuminā dum. Alio uerò modo dicitur malignus quasi malè ignitus, & sic reprobi hic dicuntur maligni, quasi malo igne cupiditatis accensi. In senectute autem ecclesiæ erunt maligni, quia igne infernali igniti, & cruciati, quia non habitabunt apud Deum, sed apud diabolum. Psal. 5. Neque habitabit iuxta te malignus &c.

Matth. 25.

Malignus quis dicatur.

Benignus quis dicatur.

1579 *Iustus ut palma florebit, sicut cedrus libani multiplicabitur.*

Palma comparatur iustus.

HIc ponitur iustorum coronatio: quia iustus hic palmæ comparatur, quæ est signum coronationis, & uictoriæ. Et uide dissimilitudinem aliqualem: nam malos comparat fœno, dicens, Cum exorti fuerint peccatores sicut fœnum. Iustos autem palmæ, dicens. *Iustus vt palma*, &c. Et uerè meritò ipsa sancta mater ecclesia, & quilibet etiam iustus, palmæ comparatur, vt ostendit Grego. 17. mor. c. 24. d. Palma enim tardè proficit, sed diu in uiriditate subsistit. Cum multis autem difficultatibus sancta Dei ecclesia ad fidei statum venit, & pro collectione plurimorum in eiusdem fidei gloria diutius stare concupiscit. Nec immeritò iustorum uita palmæ comparatur: quia, scilicet, palma inferius tactu aspera est, & quasi aridis corticibus obuoluta, superius uerò & uisu, & fructibus pulchra. Inferius corticum suorum inuolutionibus angustatur, sed superius amplitudine pulchræ uiriditatis expanditur. Sic quippe est electorum uita despecta in inferioribus, in superioribus pulchra. In imis istis quasi multis corticibus obuoluitur, dum innumeris tribulationibus angustiatur, in summis verò illis quam pulchrè uiriditatis folijs amplitudine retributionis dilatatur. Habet etiam aliud palma quo à cunctis arborum generibus differt. Omnis namq; arbor in suo robore iuxta terram vasta subsistit, sed crescendo superius angustatur. Et quāto paulisper sublimior, tanto in altum subtilior redditur. Palma uerò minoris altitudinis, vel amplitudinis ab imis inchoat, & iuxta ramos, ac fructus ampliori robore exurgit. Et quæ tenuis ab imis proficit, vastior ad summa succrescit. Quibus itaque alia arbusta, nisi terrenis mentibus inueniuntur similia esse, inferius vasta, superius angusta? Quia nimirum omnes sæculi dilectores in terrenis rebus fortes sunt: in cœlestibus debiles. Nam pro temporali gloria vsque ad mortem desudare contendunt, sed pro spe perpetua nec parum quidem in labore subsistunt. Pro terrenis lucris quaslibet iniurias tolerant, & pro cœlesti mercede vel tenuissimi verbi ferre contumelias recusant. Terreno iudici toto etiam die assistere fortes sunt, in oratione verò corā Domino vel vnius horæ momento lassantur. Sæpe nuditatem, deiectionem, famē pro acquirendis diuitijs, & honoribus tolerant, & earum rerum abstinentia cruciantur, ad quas adipiscendas festinant. Superna laboriosè quærere tanto magis dissimulant, quanto magis ea tardius retribui putant. Hi itaque quasi aliarum arborū more deorsum uasti, sursum angusti, quia fortes in inferioribus subsistunt, sed ad superiora deficiunt. At contra ex qualitate palmarum designatur proficiens vita iustorum, qui nequaquam

Arbor.

quam sunt in terrenis studijs fortes, & in cœlestibus debiles, sed longius, atq; distantius studiosos se Deo exhibent, quam sæculo fuisse meminerunt, &c. Ex quibus patet apta comparatio iustorum ad palmam, cum dicitur, *Iustus vt palma florebit*. Sequitur. *Sicut Cedrus Libani multiplicabitur* Ecce alteri arbori iusti cõparantur, scilicet, Cedro. Et hoc propter altitudinem vitæ, & virtutum multiplicitatem. Nam, vt ait gloss. Cedrus arbor immarcescibilis est, & altior cæteris arboribus, & præsertim in Libano, quæ interpretatur candidatio. Ita & iustus est imputribilis stola immortalitatis candidus. Istis ergo arboribus iusti comparantur, quia hæ arbores non arescunt in æstate, vt fœnum, cui impius comparatur: quia citò arescit. Sed locutus est in singulari, dicens, *Iustus*, & non iusti, vt ostendat, ꝙ accipit singulare pro plurali, ideo subdit pluraliter, dicens.

1598 *Plantati in domo domini, in atrijs domus Dei nostri florebunt.*

DOmus enim domini dicitur ecclesia. Domus mea domus orationis vocabitur, in qua hic iusti plantantur per fidem, & vitę sanctitatem, sed postea florebunt in atrijs domus Dei nostri. Atrium enim est initium mansionis, sed domus vocatur interior. Nota ergo, ꝙ hic bis ponit domum Dei. Primò dicit *plantati in domo Domini*, & sic accipit domum pro ecclesia militante. Secundò cum dicit, *In atrijs domus Dei nostri florebunt*, & hic accipit domum pro ecclesia triumphante, de qua Ioan.14. In domo patris mei mansiones multæ sunt. Quia ergo atrium est principium domus, & sic per atria domus gloriæ intellige resurrectionem, per quam totus homo intrabit in domum interiorem gloriæ, & sic hic plantantur, sed in resurrectione florebunt, quando, scilicet, dicetur eis. Venite benedicti patris mei, &c. De istis atrijs dictum est Psal.83. Quam dilecta tabernacula tua, domine uirtutum, concupiscit, & defecit anima mea in atrijs domini. In istis atrijs gloriæ sunt multa. Primò ibi est æternitas sine fine. Psal. 84 Melior est dies vna in atrijs tuis super milia. Secundò ibi est obumbratio

Ioan.2.

Matth.15.

Atrium gloria.

E ab omni iniquitatis ardore. Exo. 40. Circundabit atrium tentorijs, quia ibi sub tegmine, & umbra alarum diuinarũ sancti proteguntur. Ezec. 10. Nubes impleuit atrium interius. Tertiò ibi est clarus splendor gloriæ. Ezec. 10. Atrium repletum est splendor gloriæ domini, &c. Istũ autem versum exponens Hugo ipsum applicat ad domum sanctæ conuersationis vel religionis, dicẽs, Domus Dei nostri, domus sanctæ conuersationis, vel religionis est. Est autem atrium ante domum. Atriũ ergo conuersionis est atriũ renunciationis. Qui enim mundo renun- F ciat, palmam victorię, qua mundum vincit, in atrijs domus Dei nostri plantat. Plantatur ergo in domo conuersionis, floret per famam bonæ opinionis, & facit fructum bonæ operationis. Radicatur aũt per fidem, crescit per spem, roboratur per charitatem. Mirum est tamen, quòd de iustis dicitur. *Plantati in domo Domini*, &c. Mirum, quòd plantatur in domo, & floret in atrio. Sed fortasse per fidem plantatur iustus intus, per exemplum boni operis floret exterius, & sic per famam bonæ opinionis foras exit odor floris. Vel aliter, Plantatur in do- G mo, floret in atrio: quia iusti plantantur in præsenti ecclesia, & flore immarcescibili florebunt in æterna uita. Ibi etiam cum flore recipient fructum, idest, cum mundicia carnis, & animæ futuræ retributionis recipient præmium.

Atrium religionis.

Hugo de S. Victore.

Adhuc multiplicabuntur in senecta vberi, & bene patientes erunt, ut annuncient. 1599

HIc ponitur quartum.s. ecclesiæ cõsummatio, & perfectio, quę erit in fine. Per senectam enim ecclesiæ intelli- H gitur finis ecclesiæ, vt dictum est versic. 1595. Ibi ergo fideles multiplicabũtur: quia tunc numerus electorum erit completus, quia vterq; populus tã Gentilis ꝗ Iudaicus verum Deum esse Christum cognoscent, & confitebuntur. Et hoc est quod ait, *Adhuc multiplicabũtur*, &c. q.d. quamuis ecclesia per numerum iustorũ sit multiplicata, amplius tñ multiplicabitur in senecta vberi: quia.s. ille vltimus status ecclesiæ erit vberior, quia ecclesia magis incipit esse vberrima, cũ ad finem

sæculi

sæculi fuerit perducta. Sed quomodo in A fine ecclesia multiplicatur? quia,s. tunc per Antichristum multi iusti patientur martyrium, vt per suum sanguinem prædicent, & annuncient Christum. Et hoc est quod ait. *Et bene patientes erunt, vt annuncient*, quia patienter omnia sustinebunt, prædicando Christum. Ecce ergo sabbathum, quod iustis dabitur in fine, quia cum cruciatu corporis pacem mentis habebunt. Et si quæras, quid tūc iusti annunciabunt siue prædicabunt. Hoc, scilicet, quòd Deus est iustus puniē do malos, & bonos præmiando. Prædicabunt ergo hoc, quod sequitur.

1600 *Quoniam rectus dominus Deus noster, & non est iniquitas in eo.*

HIc vltimo ponitur quintum, quod est iustitiæ commendatio. Prædicabunt.n. ꝙ Christus Dominus Deus noster est rectus, s. iustus: quia iustus omniū retributor bonorum, & malorum, & ꝙ non est iniquitas in eo, quia. s. non decipit, quod.n. promittit implet. Et nota, ꝙ Christus duas habet naturas, quia est Deus & homo. Et licèt vt homo possit dici rectus, iustus, sapiens, & huiusmodi, non tamen propriè loquendo, vt Deus C dicitur rectus, sed ipsa rectitudo, non dicitur iustus, sed iustitia, non dicitur sapiens, sed sapientia: quia propriè loquendo nomina concreta per se non sunt talia, sed participatione formę qua talia dicuntur, sicut album, nō nisi ab albedine, quam participat: non à se, cùm albū non sit albedo, sed ipsam participās. Sic cum filius essentialiter sit iustitia, rectitudo, sapientia, & huiusmodi, potius debet dici iustitia quam iustus, &cæt. Quod satis ostendit Gregor. lib. 18. mor. c. 32. dicēs, Omnes quidem electi iusti sunt, sapientes sunt, sed participatione sapientiæ, nō D comparatione. Quid.n. sunt homines Deo comparati? Lumen in sapientia, & serui sapiētiæ vocari solent. Sed illa lux illuminās, isti lumen illuminatum, sicut scriptum est, Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem uenientē in hunc mundum. Illis autē tātummodo dicitur, vos estis lux mundi. Ille est iustitia iustificans, iusti autem sunt iustitia iustificata. De Deo quippe scriptum est, ut sit ipse iustus, & iustificans, isti verò dicūt vt nos

Deus dicitur iustitia proprius quā iustus.

Ioan. 1.

efficeremur iustitia Dei in ipso. Aliter ergo venerandum est lumen illuminans, aliter lumen illuminatum, aliter iustitia iustificans, aliter iustitia iustificata. Deus autem est sapientia, & sapit, nec aliud habet esse, & aliud sapere. Serui autē sapientiæ esse quidē sapientes possunt, non tā habent hoc esse, qđ sapere, &c. Cum ergo de Christo dicitur. *Quoniam rectus est Dominus Deus noster*, &c. si vt homo, rectus quidem propriè dr, si autē ut Deus, rectus dicitur rectificans, iustus iustificans, &c. Istum autem uersum aliter exponit Hugo, d. *Quoniam rectus Dominus Deus noster*. Rectus Deus rectū fecit hominem similem sibi, &c. vide sup. versic. 480. Et de rectitudine ibi multa nota. *Hugo.*

PSAL. XCII.

1601 DOminus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudinem, & præcinxit se.



STE Psal. talem habet titulum. *Laus cantici Dauid in die ante Sabbathū, quando fundata (aliàs, inhabitata) est terra*. Pro cuius intellectu est notandum, quòd secundum Hebræos istum Psal. nō fecit Dauid, sed Moyses. Ideo ly *Dauid*, quod ponitur in titulo, non stat pro ipso Dauid patre Salomonis, sed pro significato ipsius, scilicet, pro Christo, quia Dauid interpretatur manu fortis, & aspectu desiderabilis. Ipse autem Christus dicitur manu fortis, quia ei data est omnis potestas in cœlo, & in terra. Est etiam *Matth. vlt.* vultu desiderabilis, quia in ipsum desiderant Angeli prospicere. Et de quo dicitur Agge. 2. Veniet desideratus cunctis, &cætera. Agit autem Psal. iste de regno Christi, quod est ecclesia, sub figura primæ mundi creationis. Vt.n. habetur Genes. 1. sexta die, quæ immediatè præcedit sabbathum, factus est homo ad imaginem, & similitudinem Dei. Quo facto, requieuit Deus die sabbathi, cessando, scilicet, à nouis creaturis creandis secundum genus: quia secundū indiuidua quotidie nouas creaturas producit, per hoc præsignans, quòd post bona opera sex dierum perueniemus ad sabbathū quietis æternæ, quod uesperum, idest, finem

Mortuorũ officium secundis Vesperis caret.

non habet. Et hinc est, quòd in die mortuorum, quod agitur post festum omniũ sanctorum, ecclesia in vespera non facit officium pro mortuis: ad denotandum, quòd requies, quæ ea die optatur eis, fine caret. Item notandum, quòd quamuis ad litteram in sexta die ante sabbathum nõ fuerit terra fundata, sed in prima die, quia in principio fecit Deus cœlum, & terram, ideo tamen dicitur, quòd sexto die fundata est terra: quia factus est homo de terra. Et per hoc mysticè designatur, quòd in sexta ætate, quę per sextum diem figuratur, venit Deus hominem de terra factum reformare. Tunc.n. mysticè fundata fuit terra, idest, homo de terra factus, qui prius per peccatum fuerat deformatus, cum homo per aduentũ Christi in fide fuit immobilis factus. Est ergo sensus titulitalis. Hic Psalmus est *laus cantici Dauid*, i. iste Psalmus agit de laude diuina ipsius Christi, de eo, scilicet, quod fecit quando fundata est terra ante diem sabbathi, i. de eo, quod fecit in sexta die, i. in sexta ætate sæculi, quia scilicet venit Christus in carnem verum fundamentum, & in fide fundauit hominem. Et sic iste Psalmus agit de regno Christi, quod factum fuit, quando Christus incarnatus fundauit per fidem ecclesiam. Diuiditur autẽ iste Psalmus in tres partes: quia primò agit de regni Christi inchoatione, secũdò de regni Christi impugnatione, ibi. *Eleuauerunt*, tertiò de regni Christi confirmatione, ibi. *Mirabiles.* Quantum ad primum sciendũ, quòd licet Christi regnum per fidem incœperit in eius natiuitate: quia tũc etiã reges sibi fuerunt subiecti, ut patet de Magis, qui venerunt ipsum adorare, vt habetur Matth. 2. tamen istud satis mansit abscon ditum usq; ad eius resurrectionẽ, ascensionem, & Spiritussancti missionem. Et ideo regnum istud tunc dicitur inchoatum, quia tunc notoriè fuit diuulgatum. Et secũdum ista tria ista pars habet tres partes, quia ostendit regnum Christi ex tribus inchoatum: primò ratione suę resurrectionis: secundò ratione Spiritussancti missionis, ibi, *Etenim*, tertiò ratione suæ ascensionis, ibi, *Parata sedes.* Primò ergo ostendit Christi regnũ inchoatum ratione resurrectionis. Vbi notãdũ, quòd vestimentum Christi dicitur eius humanitas, qua diuinitas, & anima operiebantur, secundum dictum Apostoli, Semetipsum exinaniuit, formã serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo. *Philip. 2.* Istud autem vestimẽtum ante resurrectionem videbatur infirmum, & debile: quia eius humanitas ligata, flagellata, crucifixa, & mortua fuerat deturpata: quia proprio sanguine cruentatum. Esa. 53. Vidimus eum non habentem speciem, neq; decorem. Fuit dissolutum, quia corpus ab anima separatum. Ioã. 19. Inclinato capite tradidit spiritum. Sed in resurrectione, vt se verum regem ostenderet, cõtra defectũ infirmitatis accepit potestatis plenitudinem, vnde statim post resurrectionem dixit, Data est mihi omnis potestas. *Matth. vlt.* Contra deturpationem assumpsit decorem: quia pulcher, & gloriosus resurrexit. Contra passionem, & mortem surrexit immortalis. Quantum ad potestatem dicit, *Dominus regnauit.* Quantum ad dotes gloriosi corporis, ait, *decorem indutus est.* Quantum ad immortalitatem, ait, *indutus est dominus fortitudinem*, &c. Et nota, q; propriè Christus super fideles regnare dicitur, vt verus rex non ut tyrannus, quia habet omnia, quę ad verum pertinent regem, ut distinguatur à tyranno, vide supra vei sic. 735. 767 Nota hic, quòd aliud est accingere, aliud præcingere, &c. glos.

Etenim firmauit orbem terræ, qui non commouebitur. 1602

Hic ostendit regnum Christi inchoatum ratione missionis Spiritussancti. Vbi aduertendum, q; orbis dicitur à rota rotunda. Et sic dicitur orbis quælibet res rotunda, & figuræ sphæricæ. Et ideo quia mundus est rotundus, dicitur orbis. Certum est autem, q; quælibet res sphærica, & rotunda multum habilis est ad motum, & faciliter mouetur. Et ideo quia Apostoli domini post acceptionem Spiritussancti multum habiles fuerunt ad discurrendum per mundum, quia in paruo tempore totum mundum Christi fide repleuerunt. Psal. 18. In omnem terram exiuit sonus eorum, &c. ideo quilibet ipsorum orbis terrarũ dicitur: quasi circulus terrarum propter velocitatem motus,

Orbis terræ sunt Apostoli.

motus,& cursus ipsorum. Isti autē Apostoli etiam ante aduentum Spiritussancti etiam mobiles ualde erant, & parum in fide stabiles,ut paruit de Petro tēpore passionis.& cęteris Apostolis,qui omnes,Christo relicto,fugerūt.Sed per aduentum Spiritussancti fuerunt in fide stabiles,vt nec verba principum timerent, nec uerbera ut à fide caderent,vide sup. versic.1008.Et hoc præuidens Psalmista ait, *Et enim firmauit orbem terra* s. ipsos Apostolos, *qui non commouebitur*,s.amplius à fide. Vel si per orbem terræ mundus intelligatur:tunc accipitur continēs pro contento. Et est sensus, *Firmauit orbem terra*, &c. idest,homines habitantes in orbe terræ ad prædicationem Apostolorum fecit in fide stabiles, ut paruit in martyribus,qui non blandis,non aspe ris à Christi fide euelli poterant, unde glos. *Et enim firmauit orbem terra*,i.in toto orbe aliquos firmauit,qui nulla concussione commouebuntur à fide. Orbis ergo, qui non commouebitur, est cætus credens in Christum, paratus non mollescere linguis laudātium,nec frangi linguis vituperantium. Vel per orbem terræ intellige ipsum Christum, qui orbis dicitur ratione diuinitatis, qui ad instar orbis siue circuli caret principio, & fine ratione æternitatis,ratione uerò corporis dicitur terra, quia de terra formatū, vide sup. uers.929. De quo orbe dicitur 1.Reg.2.Domini.n.sunt cardines terrę, & posuit super eos orbem, quia Christū omni creaturæ præfecit. Psal.8.Istum orbem sic Deus firmauit,vt nullis aduersis commoueri posset. Videbatur enim Deus contra ipsum in passione commotus, ipse tamen incommotus permansit. Procuratione enim dæmonis uidebatur Deus cōtra Christum commotus. Vnde dicebat ipsi dæmoni,Tu autem commouisti me aduersus eum, ut affligerē eum frustrà. Commouit ergo diabolus Deū aduersus filiū, ut ipsum morti traderet, quando primos parentes tentādo traxit ad culpam. Qui tamen Christus frustra dicitur afflictus,quia sine proprio peccato fuit passus. Quæ ostendens Grego.3. mor.c.11.dicit. Si Iob redemptoris nostri in passione posiri speciem tenet:quomodo ad Sathan à Deo dicitur,Commouisti me aduersus eum, ut affligerē eum

Orbis terra significat Christum.

Iob 2.

Gregor. 3. mor.c.11.

Commotus fuit Deus contra Christum.

A frustra?Mediator quippe Dei, & hominum Christus ut culpas hominum extergeret, venit nostræ mortalitatis flagella tolerare. Sed qui unius cum patre,eiusdemq; naturæ est, quomodo per Sathan commotum se aduersus eum pater asserit:cùm constet,q. patris,filijque cōcordiam nulla potestatis inæqualitas, nulla voluntatis interrumpat diuersitas? Sed tamen idem,qui patri æqualis est per diuinitatem, venit propter nos ad flagella per carnem. Quæ nimirum flagella non susciperet,nisi formam damnati hominis redimendi sumpsisset.Et nisi primus homo deliquisset, secundus ad passionis

B probra minimè venisset. Cùm ergo primus homo per Sathan cōmotus est,tunc est Deus in hominem secūdum commotus. Sathan ergo ad huius afflictionem tūc dominum commouit, quando in paradiso primum hominem à iustitiæ culmine per inobedientiam prostrauit.Nisi enim Adam primus per uoluntarium vitium in mortem culpæ transisset: secundus sine vitio in mortem carnis voluntariam non ueniret. Bene ergo ei de redēptore nostro dicitur, Cōmouisti me aduersus eum,ut affligerem,&c. Ac si aper-

C tè dicatur. Dum iste non sua, sed illius causa moritur,tunc me in huius afflictionem commouisti, cum illum à me callida persuasione traxisti. De quo & bene additur, frustra. Frustra quippe afflictus est, qui & culpæ vltione pressus est, & culpæ contagione inquinatus nō est.Frustrà passus est,qui in carne natus,& propria admissa non habuit, & tñ penā carnalis sine culpa suscepit. Hinc est,q. per Prophetam loquitur dicens, Quæ nō rapui,tūc exoluebam. Adam quippe in paradiso conditus,diuinæ scientiæ similitudinem superbè rapere uoluit,sed tñ pœ-

D nas huius superbiæ sine culpa mediator exoluit.Frustrà ergo & non frustrà afflictus est, qui & in se quidē admissa nō habuit,sed cruore suo reatus nostri maculā tersit. Et quamuis pater pro nobis sic aduersus Christū fuerit cōmotus,ipse tñ Christus dexterę diuinę ptāte munitus, in passione incommotus permansit,ipso dicente, A dextris est mihi Dñs,ne commouear. Et hoc notans de Christo nunc Psalmista d. *Etenim firmauit orbem terra*, scilicet,Christum,*qui non commouebitur*.

Commotus nō fuit Christus in passione.

Psal.68.

Psal.15.

1603 *Parata sedes tua, Deus, extunc: à seculo tu es.*

HIc ostenditur Christi regnum paratum ratione suæ ascensionis. Vbi aduertẽdum, quòd sedes Dei dicitur anima iusti, quia ibi tanquam Dominus habitat in sede. Vnde ipse ait, Esaiæ 66. Cœlum mihi sedes est. Vnde Gregor. lib. 19. mor. c. 21. Quid enim aliud cœlum, nisi sublimis debet intelligi vita sanctorum? Cui cœlo dicitur, Attende, cœlum, & loquar. Non enim insensibili sed rationali creaturæ loquebatur. De hoc cœlo ait dominus. Cœlum mihi sedes est. De qua etiam sede aliàs scriptum est, Anima iusti sedes sapientiæ. Quia ergo sapientia est Deus, si sedes cœlum est, & anima iusti sedes est sapientiæ, & cœlum est vtique anima iusti. In ista autẽ hic habitat Christus per gratiam, sed in patria per gloriã. Et nulli dubium, quòd perfectius habitat Christus in patria, quàm hic in via. Cùm ergo ascensio Christi fuerit principium, quo animæ intrauerũt gloriam: quia tunc captiuos, quos resurgendo de inferno traxit, ad cœli gloriam secum perduxit. Et hoc est, quod hic ait, *Parata sedes tua extunc*, i. parata, & perfecta fuit sedes regni tui, i. anima iusti, *extunc*, scilicet, à tempore ascensionis, modo ly *extunc*, potest denotare tempus passionis, quia per passionem meruit omnium habere imperium: iuxta modum loquendi Apostoli ad Phil. 2. dicens, ꝙ factus est obediens vsque ad mortẽ, propter quod & Deus dedit illi nomen, &c. vt in nomine Iesu omne genu flectatur. Extunc ergo, scilicet, ab ipsa passione parata fuit Christi sedes, & in perpetuum. Ne tamẽ putes Christi regnum tũc solum in passione esse paratum addit, *A seculo tu es*. Quasi dicat, secũdum humanitatem sedem mundi meruisti per passionem, sed secundum diuinitatem à sæculo, idest, ab æterno tu es verus Deus, verus Dominus, & omnium imperator. Vel per sedem Christi intellige eius crucem, quæ in passione eius fuit parata, quando pellis Christi ibidem fuit affixa, & membris eius ornata, ut eius contemplatione vitaremus peccare. Vide exemplum de rege Cambise, qui pellem iudicis sedi affixit, &c. vide supra vers. 742.

Deut. 32.

Prou. 24.

E *Eleuauerunt flumina, Domine, eleuauerunt flumina vocem suam.* 1604

HAec est secũda pars, in qua agitur de regni Christi impugnatione. Vbi sciẽdum, ꝙ regnum Christi postquã fuit inchoatum per eius resurrectionẽ, ascẽsionem, & Spiritussancti missionem, à multis multipliciter fuit impugnatum qui ex toto nolebãt dissipare Christi nomen, & eius fidelium. Fuit autem dupliciter impugnatum, primò à Iudæis, & sacerdotum principibus, secundò à tyrannis, & Romanis Imperatoribus. ibi, *Eleuauerunt flumina, fluctus*. F Vbi primò notandum, quod per flumina intelligitur decursus vitæ præsentis. Vt autem Greg. dicit, Quid enim nomine fluuij, nisi humani generis decursio designatur, qui velut à fontis sui origine nascendo surgit? sed quasi ad ima defluens moriendo pertransit. Sic ergo per fluuium accipe malos, qui solum uita corporali non spirituali viuere quærunt. Ex quibus erant principes sacerdotum, qui primò contra Christi regnum leuauerunt vocẽ suam, eius resurrectionem, & ascensionem negare volentes, unde loquẽtibus Apostolis G ad populum, superuenerunt sacerdotes, & Magistratus populi, dolẽtes, quòd docerẽt in Iesu resurrectionem ex mortuis, vnde vocantes Apostolos, denunciauerunt, ne omnino amplius loquerentur in nomine Iesu. Similiter dixerunt, præcipientes præcepimus vobis, ne doceretis in nomine Iesu, & ecce repletis Hierusalem doctrina vestra. Et cæsis eis, denunciauerunt eis, ne amplius loquerentur in nomine Iesu. Et hoc est, quod ait Psalmista, quod *flumina*, i. sacerdotũ principes contra Christi regnum eleuauerũt vocem suam, s. præcipiẽdo Apostolis, ne H in nomine Iesu ausi essent prędicare. Sic & quando Stephanus eis Iesum prædicabat, ipsi exclamantes voce magna, impetum fecerunt vnanimiter in eum.

Fluuius significat vitam præsentem.

Gregor. 33. mor. c. 7.

Act. 4.

Act. 5.

Eleuauerunt flumina fluctus suos, à vocibus aquarum multarum. 1605

POnitur hic impugnatio facta à tyrannis, & gẽtilibus. Fluctus enim fluuiorum differũt à voce, vel à sono aquarum, quia vox aquarum solùm terret, sed

Fluctus significat persecutionem Gentilium. sed fluctus non solum terret, sed etiam necat, Sic impugnatio Iudæorum fuit quasi uox fluuii, quia de facto paucos ex Apostolis occiderunt, sed uocibus præcipiendo ipsos terrere conabantur. Sed impugnatio paganorum fuit crudelior, quia gladijs vbique Christi fidem persequebantur, & trucidabāt fideles. Et ideo impugnatio Iudæorum dicitur vox fluminis, sed impugnatio gentilium, & Romanorum dicitur fluctus. Vnde de gentilibus dicit, *Eleuauerunt flumina fluctus suos*. Sub istis enim fluctibus occubuit Petrus, & Paulus, Andreas, Thomas, & cæteri Apostoli. Ideo de tyrannis, & Romanis principibus, qui gladijs Christi regnū impugnabant, dicebat ecclesia Christi, *Psal. 41.* Omnia excelsa tua, & fluctus tui super me transierunt. Et Psalmo 87. Omnes fluctus tuos induxisti super me. Sed vnde habuerunt Romani principes, ut Christum persequerātur, nisi moti à vocibus aquarum multarum? quia ad voces Apostolorum Petri, & Pauli prædicantium Christi fidem fuerunt commoti ad fidem Christi sequendum. Et hoc est quod ait, *A vocibus aquarum multarum.* Vel aliter iste versiculus, & præcedens in bonum possunt exponi. Vbi aduertendum, quòd textus lxx. interpretum ex istis duobus versiculis solū facit vnum, dicens, *Eleuauerunt flumina, Domine, vocem suam à vocibus aquarum multarum.* Cætera autem, quæ ponuntur, non sunt in editione lxx. interpretū. Aliqui ergo hoc totum in bono exponentes, per flumina intelligunt Apostolos, qui ad modum fluuij repleti spiritus gratia ecclesiæ ciuitatem lætificauerunt. Psalmo 45. Fluminis impetus lætificat ciuitatē Dei. Ista flumina leuauerunt uocem suam, audacter prædicando, accepto Spiritusancto, qui prius clarè loqui non audebant, nonne clarè eleuauerunt uocem suam, quando principes sacerdotum præceperunt Apostolis, ne omnino loquerentur vel docerēt in nomine Iesu. Quibus Petrus, & Ioannes dixerunt, Non possumus non loqui, quæ uidimus, & audiuimus, & obedire Deo magis oportet, quam hominibus. Eleuauerunt fluctus suos, quando, miraculis ostensis, corda gentilium conuertebant ad fidem, & usq; ad mortē defenderunt fidem, quam gratis ante per-

A sequebātur. Et propter hoc ipsi Apostoli erāt honorati à multis populis, & exaltati. Et hoc est, quod subditur, *A vocibus aquarum multarum.* Vnde cum Paulus, & Barnabas prædicarent Lystris, turbæ leuauerunt uocem dicentes, Dij similes facti hominibus descenderunt ad nos.

Mirabiles elationes maris, mirabilis in 1606
altis Dominus.

Hic cōsequēter ponitur regni Christi confirmatio. Ex duobus autem confirmatum, & multiplicatum fuit regnum Christi, s. ex persecutionibus tyrā- B norum, & ex operationibus miraculorū. ibi, *Testimonia.* Quantum ad primum mirabilis fuit Christi regni & Christianorū multiplicatio, & confirmatio, quia quanto amplius Christi nomen persequebatur, & Christiani trucidabantur, tanto plus crescebant, & augebantur. Sic. n. incepit augeri, & cōfirmari in capite Christo: *Christ⁹ plures conuertit moriendo quam viuens.* quia plures ad fidem conuertit moriendo, quàm uiuens, quia ut dicit Gregor. 29. mor. c. 7. Christus moriens fidem suam in gentibus dilatauit. Quæ dilatatio fidei non fieret nisi ipse prius vitam, quam nouimus, moriendo despiceret, & C vitam, quam non nouimus, resurgendo monstraret. In morte quippe sua nostræ mentis oculos aperuit, & quæ esset uita, quæ sequeretur, ostendit. *Luc. 24.* Vnde & hunc in euangelio tenens ordinem dicit: Sic oportebat Christum pati, & resurgere à mortuis tertia die, & prædicari in nomine eius pœnitētiam, & remissionem peccatorum in omnes gentes. Pauci enim ex plebe Israelitica, ipso prædicante, crediderūt, plurimi verò gētium populi viam vitæ, illo moriente, secuti sunt. *Iudic. 15. & 16.* Quod bene Sāson in semetipso figuraliter ostendit, qui paucos quippe, dum uiueret interemit: D destructo autem templo, hostes innumeros, cū moreretur, occidit. Quia nimirum dominus ab elatione superbiæ paucos cum uiueret, plures verò cum templum sui corporis exolueret, extinxit, atque electos ex gētibus, quos uiuendo sustinuit simul omnes moriēdo prostrauit. Sic & sui Apostoli, & fideles in persecutionibus sunt multiplicati, & cōfirmati in fide. Et hoc est, qđ ait nūc, *Mirabiles elationes maris*, Quid. n. elationes mirabiles maris sunt, nisi contra fideles

Persecutionibus crescit ecclesia. Christi mirabiles persecutiones malorum. Inter quas mirabilis Dominus apparuit, quia in illis persecutionibus mirabiliter persecutorum multitudinem conuertit ad fidem. Vnde istum textum ad propositum inducens Greg. lib. 9. moral. c. 5. super illo verbo Iob 9. Graditur supra fluctus maris, dicit. Quid. n. maris nomine, nisi in bonorum necem sæuiens huius mundi amaritudo significatur? &c. vide supra versic. t 509. Dicit ergo, *Mirabiles elationes maris*, idest, mirabiles fuerunt persecutiones malorum contra ecclesiam, scilicet dum fideles vbique persequebantur, & trucidabantur. Sed *mirabilis in altis Dominus*, s. plus apparuit, qui scilicet, fidem suam maximè in persecutionibus crescere fecit.

1607 *Testimonia tua credibilia facta sunt nimis, domum tuam decet sanctitudo, domine, in longitudinē dierum.*

Hic ponitur secūdum, quo regnum Christi cōfirmatum est, quod fuit miraculorum operatio. Opera. n. miraculosa per Apostolos per orbem facta, & alios successores ipsorum, fuerunt quasi quoddam certum testimoniū, quo Christi fides fuit confirmata, & in cordibus gentilium dilatata, quia miracula facta confirmabant in cordibus audientium fidem, quam verbis prædicabant. Et hoc *Mar. vlt.* est, quod dicitur Mar. vlt. Illi autē profecti prædicauerunt, vbiq; domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis. Et ista miracula fuerunt testimonia Christi fidei credibilia nimis. *Testimonium operibus credibile est.* Item ex alio: nam maius est testimoniū datum operibus quàm verbis. Testimonia autem Christi non solùm verbis, vel miraculis data fuerunt, sed multo fortius factis. Quia fideles pro testimonio dando fidei Christi, vitam suam dabant in mortem, vnde & martyres testes dicūtur. Cogita quale testimonium fuit fidei, quam prædicabāt Petrus, & Paulus, martyrium, quod vna die susceperunt, quale testimonium Laurentij, & aliorum martyrum. Certe testimonia magis credibilia quàm verborum. Et quia testimonia fidei dabant martyres sanguine proprio: ideo dicit Psalmista, *Testimonia tua credibilia facta sunt nimis*. Vnde cum Pau-

E lus ad Hebræos 11. narrasset multorum martyrum pœnas, & mortes diuersas concludit dicens. Et hi omnes testimonio fidei probati inuēti sunt. Et nota, quòd hoc quod dicit, *Testimonia tua credibilia facta sunt nimis*, quòd nimis quandoque notat superabundantiam, & tunc est vituperabile: vt, cum dicitur, nimis comedis, vel nimis peccasti. Sic enim Dauid ait quando reprehensus fuit de peccato, qd' fecerat, Peccaui nimis in hoc facto. Qn̄que verò notat multum, vel perfectionem, vt cum dicitur, nimis honorati sunt amici tui, Deus, idest, multum vel perfe- *Nimis accipitur dupliciter.* *1. Paralip. 21.*

F ctè. Sic & hic cum dicitur, *Testimonia tua credibilia facta sunt nimis*, idest, multum, & perfectè credibilia sunt facta. Perfectè autem, & nimis credibilia facta sunt testimonia fidei, quia ipsi Apostoli habuerunt in se omnia, quæ aliquem faciūt esse credibilem secundum Philosophum 3. Rhetor. vide supra versiculo 252. Sequitur. *Domum tuam decet sanctitudo Domine, in lon*, & cætera. Per hoc enim vult ostendere, quòd decens fuit ecclesiam Christi habere testimonia credibilia: quia indecens est, quòd in domo Domini, quæ est ecclesia, aliquod non solum

G falsum inueniatur, sed etiā nec aliquod falsitatis suspicionem habens. Et ideo, vt omnis falsitatis suspicio tollatur de domo Domini, ipsam decet habere sanctitatem per quam testimonia eius credibilia reddantur. Hoc etiam notādum, quòd de domo ecclesiæ Christi dicit, *Domum tuam decet sanctitudo*, &c. quia clericis, qui in domo ecclesiæ testimonia fidei reddere debent, non sufficit, quòd sint sancti, sicut & cęteros sæculares esse decet, sed magis requiritur iuxta modū loquendi, quod sint sanctitudo. Sancti- *Sanctitudo competit clericis sanctitas laicis.*

H tudo enim plus importat quàm sanctitas, sicut albedo plusquam album, quia album est album ratione albedinis, non autem albedo est albedo propter album, sic & sanctitas est ratio, qua aliquis dicitur sanctus, & non econtrario. Clericos ergo, qui habitant in domo domini, decet sanctitudo, sed sæculares decet sanctitas, quia clerici debent esse causa sanctitatis laicorum, & non econtrario, quòd laici sint causa sanctitatis clericorum.

PSAL. XCIII.

1608 **D***Eus vltionum dominus, Deus vltionum liberè egit.*



TITVLVS huius Psalmi est, *Psalmus Dauid quarta sabbathi*. Ad huius intellectum sciendum (vt communiter dicitur) q David non fecit istum Psalmum, sed Moyses, ad extirpandum vnū errorem, qui suo tempore per mundum seminabatur, quo multi de populo Israel erant corrupti. Qui error erat, q Deus non regit ista inferiora, neque de illis curat, quia cùm Deus sit summæ sapientiæ, ac potestatis, & summè bonus, si ista gubernaret, in istis inferioribus nihil inordinatum fieret, sicut in cœlestibus, quæ ipse gubernat, omnia seruant ordinatam sibi dispositionem, & ab illa non variātur, sicut patet de motu cœli, quod semper vniformiter mouetur, de motu solis, & Lunæ, stellarum, & huiusmodi. Ista autē inferiora multipliciter variantur, & in illis multa mala contingunt, vt homicidia, furta, sterilitas terræ, aeris infectio, pestilentia, &c. Etiam ex alio fortificabatur error iste, quia videmus, q in istis inferioribus indistinctè bona, & mala dantur bonis, & malis, & amplius bona malis, & mala bonis. Quod non contingeret, si Deus ista inferiora gubernaret, cùm ipse sit summa iustitia. Iste autē error fuit tempore Moysi. qd patet, quia iste error fuit tpe Iob. Vnde de Deo dicitur, Nubes latibulū eius, circa cardines cœli perambulat, nec nostra considerat. Moyses autem, & Iob fuerunt eodē tpe. Qd patet, quia Baldath Suites, qui fuit ex quatuor amicis Iob contra eū disputantibus, fuit ipse Baldath, qui fuit tēpore Moysi. de quo habetur Nume. 22. Ex quibus sequitur, q error iste currebat tēpore Moysi. Cum ergo error iste sit pessimus; quia ad ipsum sequitur, q homines non curent bene agere, sed q erunt ad vitia proni, & sequentur magis delectabilia quam iusta: magis sensum quam rationem: Ideo quia Moysi fuit singularis cura ad extirpādum dictū errorē, istū Psal. fecit, in quo apertè ostendit Deum considerare ista inferiora, & malos punire, ac bonos remunerare. Vnde ait, *Deus vltionum Dominus*, & infra, *Intelligite insipientes in populo, & stulti aliquando sapite*. nunquid, qui finxit oculū, non cōsiderat? Ad propositum ergo iste ps. intitulatur. *Psalmus Dauid quarta sabbathi*. Quarto enim die sabbathi, i. quarto die septimanæ, s. die mercurij, vel quarto die ante sabbathū, quod idem est: Deus fecit cœli luminaria, s. solem, & lunam in potestatem diei, & stellas in potestatem noctis. Ad denotandum, q fideles debent esse inter alios certantes tanquā luminaria lucentes in mundo, ne, s. isto errore capiantur, sed luminosè cognoscant per intellectum ipsum Deum per se omnia regere, & disponere, sicut & ipse omnia creauit, & fecit, ut ostēsum fuit superius vers. 566. Et est ergo sensus tituli talis secundum illos, qui dicunt hunc Ps. factum à Moyse. Psal. Dauid, i. Christi: quia ostendit Christū omnia regere quarta sabbathi, i. nos inducens ad lumē intellectus, quo cognoscamus Deū omnia regere, quod lumē figuratur per quartam sabbathi: qua die luminaria in cęlo facta fuerunt. Vel secūdum alios Dauid fecit istum psal. & hoc tenet glos. & tunc clarior est titulus. Intentionem mouet, vt, cognito Deo omnium gubernatore, patientiam habeamus in aduersis. Diuiditur autem psalmus in partes tres, quia ostendit primò Deum malorum esse punitorem, secundò ipsum cunctorum esse cognitorē, ibi, *Intellige insipiens*. Tertiò ipsum esse bonorum præmiatorem. ibi, *Beatus homo*. Quantum ad primum ostēdit Deum malorum punitorem, maximè cum prauos Aegyptios Dei populum persequentes iustè, ac manifestè puniuit. Circa quod tria facit, quia primò Deum vltorem malorum prædicat, secūdò Deum ad malos puniendum inuocat, ibi, *Exaltare*. tertiò peccata Aegyptiorum punienda manifestat, ibi, *populum tuum*. Quantum ergo ad primum, sciendum quòd homines aliorum iudices in iudicando non sunt veri domini: tum quia altiorē dominū habent supra se, scilicet Deum: tum quia ex suo libero arbitrio alios nō debent iudicare, sed solum secundum leges, & iura, 3. q. 7. iudicet ille. 2. q. 1. vnus, & cap. si peccauerit. Propter quod dicit Greg. 24. mor. c. 29.

Error quòd Deus nō regat ista inferiora.

Iob 22.

Moyses, & Iob fuerūt in eodem tempore.

Deus libere dominus & iudex est. quòd quilibet iudex in terris cogitare debet, quòd superiorem iudicem habet in cœlis. Deus autem cum superiorem iudicem, vel dominum non habeat, neq; in terris neque in cœlis: sequitur, quòd ipse solus verus est, & liberè potest iudicare, quem vult punire, & cui vult parcere potest. Et ideo vocatur Dominus punitionum: quia aliquem punire vel non punire, liberè subest iustę suæ voluntati. Quod attendens Psalmista ait, *Deus vltionum est dominus*, idest, Deus est dominus vltionum, vel punitionum, & liber dominus: quia non subditus alicui domino, vel legibus, vnde subdit, *Deus vltionum liberè egit*. Et ex hoc vult Psalmista nos inducere ad patientiam habendam in aduersis, quia si aliquis tibi iniuriatur: cogita Deum esse dominum vltionum & liberum iudicem. Noli tu de tua iniuria *Vindicta Deo est relinquenda.* vindictam facere: quia officium est domini vltionum. Noli dicere, Deus non vindicat iniuriam meam: quia nescis modum quomodo ipse illam vindicandam disposuit. Quæ omnia notans Magister in gl. dicit. *Deus vltionum dominus*. Quasi dicat, Putabatur Deus non vindicare in malos, sed verè vindicat. Ne ergo festines tu alium punire, si ipse te læsit: sicut & tu nolles puniri alio rogare, quem læsisti. Noli subuertere pontem misericordiæ, quem transisti. Et, si ille peccat in te, ne pecces tu deterius, blasphemans Deum. Appende in statera æquitatis illum furem, qui tua bona furatur, & te blasphemum. Ille enim te dormire putat: tu verò Deum, ille somnum captat hominis, vt aliquid furetur, & tu dicis: quia dormitat Deus, & hominem non videt, quia non punit. Nec optes vindictam, quæ si venerit, forsan te inueniet prius. Cogita Christum iudicaturum: quia adhuc in carne loquens liberè egit, nulli pepercit, vitia hominum liberè correxit. Si ergo liberè egit tempore infirmitatis, vt quando in templo docuit tanquam potestatem habens, quia nec veritati eius, nec potestati poterat obuiari. Quid ergo in iudicio faciet, qui iudicandus nec pepercit in verbo? vtique iudicaturus non parcet in facto. Vnde scribitur Eccl. 28 Qui vindicari vult, à Deo inueniet vindictam.

E *Exaltare, qui iudicas terram, redde retributionem superbis.*

Hic Deum ad malos puniendum, inuocat. Et primò Deum ad punitionem inuocat, secundò ad hoc rationem assignat. ibi. *Vsquequo.* Quantum ad primum quo ad litteram Deum inuocat ad punitionem Aegyptiorum, qui iniustè detinebant populum Dei, & dura seruitute opprimebant, dicens, *Exaltare, domine, qui iudicas terram.* Quasi dicat, Vsque modo humilis apparuisti Aegyptijs, permittendo populum tuum ab ipsis af- F fligi, sed nunc, ô Domine, *qui iudicas terram*, idest, qui terrenos habes punire, *Exaltare*, idest, ostende potentiam tuam ipsos puniendo, *Redde retributionem superbis.* Per superbos intelligit Aegyptios qui Dei mandatis nolebãt obedire, vt ad Dei mandatum populum Israel dimitterent, vt patet in Exodo à quinto cap. vsque ad tertium decimum, inclusiuè. Vnde & Pharao dixit. Quis est Deus, vt dimittam populũ? Deum nescio, & Israel non dimittam. Exo. 5. Per ista verba Psaltes Christum inuocabat ad resurrectionem, quasi Christo dicat. Et si inter Iu- G dæos humilis apparuisti, qui ibi te ceperunt, ligauerunt, flagellauerũt, & occiderũt: modo exaltare, qui iudicas terram, idest, tu Christe, cui omne iudicium datũ est à patre: exaltare resurgendo, & ascendendo. *Redde retributionem superbis*, s. puniendo Iudæos contra te superbos. Qđ adimpletum fuit per Titum, & Vespasianum. Et nota, quòd reddere, multas habet significationes. vide versicu. 67. 535. Hic autem accipitur reddere in malum pro malo pœnę, quod fit virtute iustitię. Hic nota, quòd inter omnia vitia super- *Superbia est maius peccatum cæteris.* bia magis puniri meretur: quia inter cæ- H tera peccata est maius malum, si consideres, quòd malum superbiæ est magis generosum in nascendo, magis animosum in videndo, & magis cautelosum in alliciendo. Primò superbia est magis generosum malum in nascẽdo, patet: quia est malũ spirituale, vnde inter Angelicos spiritus fuit adinuentũ. Et ideo nobiliores, & altiores mentes magis infestat. Vnde *Hieron.* Hieronymus in quadam epistola ait, Superbia natione cęlestis, sublimium appetit mentes, & quasi ad proprium rediens ortum,

ortum, appetit omnium gloriam, & puritatem corrumpere, quæ de sua puritate, & gloria corruit, ut quos reperierit participes gloriæ, cōsortes faciat ruinæ. Sic tñ fatua est, ꝙ ad domum nescit redire, Vnde Hugo de superbia dicit, ꝙ est valde immemor, qua via de cœlo cecide rit, vnde illuc postea redire non potuit. *Hugo de S. Victore.* Secundò superbia est uitium magis animosum in uidendo: vnde hoc uitium nō parcit personæ, non loco, non tempori, imò quāto status est superior, siue sublimior, tanto superbia est promptior, ut patet in præsidentibus, & omnibus alijs, in quibus vigere deberet maior deuotio, ibi se magis immiscet superbia, vt magis superbiæ studeant, & ostentationi. Nō. n. parcit personæ: non pepercit Christo, quia Christū spiritus superbiæ tentauit, sed non profecit. *Matth. 4.* Angelum, & hominem inuasit. Quia ut dicit Hier. difficilius arrogantia caremus quàm auro, vel gemmis. *Hieronym.* Nō parcit tempori, imò, quāto dies sanctior, tantò magis infestat. Non parcit statui: imò oēs generaliter inuadit, senes cum iunioribus, religiosos cum secularibus, diuites cum pauperibus, subditos cum superioribus & non est, qui se abscōdat à calore eius. Ideo orat psal. d. Non veniat mihi pes superbiæ, & manus peccatoris nō moueat me. Pes superbiæ est affectus, per quem homo recedit à Deo. Manus peccatoris est tentatio diaboli fortis, qua vt manu ad peccatum impellit. Tertiò est virium cautelosum in alliciendo. Facilè est. n. detestari gulā, luxuriæ resistere. Vnde sicut sagittarius si percutiat bestiam in pede, non est securus de ea, nisi ipsam percutiat in corde, sic si diabolus percusserit hominem in pede per immoderatā affectionē, vel alibi, homo tñ facilè pōt euadere. Sed si percusserit in corde per superbiam, euadere non potest sine difficultate, vnde 4. Reg. 9. Egressa est sagitta per cor regis, statimq; corruit. Et Hier. 49. Arrogantia tua decepit te, & superbia cordis tui. Superbus enim Deo odibilis est, & habet sibi Deum aduersarium, quia ut dicitur Eccl. 10. Odibilis est Deo, & hominibus superbia. Quib. cōsideratis, quid mirum si præ cæteris peccatis puniri meretur? Propter quod ait psaltes, *Redde retributionem superbis.*

A *Vsquequo peccatores, domine, vsquequo peccatores gloriabuntur?* 1610

Ostendit, hic rationem quare peccatores Aegyptios petit puniri. Et duas assignat rationes, prima, quia de peccatis gloriātur, secunda, quia de peccatis contra Deum eleuantur, ibi. *Effabūtur.* Primò quia de peccatis gloriantur, quærunt doctores, quod est maius peccatum, vel certum peccatum committere, vt puta adulterium, uel post cōmissū peccatum in recordatione ipsius gloriari, vel delectari. Et respondent, ꝙ maius *Peccatum magnū est gloria vel delectatio habita de peccato præterito seu cōmisso.* B peccatum est secundum. Quod probatur, quia cum tota ratio peccati stet in uoluntate, vbi est æqualis mala uoluntas, ibi est æquale peccatum. Modo ille, qui in recordatione peccati gloriatur, vel delectatur, hoc ipso ꝙ gloriatur, non detestatur peccatum, sed vult illud se commisisse, & sic tantam uoluntatem habet circa illud, sicut committendo habuit. Vltra hoc habet delectationem nouam uel gloriam, quam primò non habuit, ergo. Et ultra hoc cōmittendo adulterium, habet obiectum extrinsecum, quod ipsum ad peccatum inclinat, habet C etiam carnis stimulū. Sed in delectatione, vel gloria recordationis peccati nullum horum habet, nisi propriam malitiam. Quanto autem peccatum est ex maiori rētatione minus est, & quāto ex minori maior est, ergo. Grauitatē autem hanc peccati allegat ps. ad ipsorum punitionem d. *Vsquequo peccatores, Domine? usquequo peccatores gloriabuntur?* Quasi dicat, vsquequo permittes impunitum peccatum Aegyptiorum, qui gloriantur in peccato suo, s. in hoc ꝙ populū tuum violenter tenent oppressum? Per ista autem verba Psalmista quærit tempus pu- D nitionis Iudæorum, qui gloriantur se Christum occidisse. De quibus dicitur Prouerb. 2. Lætātur cum male fecerint, & gloriantur in rebus pessimis. Et nota, quòd aliqui de peccato gloriantur ante peccatum, sicut ille diues, qui dixit, Anima mea, habes multa bona reposita in annos plurimos: sede, lætare, comede, & cær. *Luc. 12.* Alij gloriantur in peccando. De quibus dicitur psal. 51. Quid gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate? Alij gloriantur post peccatū. vt prædictum

dictum est. Lætantur cum malè fecerint &c. Quorum omnium istud vltimũ est peius: quia minori motiuo committitur.

1611 *Effabuntur, & loquentur iniquitatē: loquentur omnes, qui operantur iniustitiam.*

Hic allegat secundam rationē: quia scilicet illi de peccatis contra Deũ eleuantur, & superbiunt. Videns enim Pharao, q̃ Dei populum subiectũ possi debat, se Deo resistere gloriabatur, nec Dei mādatis volebat subijci. Vnde dixit Exod. 5. Quis est Dominus, vt audiam vos, & dimittam Israel? Deum nescio, & Israel nō dimittam. Et hoc est, quod ait Psa. *Effabuntur, & loquentur iniquitatem.* Vbi aduerte, q̃ for, aris, quod idem est, q̃ loqui, componitur cum ex, & dicitur effor, effaris, qđ est extra loqui. Quod dicitur ad differentiam illorum, qui tantum in corde suo loquuntur, & non extra, sicut dicitur 1. Reg. 1. Porro Anna loquebatur tantum in corde suo. Ille ergo effatur, qui non solum in corde loquit, sed, quod habet in corde, extra loquitur verbis. Vnde, sicut bonum loqui in corde est virtuosum, sed illud ad exemplũ aliorum effari est magis virtuosum, sic & per oppositum de malo, magis vitiosum est malum effari, quo alij corrumpā tur, quàm solum illud in corde loqui. 1. Corin. 15. Corrumpũt bonos mores elo quia praua. Volens ergo psalm. illorum peccata exaggerare, dicit, *Effabuntur, & loquentur iniquitatem*, quia apertè Pharao contra Deum loquebatur, ut dictũ est. Et qui sunt illi, subdit, *Omnes qui operanturi iniustitiam*, scilicet, Aegyptij, qui iniustè opprimebant filios Israel. Et per ista verba psal. notat omnes, qui prædicto errore corrupti, dicũt Deum de istis inferioribus non curare, nec illa regere. Tales. n. effantur, quia, quod intus habēt extra fantur, dicentes contra Deum, Deus non curat ista, vel non placent ei bona, quæ facimus: quia iustis mala eueniunt, sed malis prospera. Cur ergo non facerem quodlibet? Ego malè agendo sum felix, iustus bene agendo est miser. Talia ergo effantur. Sed qui, subdit, *Omnes qui operantur iniustitiam*. Per hoc ēt tangit Iudæos, qui contra Christum expresse loquebantur operantes iniustitiam, scilicet, cum ipsum iniustè traderent. De quibus dicitur Psal. 72. Cogitauerunt & locuti sunt nequitiam: iniquitatem in excelso locuti sunt, posuerunt in cœlum os suũ. Omnes etiam, qui prædicto errore decepti dũ in aduersis murmurant, contra Deum effantur. Vnde Greg. 2. moral. c. 19. Stultè contra Deũ loquitur, qui inter aduersa positus, semetipsum iustificare conatur. Si. n. se sā ctiorem asserere superbè audeat, quid aliud quam iustitiam ferientis accusat?

Effari est externus loqui.

Loquitur contra Deũ qui murmurat in aduersis.

Populũ tuum, domine, humiliauerũt: & hæreditatem tuam vexauerũt. 1612

Hic explicat Aegyptiorum peccata propter quę punitionem ipsorum postulat. Et duo peccatorum genera maximè explicat, s. primò peccauerunt contra proximum, secundò peccauerunt cō tra Deum, ibi. *Et dixerunt.* Contra proximum autem peccauerunt dupliciter, s. per superbiam proximos iniustè subiugando, & per crudelitatem eos passim trucidando. Quantum ad primum dicit, *Populum tuum Domine, humiliauerunt.* Nam humiliare, quandoque idem est, q̃ altum sibi subiugare, & ad bassum sub se ponere, vide supra versic. 616. 896. 1233. Ipsi autem Aegyptij populum Domini humiliauerunt, quia ipsos oppresserunt operibus duris, luti, & lateris ad faciendum ciuitates Pharaonis, ut habetur Exod. 1. Intantum quòd uitam eorum ad amaritudinem perducebant. Et quòd intelligat per populum Domini filios Israel, subdit, *Et hæreditatem tuam vexauerunt*, scilicet, ipsos filios Israel, qui soli hæreditas Dei dicebantur, ut ostensũ fuit superius vers. 1356. Per hoc vult ps. allegare Deo superbiam mundanorum, qui dicunt Deum non regere ista inferiora, & ideo potentia opprimũt iustos, & humiliāt, sicut Nero humiliauit Apostolos Petrum, & Paulum, & oppressit. Decius Sixtum, & Laurentium. Maxentius Caterinam. Vel possunt verba prædicta intelligi de humiliatione virtutis, eo quòd aduersa inflicta multoties etiā ad ueram humilitatem deducunt hominem, & ipsum in humilitate conseruāt. Et sic Aegyptij humiliauerunt Israelitas,

Humiliantur boni à malis.

tas, & tyranni humiliauerunt iustos, & A martyres Christi. Ideo. n. Deus permittit iustos ab iniquis hæc pati, ut seipsos cognoscentes ad virtutem proficiant humilitatis, vel habitam custodiant humilitatem. Sic. n. datus est Paulo stimulus tentationis, vt virtutem seruaret humilitatis. Vnde ait Greg. Cum. n. virtutib. pro ficimus, si nulla nos pulsaret aduersitas. non alicuius fortitudinis esse crederemus. Sed, quia nobiscum superna dispẽsatione agitur, ut infirmitatis nostræ, q̃ proficiendo obliuiscimur, aduersis percussi recolamus. Sæpe enim anima alicuius boni sibi conscia, cũ uirtutes suas B sibi ad memoriam reuocat, quadam delectatione pascitur, & quasi gratulatione propriæ plenitudinis impinguatur. Sed, cum aduersitatibus tangimur, qui nos alicuius esse momenti bona nostra pensando credidimus, iam pulsati aduersitatibus formidamus, tunc iniquos nos esse deprehendimus, qui sanctos nos paulò ante esse credebamus. Tabescit mens, stupescunt oculi, & omne, quod prius prosperum arridebat, euanescit &c. Ad propositum ergo mali populum domini humiliant, cum bonos aduersitatib. pul C sando, ipsos in humilitate conseruant. Bonos ergo à malis permittit Deus aduersis humiliari, vt per humilitatem à fulmine diuinæ sententiæ finaliter liberentur. Docet experientia, quòd natura fulguris est transire per medium corporis porosi, & non resistentis absque læsione, corpora verò resistentia in pulue rem redigit. Sicut patet 3. Meteororum, secundum Albertum de ferro posito in vagina. Nam per fulgur ferrum comminuitur, vbi vagina manet illæsa. Cuius causa est resistentia ferri. Sic spiritualiter gladius diuinæ vltionis humiles, & obediẽtes Deo transit sine læsione, con D terit autem, & cõminuit resistentes superbos. Hac ergo ex cã permittit Deus, vt populus suus humilietur, s. vt boni ad uersis affligantur à malis. Vnde iusti dicunt, Humiliasti nos in loco afflictionis.

Gregor. 23. mor. c. 27.

Psal. 43.

1613 ***Viduam, & aduenam interfecerunt, & pupillos occiderunt.***

EXplicat hic peccatum crudelitatis ipsorum. Quantum ad literam præcepit rex Pharao obstetricibus, quòd quicquid masculini sexus ex Hebræis nasceretur, occiderent, sed fœminas reseruarent. Quod quia obstetrices timẽtes Deum non fecerunt, Pharao præcepit populo suo, ut quicquid ex Hebræis masculini sexus nasceretur, proijcerent in flumen. Nulli autem dubium esse debet, quòd tam patres quàm matres vidẽtes tam crudelem sententiam in filios suos datam, postquam nati erant, antequam filij necarẽtur, ipsi parentes dolore deficiebant. Et sic ex mãdato dato interficiebantur dolore etiam antequã na ti necarentur. Et hoc est, quod dicit, *Viduam, & aduenam interfecerunt.* Ipsi. n. Israelitæ aduenæ erant in Aegypto. Et sic per viduam intelligit matrẽ, sed per aduenam patrem. Moriebatur. n. primò do lore pater pueri necandi, & sic vxor vidua remanebat, consequenter moriebatur hæc vidua relicta, post quorum mor tes occidebatur pupillus, qui remanebat Ex quibus sensus literalis clarus apparet. Per hoc. n. vult psal. exaggerare ipso rum peccatum, quia contra istos sæuiebant, s. contra viduam, & aduenam, & pu pillum, quibus Deus magis præcipit mi sereri. Per hoc vult ps. ostendere crudelitatem malorum cõtra bonos, qui uiduã occidunt, dum animũ Christi sponsam suis persecutionibus suo sponso Christo priuant, & ad mortem spiritualẽ perducunt. Aduenæ sunt pauperes Christi, qui hic manentem ciuitatem non habent, sed futurã inquirunt. Quos interficiunt, dum eos blandis, vel asperis ad mundũ per amorem terrenorum reducunt.

Et dixerunt, non uidebit dominus, nec intelliget Deus Iacob. 1614

OStendit, hic quomodo directè peccauerunt contra Deum, s. negantes scientiam Dei, quæ Deus est. s. quia negabant Deum cognoscere ista inferiora, qui error est causa omnis peccati. Qui enim corde crederent Deum uidere omnes nos, & nostra tam cogitationes quàm opera, & hoc actualiter cogitaret, quomodo auderet illa mala opera facere, vel corde cogitare, quæ cogitare vel facere in conspectu hominum etiã subditorum non auderet? vere nullo mo do. Sed quamuis fide credamus Deum uide-

Deus omnia cognoscit, & uidet.

videre omnia: tamen quando peccamus hoc actualiter corde cogitare negligimus. Error aũt iste ex hoc processit: quia hominibus accidit sicut pueris: qui quãdo clausos habent oculos, neminem vident: ipsi à nemine se videri putant. Sic & peccatores mente non videntes Deũ, se putãt nõ videri à Deo. Vnde Greg. ait exteriora nostra opera patent oculis hominum: longè verò incomparabiliter interiores, ac subtilissimę cogitationes nostræ patent oculis Dei. Omnia enim (sicut scriptũ est) nuda, & aperta sunt oculis eius. Et sæpe in exteriori opere ante oculos hominum inordinari metuimus & in interiori cogitatione Dei respectũ non metuimus, quoniam videntem non videmus. Multo enim magis intrinsecus Deo, quàm extrinsecus hominibus conspicabiles sumus. Vnde sancti oẽs foris, intusq; se conspiciunt: quia reprehensibiles se exterius, vel iniquos interius viderι inuisibiliter timent. Hinc est, quod animalia, quæ per prophetam videntur in circuitu, & intus plena oculis esse memorantur. Quisquis.n. exteriora sua bene disponit: sed interiora negligit, in circuitu oculos habet, sed intus oculos nõ habet. Sancti verò, quia exteriora sua circunspiciũt vt bona de se exempla fratribus præbeant, & interiora sua vigilanter attendunt, quia sese irreprehensibiles interni iudicis obtutibus parant, & in circuitu, & intus oculos habere perhibentur, magisque se quo Deo placeant sua interna conspiciunt, & componunt, &c. Ex quibus patet, quòd cogitans se interius videri à Deo, non peccat. Et sic peccantes credunt, vel nõ aduertunt se interius à Deo videri, nec exterius. Et hoc est, quod dicunt, *Non videbit dominus*. s. opera nostra exterius, *nec intelliget Deus Iacob*, s. nostras cogitationes interius. Et iste error apud homines creuit: quia sciunt Deum esse iustum, & ideo, quando peccata nõ punit, credunt Deũ illa non uidere. Et hoc est quod ait Greg. 25. mor. c. 2. Sæpe.n. euenit, vt, dũ peccatores superna clementia expectat: in maiorem cordis cæcitatem prosiliãt. Ecce dum violentius quisque dum quæ potest, rapit, dum inualidos opprimit, & dum diu omne, quod nequiter concupiscit, exercet, quia nõ subito percutitur, sed eius in finem pœna differtur, nequissima eius actio à Deo videri non creditur, cum tamen scribatur. Oculi eius super vias hominum, & gressus eius considerat. Tunc enim nequaquam cõsiderare credebatur, quando peccator omne malum, quod poterat, inultè perpetrabat. Aestimabatur Deus nõ videre, quia differebat punire. Iniquus igitur totiẽs in peccatis suis non videri à Deo credidit, quotiens inultè peccauit. Peccatores ergo Aegyptij nondum à Deo puniti, credebant à Deo non videri, dicẽtes, *Non videbit dominus*, &c.

Gregor. 19. mor. c. 10.
Hebr. 4.
Ezec. 10.
Deus peccata omnia cognoscit.
Deus cognoscere peccata non creditur quando non punit.

Intelligite insipientes in populo, & stulti aliquando sapite. 1615

Hic ostendit ipsum Deum omnium habere cognitionem. Et duo facit, primò excitat auditores, secundò propositum probat per rationes, ibi, *Qui plantauit*. Quantum ad primum sciendum, quod aliquorum adinuicem cõuersatio est causa participationis morum adinuicẽ. Et facilius mali trahunt bonos secũ conuersantes ad suos malos mores, quàm ipsi trahantur à bonis. Quod satis docet experientia Psalm. 17. Cum electo electus eris, & cum peruerso peruerteris. Societas malorum bonos corrumpit, vt deducit Greg. 6. moral. c. 1. Quia igitur omnes filij Israel, quos Moyses eduxit de Aegypto, nati fuerant in Aegypto, & cum ipsis toto tempore ipsorum cõuersati, ideo multi illorum errorib. Aegyptiorum erant infecti. Vnde & propter hoc ad idololatriam erant proni, quod non fuit, antequam Aegyptum intrarẽt. Inter errores autem Aegyptiorum vnus erat, quòd Deus non cognoscebat ista inferiora nec ipsa regebat, nec considerabat, & sic impunè quilibet poterat idololatrare, & quæcunque alia mala facere. Hos ergo isto errore taliter infectos tanquam fatuos, & insipientes ad suum auditorium aduocat ps. d. *Intelligite insipientes in populo*, &c. idest, intelligite rõnes probantes Deum oĩa scire. Nota quod multiplici ratine insipiens quis dicitur in scriptura, s. Ratione fatuitatis, & amẽtiæ. Ratione iniquitatis, & malitiæ. Ratione inhonestatis, & stultitiæ. Ratione vilitatis, & immunditiæ. Ratione incredulita-

Insipiens quis dicitur multipliciter.

dulitatis,& perfidiæ. Primi sunt illi, qui ad modum amentium Deum negant, vel quasi non esset Deus, de ipso non curāt,
Psal.68. De quibus dicitur, Dixit insipiēs in corde suo non est Deus. Secūdi sunt ad modum furiosorum, qui sine remorsu conscientiæ perpetrant mala, vel gaudēt in
Sap.10. malis. De quibus dicitur, Insipiētiæ suæ reliquerunt hominibus memoriam. Et tales, quia sunt sine virtute, dicuntur insipientes. Nullus.n. eorum, qui secundū virtutem viuunt stultus dicitur, vt dicit Philos.4.Ethic. Tertij sunt ad modū stultorum, qui vestibus vilibus, aut nudi inhoneste incedunt. Homo.n. inhonestus habitu meritò insipiens reputatur, sicut
2.Reg.21. Dauid inhonesto gestu, & modo reputatus fuit insipiens, & repudiatus à rege Geth, & exercitu eius, licèt ipse sagaciter hoc finxerit pro salute sua, quia, ut dicit Cato, Insipiens esto, dum tēpus postulat, aut res, Stultitiam simulare loco, prudentia summa est. Tamen inhonesti reputantur insipientes & temporaliter, & spiritualiter. Vnde Eccl.20. Melior est qui celat insipientiam suam, quam qui abscondit sapientiam suam. Quarti insipientes sunt peccatores, sicut ex operib.
Psal.13. iudicatur. In quorum persona dicitur, Deus, tu scis insipientiam meam & delicta mea, &c. Et ps.37. Putruerunt, & corruptæ sunt cicatrices meæ à facie insipie
Rom.1. tiæ meę. Quinti sunt insipientes, s. increduli, qui credentes se esse sapientes, s. in in fide stulti facti sunt. De quibus dicitur Lucæ 6. ꝙ impleti sunt insipientia, & quærebant quid facerent de Iesu, &c. Et de talibus loquitur Apostolus dicēs,
Ad Tit.3. Eramus, & nos insipientes, s. in Iudaismo, quia ignorabant Iesum, qui est virtus & sapientia. Primo autē modo erāt insipientes illi, quos excitat psal. dicens. *Intelligite insipientes*, &c.

1616 *Qui plantauit aurem, non audiet? aut qui finxit oculum, non considerat?*

HIc adducit rōnes ad propositum. Et probat primò, ꝙ Deus omnia perspiciat, secundò ꝙ mala corrigat, ibi. *Qui corripit*, tertiò cōcludit ꝙ cogitationes nostras cognoscat, ibi. *Dominus scit*. Quantum ad primum volens ostēdere, ꝙ Deus omnia videt, & omnia audit, ar-

A guit sic. Quicquid est perfectionis in hominibus, & creaturis inferiorib. totum prius, & eminentius existit in prima causa, sed perfectionis est in homine, ꝙ ista inferiora audiat, & ꝙ illa videat, ergo & Deus illa videt, & audit. Patet maior, q̄ quicquid habent ista inferiora, habent à prima causa. Quo aūt prima causa alicui daret perfectionem, quam in se non haberet? quia nemo dare potest, quod non habet formaliter, vel virtualiter. Et hanc rōnem ponit d. *Deus qui plantauit aurem*, i. qui aures dedit homini vt audiret, ipse *non audiet*? q.d. inconueniens est
B ponere, ꝙ Deus virtutem audiendi cōicauerit homini, & ipse audire non possit quia tunc perfectior esset homo quàm Deus. Eodem modo arguit, de cognitione d. *Aut qui finxit oculum, nō considerat?* q.d. Deus, qui oculum dedit homini ad cognoscendum alia, ipse nō cognoscet? idest, impossibile est, ꝙ ipse non cognoscat. Et aduerte, ꝙ duplex est oculus, s. exterior, quo videntur corporalia, & interior, quo videntur spiritualia, s. intellectus. Et vtrunque oculū dedit Deus homini, vt cognosceret exterius, & intelligeret interius. Et nota ꝙ non dicit, *qui*
C *plantauit aurem* non habet aures, sed dixit, *non audiet*. Nec dixit, *qui finxit oculū*, non habebit oculum, sed dixit, *non considerat*. Quia virtutes istorum membrorū in se habet Deus, sed ista membra non habet, quia Deus spūs est, nō corpus. Ista aūt membra sunt corporis. Quasi d. secundum gl. Deus, qui fecit tibi vnde audias, non habebit ipse vnde audiat? Qui fecit tibi vnde cognoscas, nonne habebit ipse unde cognoscat? Certè imò habet, nulli enim tantum dedit Deus, quantū in se habet. Et aduerte, quòd quandoq; scriptura dicit, Deum habere membra
D corporalia, vt aures, oculos, manus, & huiusmodi, non quia talia membra corporalia Deus habeat, sed virtutem illorum membrorum in se continet eminenter. Vnde Gregor. ait, In Deo, qui corporis forma non circunscribitur, membra corporis, idest, manus, oculi, vterus ita nominantur, ut ex membrorum vocabulis effectus eius potentiæ designetur. Oculos quippe habere dicitur, quia cuncta videt. Manus habere describitur, quia cuncta operatur, &c.

Oculus duplex.

Membra corporis Deus non habet.

Gregor. 14. mor.c.22.

Qui

1617 *Qui corripit gentes, non arguet, qui docet hominem scientiam?*

HIc ostendit, quòd Deus mala corrigit. Vult.n. eis psal. probare, quòd Deus ipsorum peccata puniet per experientiam habitam. Viderant.n. in exitu de Aegypto quomodo Deus gentiles, Aegyptios & peccatores rigidè punierat oẽs submergendo in mare. Cum ergo nõ minus sit peccatum illorũ qui sunt de populo Dei, quàm gentilium, imò maius, & committant maiorem ingratitudinẽ: consequens est, quòd, si illorum peccata sic puniuit, quòd & vestra puniet. Et hoc est quod ait, *Qui corripit gentes*. scilicet Aegyptios ipsos, sed ipsorum peccata submergendo, *non arguet*. q. d. imò & arguet nos. Vel aliter, Deus corrigit peccatores, multipliciter ipsos vocando ad pœnitentiam per prophetas, per Christum, per Apostolos, & alios prædicatores, quod nõ faceret, nisi peccata sibi displicerent. Consequens est ergo, ꝙ, si corrigit gentes, vt emendentur, ꝙ non emendatos finaliter arguet in iudicio. Et istum sensum clarius ponit alia litera, quæ dicit, *Qui erudit gentes, nõ arguet?* Vbi gl. Ad erudiendas gẽtes misit Deus filium suum: & ante ipsum, & post ipsum misit seruos suos prophetas, & Apostolos, Nonne ergo arguet, idest, iustè iudicabit, quibus sermonem doctrinæ præmisit? Magister in scholis erudiẽs committit tibi, vt reddas. Vtiq; quando accipis à magistro, erudiris, committit tibi Magister, ꝙ præbet, nonne exiget vt reddas? Et cũ cœperis reddere, sine metu eris plagarũ. Sic Deus exigit, quod seminauit. Qui.n. modo accipimus, postea statuemur ante magistrũ, vt reddamus rationẽ de omnibus. Vnde Apostolus, Omnes stabimus ante tribunal Christi, vt recipiat vnusquisque prout gessit, &c. Et hãc similitudinẽ de Deo & nobis ponit psa. dicens, ꝙ Deus est sicut magister, qui docet hominem scientiam. Per ista ergo ostendit ps. ꝙ Deus arguet peccatores. Et nota, ꝙ Deus aliquos arguit tripliciter, quia quosdam arguit in æquitate, quosdam in ira, & quosdam in furore. Primò arguit aliquos in æquitate, scilicet quando electos suos vt pius pater hic arguit, & castigat vt emendet. De

Corripit Deus malos

Rom.14.

Arguit Deus nos multipliciter.

E quo Es. 11 Non secundum visionem oculorum arguet: sed iudicabit in iustitia pauperes, & arguet in æquitate pro mansuetis terræ & percutiet terrã virga oris sui. Arguẽs.n. virga terrã percutit Deus, quãdo leuiter suos aduersis tãgendo ipsos ad pœnitentiam ducit. Vnde Bruno super illo verbo Exo. 7. Virga versa est in colubrum, dicit. Quid per virgã, nisi dulcis correctio domini designatur, dicente ps. Virga tua, & baculus tuus ipsa me consolata sunt. Sed hæc virga in draconem vertitur, quando leuiter correcti emendare se nolunt. Et tunc quilibet sic
F à Deo argutus dulciter se emẽdando eidem Deo dicere debet illud Iob 20. Doctrinam, qua me arguis, audiam, & spiritus intelligentiæ meæ respondebit tibi. Secundo aliquos arguit in ira: quos. s. tẽporaliter punit, vel igne purgatorii, ne æternaliter damnet. Vnde dicitur. Noli negligere disciplinam domini, neq; fatigeris, cũ ab eo argueris, quem.n. diligit Deus, castigat. Flagellat aũt omnem filium, quem recipit. Vbi gl. Per tribulationes.n. erudimur à domino, ideo ne fatigeris, s. deficiendo, dum argueris ab eo qui purgat peccata. Et merito fatigari
G nõ debes, dum argueris ab eo, quia quẽ diligit dominus, castigat, i. ipsum arguẽdo facit castũ. Propter quod subdit, Flagellat aũt Deus omnem filium, quẽ recipit, i. quem receptnrus est in hæreditatem æternam. Addit autem, omnẽ, quia etiam vnicum filium suum, qui fuit sine omni peccato, flagellauit. Si ergo non argueris à Deo, si exceptus es à passione flagellorum, exceptus es à numero filiorũ. Vnicus enim Dei patris natus æqualis patri, & in forma Dei verbo, quo facta sunt omnia, non habebat quo flagellaretur: ad hoc autem carne indutus est,
H vt sine flagello non esset. Deus ergo, qui flagellat vnicum filium suum sine peccato: relinquet sine flagello adoptiuum filium, qui est cum peccato? vnicus fuit sine peccato, non tamen sine flagello. Exẽplum hoc nobis proposuit in passionibus suis. Non igitur turbari debemus, dum à Deo arguimur, dum grauia, & indigna patimur, si obliti non sumus, quæ pertulit iustus iustorum. Et attende hic iustitiam, & misericordiam Dei. Iustitiã in hoc quòd arguit, & flagellat, misericordiam

Heb.12.

cordiam autem in eo q recipit. Et attēde quòd non ait, Omnis qui arguitur, filius est: sed omnis qui est filius, arguitur,& flagellatur. Et aliter nullus in filium recipitur nisi qui arguitur,& flagellatur,ipso dicēte.Ego quos amo,arguo, & castigo. Tertiò Deus aliquos arguit in furore, s. obstinatos,quos ī perpetuū damnat.Vnde in epistola Iudæ dicitur, Ecce veniet dominus facere iudicium contra oēs: & arguere omnes impios de omnibus operibus impietatis eorū,quibus egerunt contra dominū. Vnde Bernard.super illo verbo ps.6.Domine, ne in furore tuo arguas me,dicit,Domine, ne in furore tuo arguas me , sicut fecisti angelum se exaltantem in cœlo , neque in ira tua corripias me , sicut fecisti hominem in paradiso. Ambo iniquitatem meditati sunt altitudinem affectantes, ille potentiæ,iste scientiæ. Verum vtriusque altitudo deiecta est, sed hominis mitius,quia angelus in furore fuit argutus sed homo in ira. Nam angelus, dum arguitur in furore,damnatur. Homo autē iram sensit,sed non furorem. Vnde & filij eius non furoris, sed filij iræ nascuntur. Vis videre in furore argutum angelum?Vidi(inquit)Sathan tanquam fulgur de cœlo cadētem: quasi impetu præcipitatum bibisse de furore Dei,quia ipsum arguendo non est recordatus misericordiæ suæ,qui tamen cum iratus fuerit,misericordiæ recordabitur. Væ ergo illis filiis Adam,qui nati iræ filij iram in furorem sibi vertunt. Et de ista argutione furoris dicitur, Ego extendam manū meā super Palestinos arguens in furore.

Apoc. 3.

Arguitur quis in furore, & alius in ira.

Luc. 10.

Ezech. 25.

1618 *Dominus scit cogitationes hominum: quoniam vanæ sunt.*

HIc ex prædictis concludit Deū scire secreta cordium,hoc.n.est proprium Dei corda interius scrutari. Hoc enim ex prædictis sequitur,quia dictum est,quòd Deus habet arguere, & punire peccata,peccata principalius sunt ī corde quàm in opere. Quomodo ergo iustè arguere posset peccata cordis, nisi corda videret?Et ideo sequitur,quòd dominus scit cogitationes hominum , quoniā vanę sunt,Gen.8.Sensus, & cogitatio hominis ad malū sunt proni. Si autem no-

A uit vanas cogitationes, consequens est, quòd & nouit bonas: quia bonum plus in se habet de ratione entitatis,& cognoscibilitatis quàm vanum. Et nota quòd quamuis omnia nuda sint,& aperta corā oculis Dei,(vt dicitur Heb. 4.) tamē in speciali multa dicitur scire,& cognoscere,scilicet, nostram ambitionem , & superbiam, nostram fragilitatem, & miseriam,nostram asperitatem , & pœnitentiam,cordis iniquitatem, & malitiam,iustorum humilitatem,& innocentiam nostram in aduersitate patientiam . Primò cognoscit nostram ambitionē & super-
B biam, sed à longè. Psal. 138. Quoniam excelsus dominus,& humilia respicit, & alta à longè cognoscit, quia,scilicet,humilia respicit oculo misericordiæ.Si autem aliqui sint superbi non eum latent, sed à longe cognoscūtur ab eo:quia per gratiam non est cum illis.Non ergo hoc agit superbus ut minus perfecte ab eo cognoscatur,sed ut non sit cū illo à quo videtur.Et hoc est, alta à longè cognoscit.Secundò scit fragilitatem nostram. Et hoc ipsum inclinat ad nobis compatiendum.Psa. 102.Quomodo miseretur pater filiorum,misertus est dominus ti-
C mentibus se,quoniam ipse cognouit figmētum nostrum. Cognouit enim Deus (ut ait gl. figmentum nostrum, idest,infirmitatem nostram. Nouit enim,quod fecit, quomodo dilapsum sit, quomodo reficiendum sit, quomodo adoptandum sit,quomodo inhabitandum sit. Factura autem creatoris sumus,sed peccando repulsi ipsi nos finximus. Tertio scit nostram in aduersis humilitatem,& pœnitentiam,quam nobis inspirat,vt à peccatis surgamus.Et hoc est quod ait ps.138. Domine probasti me, & cognouisti me, tu cognouisti sessionem meam, & resur-
D rectionem meam. Vbi glo.Cognoscit dominus sessionem nostram,& resurrectionem,quam ipse nobis donat. Sedent humiles in patientia, surgunt erecti in spē vitæ æternæ. Item sedent confitentes peccata sua , surgunt iustificati gratia eius.Dicā ergo Deo. Tu cognouisti sessionem meam, & resurrectionem meam, quia per tuam gratiam iustificatus surgo,& in spem uitæ æternę erigor.Et hoc dicere Deo nihil aliud est,quam eius dona cognoscendo,ei gratias agere. Quare

Scit Deus multa & cognoscit.

tò cognoscit iniquitatem cordis,& mali tiam,aliter.n. illam iustè iudicare non posset.ps.43.Nonne Deus requiret ista? ipse enim nouit abscondita cordis.Vnde Hier.17.Prauum est cor hominis,& inscrutabile, & quis cognoscet illud? ego dominus scrutãs, &c. Quinto cognoscit iustorum puritatem,aliter.n. iustè bona præmiare non posset.Ioan. 10. Ego cognosco oues meas, &c. Sextò cognoscit nostram in aduersitate patientiam, vt, scilicet ipsam remuneret.psal. 1. Nouit dominus viam iustorum.Psalm.36. Nouit dominus viam immaculatorum, & hæreditas eorum in æternum erit.

1619 *Beatus homo, quem tu erudieris, domine, & de lege tua docueris eum.*

Hic ostendit Deum bonorum præmiatorem. Et duo facit, quia primo ponit bonorum præmiationem, secundò malorum Iudæorum punitionẽ. ibi. *Quis consurget.* Quantum ad primũ ostendit, quòd Deus suis electis tria facit.primò ipsos illuminat interius. secũdo ipsos humiliat exterius. ibi, Vt mitiges eum. tertio ipsos fortificat solidius. ibi, *Quia non repellet.* Quantum ad primum sciẽdum. ꝙ sicut beatitudo patriæ principaliter consistit in clara Dei uisione.Hæc est vita æterna,ut cognoscãt te. &c. Sic & beatitudo viæ est in ipsius cognitione per fidem, quæ fit per eruditionem legis diuinæ.Ideo volens ostendere quod Deus suos beatificat ĩ patria,ostẽdit,quod primo hic ad sui cognitionem illuminat,in via.Et hoc est quod ait, *Beatus homo,quem tu erudieris, domine*, &c. Quod ideo dicit, quia solus Deus mentem interius illuminãdo docere potest. Homo.n. docendo aures pulsat corporis,solus Deus illuminat mentẽ,ut ostẽsum fuit superius vers.1155.1274 Et nota,quod erudit nos Deus multipliciter. Primo nos erudit per gratiæ inspirationem,vt pater filium,vt bonum conferat. Vnde ad Tit.1. Apparuit gratia Dei omnibus hominibus erudiens nos, vt abnegantes impietatẽ, & secularia desideria, sobriè,& iustè,& piè viuamus,&c. Deut. 8.Sicut erudit homo filium suum,sic dominus Deus erudit te, vt custodias mandata eius.Secundo nos erudit per scripturæ consolationem,sicut magister discipulũ.Per scripturas.n. nos erudit, quid credendum.quid sciendum, quid fugiendum,quid sequendum.Omnis scriptura diuinitus inspirata vtilis est ad docendum,ad arguendum, & erudiẽdum in iustitia,ut perfectus sit homo ad omne bonum instructus.Vnde Ose.7. Ego erudiui eos,& ipsi recesserunt à me. Et loquitur de eruditione facta per legem. Tertio nos erudit per creaturarum contemplationem, sicut artifex erudit discipulũ per imagines,& opera suæ artis.Sic contemplando opera Dei erudimur de Dei prouidentia, bonitate, & benignitate. Qui docet nos super iumenta terræ, & super volucres erudit nos. Quarto erudit nos per disciplinæ flagellationẽ,sicut dominus seruum,quando ipsum rebellẽ reperit,erudit flagellis.Es.8.In forti manu erudiuit me,ne irem in uiam populi huius.Et Hiere.31. Castigasti me,domine, & eruditus sum quasi iuuenculus indomitus. Et nota,ꝙ ista Dei eruditio valet ad multa,quia per suam gratiam nos erudit, Primo ad peccata deuitandum, sicut bestia mãsueta erudit catulos suos ad fugienda pericula,& animala eis nociua. Vnde Iob 33. Erudiens nos instruit disciplina,ut auertat hominem ab ijs,ꝗ fecit,& liberet eum à superbia. Secũdo nos erudit ad mandata custodienda, & hæc eruditio assimilatur animali, quod docet catulos suos ad sequendum eius vestigia, vt aquila prouocans ad volandum pullos suos,& super eos volitans. Deut.8.dominus Deus erudit te, vt custodias mandata eius. Tertio nos erudit ad æternã pœnã præcauendum.Et hæc similis est eruditioni principis erudiẽtis cõmilitones suos, ne victi redigantur in seruitutem,sic nos Deus erudit,ut inferni periculum deuitemus. Semita vitæ super eruditum, vt declinet ab inferno nouissimo. Quarto nos erudit ad uitam æternam appetendum. Et hæc similis est eruditioni boni mercatoris, qui erudit filium suum ad acquirendum ex paucis multa,ex minimis magna,ex vilib. preciosa.Eccl.7.Eruditio sapientiam, & uitam tribuit. Et quia omnis dicta eruditio est beatitudo viæ, per quã peruenit ad beatitudinẽ patriæ, ideo nunc ait ps. *Beatus homo,quẽ tu erudieris,domine,&c.*

Margin notes: Ioan. 17. — *Erudit nos Deus multipliciter.* — 2.Tim.3. — Iob 35. — *Erudit nos Deus ad multa.* — Prou.15.

1620 *Vt mitiges eum à diebus malis: donec fodiatur peccatori fouea.*

OStendit hic, q Deus suos electos humiliat exterius. Vbi nota, q mitis idem est, q humilis, & patiens. vnde mitigo, gas, idem est q aliquem humilem, & mansuetum facere. Quemlibet ergo electum suum Deus ad hoc erudit, vt mitiget eum à diebus malis, idest, vt ipsum humilem, & mansuetum faciat in diebus vitæ præsentis, qui dicuntur mali, quia aduersitatibus pleni. Vbi aduerte, quòd, quãdiu boni in aduersitatibus mitigantur, peccatori foditur fouea. Dũ enim hic boni premuntur aduersitatibus, mali prosperitatibus florent. Et sicut aduersitas bonorum eis coronã gloriæ parat, sic prosperitas malorum fodit foueam illis. Et ideo dum boni aduersis humiliantur, prosperitatibus fouea foditur malis, quia quotidie per prospera pergunt ad foueam mortis æternæ, uel continuè superbiendo sibi mortis æternæ foueam parant. Vnde hic ait glo. Ad hoc, dñe, eruditis, & doces tuos, vt à diebus malis, quibus, s. florent mali, & boni laborant, mitiges eum, vt. s. patienter ferat, quicquid contra ipsum agitur. Mitiges, domine, donec fodiatur fouea peccatori. Ipsa namq; fœlicitas peccatorũ siue malorum fouea est, quia, dum florent, eleuantur per superbiam, & sicut magis se in altum eleuant, sic magis cadunt ab alto. Vnde alibi dicitur. Deiecisti eos, dum alleuarẽtur. Ideo enim malis parcit, vt fodiatur fouea ipsis. Per aspera ergo boni mitigantur, sed per prospera. fouea, s. æternæ mortis malis paratur. Vel aliter, Vbi nota, q fossa parata peccatori dicuntur vulnera Christi, quibus Christi corpus fuit fossum. Foderũt manus meas, & pedes meos. Quæ fossæ peccatori parantur, quamdiu durat vita pręsens, quia stat Christus fossis apertis ad peccatores recipiendũ. Sed post hãc vitam non parantur istæ fossæ peccatori, sed clauduntur, quia amplius non recipiuntur ad pœnitentiam. Totum ergo tempus præsens dicitur, donec fodiatur peccatori fouea. Et sic est sensus, quòd Deus per flagella, & aduersitates erudit quemlibet electum. Ad quid? *vt mitiges eum à diebus malis*, i. vt à diebus malis,

Prosperitas malorũ fouea est illis.

Psal. 72.

Fouea dicitur Christi plaga.

Psal. 21.

A quibus aduersitatibus repletur, mitis, & humilis efficiatur. Et, si quæras quandiu à diebus malis mitigabitur iustus, respõdet solum, donec fodiatur peccatori fouea, i. quandiu Christus in suis vulneribus paratus sit recipere peccatorẽ. Et sic hoc totum nõ est aliud dicere, nisi quod iusti mitigantur aduersitatibus, quãdiu durat vita pręsens.

Quia non repellet Dominus plebem suam: & hæreditatem suam non derelinquet. 1621

B HIc ostendit, q Deus suos fortificat solidius. Aduersa enim iustis immissa ipsos fortius Deo cõiungit. Quanto autem quis magis vnitus est Deo, fortior est, & per consequens per aduersa iusti fortificantur. Vnde Greg. super illo verbo Iob 33. Tabescit caro illius, & ossa, quæ tecta fuerant, nudabuntur, ait, Quid aliud hoc loco carnis nomine, nisi ipsa delectatio carnis accipitᵃ? Vel quid per ossa, nisi virtutes animæ designãtur? Tabescit ergo caro, vt ossa nudentur, quia dum flagellis arguentibus carnalis delectatio extenuatur, ea, quæ dudum C quasi sub carne latuerant, virtutum fortia patefiunt. Nemo, quippe, quantũ profecerit, nisi inter aduersa cognoscit. Cũ enim adsunt prospera, cerni virium documenta nõ possunt. Inde alias scriptũ est, in die mandauit dominus misericordiam suam, & nocte cãticum eius. Quia videlicet vnusquisque superni doni gratiam in tranquillitate quietis percipit, sed quantum perceperit in aduersitate perturbationis ostendit. Tabescat ergo caro, vt nudentur ossa. Feriamur paternis correctionibus, vt quantum proficimus agnoscamus. Flagellis enim domi- D ni pinguedo carnalis delectationis atteritur, sed virtutum nostrarum ossa patefiunt. Cæsis namq; Apostolis denunciatum est illis, ne vltrà loquerentur in nomine Iesu: sed magna exultatione gauisi sunt, quia digni putati sunt pro nomine eius cõtumeliam pati, suisq; aduersarijs cum fiducia respõderunt, Obedire oportet Deo magis quàm hominibus. Ecce inter aduersa validius fidei robur emicuit. Ecce concisa est integritas carnis, sed patefacta sunt ossa virtutum, &cæt.

Aduersa iustos fortificant.

Gregor. 23. mor. c. 28.

Act. 5.

Ex quibus sequitur, quòd aduersa non sunt signum reprobationis, sed electionis,& prædestinationis. Et hoc intendit hic ps.d. *Quia non repellet dominus plebē suam*.q.d.dictū est.ꝙ bonos erudit ꝑ flagella: sed nūquid flagellādo ipsos aduersis à se repellit & reprobat eos? respondet, ꝙ per flagella nō repellet dñs plebē suam,& hæreditatem suam non derelinquet, imò, dum magis flagellat illos, magis associat. Cum ipso sum in tribulatione, &c. Qualiter autem Deus aliquos repellit,& qualiter non: vide supra versic. 705.718. Et quomodo Deus derelinquit non bonos sed malos, versic. 630. 1149. Item quomodo fideles sunt hæreditas Dei, versic. 178.410. 975. 1366. Si autem quæratur quàmdiu hoc durabit, scilicet, quòd Deus per aduersa custodiet suos electos, Respondet.

Psal.90.

1622 *Quoadusque iustitia conuertatur in iudicium: & qui iuxta illam? omnes, qui recto sunt corde.*

IDest, tandiu hic boni aduersis premētur, quousque iustitia in iudicium cōuertatur. Pro cuius intellectu sciendū, quòd iustitia in nobis significat habitū mentis, qui stat etiam sine aliquo actu exteriori sicut sapientia, sicut misericordia,& huiusmodi. Sed iudicium dicit actum exercitum ab ipsa iustitia, vel ab homine iusto, vnde quis dicitur iustus à iustitia, etiam cum dormit, sed iudicium dicitur, cum actu iudicat. Iustitia ergo conuertitur in iudicium, quando quis iustus intus habens iustitiam, actum iustitiæ exercet exterius, rectè iudicando. A simili ergo iustitia Dei conuertetur in iudicium, quando per suam sibi essentialem iustitiam iudicabit in ultimo iudicio bonos, & malos iustè. Et sic iudiciū dicitur executio ipsius iustitiæ. Verum quia iudicium illud erit valde tremebūdum: quia dies illa dies calamitatis, & miseriæ, Statim quærit ps.d. *Et qui iuxta illam*, scilicet, iustitiam diuinam sic stare poterunt sine terrore? Et statim sibiipsi respondet, dicens, *Omnes, qui recto sunt corde*. q.d.& si dies illa malis sit formidabilis, bonis aūt, & rectis corde delectabilis erit. Vel aliter. Vbi sciendum, ꝙ quādoq; iustitia accipitur pro hominib.

Iustitia quomodo cōuertatur in iudicium.

E iustis, sicut sapientia pro hominib. sapiētibus. Et sic tunc iustitia conuertetur in iudicium, q̄n iusti cum Christo venient ad iudicandum. Et ad istum intellectum exponit istum passum Greg.d. Abstulisse à iustis oculos suos dñs fortasse credit? quia iniustorum crudelitatibus hic sine vindicta lacerantur, sed famulos suos tunc magis respicit. cū iniustè eos nequiria persequentis affligit. Videns.n. quid hic humiliter tolerāt, iam præuidet quē illic misericorditer recompenset. Nō ergo aufert à iusto oculos suos. Ecce iste humiliter ingemiscit, ille superbit, & nequiter floret. Iste cor conuertit ad Deū. F ille se de gloria iniquitatis extollit. Horum ergo quis à diuinis obtutibus lōgè est, an qui iniustitiam pertulit, an qui eā patientibus irrogauit? quasi supernā gratiam inter mœroris tenebras tenuit, an qui inter exteriora gaudia lumen iustitiæ intus amisit? Et infra, De iustis autem dicitur, Reges in solio collocat. Semetipsos enim iusti regendo ad tempus sunt fatigati, sed etiam in regno regenerationis internę solio in perpetuum collocantur. Et eō illic accipiunt alios dignè iudicare, quo hic nesciunt nequiter G sibimetipsis parcere. Hinc enim aliàs dicitur, Donec iustitia conuertatur in iudicium. Paulus de se, suisque consortibus dicit, Vt nos efficeremur iustitia Dei in ipso. Iustitia ergo in iudicium conuertitur: quia ij, qui nunc iustè, ac irreprehensibiliter viuunt, tunc iudicandi alios potestatem accipient, &c. Sed ne dubitetis, qui sint illi iusti, qui conuertentur in iudicium, statim psalm. de hoc proponit quæstionem, dicens, *Et qui iuxta illā*, scilicet, qui stabunt iuxta illam increatam sapientiam ad iudicandum? Et respondet, dicens, *Omnes, qui recto sunt corde*, scilicet, omnes, qui hoc voluut, quod H Deus vult. Qui uoluntatem suam tortuosam diuinæ uoluntati subijciunt, & ad regulam diuinę uoluntatis diriguntur. Recti sunt cordę, ut puta voluntatem humanam vel naturalem, quæ fugit aduersa, quæ mortem abhorret, per voluntatem rationis Deo subijciunt, exemplo Christi dicentis, Pater, transeat à me calix iste. Hęc est volūtas naturalis, quā volūtas rōnalis subijcit diuinæ volūtati, d. Nō, sicut ego volo, sed sicut tu, vt ait gl. Quis

Greg.26. mor.c.25.

2.Cor.15.

1623 *Quis consurget mihi aduersus malignantes, aut quis stabit mecum aduersus operantes iniquitatem?*

HIc ostendit diuinam prouidétiam regere ista inferiora per punitionem Iudæorum. Vbi notandum, quòd, quamuis multoties populus Iudæorum in deserto contra Deum peccauerit, & à Deo multoties fuerit punitus, de duabus tamen solum punitionibus hic facit mentionem, scilicet, de punitione facta pro peccato adorationis uituli, & de punitione pro rebellione, qua populus voluit in Aegyptum reuerti. Primò ergo agit de prima: secundò de secunda. ibi, *Nunquid adhæret*. Prima pars diuiditur in partes quatuor, quia ponit primò punitionis mandatum. secundò punientis periculũ. ibi, *Nisi quia dominus*. tertiò Dei datum adiutorium. ibi, *Si dicebam*. quartò consolationis largum beneficium. ibi, *Secundum multitudinem*. Quãtum ad primum sciendum, q; dum Moyses cum Deo staret in monte ad accipiendum legem, populus videns, q; moram faceret Moyses ad redeundum, compulerunt Aaron, ut sibi faceret idolum, quod coleret, qui fecit vitulum aureum, quem populus adorauit, dicens, Isti sunt dij tui, Israel, qui te eduxerunt de terra Aegypti. Quo facto, Moyses præcepto domini descendit ad populum, ut punitionem faceret de peccato dictæ idololatriæ, vnde statim vt descendit, præcepit bonis, qui non idololatrauerãt. Iungatur mihi, & ponat vnusquisque gladium suum super fæmur suũ, & occidat vnusquisque fratrem, & amicum, & proximũ suum, scilicet, qui fuerit causa dictæ idololatriæ. Et occisi sunt illa die viginti tria millia. Hoc ergo præceptum diuinæ punitionis, quod Moyses fecit, dicens, Si quis est Dei, iungatur mihi, &c. hic alijs verbis Psal. ponit, dicens. *Quis consurget mihi aduersus malignantes*, idest, aduersus concitantes populum ad fabricandum idolum? Fuerunt enim ibi aliqui ad hoc inducẽtes populum: & isti fuerunt peiores, quos vocat malignãtes. *Aut quis stabit mecum aduersus operantes iniquitatem?* i. aduersus illos, qui ab alijs inducti vitulũ adorauerunt. Vel ista pñt esse verba Christi, qui à diabolo tẽtatus ipsum superauit, qui à Iudæis aduersis

Idololatria Iudæorum punitio.

A percussus seruauit patientiam. Et in istis imitatores, dicens, *Quis consurget mihi aduersus malignantes?* quis stabit mecum aduersus malignantes dæmones eorum tentationes superando? *Aut quis stabit mecum aduersus operantes iniquitatem?* scilicet, aduersus Iudęos, mundi aduersa patienter tolerãdo. Vel possunt esse verba cuiuslibet iusti tentati à dæmonibus, & aduersitatibus pressi Dei inuocantis auxilium. d. *Quis consurget mihi*, i. pro me, *aduersus malignantes*, i. dæmones tentantes. *Aut quis stabit mecum in acie patiens?* Quia ille vincit qui sustinet: perdit ille,

B qui ferit. Quis dico stabit, scilicet, patienter aduersus operantes iniquitatem? Quis? q. d. nullus nisi dominus.

Nisi quia dominus adiuuit me, paulo minus habitasset in inferno anima mea. 1624

OStenditur hic ipsius Moysi dictum peccatum punientis periculum. Populus enim Hebræorum multoties insurrexit contra Moysen, volens ipsum interficere, Vnde ipse ait, Adhuc paululum, & lapidabunt me. Similiter & cõtra *Exod. 17.*

C Aaron. Vnde ipse Aaron timore mortis compulsus, fecit eis vitulum aureũ. Cui autẽ dubium, quòd libentius occidissent Moysen, qui pro illo uitulo adorato uiginti tria millia hominum vna die occidit, qui & post vitulum confregit, & redegit in puluerem, nisi ipsum Deus speciali adiutorio protexisset, ab illis fuisset occisus. Et hoc est, quod ait, *Nisi quia dominus adiuuit me, &cæt. habitasset in inferno anima mea.* Hic infernus accipitur pro sepulchro, quia inferius foditur. Et est sensus, Nisi dñs sua gratia me iuuisset, fuissem ab illis mortuus, & in sepulchro

Infernus pro sepulchro.

D positus. Vel si infernus accipitur propriè .s. pro loco inferiori, ad quem descendit anima Christi post mortem, tunc est sensus, Nisi dñs adiuuisset me, fuissem mortuus, & sic aĩa descendisset ad infernũ, & ibidem habitasset. Quia ante Christum anima cuiuslibet quantuncunq; iusti ad infernum post mortem descendebat, & ibidem habitabat quousque Christus ibi descẽdens illas extraxit. Vel possunt hæc esse uerba Christi, cuius anima descendit post mortem ad infernum, sed ibi

non habitauit, quia adiutorio dñi statim resuscitatus fuit. Et ideo adiutoriũ, qui surrexit, patri attribuens ait, *Nisi quia dominus adiuuit me*, &c. Sic enim alibi patri dicebat, Ps. 85. Eripuisti animam meã ex inferno inferiori. Vel possũt esse verba cuiuslibet iusti, qui tentationibus dęmonũ, & aduersitatibus mundi resistere non posset quin in peccatũ caderet, nisi per diuinam gratiã adiuuaretur, vt ostẽdit Greg. Et hoc est, quod ait Apostolus; Fidelis Deus, qui nõ patietur vos tẽtari supra id quod potestis, sed faciet cũ tentatione prouentum, vt possitis sustinere.

Gregor. 3. mor. c. 2.
1. Cor. 10.

1625 *Si dicebam, motus est pes meus: misericordia tua, domine, adiuuabat me.*

Ostendit hic Moyses à Deo sibi datum adiutorium. Vbi sciendum, ꝙ facto vitulo, statim Deus ꝑcepit Moysi, vt descenderet, reuelans ei peccatũ idololatriæ, dicens sibi, Descende: peccauit enim populus tuus, quẽ eduxisti de terra Aegypti. Et ad præceptum dñi Moyses statim incępit descendere. Et, dũ descenderet, cœpit cogitare, ꝙ populus ille duræ ceruicis erat, & ꝙ ante voluerat ipsum interficere, vnde incępit timere, ne occideretur ab eis. Sed statim Deus adfuit ei, ne timeret, ei reuelans, ꝙ ipsum illæsum sua misericordia conserua ret. Et hoc est, quod hic dicit, *Si dicebam, motus est pes meus*. i. iam incępi descendere ad populum duræ ceruicis, à quo timeo occidi, statim misericordia tua adiuuabat me, quia. s. statim mihi ꝓmisisti tua misericordia me iuuare. Vel ista possunt esse verba Christi dicentis, *Si dicebam, motus est pes meus*. Vbi sciendum ꝙ pedes Christi dicuntur ipsi Apostoli, & prædicatores, qui ipsum Christũ portant per mundum eius fidem prædicando, vide suprà versic. 768. 1072. Isti autem Christi pedes fuerunt moti, quando in Christi passione fidem perdiderũt. Petrus negauit, & omnes, ipso relicto, fugerunt, frangentes Christo fidem promissam. Sed pedes motos statim misericordia Dei adiuuit ipsos per pœnitentiam ad fidem reducendo. Et sic accipitur hic singulare pro plurali, idest, pes pro pedes. Vel possunt esse verba iusti tentationibus, vel aduersis pressi, qui cadere per consensum, vel impatientiam timet, sed ne cadat, à Dei adiuuatur misericordia, dum ipsum inuocat. Ne ergo pereas inuoca Deum, dicens, Domine pereo, & statim manũ misericordię porrigit, sicut dominus porrexit manum Petro dicẽs, Modicæ fidei, quare dubitasti? Quod ergo hic dicit, *Motus est pes meus*, ibi dicitur, Domine, pereo. Quod hic dicitur, *Misericordia tua adiuuabat me*, ibi dicitur, Porrexit Iesus manum. Pericula autem dulciorem faciunt liberationem, vt ait gloss.

Exod. 17.
Pedes Christi Apostoli, & prædicatores.
Adiuuat nos misericordia Dei.
Matth. 14.

Secundum multitudinem dolorũ meorum in corde meo, cõsolationes tuæ lætificauerunt animam meam. 1626

Ponitur hic beneficium abundantis consolationis. Moyses enim multiplicem dolorem habuit. Et propter peccatum populi, quem vidit idololatrasse, vnde & tactus dolore, tabulas testamẽti, quas Deus sibi dederat, proiecit ad terrã, & fregit, quo facto et doluit. Doluit et, quia vidit Deum commotum contra populum: vnde ei dominus dixit; Dimitte me, vt irascatur furor meus contra eos, & deleam eos. Et tamen contra oẽs istos dolores consolationem diuinã recepit, quia post ipsius multas preces dominus populo peccatum idololatriæ dimisit, quia scilicet ij, qui remãserant, pęnituerunt, & alias tabulas nouas Moysi dedit, & placatus populo fuit. Vnde bene dicere potest, *Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, consolationes tuæ lætificauerunt*, &c. quia. s. omnẽ causam doloris extinxit. Vel possunt esse verba Christi, quia secundum dolores, quos in passione sustinuit, fuit multiplicatio gloriæ resurrectionis. Quia sm ꝙ acerbius fuit passus præ cæteris, sic præ cæteris gloriosior resurrexit. Et si dicas, contra, quia textus loquitur de doloribus cordis non carnis, quia dicit secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, non dicit in carne. Respõdetur, ꝙ omnis dolor carnis principalius est animæ quàm carnis, quia (vt dicit Mag. lib. 3. dist. 15.) caro nõ dolet, sed anima per carnem. Vel possunt esse verba iusti hominis afflicti, & aduersitatibus pressi. Quia quanto maiora pro Christo

Exod. 32.
Dolor animæ est non carnis.

Consolatio datur quandoque, secundum mensuram dolo- ris, quandoque ultra. Christo sustinet, tanto ei præmia maiora debentur, imò etiam consolationes dolores excedunt, quia non sunt condignæ passiones huius temporis ad futurã gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Et hoc est quod dicit Apostolus. Sicut abũdant passiones Christi in nobis, ita & per Christum abundat consolatio nostra. *2.Cor.1.* Passiones dicit Christi, idest, quas patimur propter Christum, vel ad similitudinem Christi. Et attende, ẽi ꝙ consolatio data per Christum, excedit dolores habitos pro ipso, vt ostẽdit Greg. super illo verbo Iob 42. *Gregor. 35. mor.c.8.* Addidit dominus omnia quæ fuerant Iob, duplicia. Vbi istum textum inducit dicens, Cuncta, quæ amiserat Iob, duplicia recepit: quia per pietatem benigni iudicis tentationis nostræ dispendium vincunt suffragia consolationum. Minus enim tentat probatio, quam remuneratio cõsolatur, vt ex remunerationis præmio leue fuisse omne, quod sustinuit, agnoscat, qui ex percussionis pondere se aliquid tolerasse indicabat. Vnde afflictæ Iudææ dicitur, Ad punctum in modico dereliqui te, & in miserationibus magnis congregabo te. Aliquando verò meta afflictionis disponitur mensura consolationis. Vnde alias scriptum est. *Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, consolationes lætificauerunt animam meã.* In ea.n.mensura consolatum se, in qua afflictus fuerat, indicauit, qui lætificatũ se ſm multitudinem dolorum clamat.

1617 *Nunquid adhæret tibi sedes iniquitatis, qui fingis laborem in præcepto?*

Hic agitur de secunda notabili punitione Iudæorum, ex qua ostenditur, quòd diuina prouidentia se extendit ad regimen, & curam actuum humanorum. Pro cuius euidentia sciendum, quòd ista punitio fuit pro rebellione populi, quando scilicet territi ad verba exploratorum dicebant, Nequaquam ad hunc populum valemus ascendere, quia fortior nobis est. Detraxeruntq; terræ, quam inspexerant apud filios Israel, dicentes, Terra, quam lustrauimus, deuorat habitatores suos, populus quẽ aspeximus, proceræ staturæ est. Ibi vidimus *Nume.13.*

A monstra quædam filiorum Enac, de genere giganteo, quibus comparati quasi locustæ uidebamur. Ad hæc uerba territus populus non sperans se terram promissionis posse obtinere, murmurauerunt contra Moysem, & voluerunt in Aegyptum reuerti, dicentes, Constituamus nobis ducẽ, & reuertamur in Aegyptum. *Num.14.* Et pp istud peccatum data fuit notabilis sententia contra populum, s. ꝙ nullus illorum, qui numerati fuerant in exitu de Aegypto.s.à uiginti annis, & supra nu.60050. intraret terram promissionis, sed omnes in deserto morerẽtur, B præter Iosue, & Caleb, qui populum cõfortabant ad obtinendam terrã promissionis. Vnde & illi exploratores, qui territi fuerunt populũ, morte repentina mortui fuerunt. De ista ergo punitione hic agitur. Et circa istam punitionem quatuor facit, quia ponitur primò contra populum Dei indignatio, secundò populi contra Moysem persecutio. ibi, *Captabunt.* tertiò pro Moyse diuina protectio. ibi, *Et factus.* quartò populi punitio. ibi, *Et reddet.* Quantũ ad primum (vt visum est) populus territus verbis exploratorum credidit, ꝙ præceptũ Dei, quo iusserat ad terram promissionis possidendã C peruenire, tãtę esset difficultatis, ꝙ illud non posset implere, magis credentes exploratoribus suis q̃ Deo, & in præcepto fingebãt (sed falso) laborẽ. Et sic erãt sedes iniquitatis, quia sicut anima iusti est sedes Dei, sic populus cõtradicens Deo est sedes iniquitatis, contra quos procedit indignatio Dei. Et hoc est, quòd ait Deo, *Nunquid adhæret tibi sedes iniquitatis*, i. nunquid tibi placet tibi contradicẽtes, qui sunt sedes iniquitatis? q.d. nõ quia nõ habitabit iuxta te malignus, neq; pmanebunt iniusti ante oculos tuos. *Sedes iniquitatis sũt omnes iniqui.* Sed D si populus q̃rat, d. Et quis est sedes iniquitatis? Rñdet, *Tu qui fingis laborem in præcepto*, vt dictũ est. Vel aliter. Vbi notãdum, ꝙ multi vidẽtes, ꝙ Deus flagellat hic suos, & reprobos exaltat ꝓsperitatibus, refutãt adhærere Deo, ne & ipsi flagellis corrigãtur ab eo. *Labor ĩ præcepto Dei fingitur.* Et isti sunt sedes iniquitatis, qui plus diligũt gloriã mũdi, q̃ gloriã Dei, plus prospera carnis, q̃ mẽtis. Videntes ergo quòd Deus præcipit hic affligi, lugere, continere, abstinere, quæ sunt laboriosa: ideo ne laborent,

 adhæ-

adhærere Deo nolunt. Vnde glo. *Nunquid, adhæret tibi sedes iniquitatis?* i. nullus iniquus sedet tecum, nullus adhæret tibi. Quæ est causa? *Quia tu fingis laborem in præcepto.* id est, das præcepta carni laboriosa. Nam præceptum eius continet. Beati, qui lugēt, Beati qui esuriunt, Beati qui persecutionem patiuntur.

1628 *Captabunt in animam iusti: & sanguinem innocentem condemnabunt.*

Num. 14.

POnitur hic contra Moysen populi persecutio, cū populus territus verbis nunciorum vellet in Aegyptum redire: Moyses, & Aaron proni corruerūt in terram rogantes Deum pro populo. At verò Iosue, & Caleb cōfortabant populum dicētes, Terram, quam vidimus, valde bona est: nolite rebelles esse contra dñm, recessit ab illis, s. Chananeis, omne præsidium, vnde possumus omnē illum populum sicut panem deuorare, & consimilia dicentes, confortantes populum, vt eos animarent ad terram promissionis obtinendam. Et tunc omnis multitudo voluit Moysem, & istos lapidare, s. dicentes illos dignos morte, quia eduxerant populum de Aegypto, promittentes terram quā obtinere nō possent. Et hoc est, quod ait, *Captabunt*, i. captauerunt in animam iusti, s. Moysi principaliter, & consequenter aliorum, volentes eos occidere. *Et sanguinem innocentem condemnabunt*, i. condemnauerūt, Et attende, q dicit, captabunt. Nam capto, captas, est frequentatiuum à capio, pis, quod idem est quod frequenter capere. Isti autem frequenter & sæpe voluerunt capere animam iusti, scilicet, Moysi, quia sæpius ipsum occidere voluerūt. Vel hoc intelligitur propheticè dictum de Christo, quia Iudæi sæpius animam Christi capere voluerunt, & ipsum occidere. Finaliter tñ sanguinem istius iusti condemnauerunt, vt puta qñ Pilatus dixit eis postulantibus Christi mortem: Innocēs ego sum à sanguine iusti huius. Ipsi autem responderunt dicentes. Sanguis eius super nos, & super filios nostros. Vel potest intelligi de sanctis martyribus, quos Iudæi sæpè captauerunt, ipsorum iustum sanguinem condemnantes. De quibus ipsis dicit Christus, Ecce

Captare, id est, sæpe capere.

Matth. 27.

Matth. 23.

E ego mitto ad vos prophetas, &c. & ex illis occidetis, & flagellabitis, &c. vt veniat super vos omnis sanguis iustus, qui effusus est, &c. Et hic nota, quòd condēnatio aliqua, vel alicuius dicitur iniusta tripliciter, quibus omnibus modis condemnatio Christi sanguinis, & suorum martyrum fuit iniusta. Primò condēnatio est iniusta ratione innocentiæ condēnati, sicut quando innocens tanquam reus condemnatur. Sap. 12. Ipsum quoque, qui non debet puniri, condemnas. Isto modo Christi sanguinis condemnatio fuit iniusta, quia innocens, & absque F peccato, quod clarè apparet omniū inimicorum eius testimonio. Testimoniū enim illud maximè est credibile, quod pro aliquo datur ab inimico suo, vt ostēdit Grego. 5. Mora. cap. 4. omnes autem inimici Christi testimonium dederunt ipsius condemnationis iniustæ. Audi Iudam de ipso dicentem, Peccaui tradens sanguinem iustum. Audi Pilatum qui eum condemnauit ad mortem dicentē, Innocens ego sum à sanguine iusti huius. Audi Centurionem, qui eum conduxit ad crucem, dicētem. Verè hic homo iustus erat. Et tamen his non obstanti G bus, ad mortē fuit condēnatus. Mar. 14. Tūc summus pontifex ait, Audistis blasphemiam, quid vobis videtur? Qui omnes condemnauerunt eū reum esse mortis. Secundò condemnatio dicitur iniusta ratione ordinis iuris ꝑtermissi, quia nullus condemnari debet nisi iuridicè reus fuerit comprobatus. Vnde dicitur Nume. 35. Homicida sub testibus punietur, ad vnius testimonium nullus condemnabitur. Et isto modo Christi condemnatio iniusta fuit. Quamuis enim multi falsi testes contra ipsum deponerent, tamen (vt dicitur Mar. 14.) conue H nientia non erant testimonia eorum. Et tamen hoc non obstāte ad mortem fuit condemnatus, sicut de seipso ipse prædixerat. Filius hominis tradetur principibus sacerdotum, & scribis, & condemnabunt eum morte. Tertiò condemnatio dicitur iniusta ratione liuoris, vel vindictæ, quando quis, scilicet, alterum condemnat non zelo iustitiæ sed liuore vindictæ. Sicut illi duo senes presbyteri volentes de Susanna vindicari, quia nō consenserat eis, ipsam accusantes condemnauerunt

Condemnatio tripliciter dicitur iniusta sententia.

Christus iniustè fuit cōdemnatus.

Matth. 27.

Luc. 23.

Matth. 20.

nauerunt ad mortē, vt habetur Dan. 13. A
Sic & Christi condemnatio fuit iniusta, qa ex inuidia à scribis, & Pharisæis fuit cōdemnatus ad mortem, quia vt dicitur Matth. 27. Sciebat enim Pilatus, ꝙ per inuidiam tradidissent eum. Quæ omnia de Christo præuidens Psal. dicit, *Captabunt in animam iusti: & sanguinem innocentem condemnabunt*.

1629 **Et factus est mihi dominus in refugium: & Deus meus in adiutorium spei meæ.**

Ponitur hic diuina protectio, qua Moyses cum suis à dictis persecutoribus fuit liberatus. Vt enim habetur Num. 14. cum omnis multitudo clamaret cōtra Moysem, & prædictos, scilicet, confortantes populum, & vellent eos lapidare, apparuit gloria super tectum fęderis, videntibus cunctis filijs Israel. Et sic populus non fuit ausus facere, quod disposuit, quia tectum fęderis, sub quo erat Moyses cum suis, à gloria domini fuit opertū nube densissima, & igne corruscante, sicut quando loquebatur cum Moyse in monte Sinai dans sibi legem. Et isto modo Moyses fuit protectus à Deo. Et hoc est quod hic ait Moyses, *Et factus est mihi dominus in refugium*, &c. Vel de Christo possunt legi, qui in persecutionibus Iudæorum positus, qui ipsum, idest, nomen eius, & fidem totaliter conabantur interficere, à Deo fuit per suam resurrectionē protectus & sic Deus fuit refugium ei factus, & inde amplius in eius nomine, & fide fuit exaltatus. Vnde Christus dixit, Esto mihi in Deum protectorem, & in domum refugij, vt saluum me facias. Vel potest legi de viro iusto aduersitatibus presso, cui Deus sit refugium sibi dando patientiā, ne deficiat, sibi pro certamine promittens coronam, vt non in mundo, sed solum in Deo spem ponat. Ideo. n. quis pungitur dolore, vt remedium quærat. Qualiter autem refugium nostrū sit Christus. vide versi. 438. 756. 655. Dicitur, autem ꝙ Deus factus est refugium, non ꝙ ipse Deus aliquo modo sit factus, sicut dicimus, verbum caro factum est, non tamē sequitur. ergo verbum est factum neque mutatum, sed solum ꝙ factum est, vt aliquid vnitum sit verbo, ꝙ antè non erat vnitum. Sic Deus dicitur factus refugium, quia actione Dei factum est, ut Moyses visibiliter à Deo protegeretur, qui sic antè non protegebatur, & alicui esset refugium, cui ante non erat.

Refugium Moysi fuit dominus, qualiter.

Psal. 30.

Factus dicitur Deus refugium, & quomodo.

Et reddet illis iniquitatem ipsorum: & in malitia eorum disperdet eos: disperdet illos dominus Deus noster. 1630

Hic vltimò ponitur ipsorū Iudæorum punitio. Nam omnes illi exploratores, qui missi fuerant ad explorandam terram promissionis, qui reuersi falsè retulerunt populo, ꝙ terra illa erat sterilis, deuorabat habitatores suos & ꝙ erat eis impossibile illam terrā obtinere propter fortitudinem habitantium ibi. Et sic verbis falsis terruerunt populum, vt reuerti vellet in Aegyptū. Omnes inquam isti propter suā iniquitatem tunc à Deo in cōspectu aliorum fuerunt percussi, & mortui sunt repente. Et quārum ad istos dicit, *Et reddet*, i. reddidit, *Illis iniquitatem ipsorum*: quia sicut iniquè, & falsè informauerunt populum: ita morte condigna coram populo mortui sunt. Aliorum vero punitio fuit, quod oēs, qui exierunt de Aegypto à viginti annis suprà, morerentur in deserto, sic quod nullus eorum intraret terrā promissionis, exceptis duob. ex illis exploratoribus. s. Iosue, & Caleb, qui veritatem referentes populo, ipsum confortabant ad possidendam terram promissionis. Vnde illis dixit dñs. Viuo ego, ait dñs, in solitudine hac iacebunt cadauera vestra, oēs, qui numerati estis à viginti annis, & supra, & murmurastis contra me, non intrabitis terram, supra quam leuaui manum meam, vt habitare vos facerem in ea, præter Caleb, & Iosue, &c. Et sic omnes isti per desertum fuerunt hincinde dispersi, & mortui. Et quātum ad hoc dicit, *Et in malitia eorum disperdet eos* &c. Disperdo, dis, cōponitur ex dis, & perdo. Et est disperdere, idem ꝙ diuersis modis perdere, quia illi diuersis modis perditi, & mortui fuerunt per desertum. Vel potest intelligi de punitione Iudæorū propter persecutionem factā Christo. Quibus reddita fuit iniquitas illorum, quādo per Romanos principes

Num. 13.

Num. 14.

Titum,& Vespasianum fuerunt trucidati, captiuati, venundati, & per totum orbem vagabundi dispersi. Vel hoc potest intelligi de punitione temporali, qua disperguntur per mundum, & de æternali, qua damnantur in perpetuum. Punitio æterna notatur cum dicitur, *Et reddet illis iniquitatem*, sed punitio temporalis, cum dicitur, *Et in malitia eorum disperdet illos*. Et nota, quòd malitia merito disperditur homo, idest, diuersis modis perditur, quia in anima, & corpore: Nam ipsa malitia est rectæ rationis peruersiua, Humanę conuersationis turbatiua, Proprij actoris punitiua. Primum patet, quoniam malitia corrumpit æstimationem rectam de rebus eligendis, sicut dicit Philosophus 7. Ethic. Et hinc est, quòd malitiosi quamuis sint in nonnullis prudentes, tamen sæpe decipiuntur, quia malitia ipsorum rationē corrumpit. Sapiē. 2. Excæcauit illos malitia eorum: Vnde Chrysost. super Matthæum ostendit quomodo malitia Herodis ipsum fecit stultum, quando, scilicet, quærebat puerum ad perdendum eum, dicens sic, Aut enim Herodes scripturæ credidit, aut non. Si non credidit, vt quid interrogat scripturas, quas reputat vaniloquas? Si credidit, æstimās prophetiam esse immobilem, quomodo ergo sperabat regem illum posse interficere, quem futurum esse dicebant scripturæ? Nam, si prophetiæ credidit, clarum est ipsum ad impossibilia conari. Si non credidit, quare ergo dubitauit, vel timuit, vel puero insidiatus fuit? Et respondet Chrysosto. Anima sub malignitate capta stultior cunctis efficitur. Tale quippe est venenum malitiæ, vt à nullo plerumq; impulsus præcipitetur, & sæpe absque effectu operum ærumnosa, & impossibilia conatur efficere. Et nota, quòd malitia in vtroque sexu multum est periculosa, sed magis in fœmina. Vnde Eccl. 25. B euis est omnis malitia super malitiam mulieris. Vnde ibidem malitiam mulieris cōparat sapiens tribus animalibus venenosis. Primò cōparat eam colubro venenoso, dicens, Non est caput nequius super caput colubri, & non est ira super iram mulieris. Comparatur enim malitia mulieris colubro: primò quia coluber dicitur quasi

Chrysost.

Chrysost.

Mulieris malitia.

E coleos vmbram, & mulier plus diligit tenebras quàm lucem. Secundò quia coluber totum veneuum habet in capite, & mulier principaliter venenū suum portat in capite, quod principalius ornat, vt oculos intuentium valeat immutare. Tertiò quia coluber totū venenum suū colligit inter fauces, vt per os illud effundat, ita mulier mala totam malitiam per fauces, & os effundit contendendo, & detrahendo. Quartò quia coluber sibilat, vt noceat. Sic & mala mulier cantando, & adulādo mirabiliter fallit multos. Vnde Hugo de singularitate clericorum, dicit, Venenosius super cūcta, quæ fallunt, est mulier, quia tolerabilius est audire basiliscum sibilantem, q̄ mulierē cantantem. Secundò comparat eam leoni, dicens. Non est ira super iram leonis, & nō est ira super iram mulieris. Quòd ideo dicit, quia sicut leo iratus nō potest placari, sic nec mulier. Item quia sicut ossa leonis adinuicem collisa generant ignem, sic mulierum verba ignem incēdunt luxuriæ. Item quia sicut leo cauda vestigia sua tegit: ita & mulier crimina sua excusationibus operit. Ideo dicitur Eccl. 42. In medio mulierū noli commorari. De vestimētis enim procedit tinea, & muliere nequius nihil. Ad literam. n. prima iniquitas viri à muliere processit. Tertiò cōparat eā draconi: primò quia draco incedit cristatus, & mulieres cristam gerunt in capite varijs ornatæ monilibus. Secūdò principaliter malitia est humanæ conuersationis turbatiua. Malitia. n. nunquam cessat machinari malū sub specie sanctitatis, & iustitiæ. Vnde Hugo lib. 1. de anima, sibiipsi loquens dicit: Maligna cogitatio vsquequo illā tolero? Consentire enim apparebo, si illā non corripio, consentiens aūt Deum offendo. Corripiam ergo me, ne Deū offendā, sed pro Dei iniuria totum faciā, imò me sibi restituam sicut proximum. Si enim me corrigere, & castigare voluero, & hoc non est nocere, sed velle prodesse. Et nota, q̧ malitia habet currum suum, sicut docet Bernardus super Cantica, quatuor rotas habētem, quæ sunt, sæuitia, impatientia, audacia, & impudētia. Valde velox est currus iste ad effundendum sanguinē, quia nec innocentia, aut patientia retardatur, nec timore refræna-

Nota.

Hugo.

Hugo.

Bernard.

frænatur, nec prudentia inhibetur. Trahitur à duobus perniciosis equis, & ad omnem perniciem paratissimis, scilicet, à terrena potentia, & à sæculi pompa. Porrò præsidêtes his duobus equis duo aurigæ sunt, scilicet, timor & liuor, timor pompam, liuor sæculi potentiã auget. Eccl. 9. Corda filiorum hominũ implentur malitia, & cõtemptu in vita sua, & post hoc ad inferos descendunt. Tertiò principaliter malitia est in proprium auctorem reflexiua, quia venenum malitiæ est peius quàm venenum serpentis. Sic enim homini mortiferũ est, cum sit alterius vita, sicut sunt aliqua animalia, quæ comedunt serpentes, & ranas. Sed venenum malitiæ primo nocet habenti, quia malitia ipsa maximam partem sui veneni bibit. Illud venenum serpentes in alienam perniciem proferunt, hæc in suam. Vnde Grego. 12. Moral. cap. 19. dicit, quòd mẽs praua est in laboribus semper; quia aut molitur mala, quæ inferat, vel metuit ne sibi inferantur ab alijs. Et quicquid suo proximo cogitat, hoc contra se à proximis excogitari formidat. Ideo dicitur Hiere. 2. Arguet te malitia tua. Ideo Hierem. 4. consulitur, Laua à malitia cor tuum. Quibus consideratis, quid mirum, si de malitiosis Psal. dicit, quod *in malitia sua disperdet eos: disperdet illos dominus Deus noster.*

Gregor.

PSAL. XCIV.

1631 **V***Enite exultemus domino, iubilemus Deo salutari nostro.*



HIc Psalmus habet istum titulum, *Laus cantici ipsi Dauid:* Quamuis secundũ Hebræos nullus præmittatur titulus. De materia psalmi dicunt Hebræi, quod istum psalmum fecit Moyses circa finem vitæ suæ, quando iam mortui erant in deserto omnes, qui exierãt de Aegypto, à viginti annis & supra, præter Iosue, & Caleb, vt habetur Num. 14. Vnde in isto psalmo Moyses vult inducere filios illorum mortuorum, quibus promiserat dominus, quòd ingrederentur terram promissionis loco patrum suorum, vult inquam illos inducere ad Dei laudem, & obedientiam, ne ex rebellione contra Deum, Deus irascatur contra illos, & moriantur in deserto antequam intrent terram promissionis, sicut accidit patribus ipsorum. Et litera psalmi satis ad istud propositum vt applicabilis. Sed Paulus Apostolus tractãs magnam partem istius psalmi ad Hebr. 3. & 4. dicit istum Psalmum fuisse factum à Dauid, dicens, Quoniã superest quosdam introire in illam requiem, & ij, quibus prioribus annunciatum est, non introierũt propter incredulitatem. Iterũ terminat diem quẽdã hodie in Dauid, dicendo post tantum temporis, sicut supradictũ est, hodie si vocem eius audieritis, &c. Dicit etiã ibi Apostolus, q̃ iste psalmus non loquitur de ingressu terræ promissionis, qui ante per multa tempora fuerat. s. tẽpore Iosue, sed de ingressu terræ viuentiũ nobis apertæ per Christum tempore gratiæ, quia Christus per passionẽ, resurrectionem, & ascensionẽ ianuas nobis paradisi aperuit, remouendo obstacula: Et sic iste psalmus ad literam sm Apostolum agit de tẽpore gratiæ, quando per Christum paradisus reseratus fuit nobis. Propter quod omnes fideles inducit ad deuotè Deum laudandum, & ei gratias agendum. Et hoc intẽdit glo. dicens, Agitur in isto psalmo de tempore gratiæ, in quo per Christum intratur in requiem. Vnde tam in titulo quàm in psalmo monet Deum hilariter laudare, & deuotè. Laus enim deuotionem significat, cantus autem hilaritatẽ, vt cum lætitia laudemus. Est ergo sensus tituli talis, *Laus cantici*, idest, deuotionis & hilaritatis, sit *ipsi Dauid*, i. ipsi Christo per Dauid figurato. In hoc ergo psalmo ad Christi laudes primo inuitantur Hebræi, quibus principaliter Christus fuit missus, & per cõsequens omnes alij fideles. Et iuxta hoc iste psal. diuiditur in partes quatuor, quia primò populus ad Christi laudẽ inducitur: secundò ad hoc multiplex ratio adducitur, ibi, *Quoniam Deus*, tertiò principale propositũ concluditur, ibi, *Hodie si vocem*. Circa primũ duo facit. quia primò nos inducit ad Christũ laudandum: secundò laudis indicat tempus debitum, ibi, *Praeoccupemus*. Quãntum ad primum sciendum, quòd quia Christus humiliter venit ad nos,

nos,& nos ne simus ingrati,ad ipsum te nemur accedere. Ipse enim Christus ad nos venit primò ad infirmorum sanatio nem,sic enim dixit Matt.8.Ego veniam & curabo eum, non solum in corpore, sed principalius in anima.Lucæ 5. Non veni uocare iustos,sed peccatores ad pœ nitentiam. Ad perditorum saluationē. Ioan.10. Ego ueni vt vitam habeant, & abundantius habeant. Matth.18. Filius hominis uenit saluare, quòd perierat, & dare,&c. Ad ignorantium illuminationem,Ioan.3. Ergo lux venit in mundum,sed dilexerunt homines magis tenebras quàm lucem.Ergo & merito nos ad ipsum uenire debemus. Primò vt infirmi ad medicum pro susceptione sanitatis. Ad hoc enim inuitamur Oseæ 6. Venite, reuertamur ad dominum, quia ipse cepit,& sanabit nos,percutiet,& curabit nos. Vide contrarium modum curationis. Nam medici corporales vulnerant animam,vt sanent corpus. Christus autem vulnerat corpus,vt animā sanet: quia corpus atterit flagellis, & multis aduersis, vt animam per humilitatem à superbia sanet, vt ostendit Greg. lib.6. moral.cap.15.Vnde ad nos sic sanandos per humilitatem inuitat,dicens Psal.33. Venite,filij,audite me,timorem domini docebo vos.Secundò vt perditi ad dominum,ipso nos vocante. Matth.11. Venite ad me omnes,qui laboratis,&c.& ego reficiam vos. Tertiò vt discipuli ad magistrum,ad quod inuitamur,Esa.2. Venite, ascendamus ad montem domini, & ad domum Dei Iacob, & docebit nos vias suas. Sic ad ipsum uenit Nicodemus nocte,& dixit ei, magister, &c. Et quia per ista omnia ipse Christus laudatur: ideo ad ipsum sic laudendum nos inuitat Psalmista, dicens, *Venite exultemus domino*,venite inquam non passibus corporis,sed mentis,& affectibus cordis,ac imitatione virtutum. *Exultemus domino.* Exultatio enim est lætitia mentis exterioribus actibus ostensa.vide supra versic.92.& 480 & 531.Exultat in Deo,qui gaudet exemplo Christi in aduersis.versic.152. Exultat in domino, qui omnia sua bona recognoscit à Christo. Luc.1. Exultauit spiritus meus in Deo salutari meo. *Iubilemus Deo salutari nostro.* Quid autem sit iubilare Deo,dictum est

Venit ad nos Christus multipliciter.

Venire debemus ad Christum multipliciter.

E vers.766. Salutare autem nostrum dicitur Christus.Luc.2. Quia uiderunt oculi mei salutare tuū. Est ergo sensus istius versiculi secundum gl. *Venite*,scilicet fide, *exultemus domino*, scilicet gaudium sit in mente,quod uerbis extra exprimi non possit. Et quòd domino Iesu Christo exultare, & iubilare debeamus, ex hoc apparet. Nam quęrūt doctores,quis maiorem habuit causam lætitiæ de Christi aduentu,angeli,an homines. Respondetur,quòd homines, tum quia naturā humanam apprehendit,non angelicam. ad Hebr.2.Nusquam angelos apprehendit,sed semen Abrahæ. Etiam quia uenit satisfacere pro peccato hominis, nō angeli, cuius peccatum irremediabile erat. Et tamen Angeli Christo exultauerunt in eius natiuitate.Lucæ 2. Facta est cum angelo multitudo militiæ cœlestis exercitus laudantium Deum,&c. Quanto ergo fortius hoc facere debet homo. Ad quod psalmista inuitans ait, *Venite exultemus domino.* Sed tamen peccatores obstinati,non Christo sed mundo exultant, multiplex malum venire cantantes. Vide supra vers.1037.

Exultare Christo debemus.

G *Præoccupemus faciem eius in confessione,& in psalmis iubemus ei.* 1632

HIc Psalmista ostendit laudis diuinæ tempus debitum,quod,scilicet est tempus uitæ præsentis. Quia qui hic confessione laudat Christum, in æternū laudabit,qui autem hinc decedit sine laudibus Christi, amplius inter laudatores eius non erit. Oportet ergo ad hoc præoccupare diem mortis,ne forte præoccupemur ab eo. Nam secundum grāmaticos, præoccupare componitur ex occupo,occupas,& præ, quod est ante. H Et ideo pręoccupare idem est,qđ pręuenire,& ante occupare. Præoccupemus ergo faciem domini in confessione,ante quam præoccupemur à facie iræ,& furoris eius in die mortis,exemplo filiorum Israel,qui uidentes quòd Holofernes venerat ad ipsos perdendum, præoccupauerūt vertices montiū, per quos ascendere poterat ad eos. Sic & nos,quia uidemus diabolum paratum nos subiugare,præoccupemus faciem Christi in confessione. Quid est autem faciem domini præ-

Iudith 4.

præoccupare in confessione, nisi ipsum laudare, nos accusare? Ad cuius euidentiam notandum quod duplex est ad propositum confessio, scilicet laudis, qua Deus laudatur, & criminis, quo quis seipsum accusando, proprium peccatum confitetur. Et vtraque confessione oportet faciē domini præuenire. Quid enim est facies domini, nisi Christus per quē dominus Deus cognoscitur? vide supra vers. 459. & 689. & 448. Vnde hic ait gl. *Praeoccupemus faciem domini in confessione*, scilicet illum laudantes, & nos accusantes. Gemina enim confessio est, scilicet, laudis, & peccati. Confessio etiam peccati ad laudem pertinet ignoscentis. Vnde gloss. prædicta principaliter hoc dicit de confessione peccatorum, cum dicit, *Praeoccupemus faciem eius in confessione*, sed de confessione laudis, cum sub dir, *Et in psalmis iubilemus ei*. Quantum ergo ad confessionem peccatorum dicit, *Praeoccupemus faciem eius in confessione*, quia confessio mortem præuenire debet, ne homo præueniatur à morte. Si enim morbo corporali cognito, homo quàm citius potest augmentū eius præoccupare conatur, ne inualescat, quāto fortius de morbo spirituali homo facere debet, ne morte præoccupetur? Et hoc est, quod dicitur nobis Eccle. 17. Sia cum viuis, & dantibus confessionem domino, non demoretis in errore impiorum. Ad hoc autem, quòd confessio criminis debeat præoccupare faciem iudicis, vt, scilicet, sit festina, multiplex ratio assignatur. Prima, quia tardatio confessionis, habita opportunitate, peccatū aggrauat, quoniam diuturnitas peccati ipsum aggrauat, quia tanto sunt grauiora peccata, quanto diutius infelicem animam detinent alligatam, vt habetur extra de consuetudine. Cum tanto. Secunda, quia ex hoc anima fit debilior ad resistendum diabolo, & in alia peccata facilius labitur. Vnde Greg. ait, Omne peccatum, quod citius pęnitendo non tergitur, peccatum est, & causa peccati. Peccatum namque, quod pœnitentia non deletur, ipso suo pondere mox ad aliud trahit. Vnde fit, vt non solum peccatum sit, sed etiam & causa peccati. Ex illo quippe uitio subsequens culpa oritur, ex quo cęcata mens ducitur, vt pęnis, &

Confessio debet esse festina multiplici ratione.

Gregor. 25. mor. c. 15.

A alio peccato ligetur. Tertia, quia hoc peccator se periculo damnationis exponit. Quoniam vt ait Gregor. in ho. Et si Deus pœnitenti veniam spopondit, tibi tamen diem crastinum non promisit. Et ideo iuxta consilium beati August. in libro de utilitate agendæ pœnitentiæ, dicit, Vis à dubio liberari, dum sanus es, pœnitentiam age, dico tibi, quòd si sic agis, securus es, quia pœnitentiam egisti, quo tempore peccare potuisti. Si autem uis agere pœnitentiam, quando amplius peccare non potes, peccata te dimiserunt, non tu illa. Et ideo nobis consulit sapiens. Confiteberis uiuens uiuēs, & sanus confiteberis. Quia, scilicet, tūc magis uiget discretio mentis. Et istis rationibus consideratis, ait Psalmista, *Praeoccupemus faciem eius in confessione*. Sed ad horum declarationem hic occurrit dubium, scilicet, vtrum habens conscieētiam peccati mortalis, statim, habita opportunitate, confiteri teneatur. Ad hoc respondent aliqui doctores dicentes, quod loquendo de confessione exteriori fienda sacerdoti in foro pœnitentiæ, quòd quis ad talem confessionem obligatur dupliciter. Primò ex institutione ecclesiæ, & non ex culpa propria, vt pura ille, qui non habet conscientiā peccati mortalis per totum annum. Talis enim tenetur ad confessionem semel in anno, solo præcepto ecclesiæ. Et talibus sufficit, vt tempore paschali se sacerdoti pręsentent, & ei suam conscientiam aperiant. Secundò quis tenetur ad confessionem non solum præcepto ecclesiæ, sed etiam ex culpa propria, vt pura ille, quæ habet conscientiam peccati mortalis. Et de talibus est aliquorum opinio, quòd tales habita conscientia peccati mortalis, statim tenentur confiteri, sed confessionē sacerdoti fiendam licitè differre possunt vsque ad tempus paschæ. Ratio ipsorum est, quia præceptum ecclesiæ (extra de pę. & re. omnis.) non plus eos obligat, quòd quidem est præceptum affirmatiuum, quod in hoc differt à negatiuo, quia præceptum negatiuum obligat ad semper, & pro semper. Præceptum affirmatiuum obligat non pro semper, sed solū ad certum tempus, maximè si determinatum tempus in præcepto affirmatiuo sit determinatum. Istud autem præceptum

Greg. in ho.

August.

Eccl. 17.

B

Quaestio.

Cōfessio an debeat fieri statim habita opportunitate.

C

D

ptum de confessione facienda affirmatiuum, certum tempus continet, scilicet tempus paschæ, ergo solum illo tempore obligamur ad confessionem. Insuper dicūt tales, quòd certi sunt casus, in quibus quis habens conscientiam peccati mortalis, etiam ante illud tempus confiteri tenetur. Primus ratione sacramenti, vt cum quis vult celebrare, vel eucharistiam sumere. Secundus ratione periculi, vt cum quis est infirmus, & in periculo mortis. Tertius ratione conscientiæ, vt si alicui dictet conscientia, quòd statim confiteri tenetur, aliter enim faceret contra conscientiam, quod semper est peccatum. Quartus est ratione dubij, scilicet, quando quis verisimiliter dubitat, quòd in pascha non habebit opportunitatem confitendi, vt exponens se longæuę peregrinationi, vel habens cōscientiam peccati, cuius absolutio spectet ad episcopū, cuius modo habet copiam, quam verisimiliter in tempore paschæ non habebit. Quintus est ratione statuti obligantis, sicut religiosi ratione suarum constitutionum, ad quas obseruandas obligantur, omni septimana cōfiteri tenentur, & certis temporibus in anno communicare. Sed ista opinio mihi uera non uidetur. Quia credo, quòd quilibet statim, habita conscientia peccati mortalis, habita opportunitate confiteri tenetur. Et voco hic opportunitatē confessionis, qn habet sufficientem memoriam suorum peccatorum, diligenti examinatione præmissa, quam tenetur facere quàm citius potest, si habet copiam sacerdotis proprij, alias debiti, si habet tempus congruum. Istis ergo conditionibus habitis, & consimilibus, dico quòd quilibet habens conscientiam peccati mortalis, statim confiteri tenetur. Ad hoc probandum sciendum, quòd cōfessio sacramentalis peccatorum, & si nō sit de iure naturali, est tamen de iure diuino. Primò, quia in antiqua lege fuit prophetico spiritu prænunciata. Prou. 28. Qui abscondit scelera sua, non dirigetur, qui autem confessus fuerit, & reliquerit ea, misericordiam consequetur. Secundò, quia confessio à Christo fuit instituta. Quando enim Christus dedit Petro, eiusq; successoribus potestatem iudiciariam animas ligandi, & soluendi,

Alia opinio.

Cōfeßio de iure diuino est.

E Ioan. 20. tunc confessionē instituit. Probo. Quia nullus rectè potest iudicare de ijs, quæ ignorat. Si ergo Apostoli habebant animas iudicio ligare, vel absoluere, oportebat ipsos scire statūs, & conditiones animarum, quæ sciri nō possunt, nisi per confessionem propriam cuiuslibet, quia solus Deus inspicit hominum corda. Christus ergo instituendo Apostolos animarum iudices, ex consequenti instituit confessionem ipsis faciēdam. Ex quo patet, quòd confessio est de iure diuino. Ad illa autem, quæ sunt de iure diuino, quilibet obligatur, etiam absque aliquo statuto ecclesiæ. Sed ad ius F diuinum obseruandum quilibet semper obligatur opportunitate habita: ergo. Præterea, habens conscientiam peccati mortalis, & differens confessionem opportunitate habita, etiam posito, quòd habeat peccati displicentiam interiorē, quæro an talis est in statu gratiæ, aut non. Si dicas quòd sic, cum omnis existens in statu gratiæ licitè communicari possit, ergo talis licitè sine confessione posset communicare, & missam celebrare, quod manifestè est falsum etiam per eos, quod patet ex casibus positis su G perius. Si autem dicas, quòd talis non sit in statu gratiæ, cum hoc non sit, nisi quia habita opportunitate differret cōfessionem, quam si non differret, esset in statu gratiæ, sequitur quòd habita opportunitate, statim confiteri tenetur, sicut statim tenetur ad statum peccati dimittendum, & gratiæ procurandum. Præterea sciendum, quòd quilibet mortaliter peccans offendit non solū Deū, sed etiam ecclesiam. Offendit. n. Deum, quia ei debitam obedientiam subtrahit, & honorem. Offendit etiam ecclesiam, quia seipsum, qui ante erat membrū ec- H clesiæ, membrum diaboli facit, ad Eph. 5. Christus dilexit ecclesiam, & nos mēbra sumus corporis eius. Vel si ante erat in peccato, seipsum, qui de iure debet esse membrum ecclesię magis subijcit hosti ecclesiæ. Cum ergo quilibet offendens alium, & damnificans, habita opportunitate teneatur statim sibi reconciliari, & satisfacere, vt docet Christus Matth. 5. dicens, Si offers munus tuum ad altare, relinque ibi &c. Sequitur, ꝙ peccator habita cōscientia peccati mortalis,

1. Paral. 6.

talis, statim tenetur recõciliari Deo, & ecclesiæ, & sibi de dãno illato satisfacere. Deo aũt reconciliamur per contritionẽ. Psal. 50. Cor cõtritum, & humiliatũ, Deus, non despicies. Ecclesiæ autem reconciliamur per exteriorem confessionem, per quam peccator se humiliter subijcit iudicio ministri ecclesiæ, declarãs offensam sibi factam, & se paratum offerens ad emendam, & satisfactionem debitam facere iudicio illius, igitur. Nec ratio opinionis oppositæ ualet, quia illa decretalis, Omnis utriusque, non dat licentiam differendi confessionem, nec fortè dare posset, sed prohibet prolixiorem negligentiam. Sicut consimiliter ecclesia sub certis pœnis prohibet, ne quis ultra annum remaneat in excommunicatione. Non tamen sequitur, q̃ licitè vsq; ad annum possit remanere in excõicatione. Sic ẽt in proposito. Et ideo sicut laborans morbo contagioso, & mortali, statim, habita opportunitate, tenetur quærere remedium, & peritum medicũ, & morbum occultum aperire medico, & iuxta consilium medici facere, aliter suipsius homicida reputaretur: Sic multo fortius in morbo spirituali hoc esse debet. Et ideo bene dicebat ille rex Ezechias. Viuens uiuens ipse confitebitur tibi. (*Esa. 38.*) Et dicit bis viuens, ut denotet uitam corporis, & uitam mentis, quæ in discretione consistit. Si igitur uiuens uiuẽs debet confiteri, qualiter licitè potest confessionem differre, cum ignoret diem, & horã mortis corporis, & perditionis rationis, & discretionis mentis? Debet ergo confessio præuenire, & præoccupare faciem iudicis. Et hoc est q̃ hic ait Psal. *Praeoccupemus faciem eius in confeßione.*

1633 *Quoniam Deus magnus dominus, & rex magnus super omnes deos.*

HIc adducitur multiplex ratio, quare sic Christum debemus laudare. Et prima sumitur ratione suæ dignitatis. Secunda ratione suæ potestatis, ibi, *Quia in manu.* Tertia ratione suæ bonitatis, ibi. *Quoniam ipsius.* Quarta ratione nostræ vilitatis, ibi, *Venite adoremus.* Primò ergo est à nobis Christus laudandus ratione suæ dignitatis. Quod ostendens Psal. d. *Quoniam Deus magnus dominus.* Quasi dicat: Bene debemus Christum laudare, quoniam ipse est Deus, quia filius Dei æternus ratione suppositi, non Deus participatione, sed per essentiam, quia in principio erat verbum, & verbum erat apud Deũ & Deus erat verbum. Et verbum caro factum est, &c. (*Ioan. 1.*) Si igitur Christus est verus Deus, sequitur q̃ est magnæ dignitatis, s. q̃ sit magnus dominus, & rex super oẽs alios reges, & dominos. Et hoc est q̃ subdit. *Et rex magnus super omnes deos*, i. super oẽs alios sanctos. Nam prophetæ, & alij sancti, dij participatione in scriptura vocãtur, Psal. 81. Ego dixi dij estis, & filij excelsi omnes, vide versicul. 774. & 809. & 1391. & 1411. Vnde de Christo dicitur Apoc. 19. q̃ ipse est rex regum, & dominus dominantium. Nota ergo, q̃ d. *Quoniam Deus magnus dominus*, q̃ dicit ad differentiam temporalium dominorum qui veri domini non sunt dicendi, propter tres conditiones eis deficientes. (*Dominus propriè dicitur Deus Christus et non homo.*) Primò, quia non possunt tantum reddere seruo suo, quantum seruus eis tribuit. Et per consequens magis indigent seruo, q̃ seruus dño, & per consequens non habent ueram rationẽ libertatis, ergo nec dominij. Secundò, quia nullus dñs terrenus potest facere seruum suum liberũ, quia nec ipse liber est. Patet, quia ipse seruit malis affectionibus, & cupiditatibus, vt iræ, auaritiæ, & hmõi. Vnde Seneca epist. 74. seruus es, ostende mihi quis nõ sit, alius libidini, alius auaritiæ, alius ambitioni, alius timori seruit, imo ut ipse Seneca docet in prouerbijs suis, dñi vt cõiter magis timent quàm serui. (*Seneca.*) Rex inquit est, qui multum timetur, magisq; à regibus quàm à seruientibus timetur, quia isti singulos, illi vniuersos timent. Et ad hoc dicit Chrysost. super Math. (*Chrysost.*) Semper enim grandis potestas maiori timori subiecta est. Sicut enim ramũ arborum in excelso positarum si leuis aura flauerit mouet, sic & sublimes homines & leuis nuncij fama conturbat. Humiles aũt sicut in conualle existentes plerunq; in tranquillitate cõsistunt. Tertiò, quia non possunt compellere homines ad liberè & bene seruiendum, quia nullus alteri bene seruit inuitus & coactus. Per oppositũ verò Christus Deus est verus & naturalis dñs. Primò, quia

seruus

feruis nullatenus indiget, nec per aliorũ seruitium aliquid sibi accrescit, imò potius seruis quos ille continuè præseruat & custodit. Vnde sibi quilibet seruus dicit, Conserua me, domine. Sequitur, Bonorum meorum non indiges. Secundò, quia ipse sibi seruientes liberos facit imò reges. Ioan 8. Si filius vos liberauit, verè liberi eritis. Et Apoc. 1. Fecisti nos Deo nostro regnum, & sacerdotes. Tertiò quia non solum homines, sed etiam omnis creaturã seruit sibi velit, vel nolit in cœlo, in terra, & in inferno. Quia, si homo seruiat ei voluntariè, virtuosè seruiet, expectans in præsenti diuinam misericordiam, & in futuro gloriam. Si autem nolit diuinis præceptis obedire volũtariè, seruiet diuinæ iustitiæ in inferno. Ideo dicitur Psal. 118. Ordinatione tua perseuerat dies, quoniam omnia seruiunt tibi. Istud satis aduertebat Octauianus Augustus, sicut de eo dicitur in libro de duodecim Cæsaribus. Dicebat enim domini appellationem esse quasi opprobriũ & maledictionẽ. Cum enim eo spectante ludos pronunciatum fuisset ipsum esse dominum & regẽ vniuersi, quod cum de eo dictum exultãtes approbassent, statim manum vultui apponens adulationẽ compressit, & sequẽti die eos grauissimè corripuit, & post hæc nunquàm voluit se dominum nuncupari. Ex quibus patet, q̃ propriè solus Deus Christus dicitur & dominus. Et hoc est quod hic ait Psal. *Quoniam Deus magnus dominus*. Propter quod ei dicitur. Nomen tibi dominus, tu solus altissimus &c. vide versic. 1430.

Psal. 15. — *Exemplũ.* — *Psal. 82.*

1634 *Quia in manu eius sunt omnes fines terræ: & altitudines montium ipsius sunt.*

HIc ostẽditur Christus laudãdus ratione suæ potestatis. *Quia in manu eius*, id est, in potestate sunt omnes creaturæ, quas liberè conseruat, & ad nihilũ redigere potest. Notãdum, q̃ aliqui textus istum versum aliter inchoant, sic d. *Quoniam nõ repellet dominus plebem suã: quia in manu eius sunt omnes fines terræ.* Tamen textus communis non habet illud, *Quoniam non repellet dominus plebem suam.* Si tñ ponatur, tunc aduertendum

Plebs detũr Iudæ.

E est, q̃ per plebem domini intelligit populum Iudaicum. Luc. 1. Benedictus dominus Deus Israel, quia visitauit, & fecit redemptionem plebis suæ. Hãc ergo plebem non repellit Deus, quia & si aliqui eorum à fide recesserunt, & per consequens à Christo sint repulsi, aliqui tñ multi remanserunt. Nam de ista plebe fuerunt Apostoli, & multi alij iusti, fuit & Christus. Per fines terræ intelligit gẽtes, quæ per circuitum terræ Iudæorum habitabant vsque ad fines terræ, quia terra Iudæorum erat in medio orbis sita, & gentes circũcirca terrã per totum orbem habitabant. Dicit ergo, *quoniam nõ repellet dominus plebem suam*, quia. s. partem Iudæorum tenebit in manu sua per fidem, ac etiam gentes reducet ad fidẽ, & sic in vna ecclesia coniungit Iudæos, & gentes. Vnde de gentibus dicit, *Quia in manu eius sunt omnes fines terræ*, idest, omnes gẽtes reducet ad fidem, idest, de omni genere gentium. Et sic Christus est lapis angularis, qui fecit vtraq; vnũ. Et, si aliquis de hoc dubitasset, s. quod non posset gentes ad fidem ducere, quia inter gẽtes erant magni & potentes domini, vt reges, imperatores, qui Christo contradicerent. Ad hoc respondet Psalmista, dicens, quòd etiam ipsos magnates, reges, & imperatores conuertet, & ipsos oculo suæ misericordiæ aspiciet. Et hoc est quod ait, *Et altitudines montium*, i. altæ, & terrenæ potestates, quæ prius Christi fidei aduersabantur, *ipsius sunt*, quia scilicet illos faciet de numero suorum fidelium. Qualiter autem Deus aliquos repellit, & qualiter nõ, vide versic. 705. & 718 Item nota q̃ per manum Dei intelligitur eius potentia, vide versic. 115. Vel per manum Dei intelligitur Christus. versi. 197. Et ista manus habet quinque digitos, vide versic. 1520.

F

Gẽtes sunt fines terræ.

G

H

Quoniam ipsius est mare, & ipse fecit illud: & siccam manus eius formauerunt. 1635

HIc ostendit Christum laudandum ratione suæ bonitatis, qua mare fecit, & terram. A principio enim omnia erant mixta in simul terra, & aqua, sed Deus fecit mare, qñ congregauit aquas ad vnum locum, s. ad mare Oceanum,

num,& tūc fecit etiam terram, quæ ter ra in parte sui mansit discreta propter habitationem,& alimenta hominum, & animalium. Vnde Gen. 1. dicitur, Dixit Deus, congregentur aquæ, quæ sub cęlo sunt in locum unum,& appareat arida. Vocauitque Deus aridam terram, congregationesq; aquarum appellauit Maria. Et hæc omnia Christus fecit ratione suppositi. Per hoc vult ostendere Ps. Christi bonitatem, qui nos sic regit, vt nulla creatura hominem ad peccatum cogere possit. Vbi notandum, q̄ hic per mare intelligitur omnis tentatio, tam mundi quàm carnis, vel diaboli, quæ mare dicitur, quia ad amaritudinem peccati nos conatur inducere. De hoc mari dicitur Iob 41. Feruescere facit quasi ollā profundum maris, quod fit, quando grauis tentatio inflammat cor interius. Sed illud mare tentationis, vel aduersitatis Deus sic arctat, ut non permittat nos tentari supra id, quod possumus, sed faciet cum tētatione prouentum, vt etiam ex tentatione, idest, mens arida afferat fructum. Et hoc ponit gloss. dicens, *Quoniam ipsius est mare*, scilicet, mundus, vel diabolus, cuius fluctus, idest, tentationes, vel aduersitates termino arctat Deus, vt non permittat nos tentari supra id, quod possumus. Qui fluctus etiā prouentum, idest, vtilitatem nobis faciunt, Deo illud agente. Ipse ergo facit, quòd nec scandala tibi noceāt, quæ moderatur. *Et ipse fecit illud*. Hoc addit, vt omnia subiecta esse eius potestati cognoscas. Vnde & Gregorius ait, Pius conditor noster cum uiribus flagella moderatur, ne virtutem pœna transeat, & per astutiam fortium humana infirmitas excidat. Vnde bene per Paulum dicitur. Fidelis autem Deus, qui non patietur vos tentari supra id, quod potestis, sed faciet cum tentatione prouentum, vt possitis sustinere. Nisi enim misericors Deus cum uiribus tentamenta modificet, nullus profecto est, qui malignorū spirituum insidias non corruens portet. Quia, si mensuram tentationibus iudex non præbet, eo ipso protinus stantem deijcit, quo ultra uires onera imponit. Quia, vt ait idem Greg nimirum iudicij occulti mensura est, & quando persecutionis procella prosiliat, & quando quiescat, ne aut non exagitata electos exerceat, aut non moderata in profundum mergat, &c. Sic ergo, quia huius maris tentationes, vel aduersitates Christus ad libitum temperat, ideo sub ipsius dicitur esse potestate. Quod notans Psal. dicit, *Quoniam ipsius est mare, & ipse fecit illud, & siccam manus eius formauerunt*, idest, aridam, & solidam terram mētis humanæ, quæ diuinæ gratiæ recipit imbrem, & fructificat, quam non finit fluctus tentationum operire. De periculis, quæ sunt in mari istius mundi, per tres syrenas maris figurata, vide versicul. 653.

Tētationes moderat Deus.

Greg. lib. 9. mor. c. 16.

Venite, adoremus, & procidamus, & ploremus ante dominum, qui fecit nos, quia ipse est Deus noster. 1636

OStendit hic Christum laudandum ratione beneficiorum suorum, nobis collatorū, quæ in speciali sunt duo: primum, quia creauit nos ad imaginē suam: secundum ponit ibi, *Et nos populus*. Quantum ad primum sciendum, q̄ quamuis omnia de nihilo creauit, tamē modo quodam singularissimo hominē inter cætera maioris dignitatis creauit, vt ostendit Gregor. super illo verbo Iob 10. Manus tuæ, domine, fecerunt me &c. dicens, Ac si humiliter dicat, Quia sub iusto examine dignum non est, tuæ placationi, quod feci, pensa misericorditer ne pereat, quod tu fecisti. Quibus etiam verbis peruersum Manichæi dogma destruitur, qui duo esse principia mentiēs, à Deo spiritum, à Sathana vero carnem esse conditam asserere conatur. Sanctus enim uir prophetici spiritus gratia plenus longe post uentura considerat, & errorum germina præuidens calcat, dicens, Manus tuæ, domine, fecerunt me, & plasmauerunt me totum in circuitu. Qui enim & plasmatum se, & factum totum in circuitu à Deo asserit, tenebrarum gēti nec in spiritu suo aliquid, nec in carne dereliquit. Nam plasmatum se propter internam imaginem retulit, factum verò totum in circuitu, in eo q̄ ex carnis constat indumento, memorauit. Notandum verò est, quòd se plasmatum manibus asserit, misericordię iudicis dignitatem suæ conditionis opponit.

Hominis dignitas patet ex modo creationis.

Greg. lib. 9. mor. c. 35.

Hominis animam & corpus fecit Deus.

nit. Quamuis enim per coæternum patris verbum cuncta creata sint, in ipsa tamen relatione creationis ostenditur, quantum cunctis animalibus, quantumque rebus uel cęlestibus, sed tamen insensibilibus, homo præferatur. Cuncta quippe dixit, & facta sunt. Cum verò facere hominem decreuit: hoc, quod reuerenter pensandum est, præmisit dicens, Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram. Neque enim sicut de rebus cæteris de eo scriptū est: fiat, & factum est, neq; vt aquæ, volatilia sic terra hominem protulit, sed priusquam fieret, faciamus dicitur, vt. videlicet quia rationalis creatura cōdebatur: quasi cum consilio facta videretur, quasi per studium de terra plasmatur, & inspiratione conditoris virtute spiritus uitalis erigitur, vt. s. non per iussionis uocē, sed per dignitatē operationis existeret, qui ad cōditoris imaginem fiebat. Hanc dignitatem habens in qua à Deo est factus, hic allegat Psalmista, vt ipsum dominum laudemus, & adoremus, dicens, *Venite adoremus, & procidamus, & ploremus ante Deum.* Et rationem subdit, *Qui fecit nos.* Et vide debitum modum laudādi, primò vt ipsum adoremus, secundò vt ante ipsum procidamus, tertiò vt peccata nostra ploremus. Venite ergo primò adoremus dominum Iesum Christum. Adorare enim aliquid, est illud præ omnibus alijs diligere, in illō totam spem suam ponere, vt dictum est supra vers. 300. & 320. Primum ergo, quod requiritur ad laudem Christi, est ipsius super omnia dilectio; vt nullius alterius rei dilectio ei præponatur, secundum doctrinam Apostoli dicentis, Quis nos separabit à charitate Christi, tribulatio, an angustia, an persecutio, an fames, an nuditas, an gladius &c. Certus sum enim, quòd neq; mors, idest, timor, mortis, neq; vita. i. amor vitæ præsentis &c. neq; aliqua creatura poterit nos separare à charitate Dei, quæ est in Christo. Sic ergo qui timore mortis, vel amore vitæ præsentis, vel alterius creaturæ præcepta Christi contēnit, ipsum Christum non adorat, sed illud adorat, cuius dilectione Christum contemnit. Quos reuocat Psal. nunc. d. *Venite adoremus dominum*, s. corde ipsum præ oībus diligē-

Gen. 1.

Adorare debemus Christum.

Rom. 8.

E do. Ioan. 4. Verī adoratores adorāt in spiritu, & veritate. Sed hic vnum dubiū cadit, si vera adoratio Dei stat in spiritu & veritate, qui spiritus loco non circunscribitur, quare ergo adorando obseruamus locorum differentias, vt puta oramus versa facie ad orientem. Et sic oratoria nostra, & ecclesias ordinamus, q caput ad partem orientis habent. Quomodo ergo in spiritu Deū adoramus, si loca adorando obseruamus? Ad hoc dico, q quamuis in spiritu, & veritate, & non localiter adorandus sit Deus, vt. s. magis credatur placabilis in uno loco F quàm in alio, veruntamē ipsa locorum differentia qñq; ad adorandum, & orandum, specialius nostram deuotionem incitat, & auget. Per accidens tñ dum. s. per ipsa loca aliqua nobis diuinitatis mysteria præsentantur. Quis enim nostrum existens in loco, in quo Christus orando genu flexit, non deuotius Christum adoret orando? & sic de consimilibus. Nos ergo publicè Christum orando, versus partem orientalem oramus, quamuis ad omnē partem possimus orare. Quia illa pars orientalis nobis tria repræsentat, quibus cōsideratis, nostra G augetur deuotio. Nobis enim repræsentat primum principium, à quo nostra progreditur fœlicitas, Acerbum supplicium, quo nostra redimitur iniquitas, Vltimum iudicium, quo nostra concipitur humilitas. Primum patet, quia ipsa pars orientalis est principium lucis solaris, qua omnia temporalia generauī, nutriūtur, & conseruantur. Et sic nobis repręsentat ipsum Deum, à quo nostra beatitudo procedit, & perpetuatur. Zach. 6. Oriens est nomen eius. In huius figurā Christus ad orientem cœlos ascendit. Psal. 67. Ascendit super cœlum cœli ad H orientem. Vt ergo fęlicitatis desiderio magis accensi videndo partem orientalem, deuotius Deum adoremus, versis vultibus ad orientem adoramus. Secundum patet, quia oriens repræsentat nobis Christi passionem. Christus enim in cruce positus faciem habebat ad occidētem, & dorsum ad orientem, quia. s. pro nobis patiendo illos aspiciebat, qui per peccatum occiderant, & recesserant à vero oriente. Si ergo Christum per faciē volumus aspicere pro nobis pendentem

Quæstio. Adoramus ad orientē, & quare.

Ecclesia habent caput ad orientē, & quare.

in-

in cruce, dum ipsum colimus, oportet nos faciem nostram ad orientem vertere, vt sic non solum mente in faciem Christi adorando tendamus, sed etiam corpore dicentes illud Psalmi octuagesimiquarti: Respice in faciem Christi tui. Sic ergo dum ad orientem adoramus, faciem Christi pro nobis crucifixi aspicimus mente. Ezechiel octauo Viri habentes faciem ad orientem adorabant ad ortum solis. Tertium patet. Legimus enim, quòd Christus in valle Iosaphat, quæ est iuxta montem Olieti, quæ est iuxta Hierusalem à parte orientali, tenebit vltimum iudicium. Cuius iudicij consideratio nos à multis malis refrænat, & ad humilitatem inducit. Et ideo ad orientem adoramus, vt vltimum iudicium ante oculos nostræ

Zach. 14. mentis habeamus. Vnde de Christo in vltimo iudicio existente, dicitur, Stabunt pedes eius super montem Oliuarum, qui est contra Hierusalem ad orientem. Secundus actus laudis Christi est, vt procidamus ante ipsum. Vnde dicit, *Venite, adoremus, & procidamus*. Procido procidis, componitur ex pro, & cado, dis. Et est procidere idem, quod ante cadere. Et sic ille procidit ante alium, qui ante aliquem ex humilitate se totum prosternit ad terram. Sic enim de Magis legitur Matthæi secundo: Et procidentes adorauerunt eum. Et hoc est signum summæ humilitatis, & reuerentiæ erga Christum habendæ. Non enim coram aliquo homine debemus in signum reuerentiæ procidere, sed solum coram Deo, ut ait Gregorius libro 21. moral. capitulo vndecimo dicens, Cum primus pastor ecclesiæ Petrus, adorante se Cornelio, suprà se sibi honorem videret oblatum, ad æqualitatem conditionis citius recurrit, dicēs, Surge, & ego ipse homo sum. Quis enim nesciat, quòd conditori suo homo, & nō homini debeat prosterni? Quia ergo humiliari sibi plusquàm debuit hominem vidit, ne vltra humilitatis metas mens intumesceret, esse se hominem recognouit, quatenus illati sibi honoris elationem frangeret, considerata æqualitate conditionis. Tertius actus laudis Christi est, vt de peccatis agamus pœnitentiam. Et hoc est, quod ait, *Venite, adoremus, procidamus, & ploremus ante Deum.*

Prosterni homini nullus debet, sed soli Deo procidere.

Act. 10.

Laudat Deū qui pœnitet.

A Nō enim maior laus alicui potest exhiberi, quàm factis seipsum accusare, & ipsum laudare. Quod bene aduertēs Magdalena pedes Christi lachrymis lauit. Ideo dr, Plorate in miserijs vestris. *Luc. 7.*

Et nos populus pascua eius, & oues manus eius. 1637

HIc ostendit Christum laudandum ex beneficio gubernationis. Deus enim speciali modo gubernat homines vltra alia animalia, & cęteras creaturas. B Quod notans Apostolus ait, Non est cura Deo de bobus, idest, talis, sicut de hominibus, quia homines gubernat specialius, vt puta, quia propter hominem legem dedit, præmia, & supplicia ordinauit æterna, & nō propter alia animalia. Vnde de gubernatione quam specialiter circa homines habet, dicitur, Vniuersorum finem ipse considerat, scilicet, bonorum, & malorum. Quod exponens Gregor. dicit, Vniuersorum nomine electos comprehendi voluit, & reprobos. Nam bona faciens Deus, mala verò non faciens, vniuersorum curam habet. Nam C ab iniquis facta ne inordinatè veniant, ipse disponendo cōsiderat vniuersorum finem, & patienter tolerat omnia, atque intuetur electorum terminum, quia ex malo mutentur ad bonum. Intuetur etiam reproborum finem, quod de malo opere dignè trahātur ad supplicium. Vidit finem persequētis Sauli, quo prostratus diceret, domine, quid me vis facere? Vidit finem quasi obsequentis discipuli: quo commisso scelere guttur laqueo stringeret, seque & peccantem puniret, & vlterius puniendo deperiret. Vidit Niniuitas delinquentes, sed consi D derauit finem delinquentium pœnitentiam correctorum. Viditque Sodomam delinquentem, sed considerauit finem ardoris luxuriæ ignem gehennæ. Vidit gentilitatis finem, quòd possessa Iniquitatum tenebris, quandoq; fidei luce clarescerer. Vidit Iudææ terminum, quòd ab ea luce fidei, quam tenebat, obdurata perfidiæ se tenebris ecçaret, &c. De quibus patet, quòd vigilantiori cura Deus homines gubernat cæteris creaturis. Et si obijciatur illud Sapien. 6. quòd æqualiter

Hominū specialem curā Deus habet.

1. Cor. 9.

Iob 28.

Gregor. lib. 18. moral. c. 17.

Finem omnium Deus videt.

liter est ei cura de omnibus. Ex prædictis patet responsio, scilicet, quo ad effectum, æqualiter est ei cura de omnibus: licet diuersis effectibus de omnibus curet. Sicut, si pater duos filios habens, vnum doctorem, alium militem: quos æqualiter affectu diligit: diuersis tamen affectibus illos gubernabit, scilicet, militi dans non libros, sed arma: doctori autem libros dabit, non arma. Sic Deus omnes creaturas æqualiter gubernat, vnicuique prouidens secundum naturæ suæ statum. Et ideo cum hominis natura nobilior sit cæteris, diligentius gubernat homines. Hoc ergo beneficium hominem ad Christi laudem inducit. Quod hic commemorans Psalmista dicit. *Et nos populus pascuæ eius, & oues manus eius*: quia, scilicet, nos singulariter pascit, & vt oues suas sua manu gubernat. Et aduerte, quòd idem intelligit hic per oues, & per populum. Vnde hic ait gloss. vide quam eleganter ordo verborum mutatus est. Non dixit oues pascuæ, nec populus manus, quod magis videretur congruere: quia ad oues pascua magis pertinent. Quod ideo fecit, vt ipsas intelligas oues, quæ sunt populus. Et hic notat Augustinus quòd nos rectè sumus oues manus Dei dicẽs. Et oues manus eius. Nos enim habemus oues, quas emimus, non quas fecimus: ideo quia statim dixerat, quòd ipse fecit nos, rectè nunc dictum est. Et oues manus eius. Nullus hominum sibi facit oues: emere quidem potest oues, donare aggregare, furari potest: sed facere oues non potest. At vero Dominus noster fecit nos, ideo nos sumus populus pascuæ eius, & oues manus eius. Ista etiam litera specialiter referri potest ad populum Hebraicũ, quem Deus gloriosè quadraginta annis pauit in deserto. Vel aliter potest intelligi, quòd nos sumus populus pascuæ Dei: non solum quia nos Deus gubernat, & pascit, sed etiam quia nos pascimus Deum bonis operibus nostris. Vnde, sicut mali malis operibus diaboli famem pascunt (vt dicit Gregor.) sic & bonis operibus bonorum pascitur Deus. Vnde Gregor. libro trigesimo moral. capitulo trigesimoquarto dicit, Bonis operibus conuersorum quasi herbis virentibus Deus

Pascit nos Deus, et nos Deum.

Gregor. 33. mor. c. 11.

E satiatur. Vnde voce sponsi in Canticis dicitur, Vbi pascas, vbi cubes in meridie, cum ex desiderijs carnalibus ardẽti cor de reproborum apud electorum suorũ pectora refrigerium interuenit bonę cogitationis, & cætera. Sumus ergo populus pascuæ Dei: quia ipse sua gratia nos reficit. Psalmo trigesimosexto. Spera in Deo, & fac bonitatem & pasceris in diuitijs eius. Sumus populus pascuæ eius: quia ipse pascitur bonis operibus nostris. Cantic. sexta Dilectus meus descendit vt pascatur in hortis. Quid autem propriè sit populus, dictum est ver F siculo octocentesimodecimosexto. Per oues autem boni designantur. vide versiculo 88. & 1334.

Hodie, si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra. 1638

HAec est tertia principalis pars: in qua concludit principale propositum: quod est (secundum quòd deducit Apostol.) inducere omnes, & maximè populum Hebræorum ad obediendum humiliter Christo, ne propter inobedientiam, & rebellionem impediatur G ab ingressu terræ uiuentium, sicut & patres eorum, qui de Aegypto educti fuerunt, propter eorum rebellionem in deserto Deo factam, fuerunt impediti ab ingressu terrę promissionis. Et circa hoc tria facit, quia primo admonitio præmittitur: secundò ad hoc exemplum adducitur, ibi, *Sicut in irritatione*, tertiò pœna illata exprimitur, ibi, *Quadraginta*. Quantum ad primum sciendum, quòd inter alias differentias legis nouæ, & antiquæ, hæc est vna: quia, scilicet, antiqua fuit data, non quidem per Deum in persona propria loquentem, sed per H angelum Deum repræsentantem, vt expressè habetur Actuum septimo. Noua data fuit à Deo in persona propria: quia à Christo, qui est verus Deus, vt habetur Matth. quinto. Vbi Christus aperiens os suum docebat eos, &c. Ex quo sequitur, quòd sicut Christus est maioris excellentiæ quàm sit aliquis angelus: ad Hebræo. primo, sic & lex noua excellit antiquam. Et ideo lex noua cum maiori obedientia, cum maiori deuotione est obseruãda, quàm lex antiqua. Cuius oppositum

Hebr. 3.

Lex antiqua data fuit per angelum, sed noua per Deum.

Lex antiqua dicitur nox sed noua dies.

positum faciens maiori pœna puniri me A retur, quàm violator legis antiquæ. Item notandum, quòd lex noua per diem designatur, & lex antiqua per noctem: quia, sicut dies in claritate noctem excedit: sic in lumine gratiæ lex noua antiquam. Et hoc est quod d. Apostolus ad Roma. 13. Nox præcessit, s. lex antiqua: dies autem appropinquauit, s. lex noua. Et ideo per ly *hodie*, intelligitur lex noua, vel tempus gratiæ. Loquitur ergo tam cum Iudæis, quàm cum cæteris omnibus Psalm. d. *Hodie*, scilicet, tempore gratiæ, *si vocem eius audieritis*. Et hic ponitur *si*, pro quia: scilicet, quia B vocem eius Christi audietis, quia per se nunc loquitur, qui olim per seruum loquebatur, qui præcones ante se mittebat, ipse venire dignatus est, ideo ad eius vocem ne sitis duri, sicut ad vocem serui duri fuerunt in deserto patres vestri: Et hoc est quòd subditur. *Nolite obdurare corda vestra*, scilicet, legem euangelicam repellendo. Et notanter dicit, *Nolite obdurare*, ostendens quòd cordis obduratio vel obstinatio non est à Deo, sed à libero hominis arbitrio. Et si dicas, quòd Deus dixit, Exodo septimo. Ego indurabo cor Pharaonis: & sic obdu C ratio cordis est à Deo. Respondet Magister lib. 1. d. 41. ꝙ quamuis misericordiæ nullum sit meritum, ne gratia euacuetur, si non gratis data, obduratos, tamen aliquando inuenimus meritum, scilicet, mala uoluntas, quæ obicem ponit. Miseretur itaq; Deus secundum gratiam, quæ gratis datur: indurat autem secūdum iudicium, quod meritis redditur. Vnde, sicut reprobatio Dei est nolle misereri: ita obduratio Dei est non misereri. Non quòd à Deo irrogetur aliquid, quo fit homo deterior: sed tantum quo fit melior non erogetur. Vnde vult dice- D re, quòd Deus indurat hominem solum: quia non miseretur.

1639 *Sicut in irritatione secundum diem tentationis in deserto: vbi tentauerunt me patres vestri: probauerunt, & uiderunt opera mea.*

HIc adducit exemplum de illis, qui in deserto territi verbis exploratorum, fuerunt rebelles Deo, vt habetur Num. 14. vide versic. 1630. Hic enim culpa parentum in exemplum reperitur, vt pœna timeatur. Illi enim territi verbis exploratorum voluerunt reuerti in Aegyptum, citò obliti potētiæ diuinæ, quæ tam mirabiliter ipsos eduxerat de Aegypto. Hoc est enim Deum irritare, visa eius potentia de ipso diffidere. Et ista irritatio vocatur dies tentationis: quia sic Deum prouocando tentabant: habitis multis experientijs de ipsa Dei potētia, & misericordia circa seipsos. Et hoc est quod dicit, *Vbi tentauerunt me patres vestri, probauerunt, & viderunt opera mea*, vt puta quòd mare ante ipsos fuit exiccatum: quòd Pharao cum omnibus suis fuit submersus in mari: quod ad orationem Moysi Amalech cum suo exercitu fuit superatus, & sic de multis alijs miraculosis Dei operibus, quæ viderant, & probauerant. Quibus non obstantibus, adhuc de Deo diffidebant. Illum versum recitat Apostolus ad Hebræ. 3. quem sic ibi glo. exponit. *Sicut in irritatione, &cæt.* idest, nolite obdurari sicut patres vestri obdurati sunt in die tentationis in deserto, vbi magis Dei indigebant auxilio quasi dicat ita & uos in deserto huius mundi cauere debetis, ne tenteris Deū, ne pereatis sicut illi perie rūt in deserto qui Deum tentauerunt. Recolamus, ꝙ ille populus ten auerit Deum, & accepe rit disciplinam, & rectus sit in deserto tā quam ab optimo sessore frenis legum, & præceptorum: non desistente etiam emē dationis virga, qua pcussi sunt pro amaricatione. Historia enim satis nota est: de eo quod miserunt explorantes videre terram. Et cum audirent ab eis ibi esse inexpugnabilis giganteæ staturæ viros, obliti virtutis Dei totiens probatæ, dixerūt, Redeamus in Aegyptum ad ollas carnium. Vnde iurauit dominus, ꝙ non intrarent terram promissionis: quæ esset eis requies laboris. Et sic omnes perierunt præter duos, scilicet, Caleb, & Iosue. Nolite ergo vos effici similes illis. Et nota, quod aliqui Deum tentant multipliciter. Primo aliqui tentant Dei clementiam, qui. s. negligenter, & sine deuotione orant. Eccle. 18. Ante orationem præpara animam tuam, & noli esse sicut homo, qui tētat Deum. Secundo aliqui tentant Dei patientiam, qui. s. de die in

Tentauit populus Deū in deserto.

Tentatur Deus multipliciter.

Ee 2 diem

diem in peccatis perseuerant, & quandoque per totum tempus vitæ suæ Contra quos dicitur, Tentauerunt, & exacerbauerunt Deum excelsum, & testimonia eius non custodierunt. Tertiò aliqui tentant Dei iustitiam, qui, scilicet iniustè optant inferre vindictam. Luc. nono. Vis vt dicamus, vt descendat ignis de cœlo, & deuoret eos? Quartò aliqui tentant eius potentiam: qui, scilicet in periculis existentes, non plene de ipso confidunt Iud. 8. Qui estis vos, qui tentatis dominum, & tempus vultis ponere misericordiç eius? Et loquebatur contra sacerdotes: qui statuerant dare se in manibus Nabuchodonosor, nisi Deus infra quinque dies eos liberaret. Quinto aliqui tentant Dei sapientiam: qui scilicet exponunt se ad docendum alios sine studio, & præmeditatione. psal. 77. Tentauerunt Deum in cordibus suis. Et sequitur. Et male locuti sunt de Deo. Istorũ obdurationem detestandam ostendit hic Augustinus dicens. Nolite obdurare corda vestra & cæt. Vbi tentauerunt me patres vestri, quasi dicat, Nolite illos imitari: patres vestri erant: sed si eos nõ fueritis imitati, patres vestri non erunt: tamen quia ex ipsis nati estis, patres vestri erant. Et si gentes venientes ab extremo terræ, sicut dicit Hieremias: Ad te gentes uenient ab extremo terræ, & dicent. Vere mendacia coluerunt patres nostri, simulacra, in quibus non est vtilitas. Si gentes dimiserunt simulacra sua, vt venirent ad Deum Israel. Quos ipse Deus Israel de Aegypto per mare rubrum duxit, in quo inimicos eorum ipsos persequentes operuit, quos per desertum duxit, manna pauit: nunquam uirgam suam ab eorum disciplina tulit: nunquam beneficia misericordiæ suæ subtraxit. Isti ne debent deserere Deum suum, cum gentes uenerint ad Deum ipsorum? quasi dicat, certe non.

Psal. 77.

1640 *Quadraginta annis offensus fui generationi illi: & dixi, semper hi errant corde.*

A

HIc ponitur pœna illi populo illata propter suam obdurationem. Modica enim est via inter Aegyptum, & terram promissionis: tamen Deus peccatis eorum iratus per quadraginta annos circunduxit eos per desertum, retardans introitum terrç promissionis: quousque omnes, qui exierant de Aegypto, à viginti annis, & supra, qui viderunt mirabilia Dei, & increduli permanserant, morerentur in deserto, vt habetur Numerorum decimoquarto. Et hoc est, quod ait, *Quadraginta annis offensus fui generationi illi*, i. implacabiliter iratus fui contra eos, non permittẽs eos intrare terram promissionis. *Et dixi semper, hi errant corde* quasi dicat ipsi errabant voluntariè. Vnde talis error peccatum eorum augebat, non minuebat. Sicut ignorantia voluntaria peccatum auget, non diminuit. Quia isti experti sunt Dei miranda opera, & tamẽ increduli Deo manebant. Consimiliter ergo & nos, qui cõtinuè videmus Christi mirabilia, si rebelles ei fuerimus, ipse nobis erit offensus. Mysticè autem secundum glos. hic per quadraginta annos designat omnia secula. Constat enim ex denario, qui est primus limes numerorum, & ideo plenitudinem significat. Et ex quaternario: qui ad quatuor tempora anni refertur. Et sic per quadraginta, omne tempus designatur. Vnde & dominus in huius numeri sacramento quadraginta diebus ieiunauit, quando tentatus est. Matth. 4. Et quadraginta diebus post resurrectionẽ cum discipulis suis fuit, antequàm in cœlum ascenderet, per hæc significãs se nobis semper adesse, & consolatorem, & adiutorem in hoc peregrinationis, & tẽtationis tempore. Sicut & ipse ait, Ego autem vobiscum sum omnibus diebus vsque ad cõsummationem seculi. Et eo quòd singulariter iste numerus quadraginta, est numerus pęnitentiæ applicatus: sic. n. isto numero ieiunauit Moyses. Exo. 24. Helias 3. Regum 19. Et ipse Christus. Matth. 4. Et hoc ad denotandũ quòd totum tempus vitæ præsentis pœnitentiæ debet deputari, & non lætitiæ tẽporali. Qui enim hic in isto numero vult lætari: ipso completo, tristabitur. Sicut patuit de Zoroaste: qui ante quadragesimum diem solus risisse legitur: qui postea dæmonibus fuit dedicatus, vide supra vers. 841.

Quadragin ta significat omne tempus.

Matth. vlt.

Quadragin ta est numerus pœnitentiæ dedicatus.

E F G H

1641 ***Et isti non cognouerunt uias meas, qui bus iuraui in ira mea, si introibunt in requiem meam.***

HIc ponitur causa talis pœnæ, qua non intrauerũt in terram promissionis, & fuerunt prostrati in deserto. Cuius causa fuit, quia noluerunt præcepta Dei obseruare. Et hoc est, quod de ipsis d. *Et isti non cognouerunt vias*, i. non approbauerunt legem meã, & præcepta mea, q̃ dedi eis illa adimplendo. Sicut. n. non cognoscere Dei, aliquando idem est ꝙ non approbare, sicut dicit fatuis virginibus, Amen dico uobis, nescio vos. *Matth. 25.* Sic & non cognoscere hominis dicitur non approbare, Sicut de malis dicitur, Viam pacis non cognouerunt, non est timor Dei ante oculos eorũ. *Psal. 13.* Et ideo illico sequitur pœna. vnde subdit, *Quibus*, scilicet, malis, iuraui in ira mea. Iratus dicitur Deus, quando malos vult punire. Et sic iurat in ira, quando stabiliter proponit peccatum punire. Vnde aliquãdo Deus iurat iratus, quandoque iurat placatus. Iurauit. n. placatus obedientia Abrahæ, Gen. 22. Per memetipsum iuraui, dicit dominus, quia fecisti rem hanc: & non pepercisti vnigenito tuo propter me, benedicens benedicam tibi, &c. Iurauit iratus, qñ iurauit punire Heli, cum omni domo sua, quia filios non correxerat 1. Reg 4. Iuraui domui Heli, ꝙ non expietur iniquitas eius victimis, & muneribus vsque in æternum. Eodẽ modo diffiniens hic punire rebelles iurauit in ira sua. Sed quid iurauit, subdit. *Si introibunt in requiem meam.* Hic. n. accipitur, *si* pro non. Et est sensus. Iuraui, ꝙ ipsi nõ intrabunt in requiem meam. Ad literã dicebat de terra promissionis, in quã intrantibus dedit requiem. Et quia illa requies fuit figura quietis bonorum in patria, quia vt dicit Apostolus, Omnia in figura cõtingebant illis, *1. Cor. 10.* ideo per hoc intendit psal. inducere omnes, & maximè populum Iudaicum ad obediendũ Christo, ne Christo increduli, & inobediẽtes excludantur ab ingressu terræ viuentiũ, vbi est requies sempiterna beatorum. *Requies bona multiplex est.* Notandum autem, quòd requies bona, quam debemus appetere, triplex est, scilicet, requies iustorum, requies contemplatiuorum, & requies beatorum. Prima

A est contra laborem culpæ: secunda contra laborem vitæ actiuæ, tertia contra laborem omnis miseriæ. Prima est requies iustorum. Mali enim in peccato positi nunquam requiem habent. Vnde superbus semper cum ambitione contendit, auarus cum diuitijs, & sic de singulis. Vnde Greg. Rarum valde est, vt, qui aurum possident, ad requiem tendant, cum per semetipsum veritas dicat, Difficile, qui pecuniam habent, intrabunt in regnũ cælorum. *Gregor. 4. mor. c. 2. Luc. 18. Marc. 10.* Nam qui hic multiplicandis diuitijs inhiant, quæ alterius vitæ gaudia sperant? quod tamen ut redemptor noster B valde rarum, & ex solo diuino miraculo euenire posse monstraret. *Matth. 19. Luc. 18.* Apud homines, inquit, hoc est impossibile, apud Deũ autem omnia possibilia sunt. Sed bonĩ in conscientia requiem habent, qui seipsos sanctificant Deo. Exod. 16. Requies sabbathi sanctificatio est domino. Secunda requies est complatiuorum. Actiui. n. sollicitudinibus mundi intenti requiem habere non possunt. Sed veri pauperes qui contemplatiuam vitam eligunt, veram requiem cordis habent. Quoniam, vt ait Greg. Mira securitas cordis est aliena non quærere, sed vniuscuiusque diei C sufficientia contentũ manere. *Greg. li. 15. mor. c. 12.* Ex qua ẽt securitate perẽnis requies nascitur: quia à bona, & tranquilla cogitatione ad gaudia æterna transitur. Econtra reprobi & hic fatigãtur in desiderijs, & illic in tormentis, eisq; de labore cogitationis labor doloris nascitur, dum ab æstu auaritiæ trahuntur ad ignem gehennæ. Et q̃a contẽplatiuus quilibet in solo Deo requiescit, ideo dicit ps. 4. In pace in idipsum dormiam, & requiescam. Tertia est requies beatorum. Vera. n. requies in p̃senti haberi non potest, vbi cõtinuè abũdãt labores & miseriæ, sed solũ in patria D vbi omne bonum est, sine aliqua miseria. Et de hac requie dicitur Iob 36. Requies mensæ tuæ erit plena pinguedine. *Iob 36. Greg. li. 26. mor. c. 32.* Quod exponẽs Greg. dicit, Requies mẽsæ est refectio satietatis internæ, q̃ pinguedine plena dicitur, quia internæ voluptatis delectatione præparatur. Huius mensæ epulas esuriebat propheta cum dicebat, Satiabor cum apparuerit gloria tua. *Psal. 16.* Huius mensæ pocula sitiebat, d. Sitiuit anima mea ad Deũ fontẽ viuum, qñ veniam & apparebo ante faciem Dei. *Psalm. 41.*

Esa.32. Et de hac requie dicitur Esa.32. Sedebit populus meus in requie opulenta. Et istam prohibet Deus malis: de quibus nunc ait, *Quibus iuraui in ira mea, si introibunt in requiem meam.*

PSALM. XCV.

1642 *Cantate domino canticū nouum: cantate domino omnis terra.*



SALMVS hic hunc habet titulum. Psalmus Dauid, quando domus ædificabatur post captiuitatem. Pro cuius euidentia notandum, quòd quādo Iudæi per regem Babyloniæ fuerunt captiuati, inter alia mala quæ Babylonij fecerunt, ipsi templum per Salomonem factum funditus euerterunt, sed post captiuitatem tēpore Zorobabel fuit reædificatū, ut patet 1. Esdræ 1. Et ideo dicunt aliqui, q̄ Dauid hoc in spiritu prophetico præuidens fecit istum psalmum ad laudandum Deum, & gratias sibi agendum, q̄n templum reædificaretur. Sed istud non videtur verisimile, cuius ratio est, quia quando templum fuit reædificatum, gentes non fuerunt admissæ ad illā reædificationem, imo magis expulsæ, vt
Esdr.4. habetur 1. Esdræ 4. Ad ædificationem autem templi, de quo ps. agit, fuerunt gentes admissæ. Propter quod in isto psal. dicitur, Annunciate inter gentes gloriā eius, in omnibus populis mirabilia eius. Dicunt ergo doctores Hebræorum, ut Rabbi Sa. quòd iste psal. agit de tempore Messiæ, cuius tempore ædificabitur tēplum Deo mirabile. Ad cuius ædificationem gentes & alij orbis populi congregabuntur. Credebant enim Iudæi ipsum messiam temporaliter regnaturum, & tēplum materiale facturum. Sed in hoc errant. Quoniam sicut Christus regnū tē-
Ioan.18. porale non habuit, ipso dicente, Regnū meum non est de hoc mundo, sic nec tēplum materiale ędificandum. Sed regnū spirituale habuit in suis fidelibus, & tēplum spirituale ædificauit, quando animas nostras fecit tēplū Dei. Et ad istud spirituale templum fabricandum, nō solum Iudæi, sed & gentes & populi fuerunt vocati. Aedificatur hoc templum

E per Christum, non ex lapidibus insensibilibus, sed ex lapidibus viuis, sicut ait Apostolus. Estis ciues sanctorū & domestici dei superædificati super fundamentum Apostolorum & prophetarum, ipso summo angulari lapide, &c. Agit ergo iste psalmus de tēplo ecclesiæ per Christum ædificatæ. Ex quibus apparet sensus tituli, qui est, Psalm. Dauid quando templum ædificabatur, idest, psal. iste est Dauid, idest, attribuitur ipsi Dauid, s. Christo agens de hoc quod factum est, quando domus ædificabatur, scilicet domus domini spiritualis in toto orbe ter- Ephes.3.
F rarum. Quibus visis, accedo ad psalmi diuisionem. Sicut.n. ad ædificationem domus materialis duo genera hominum requiruntur, scilicet, magistri & præceptores, & subditi operatores. Consimiliter ad ædificationem templi spiritualis, magistri & præceptores sunt prælati, & prædicatores, sed operatores sunt alij fideles subditi. Et secundum hoc Psalmus habet duas partes, quia ad Christi laudem primo excitat prælatos & doctores, secundò alios subditos fideles, ibi, Afferte domino pa. Prima pars diuiditur in duas, quia ipsos excitat primò ad
G Christi præconium, secundò ad debitū Christi obsequium, ibi, Confessio. Prima in duas, quia primò ipsos inducit ad actum præconij, secundò ad prædicationem euangelij, ibi, Annunciate inter gētes. Prima in duas, quia primò inducit ad Christi præconium, secundò ostēdit præconij modum, ibi, Cantate domino, & benedicite. Quantum ad primū sciendum quòd dicit, Cantate dominum canticum nouum. Cantare enim domino, nihil aliud est quàm Dei laudes, non solum corde, sed etiam voce cum lætitia resonare, vide de hoc supra vers. 1145. &
H 1146. Sed quid cantare debemus adiungit, *Canticum nouum*. Est enim canticū vetus, & canticum nouum. Canticū vetus est vetus testamentum, canticum nouum est nouum testamentum, vide sup. vers. 653. Dicit ergo, *cantate domino*, i. Iesu Christo, canticum nouum, s. cāticum euangelicum, quod non requirit pœnā & mortem peccatoris, sed uitam, idest, Christo domino attribuite cāticum nouum, quod est gratiæ & misericordiæ, non canticum antiquum, quod erat rigoris

goris & iustitiæ, vt puta, oculũ pro oculo, dentem pro dente &c. Christi autem canticum misericordiæ erat. Vade & amplius noli peccare. *Ioan. 8.*

1643 *Cantate domino, & benedicite nomini eius, annunciate de die in diem salutare eius.*

HIc ostendit cantandi modum. Cantant enim aliqui domino voce, sed corde diabolo. Sed illi domino verè cantant, qui corde, & ore, & opere Deũ benedicunt. i. omnibus occasionem dãt benedicendi Deum. Et aduerte q hic psal. tribus vicibus dicit. Cantate dño ostendens mysterium Trinitatis. Vt ly primũ cantate dño, referatur ad Deum patrẽ, secundum referatur ad filium, tertium ad spiritumsanctũ. Vnde hic ait gl. Ter dicit cantate dño, ad distinguendam personarum Trinitatem, quia laus Christi honor est totius Trinitatis. Et sic principium istius versus refertur ad spiritumsanctum, vt sit sensus, *Cantate domino.* i. spirituisancto. *Et benedicite nomini eius.* Hic modo reuertitur ad laudem Christi Nam nomen eius quod debemus benedicere est Iesus, vt oẽs ipsum nostrum saluatorẽ credamus. Et quia hoc maximè spectat ad prælatos vt populum instruant benedicere nomen Iesus, ideo consequenter se ad prælatos vertit dicens. *Annunciate de die in diem salutare eius.* i. continuè prædicate Iesum omniũ esse saluatorem. Sic ergo ad prælatos maximè spectat cantare, & annunciare populo salutare Christi. Vnde nota q sancti prædicatores annunciando diuina mysteria, canere dicuntur. In quorum figuram angeli annunciantes futura, canere dicebantur. Apoc. 8. Et angeli qui habebant septem tubas, parauerunt se vt canerẽt. Vnde & quilibet sanctus prædicator, dicit cum psal. Et immisit in os meum canticum nouum, carmen Deo nostro. Prædicatio enim euangelij canticum nouum dicitur, sicut antiquæ legis canticum vetus. Quod ostendit ibi gl. d. Cantabant. n. homines veteris testamenti canticum vetus, s. oculum pro oculo, dentem pro dente, animam pro anima, & ad infernum omnes descendebãt, clausa regni ianua, prohibebat Che

Trinitatis mysteriũ.

Prædicatores cantant canticum nouum.

Psal. 39.

A rubin paradisi aditum, in cuius manu erat ignea rõphea. Sed prædicatores noui testamenti cantant cãticum nouum, quod nouus homo attulit Christus, per quem noua facta sunt omnia. Nouus ergo populus noua cantat de incarnatione, de resurrectione, de ascensione, de regni cœlestis apertione, & huiusmodi. Et hoc est quod prędicatoribus pręcipitur. Cantate domino canticum nouũ, quia mirabilia fecit. Sed heu, quia prædicatores satis possunt hodie cantare, tamen ad ipsorum canticum pauci conuertuntur. Vnde conquerendo hodie ipsi mundanis hominibus dicunt. Cecinimus vobis, & non saltastis, idest, prouocauimus vos ad nostrum canticum, & non saltastis, lamẽtauimus, & nõ planxistis. Quia satis possunt cãtare de præmijs, & lamẽtari de supplicijs, ad eorum tamen canticum quasi nulli immutantur. Sed, vt mihi uidetur, ipsimet prædicatores dãt in hoc occasionẽ, maximè propter duo. Primò, quia suo cantu maiores peccatores palpant, quos fortius terrere deberent. Secundò, quia & si verbis cantant, tamen operibus tacent. Et de istis duob. loquitur Greg. exemplo galli, dicẽs. Gallus namq; valentiores & profundiores cantus edere solet in profundioribus horis noctis, cum verò tempus matutinum appropinquat, leuiores, & minutiores omnino voces format. Sic & prædicatores cum iniquis adhuc mentibus prædicant, altis & magnis vocibus æterni iudicij terrores resonant, quia videlicet quasi in profundæ noctis tenebris clamant. Cũ verò iam auditorum suorum cordib. veritatis lucẽ adesse cognoscũt, clamoris sui magnitudinem in dulcedinem vertunt, & non tam illa quæ de pęnis sunt, quam illa quæ sunt blanda de præmijs proferunt. Qui ẽt minutis tunc vocibus cantant, quia appropinquante mane subtilia quæque de mysterijs prædicãt, vt sequaces sui eo minutiora quęque de cœlestibus audiant, quo luci veritatis magis appropinquant. Et quos dormientes longus gallicãtus excitauerat, vigilantes succinctior delectet. Ex quibus patet, q prædicator secundum variationem temporis & auditorium variare debet canticum prædicationis. Osee 2. Canet ibi iuxta dies iuuẽtutis suæ, & iux-

Psal. 97.

Matth. 11.

B

C

Gregor. 30. mor. c. 7.

Prædicans or fortius arguere debet maiores peccatores.

D

Osea 2.

Prædicator primus debet facere quod prædicat. tā dies ascensionis suę de Aegypto. Secū da causa est, quia prædicator quod ore cātat, operibus tacet. Cuius oppositum debet facere, vt exemplo galli ostendit Greg. 30. mor. c. 7. d. Gallus cū se iā cantus edere parat, prius alas excutit, & semetipsum feriens vigilantiorem reddit. Sic & ipsi sancti prædicatores cū verba prædicationis mouent, prius se in sanctis actionibus exercent, ne in semetipsis torpētes opere: alios excitēt voce. Prius sua punire fletibus curant, & tunc quæ aliorum sunt puniēda denunciant. Prius igitur alis insonant, quam cantū emittāt: quia antequā verba exhortationis proferāt: omne quod locuturi sunt, operib. clamant. Quia ergo prædicatores hodie oppositū prædicatorū faciunt: iō cantando paucos conuertunt. Prædicando .n. bona verbis, & operibus mala demōstrādo: plus occasionem præstant auditorib. maledicendi Christi nomen, quam benedicendi. Et ipsos reprehendens psal. ait. *Cantate domino, & benedicite nomini eius.*

1644 *Annunciate inter gentes gloriā eius, in omnibus populis mirabilia eius.*

INducuntur hic prælati ad prædicationem euangelij. Annunciare debēt gētibus de Christo maximè tria, s. gloriā suæ resurrectionis, secundò excellentiā suæ dominationis, ibi, Qm̄ Deus magn⁹ dn̄s. tertiò potentiam suæ operationis, ibi, Quoniam oēs dij gentium dæmonia Vbi notandum, q̄ quamuis principalius ad Iudæos venerit Christus, ipso dicente,
Matth. 15. Non sum missus nisi ad oues quæ perierunt domus Israel, tamen consequenter ad omnes mundi gentes saluandas
Gen. 49. venit. Vnde ipse dicebat expectatio gentiū. Ipse ēt dicebatur desideratus cun-
Aggæi 2. ctis gentibus. Aggæi 2. Veniet desideratus cunctis gentibus. Et hinc est q̄ post eius ascensionem discipuli primò prædicauerunt Iudęis gloriam Christi resurre-
Act. 4. ctionis. Virtute magna reddebant Apo-
Gentib. prædicatur fides. stoli testimonium resurrectionis Iesu Christi. Sed per Iudæos expulsi, se ad gētes transtulerunt. Sic .n. Paulus & Barna-
Act. 13. bas constanter Iudæis dixerunt: Vobis oportebat primum loqui verbū Dei, sed qm̄ illud repulistis, & indignos vos iudicastis, ecce conuertimur ad gentes. Et hoc præuidens ps. Apostolis & alijs præ-

E dicatoribus, d. *Annunciate,* s. nō solū Iudæis: sed ēt. *Inter gentes gloriā eius,* s. gloriā suæ resurrectionis. Et ne forte intelligatur gentes in particulari, sed vniuersaliter de omnibus gentibus, ideo subdit *In omnibus populis mirabilia eius,* s. annunciate vt alia Christi sacramenta mirabilia, vt quō mirabiliter conceptus, & natus, quō mirabilia in mundo est operatus, cæcos illuminando, surdis auditum, claudicantibus gressum, mutis loquelā, & mortuis dederit vitam. Quod & sic factum est. Quia ut habetur Mar. vlt. Illi *Mar. vlt.*
aūt profecti prædicauerunt vbique domi-
F no cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis. Et nota quòd multa mirabilia de Christo annunciare debemus, scilicet, eius incarnationem, natiuitatem, operationem, resurrectionem, & ascensionem. vide supra vers. 657.

Quoniam magnus dominus, & laudabilis nimis, & terribilis est super omnes deos. 1645

HIc ostendit q̄ debent annunciare excelsam dominationē. Christus *Apoc. 19.*
enim magnus dn̄s dicitur: quia omnium
G dominorum dominus. Ipse est rex regū, & dominus dominantium. De hoc vide vers. 1633. & 957. & 1270. & 775. Et aduerte, quod Christi magnitudo maximè in iudicio apparebit. Ibi .n. habebit, & ostendet tria contra tria parua, quæ in mundo ostendit. Primo .n. in mundo apparuit seruus & infirmus, quia cū in forma Dei esset, &c. humiliauit semetipsum formam serui, &c. Phil. 2. Sed in iudicio *In iudicio magnus apparebit Christus multipliciter.* apparebit magnus dn̄s, quia omnium ordinarius iudex. Et quantum ad hoc d. *Quoniā magnus dominus,* s. erit Christus: quia, s. eius dominij magnitudo tūc om-
H nibus apparebit, de quo dicitur 1. Reg. 2. Dominus mortificat & viuificat, quia bonis dabit vitam, sed malis mortem æternam. Dominus pauperem facit, & ditat, humiliat & subleuat. Et infra. Dominus *1. Reg. 2.*
iudicabit fines terræ. Secundò in mundo apparuit humilis & despectus. Vnde & Iudæi dicebāt de ipso. Ecce vidimus *Esa. 53.*
eū, & nō erat ei aspectus, &c. Sed in iudicio apparebit nō despectus, sed totus gloriosus. Et quantum ad hoc dicit, q̄ erit, & laudabilis nimis, quia ab omnibus

eius

eius iustitia ratione laudabitur: quia & A iusti laudabunt eius misericordiam, qua saluati erunt, & mali videbunt se iustè damnatos. Sed hic aduertendum, quum omnis virtus existat in medio, & omne nimium recedat à medio, quomodo ergo Christus dicetur laudabilis nimis: quia tunc non virtuosè laudabilis esset? Ad hoc dicendum, q secundum Grāmaticos huiusmodi aduerbium nimis, qñque denotat superabundantiam, & idem est, q plus iusto: sicut de duobus dæmoniacis dicitur Matt. 8. q occurrerunt ei duo habētes dæmonia sæua nimis. i. plus iusto. Aliquando verò denotat perfectio B nem excedentem intellectum nostrum. Sic. n. dicitur, Nimis honorati sunt amici tui, Deus, &c. Quia honor, quē Deus tribuit in patria suis amicis, nostrū intellectum excedit, non q sit indebitus, & plus iusto. Sic etiā loquitur Apostolus, Propter nimiam charitatem, qua dilexit nos Deus, &c. Non q illa charitas Dei fuerit plus iusto, & uitiosa, sed quia nostrum intellectum excedit. Vnde Gualfredus exponens dicta uerba Apostoli, dicit. Nimia est ira Dei, nimia est & charitas Dei. Immensus siquidem est Deus: & non nisi immensum amat, sed nec nisi C immensum iudicat. Veruntamen non ad ipsum, sed solū ad nos referenda est vtraque nimietas. Siquidem cōsideretur nostra indignitas, nimium diligimur, si nostra infirmitas, nimis punimur. Quā terribilis es, dñe, qui sic iudicas, quàm amabilis, qui sic amas. Nostra itaque oīa tam sunt minima, vt eorum cōparatione oīs magnitudo Dei sit nimia, &c. Sic ergo dicitur Christus laudabilis nimis, quia super vires nostras dignus est omni laude. Et hoc est quod dr Eccl. 43. Magnificate eum quantum potestis: maior est. n. omni laude. Sic. n. dicitur. Psal. 144. Magnus D dñs, & laudabilis nimis, & magnitudinis eius non est finis. Tertiò in mundo fuit timidus, quia timorem humanum in se assumpsit voluntariè. Vnde Matth. 14. Cępit Iesus pauere, & tędere. Sed in iudicio nullum timens, omnibus apparebit terribilis, ideo subditur. *Terribilis super omnes Deos.* Deos hic appellat omnes mūdi potentes, & etiā ipsos dæmones, qui ab idololatris pro Deo coluntur: quia *omnes dij gentium dæmonia*, vt statim sequitur.

Nimis significat multa.

Psal. 138.

Nimis laudabilis est Deus.

Ephes. 1.

Gualfred.

A *Quoniam omnes dij gentium dęmonia, dominus autem cælos fecit.* 1646

HIc ostenditur, quòd debent annunciare mirabilem Christi operationem. Hic. n. Psalmista ponit differentiam inter Christum verum Deum, & dæmonia vel idola gentium, quæ dij nuncupatiue dicuntur. Quoniam cùm per verbū Dei æternum omnia sint facta, cœlum, terra, mare, &c. Ioā. 1. Omnia per ipsum facta sunt, sequitur q cum Christus sit verbū, quòd omnia, quæ Deus non sunt, per Christum sunt facta. Vnde ratione B suppositi Christi verum est dicere. Iste puer fecit cœlum, fecit stellas, fecit totū orbem, ut ait Magister lib. 3. dist. 11. Ipse ergo Christus, qui ratione suppositi omnia, quæ sunt facta, fecit, dicitur non factus. Dęmones autem, uel idola gētium, qui dij dicūtur, simpliciter sunt. Omnes enim Angelos à principio fecit, dicens, Fiat lux, & facta est lux. Sed ipsis à Deo luce factis, alij permanendo in luce sunt confirmati: alij superbiendo tenebrę, siue dæmones sunt effecti. Isti autem dæmones in idolis à gentibus colebantur, quæ idola operibus hominum sunt facta, ut C diffusè deducitur Sap. 13. Hanc ergo differentiam ponens Psalmista, ostendit q omnia idola gentium, quæ dij appellantur, sunt facta. Sed Christus uerus Deus omnia fecit, inter quæ omnia nominat cęlum tanquam omnibus alijs creaturis nobis maius apparens. Per cęlos ergo superiorem cœlestem regionem, ut cęlum Empyreū, in quo dæmones habitare non possunt, inde superbia proiecti. Vel per cœlos accipit ipsos cęlestes Angelos, vel prædicatores, & Apostolos, qui virtute Christi potestatis imperant dæmonibus q. d. Psal. Prædicate Christi pœnitētiam: D quia ipse cœlos fecit, quod dæmonia, & dij gentium facere non possunt, quia ipsi sunt à Christo facti. Volens ergo Psalm. Christi prædicandam ostendere potentiam ait, *Dominus autem cælos fecit.* Per cęlos hic accipe sanctos prædicatores, de quibus dr, Cœli enarrant gloriā Dei, vide vers. 252. Isti autē cœli. s. sancti Apostoli, & prædicatores, potestatem habēt supra dæmones. Luc. 9. Dedit eis potestatem super oīa dæmonia. Quid ergo sequitur, nisi quòd cœlorū ptās est maior

Christus ut Verbum fecit omnia.

Psal. 18.

quam

quam dæmonum,& Christi potestas maior quàm cælorum,quia ipse cælos fecit.

1647 *Confeßio,& pulchritudo in conspectu eius:sanctimonia, & magnificētia in sanctificatione eius.*

POstquam Psalmista excitauit prælatos,& prædicatores ad Christi prædicandam laudem, & præconium. Hic excitat eos ad Christi debitū obsequiū. Vbi aduertendum, ꝙ obsequium Christi in noua lege debitum, requirit in obsequente interiorem munditiam mentis, & exteriorem pulchritudinem corporis,vel apparentiæ exterioris.Munditiam enim interiorem notat hic.d. *Confeßio:* quia per confessionem mundatur anima ab omni sorde.Psal.31.Dixi confitebor,&c.& tu remisisti impietatē,&c. Vnde hic ait gl.Confitendo fit homo de fœdo pulcher.Si ergo amas pulchritudinem, confitere, vt sis pulcher, idest, iustus. Mūditiam verò exteriorem notat, dicens. *Et pulchritudo.* Christus enim in suo sacrificio immunditias etiam corporales expellit,qui in conspectu suo confessionem, & pulchritudinem requirit. Quod ideo dicitur ad excludendum immunditias,quas gentiles in cultu idolorū faciebant sicut in sacris Priapi,viri,& mulieres incedebāt nudi,& faciebat aliquas vilitates, quas hodie etiam meretrices facere erubescunt, Similiter & in cultu legis antiquæ multæ immunditiæ corporales includebātur,vt puta ibi iuxta altare occidebantur animalia,quorū sanguine altare aspergebatur , & aliqñ populus. Ibi etiam propter sanguinem occisorum animalium congregabatur magna muscarum multitudo,fœtor erat & multiplex immunditia.Christus in sacrificio nouæ legis non solum puritatē interioris conscientiæ requirit,quæ per confessionem acquiritur, sed ēt exteriorem pulchritudinem. Vnde in sacrificio Christi nullus actus inhonestus exercetur,nulla turpitudo animalium ibi adducitur,nullus animalis sanguis ibi spargitur , sed ibi sub speciebus panis, & vini eius corpus,& sanguis pulcherrimè, & mundissimè consecratur. Et hoc est obsequium dignè Christo debitum, ad altare ei ministrare cum mundītia mētis,

Sacramentum Eucharistia continet pulchritudinē mentis & corporis.

E quam inducit debita confessio, & corporis,quàm continet debita corporis mūditia,& pulchritudo. Et hoc est,ꝙ ait, *Confeßio*,quo ad primum , & *Pulchritudo in conspectu eius* , quo ad secundum. Et quòd tantam pulchritudinem requirat hoc sacramentum , subdit.d. *Sanctimonia,& magnificentia* . Sanctimonia,ꝙ idem est quod sanctitas , quia in hostia consecrata Christus continetur, qui est sanctus sanctorum, oēs alios sanctificās. Ibi est magnificentia, quia ibi est Christus verus Deus,quo nihil maius cogitari potest.Hoc idem replicat Psal. notanter.d,*Confeßio,& magnificentia in cōspectu eius* , &c. Quis dicatur pulcher, vide vers.739.Et aduerte,ꝙ meritò Christus in hoc nouæ legis sacramento dicitur magnificētia.Sicut.n.magnificus dī magna faciens,sic & magnificētia magnorum factio. Si aūt hoc sacramentum cū fide tes , videbis in ipso magna fieri , vt puta , ꝙ ad verbum sacerdotis panis fit corpus Christi, & vinum sanguis, ꝙ idē corpus Chisti, in diuersis locis continetur,ꝙ Christus totus in tota hostia existens ad diuisionem hostiæ non diuiditur,& similia. Istum uersum exponens

F

Eucharistia dicitur magnificentia.

G Hugo ait,*Confeßio,& pulchritudo in conspectu eius.*Cuius eius?Certē speciosi forma præ filijs hominū:ipsius, in quē desiderant angeli prospicere. Audi cui places,ama vnde placeas, ama confessionē, ob q̄ amaris,ama cōfessionem,si affectas decorem Cōfessioni iungitur decor iungitur pulchritudo,habes vtrunque.Confessionem inquit, & decorē induisti . Et cōfessio,& pulchritudo in cōspectu eius. Reuera vbi cōfessio, ibi pulchritudo,ibi decor.Si peccata sunt,in cōfessione purgātur,si bona sunt,cōfessione cōmendantur . Cū mala tua confiteris,sacrificium Deo spiritus cōtribulatus,cū dei beneficia cōfiteris,immolas Deo sacrificiū laudis. Bonum ornamentum aīæ confessio, quę & peccatorē purgat,& iustū reddit puriorē. Absq; cōfessione,iustus iudicatur ingratus , & peccator mortuus reputatē. A mortuo quippe,tanq̄ qui nō est, perit confessio. Cōfessio igitur est peccatoris vita, iusti gloria. Et si necessaria sit peccatori,ī iustū decet. Deniq; rectos decet laudatio. Sericū,& purpura, & tincturarū fucus decorē habēt, sed non præbēt.

H

Hugo. Cōfeßio pulchritudinē habet & decorem,

Quic-

Quicquid tale applicés corpori, exponit speciem suam, non deponit, secum denique tollit, cum tollitur. Ipse quippe decor, qui cum veste induitur, & cum veste deponitur, vestis quippe proculdubio est talis decor non vestiri. Ille igitur est verus, propriusq; cuiusque rei decor, qui nulla interiacente materia, per se inest. O quàm decenti rubore genas suffundit ingeniti gemma pudoris, nec inferioris insigne decoris disciplina præfertur. O quàm competentem reddit omné corporis statum disciplina. Ceruicem submittit, ponit supercilia, componit vultum, ligat oculos, cachinnos cohibet, moderatur linguam, gulam frenat, iram sedat, format incessum.

Disciplinā totum corpus ornat.

1648 *Afferte domino patriæ gentium, afferte domino gloriam, & honorē, afferte domino gloriam nomini eius.*

HAec est secunda pars, in qua inuitat subditos ad Christi laudem. Et primò ipsos ad Christi præconium inducit: secundò ad rationem multiplicē adducit: ibi, *Commoueatur.* Prima in duas: quia primò Christi obsequium imponit: secundò obsequij modum exponit, ibi: *Tollite hostias.* Quantum ad primum sciēdum, q̃ Psalmista præuidit gentes Christi fidem recepturas ad prædicationem Apostolorum: Et tales ad honorem inuitat, d. *Afferte domino,* scilicet, Iesu Christo, *Patriæ gentium,* scilicet, ad fidem conuersarum. Sed quid domino debeant offerre, subdit. *Afferte domino gloriam, & honorem.* Vbi notandum, q̃ secundum Philosophum, differt honor à gloria sicut superius ab inferiori, q̃ omnis, qui alteri offert gloriam, ei etiam offert honorem, & non econtrario. Vnde dicit, q̃ honor est exhibitio reuerentiæ in testimonium uirtutis eius etiā si fiat secretò, uel coram paucis. Sed gloria dicitur, q̃n talis reuerentia fit publicè, & coram multis. Ex hoc igitur vult ostendere Psalmista, q̃ conuersis ad fidem non sufficit honorare Christum in corde, & secretò, vel ipsum cōfiteri, sed etiam oportet ipsum in publico, & apertè confiteri. Vt puta, si quis ab infidelibus captus, & ad Christū negandum inductus: si Christi fidem teneat corde, sed ne moriatur, ipsum ne-

Philosoph. 2. Ethic.

Honor quid sit, & quid gloria.

A get ore: hoc non ei sufficit, sed peccaret mortaliter, vide sup. vers. 458. Vult ergo Psalmista, quòd non solum honorem Christo exhibeamus, sed etiam gloriam: vt ipsum publicè confiteamur. Vnde ad maiorem huius expressionem, exhibitionem gloriæ replicat, d. *Afferte domino gloriam nomini eius.* Vel aliter. Afferre gloriam nomini alicuius, est ostendere, q̃ significatum nominis de illo verificetur. Sicut si quis vocatur Ioannes: glorificare illum de illo nomine, est ostendere q̃ significatum huius nominis, q̃ est gratia, realiter sit in illo. Sic dare gloriā nomini Christi q̃ est Iesus, cuius significatum est saluator: est ostendere realiter ipsum esse saluatorem. Quòd ille solum facit, qui se operibus disponit ut saluetur per ipsum. Nam peccans facto, negat ipsum esse saluatorem. Et sic non dat gloriam nomini eius. Vocare.n. aliquem dominum, & non facere, quæ dicit, est nomini eius inferre opprobrium, sicut dicebat Christus. Quid uocatis me, domine, domine: & non facitis, quæ dico? Vel aliter, ille offert gloriam nomini Christi: qui omnia, quæ facit, facit ad eius honorem: sic quòd de suis bonis operibus non quærit gloriam propriam, sed Christi. vide supra vers. 412. 502.

Gloria dari nomini alicuius quid est.

B

Luc. 9.

C

Tollite hostias, & introite in atriā eius, adorate dominum in atrio sancto eius. 1649

HIc ostendit quomodo gentes Christum debent honorare. Quia non solum uerbis, sed rebus, & non solum exterioribus, sed seipsis, vt quilibet seipsum primò offerat Deo, & consequenter sua. Nihil.n. proficit Deo offerre sua tēporalia bona, & non seipsum. Quia secū

D dum Greg. lib. 19. mor. ca. 12. Manens in peccato, & sua amore Dei distribuēs: sua quidem dat Deo, sed seipsum diabolo. Oportet ergo, q̃ primò quis seipsum Deo offerat hostiā uiuam. i. non peccato mortuam, ut dicit Apostolus, Obsecro vos per misericordiam Dei, ut exhibeatis corpora uestra hostiam uiuētem Deo placentem, &c. Quid autem sit seipsum offerre hostiam uiuam, vide supra versic. 411. Et de talibus hostijs hic loquitur Psalm. gentibus conuersis, *Tollite hostias.*

Gregor.
Nota.

Rom. 12.

Quando

Quando autem quis primò se obtulerit Deo, tunc secura sua potest offerre. Vel per hostias intelligit sacrm Eucharistiæ, in quo Christus honoratur, quando dignè celebratur, & sumitur. Nec mireris, si illud sacramentum hostias dicit in plurali: quia quamuis sit vnum sacrm,& nō plura, tñ duabus distinctis consecrationibus consecratur, quarum vna aliā non expectat. De isto ergo sacramento ait. *Tollite hostias*.i.recipite dignè istud sacramentū. *Et introite in atria eius*. Quia multotiens scriptura mētionem de atrijs domini facit, ideo notandum, ꝙ atrium in scriptura duo maximè significat,s. ecclesiam militantem, & ecclesiam triūphantem. Primò ergo atrium dicitur ecclesia militās. Atrium. n. dicitur ampla domus & spaciosa. Et sic est ecclesia, quę per totum orbem est diffusa. Et in isto atrio benedicendus est Deus. Psal. 113. Ecce nūc Benedicite dominum omnes serui, &c. Et attende, ꝙ dicit, qui statis: quia solum in atrijs ecclesiæ Deum laudāt qui stant: non qui iacent. Stant autem boni, sed ma li iacent, ut ostendit Petrus Ra. super illo verbo, Matth. 8. Domine, puer meus iacet in domo, &c. dicens. Qui vocat dominum suum, fatetur fideliter seruitutē. Quomodo hic, qui sic agnoscit dominū, puerum suū ausus est profiteri, quasi nesciens serui peculium ad dominum pertinere? Aut ignorat communia, quia tam profunda mysteria docet, dicens, Puer meus sed meum dico, quia iacet. Si tuus esset, dñe, non iaceret, sed staret. Ecce inquit benedicite dominū omnes serui domini, qui statis in domo domini in atrijs. Istud est atrium ecclesiæ, in quo peccata nostra debemus confiteri. Ps. 99. Introite portas eius in cōfessione, atria eius in hymnis, cōfitemini illi. In isto atrio verbum Dei debet prædicari. Hiere. 26. Sta in atrio domus domini, & loqueris ad eos omnes sermones meos, quos mandauero tibi. Secūdum est atrium triumphantis ecclesiæ. Ps. 83. Quàm dilecta tabernacula tua, domine: cōcupiscit, & deficit anima mea in atrijs domini, vide ibi. In isto atrio gloriæ est æternitas fine fine Psal. 83. Melior est dies una in atrijs tuis super millia 3. Reg. 7. Fecit Salomō atrium maius rotundum. Figura. n. sphærica principio caret, & fine. Ibi est obumbratio ab omni iniquitatis ardore, Exo. 40. Circundabis atrium tentoriis, quia ibi sub vmbra alarum Dei sancti proteguntur. Vnde Ezech. 10. Nubes impleuit atrium interius. Ibi est clarus splendor gloriæ. Ezech. 10. Atrium repletum est splendore gloriæ domini. Ad propositū de istis duobus atrijs hic loquitur Psal. Primò de atrio ecclesiæ militantis, dicēs, *Tollite hostias, & introite in atria eius*, i. in ecclesia militāte, extra quam nullum verum fit sacrificium. Et ne mireris, si ecclesiam atria dicat in plurali, quia quāuis vna sit ecclesia catholica generalis: plures tamen particulares sunt ecclesiæ, vt ecclesia Constantinopolitana, Rauennensis, &c. Et de atrio triumphantis ecclesiæ, subdit, *Adorate dominum in atrio sancto eius*, i. adorate Christum, qui est in atrio glorię ad dexterā patris collocatus.

Hostia dicitur Eucharistia.

Atrium est ecclesia militans.

Atrium est gloria æterna.

E F

Commoueatur à facie eius vniuersa terra, dicite in gentibus, quia dominus regnauit.

1650

HIc adducit rationem, & motiuum præconij Christi. Et primò adducit rationem: secundò ostendit fidelium exultationem: ibi, *Lætentur cæli*. Laudem enim & præconium meruit Christus ratione suæ passionis, & resurrectionis: ꝑp quæ gentes ad fidem sunt conuersæ. Et ideo primò ponit eius passionem, & resurrectionem, secundò mundi conuersionem, ibi. *Etenim correxit*. Quantū ad primum sciendum, ꝙ Christum esse verum Deum ostendit omnis creatura in eius passione tam cœlestis, quàm terrestris. Nam sol per totum orbem obscuratus est: Petræ scissæ sunt, terræ motus factus est. Quibus visis, magna multitudo conuersa est ad Christum. Et hoc est quod dicitur Luc. 23. ꝙ omnis turba, quæ simul aderat ad spectaculum istud, videntes, quæ fiebant, percutiētes pectora sua, reuertebantur. Et per consequens ex istis signis cognouerūt Christū verum Deū esse, & sic verum regem, & dominum. De istis autem signis in Christi morte factis Psalmista solum ponit hic terræ motū, d. *Commoueatur à facie eius vniuersa terra*, i. ꝑ eius passionis cōmouebitur. Ex qua cōmotione fuit cognitus verus rex, ideo subditur, *dicite*, idest, dicēt in nationibus,

G H

nibus, *quia dominus regnauit.* Vel per terram intellige gentes, quæ ad Christi fidē fuerunt commotæ omissa idololatria: q̄ audierunt Christum per mortem crucis in sua resurrectione accepisse regnum su per omnem creaturā, sicut deducit Apostolus. Factus est obediens vsq; ad mortem, mortē autem crucis: pp qđ & Deus exaltauit illum, &c. vt in nomine Iesu omne genu flectatur, &c. Et ipse dixit resuscitatus, Data est mihi omnis potestas in cœlo, & in terra. Et quantū ad istū intellectum Psal. loquitur Apostolis, & alijs prædicatoribus, d. *Dicite in gentibus,* idest, prædicate inter gentes, *quia dominus regnauit,* quia, scilicet, merito suæ passionis in sua resurrectione regnū accepit. Vnde littera Augustini, & Cassiodori hic dicit, quia regnauit à ligno, s. crucis. Et hoc est, quod in hymno cantat ecclesia. Impleta sunt, quæ concinit Dauid fidelis carmine, dicendo nationibus, regnauit à ligno Deus. Dicat ergo Psalmus Apostolis, *dicite in gentibus, quia dominus regnauit.* Et quid ad hoc sequitur, scilicet, gentium conuersio, quia *commouebitur,* i. ex hoc commouebitur *à facie eius vniuersa terra.* i. gentes, quæ per vniuersam terram habitabūt. Et nota, q̄ triplex est commotio, qua cōmota est terra. i. gentes à facie Christi. Prima est cōmotio conuersionis peccatorum. Magna quippe est commotio, quando peccator per pœnitentiam commutatur, de idololatria ad fidem, de vitijs ad uirtutem, & de filio perditionis, & diaboli fit filius saluationis, & Dei. Et isto modo commotæ sunt gentes ad prædicationem Apostolorum. Et de ista commotione dicitur Ps. 28. Vox domini concutientis desertū: & commouebit dn̄s desertum Cades, vbi desertum vocat gentes, quæ sine Deo, sine lege, sine prophetis fuerunt. Et dicuntur desertum Cades. Cades. n. ad literam est ille locus, vbi de petra per Moysen data est aqua populo. Et quod ad literā ibi factū fuit, hoc factum est sp̄ualiter in ecclesia, q̄ ad prædicationem Apostolorum, dura gentilium corda sunt ad fidem conuersa, quæ aquas viuas gratiæ emanant. Gentiles ergo dn̄s commouet, vt agricola commouet sterilem terrā vt fructificet, sic & corda gentilium sunt cō mota, vt fructum pœnitentiæ afferant, &

Philip. 2.
Matth. vlt.
Commotio multiplex.
Cades.

A aquam fidei, & salutaris sapientiæ effundant. Vnde Ps. 59. Commouisti terram, scilicet, ab idololatria, & conturbasti eā, scilicet per pœnitentiam. Secunda est cō motio eruditionis subditorum. Nonnē magna est cōmotio, quādo quis de ignorantia mutatur ad sapientiam, de falsitate ad veritatem, de tenebris ad lucem? Christus autem ista cōmotione multos commouit docendo, ex quo laudandus erat, sed ingrati Iudæi ex hoc ipsum diffamare credentes, ipsum accusabant Pilato, dicentes. Commouit populum docens vniuersam Iudæam à Galilæa vsq; B huc. Et sic ipsum diffamare volentes laudabāt. Vnde Beda ibidē dicit. His aūt verbis, dicit, Cōmouit populū docēs, &c. nō illū, sed seipsos accusant. Docuisse. n. populū, & à pristini tēpis ignorantia docendo commouisse, taliq; actu totam terrā promissionis perlustrasse, non criminis, sed maximum est signū uirtutis. Et per talem cōmotionem doctrinę idololatriā amouit à populo. Esa. 19. Commouebuntur simulacra Aegypti à facie eius. Tertia est cōmotio admirationis deuotorū. Sic. n. deuoti uidentes Christi mirabilia, quæ capere non sufficiunt, admiratione C cōmouebuntur. Matt. 21. Cū intrasset Iesus Hierusalem cōmota est vniuersa ciuitas, &c. Vbi Chrysostomus ait, Meritò autē oēs commouebātur ad introitū Christi: videntes rem tam mirabilē. Homo laudabatur quasi Deus, sed Deus laudabatur in hoīe. Puto autem, q̄ nec ipsi, qui laudabant, sciebant, q̄ laudabant, sed spiritus subitò ingressus in eos veritatis verba suadebat. Cōsimiliter ad spectaculum Pauli, ut dr̄ Actuum 21. Cōmota est ciuitas tota, & facta est cōcursio populi. Prædictis ergo tribus modis cōmota est terra prædicantibus Apostolis, quòd domi- D nus Iesus Christus regnauit à ligno.

Luc. 23.
Chrysost.

Etenim correxit orbem terræ, qui non commouebitur, iudicabit populos in æquitate.

HIc ostendit mundi correctionem. Antè enim aduentū Christi, & eius passionem, & resurrectionem totus orbis idololatria plenus erat, excepto populo Israel: qui tamen etiam multoties idololatrabat. Sed postquam Christus

stus resurrexit, & Apostoli veritatem fidei per totum orbem prædicauerunt, gentes, quæ habitabant in orbe, ab errore correctæ fuerunt. Et hoc præuidens Psalmista ait. *Etenim correxit orbem terræ*, scilicet, ab idololatria. Et ipsum corrigendo tanta firmitate fidem fundauit in eis, vt ab illa amplius euelli non possint; qd satis in martyribus fuit manifestum: quia nec blandis, vel asperis, non verberibus, nec etiam ipsa morte ab ipsa Christi fide poterant separari. Et hoc est quod subdit, *Qui non commouebitur*, scilicet, à veritate fidei. *Iudicabit populos in æquitate.* Hoc potest intelligi de iudicio discretionis, quòd à tempore Christi incepit: quia per prædicationem Christi, & eius prædicatorum aliqui conuersi sunt ad fidem: alijs in infidelitatem demissis iusto Dei iudicio, licèt nobis occulto. Deus enim ab æterno elegit, quos uoluit, alios dimisit, quos non elegit. Omnes autē electos ab ipso per prædicationem fidei conuertit, & sic ipsos ab alijs diuisit. Quid est ergo dicere, *Iudicabit populos in æquitate*, nisi secundum æquitatem, & iustitiam æternam, per quam aliquos elegit, & aliquos non. Ipse secūdum illam iustitiam illos iudicabit.i.discernet, & diuidet ab inuicem bonos cōuertendo, malis omissis. Vel etiam hoc potest intelligi de iudicio finali: in quo iustè unicuiq; dabit secundum opera sua. Et hic nota æquiuocationem commotionis. Prius enim dixit, *Commoueatur à facie eius vniuersa terra*, nunc autem dicit, quòd *correxit orbem terræ, qui non commouebitur*. Sed prima est commotio de malo ad bonum, qua totā terram commouit, s. ab idololatria ad fidem. Secunda est commotio de bono ad malum, quam in suis electis non permittit, vt commoueantur à fide ad idololatriam, de qua nunc dicit, q orbis terræ nō commouebitur. Super istam partem quę dicit. *Etenim correxit orbem terræ*, &c. notandum; q correctio ad hoc, vt sit, vtilis, & virtuosa, requirit maximè, q corrigens ab aliquibus vitijs sit immunis. Primò à cupiditate gloriæ, quia corrector vitiorum laudes populares quærere non debet. Vnde dicit Seneca epist. 52. Quid turpius est philosophia, captante clamores? Nunquid æger laudat medicum secantem? Vult dicere, q, sicut æger, quando secatur, tunc non laudat medicum suum: sic ille, qui corripitur, tunc nō laudat correctorem suum, & ideo hoc corrector quærere non debet. Vnde subdit notabile verbum, Quid lætaris, q ab hominibus his laudatus es? quos non potes ipse laudare? Nō ergo ex correctione laudes quærat humanas, sed Dei gratiam & consequenter amicitiam correcti. Vnde Prou. 28. Qui corripit hoīem, gratiā postea inueniet apud eum magis quàm ille, qui per linguæ blandimenta decipit. Secundò à conformitate malitiæ: ne. s. corripiens sit in eodem vitio, de quo corripit aliū. Sicut. n. dicit Isidorus in de summo bono, non debet uitia corrigere aliena, qui adhuc uitiorum contagijs seruit. Improbum est. n. arguere in alio, q quis adhuc deprehendit in seipso. Et hoc est, q dicitur Eccl. 11. Cum interrogaueris corripe iustè, quia prius seipsum discutiendo debet interrogare conscientiam suam, & cum se ab eodem uitio mūdum inuenerit, sic proximum arguere, & corrigere debet. Tertiò à tempestate iracundiæ. Hoc. n. vitium maxime in correctione est fugiendum. Vnde Augustinus super epistolā ad Galatas dicit. Quicquid reo duxerit puniendum impetus iræ, nō est charitatis. Corrigēdum dilige, & dic quicquid volueris. Et Greg. dicit, Omnis, per quem necesse est aliena uitia corrigi, semetipsum prius solerter debet intueri: ne, dum aliorum culpas corrigēdo vlciscitur, ipse vlciscendi furore superetur. Plerunque. n. mentem sub obtētu iustitiæ, iræ immanitas uastat. Et, dū quasi sæuit zelo rectitudinis, rabiditas replet furoris, iusteq; se facere existimat, quicquid ira nequiter dictat. Ad hoc autem Valerius multa adducit exempla lib. 4. c. 1. Et inter cætera ponit exemplum de Archyta Tarentino, qui dum sub Pythagora magno labore, longoq; tempore solidum opus doctrinæ complexus fuisset: postquam in patriam suam fuisset reuersus, rura sua reuisere cœpit, & animaduertit negligentia sui villici corrupta, perditaq;. Intuensq; malè meritū villicū, inquit. Sumpsissem à te, inquit, supplicium, nisi tibi iratus essem. Maluit. n. impunitū dimittere, quā propter iram grauius iusto punire. Aliud exemplum ponit Platonis, qui, cùm uersus delictum serui vehemen-

Iudiciū discretionis. *Iudicare in æquitate.* *Corrigens alium mul tis vitijs ca vere debet.* *Seneca.* *Isidorus.* *August.* *Gregor. lib. 16. mor. ca. 36.* *Differ vindictam, donec trāseat ira.* *Exemplū.* *Exemplū.*

hementius exarsisset, veritus ne ipse mo- A
dum vindictæ respicere non posset, Speusippo amico castigationis arbitrium mādauit: desorme sibi futurum existimans, si iratus in correctione excessisset, vt parem reprehensionem culpa serui, & animaduersio Platonis mereretur. Ex quibus omnibus patet, ꝙ debita correctio ab iracundia debet esse aliena. Propter quod dicitur Hier. 10. Corripe me, domine, veruntamen in iudicio, & non in furore tuo, ne forte ad nihilum redigas me. Et psal. 6. Domine, ne in furore tuo arguas me: neque in ira tua corripias me. Quarto à præsumptione superbiæ. Sem- B
per enim corrigēs cogitare debet, quòd in simili cadere potest. Vnde Aug. 2. lib. de sermone domini in monte, dicit. Cogitemus, cum aliquē nos necessitas corrigere cogit, vtrum tale sit vitium, quod nunquam habuimus: cogitemus nos homines esse, & hoc potuisse habere: aut est tale, quod habuimus iam, aut habemus. Et tunc tangat memoria, quid sit nostra miseria, nostra fragilitas, vt illam correctionem nō odium, sed misericordia præcedat. Et hoc est, quod hortabatur Apostolus, dicens, Rogamus vos, fratres, corripite inquietos, consolamini pusillanimes, suscipite infirmos, patientes estote ad omnes. Quintò ab adulationis mali- C
gnitate: quia corrigēs reum palpare non debet, sed ei vitium suum aperire. Quia tales adulatores magis vitia fouent, quā corrigant. Vnde Ecclesi. 19. Est correctio mendax in ira cōtumeliosi, & iudicium, quod non probatur esse bonum. Sextò à cæcitate ignorantiæ. Quia prius quisque veritatem cognoscere debet, quàm ad correctionem procedat, & nō omni credere verbo. Primò præmittit cognitionē, & consequenter addit correctionē, dicens, Secundum sciam vestram, & ego no- D
ui: audite ergo correctiones meas, & iudicium labiorum meorum attendite.

Augu\[st. Nota bene.

1. Thess. 1.

Nullus debet iudicare antequā sciat veritatem.

Iob 13.

1652 *Lætentur cœli, & exultet terra, commoueatur mare, & plenitudo eius, gaudebunt campi, & omnia, quæ in eis sunt.*

HIc ponitur fidelium exultatio. Omnis. n. creatura tam cęlestis, quàm terrestris exultationem de Christo recipit, tam sensibilis, quàm insensibilis. Et, tria facit: quia primò ostendit exultationem sensibilium, secundò insensibilium: ibi, *Tunc exultabunt*: tertiò Dei iustū iudicium, ibi *Iudicabit*. Quo ad primū sciendum, ꝙ creaturæ rationales sunt duæ, scilicet, Angeli, & homines, & vtraq; in aduentu Christi exultauerunt. Angeli. n. lętati sunt, unde in Christi natiuitate cantauerunt canticum lætitiæ, dicētes, Gloria in altissimis Deo, &c. Et quantum ad hoc ait, *Lætentur cœli*, i. ciues cœlestes. Quantum verò ad homines subdit, *Et exultet terra*. i. homines de terra creati. Vel terra, i. principes terræ. Quod fuit adimpletum, quando illi tres principes terræ, s. tres reges Magi venerūt ab oriēte adorare dominum Iesum Christum, qui ipsum videntes gaudium magnū habuerunt, imò etiam vidētes stellam, quæ ipsos perducebat ad Christum. Videntes stellam gauisi sunt gaudio magno valde. Et etiam gentes gauisæ sunt de eius aduentu ad prædicationem Apostolorum. De quibus dicitur, Audientes gentes, gauisæ sunt, & glorificabant verbum Dei. Gentes autem per mare significantur, vt sæpius dictum est superius: quia peccatis inuolutæ erant amarè, vide supra versic. 1509. 1524. De gentibus sub nomine maris dicit, *Commoueatur mare, & plenitudo eius*, quod dicit ad significandum multitudinem gentium, quæ fidem Christi acceperunt. Et etiam plebes Iudæorū sunt gauisæ. s. videntes mirabilia opera Christi, vt puta quando in campis desertis saturauit quinque millia hominū ex quinque panibus. Et hoc est ꝙ ait, *Gaudebunt campi*. Locus. n. ille, vbi miraculum fecit, gaudebat: quia erat ibi herba multa: sicut dicimus, quod pratum ridet, quando floret. Erat. n. fœnum multum in loco. Quod significans Psal. d. *Gaudebunt campi*. Et non solum campi illi gaudebāt, sed multo fortius homines qui erant in eis. Et de hoc subdit, ꝙ non solū campi gaudebūt ad præsentiam Christi, sed etiam omnia quæ in eis sunt. Quia (sicut dicitur Lucæ 13.) omnis populus gaudebat in omnibus, quæ gloriosè fiebant ab eo. Vel aliter. Ad literam exultauerunt cęli in Christi natiuitate, vnde & stellam nouam ex lætitia miserunt in mundum. *Exultauit terra*, i. habitantes in ea. Exultauit

Exultabit omnis creatura ad præsentiā Christi.

Luca 2.

Matth. 2.

Act. 13.

Matth. 14.

tauit mare, quãdo Christo teneretiam
exhibuit, vt se sub pedibus eius coucul-
cabile præberet. Exultauerunt campi,
quando pastores, qui erant in campis su
per gregem suum vigilantes, Christum
natum gaudentes adorauerunt. De qui-
Luc. 2. bus dicitur, quòd reuersi sunt laudantes,
& glorificantes Deum.

1653 *Tunc exultabunt omnia ligna sylua-
rum à facie domini, quia venit, quo-
niam venit iudicare terram.*

HIc agit de exultatione insensibi-
liũ. Quamuis.n.iusensibilia pro-
priè exultare non possint, tamen meta-
phoricè exultare dicuntur, quando ho-
minibus causam præbent exultationis.
Hoc autem tunc fuit impletum, quando
in aduẽtu Christi in Hierusalem.s.in die
palmarum turba populi cædebãt ramos
de arboribus; & sternebant in via ante
Christum ex lætitia clamantes, & dicen-
Matth. 21. tes. Osanna filio Dauid, &c. Illa.n.arbo-
rum prostratio fiebat in signum reueren
tiæ, & exultationis. Nec mireris, quia di-
cit, *Omnia ligna syluarum*, quia consuetu
do est scripturæ accipere partem pro to-
Arborum ramos quare Christo prosternebant pueri. to, & totum pro parte. Et hoc *à facie do-
mini*, quia ante Christi faciem ramos ar-
borum prosternebant. Sed causam, qua-
re ligna syluarum prosternebant, subdit,
dicens, *Quia venit*. Venit.n.tũc Christus
Hierusalem ad duo, s. ad mortem crucis
pro nobis tolerandam, & ad sacerdotũ,
& Pharisæorum hypocrisin, & malitiam
iudicandam. Venit ergo tunc primò Hie
rusalem ad mortem tolerandam pro no
bis. Propter quod spiritusancto inspira-
ti, & moti pueri Hebræorum ligna sylua
rum ei prosternebant in via dicentes,
Osanna filio Dauid. Et iste honor exhi-
bitus Christo ab infantibus in ramis ar-
borum, & clamoribus populorum fuit
maior, quam honor exhibitus ab Ange-
lis in natiuitate cantãtibus, Gloria in ex-
celsis Deo, &c. Vide sup. ver. 84. Quantũ
ergo ad istam partem dicit, *Tunc exulta-
bunt omnia ligna syluarum à facie domini,
quia venit*. s. pro nobis pati. Secũdò uenit
tunc ad reprehendendam hypocrisin, &
malitiã sacerdotũ, Scribarum, & Phari-
sæorũ. Nusquam.n.legimus tam clarè, &
diffusè Christũ reprehendisse illos, sicut
B in illo aduentu fecit, sicut apparet Mat-
th. 23. Quia tunc pluries & pluries ait il
lis, Vę vobis, scribæ, & Pharisæi, hypocri
tæ, qui clauditis regnũ cœlorũ ante ho-
mines, &c. Vę vobis, &c. qui circuitis ma
re, & aridã, &c. Væ uobis scribæ, & Phari
sæi, qui similes estis sepulchris dealba-
tis, &c. Ex quibus omnibus expresè pa-
tet, ꝙ tunc Christus ipsos malos iudica-
uit, & discreuit bonos à malis. Et ideo
pueri Hebræorũ hoc spiritusancto inspi-
rati præuidentes, & ipsum verũ iudicem
futurum cognoscentes, ei honorẽ exhi-
bentes, ligna syluarum prosternebant in
F via. Et istam causam secundam allegat
Ps. d. *Quoniam venit iudicare terram*. i. ter
renos sacerdotes, Pharisæos, & scribas,
scilicet, iudicio discretionis, ostendens il
los à bonis esse discretos, & separatos.
Vel aliter, Ex hoc vult ostendere, ꝙ gen-
tiles exultauerunt per Christi aduentũ.
Antequam.n. Christus veniret, gentiles
erant ligna syluarũ, nullis vsibus seruien *Ligna syluarũ erant gentiles.*
tia, sed post Christi aduentũ fuerũt factã
ligna domus ecclesiæ. O quàm magnũ li-
gnũ fuit in ecclesia Dei B. Greg. Ambro.
August. & Hiero. qui exultauerunt ad fi-
dem conuersi? *Quia dominus venit*, s. ad
G eos per prædicationem Apostolorũ. Et
istum intellectum habet gl. d. *Exultabunt
omnia ligna syluarum*. i. pagani, qui olim
erant ligna syluarum, sed modo sunt li-
gna domus Dei abscissa in ædificiũ eccle
siæ. Exultabunt inquam à facie dñi, quia
venit primò in ecclesia in nubibus. i. in
Apostolis, & in alijs sanctis prędicatori- *Matth. 26.*
bus, & impleuit totum orbem, vnde ipse *Iudicium vltimum iusti lætanter expectant.*
ait, Amodo videbitis filiũ hoĩs venientẽ
in nubibus cœli. Cui aduentui qui cre-
dit, exultabit in vltimo aduentu, de quo
subdit, *Quoniã venit iudicare terram*. i. vẽ-
turus est postea iudicare terram. s. viuos
H & mortuos. Gentiles.n.conuersi ad fidẽ
exultant, quia Christus ad iudicium est
venturus, quia tunc sperant beatitudinis
duplicem habere stolam, ut ostẽdit Gre *Gregor. 31. mor. c. 28.*
gor. dicens, Venturum iudicium etsi ad-
huc oculis non cernimus: iam tamen spe
rando præuidemus. Omnis autem qui
bene viuere incipit, audiẽs, quòd per ex-
tremum iudicium iusti ad regnum vo-
centur, hilarescit. Sed quia quædam ma-
la adhuc ex reliquo cõsiderat, hoc ipsum
iudicium, de quo exultare inchoat, ap-
pro-

propinquare formidat. Vitã quippe suã bonis, malisq; permixtam conspicit, & cogitationes suas aliquo modo spe, & timore confundit. Nã, cum audit, quæ sint regni gaudia, mox mentem lætitia subleuat. Et rursum cum respicit, quæ sint gehennę tormenta, mox mentem formido perturbat. Sic ergo de gentilibus cõuersis ait Psal. *Exaltabunt omnia ligna syluarum à facie domini: quia venit.*

1564 **Iudicabit orbem terræ in æquitate, & populos in veritate sua.**

Ostendit hic iustum Christi vltimũ iudiciũ. Istum versum exponunt aliqui de iudicio discretionis dicẽtes, q totum orbem, idest, omnis orbis homines iustè. & verè iudicabit, quia secundũ quòd æterna sua iustitia ordinauit, bonos vocabit ad fidem, idest, electos: sed alios in sua infidelitate relinquet. Et in isto iudicio est æquitas, quia est secundum æternam Dei electionem, quæ institia est per effectum. Et est veritas, quia eius vocatio nullo modo deuiabit ab ipsius ęterna electione. Quamuis ista iustitia, qua illum elegit ab æterno, & non illum, nobis sit incognita. Alij autem, & melius istum versum exponunt de finali iudicio, in quo secundum iustitiam vnicuique dabitur secundum quòd gessit in corpore, siue bonum, siue malum. Et attende, quòd secundum gloss. per orbem terrarum hic intelligit oẽs filios Adam, qui sunt dispersi per totum orbem terrarum. Adam namq; ex quatuor literis componitur, quibus orbis terrarũ significatur, scilicet, A, quod apud Græcos dicitur alpha. D, quod dicitur delta. A, quod dicitur alpha, & M, quod dicitur mi. Secundum Græcos autem alpha, dicũt Orientẽ. Delta, Occidentẽ. Arcton, Aquilonẽ. Mesembrion, Meridiem. Ita q nomen Adam quatuor literas continet, quibus incipiunt quatuor partes principales orbis. Cum igitur d. *Iudicabit orbem terræ in æquitate*, generaliter omnem hominem includit secundũ Dei æquitatem iudicandum. Scriptura enim sæpè nobis mentionem facit extremi iudicij, vt hic vitam nostram corrigamus. Quia Christus nobis modò mansuetus apparet, & placabilis, tunc placari non poterit. Et hoc est, quod ait Greg. Tunc iudex districtius exhibet, quod nunc mãsuetus iubet. Sic namq; quotidie cõspicimus, q magistri pueris elementa literarum blandientes imponunt, sed hæc ab eis sænientes exigunt, & quæ dant cũ mansuetudine, cum verbere exquirunt. Blandè itaque nunc alliciunt eloquij diuini mandata; sed erunt áspera in exactione facienda. Mansueta est modo admonitio vocantis: sed tunc districta ventura est iustitia iudicis. Tunc enim *iudicabit orbem terræ in æquitate, & populos in veritate sua.*

Orbis terrarum significat ipsum Adam.

Christus modo mansue.

tus: in iudicio erit seuerus.

Gregor. 22. mor. c. 19.

PSAL. XCVI.

Dominus regnauit, exultet terra: lætentur insulæ multæ. 1655



Hic Psal. talem habet titulum. *Psal. Dauid quando terra ei restituta est.* Titulus iste tangit historiam quæ habetur. 2. Reg. 17. quòd Absalon filius Dauid inuasit regnum patris, & accepit dominium eius. Cuius timore Dauid cum suis fugit de Hierusalem. Veruntamen posteà habito prælio inter partes, ipse Absalon fugiens sub quadam arbore suspensus per capillos remãsit, quo mortuo, Dauid recuperauit regnum suum, & terram, & posteà regnauit in pace, & tunc Dauid illum Psal. fecit. Et sic apparet titulus, Psal. *Dauid quando terra ei restituta est*, scilicet, quãdo regnum suum recuperauit. Veruntamen de ista historia non agit iste Psal. sed de significato historiæ. Vbi sciendum, quod Dauid Christum significat. Hic inter filios cæteros habuit vnum filium, scilicet, Iudam, qui per Absalon figuratur. Nam Absalon dicitur pax patris, & Iudas pacis osculo tradidit Christum. Iste inuasit terram patris, scilicet, Christi. Nã terra Christi fuit eius caro, vide vet. 193. 396. Hanc terrã Iudas inuasit, quia proditoriè ipsum ad mortem perduxit, & terra, scilicet caro Christi ab ipso fuit ablata, quia caro ab anima fuit separata. Quo facto sicut Absalõ suspẽsus interijt, sic & Iudas laqueo se suspẽdit. Quo mortuo, sicut terra sua restituta fuit ipsi Dauid, sic

Absalon significat Iudam.

sic,& Iuda suspēso, Christus terrā suam, scilicet, carnem resurgendo reassumpsit, & postea regnauit in pace, tanquam verus rex, & omnium iudex, & dn̄s. Et de hoc agit iste Psal. ostēdens, q̄ Christus resurrexit, & in carne reassumpta venturus est ad iudicandum omnes. Iste ergo Psalm. ad literam agit de Christo, nō de ipso Dauid. Vnde & Apostolus ad Hebr. primo, inducit literam istius Psal. dictam de Christo dicens, Et cum iterum introducit primogenitum in orbem terræ dicit. Et adorent eum omnes angeli Dei. Quæ litera assumpta est de isto Psal. vbi dicitur, *Adorate eum omnes Angeli eius.* Nec est multum curandum, si Psal. loquitur Angelis in secunda persona dicens, Adorate eum, & Apostolus loquatur in tertia persona dicens, Et adorent: quia Apostoli, & Euangelistæ allegantes scripturas veteris testamenti non semper allegabant ipsam de verbo ad uerbum, sed sufficiebat eis quandoque capere sententiam. sicut etiam ipse Christus allegans, quod scriptum est Psal. 40. Qui edebat panes meos, magnificauit super me supplantationem, non ipsam allegat de verbo ad verbum, sed sententiā, dicens, Qui manducat panem meum, leuabit contra me calcaneum suum. Sic & in proposito literā istius Psal. dictam de Christo ostēdit Apostolus dicens, Et cum iterum introducit, &c. Fuit. n. Christus primò introductus in orbem terræ, s. in primo aduentu, sed iterum introducetur in secundo aduentu, quando veniet iudicare viuos, & mortuos. Sic ergo iste Psalm. agit de secundo aduentu Christi. Diuiditur ergo Psalmus iste in tres partes, quia ponitur primò Christi generale dominiū: secundò Christi aduentus ad iudicium, ibi. *Nubes*, tertiò generalis exultatio fidelium, ibi. *Audiuit & latata est.* Quantum ad primum notandum, quòd quamuis Christus ab instanti suæ incarnationis fuerit verus Deus, & dominus omnium: tamen vsq; ad resurrectionem apparuit humilis, & infirmus, vt seruus, sed postquàm resurrexit, apparuit mundo clarè eius dominiū: quia tunc subiecit sibi per fidē reges mundi, & imperatores. Et hoc est, quod resuscitatus ait, Data est mihi omnis potestas, &c. Et hoc est quod ait, *Dominus regnauit.* q. d. dn̄s Iesus Christus,

Scriptura non semper allegatur de verbo ad verbum.

Ioan. 13.

Matth. vlt.

E qui prius infirmus mūdo apparuit, qui spretus, & occisus fuit, resurgens regnauit, idest, rex omnium mundo innotuit. Hoc autem eius dominium mundo manifestatum hominibus causam lætitiæ intulit: quia, fide mundo per Apostolos prædicata, homines, relictis idolis verum Deum cognouerunt, & de potestate diaboli sunt liberati. Et hoc est, qd̄ subdit, *Exultet terra*, idest, homines habitantes in terra: quia Christus per suam resurrectionem, & ascensionem præbuit hominibus ingressum regni cælestis. Et non solum exultet terra, idest, homines F habitantes in terra firma, sed etiam lætentur insulæ multæ: quia etiā multæ insulæ Christi fidem receperunt, ut patet de insulis Cypri, Candiæ, Angliæ, &c. in quibus Christi fides viget, & exultat. Vel per insulas intelligit totius orbis ecclesias: quæ rectè insulis comparantur secundum glos. quia sicut insulæ sunt in medio maris, & fluctibus maris vndique agitantur, sic ecclesiæ sunt in medio regionum, & circum iactantur fluctibus tentationum. Et sicut insula circumstrepentibus fluctibus tunditur, sed nō rumpitur: ita ecclesia per totum orbem dilatata, persecutiones infidelium patitur, G sed non vincitur, imo potius tanquam insula frangit fluctus uenientes.

Ecclesia insulis comparatur.

Nubes, & caligo in circuitu eius: iustitia, & iudiciū correctio sedis eius. 165

HIc consequenter describitur aduētus Christi ad iudiciū. Et tria facit, quia primò ponuntur Christi iudicantis conditiones, secundò malorum cōdemnationes, ibi. *Ignis ante ipsum*, tertiò bonorū premiationes, ibi. *Annunciauerūt.* Quantū ad primum sciendum, quòd à H Christi sententia non poterit in iudicio appellari: 1ū quia Christus iudicē superiorem non habet, 2ū quia erit iusta, in nullo deuiās à iustitia. Et ideo postquā posuit generale dominiū Christi d. *Dominus regnauit*, nūc consequenter ponit eius inobliquabilem iustitiam, d. *Nubes, &c. iustitia, & iudicium*, &c. Per quæ vult inferre, quod sententia illa erit irreuocabilis, à qua nullus appellare poterit. Et sic primò describit uenientis iudicis modum, & consequēter iudicis iustū soliū. Quan-

Christus veniet in nubibus. Quantum ad modum veniẽdi dicit, *Nubes, & caligo in circuitu eius*. Vbi notandum, ꝙ eodem modo Christus descẽdet ad iudicium, quo in cœlum ascendit. Sic enim dixerunt angeli, Quemadmodum vidistis eum ascendentem in cœlum, sic veniet. Christus autem ascendens in cœlum, habuit nubes ad obsequium. Sic.n. dicitur Act.1. Videntibus illis, eleuatus est, & nubes suscepit eum. Sic & conformiter ad iudicium veniens habebit nubes in obsequium. Quia nubes clarissimæ circũdabunt eum ad modum cuiusdam throni, in quo iudex quasi sedere vi-
Luc.21. debitur. Vnde ipse dicit, Videbitis filiũ hominis venientem in nube cum potestate magna, & claritate. Quod præuidens Psal. ait. *Nubes, & caligo in circuitu*
Christus veniet cũ sanctis ad iudicium. *eius*. Vel etiam aliter intelligi potest. Per nubes enim, quæ terram irrigant ad fructificandum, designantur Apostoli, & sancti prædicatores, vt supra dictum est versic.556.1273.926.1084.1086. Christus aũt veniet ad iudicium circundatus Apostolis, & alijs suis sanctis. Vnde Zacha.14. Veniet dñs Deus meus, & oẽs sancti eius cum eo. Et sic erunt nubes in circuitu eius, quia sanctis circundatus descendet. Vel per nubem accipe Christi corpus glorificatũ, in quo descendet, vt ab omnibus iudicandis videatur. Oẽs
August. istas tres expositiones notat Aug. in epistola ad Esitium d. Quod autem dicitur ꝙ dominus in nube veniet, intelligi potest, ꝙ veniet in ecclesia sua, vel in sanctis eius tanquàm in nube, siue ꝙ veniet in corpore suo, in quo sedet ad dexterã patris. Credendum enim est, ꝙ non solum in eodem corpore, sed etiam in nube venturus est. Quoniam sic veniet, si-
Act.1. cut abijt. Nubes autem suscepit eum ab oculis eorum. Et nota, ꝙ Christus sic in nube descendens iustis apparebit totus clarus, & luminosus, sed malis totus iratus, & caliginosus. Et ista duo notat Ps. dicẽs, *Nubes in circuitu eius*, scilicet quo ad bonos, *& caligo* quo ad malos. Sequitur, *Iustitia, & iudiciũ correctio sedis eius*. Hic enim per sedem Christi accipit totum orbem cui Christus dominatur. Ex cœlo enim, & terra componitur sedes Christi. Iuxta illud Esa.66. Cœlum mihi sedes est, & terra scabellum pedum meorum. Istam sedem iustificabit in iu-

A stitia tua, & iudicio: vt iustitia referatur ad iustam iudicis voluntatem, & iudicium ad actum iudicandi. Tunc enim iustitia conuertetur in iudicium, vt dictum fuit versic.1522. De sede Christi nota versic.742.1453.1504.

Ignis ante ipsum præcedet: & inflammabit in circuitu inimicos eius. 1657

Hic ponitur malorum condẽnatio. Circa quam tria notantur, primò malorum condemnatio, secundò malorum perturbatio, ibi. *Alluxerunt*, tertiò *Ignis iudicij duplex.*
B malorum cruciatio, ibi, *Montes*. Quantũ ad primum sciendũ, ꝙ in iudicio duplex ignis erit: quorum vnus præcedet iudicem, & alius sequetur. Primus erit ignis conflagrationis, quo scilicet totus mundus comburetur, & sic renouabitur sicut per ignem aurum, & argentum purificatur, & renouatur. Et iste ignis data sententia inflammabit in circuitu inimicos eius, idest, peccatores, qui ab illo igne inuoluentur, & ad ignem inferni sic inuoluti deducentur. Et de isto igne vide diffusius versic.812. Secundus ignis, qui sequetur iudicem, erit ignis inferni, in
C quem mali mittentur, dicente Christo, Discedite à me maledicti in ignẽ æter- *Matth.25.* num, &c. De igne autem inferni qualiter malos cruciat, vide versic.1426. Istũ autem versum exponit Hugo de igne diui- *Hugo.* ni amoris magis mysticè, d. *Ignis ante ipsum*, &c. Cum per seipsum visere dignatur Deus animam quærẽtem se, hoc est signum aduentus eius, ꝙ, scilicet ignis, idest, ardens desiderium ante ipsum præcedit Oportet namque, vt sancti desiderij ardor præueniat faciem eius ardere animã, ad quã est ipse vẽturus, qui oẽm consumat rubiginem vitiorũ, & sic præ-
D pararet locum dño. Et scit tunc anima, q̃ iuxta est dominus, cùm senserit se illo igne succensam, & dixerit cũ propheta, De excelso misit ignẽ in ossibus meis *Thren.1.* & erudiuit me. Et illud, Concaluit cor *Psal.58.* meum intra me, & in meditatione mea exarsit ignis. Tali animæ suspiranti frequenter, imò sine intermissione oranti, & affectãti semper desideriis cum interdum desideratus ille, qui sic quæritur, miseratus occurrit. Puto illi de propria experientia conuenire, ut dicat cũ san-

Thren.3. ctio Hiere. Bonus es, domine, sperantibus in te, animæ quærenti te. Vel aliter sm eundem, *Ignis ante ipsum præcedet* &cæt.

Ignis dicitur Deus. Ignis, qui Deus est consumens quidem, sed non affligit: ardet suauiter, desolatur feliciter. Est enim verè carbo desolatorius, sed qui sic excitat intima, vt in aia vicem exhibeat vnctionis. Ergo in virtute, quam imitaris, & in amore, quo inflammaris, dominum præsentem intellige. Nàm dextera domini facit virtutē. Non autem fit hæc mutatio dexteræ excelsi: nisi in feruore spiritus, & in charitate non ficta, ita vt dicat, qui huiusmodi est, Concaluit cor meum intra me. *Psal.38.*

1658 *Alluxerunt fulgura eius orbi terræ: vidit, & commota est terra.*

Hic ponitur malorum perturbatio. Ad literam enim ante iudiciū fiēt multæ impressiones in aere, & multæ coruscationes terribiles, quibus homines territi turbabuntur, & maximè mali iudicium pertimentes. Et hoc præuidens Psal.d. *Alluxerunt fulgura eius orbi terræ.* Et loquitur de futuro per modū præteriti propter certitudinem prophetiæ. Sequitur, *Vidit, & commota est terra*, i. homines habitantes in terra videbunt, & commouebuntur, quia. s. timore turbabuntur. Vel per fulgura intellige miracula,

Fulgura significāt miracula. quæ tunc faciet Antichristus. Quibus viss terra, i. terreni commouebuntur ad ipsum antichristum adorandum. Vel similiter accipi possunt miracula sanctorum apostolorum, & prędicatorum, quę toti orbi alluxerūt, quibus mota est terra, idest, gentilitas ad Christi fidem recipiendam. Fulgur enim in scriptura signi-

Gregor. ficat miracula, vt ostendit Greg. 27. moral. cap. 8. dicens, Quid enim per fulgura nisi miracula sentire debemus? De

Psal.17. quibus per psal. dicitur, Fulgura multiplicabis & cōturbabis eos. Quia visis miraculis gentes conuersæ de peccatis suis sunt turbatæ. Qualiter autem cōmouetur terra à facie Christi, vide ver. 1650. Ad istum intellectum fulgura pro miraculis sanctorum exponit Greg. 30. mor. c. 3. dicens, Fulgura quippe ex nubibus exeunt: sic mira opera ex sanctis prædicatoribus ostenduntur, qui idcirco nubes vocari debent, quia & coruscāt miraculis, & verbis pluunt. Et quia humana corda postquam per prædicationem mota non fuerint istis miraculorum fulgoribus turbantur: propheta attestātur qui ait, Fulgura multiplicabis, & conturbabis eos. Ac si diceret, Cùm verba prędicationis tuæ non audiunt, per prędicātium miracula cōturbantur. Vnde aliàs scriptum est, In lumine tuo iacula tua ibunt in splendore fulgoris armorū tuorum. Iacula domini in lumine iræ, est verba eius aperta veritate resonare. Sed quia sæpe homines verba vitæ vel intellecta despiciunt, adiunguntur etiam miracula. Vnde illic subditur, In splendore fulgoris armorum tuorum. Fulgor quippe armorum est claritas miraculorum. Armis namque nos tuemur: iaculis aduersa destruimus. Arma ergo cum iaculis sunt miracula cum prædicamentis. Sancti enim prædicatores verbis suis quasi quibusdam iaculis aduersarios feriunt. Armis verò, idest, miraculis seipsos tuentur, vt & quantum sint audiendi sonent per impetum iaculorum, & quātum sint reuerendi clarescant per arma miraculorum. Vnde & alibi dicitur, *Alluxerunt fulgura eius orbi terræ: vidit, & commota est.* &c.

Montes sicut cera fluxerūt à facie domini: à facie domini omnis terra. 1659

Ponitur hic malorum cruciatio. Tépore enim iudicij erunt terræ motus magni per mundum: intātum vt etiā montes de suis altitudinibus cadant, sicut cera cadit à facie ignis. Quæ omnia peccatoribus, quia iudicium timebunt, ad magnum tormentum vertētur. Sicut *Matth. 24.* dicit Christus, Erunt pestilentiæ, fames, & terræmotus per loca. Et subdit, Hæc omnia initia sunt dolorum, s. malorum, & peccatorum. Vel per montes intellige *Mons significat peccatores.* superbos, & altos peccatores, qui humiliabuntur in iudicio à facie furoris domini, sicut cera liquescit à facie ignis. Propriè enim per montes peccatores figurantur, si consideres montis cōditiones. Quoniā, vt docet experientia, mons inferius dilatatur: superius angustatur: exterius illustratur, interius obscuratur. Sic & cōformiter peccatores. Primò sicut mons inferius dilatatur, sic & peccatores

A tores terrena diligentes, & solum inter renis affectionem ponentes in istis inferioribus maximè dilatantur. Quoniam, vt docet experientia, quanto quis temporalibus intentus illis magis abundat, tanto circa illa suus magis dilatatur affectus. Vnde Ambrosius. O diues nescis quàm pauper sis, quàm inops tibi videaris, qui te diuitem dicis, quantò plus habueris, tantò amplius requiris, & quantò plus acquisieris, tanto plus affectu indiges. Inflammatur lucro auaritia, nō restinguitur. Achab Rex in Israel erat, & pauper Naboth. Ille regni opibus affluebat, hic angusti soli possidebat cespitē. Nihil pauper de possessionibus diuitis concupiuit. Rex autem egere visus est: quia vineam habebat pauperculus vicinus. Quis igitur tibi pauper uidetur, vel qui contentus est suo, an qui concupiuit alienum? Alter scilicet pauper censu videtur, alter affectu. Affectus diues egere non nouit. Census abundans auari pectus explere nequit. Hæc ille. Quia igitur diuet auarus inferius vt mons dilatatur, vmbram diuitiarum cernēs, ideo decipitur: Cui dicitur Iudicum 9. Vmbram montium videns, scilicet, diuitiarum, & hoc errore deciperis. Secundò sicut mons versus sursum semper magis restringitur, sic & affectus peccatoris versus cęlestia semper angustatur, cum simul Deo & mammonę seruire non possit. Vbi Hieronym. ait, Mammona sermone Syriaco diuitiæ nuncupantur. Audiat ergo hoc auarus, qui censetur uocabulo Christiano non posse se simul diuitijs, Christoq; seruire. Si igitur talis sic est arctus, imò nullus in seruitio Dei, sequitur ꝙ ipse ad modum montis superius angustatur, & ideo mortem incurrit æternam. Exod. 19. Qui tetigerit montē talem, scilicet, per affectum, morte morietur. Tertiū patet, quia, sicut mōs exterius lucet, sic & peccatores frequēter exterius quo ad famam apud homines clarent, quia etiā proximo pauper odio sus erit, amici verò diuitum multi. Vnde tales per adulationes aliorum uidentur multum lucere. Vnde 1. Mac. 6. Resplenduerunt montes ab eis. s. ab adulatoribus. Quartum patet, quia sicut mons interius lumine caret, quia non habet viam, per quam lumen ingredi possit, &

Ambros.

Auaritia habitis rebus crescit.

Hierony.

Prou. 14.

peccatores interius diuinæ gratiæ lumine carent. Quia (vt ait Isidorus in synonymis) diuitiæ nunquā sine peccato acquiruntur, ideo ait Christus. Quā difficile est diuitem intrare in regnum cœlorum, Vnde tales figurantur per montes Gelboe steriles, super quos nec ros descendit, nec pluuia. Montes Gelboe, nec ros nec pluuia descendat super vos, &c. Isti ergo peccatores sunt illi mōtes, qui in iudicio à facie domini fluent, & cadent. Conterentur montes subtus eū. De quibus nunc ait psal. *Montes sicut cera fluxerunt à facie domini.* Et idem alijs B verbis repetit. d. *A facie domini omnis terra.* s. fluet. Vbi per terram peccatores intelligit, vide supra vers. 809. 1026.

Isidorus.

Matth. 19.

2. Reg. 1.

Mich. 1.

Annunciauerūt cœli iustitiam eius: & viderunt oēs populi gloriam eius. 1660

Ostenditur hic bonorum præmiatio. Ostēdit enim primò, quòd iusta est bonorum præmiatio, secundò ꝙ iusta est malorum condemnatio. ibi, *Cōfundantur.* Et stat in hoc ratio, quia veritas fidei annunciata est sufficienter omnibus. Et ideo sicut qui fidē receperunt, C iustè præmiantur, sic & nolentes credere, iustè punientur, nec poterunt excusari. Sed ꝙ veritas fidei sufficienter omnibus sit publicata, ponit. d. *Annunciauerunt cœli iustitiam eius.* Per cœlos intelligit Apostolos, & alios cœlestes prædicatores, de quibus dicitur, Cœli enarrant gloriam Dei, Sic ꝙ in omnem terram exiuit sonus eorum. Vide hoc supra versic. 252. Isti cęli annunciauerunt sufficienter iustitiam Dei. Diabolum superare volens, carnem nostram assumpsit, in qua pro nobis passus, tertia die resurrexit gloriosus. Et istos cœlos per totum orbem dilatauit, de quibus dicitur Iob 9. D Qui extendit cęlos solus. Quod ad propositum exponit Greg. d. Quid enim cœlorum nomine, nisi cœlestis prædicantiū vita significatur? Ipsi cœli, ipsi sol esse memorantur. Cęli. s. quia intercedendo protegunt, sol autem, quia prædicando verum lumen ostendunt. Extendit ergo cœlos Deus, quia cum Iudæa ad iram persecutionis infremuit, apostolorum, & prædicatorum uitam dominus in cunctarum gentium cognitione dilatauit.

Cœli sunt Apostoli & prædicatores.

Psal. 18.

Greg. 9. moral. c. 4.

Et dum illa per iudicium in mundum captiua dispergitur: isti vbique per gloriã, & honorem rendunt. Angusti quippe cęli fuerant, cùm vna plebs tot egregios prædicatores tenebat. Quis enim gentilium Petrũ agnosceret, si in solius Israelitici populi prædicatione remaneret? Quis Pauli virtutes agnosceret, nisi hûc Iudęi ad nostram notitiam persequendo transmisissent? Ecce qui iam flagris, & cõtumelijs ab Israelitica plebe repulsi sunt per mundi fines honorantur. Solus ergo dominus cœlos extendit, qui secreti mira dispensatione consilij prædicatores suos, unde permisit in una gente opprimi; fecit in mundi cardines inde dilatari, &c. Sic igitur isti cœli per totũ orbem fuerũt dilatati, vt omnibus gentibus prędicarent gloriã Christi. Et hoc est, quod subditur, *Et viderunt omnes populi gloriã eius*, quia, scilicet, ipsi sufficienter omnibus nationibus prædicauerunt gloriam Christi. Quis ergo infidelis poterit excusari de infidelitate sua? Vel, *viderunt omnes populi gloriam eius*, i. omnes populi, scilicet iusti, & fideles videbunt gloriam in iudicio: quia cum Christo erunt gloriosi. Propriè enim populus solum significat bonos. vide suprà, vers. 816.

1661 *Confundantur omnes, qui adorant sculptilia, & qui gloriantur in simulachris suis.*

Hic ex prædictis ostendit iustã damnationẽ infidelium: quia cęli sufficienter omnibus annunciauerunt Christi iustitiam, sic q omnes potuerunt cognoscere Christum verum esse Deum. Meritò ergo infideles confundi debent, qui sculptilia, vel simulachra adorant. Ipsa.n. idola dicuntur sculptilia, quia ad imaginem alicuius rei fabricata. Et eodẽ modo dicuntur simulachra quasi alicui rei similia fabricata. Et si dicas, nonne Christiani adorant talia sculptilia, & simulachra? nonne adorant simulachrum Christi, beatæ virginis, & aliorum sanctorum? Respondetur quòd non: quia nõ adorant tales imagines, sed intantum illas venerantur, inquantum per illas in memoriam reducuntur significatorum. *Exemplũ.* Vnde cum quidam Christianus à pagano reprehenderetur, q simulachrum Christi adorabat. Respondit, Non istum Christum, sed Christum adoro per istum. *Idola significant aliqua peccata.* Nota autem hic moraliter quòd simulachra, sculptilia, vel idola sunt multiplicia, quæ significant diuersa peccatorum genera, vel q idola diuersas conditiones habent, quibus diuersa significant peccata. Primò.n. simulachra sunt falsæ simulationis & apparentiæ. Exterius.n. habẽt effigiem hominis viuentis, sed carẽt corde, & partibus interioribus spiritualibus. Tales sunt simulatores, & hypocritæ: qui exterius adornantur vita gratiæ, sed interius sunt mortui per peccatum. Isti quandoque lapsos sine compassione iudicãt, & damnant, vt ipsi ab alijs osores criminum, & boni iudicentur. De quibus ait Hiero. in quadam epistola, Intus leo, foris agnus, monstrum est velut quędam bestia composita quæ chimæra vocatur. *Hiero.* Et quia tales frequenter in gradibus ecclesiasticis reperiuntur, ideo de talibus conqueritur dominus. Posuerũt idolum in domo, in qua inuocatum est nomen meum, & polluerunt eam. *Hier. 32.* Ideo de clericis verificatur hodie illud Psalm. 76. In sculptilibus suis ad æmulationem eum prouocauerunt. Secundò simulachrum vel idolum materiam habet pretiosam: vt pura sunt aurea, & argentea, lapidibus pretiosis ornata. Et sic significat auaros deditos terrenis. Argentum suum & aurum dederunt, & fecerunt sibi idolum vt intereant. *Osea 8.* Istud est idolum mammonæ, quod auari adorant. Vnde auaritia idolorum seruitus dicitur, ad Eph. 5. ubi ait glos. Deus auari est nummus, & illum vt Deum adorat & colit. Diligit enim pecuniam plusquàm se: sicut deberet diligere Deum. Quod patet, quia animã suam exponit pro acquirenda pecunia. Vnde Eccl. 10. Nihil iniquius quàm amare pecuniam, hic.n. animam suam venalẽ habet, hic etiam de pecunia quotidie meditator. Gen. 42. Cõtemplati sunt pecuniã in ore. A pecunia sua nunquàm sponte separãt. Matth. 6. Vbi est thesaurus tuus, ibi est cor tuum. Pecuniæ suæ obedientiam seruat. Eccl. 10. Pecuniæ obediunt oĩa. Et in fine, decepti ad inferna descendunt. Amos 2. Deceperũt eos idola sua, post quæ abierunt Vnde tales aduertere nolũt quod scribitur Ps. 113. Simulachra gentium argentum, & aurum: os habent, & non

& non loquentur, oculos habent, & non videbunt &c. Erubescant ergo, & cõfundãtur, qui adorant lapides, quia nec se, nec alios iuuare possunt.

1662 *Adorate eum omnes angeli eius: audiuit, & lætata est Sion.*

HIc ponitur generalis fidelium exultatio. Et primò ponitur generaliter bonorum gaudium. Secundò ex hoc infert quoddam corollarium, ibi. *Qui diligitis*. Quãtum ad primum nota, ꝙ tria maximè inducunt subditos, vt lætentur de suo domino, s. domini nobilitas, domini æquitas, & dñi potestas. Et ideo Psal. ista tria assignat i rege nostro Christo, quæ omnibus sunt causa exultationis. Primò ponit eius nobilitatem, secundò eius iustitiam, & æquitatem, ibi. *Et exultauerunt*, tertiò eius excelsam potestatem, ibi. *Quoniam tu dominus*. Quantum ad primum sciendum, ꝙ ante Christi incarnationẽ nobilior creatura erat angelica natura, quia inter omnes creaturas rationalis est nobilior irrationali. Rationalis autem creatura erat duplex, scilicet angelica, & humana. Angelica autem nobilior erat humana, in cuius signum angeli ab hominibus permittebant se adorari. Sed post Christi aduẽtum hoc non permiserunt, scientes naturam humanam in Christo super omnem naturam angelicam fore exaltatam. Et hinc est, ꝙ modo angeli hominem Christum adorant. Hanc ergo Christi nobilitatem præuidens Psal. super omnes angelos, & per consequens super omnem creaturam celsiorem angelis, d. *Et adorate eum omnes angeli eius*. i. adorabunt eũ omnes angeli. Ad cuius intellectum, vltra illa, quę dicta sunt de adoratione, versic. 320. est sciendum, ꝙ triplex est adoratio. Quædam latriæ, & hæc est cultus soli Deo debitus. Quædam est duliæ, & hæc est cultus etiam creaturæ debitus, vt puta honor, qui fit superioribus, & virtuosis. Isto enim modo homines superiores, & maximè virtuosi ab inferioribus adorantur. Vnde & Isaac benedicẽs filio suo Iacob ait, Adorent te tribus. Esto dñs fratrum tuorum, &c. Quædam verò est adoratio media inter latriã, & duliam, quia inferior latria, & superior

Reuerenda est Christi humanitas et qualiter.

Triplex est adoratio.

Gen. 27.

A dulia, quæ dr hyperdulia. Et ista adoratione, quæ est media inter latriã, & duliam, adoranda est Christi humanitas, quæ dicitur hyperdulia. Dulia enim idem est quod seruitus, & componitur cũ hyper, quod est supra, inde hyperdulia, s. seruitus, vel reuerentia supra seruitutem puræ creaturæ debitam. Vnde ꝙ non eadẽ adoratione sit adorãda humanitas Christi cum diuinitate, notat gloss. super illo verbo, Adorate scabellum pedum eius, qm̃ sanctum est, dicens: Videndum est, quid nos iubeat adorare cum dicit, Adorate scabellum pedum eius. Terram scabellum pedũ alibi dicit scriptura dicens: B Cœlum mihi sedes est: terra autem scabellum pedum in eorũ. Ergo nos terrã iubet adorare, quia est scabellum pedũ eius. Sed alibi dicit scriptura, Dominũ tuum adorabis, & illi soli seruies. Sed sciendũ est, ꝙ in Christo terra est, idest, caro, quæ sine impietate adoratur. Suscepit enim de terra terrã, quia caro de terra est, & de carne virginis Mariæ carnẽ accepit. Hæc à verbo Dei assumpta sine impietate adoratur à nobis. Quia nemo carnem eius spiritualiter mãducat, nisi eam prius adoret. Nõ illa dico adoratione, quæ latria est, quæ soli creatori C debetur, sed illa, quæ dulia dignior est. Dulia.n. adoratio est, quæ & creaturæ exhibetur, quæ duas habet spẽs, vnam q̃ indifferenter hominibus, alterã quæ soli humanitati Christi exhibetur. De qua dicit, Adorate scabellum pedum eius, i. corpus Christi quod est scabellum diuinitatis. Per pedes enim indefessa stabilitas diuinitatis accipitur. Sed qui hoc scabellum adorat, nõ terram intuetur, sed illum potius, cuius est scabellũ, propter quem adorat. Vnde subdit, Qm̃ sanctũ est. In cuius. s. honore scabellum adorat, D quasi nõ propter se, sed propter ipsum, cuius est scabellum, adorat. Ideo dixit: qm̃ sanctum est, & non quoniam sanctũ est, vt discernas corpus à diuinitate, cũ sit in vtroq; sit vna persona. * Et hanc etiã sententiã ponit Mag. lib. 3. dist. 9. in principio. Et ibidem consequenter recitat aliorum opiniones, s. ꝙ humanitas cum diuinitate vna adoratione sit adoranda, non tamen propter se, sed propter illũ, cui vnita est. Vñ ait, Alijs placet Christi humanitatem vna adoratione cum ver-

Psal. 98.

Esa. 66.

Matth. 4.

** Et istã opinionẽ videtur ibi approbare Magister bene inspectus in fine dicens per verba Dam. et Augu. ibi adducta vnde Aug. contra Arrianum. Perfectam humanitatem in Christo ideo adoro, quia a diuinitate suscepta, et diuinitati vnita est, vt nec aliũ, & alium, sed vnum, cũ-*

déq; Deū, et hominem filium Dei esse cōfitetur. vnde ait. Si hominem à Deo separaueris, illi nunquā credo, nec seruio: intellige cultu latria. Si quis enim purpurā, vel diadema iacēs ōuenit nō conabitur adorare. Cū verò rex ea indutus fuerit: periculū mortis incurrit, si eā cū rege quis cōtēpserit adorare. Ita in Christo humanitatem nō solā sed vnitam diuinitati, si quis contēpserit adorare, æternaliter morietur.

E bo esse adorandā, nō propter se, sed propter illū cuius scabellum est, cui est vnita. Nec ipsa humanitas sola vel nuda, sed cum verbo cui est vnita, nec propter se, sed propter illud est adoranda. Nec qui hoc facit, idololatriæ reus iudicari pōt. Sed ista concordari possunt, quia licet adoratio latriæ, & hyperduliæ vna adoratio sit, in substātia, tamen diuersos habent respectus, quibus speciem suo modo diuersificare videtur: quia, scilicet, illa adoratione Deus adorat̄ propter se, & sic dicitur latria. Sed humanitas Christi adoratur non propter se, sed propter Deū, cui vnitur hypostaticè, & sic variat F speciem, & dicitur hyperdulia. Sicut vna dilectione substantialiter diligitur finis, & ea, quæ sunt ad finē: sed, quia finis propter se, illa verò propter aliud, ideò differre videtur. Dicit igitur Psal. de Christo homine. *Adorate eum omnes angeli eius.* Ex prædictis ergo patet, quantæ sit nobilitatis rex noster Christus, q̀ non solum homines, sed etiam angeli ipsum adorare iubentur. Et hoc causam lætitiæ ingerit fidelibus eius. Quoniam vt dicitur Eccl. 10. Beata terra, cuius rex nobilis est. Et hoc est quod subdit. *Audiuit, & lætata est Sion.* Sion enim specula in- G terpretatur, & significat ecclesiam, quæ Deum per fidem speculatur. Vnde hic gl. *Audiuit Sion*, idest, ecclesia. Quid audiuit? q̀ regis sui iustitiam cœli annunciauerunt, q̀ viderunt omnes populi gloriam eius, q̀ confundentur adoratores idolorum, q̀ angeli Christum adorant. Et inde lætata est.

1663 *Et exultauerunt filiæ Iudæ propter iu-*
dicia tua, domine.

HIc adducit secundam causam lætitiæ, quæ est ex iudicijs iustis sui regis. Cum enim res publica per iustitiam H principis gubernetur, & conseruetur (vt deducit Philos. 5. Ethi.) consequens est, quod subditi diligentes rempublicā, lætentur de principis iustitia. Quæ autē sit iustitia Christi. Certè bonis dat pręmia: malis aūt reddit supplicia. Nam boni finaliter lætantur non solū de præmiatione bonorū, inter quos erunt, verūetiam de punitione malorū, vt patet sup. versi. 130. 131. 404. 522. 858. 937. Et ideo p̄p istas duas partes iustitię vocat in plurali

Aristot.

Iudicia Dei multa.

E iudicia, d. *Et exultauerunt filiæ Iudæ propter iudicia tua, domine.* Quæ. n. sunt filię Iudæ nisi animæ Christū verum Deū, & hominē confitentes? Nā Iudas cōfessio interpretatur. Vel aliter. Iudicia appellat discretionis. Nā Gentiles videntes iudicia Dei, quibus sunt discreti ab idololatris, recipiendo fidem, & videntes Dei magnalia, quib. Iudæi sunt excęcati, exultāt de sua vocatione, q̀ dr̄ iudiciū discretionis. Sic. n. & Apostoli, & qui erant filij Iudæorum, audientes q̀ gentes receperunt verbum Dei, lætabantur, & magnificabāt Deum, vnde Act. 13. dicitur. Au- F dientes autem gentes repletæ sunt gaudio, & magnificabant verbum Dei.

Quoniam tu dominus altißimus super 1664
omnem terram: nimis exaltatus es
super omnes deos.

POnitur hic tertia ratio, quæ est regis potētia. Tanta est enim Christi regis potentia, q̀ oēm creaturam aliā puram excedit. Excedit. n. potentiam omnium hominum, & omnium dæmonum, atq; omnium angelorum. Quantum ad potētiam hominū, ait, *Quoniam tu dominus al-* G *tißimus super omnem terram*, i. super oēs homines, qui habitāt in terra, vel super omnes homines qui de terra sunt creati. Vel hic vult ostēdere Christū habere plenam potestatē iudicandi malos, & bonos, vt per terrā intelligat peccatores. Et quantū ad hoc d. *Quoniam tu dominus altißimus super oēm terram.* Sed per deos intelligat homines iustos, de quibus Ps. 81. Ego dixi, dij estis, &c. Et quantum ad hoc d. *Nimis exaltatus es super oēs deos.* Vel per hoc quod d. *Nimis exaltatus es super omnes deos*, vult ostendere Christi p̄tātem generaliter excedere potestatē H omnium hominum, dæmonum, & beatorum angelorū, qui oēs (diuersimodè tñ) dij dicuntur, vt fuit dictum versi. 1411. Quòd aūt boni angeli dij dicātur, patet: quia Iacob dicit se Deum vidisse facie ad faciem, qui solū angelum Dei vidit. Lex antiqua dr̄ per Deū data Moysi, quę tñ solum per manus angelorum fuit data. vt patet ver. 1638. Si ergo Christus exaltatus est super omnem terram, & super oēs deos, sequitur, q̀ eius potestas excedit oēm potestatē cœli, mūdi & inferni.

Potestas Christi omnem aliam superat.

Gen. 32.

Exod. 38.

Et

Matth. vlt. Et hoc est, quod ipse ait, Data est mihi omnis potestas in cœlo, & in terra. Quo aût Christus dicatur multipliciter altissimus. vide ver. 1430. Quo propriè dicatur dñs. vide versic. 1633. Quo nimis de Deo possit dici. vide ver. 1607. 1645. Et attende q de Christo ait, *Nimis exaltatus es super omnes deos:* quia meritũ exaltationis est humilitas. Luc. 18. Oīs, qui se humiliat, exaltabitur. Et meritũ depressionis est superbia, ibidẽ. Oīs, qui se exaltat, humiliabitur. Et ideo quia præmium proportionari debet merito, sic quanto maior est alicuius superbia, maiorem depressionẽ meretur. Sic quanto alicuius est maior humilitas: tanto magis exaltari meretur, vt deducit Greg. su per illo verbo Iob 40. Simul & facies eorũ demergẽ in foueã. d. Iusto namq; iudicio superborũ facies dñs in foueã mergit, quia intentionem cordis eorũ sese vltra hominẽ erigentem inferius deijcit. Ima. n. respicit, cuius facies foueã attendit. Et bene de superbis dr̃, q eorũ facies in superbiam demerguntur, quia ima petunt, dum superbiendo alta sectãtur. Et quò magis extollendo se erigunt, eò magis ruendo inferius tendunt. Terrenam quippe gloriam quærũt, & infima sunt, quæ prospiciunt dum superbiendo alta sequuntur. Vnde miro, ac diuerso modo res agitur, vt humiles cęlũ petant, dũ se infra deijciunt, & superbi infima petãt, dum superbiẽdo super cæteros quasi in altioribus extolluntur. Isti se dum despiciunt, cœlestibus immerguntur, illi, dum se erigunt, à superioribus diuiduntur, atq; (vt ita dixerim) illi se eleuantes deprimunt, isti se deprimentes eleuant. Vnde bene de superbientibus per Psal. dr̃. Humilians aũt peccatores vsq; ad terram, quia ea, quæ infra sunt ambientes: dum ea extollendo se erigunt, amisso cęlo, quid aliud quam terrã petunt? Quibus hoc ipsum iam nimis cecidisse, est relictis superioribus, ima quęsisse. Rectè ergo facies in foueam demergi perhibẽtur, quia sequentes infima ad inferni barathrum tendunt. Miro enim iudicio agitur, vt quos hic voluntaria auersio excęcat: illic ab intuitu veri luminis digna supplicij fouea abscondat. Ex quibus apparet, q sicut s̃m mẽsuram superbiæ est mensura depressionis, sic consequenter

Exaltatus est Christus super omnes ratione humilitatis.

Superbia cadere facit ad ima.

Gregor. 32. mor. cap. 8.

Psal. 146.

A s̃m mensuram humilitatis est mensura exaltationis. Cũ igĩt Christus in passione se humiliauerit vltra oẽm creaturã, quid mirum si exaltatus fuit super oẽm creaturã? & istam rationem formaliter facit Apostolus ad Phil. 2. d. Humiliauit semetipsum, &c. sequitur, propter q & Deus exaltauit illũ, & dedit illi nomẽ, q est super oẽ nomen, &c. Et hoc hic notãs Ps. ait, *Nimis*, i. perfectissimè, *Exaltatus es super omnes deos.* De exaltatione Christi per suam passionem. vide ver. 290.

B *Qui diligitis dominum, odite malum: custodit dominus animas sanctorũ suorum: de manu peccatoris liberabit eos.* 1665

HIc Psalmista ex prædictis cõcludit quoddam corollarium. Dictũ est enim q rex noster Christus est summæ iustitiæ & æquitatis, est & summæ potestatis. Ex quibus sequitur, q omnes iustè iudicabit s̃m opera, quia iustus, & nullum formidabit, quia præ omnibus potens. Ergo eius iudicium peccatores debent formidare, & iusti lætanter expectare. Ex quibus omnes hortatur Psal-
C mista ad fugiendum peccatum, & ad bonum imitandum. Et hoc Psalm. hic nos hortatur ad tria. primò vt peccatum fugiamus: secũdò vt bonum faciamus. ibi, *Lux orta:* tertiò vt in domino confidamus. ibi, *Lætamini.* Quãtum ad primum sciendum, q malum est duplex, s. culpę, & pœnæ: sed malum culpæ propriè dicitur malum, quia nullam rationem boni continet. malum autem pœnæ non simpliciter dicitur malum, quia aliquam rationem boni continet, vt puta quia satisfacit pro culpa, purgat mentẽ, reordinat rem deprauatam, quam peccatum deor
D dinauerat. Sic igitur propriè solum peccatum dr̃ malum. 15. q. 1. cauenda sunt, vide sup. ver. 1570. Et de isto malo culpę ait, *Qui diligitis dominum odite malum*, scilicet, culpæ. Et si dicas, qualis exhortatio est ista, cum contradictionem includat oppositum, s. q quis diligat domicũ, & non odiat malum? Respondeo dilectio rei est duplex, scilicet, dilectio, qua res diligitur propter se, quæ dicitur fruitio, & dilectio, qua res diligitur propter aliud, quæ dicitur vsus: sicut diligo vinum,

Malum duplex.

Dilectio dicitur duplex scilicet fruitio & vsus.

vinum,nō propter vinū,sed propter me. Dilectio prima Dei cū peccato stare nō potest,de qua procedit argumentū. Sed secunda dilectio Dei sine peccato esse non potest,quia vtitur Deo, & sic aliqd aliud diligit plusquā Deū. Et de ista loquitur ps. Multi.n.desiderāt habere gloriam,qui tamen in peccato existunt. Et talibus ait ps. *Qui diligitis dominum*, s. finaliter habere vobis placatū, odite malū,s.culpæ.Vel si loquatur iustis,qui diligunt Deum propter se,& odiunt malū, tunc est sensus. Qui diligitis dominum odite malum,s.perseueranter. Et ne aliquis se excuset q peccatū odire nō pōt, F quia superatur tentationib. diuersis. Ad hoc respondet psal. d. *Custodit dominus animas sanctorum suorum*,s. ne incurrant tentationem, quam non possint superare,si velint,quia vt dicitur. 1. Corin. 10. Fidelis Deus,qui non patietur vos tētari supra id,quod potestis,sed faciet cum tentatione prouentū,vt possitis sustinere. Et sic eas custodit, ne per peccatū cadant in manibus diaboli, nisi liberè velint. Et hoc est quod subditur, *De manu peccatoris*,i. diaboli,liberauit eos. Et verè Deus custodit animas sanctorum suorū.

Custodit q; specialiter sex genera hominum.

G Vbi nota, q præcipuè sex hominum genera custodit Deus sua gratia. Quoniam Deus custodit humiliter se deprimētes, Custodit stabiliter propter se patientes. Custodit cordialiter se diligentes. Custodit spiritualiter se deprecantes. Custodit fideliter sibi adhærentes. Custodit se liciter ipsum contemplantes. Primum patet,quoniam sicut de puero paruulo diligentiorem habemus custodiā, sic & Deus de paruulis per humilitatem. psal. 114. Custodiet paruulos dominus, humiliatus sum & liberauit me, vbi gl. Custodiens paruulos dñs,i. humiles,quoniā grandes quærit hæredes, sed Christus H paruulos, vnde suos multis dolorib. humiliat,qui dolor non est pœnalis,sed salutaris,quem medicus secando facit,vnde sequitur, Humiliatus sum, quia flagellat Deus omnem filium, quem recipit. Et liberauit me,q.d. experto crede. Vnde & Greg. sup illo verbo Iob 7. Quid faciam tibi,ò custos hominum? dicit, humilitas nostræ destitutionis ostenditur, cum Deus hominū custos vocatur. Quia si eius nos custodia minimè protegit, an

Humiles Deus custodit.

Gregor. 8. mor.c.21.

E te occulti hostis insidias nostræ solicitudinis oculus dormit, Ps. attestante, qui ait, Nisi dominus custodierit ciuitatem, frustra vigilat,qui custodit eam. Per nos namque occidimus,sed nostris resurgere viribus non valemus. Culpa nos volūtaris propriæ strauit,sed pœna culpæ deterius quotidie deprimit. Ad amissam rectitudinem surgere conatibus nitimur, sed meritorum pondere grauamur. Vnde in figuram quòd dominus humiles custodit dixit ad Iacob, Ego ero custos tuus, quocunque perrexeris &c. Per Iacob namq; quilibet humilis significatur, quia Iacob, teste scriptura, fuit vir simplex,& humilis erat. De alijs autem mēbris custodiæ Dei aliàs dicam.

Psal. 126.

Gen. 28.

Gen. 25.

Lux orta est iusto, & rectis corde lætitia. 1666

HIc hortatur fideles ad bonū faciendum. Vbi sciendū, q Christus propriè dicitur lux: de quo Ioan. 1. Erat lux vera,&c. quia habet lucis proprietatē,vt dictum fuit vers. 706. Qui idcirco ortus est in mundum, ut suo exemplo nos ad virtutes, dimissis vitijs, induceret exemplis. Nam ut ait Greg. 2. dialogorū, Redemptor noster per mortale corpus omne,quod gessit,hoc totum in exemplum actionis præbuit, quatenus miro modo eius sequentes vestigia, inoffenso pede præsentis operis vitæ viā carpamus. Et Greg. 21. mor. c. 6. dicit, Ad hoc namque dominus apparuit in carne,vt humanam vitam admonendo excitaret, exēpla pbēdo accenderet: moriendo redimeret, resurgendo repararet. Natus est ergo Christus,vt nos ad bonū agendum suo exemplo induceret. Et hoc est,quod ad memoriam nos inducens psal. ait. *Lux orta est iusto*,i. lux verbū Dei orta est per carnis susceptionem, Iusto, i. pro homine suis exemplis faciendo iusto. Cuius lucis ortus te ad bonum faciendum inducit. Vnde de ista luce, quæ sol etiā dicitur, scribitur ps. 103. Ortus est sol, s. Christus,& in cubilibus suis collocabuntur, scilicet, recludentur dæmones, & sic exibit homo ad opus, &c. Sed ad quem finē vult te facere bonum,nō propter se,sed propter te, ut, scilicet, cum fuerimus eius exēplis effecti iusti, ipse nobis fit lætitia.

Gregor.

Et

Et aduerte, quòd nec mundus, nec diabolus veram lætitiam nobis dare possunt, sed magis uirtutem frangentes, inducunt tristitiam mentis. Quid enim docet mundus, nisi vanitates, & uoluptates sequi, per quæ tristitia inducitur sempiterna? Narrat Magister in historijs, quòd Cyrus rex Persarum non ualens bellis subiugare sibi gentem Lydorum strenuã in armis, & bellicosam, finxit cũ eis amicitiam, & vt eos redigeret in vecordiam sub specie amicitiæ, tradidit eis solemnitates, & ludos, vt ludis, & voluptatibus vacarent. Quibus vacantes, virtutem, & artem bellandi perdiderunt, & per lætitias temporales illos superauit, quos armis superare non poterat. Ita facit mũdus, & diabolus, multas procurant nobis temporales lætitias, ut nos peccatis subijciant. Et istam lętitiam quęrere est apertum stultitiæ signũ. Propter quod de ista lætitia mundi dicitur, Cor stultorum, vbi est lætitia. Non talis est lætitia Christi. Quia illis, quos suis exemplis liberat, confert lætitiam sempiternã. Esa. 35. Redempti à domino uenient in Sion cum laude, & lætitia sempiterna, super caput eorum gaudium, & lætitiam obtinebunt, & effugiet dolor, & gemitus.

Eccl. 7.

1667 *Lætamini, iusti, in domino, & confitemini memoriæ sanctificationis eius.*

Consequenter hic hortatur, vt in Christo confidamus, omnem nostram solicitudinem proijcientes in eũ, quoniã ipsi cura est de nobis. Quia enim in mundo solũ pressura est, & labor, ideo non in mundo, sed in Christo lætari debemus, in quo uera pax mentis habetur. Ioan. 16. In mundo pressuram habebitis, in me autem pacem. Et hoc est, quòd ait. *Lætamini in domino*. omnis enim nostra lætitia in Christo esse debet. vide vers. 155. 479. Et quid sit in domino lætari subdit, *Et confitemini memoriæ sanctificationis eius*, idest, laudare eum, qui memor fuit sanctificare vos. Quia nisi vos sanctificaret, non gauderetis in illo. Et sic intelligitur de confessione laudis. Potest etiam intelligi de confessione peccati, quæ hominem sanctificat, quæ principaliter fit Christo, quia sacerdoti gerenti Christi vices in terris, quæ contritio-

Confessio requirit contritionem.

A nem præteritorum peccatorum requirit. Iustitia enim Dei exigit, vt per quæ quis peccat, per hæc & satisfactio fiat, modo, scilicet, contrario. Verbi gratia, vt qui furatur aliena, satisfaciat et, propria dando, sic & naturaliter qui deficit nimis comedendo, per abstinentiam reducitur ad debitum statum. Sic & iustitia diuina requirit, vt, qui peccando malam delectationem habuit, & vanam, ad debitum statum reducatur per lachrymas, & confessionem. Propter quod dicit Psal. Et confitebor domino secundũ iustitiam eius. Et ut sic quilibet domino *Psal. 7.*

B confiteri uolens cum amaritudine sua peccata recogitet, dicet illud Esa. 38. Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ. Vnde Gregor. super illo uerbo Iob 10. Dimittam aduersum me eloquium meum, dicit. Quasi pro se loquitur, qui praua, quæ gessit, defendere excusationibus conatur, sed aduersum se eloquium suum dimittit, qui confitendo se accusat de eo, quod errauit. Sæpe uerò & cum delinquimus, ea quoque, quæ agimus, diiudicamus, & accusat mens ipsa, quod perpetrat, sed hoc ex desiderio minimè deserit, & erubescit

Greg. 9. moral. c. 33.

C confiteri quod fecit. Cum uerò toto iã iudicio carnis delectationem premit, audaci voce in accusationis suæ confessionem se erigit. Vnde rectè nunc dicitur, Dimittam aduersum me eloquium meũ. Quia foris mens relaxare verba detestationis culpæ inhiat, quæ apud semetipsam prius infirma verecũdata retinebat. Sed sunt nonnulli, qui apertis vocibus culpas confitentur, sed tamen in confessione gemere nesciunt, & lugenda gaudentes dicunt. Vnde ad hoc subiũgitur. Loquar in amaritudine animę meę. Qui culpas suas detestans loquitur, restat ne

D cesse est ut in amaritudine animæ has loquatur, vt hæc ipsa amaritudo pũniat, quidquid lingua per mentis iuditium accusat. Hæc Greg. Et causa quare confessio ad hoc ut animam sanctificet debet esse cum amaritudine contritionis est, Nam (vt dicunt naturales) omnia dulcia sunt oppilatiua, & amara sunt purgatiua. Vnde aloes, quæ est species amarissima, mirabiliter purgat interius hominem. Sic & spiritualiter dulcia & delectabilia secundum carnem oppilant

animam

animam interius, & claudunt, ne inde purgari ualeat. Sed amaritudo contritionis inde confessione habita, ipsam sanctificat, & mundat. In cuius figuram dicitur de Iudæis, quod baptizabantur in Iordane. Et consequenter additur, confitentes peccata sua. Vbi sciendum, quòd Iordanis qui interpretatur fluuius iudicantis, significat fluuium, siue abundantiam lachrymarum, quam primò confitens debet habere. Et in isto lachrymarum flumine seipsum iudicando debet lauare, & baptizare, sicut faciebant Psal. 6. dicēs. Lauabo per singulas noctes lectum meum, lachrymis meis, &c. Et tūc postquam in tali flumine fuerit baptizatus per contritionem, ad confessionem securè accedere potest. Qui enim non dolet se peccasse, eo ipso peccat, quia Deum non diligit, si Dei offensa sibi non displicet. Hoc est contra multos, qui peccata confitentes non dolent, sed gloriantur se aliqua mala perpetrasse. Quod maximè accidit libidinosis, qui lætantur, cum malè fecerint, &c. Vera autem confessio exigit contritionem de commissis cum proposito amplius non peccandi. Propter quod dicitur Prou. 28. Qui abscondit peccata sua, non dirigetur, qui autē confessus fuerit, & reliquerit ea, misericordiam consequetur. Sic ergo vera confessio animam sanctificans, non lætitiā carnis, vel mundi, sed lætitiam in Deo, quam causat abundantia lachrymarum, requirit. Beati, qui lugent, quoniam ipsi consolabūtur. Et hoc est, quod nos hortatur nunc Psalm. d. Lætamini in domino, & confitemini memoriæ sanctificationis eius.

Matth. 3. *Matth. 5.*

PSAL. XCVII.

1668 *Cantate Domino canticum nouum: quia mirabilia fecit.*



ISTE psal. hunc habet titulum. *Psal. ipsi Dauid.* Expositio patet ex supra dictis frequenter. De materia verò Psal. sciendū, quòd duo maximè sunt, quæ hominem præseruant à uoluntate peccandi, & ad bonum ipsum inducunt, scilicet, amor gloriæ, & timor pœnæ. Nā timor pœnæ retrahit à malo, sed amor gloriæ inducit ad bonum. Ista autē duo causantur in nobis ex consideratione duplicis aduentus Christi. Quia aduentus in mundum, qui fuit ex maxima Dei dilectione ad nos (dicente Christo: Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret) nos inducit ad amorem Dei, & per consequens ad amorem gloriæ, dicente Christo, Qui diligit me, diligetur, à patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum. Aduentus autem ad iudicium nobis timorem inducit, per quem declinamus à peccatis. Per timorem domini declinat omnis homo à malo. Et ideo Psalm. in hoc Psal. uolens nos allicere ad Dei amorē pariter, & timorem, in isto Psal. agit de duplici Christi aduentu prædicto, scilicet, in mundum, & ad iudicium. Et secundū hoc Psal. iste duas partes habet, quia primò agit de aduentu ad iudicium. ibi, *Iubilate.* Circa primum duo facit, quia primò ostendit Christi incarnationem. secundò incarnationis per totum mundum publicationem: ibi, *Viderunt.* Circa primum ostendit quatuor incarnationis Christi cōditiones, scilicet, primo quòd fuit magnæ nouitatis, secundò quòd fuit magnæ utilitatis, ibi. *Saluabit.* Tertiò quod fuit manifestæ claritatis, ibi. *Notū.* Quartò quòd fuit plenæ fidelitatis. ibi, *Recordatus.* Quantum ad primum, primò pro beneficio incarnationis præmittit debitam gratiarum actionem, dicens, *Cantate domino canticum nouum.* Quāto enim gratia facta est maior, tantò gratiarum actio amplior esse debet. In rebus autē per tempus ortis illa fuit summa gratia, qua homo in vnitatem verbi diuini fuit assumptus, vt ait magister lib. 3. dist. 12. Quid enim amplius potuit nobis Deus facere quàm hominem facere Deum? Pro tanta ergo gratia & vos gratias agite. Et hoc est, quod ait, *Cantate domino canticum nouum,* idest, gratias agite domino Iesu Christo. Istam partem expone vt superius, versic. 1642. Nulli enim dubium, quòd incarnatio Christi plus nobis contulit, quàm angelis beatis. Et tamen angeli beati in Christi natiuitate gratias agentes cantauerunt canticum nouum, dicentes, Gloria in altissimis Deo, &c. Quanto fortius ergo homines gratias

Amor gloria, & timor pœna à peccatis præseruant. *Ioan. 3.* *Eccl. 1.* *Quatuor nouitates in Christi incarnatione.* *Luc. 2.*

gratias agendo canticum nouum. Domi A
no Iesu Christo debemus cantare? Cuius
quomodo subdit causam huius decantatio
nis, d. *Quia mirabilia fecit.* Hæc est incar
nationis nouitas. Nonne mirabile fuit, quod
Deus fieret homo, & homo Deus, quod im
mortalis mortalis fieret, & æternus tem
poralis? quòd virgo conciperet, salua
Esa. 7. virginitate pareret? quòd puer in corpo
re matris vterus, & perfectus vir existe
ret? Et multa similia, quæ toti mundo
admiranda sunt, & stupenda. Istam noui
tatem incarnationis admirabatur Hie
Hiere. 31. rem. d. Nouum faciet dominus super ter
ram, mulier circundabit virum, &c. De B
hoc vide supra vers. 657. Nonne magnũ
mirabile, quod in Christi incarnatione cę
ci illuminarentur, & execçarentur illu
minati, vt puta quod gentes Christum co
gnoscerent, & Iudæi ignorarent? Quod
Gregor. 27. admirans Greg. ait. Dei filius per infir
mor. c. 8. mitatem carnis nostris obtutibus appa
rens, dum alios reprobat, alios vocat, mi
ra iudicia exhibuit, quæ à nobis & cogi
tari possent, & comprehendi nõ possent.
Ioan. 9. Ait namque. In iudicium in hunc mun
dum veni, vt, qui non vident, videant, &
Matth. 11. qui vident, cęci fiant. Et rursum. Confi
teor tibi, dñe pater cœli, & terræ, quia C
abscondisti hæc à sapientibus, & pruden
tibus, & reuelasti ea paruulis. In quibus ni
mirum mirandis iudicijs Iudæa repelli
tur, & gentilitas aggregatur. Quod vide
licet factũ mirari possumus, sed perscru
tari non valemus. Bene ergo. d. *Cantate
domino canticum nouum.* gl. i. O vos, qui
noui estis in Christo, veteres in Adam,
cantate domino & uita, & lingua canti
cum nouum. s. de incarnatione domini,
& hominis redemptione. Quod dr̃ canti
cum nouum, quia nihil tale mundus an
te audiuit. Et quia mirabilia fecit. Mira
bilia enim fecit in conspectu nostro, sed D
in conspectu eius nihil est mirabile. Ec
Mirabile quid dicitur propter multa. cl. 39. Nihil mirabile in conspectu eius.
Et notandum vlterius, quod aliquid dicitur
mirabile propter multa. s. ratione pote
statis, veritatis, sanctitatis, paupertatis,
confusionis, & formositatis, ratione quo
rum omnium Christus admirabilis ap
paruit in sua incarnatione. De tribus
primis dictum fuit superius vers. 82. De
quarto hic prosequitur. Dico ergo, quod ali
quis redditur mirabilis ratione pauper

tatis voluntariæ. Quid enim in præsen- *Paupertas voluntaria facit hominem admirabilem.*
senti uita mirabilius cogitari põt, quam
præsentem mundum spernere, carnis de
licias horrere, diuitias propter Deũ con
temnere? Vnde meritò talem mirabilẽ
esse scriptura prædicat. d. Beatus vir, qui *Eccl. 31.*
post aurum non abijt, nec sperauit in pe
cuniæ thesauris. Quis est hic, & laudabi
mus eum? fecit enim mirabilia in uita
sua. Verè enim admirabilem reddit ho
minẽ talis paupertas volũtaria, teste Ber
nard. in expositione dictorũ verborũ. d. *Bernard.*
Quid enim mirabilius voluntaria pau
pertate esse põt, quàm amore paupertatis in
ter epulas esurire, inter vestes multas al
gere, paupertate premi inter diuitias,
quas offert mundus, quas ostentat mali
gnus, quas desiderat ipse noster appeti
tus? An non meritò omnibus admirabi
lis erit, qui sic legitimè certauerit, pro
mittentem mundũ abijciens, irridens ini
micum tentantem, & quod gloriosius & ad
mirabilius est de seipso sic triũphans, &
in seipso crucifigens prurientem cõcupi
scentiam? Vnde de tali paupertate dr̃;
Vas admirabile opus excelsi. Opus nãq; *Eccl. 34.*
excelsi dr̃ ipsa paupertas volũtaria: quia
ipsam primò Christus attulit mũdo. Vn
de de ipso ait Apostolus, Scitis. n. gratiã
dñi nostri Iesu Christi, qm̃ pp nos ege *2. Cor. 8.*
nus factus est, cum esset diues, vt illius
inopia nos diuites faceret. In hoc ergo
Christus in mundum veniens mirabilia
fecit, & mũdo admirabilis fuit, quia pau
per factus exterius. s. in corpore, interius
tñ diues remansit vt Deus. Vnde gl. expo
nens dicta verba Apostoli. d. Admirabi
lis Christus redditur, quia paupertatem
assumpsit, & diuitias nõ amisit, intus di
ues, foris pauper, Deus in diuitijs, homo
comparens in paupertate. Et hoc ut in
spiritualibus nos diuites faceret. Per il
lius. n. paupertatẽ abijcimus pãnos mor
talitatis, & induimur stola immortalita
tis: oẽs ergo diuites facti sunt pauperes
Christũ imitantes. Nemo ergo se contẽ
nat pauper in cella, diues in cõscientia,
securior dormit in terra, quàm diues in pur
pura. Nõ ergo erubescas cũ tua mendici
tate ad illum accedere, quẽ in teipso fi
guras, Considerantes ergo Christũ pau
perem natum. d illud psal. 117. A dño fa
ctum est illud. s. quod quis paupertatem eli
gat, & est mirabile in oculis nostris.

Saluanit

1669 *Saluauit sibi dextera eius, & brachiũ sanctum eius.*

Hic ostendit incarnationis utilitatem, quia per ipsam saluamur. Vbi aduertendum, quòd per dexteram Dei, & brachium eius in scriptura ipse Christus intelligitur. Per dexteram.n. Christus intelligitur, quia alteri dexteram offerre signum est pacis. Sic & Deus nos sibi reconcilians dexteram suam, idest, Christũ nobis obtulit. De hoc vide vers. 713. Consimiliter autem & Christus dicitur brachium, quia in ipso cõsistit omnis fortitudo diuinitatis, vide supra versic. 713. 1367. De Christo ergo sub nomine dexteræ, & brachij dicitur, ꝙ dextera eius, & brachium sanctum eius, scilicet, Christus, saluauit sibi. Sed quid saluauerit sibi non dicit. Subaudi ergo saluauit sibi orbem terræ. Et nota, quòd dicit, ꝙ Christus saluauit sibi, ad differentiam illorum, qui sanantur corpore non mente, saluantur sibiipsis, non Deo. Quæ notans gl. ait, *Saluauit sibi,* non dicit quid, sed intelligimus orbem terræ, quod fuit magnum mirabile. Maius enim mirabile est, ꝙ totum orbẽ erexit à morte æterna, quàm ꝙ corpore mortuos suscitauit. Saluauit, dico sibi, scilicet, Deo. Hoc enim, sibi, ideo addit, quia multi saluantur corporaliter, sed sibiipsis nõ ei, quia accepta sanitate corporali, lasciui viuũt: qui ægroti casti erant, sanati adulteri fiunt. Et qui, dum ęgrotarent, neminem lædebant, receptis viribus, opprimunt innocentes. Isti ergo sanati sunt, sed nõ ei: Christus autem electos saluauit sibi. Et nota, ꝙ Christus Dei dextera, & brachium nos sibi saluauit multipliciter. Primò nos saluauit per suam incarnationẽ. Esa. 45. Rorate cœli de super, & nubes pluant iustum, aperiatur terra, & germinet saluatorem. Et Esa. 25. Ecce Deus noster, quem expectabamus, ipse veniet, & saluabit nos. Vnde dixit angelus ad Ioseph. Vocabis nomen eius Iesum, ipse enim saluum faciet populũ suum à peccatis eorum. Secundò nos saluauit per suam natiuitatem. Tunc enim uerificatum fuit illud Esa. 12. Haurietis aquas in gaudio de fontibus saluatoris. Et notanter dicit, haurietis: quia in eius natiuitate mellisflui facti sunt cęli, vt cantat ecclesia. Tunc enim saluatus fuit mundus à flebilitate tristitiæ, sicut dixit angelus pastoribus, Annuncio vobis gaudiũ magnum, quia natus est vobis saluator mundi. Tertiò per suam passionem, quia tunc nos à dæmonibus liberauit, precium nostræ captiuitatis exoluendo. Matt. 18. Filius hominis uenit saluare, quod perierat, & dare animam suam in redemptionem pro multis. Quartò per inferni spoliationem. Tunc redemptor reuersus est ad spolia castrorũ; & facta est salus mea in Israel, vt dicitur. 1. Mac. 4. Et verificatum fuit illud Esai. 49. Captiuitas à forti tollitur, & quod ablatum fuit, saluabitur. Quintò per suam resurrectionem. Act. 5. Deus patrum nostrorum suscitauit Iesum, quem vos interemistis, suspẽdentes in ligno, hunc principem, & saluatorem exaltauit, &c. Sextò per suam ascensionem. Tunc enim impletum fuit quod dictum erat Esaiæ 40. Dicite filiæ Sion, ecce rex tuus uenit, & merces eius coram eo. Merces eius erant animæ sanctæ, quas adducebat secum ad patriam, quas eripuit de manu diaboli. Dan. 12. In tpe illo saluabitur populus tuus oĩs, qui inuẽtus fuerit scriptus in libro vitæ.

Saluantur aliqui sibiipsis, & saluantur alii Deo.

Saluauit nos Christus multipliciter.

Matth. 1.

Luc. 2.

Notum fecit dominus salutare suum, in conspectu gentium reuelauit iustitiam suam. 1670

Hic ostendit tertiò, quòd Christi aduentus fuit magnę claritatis, quia statim natus manifestatus fuit & Iudæis & gentibus, etiam si nõ statim omnibus. Vbi sciendum, ꝙ Christus habet diuersa nomina secundum diuersas uirtutes & proprietates, quas habet, vt puta, quãdo que dicitur agnus propter mansuetudinem, quandoque leo propter fortitudinem, quandoque dextera propter pacificationem, quandoq; brachium propter operationem, quandoque salutare propter saluationem, quandoque iustitia propter iustificationem. Et talia nomina ei competunt summè, vnde proprius dicitur iustitia quàm iustus, sapientia q̃ sapiens, &c. vt dictum est versic. 1600. Sic ergo idem hic significat dextera, brachiũ salutare, & iustitia, quia his oĩbus Christus intelligitur. De Christo ergo statim incarnatio dicit, *Notum fecit dominus salutare*

Christus natus statim Iudæis & Gẽtibus fuit notificatus.

lutare suum. quia statim natus aliquibus Iudæis fuit manifestatus,& notificatus, scilicet, pastoribus:quando, scilicet, angelus dixit pastoribus, Annuncio uobis gaudium magnum, quia natus est vobis saluator mundi, qui est Christus dominus in ciuitate, &c. Et tunc verificatum
Luc.2. fuit illud Psal. Notus in Iudæa Deus.
Psal.75. Statim etiam fuit notificatus gentibus, scilicet, per stellam tribus regibus Magis orientalibus,vt habetur Matt.2. De pastoribus Iudæis,quibus primò fuit notificatus,d. *Notum fecit dominus salutare suum*.De gentibus verò Magis subdit,*In conspectu gentium reuelauit iustitiam suã*, scilicet, Christum, qui est iustitia Dei. Et aduerte,quia non dicit, in conspectu omnium gentium,quia non statim omnibus fuit notificatus. Et nota quibus primò notificatus fuit Christus,non quidem doctis,& sapientibus,sed idiotis, & simplicibus pastoribus,non iustis,& fidelibus,sed gentilibus,& peccatoribus.Ho
Augus. rum causam ostendit Aug.in ser.de Epiphania,dicens,Isti Magi, quibus notificatus est Christus,quid fuerunt,nisi primiciæ gentiũ. Pastores Israelitæ,sed Magi gentiles. Isti erant propè,illi longè.
Quare Christus primo fuit notificatus indoctis & peccatoribus. Vtrique tamen ad angularem lapidem concurrerunt.Et subdit ad propositum. Manifestatus est ergo Iesus primò nec doctis,nec iustis. Ratio Præualet namq; imperitia in rusticitate pastorum,& impietas in sacrilegijs Magorum, vtrosque ille lapis angularis attribuit sibi, quia est,qui uenit stulta eligere,vt confunderet sapientes, & non uocare iustos, sed peccatores,vt nullus doctus superbiret, & nullus peccator desperaret.Sed attende hic modũ notificationis, quia pastoribus angeli, Magis verò stella Christũ notificat. Quare ergo *notum fecit dominus salutare suum*,scilicet,pastoribus per angelum,sed Magis per stellam? Ad hoc
Gregor. respõdet Greg.in homilia d. Rationabiliter namq; Iudæis tanq̃ ratione utẽtibus, rõnale animal,i. angelus prędicare debuit. Gentiles,quia ratione vti nesciebãt,ad cognoscẽdum dominum non per uoces, sed per signa perducũtur, quia & illis prophetię tanq̃ fidelibus: istis verò tãquam infidelibus signa data sunt. Eisdem autem gentibus Christum, cũ perfectæ esset ætatis, apostoli prædicant,

A eumque paruulum nec per humani corporis officium loquentem stella gẽtibus notificat,quia nimirũ rationis ordo poscebat, vt loquentem iam dominum loquentes nobis prædicatores, & necdum loquentem elementa muta prædicarẽt.

Recordatus est misericordiæ suæ,& veritatis suæ domui Israel. 1671

OStẽdit hic quartò,quòd iste Christi aduentus fuit magnæ fidelitatis, quia quod Deus promiserat Abrahæ,& semini eius, scilicet, quòd in ipso
B benedicerentur omnes gentes terrę,per istum aduentum adimpleuit. Et hoc est, quod dicebat virgo Maria, Suscepit Israel puerum suum, recordatus misericordiæ suæ, sicut locutus est ad patres nostros, &c. vnde idem tunc dixit Maria,quod nunc dicit Psalm. Suscepit,inquam,Israel puerum suum. Puer enim dicebatur Iesus à puritate, sic enim vocatus fuit in circuncisione. Lucæ 2. Et postquam consummati sunt dies octo,vt circumcideretur puer,&c.Sic & in præsentatione. Luc.2. Cum inducerent puerum Iesum parentes eius, vt facerent se
C cundum consuetudinẽ legis pro eo, &c. Sic & in conuersatione.Lucæ 2.Puer autem Iesus crescebat,& cõfortabatur,&c. Sic & in disputatione. Luc.2. Remansit puer Iesus in Hierusalem,& non cognouerunt parentes eius,&c. Est ergo sensus,Suscepit Israel puerum suum,idest, verbum Dei suscepit hominem Christũ idest,Christi humanitatem,Israel, idest, ex Israel, quia ex semine Abrahæ. Et hoc recordatus misericordiæ suæ, idest, promissionis factæ misericorditer,& mirabiliter adimpletæ, quia quòd verbum hominem susciperet,quòd perditum ho
D minem redimeret,nõ fuit meritum nostrum, sed solum diuinæ misericordiæ donum. Videbatur enim Deus oblitus promissionis suæ,differendo incarnationem. Propter quod dicit Psal.76. Nunquid obliuiscetur misereri Deus, aut cõtinebit in ira sua misericordias suas? Et ideo in ista incarnatione ait Psal. *recordatus est misericordiæ suæ*, quia scilicet filium incarnandum patribus misericorditer promisit. *Et ueritatis suæ*,quia, scilicet, quod promittit, fideliter obseruat, quia

Luc.1.
Christus dicitur puer.

quia eius ueritas nec decipi nec decipere potest. Et hoc *domui Israel*, scilicet, quam misericordiam, & veritatem promisit domui Israel, scilicet, quòd de illo populo hominem susciperet. Vel aliter per domum Israel non intelligit illum carnalem populum Dei Iacob, qui & Israel est dictus natum, sed fidelem domũ omnium fidelium Christianorum. Nam Israel interpretatur, Videns Deum. Illi ergo solum domus Israel dici possunt, qui Deum per fidẽ contemplantur. Hãc ergo misericordiã, & veritatem incarnationis dedit solum domui Israel, quia solum fideles Christiani effectum eius, id est, salutem per ipsam consequuntur. Qualiter autem recordatio, vel obliuio cadat in Deo, vide supra vers. 349. 1324.

1672 *Viderunt omnes fines terræ salutare Dei nostri.*

COnsequenter hic ponit prædictæ incarnationis Christi per totum orbem publicationem. Quod factum fuit post eius ascensionem, & spiritussancti missionem, quando, scilicet, Apostoli postquam ipsam publicauerunt per Iudæam; à finibus Iudæorum expulsi per totum orbem se diuiserunt, & Christi fidem per totum orbem prædicauerunt, eis dicente Christo, Ite in mundum vniuersum, & prædicate euangelium omni creaturæ, &c. Et hoc est, quod nunc dicitur. *Viderunt omnes fines terræ salutare*, &c. Quia in omnem terram exiuit sonus eorum, &c. Et attende, quòd illud, quod Psal. dicit, *omnes fines terræ*, saluator dicit, omni creaturæ. Vnde per omnẽ creaturam, & per omnes fines terræ idem intelligitur, scilicet, omnis homo, scilicet, omne genus hominum. Vnde Hiero. super Lucam dicit, Omnis creaturæ nomine significatur homo. Omnis enim creaturæ aliquid habet homo, habet enim commune esse cum lapidibus, viuere cũ arboribus, sentire cum animalibus, intelligere cum angelis. Omni ergo creaturæ prædicatur euangelium, cum soli homini prædicatur. Quia videlicet ille docetur, propter quem in terra cuncta creata sunt, & à quo omnia per quandã similitudinem aliena sunt. Potest etiam, omnis creaturæ nomine omnis natio designari. Ante enim apostolis dictum fuerat, In uiam gentium ne abieritis. Nunc autem dicitur, Prædicate omni creaturæ, vt scilicet, prius à Iudæa apostolorũ repulsa prædicatio tunc nobis adiutoriũ fieret, cum hanc Iudæa ad damnationis suæ testimonium superbè repulisset. Eodem modo dicendum, quòd omnes fines terræ viderunt salutare Dei, i. oẽs qui habitant in terra vsque ad fines terræ, omnia viderunt Christum, vt ly, *omnes*, idest, de omni genere hominum. Et nota quòd non loquitur de visione corporali, cum extra Iudæam pauci vel nulli viderint Christum, sed de visione intellectuali, qua homo intelligit, quæ audit, etsi illa vera esse non credat. Sic enim dicitur 1. Cor. 10. Qui stat, videat, idest, cognoscat, vel aduertat ne cadat. Sic enim dicitur Luc. 3. Videbit omnis caro salutare Dei. vide supra vers. 254. Et nota mirabile quòd Iudæi, inter quos, & ex quibus natus est Christus, qui eum semper habebant præsentem, per intellectũ videre noluerunt. Sed pagani, à quibus erat remotus, ipsum crediderunt, & receperũt. Quæ huius fuit causa? Ad quod sciendum dicit Albertus in de sensu, & sensato lib. 1. quòd multi sunt, qui rem de propè videre non possunt, sed melius vident à remotis, vt patet de confectis senio, & exiccatis uigilijs, & studio. Cuius ratio est secundum ipsum, debilitas spiritus uisibilis: Quando enim visibile est iuxta oculos, tunc ad directum oculi nõ dirigũtur species visibilis, nisi ad paucas partes eius. Sed quædam partes visibiles sunt supra indirectum oculi, quædã subtus, quædam verò à latere. Quando verò visibile elongatur, tunc omnes partes eius magis sunt ex directo oculi. Et quia spiritus visibilis debilis est, ideo solum videt, quod est ex directo ipsius oculi. Sic ad propositum potentia visibilis intellectiua Iudæorum inuidia contra Christum intantum debilitata erat, quòd non poterant eum sufferre uidere, vnde & dicebant, Grauis nobis est ad uidendum. Sed gentiles, qui à remotis erant, cum receperunt lumen prædicationis, melius ipsum Christum cognouerunt, quia omnes partes Christi ipsorum oculis directè repræsentabantur, nõ solum humanitas, sed etiã diuinitas, & sic cognoue-

Margin notes (left column): Mar. vlt. — Psal. 18. — Homo dicitur omnis creatura, et omnes fines terræ. — Hieron.

Margin notes (right column): Matth. 10. — Vidẽt Christum gentiles melius quã Iudæi. — Vident aliqui à remotis melius quã de prope. — Sap. 2.

Section letters in the inner margin: E (at "signari"), F (at "li viderint"), G (at "sensato lib. 1."), H (at "lum videt").

gnouerunt eius potentiam & bonitatẽ. Vnde quilibet illorum qui fidem recepe rant, dicere poterat illud Ps. 15. Prouide bam dominum in conspectu meo semper, &c. De Iudæis autem dr Ps. 85. Non proposuerunt Deum in conspectu suo.

1673 *Iubilate Deo omnis terra, cantate, & exultate, & psallite.*

HAec est secunda pars, vbi agit de secundo aduentu, scilicet, ad iudicium, vt timorẽ inducat. Vbi primò sciendum, quòd duplex est iudicium, scilicet, discretionis, & discussionis. Iudicium discretionis quo, s. separantur boni à malis, incepit tempore Christi, & prædicationis Apostolorum. Ante. n. soli Iudæi vocabantur ad fidem, post verò & gentiles. Nam inter gentiles ab æterno præuidit aliquos esse saluandos. Et istos Christus per se, & suos Apostolos venit iudicare, i. vocare, & à malis ipsos secernere, vt dictum fuit ver. 1651. Et hoc gentibus fuit ratio magnæ exultationis. Iudicium autem discussionis erit in fine. Et secundũ hoc ista pars habet duas partes, quia primò nos inducit ad gratiarum actionẽ pro iudicio discretionis, secundò pro iudicio discussionis. ibi, *Iudicabit*. Ad gratiarum actionem, ut debito modo fiat quattuor requiruntur, secundum ꝙ prima pars habet quatuor partes. Primò requirit mẽtis exaltationem, in principio: Secundò carnis subiugationem, ibi, *Psallite domino*: Tertiò mentis in Deũ directionem, ibi. *Iubilate in conspectu*: Quartò mãdatorum obseruationem. ibi, *Flumina*. Quantum ad primum sciendũ, ꝙ gratiarum actio tanto maior debet esse, quãto gratia facta est maior. Sed quis cogitare sufficiat quanta sit gratia vocatis gentilibus facta, qui de cultura dæmonum ad cultũ Dei sunt vocati, de tenebris ad lucem, de perfidia ad fidem, de filijs perditionis filij regni sunt effecti, Quibus dicit Petrus, Vos estis genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis, qui aliquando non populus, nunc autem populus Dei, qui aliquando non consecuti misericordiam, nunc autem misericordiam cõsecuti, &c. Et ideo tanto amplius ad gratiarum actionem tenẽtur. Gratiarum actio si fiat verbis, vel actibus exterioribus sine complacentia volũtatis, nec à Deo, nec ab hominibus acceptatur, qui solum acceptat seruitia cum hilaritate exhibita: quia non censum, sed votum attendit 2. Cor. 9. Hilarẽ enim datorem d ligit Deus. Vbi gl. Illũ, qui ex bona uoluntate dat, vel gratias agit, diligit Deus, idest, approbat, & remunerat, non tristem, & murmurantem. Qui dat, vt careat tædio interpellantis, non ut reficiat uiscera indigentis, rem, & meritum perdit. Quicquid ergo boni facis, cum hilaritate fac, & tunc bene facis, si autem cum tristitia facis, fit de te: nõ tu facis. Ad propositũ ergo ut nos de tanta gratia nobis facta debitè gratias agamus, hilaritatẽ nos Ps. docet habere, d. *Iubilate Deo omnis terra, cantate, exultate, & psallite*, s. ipsi Deo. Hęc enim omnia exposita sunt superius. Quid. n. sit iubilare, vide uers. 766. 1146. Quid sit cantare Deo, uide uersicu. 389. 482. 1145. 1146. Quid sit exultare, uide versicu. 92. 155. 480. 531. 1631. Quid sit psallere, vide versi. 389. 708. 771. 772.

1-Petr. 2. — *Gratiarum actio debet fieri cum lætitia cordis.* — *Eleemosyna cum hilaritate, debet fieri.*

Psallite domino in cithara, in cithara, & voce psalmi, in tubis ductilibus, & voce tubæ corneæ. 1674

HIc ostendit, ꝙ debita gratiarum actio debet habere carnis macerationem. Si enim caro non maceretur, & per pœnitentiam domata spiritui subijciatur: insurgit contra spiritum, & illum sibi subijcit. spiritus autem subiectus carni nec Deum debitè laudare potest, nec ei subijci. Ideo ad carnis macerationem nos inducens, dicit, *Psallite domino in cithara*. Per citharã enim intelligitur aspe ritas pœnitentiæ, uide supra uersic. 481. Ideo, psallere domino in cithara nihil aliud est, quàm per afflictionem carnis laudare, sic quòd caro spiritui subijciatur. Vel laudare Deum pro Christi incarnatione, uel ipsum laudare de passione, quam portauit in cruce. Nam tam ipsa Christi humanitas, quam crux dominica per citharam significantur ver. 481. Et hic replicat in cithara, vt non solum intelligas te laudaturum Deum per afflictionem tuæ carnis, sed etiã pro Christi incarnatione, & passione crucis. Sequitur, *In voce Psalm*. Psalmus enim quando que

doque stat pro bona operatione, quandoque verò stat cõmuniter pro Dei laude. Et sic stat hic, vt sit sensus, Nõ solum gratias agite corde, & opere, sed etiã voce. Sequitur. *In tubis ductilibus, & voce tubæ corneæ.* Vbi nota, q̃ talibus instrumentis vtebantur Iudæi in laudibus diuinis.

Duo tubarum genera apud Iudæos.

Habebant enim duplex genus tubarum, scilicet, habebant tubas ductiles, vt puta de argẽto, vel ære, quæ fiebant cum percussionibus malleorum, & sic protendebantur, propterea ductiles dicebãtur. Et per hoc significabatur, q̃ percussi malleo aduersitatis, per patientiam producuntur, & proficiunt, & Deum laudant. Habebant tubas corneas, quibus significatur, quòd laudans Deum, vel prædicans magnalia Dei ad modum cornu debet excedere carnem, idest, omnia carnalia desideria superare. Et hoc satis clarè deducit glossa hic, dicens, Morem Iudæorũ hic tangit, qui habebant duo genera tubarum, (sicut legitur in lib. Num. 10.) Alias quæ argento, vel ære ductili producebantur. Alias corneas. Per ductiles tubas significantur illi, qui tribulati sub malleo vniuersæ terræ, idest, sub diabolo proficiunt, & sonant laudes Dei. Tribulatio ergo tũsio est, profectus productio est. Talis tuba fuit Iob, qui repente percussus tantis damnis, & orbitate filiorum tunsione illa tãtæ tribulationis quasi tuba ductili sonuit, dicẽs, Dominus dedit, dominus abstulit, sicut domino placuit, & cætera. Ecce quàm suauem sonum dedit illa tuba. Cornu verò carnem excedit, & sic firmum est, & capax uocis. Is est ille, qui affectus carnis superat, & libidines, qui non sapit terrã, sed quæ sursum sunt. Qui in carne ambulat, & non secũdũ carnem militat, sicut cornu carni hæret, & eam superat. Et est sensus, Cantate *in tubis ductilibus*, vt, scilicet, prædicatores ductilibus, idest, productis, & proficientibus sub malleo diaboli. Et cãtate *in voce tubæ corneæ*, idest, vt ita alijs sonent prædicatores, ut in seipsis vitia carnis castigent. Istis enim instrumentis vtebantur Iudæi literaliter, ad significãdum nobis qualiter Deum laudare debemus. Omnia enim in figura contingebant illis. Aliter nos peccaremus, qui cum talibus instrumentis laudes Dei non resonamus.

Tuba ductilis significat laudem Dei in aduersis.

Iob 1.

1. Cor. 10.

E *Iubilate in conspectu regis domini, moueatur mare, & plenitudo eius, orbis terrarum, & qui habitant in eo.* 1675

HIc ostendit, q̃ gratiarum actio debet habere mentis in Deum directionẽ, quia omnia nostra bona in Deũ debẽt dirigi ut in finem principaliter intentum. Vnde nihil aliud est in conspectu domini iubilare, nisi ad ipsum principaliter intẽtionem nostræ cogitationis, locutionis, vel operationis dirigere, & non ad mundum, non ad lucrum, non ad hypocrisim. Quamuis enim peccatores F ante conspectum Dei sint per cognitionẽ, quia omnia nuda, & aperta sunt oculis eius, non tamen per approbationem. De iustis enim dicit Helias, Viuit dominus, in cuius conspectu sto. De malis verò dicitur. Non veniet in conspectu eius omnis hypocrita. Vnde hoc tractãs Gregor. ait, Cum Paulus Apostolus dicat, Si nosmetipsos diiudicaremus, non vtique iudicaremur. Et tunc dominus saluator inuenitur, quo nunc pro timore domini peccata nostra à nobismetipsis in cõspectu ipsius redarguuntur, &c. vide supra vers. 686. Et ibi etiam multa nota de efficacia conspectus domini. G Sequitur, *Moueatur mare, & plenitudo eius.* Quanto enim quis deuotius seruit Deo, tãto amplius persequitur eum mundus, & diabolus, Quia ut ait Greg. illos magis diabolus tentat, quos sibi magis contrarios videt, quia illos, quos iure quieto possidet tentare non curat. Tẽtando ergo bonos fluctus aduersitatum contra ipsos inducit, & excitat. Et hoc intelligens Psalmista ait, *Iubilate in conspectu regis domini*, scilicet, Christi, Et quid sequitur ad hoc? q̃ monebitur contra vos mare mũdi, & plenitudo eius. s. aduersitatum. Prædicit H enim hoc Psalmista, non orat, siue non optat. Apostolis. n. prædicantibus, cõtra eos motum est mare huius seculi, & creuerunt fluctus persecutionum. Quod autem per mare, & plenitudinem eius intelligat mũdum cum suis persecutionibus, exponit, dicens, *Orbis terrarum, & qui habitant in eo.* Quasi dicat. Per mare intelligo orbem terrarum: per plenitudinem eius intelligo omnes, qui habitant in eo fluctũ persecutionum. Quod enim mare significat mũdi aduersa, vide vers. 335.

3. Reg. 17.
Iob 13.
Gregor. 11. mor. c. 19.
Gregor. 4. mor. c. 22.

Signi-

Significat etiam infideles, qui cõtra bonos insurrexerunt vers. 756. 1225.

1676 *Flumina plaudent manu, simul montes exultabunt à cõspectu domini, quoniam venit iudicare terram.*

HIc ponit quartũ, quod requiritur, scilicet, præceptorum obseruãtia. Vbi aduertendum, quòd per flumina significantur illi, qui abundant aquis gratiæ, sicut dicebat saluator. Qui credit in me (sicut dicit scriptura) flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ, hoc autem dicebant de spiritusancto, &c. Significãtur etiam illi, qui abundant aqua sapientiæ salutaris sacrarum scripturarum, ut deducit Grego. 18. mor. c. 23. dicens, Quid namque per flumen nisi antiquorum patrum dicta designantur, &c. uide sup. versicu. 758. Cum ergo Apostoli post receptionem spiritussancti præ alijs repleti fuerint gratiarum aquis, & sacrarum scripturarum, merito nomine fluuiorum ipsi Apostoli intelligũtur, qui prius parui in gratia, parui in scientia, subito prædictis aquis repleti fuerunt, vt patet in actibus Apostolorum, maximè in principio. Vnde de quolibet illorum figuraliter dicitur Hester. 10. Fõs paruus creuit in fluuium magnũ, & in aquas plurimas redundauit. Per manus autem, quibus operamur, significantur opera, quibus præcepta adimplentur diuina, dicente Psalmista. Anima mea in manibus meis, & legem tuam non sum oblitus. Quid ergo? *flumina plaudent manu simul*, nisi dũ mare, & plenitudo eius commouebitur contra fideles, ipsos persequendo, tunc sancti Apostoli operibus bonis exultabunt? Et hoc est, *flumina*, i. Apostoli *plaudent simul manu*, i. exultabunt operibus bonis. Sic. n. dicitur Act. 5. Ibant Apostoli gaudentes à conspectu concilij, quoniam digni habiti sunt, pro nomine Iesu contumeliam pati, vnde hic ait gl. *Flumina plaudent simul manibus*, i. sancti pleni spiritu Dei gaudebunt simul bonis operibus. Hoc etiam sonat hoc uerbũ *plaudẽt*. Quoniam secundum Grammaticos plaudo, is. i. manu simul repercutere ex lætitia, claudere, iungere, & manibus, sonum facere. Sequitur, *Montes exultabunt à conspectu domini*. Quid. n. hic nomine

Ioan. 7.

Flumina significant Apostolos.

Psal. 118.

A montium intelligitur, nisi ipsi iusti à Deo electi, & à malorum consortio segregati, ut dictum est superius, uers. 1659. Tales montes fuerunt omnes Apostoli per iudiciũ discretionis ex Iudæis à Deo electi, ac etiam omnes alij iusti ex gentibus ad fidem Christi uocati, qui meritò gaudent, dum uidẽt Christũ per suũ iudiciũ eos à malis discernere. Et hoc est, quod dicit, *Exultabunt montes à conspectu domini*, Et rationem subdit, *Quoniam venit iudicare terram*, i. illos, qui prius erant terra, & peccatores, uenit iudicare, i. ad suã gratiam uocare, & eos à malis segregare.

B Ista sunt mirabilia judicia Dei, quòd de vna ciuitate aliquos ab æterno elegerit, & alios reprobauerit, imò de una domo, imò de duobus fratribus simul conceptis, & natis, vt de Iacob, & Esau. De quibus ait Apostolus, quòd, cum nondum nati essent, aut aliquid boni, uel mali egissent scriptum est, Iacob dilexi, & Esau odio habui, &c. Quæ verba exponens Aug. ad Sixtum ait, Iacob antequam natus fuisset, quid boni egerat? Quid ergo Deus diligebat in eo, nisi gratuitum misericordiæ suæ donum? Et in Esau quid oderat, antequã natus fuisset, nisi originale pec-

C catum? Nã nec in illo diligeret iustitiã, quã nullã ille fecerat, neq; odisset in isto naturam, quã bonã condiderat. Sed quoniam rem stupendam de nõdum natis, nec aliquid boni, vel mali agentibus proposuerat, quòd unum Deus dilexerit, alterũ oderit, quomodo hoc rectum fuerit, cũ nihil egissent. Ideo Apostolus sibiipsi consequenter obijcit exprimens, unde moueri posset auditor, & ait, Quid ergo dicemus? Nunquid dicemus, quòd iniquitas sit apud Deum? i. dicetur forte quòd Deus ex hoc sit iniquus? Iniquus. n. uidetur, vt sine ullis bonorum, uel malorum meritis

D unum diligat, & alterum oderit. Qua in re si futura bona huius, & mala illius, quæ vtiq; Deus præsciebat, attenderet, non diceret non ex operibus, sed diceret ex operibus. Quia ergo sine meritis alterũ elegit, & alterũ reprobauit, unde fortè dicis, quid iniquius? Absit. Non. n. iniquus est, quia unum dilexit, & alterum odit, quia hũc. s. Iacob per misericordiã elegit, illum autem. s. Esau per iustitiam reprobauit, in quorũ neutro est iniquus. Nemo ergo dicat Deũ, quia futura ope-

Iudicia Dei prædestinationis, & reprobationis mira.

Rom. 9.

August.

ra præuidebat, alterum elegisse, & alterum reprobasse. Sed potius ne quisquam de suorum operum meritis audeat gloriari, ad Dei gratiam commendandã gratis vnum elegit, & iustè alterum reprobauit. Ex quibus apparet, quàm sint miranda iudicia Dei. Meritò ergo illi, quos sic iudicat Deus, à malis segregãdo, causam habent exultationis, & actionis gratiarum. De quibus nunc ait Psalmista. *Exultabunt montes à conspectu domini, quoniam venit iudicare terram.*

1677 *Iudicabit orbem terrarum in iustitia, & populos in æquitate.*

Hic consequenter agit de iudicio discussionis, s. de vltimo, in quo omnes iudicabuntur boni, & mali secũdum ipsorum merita, vel demerita. Vnde secundum gl. hic per orbem terrarum malos, & terrenos intelligit, qui secundũ iustitiam iudicabuntur, non secundum misericordiam, s. totaliter liberantem: quia ipsi non meruerunt misericordiam. Et namque, qui non fecerit misericordiam, fiet iudicium sine misericordia. Et attende, quod opera debitè non potest facere, qui non incipit à seipso, ut. s. primò sibiipsi misereatur, & animæ suæ. Quomodo. n. est credibile, quod quis misereatur secundũ inclinationem gratiæ alteri, qui non miseretur sibiipsi: cùm gratia plus inclinet ad dilectionem animæ propriæ, quã corporis proximi? quia vt dicitur Eccl. 14. Qui sibi nequam, cui vnquã bonus erit? Propter quod dicitur Eccl. 30. Miserere animæ tuæ, placens Deo. Ex quibus sequitur, quod nullus in peccato manens debitè alicui misericordiam fecit. s. tempore, quo mansit in peccato. Tales ergo iudicabuntur in iustitia. De iustis autem subdit, *Et populos in æquitate.* Per populos enim boni intelliguntur, quia solum boni faciunt populum, ut dictum fuit vers. 816. Isti iudicabuntur in æquitate, quia capient æqua præmia meritis. Nota tamen, quòd Christus iudicando tam bonos quàm malos obseruabit simul misericordiam, & iustitiam, nam iustitiam faciet, malis dando pœnam pro culpis, & misericordiam, quia minus punientur, quàm meruerint puniri. Similiter & iustis faciet iustitiam, pro meritis dando

Misereri alteri volens prius sibi debet misereri.

E præmia, & misericordiam, quia præmia excedent merita. In punitione malorum principalius relucet iustitia, & in præmiatione bonorũ misericordia. Iste versiculus est unius sententiæ cum versicu. 1654. Ideo vide ibi, imò etiam Ps. 95. & iste quasi sunt vnius sententiæ.

PSAL. XCVIII.

Dominus regnauit, irascantur populi, qui sedes super cherubin, moueatur terra. 1678

F Psalmus hic talem habet titulum. *Psalmus Dauid.* Titulus patet ex sæpè dictis. Huius. n. Psalm. Dauid fuit auctor. Sed de materia Psalmi sciẽdum, quòd secundum opinionem aliquorum Hebræorum, ut puta Rabbi Sa. Dauid fecit istum Psalmum de rege Messia, & de regno eius, id est, Christi in lege promissi. Qui Messias vt venerit, debellabit Og, & Magog, & multos alios infideles populos, secũdum quod videtur velle Daniel propheta. Quibus gentibus infidelibus debellatis, monarchia mũdi pacificè obti- G nebitur à Iudæis. Et de isto regno, ac rege hic agit Psal. Sed hoc in parte est verum, & in parte falsum. Quod. n. Christus in suo aduentu litteraliter sit debellaturus Og, & Magog, & regnum mundi subiecturus Iudæis, patet falsum, quia iam venit Christus, nec bella commisit, quibus gẽtes debellaret, & omnia regna mundi subiugaret, imò dixit Pilato, Regnum meum non est de hoc mundo. *Ioan. 18.* Og enim & Magog, de quibus loquitur Daniel secundum August. 20. de ciuit. Dei, non sunt populi determinati, sed sunt generaliter persecutores ecclesiæ, ad hoc à H diabolo specialiter inducti, & inducẽdi, maximè in fine mundi, quos in fine destruet Christus, occidẽdo spiritu oris sui ipsum Antichristũ. Et certum est, quòd tunc erit finis mundi. Et sic non fiet nouum regnum subdendum Iudæis. Quantum ergo ad hoc falsa est ipsorum opinio. Sed quantum ad hoc quod dicit, quod iste Psalm. loquitur de rege Messia, & de eius regno, verum dicit, quod quidem regnum non est temporale, sed spirituale, quo in animabus sanctis regnat, iuxta dictum

Luc. 1. dictum Angeli, Et regnabit in domo Iacob in æternum.i.in animabus sanctis, quæ supplantant mundum, carnem, & Diabolum. Vbi sciendum, q hic secundũ literam agit de regno Dauid, per hoc intelligens regnũ Christi. Prophetę.n.sub quibusdam figuris rerum prædixerũt futura de Christo, sicut Esaias eius ortum
Esa. 11. sub figura prædixit, dicẽs, Egredietur virga de radice Iesse &c. Sic & nunc Psalm. sub velamento regni sui temporalis hic agit de spirituali regno Christi. Et ideo quia vmbra pręterijt, & veritas venit: abiectis figuris, veritatem sequi debemus. Intentionem mouet, ut Christũ verum Deum adoremus, & ut uerum regem honoremus. Diuiditur ergo Psalmus iste in partes duas: quia sub typo regis tẽporalis primò inducit gentes ad Christũ honorandum: secundò ad hoc addocit exẽpla sanctorum patrum, ibi, *Moyses*. Prima in duas, quia primò ostendit Christũ venerandum vt regem, secundò adorandum vt Deum, ibi. *Exaltate*. Prima diuiditur in partes quatuor, secundũ q quatuor ostẽdit in rege nostro esse, propter quæ honorandus est. In ipso namq; ostẽditur primò potestatis fortitudo: secũdò dignitatis altitudo, ibi. *Dominus in Sion*, tertiò sanctitatis pulchritudo, ibi. *Confiteantur*, quartò æquitatis rectitudo, ibi, *Tu parasti*. Quantum ad primum primò ostendit Dauid ex seipso potentiam regni Christi, d. *Dominus regnauit*. Quod enim quis facit per alium, per seipsum facere dicitur. Deus autem Dauid elegit in regem, & ipsum super populum suum regnare fecit. Nam vt habetur 2. Reg. 7. Hæc dicit Dominus exercituum, Ego te tuli de pascuis sequẽtem greges, vt esses dux super populum meum Israel. Et per consequens in ipso Dauid Deus regnare dicitur. Et sic est sensus. *Dominus regnauit*, i. Dominus regnare me fecit. Statim autem ut Dauid habuit regnum totius Israel, Philisthæi, & aliæ gentes quæ in circuitu terræ promissionis habitabant, fuerunt conturbati: timentes q, si Dauid prosperaretur in regno, cum esset vir fortis, & bellicosus, quod ipsos impugnaret. Vnde statim irati contra Dauid congregati in unum exercitum venerunt cõtra Dauid ut ipsum interficerent. Et hoc est quod dicitur 2. Reg. 5. Audierunt Phili-

A sthæi, q vnxissent Dauid in regẽ super Israel, & ascenderunt uniuersi, vt quærerent Dauid. Dauid autem fortificatus à Deo, illos omnes deuicit. Et hoc est, qđ subditur, *Dominus regnauit, irascantur populi*, i. ex hoc irati sunt populi. *Qui sedes super cherubin*. Deus autem dicebatur sedere super cherubin: quia arca testamẽti, in qua Deus colebatur, duobus cherubin sustẽtabatur, ut patet Exo. 25. *Moueatur terra*. Hoc est, quod dictum est, *irascantur populi*, quia per terrã intelligit populos habitantes in terra, qui commoti, & irati fuerunt, audientes Dauid regẽ esse factum. Est ergo sensus, q Dauid confidẽs
B in Deo nõ timet commotionẽ hostium. Vnde Deo loquitur, d. *Qui sedes super cherubin*, q.d. In te, domine, confido, qui sedes super cherubin. Ecce irati sunt populi, commota est terra, s. contra me. Et causam subdit, quia dominus regnauit, idest, me regnare fecit. Per hoc.n. uult intelligere, q cõtra regnum Christi gentes iratæ conuenerunt cõtra ipsum Christum. Regnauit autem Christus. i. regnũ eius innotuit mundo post eius resurrectionem, & ascensionem: quia & si prius humilis apparuit, postea regnauit glorio
C sus. Gentiles autem, & Iudæi audientes prædicari eius resurrectionẽ, irati sunt, & contra fideles cõuenerunt. Et hoc significans Dauid dicit, *Dominus regnauit*, idest, Christus, & si prius humilis, & infirmus apparuit: dominus ergo regnauit, idest, post eius resurrectionem, & ascensionem rex esse mundo innotuit. Ex hoc *irascantur populi*, i. irati sunt Iudæi, qui populus præcisè dicebatur: *Moueatur terra*, i. commoti sunt gentiles, per terrã significati, quia idola terrã colebant. Et si quæras, cui loquitur Psal. certè loquitur Deo. Vnde dicit, *Qui sedes super cherubin*
D quia ad literam super angelicas potestates Deus sedet. i. quiescit, q.d. Loquor tibi Deo, qui sedes super cherubin. Qualiter autem Deus sedet super cherubin, vide versi. 1372. Vel aliter. *Qui sedes super cherubin*. i. qui habitas in animabus habẽtibus charitatem, Vnde ait glo. *Qui sedes super cherubin*, i. qui quiescis, & regnas in eo, qui habet charitatẽ. Cherubin enim plenitudo scientiæ interpretatur, quæ plenitudo est charitas, contra quam nihil possunt irati. Quid enim terra potest *Sedet dominus super cherubin.*

test contra cęlum? Alia litera habet. *Qui sedes super cherubin*, & idē est sensus. Notandum autem, ꝙ cherubin est vnus ordo Angelicus, cuius est officium homines de veritate, & mysterijs fidei informare. Cherubin.n. secundum Gregor. in homilia, plenitudo scientiæ dicitur. Et illa summa Angelorū agmina idcirco cherubin sunt vocata, quia tantò perfectiore scientia sunt plena, quātò claritatem vicinius contemplantur, ut secundū creaturæ modum eo plenius omnia sciant, quo vicinius visioni conditoris sui per meritum dignitatis appropinquant. Officium igitur huius ordinis est promouere homines ad cognitionem Dei. Istud Angelicū officium patuit in Angelo Gabriele, qui missus ad Mariam virginē de incarnatione verbi informauit eam profundè, qñ dixit Maria ad Angelū, Quomodo fiet istud? Respondit, Spiritussanctus superueniet in te, &c. Informauit Ioseph de Marię virginitate. Angelus domini in somnis apparuit Ioseph dicens, Noli timere accipere Mariam cōiugem tuam, quod.n. in ea natum est, de spiritu sancto est. Informauit pastores de Christi natiuitate. Ecce Angelus stetit iuxta illos dicens, Annuncio uobis gaudiū, &c. Informauit mulieres de Christi resurrectione, Matth. vlt. Respondens Angelus dixit. Nolite timere, surrexit sicut dixit. Quorum omnium expressa figura fuit in illo Angelo, quem uidit Ioannes, qui habebat librum apertum in manu, ubi dicitur, Vidi Angelum fortem descendentem de cœlo: amictum nube, & iris in capite eius: facies eius sicut sol, & pedes eius ut columna ignis, & habebat in manu sua libellum apertum, &c. Quid.n. in libello aperto, nisi manifesta doctrina designatur. Et uide quàm apertè ille cherubin mysteria Christi docuit Ioannem. Vide ibi aperta incarnationis mysteria: quia vidi Angelum descendentem de cęlo. Vide ibi mysterium natiuitatis, quia amictum nube. Vide ibi mysterium incarnationis, quia iris in capite eius. Vide ibi mysterium resurrectionis eius, quia facies eius sicut sol. Vide ibi mysterium Christi iudiciariæ potestatis, quia pedes eius, vt columna ignis. Vide ibi mysterium Christi fidei veritatis: quia habebat in manu sua libellum aper-

Cherubin quod habet officium.

Lucæ 1.

Matth. 1.

Luc. 2.

Apoc. 10.

E tum. Et ideo cuilibet nostrum, ut plenè de dictis Christi mysterijs informetur, dicitur, Vade & accipe librū de manu Angeli, &c. Ad istum ordinem Angelicum cherubin assumūtur theologi doctores, qui diuina cognoscētes mysteria, Deum sedulò contemplantur. Vnde Gregor. in hom. de Angelis dicit, Sunt qui supernæ contēplationis facibus accensi in solo cōditoris desiderio anhelant, terrena abijciunt, cuncta temporalia mente trāscendunt. Et isti merito cherubin dicūtur, de quibus dicitur. Angeli eorum semper vidēt faciem patris mei qui in cęlis est. Sed
F heu, quia multi hodie istum Angelicum ordinem cherubin odio habere videntur qui intellectum suum non ad diuina cognoscenda eleuantes, sed solum sunt ad terrena sapientes. Contra quos dicitur Eccl. 5. Ne dicas coram Angelo, non est prouidentia: ne fortè iratus dñs contra sermones tuos, dissipet cuncta opera manuum tuarum, &c. Sic dicitur dominus sedere super cherubin, nō solum quia in illo ordine angelico habitat, sed etiam quia in quolibet deuoto theologo residet per cognitionem 1. Paral. 13. Reduxit Dauid arcam domini Dei sedentis
G super cherubin.

Apoc. 10.

Matth. 18.

Dominus in Sion magnus, & excelsus super omnes populos. 1679

CONsequenter hic ostendit, ꝙ Christus est honorādus, quia in ipso est dignitatis altitudo, dicēs. ***Dominus in Sion magnus***, hoc est: ille Deus verus, qui colitur in Sion. i. in monte Sion, in quo erat templum, & locus adorationis: ille inquam dñs est magnus, & excelsus super omnes populos. i. eius potestas se extendit super omnes populos: ergo meritò
H honorandus. Et per hoc vult Psal. ostēdere Christi dignitatem. Vbi nota, ꝙ per Sion, quod interpretatur specula, ipsa ecclesia intelligitur, quæ in præsenti per fidem Deum speculatur, vide ver. 101. & 1128. Quis aut Deus colitur in Sion. i. in ecclesia, nisi Christus? Cum ergo dicit, ꝙ dñs, qui colitur in Sion, intelligit ꝙ Christus, qui colitur in ecclesia, ipse est magnus dominus, & excelsus, &c. Et per hoc confirmare vſ fideles, quia dictū est statim supra, ꝙ ex hoc ꝙ dominus, idest,
Chri-

Christus regnauit, irati sunt populi, & persecuti sunt christicolas: ideo nunc ait christicolis ne timeãt, quia dñs Christus est magnus, & excelsus, &c. q.d. Non poterunt populi te persequi, nisi quantum ipse permittet, quia ipse magnus dñs, & excelsus super oẽs populos. Non permittet suos persequi, nisi ad ipsorum profectum. Qualiter Christus sit magnus dominus, vide versic. 957. & 775. & 1270. & 1633. & 1645. Et nota, ꝙ Christus dicitur dominus excelsus super omnes populos multipliciter, s. ratione suæ bonitatis & misericordiæ. Psal. 137. Quoniam excelsus dominus & humilia respicit, & alta à longè cognoscit. Ratione suæ veritatis, & sapientiæ, Iob 21. Nunquid docebit quispiam domini scientiam, qui excelsos iudicat? Ratione suæ potestatis, & essentiæ. Esa. 6. Vidi dominum sedentem super solium excelsum, & eleuatum, &c. Ratione suæ felicitatis, atque gloriç, quã scilicet plenè considerare non ualemus. Esa. 38. Attenuati sunt oculi mei suspicientes in excelso.

Excelsus dicitur Christus multipliciter.

1680 *Confiteantur nomini tuo magno, quoniam terribile, & sanctum est, & honor regis iudicium diligit.*

HIc ostendit, ꝙ in Christo est sanctitatis pulchritudo. Vbi nota, ꝙ nomẽ Dei maximè erat dominus, ut patet supra ver. 100. Nomẽ autem domini debet esse malis terribile, & bonis sanctum & placabile. Ideo inducẽs nos Psalmista ad malum fugiendum, & ꝙ nomen domini est terribile, Ps. 75. Tu terribilis es, & quis resistet tibi? Solus.n. Deus verè terrorem incutere potest. Ideo dicitur Iob 25. Apud eum potestas & terror est. Vbi Grego. lib. 17. mor. c. 6. dicit, Ac si apertè dicat, Solus Deus corda mortaliũ ueraciter terret: quia ea ex diuinitatis suæ potentia ueraciter possidet. Humana.n. potentia quem terrorem incutere potest, quæ iure eiusdem potẽtiæ qñ careat nescit? Deuter. 10. Deus magnus potens, & terribilis, qui personam non accipit. Volẽs etiam Psalmista nos ad bonum agendum inducere, ait, ꝙ nomen Dei est sanctum 1. Reg. 2. Non est sanctus, vt est dominus. Quia ille solus sanctus est alios sanctificãs Leu. 20. Ego sanctus sum, qui

A sanctifico uos. Et ista duo simul comprehendũtur. Exod. 15. Quis similis tui magnus in sanctitate terribilis, &c. Et per hoc vult Psal. ostendere Christi sanctitatem erga bonos, quibus in iudicio totus sanctus apparebit & dulcis, & Christi potestatem erga malos, quibus totus turbidus videbitur & iratus. Et hoc est, quod ait, *Confiteantur nomini tuo magno*. s. confessione laudis, nomini inquam magno. Paruum.n. videbatur Christi nomen qñ populi irascebantur, & ipsum persequebantur. Nunc autem magnum nomẽ est: quia in omni terra dilatatum. Et merito

B debetis confiteri, quia ipsum est terribile potẽtia, qua malos punit, est sanctum bonitate, qua parcit contritis. Et merito terribilis est malis, & sanctus bonis, quia honor regis iudicium diligit. Iudicium autem est actus iustitiæ, quæ vnicuique reddit secundum opera sua. Et ꝙ nomen Christi verè dicitur sanctum, quia ipse Christus omnibus modis sanctitatis dicitur sanctus, vide sup. versi. 1459.

Tu parasti directiones, iudicium, & iustitiam in Iacob tu fecisti. 1681

C HIc ostendit, ꝙ Christus est æquitatis rectitudo. Deus non solùm in se dicitur iustus, sed etiam in nobis: quia præcepta sufficientia dedit, quæ ad iustitiam plenè seruandam nos inducũt. Vbi notandum, ꝙ in antiqua lege erant tria præceptorum genera, quæ ad bonum faciendum nos inducebant. s. præcepta moralia, ut sunt præcepta decalogi, quæ ꝑse directè dirigũt mores humanos in ultimum finem, ut puta dominum Deum tuũ adorabis, & illi soli seruies, non sumes nomẽ Dei in uanum, &c. Et ista præcepta propriè uocantur directiones, quia de dire-

D cto nos dirigunt in vltimum finẽ. Matth. 19. Si uis ad uitam ingredi, serua mandata, Per istorum.n. obseruationẽ gressus hominis dirigetur. s. ad Deum, & uiam eius uolet. Ps. 36. Alia erant præcepta iudicialia, quibus præcipiebatur, ut omnibus facerent iudicium, malos puniendo pena talionis, ut manum pro manu, oculum pro oculo, dentem pro dente, vitam pro uita. Et ista præcepta uocabantur iudicia, per illa.n. populus iudicabatur. Neem. 9. Dedisti eis iudicia recta. Alia

Præceptorũ sunt tria genera, scilicet moralia, iudicialia, & cerimonialia.

erant præcepta cæremonialia, vt ꝙ ignis in altari semper arderet, ꝙ omni die fieret sacrificium, & huiusmodi, quæ omnia figura erant Christi, & sacramentorum eius, quibus à peccatis mundamur, & efficimur iusti. Vnde vocantur iustificationes. Ps. 118. Legem pone mihi, domine, viam iustificationū tuarum, &c. Et quia ista præcepta cæremonialia erant quædā figuræ nos inducentes ad vera sacramenta nouæ legis, ideo iustitia præparatiua dicebatur. Ps. 84. Iustitia ante eum ambulabit, & ponet in via gressus suos. Et omnia ista tria præceptorum genera dedit Deus ipsi populo Iacob, idest, ex Iacob genito. Præcepta ergo moralia vocat directiones, dicens. *Tu parasti directiones.* Præcepta iudicialia uocat iudicium, d. *Iudicium*, Præcepta cæremonialia vocat iustitiam, d. *Et iustitiam.* Ista omnia in Iacob tu fecisti. Sed omnia hæc Christus perfectius dedit, & fecit in populo suo. Nam præcepta moralia perfecit in populo suo per additionem cōsiliorum. *Matth. 5.* Præcepta iudicialia perfecit per remissionem iniuriarum. Vade, & amplius noli peccare. *Ioan. 8.* Præcepta cæremonialia perfecit per institutionem sacramentorum, & *Matth. 26.* præcipuè sacramenti Eucharistiæ. Bene ergo dicere possumus Christo, *Tu parasti directiones, iudicium, & iustitiam.*

1682 *Exaltate Dominum Deum nostrum, & adorate scabellum pedum eius, quoniam sanctum est.*

Hic ostendit Christum adorandum vt Deum. Vbi notandum, quòd in Christo fuit duplex natura, s. diuinitatis, & humanitatis. Ratione diuinitatis exaltandus est indubiè vt Deus, & adorādus. Et quantum ad hoc de Christo ut Deus est, dicit, *Exaltate dominum Deum nostrū*, scilicet Iesum Christum. Quid est autem exaltare Christum, nisi ipsum adorare adoratione latriæ. Quia illud homo præ cæteris rebus in corde suo exaltat, quod plus diligit. Illud autē, quod quis plus diligit, adorat. Sicut gulosi, quia prę cæteris rebus diligūt ventrem, ideo ventrem pro Deo adorare dicuntur ad Philip. 3. Quorum Deus venter est. Vnde ibidem ait glo. Gulosorum Deus venter est: quia, quicquid faciunt, pro Deo faciunt, quasi ipsum ventrem colētes. Hoc enim ab homine colitur, quod præ cæteris diligit. Et ideo quia Deus omnibus rebus maior est, & melior: plus omnibus rebus colendus est. Illi autem Deum suum faciunt ventrem, quia ita laborāt pro edendis, quasi sit salus in esca: Qualiter autem Deum exaltare possumus, cùm sit immensus, vide sup. versic. 421. Quantum verò ad humanitatem Christi à nobis adorandam, subdit, *Et adorate scabellum pedum eius*, &c. Scabellum namque pedum Dei uel verbi dicitur humanitas Christi. Et de hoc dictum est versi. 1662. Et nota, quòd Christi humanitas dicitur scabellum uerbi. Nam secundum Grammaticos scabellum dicitur à scamnellum, n, mutata in b. Et dicitur scabellum, li, quod par uulis lectulis apponitur, scamnum autem quod altioribus, super quæ pedes ponūtur, quęque pedibus subduntur. Et secūdum hoc accipitur scabellum pro omni re subiecta voluntati alterius, quæ uoluntas per pedes intelligitur. Cum ergo humanitas Christi præ omni altera creatura ipsi diuinitati obediens fuerit, & subiecta, merito eius scabellum nominatur. Est autē notandum, ꝙ sicut variè aliqua Deo subijciuntur, sic & uariè scabellum Dei dicuntur. Quoniam scabellum Dei dicitur primò tota mundi inferioris machina: quia Dei voluntate regitur. Esa. 66. Cœlum mihi sedes est, & terra scabellum pedum meorum. Secundò scabellum eius dicitur sancta mater ecclesia, quia eius voluntati subditur: quam obliuisci dicitur, quoniam ipsam aduersitatibus exponit. Thren. 2. Non est recordatus scabelli pedū eius. Tertio angelica natura, quia eius voluntati semper conformatur 2. Para. 9. Fecit Salomon soliū eburneū, & scabellum aureū. Solium namq; eburneum est natura humana in Christo propter candorē puritatis, sed scabellum aureum est angelica natura pp virtutē consummatæ charitatis. Quartò scabellum eius dicitur prauorū iniquitas, quia eius potestati subijciūtur, licēt inuite Ps. 109. Ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Quintò scabellum eius est ipsa Christi humanitas, quia totaliter Deo conformis plenè ei subditur, ut hic. *Adorate scabellum pedū eius, quoniā sanctū est.*

Colimus illud quod plus diligimus.

Scabellum Christi multiplex.

Moyses,

1683 *Moyses, & Aaron in sacerdotibus eius, & Samuel inter eos, qui inuocant nomen eius.*

CONsequenter hic ad propositum adducit exempla sanctorum patrū. Et ponitur primò antiquorum patrum Christi adoratio: secundò orationis adorantiū à Christo exauditio, ibi, *Inuocabant*: tertiò exauditionis demonstratur ratio, ibi, *Custodiebant*. quartò pręuaricationis patrū ponitur punitio: ibi, *Domine Deus*, quintò adorationis Christi ponitur conclusio: ibi, *Exultate*. Quantum ad primum sciendum, ꝙ exēpla ad imitādum data, quanto personæ nobiliori data, tanto amplius ad imitationem alios inducūt. Inter oēs aūt personas magnæ auctoritatis, quæ ante Dauid fuerunt: isti tres. s. Moyses, Aaron, & Samuel fuerunt principaliores. Nā Moyses fuit legislator: Aarō summus sacerdos: Samuel aūt magnus rector, & propheta in populo dñi. Et tamen isti adorauerunt Christum: non præsentem eis, sed futurū. Nā vt ait Magister li. 3. d. 25. sine fide Christi nūquam quis potuit saluari, nec ante incarnationem, neque post. Sicut enim nos fidem Christi habemus quòd ipse iā venit: ita & illi credebant ipsum esse futurum. Vnde Aug. epist. 93. ait, Ista fides sana est, qua credimus nullum hominē siue maioris, siue minoris ętatis, liberari à contagione mortis, & obligatione peccati, quod prima natiuitate contraxit, nisi per vnum mediatorem Dei, & hominum Christum Iesum: cuius hominis, eiusdemq; Dei saluberrima fide etiam illi iusti salui facti sunt: qui, priusquā veniret in carnem, crediderunt in carnem venturum. Eadem. n. fides est & nostra, & illorū, &c. Si ergo credebant Christū venturum, & in eius fide se saluandos, sequitur ꝙ ipsum verum Deum credebant esse venturum. Et nota, ꝙ per istos tres, quos hic nominat, vult intelligere generaliter omnes fideles tam laicos quàm clericos. Quoniā per Moyseo, & Aaron, qui erant de tribu Leui, & sacerdotes, intellige clericos: sed per Samuelem, qui non erat de tribu Leui, ad quā spectabant officia templi: sed erat de tribu Ephraim, accipe laicos. Ista ergo duo genera ponit ad ostendendum, ꝙ nullus

Fides Christi semper fuit ad salutem necessaria.

A vnquam pōt, nec poterit absq; Christi fide saluari. Et hoc innuit hic d. gl. Moyses legislator, & Aaron summus sacerdos fuerunt in sacerdotibus eius, i. Christi. Nota ꝙ Moyses sacerdos dicitē, quia si nō hostias, vota tamen populi obtulit Deo, & pro populo supplicauit. Samuel autem non numeratur inter sacerdotes: quia fuit de Ephraim: de qua tribu non fuit sacerdos secundum legem, sed solū de tribu Leui. Et ideò solum inter inuocantes ponitur. Item nota, ꝙ inter clericos duo sunt gradus, s. doctorum, & prælatorum. Doctores significātur per Moysen, qui fuit legislator, & maximus
B prophetarum. Nam de ipso dicitur Deut. vlt. Nō surrexit vltra propheta in Israel sicut Moyses. Sed statim hic dubium occurrit. Ecce Moyses fuit maximus doctor, & propheta: Aaron autē fuit summus prælatus, & pontifex: quare ergo præmittit Moysen ipsi Aaron summo sacerdoti? Et hoc est quærere, vter horū sit magis honorandus doctor, vel prælatus. Præterea, Aarō antiquior erat tēpore ipso Moyse. Nam vt habetur Exo. 7. Erat autem Moyses quādo introiuit ad Pharaonem, octoginta annorum, Aarō
C autem octoginta trium. Cum igitur antiquitas sit veneranda, sequitur, ꝙ Aarō præmitti debuit Moysi. Cuius tamen oppositum hic facit, etiam per totam scripturam, vbi ambo nominātur simul Moyses præmittitur. Respondeo, ꝙ sicut sciētia est maioris dignitatis, quàm prelatio quia scientia regitur prælatio, & nō ecōuerso. Sic & doctor maioris est dignitatis quàm prælatus, & amplius honorandus. Et hoc est, quod de sapiētia dicitur: Præposui illā regnis, & sedibus &c. Præfertur etiā tempori: in cuius argumentum Moyses minor præfertur ipsi Aarō
D antiquiori: ratione scientiæ, siue prophetiæ maioris. Si autem hodie communis vsus habet oppositum, hoc facit virtus diuitiarum. Sed nunquid Moyses inter omnes prophetas veteris testamēti fuit excellentior propheta, siue doctor? Nūquid maior ipso Dauid? Et uidetur, ꝙ sic per illud, quod dictum est Deut. vlt. Non surrexit vltra in Israel propheta sicut Moyses. Ad oppositū est magister in proœmio huius libri, dicens, quòd Dauid fuit eximius prophetarū. Vnde & quandq

Doctor honore prælatū præcedere debet.

Sapient. 7

David qua interfuit maximus propheta, & qualiter Moyses.

& quando propheta absolutè dicitur, intelligitur, de Dauid, sicut Paulus per Apostolum. Respódeo, quòd vnus propheta maior alio potest dici tripliciter. Primò modo ratione clarioris notitiæ. Et sic quia alij prophetæ nouerunt, quæ dicebant per somnia, aliqui per figuras: ali per apertam visionem, & claram reuelationem: illi dicuntur maiores, quib. clariori modo reuelata sũt prophetica mysteria. Isto modò Moyses fuit summus: quia loquebatur dominus facie ad faciẽ cum Moyse: sicut loqui solet homo cum amico suo, vnde ait dominus. Si quis fuerit inter vos propheta domini, in visione apparebo ei: vel per somnium loquar ad eum, at non talis Moyses: ore. n. ad os loquor ei: palam, & non per ænigmata, & figuras Deum videt &c. Sic & isto modo loquebatur Deus per seipsum immediatè ipsi Dauid. ps. 84. Audiam quid loquatur in me dominus Deus. Et sic etiam Dauid fuit summus prophetarum. Sicq; ergo vterque istorum summus dicitur prophetarum negatiuè, i. quo nullus maior, non autem affirmatiuè, idest, maior cæteris: quia isti æquales fuerunt. Secundo modo dicitur quis summus propheta ratione maioris extensionis, scilicet, quia plurima mysteria prophetizauit. Et sic Dauid dicitur maior Moyse: quia multo plura Christi mysteria prædixit. Tertio modo quis dicitur summus prophetarum ratione maioris confirmationis suæ prophetiæ. Et sic quia Moyses plura miracula coram populo fecit quam Dauid: ideo suam prophetiam coram populo magis cõfirmabat, & faciebat credibilem.

Num. 12

1684 *Inuocabant dominum, & ipse exaudiebat eos: in columna nubis loquebatur ad eos.*

HIc ponitur antiquorũ patrũ oratio nis à Christo exauditio, quia ipsi inuocabant, i. intus in corde vocabant Christum ipsum orando, & ipse exaudiebat eos: quia orationes oẽs exaudiũtur: & si non semper ad votum, semper tamẽ ad fructum. vide ver. 74. & 291. & 294. & 514. & 516. Sed qũo antiquos patres exaudiebat Christus, qui nondum erat? Dicitur, quòd antiqui patres præsciebant

E verbum incarnandum, & q̃ idem esset Deus, & homo, & istum inuocabant. Et iste tunc eos exaudiebat: quia rõne suppositi Christus semper fuit: quamuis nõ ratione humanitatis assumptæ. Multotiens. n. reperimus Moysen, & Aaron à Deo esse exauditos, ut in plagis Pharaonis, in diuisione maris: in superatione Abimelech, qui, orante Moyse, superabatur à filijs Israel. Exod. 17. *Et in columna nubis loquebatur ad eos.* Realiter enim Deus in nube Moysi loquebatur, vt puta quãdo ei legem dedit: statim nubes operuit mõtem, Exod. 19. Et in mul F tis alijs scripturæ locis. Sed per hoc vult ostendere q̃ prophetæ ea, quæ prædicebant, erant figuris, & ænigmatibus velata, & non sine velamento pronunciata. Et hoc est, quod hic ait gl. *In columna nubis loquebatur ad eos*, i. per figuras in nube obscura. Sed illa dicta obscura quendam manifestum significabant, s. Christum. Ad eos ergo nunc loquebatur in nube, qui iam nobis loquitur in scabello, i. in carne assumpta apertè. Et nota, q̃ non ait in nube, sed *in columna nubis*. Columna. n. fortitudo est, & decor domus. In hac ergo spiritussanctus loquebatur G eis: qui annunciabat ecclesiam, vel carnẽ Christi. Sed tunc qui in nube loquebatur, modò per filium apertè loquitur nobis. Magis autẽ mysticè notandum, quòd columna per quã nobis loquitur Deus, est ipse Christus, qui propriè columna dicitur. Nam secundum Grammaticos columna dicitur à culmine, eo q̃ culmẽ domus sustineat. Quis igĩ aptius Christo columna dici põt, qui totum sustinet orbem? Ista aũt columna aliter iustos sustinet, & aliter peccatores: aliter iustis loquitur, aliter peccatorib. Vnde de Christo sub nomine columnæ dicitur, q̃ dñs H præcedebat eos per diem in columna nubis, & per noctem in columna ignis. Quod ad propositum exponens Stephanus dicit, Columna dr̃ Christus, quia rectus, & firmus oĩa fulciens. Hæc aũt columna homines in die præcedit in columna nubis: quia Christus nulla luce claret illis, qui se in die putant esse, s. præsumptuosis, & superbis. Sed in columna ignis præcedit in nocte: quia illis, qui se infirmos esse reputãt, & peccatores illos gratia sui amoris inflammat pariter, & illu-

In nubes qualiter Deus sanctis loquebatur.

Columna nubis & ignis dicitur Christus.

Exod. 13.

illustrat. Item & per columnā nubis, & A ignis duo Christi significantur aduētus: quia in primo fuit columna nubis, s. blādus, & humilis: in secundo aūt erit columna ignis, s. asper, & terribilis. Vel aliter nox peccator est: iustus aūt dies. Columna ergo nubis ī die, & ignis in nocte: quia dominus iustos obūbrat, & illuminat peccatores. Hæc ille. Greg. aūt prædicta verba exponens, dicit in homilia, Dñs autem præcedebat eos per diem in columna nubis, &c. In igne terror est: in nube aūt leue uisionis blandimentum. Dies uita iusti: nox verò vita peccatoris.

Ephes. 5. Vnde illud Apostoli. Fuistis aliquādo te B nebræ, nunc aūt lux in dño. In die ergo per nubē columna monstrata est, & in nocte per ignem: quia omnipotēs Deus & blandus iustis, & terribilis apparebit iniustis. hos ad iudiciū veniens p lenitatis mansuetudinē mulcet, illos autē per iustitiæ districtionem terret. Vel aliter: columna nubis in eremo præibat populum in die, & in splendore ignis non in die, sed in nocte irradiabat: quia Christus conuersationis suę exēplo ducatū sequētib. præstās, de iustitia sua cōfidentib. nulla luce claret: pctōrū vero tenebras agnoscentibus, ignē sui amoris infulsit. C Et Magister in gl. ps. 77. illā columnā nubis, & ignis exponit de Christo, d. Ista columna indicabat Christum futurū. Sicut. n. illa columna nubis erat in vmbra culū cōtra æstū solis, sic & Christus per suam incarnationem nobis refrigerium præstat contra æstū vitiorū. In nocte verò erit columna ignis: quia toto tpe vitæ præsentis obscurè. in claritate sui luminis quasi p illuminationē ignis. i. spiritus sancti Christianos custodit. Et id

Eccles. 24. quia Deus pater habitat in Christo tanquam in suo throno: ipse de Christo sub nomine columnæ nubis, dicit, Ego in al D tissimis habito, & thronus meus in columna nubis. Et Nee. 9. dicitur Christo, In columna nubis ductor eorum fuisti, dñe, & in columna ignis per noctem, ut appareret eis via, per quā ingrederētur.

1685 *Custodiebant testimonia eius, & praeceptum, quod dedit illis.*

HIc ponitur ratio exauditionis orationis ipsorū, q. d. Dixi, quia Christus exaudiebat eos. Et huius ratio est, quia ipsi vt verè obedientes, *Custodiebāt testimonia eius*, &c. Et nota, quòd aliud sunt testimonia Dei: & aliud præcepta. Nam testimonium dicitur pactū factū per aliqua signa testificantia significatū. Sicut qñ Laban, & Iacob fecerunt pactū adinuicem, de pace habenda inter se, & successores suos: fecerunt aceruum lapidum in testimonium pacti præfati. Præcepta verò dicuntur absolutè, sicut præcepta per Moysen data. Habebat ergo Deus pactū cū patrib. antiquis: habebat & pcepta. Precepta primò dederat eis p Moysen, consequenter autem pactū fecit cum eis: vt, si ipsi custodirent præcepta sua, daret eis bona temporalia tēporibus suis: & multiplicaret eos, ac ab hostibus defensaret: vt patet Leu. 26. *Custodiebant* ergo *testimonia eius*, s. pacta, quæ cum Deo fecerant, & præceptū eius, s. legis præcepta obseruabant. Et ponitur præceptum hic in singulari pro plurali. vel secundum Nicolaum. testimonia hic dicuntur præcepta iudicialia, & ceremonialia, sed præcepta simpliciter dicuntur præcepta moralia. Per hoc. n. vult ostēdere, quòd obseruatio mandatorū Dei facit exaudiri orationes iustorum. Qualiter autem debemus præcepta Dei custodire, & qualiter obligamur, vide vers. 1339. Qui enim præcepta Dei non custodit, orando non meretur exaudiri. Vnde Greg. lib. 16. mor. c. 10. ait: rogant quippe Deum: sed exaudiri minimè merentur, qui iubentis domini præcepta cōtemnunt. Vnde scriptum est, Qui declinat aurem suam ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis. Prou. 28.

Testimonia quid sunt, & quid praecepta.

Gen. 31.

Orationem exaudiri facit praeceptorū obseruatio.

Domine Deus noster, tu exaudiebas eos: Deus, tu propitius fuisti eis, & vlciscens in omnes adinuentiones eorum. 1686

POnitur hic præuaricationis patrum punitio. Deus. n. misericors, & iustus & semper misericordiam seruat cum iustitia, & iustitiam cum misericordia. Tamen apertius tunc dicitur misericors, quando beneficia cōfert, orationes exaudit, & nos custodit à malis. Tunc apertius dicitur iustus quādo peccata punit. Antiqui autē patres & si iusti erant, tamen quia homines aliquando peccabāt.

Et

Et sic Deus illis dicebatur misericors, præmiando eorũ merita,& iustus,puniédo eorum peccata. Quantum ergo ad primum d. *Domine Deus, tu exaudiebas eos,& propitius fuisti eis*,quia ex benignitate suæ misericordiæ exaudiebat iustas petitiones eorum.Et propitius erat eis, ipsis peccata remittendo. Propitius.n. non dicitur Deus, nisi quando peccatis dat veniam,vt hic ait gl. Et non sic erat eis propitius per misericordiam, sed ét per iustitiam peccata commissa puniendo. Et hoc est quod dicit. *Et vlciscens in omnes adinuentiones*, siue affectiones *eorum*.Deus.n.tanqnam pius pater, & iustus,quos diligit, corrigit, & castigat, vt puta,peccauit Moyses, quando,murmurante populo pro aquæ penuria, ad præceptũ Dei,dubitauit aquã de petra educere posse:similiter dubitauit & Aaron. Ista peccata Deus vlciscebatur: quia in pœnam huius peccati,ambo.s. Moyses, & Aaron mortui sunt in deserto,& non introierunt terram promissionis, Vnde statim post illud infidelitatis, vel incredulitatis peccatũ, (vt scribitur Nu. 20.) dixit dñs ad Moysen & Aaron: quia non credidistis mihi,vt sanctificaretis me coram filijs Israel, non introducetis populos hos in terram,quam dabo eis,&c.Punire autem statim peccata est magnum Dei beneficiũ.Nam ut dicitur 2.Mach.6. Etenim multo tempore nõ sinere peccatoribus ex sententia agere :sed statim vltiones adhibere,magni beneficij est indicium,&c. Vel secundum gl.prædicti patres propter peccata sua in hoc puniebãtur:quia Deus permittebat eos ab inimicis infestari,quod sine pœna non erat eorum,quæ tamen pœna ad eorum utilitatem erat. Vnde ait, *Et vlciscens in omnes adinuentiones eorum*.ecce & si tanti erant isti,aliquid tamen habebant peccati, & sic Deus erat *vlciscens in omnes adinuentiones eorum*:pro quibus pęna erat eis pati eos,cũ quibus erant. Quotidie.n.patiebantur populos contradicentes, & iniquè viuentes, inter quos viuere cogebantur, pro quorum peccatis quasi pro suis,per charitatem dolebant. Et attende, ꝙ pœna à Deo illis pro peccato incredulitatis illata,s. quòd non intrarent terrã promissionis,fuit figura pęnę maiorum.Vnde hic ait Aug.non.n.sicut putatur à plerisque fuit Moysi pœnã tantum nõ intrare in terram promissionis, in quã ét multæ miserię intrauerũt, sed fuit ét figura huius rei, s. ꝙ qui sub lege essent,quia & p eũ,s. per Moysen lex data est,& qui sub gratia esse nollét,nõ intrarent in requiẽ æternã. Quid aũt sint adinuẽtiones hominũ, & quid adinuentiones Dei,vide versicul.1269. & 1401.

Punitio peccati magnũ est beneficium.

Exaltate dominũ Deum nostrum: & adorate in monte sancto eius: quoniam sanctus dominus Deus noster. 1687

HIc ponitur conclusio adorationis Christi ex prædictis. Ex quibus sequitur,ꝙ ipsum exaltare debemus,& adorare. Iste versus exponitur vt versic. 1682.vsq; ad illũ locũ,In monte sancto eius.Per mõtẽ.n.sanctũ literaliter intelligitur mõs Siõ:quia ibi iã erat locus diuini cultus instituendus.Ibi.n. erat tẽplũ, & arca testamenti.Sed per istũ montem sanctũ literalẽ,aliũ mõtẽ vult intelligere, s. corpus Christi. Vnde hic idem est mõs sanctus, qđ superius scabellũ pedũ eius.Et sic est sensus, *Adorate eum in mõte sancto eius*,i.adorate eũ in corpore assumpto,vel humanitate.Qualiter aũt sit adorãdus in humanitate assumpta, vide sup.vers.1662.Vnde per istũ montẽ sanctũ intelligit gl. Christi humanitatẽ, d. *Adorate in monte sancto eius*,i. in corpore.Hic est lapis paruus:qui sicut ait Da. excisus de monte sine manibus creuit in montẽ magnũ, & impleuit totã faciem terræ,pręcisus,i.natus de monte,i.de Iudæorum gente,quæ vnum Deum colebat,& inde monti comparatur,præcisus inquam sine manibus,i. sine opere hominum,quia de virgine sine virili semine conceptus est. Quod enim Christus mons dicatur,vide versic.336.

PSALM. XCIX.

IVbilate Deo omnis terra: seruitute domino in lætitia. 1688



ITVLVS huius psalmi est. *Psalmus in confessione*. Ex isto titulo apparet materia psalmi: sed non auctor.Materia enim psalmi est,quòd ille psalmus fuit factus ad inducendum homines,vt confiterentur

tur domino. Tamen notandum, q maxime in scriptura triplex reperitur cõfessio, s. reorum damnatiua, gratiarum redditiua, & peccatorũ purgatiua, vide versic. 81. Quia autẽ Deus non quærit mortem peccatoris, sed ut magis conuertatur, & viuat: ideo hic ps. non agit de confessione, qua rei damnantur: sed de alia duplici confessione, s. gratiarum redditiua, & pœnitentiali peccatorum purgatiua. Docet enim hic psal. & Deum laudãdo ei gratias agere, & nos accusando peccata nostra plangere. Primum docet, ne in bonis superbiamus. Secundum docet, ne in malis desperemus. Est ergo sensus tituli talis, *Psalmus in confessione*, i. iste Psal. agit de duplici cõfessione, s. laudis, & criminis. Intentio psal. est perfectos inducere ad Dei laudem: & peccatores ad criminis confessionem. Et secundum hoc psal. iste habet duas partes: quia primò agit de confessione laudis, quæ est gratiarum actio: secundò de confessione criminis, quæ est suiipsius accusatio: ibi. *Introite portas eius*. Prima pars diuiditur in partes tres: quia ad confessionem laudis primo inducit omnes generaliter: secundo inducit Hebræos specialiter: ibi, *Introite in conspectu eius*, tertiò inducit C ministros ecclesiæ singulariter: ibi, *Populus eius*. Quantum ad primum omnibus loquens generaliter ait, *Iubilate Deo omnis terra*, idest, omnes habitantes in terra Quid autem sit iubilare, vide supra versic. 766. Sed quia perfecta laus Dei, vel exultatio de Deo non solum stat in corde, vel in uoce, sed multo fortius in bona operatione. Ideo subdit, *Seruite Domino in lætitia*. i. secundum gl. Iubilate, Deo que gratias agite, non coactè, & necessitate, sed charitate: qua liberati estis per Christum Et ideo seruite in lætitia non murmurantes, vt Iudæi in deserto mur- D murauerunt. Hæc seruitus non est amaritudinis, nec indignationis, sed fœlicitatis, & libertatis: quia seruire Deo, regnare est. Gratum est. n. redemptis seruos esse Dei. Seruũ ergo te faciat charitas: quia liberũ te fecit veritas. Vnde in Euãgelio, Si manseritis in sermone meo, verè discipuli mei eritis, & cognoscetis veritatem, & veritas liberabit vos. Hic notã, quòd seruitus est triplex, s. seruitus infectionis vitiosæ, quæ culpæ copulatur. Seruitus conditionis tædiosæ, quæ pœnæ subiugatur. Seruitus perfectionis virtuosæ, quæ iure regulatur. Primo est seruitus culpæ: qua quis. s. vitijs, & diabolo seruit: de qua anima de corpore conqueritur, & econuerso, d. Seruire me fecisti in peccatis tuis: præbuisti mihi laborẽ in iniquitatibus tuis. Diabolus. n. alliciẽs hominem per uitia, promittit ei libertatem: sed ad miserabilem ipsum inducit seruitutem: quia, vt ait Saluator, Omnis, qui facit peccatum, seruus est peccati. Quod exponens Aug. super Io. ait, O miserabilis seruitus peccati. Ser- B uus. n. hominis aliquando sui domini duris fatigatus imperijs, fugiendo requiescit. Seruus autem peccati quo à peccato fugiat non inuenit: quia peccatum secum trahit, quocunque fugerit. Peccatũ enim intus est: voluptas transit, peccatũ non transit: perijt, quod delectat, remansit, quod pungat, &c. Et Hieron. Qui facit peccatũ, seruus est peccati. quinimo tot dæmoniorum seruus est, quot vitiorum. Et uide differentiam seruitutis bonorum, & malorum. Nam, ut ait Aug. Bonus homo etiã si seruit, liber est: malus autem, etsi regnet, seruus est, nec vnius hominis, sed quod grauius est, tot dæmoniorum, quot vitiorum. Et hoc satis patere potest. Nam denominatio fieri debet à parte potiori. Cum ergo potior pars hominis sit anima, & minor corpus, sequitur, q boni, qui sunt liberi secundum animum, etiam si corpore seruiant, liberi sunt simpliciter, mali autẽ & si corpore regnent: tamen anima sunt serui, simpliciter serui dicuntur. Vnde Ro. 7. dicitur, Carne seruio legi peccati: spiritu autem legi Dei. Secundò est seruitus conditionis tædiosæ: qua, s. quis alterius hominis corpore seruus est, sicut filij Israel in Aegypto serui fuerũt. Exo. 13. In manu forti eduxisti nos de domo seruitutis. Hæc seruitus est patienter tolleranda: quia prouenit ex peccatis, scilicet, quòd vnus homo alteri sit seruus. Vnde Augustinus 19. de ciuita. dicit, Seruitutis nomen culpa meruit, non natura. Et ideo consuluit Apostolus Petrus, dicẽs, Serui subditi estote in omni timore dominis. Tertiò est seruitus perfectionis virtuosæ, qua quis Deo seruit, vel homini ob amorẽ Dei: cuius ille homo vices

Seruitus multiplex.

Ioan. 8.

Seruitus peccati.

Esa. 43.

Ioan. 8.

Aug. 4. de ciuit. Dei.

Seruitus corporalis.

Seruitus gratia.

Psal. 2. ces gerit in terris: de quibus nobis psal. consuluit, d. seruite domino in timore &c. Et Iosue 24. Timete dominum, & seruite ei corde perfecto. Et aduerte quod ista seruitus multas conditiones debet habere. Quoniam debet esse cum castitate carnis, & munditia. Cum honestate moris, & decentia. Cum parcitate victus & abstinentia. Cum humilitate mentis, & reuerentia. Cum hilaritate cordis, & lætitia. Primum patet: quoniam mūdus dominus mundum seruum cupit habere. Luc. 1. Seruiamus illi in sanctitate, & iustitia coram ipso omnibus diebus nostris. Secundum patet: quia dominus in seruo non solum requirit criminis munditiam, sed etiam decentiam morum: vt talis seruiens per compositos mores appareat homo, & non bestia: & sic fit similis Christo formam serui accipiens in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus ut homo. *Philip. 2.* Tertium patet: nā seruus nimis repletus, ad seruiēdum redditur inhabilis. Et ideo serui Dei vt sint habiliores per parcitatem sua corpora premunt. Vnde 1. Corint. 9. Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo. q. d. quia castigo corpus meum per abstinētiam: ideo ipsum in seruitutem Dei redigo per veram obedientiam. Quartum patet: seruus enim nomen est humilitatis: vt dicit gloss. ad Rom. 1. Et ideo ne quis nomen serui falsè vsurpando occupet: humilitatem seruare debet in opere exemplo Christi, qui semetipsum exinaniuit formam serui accipiens. *Philip. 2.* Vt sic quilibet seruus Dei humiliter dicat Deo, Ego seruus tuus, & filius ancillæ tuæ. *Psal. 115.* Quintum patet: quoniam sicut Deus hilarem diligit datorem. 2. Cor. 9. qui, s. hilariter sua pro Deo donat, sic multò fortius illum, qui hilariter suo se mancipat seruitio. *Psal. 108.* Ideo dicitur, Seruus autem tuus lætabitur. Ideo veri serui Dei semper debent esse læti, & laudibus Dei occupati Es. 65. Serui mei laudabunt cum exultatione. Et Gen. 47. Respiciat nos dominus noster, & nos læti seruiemus regi. Et hoc est quod nūc nobis imperat psal mista, dicens, Seruite domino in lætitia. Talis, autem Dei seruitus multum est affectanda: quia liberat à vitijs, & lætificat in pręmijs. Probatur, quia qui debitè seruit Deo: nō seruit diabolo: qui autē non

E seruit diabolo, liber est ab omni vitio: ergo. Maior patet, Math. 6. Nemo pōt duobus dn̄is seruire gl. s. contrarijs, sicut sunt Deus, ac diabolus. Et minor patet, Ioan. 8. Omnis, qui facit peccatum, seruus est peccati gl. quinimò tot dæmonio rum, quot vitiorum. Quia igitur contradictionem implicat, ꝙ quis simul Deo seruiat, & diabolo: sequitur ꝙ Dei seruitus liberat ab omni vitio. Vnde in figuram huius dicitur 1. Reg. 7. Præparate corda vestra, & seruite illi soli, & liberabit vos de manu Philistijm. Philistijm namque interpretatur ruina duplex, & F significat uitia, quæ dupliciter faciunt peccatorē ruere, s. à gratia, & gloria. Sic igitur Dei seruitus liberat à vitijs: quod attestatur Aug. d. Vt seruiatur Deo vtile est omnibus hominibus: quia seruiēs Deo animus rectè imperat corpori. *Aug. 19. de ciu. Dei.* Ipsa namque ratio domino Deo subdita, rectè imperat libidini, cæterisq; vitijs, &c. *Math. 4.* Et ideo, si vis dominari uitijs, dominum Deum tuū adorabis, & illi soli seruies. Quod imperans psal. ait, *Seruite domino in lætitia.* Hic pone originale. 1085 Iubilate, &c.

G *Introite in conspectu eius in exultatione.* 1689

HIc singulariter inducit Hebræorum populum ad Deum laudandum, & ad gratiarū actionem, & primò eos inducit ad gratiarum actionē: secundò ad hoc assignat rationem, ibi, *Scitote.* Quantum ad sensum literalem sciendū, ꝙ sic erat templum ordinatum, ꝙ ante templum erat atrium sacerdotū: in quo erat altare holocaustorum: in quo secularibus non licebat passim intrare. Sed ante istud atrium erat atrium laicorū: à H quo per portas certas, & fenestras laici offerentes hostias suas poterant videre sacrificiorum suorum consummationē, stando in portis, vel fenestris illis. Quod tamen gentilibus non permittebatur tā prope accedere, vt videre possent sacrificiorum oblationem, & consummationem. Sic ergo hic loquitur psal. populo Hebræorum, vt, quando offerebant sacrificia, venirent ad portas atrij sacerdotum, vnde conspectū sacrificiorū suorū videre possent, & exultantes Deum laudarent.

darent. Et hoc est, quod ait, *Introite, scilicet, vsque ad portas atrij sacerdotum*: & sic sitis in conspectu eius, s. sacrificij vel hostiæ vestræ: quia quãdo videbãt hostias, quas obtulerant offerri Deo, exultabãt. Per hoc psal. vult intelligere, quòd qui vult laudare dignè Deũ, ad conspectum suæ conscientiæ prius debet accedere, & ibi seipsum discutere. Conscientia.n. conspectus dicitur. Conspectus.n. idem est, quod simul aspectus. Et ideo quia quilibet seipsum in sua conscientia aspicere potest, & ibi suas virtutes, suaq; vitia simul cernere, ideo conscientia conspectus dicitur. Et ideo quia conscientiam nostram solus Deus agnoscere potest, & nõ aliquis homo, ipsa conspectus eius appellatur. De isto conspectu conscientiæ psal. Deo loquitur d. Dirige in conspectu tuo viam meam. Vbi glo. Dirige viam meam qua, s. itur ad te, in conspectu tuo, i. in conscientia. vbi nullus hominum videt, sed tu solus. Vnde homini laudanti, vel vituperanti non est credendum, quia non uidet in conscientia: in qua ratio laudis consistit, vel vituperij. Et nota quod iste conspectus conscientiæ debet semper Deum meditari more ps. qui dicebat, Prouidebã dominum in conspectu meo semper: quoniam à dextris est, mihi, ne commouear. Vbi glo. q. d. prouidebam dominũ in conspectu meo semper, i. in conscientia mea: quia in ijs, qui transeunt, non abstuli oculum mentis meæ ab eo, qui semper est, prouidẽs quo in eum post ista temporalia transacta recurrerem. Et attende quod ait, prouidebam dominum in conspectu meo semper. Hic trahe exẽplũ, quo peccata vitẽtur. Qui.n. dominũ semper acie mẽtis. i. in conscientia intuentur, non peccatis inquinantur. Ideo dñm attendo, quoniã à dextris est mihi, ne commouear. i. fauet mihi, vt in eo stabilis permaneã. Et ideo nihil sinistri præualet mihi. Iste cõspectus conscientiæ virtutibus semper debet abundare. Exo. 22. Non apparebis in conspectu meo vacuus. s. bonis operibus secundum gl. s. vt per omne tempus vitæ præsentis nos esse peregrinos agnoscentes, non hic, sed in futuro requiẽ inquiramus sedulò curantes, ne uirtutibus vacui in conspectu domini appareamus. Ille.n. in conspectu conscientiæ Deo vacuus non apparet, qui Dei mandata custodit. Vnde Eccl. 25. Non apparebis in cõspectu meo vacuus, hæc.n. omnia propter mandatum Dei fiunt. Iste conspectus conscientiæ peccata propria cogitãdo debet dolere. ps. 37. Non est pax ossibus meis à facie peccatorum meorum. Et infra, Quoniam ego in flagella paratus sum, & dolor meus in cõspectu meo semper. Iste.n. secundum glo. pœnitendo inde dolet, quia deliquit: impius se defendit, iustus autem irascitur contra seipsum. Ex isto conspectu contritionis cõscientiæ, sequitur conspectus confessionis: quo. s. in conspectu sacerdotis conspectum suæ conscientiæ aperit. ps. 18. Erunt vt complaceãt eloquia oris mei, & meditatio cordis mei in cõspectu tuo semper. Et si dicas, quomodo de conspectu conscientiæ de peccato dolentis potest intelligi iste textus, cum dicatur, *Introite in conspectu eius in exultatione*, & cõspectus conscientiæ considerans peccata semper dolet? Respondeo, quòd dolor peccatorum in cõscientia est ipsi animæ magnæ consolationis, & lætitiæ, imò quãto maior est in conscientia dolor peccatorum, tanto amplior est consolatio pœnitentium, iuxta illud ps. 93. Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo consolationes tuæ lætificauerũt animam meam.

Conscientia conspectus domini.

Psalm. 5.

Psalm. 15.

Exo. 22.

A B C D

Scitote quoniã dominus ipse est Deus: ipse fecit nos, & non ipsi nos. 1690

HIc assignat rationem laudis diuinæ. Quoniam inter omnia peccata, peccatum maximum dicitur ingratitudo. Si ergo ingrati domino Deo nolumus esse, oportet sibi beneficia ab eo recepta recompensare. Ipse.n. dedit nobis esse naturæ, esse gratiæ, & cõseruat. Sed quid domino pro his omnibus retribuere possumus? sed de nostro nihil, quia oĩa eius sunt. Saltẽ ergo uoluntate recognosce beneficia, & ipsum lauda, ipsum adora. Et istã rationem assignat Ps. d. *Scitote, quoniam dominus ipse est Deus*, &c. Et aduerte, quod hic loquitur de Christo domino, nos inducens ad ipsum exaltandũ, & adorandum. Vnde hic ait gl. Quis nesciat, quia dominus sit Deus? Sed loquitur hic contra Iudæos de Christo cruci

fixo

fixo.q.d.Non vilescat vobis, quem cruci fixistis,& flagellastis,quia ipse est dominus noster:ipse Deus noster. Et hoc est quod dicebat ps.94. Venite adoremus, & procidamus ante dominum:quia ipse est dñs Deus noster. Qualiter aũt Christus propriè dicatur dñs Deus noster,vi de versic.1633.Quod autẽ sit dñs Iesus Christus dominus Deus noster,probat: quia *ipse fecit nos & non ipsi nos*. Vbi notandũ, ꝙ homo habet duplex esse,s.naturale,& morale.Esse naturale constat ex anima, & corpore. Esse autẽ morale ex gratia,& bonis moribus.Quantum ad esse naturale Deus partẽ principalẽ hominis fecit se solo,s.animam: quæ per creationem de nihilo producitur: ad quam nulla virtus creata, & finita pertingere potest·cum distantia infinita sit inter aliquid,& nihil.Et ideo dicit Philosophus 16.de animalibus: quòd intellectus humanus datur de foris.Corpus aũt hominis Deus facit:quia omnia per ipsum facta sunt.Sed non se solo,sed mediantib. causis secundis: quia ad generationem hominis nõ solum concurrit virtus Dei infinita,sed etiam finita virtus,& creata, quia vt dicitur 1.de Anim. sol, & homo generãt hominem. De ista autem factione hominis quod ad esse naturale vide sup. versic.1633.Homo verò quantum ad esse morale constat ex gratia, & bonis moribus:quia sicut ille solum veraciter dicitur homo,qui vtitur debitè ratione, per quam distinguitur à brutis animalibus,de hoc vide vers.558.& 589.Et quã tum ad hoc esse hominis ipse Deus fecit nos:quia omnis gratia,virtus, omne bonum morale ab ipso principaliter habemus.Iac.1.Omne datum optimum, & omne donũ perfectũ desursum est, &c. Et de isto esse hominis morali principaliter hic textus intelligitur.Vnde hic ait gl.*Ipse fecit nos, & non ipsi nos*,i. esse nostrũ bonum ex ipso est:non ex nobis. Ex ipso est,vnde coronamur: ex nobis est, vnde damnamur.Hoc ergo ait de operibus gratiæ.Omnis autem ista factio hominis,competit domino Iesu Christo: quia ipse est verbum Dei ratione suppositi.Et per verbũ Dei omnia facta sunt, & sine ipso factum est nihil.Sed fortè diceretur. Potest ne licitè Christus dici dominus?quia si sic, cum eius actio nostra

Homo habet duplex esse, scilicet, naturale & morale.

Aristot. Homo factus est à Deo quo ad esse natura & gratia.

Ioan 1.
Quæstio.
Dominari an possit licitè vnus alteri.

E sit instructio:christiani potuerunt licitè vocari domini,& vnus dominari alteri. Sed hoc non videtur licitum, s. ꝙ vnus Christianus alteri dominetur:nec vnus homo alteri. Quod probatur multipliciter. Primò,quia natura omnes homines sunt æquales:ergo contra naturam est,ꝙ vnus dominetur,& alter subijciatur.Secundò quia vsurpans sibi potestatem nõ sibi à Deo traditam, peccat. Deus autẽ homine creato, quamuis ei dederit dominium supra pisces maris,& bestias terræ,non tamen supra homines.Vnde Genes.1.dixit Deus primis parentibus.Su-
F bijcite terram, & dominamini piscibus maris,& volucribus cęli,& vniuersis animantibus, quæ mouentur in terra. Ecce determinat, quibus uolebat hominem dominari. Tertiò quia mulier dominari non debet supra virum:ergo nec vir supra mulierem. Antecedens patet Gen. 3.Dixit Deus mulieri, sub viri potestate eris,& ipse dominabitur tui.Et patet consequentia: quia æqualis conditionis debet esse mulier viro. In cuius signum mulier creata est de latere viri: non de capite,ne viro dominetur:non de pedibus,ne viro subiecta videatur, sed de la-
G tere, vt æqualis conditionis cum viro esse demonstretur,vt ait Magister lib. 2.d. 19.Tum ẽt,quia si dicatur, ꝙ peccatum fuit causa subiectionis,plus peccauit vir quàm mulier. Ad oppositum præcipit scriptura 1.Pet.2.d. Serui subditi estote dominis vestris,nõ tantum bonis, & modestis,sed ẽt dyscolis,&c.Respondeo,ponendo tres propositiones. Prima, quòd dominatio, & prælatio est in cęlo inter bonos angelos:patet,quia ibi sunt ordines distincti:inter quos est vnus ordo qui dicitur, dominationes. Secunda: ꝙ
H dominatio,& prælatio est in mundo inter homines,probatur Luc.22.Reges gẽtium dominãtur eorũ,&c.ẽt quia in mũdo sunt fatui,& sapiẽtes: sapientes autẽ fatuis dominantũ.Intellectu aũt vigentes secundũ morales Phil.aliorũ sunt dñi & rectores.Vnde Prou.17. Seruus sapiens dominabitur filio stulto.Tertia, ꝙ in inferno est dominatio,& prelatio inter dęmones:patet,quia vnus alteri ibidẽ principatur.Luc. 11. In Beelzebub principe dæmoniorum eijcit,&c. Nec contrariatur,quod scribitur Iob 10. ꝙ in inferno nullus

nullus est ordo, quia intelligitur non de A supplicijs, quæ ibi sunt ordinatissima, sed de mentibus damnatorum, quæ præ acerbitate tormentorum nullo reguntur ordine, vt dicit Greg. lib. 9. mor. cap. 47. Istæ propositiones sunt de mente Greg. dicentis: Ex rebus insensibilibus discimus, quid de sensibilibus atque intelligibilibus sentiamus. Terra namq; aere fecundatur, aer autem ex cœli qualitate disponitur, sic iumentis homines, hominibus angeli, archangeli verò angelis præsunt. Nam quòd iumentis homines præsunt, & vsu cernimus, & Psalmistæ

Psal. 8. verbis docemur, qui ait, Omnia subiecisti sub pedibus eius, &c. quod verò angeli hominibus præsint, per prophetam te-

Dan. 10. statur Dominus, dicens, Princeps regni Persarum restitit mihi, quòd verò angeli à superiorum angelorũ potestatibus disponantur, ostendit Zacharias, qui ait, Ecce angelus, qui loquebať in me, egrediebatur in occursum eius, & dixit ad eum, curre, & loquere ad puerũ istũ, &c. Si enim in ipsis officijs sanctorum spirituum nequaquam potestates summæ minora disponerent, nullo modo hoc, quod homini diceret angelus, ab alio angelo cognouisset. Quòd igitur cunctorum conditor omnia per semetipsum tenet, & tamen ad distinguendum pulchrè uniuersitatis ordinem, alia alijs dispensantibus regit, non immeritò reges angelorum spiritus accipimus &c. Sed pro solutione argumentorum, ad oppositum notandum, quòd prælatio, & dominium inter homines accessit, non natura, sed ex vitio. Quod ostendens Greg. ait. Omnes homines natura genuit æquales, sed accessit dispensatio ordinis, ut quibusdam prælati videamur. Si igitur hoc à mente deprimimus, quod temporaliter accessit, inuenimus citius, quòd naturaliter vnum sumus. Plerumque enim animo se accepta potestas obijcit, cumque tumidis cogitationibus allidit. Manu ergo humillimæ considerationis deprimendus est tumor elationis. Si enim apud semetipsam mens descendit de vertice culminis, citius planitiem inuenit naturalis æqualitatis. Nam, vt præfati sumus, omnes homines natura æquales genuit, sed variante meritorum ordine, aliòs dispensatio occulta post-

Prælatio et dominium inter homines ex vitio processit. Gregor. 21. mor. c. 11.

ponit. Ipsa autem diuersitas, quæ accessit ex uitio, rectè est diuinis iudicijs ordinata: vt, quia omnis homo iter uitæ non rectè graditur, alter ab altero regatur. Ex hoc patet, quid dicendum ad argumenta, quæ procedunt de natura integra, non de corrupta.

1691 *Populus eius, & oues pascuæ eius, introite portas eius in cõfessione: atria eius in hymnis: confitemini illi.*

HIc ad laudem Christi singulariter inducuntur ministri ecclesiæ, qui B singulari modo dicti sunt populus Dei, & oues pascuæ. Dicebantur enim populus Dei, quia singulariter ad eius ministerium electi. Dicebantur oues pascuæ: quia isti pascebantur, & viuebãt de oblationibus, & decimis, quæ Deo offerebantur. Vel hoc etiã potest intelligi uniuersaliter de oĩbus hominibus, quia Deus singulari cura regit, & gubernat homines, vide ver. 1638. Sequitur, *Introite portas eius in confessione*. Hæc est secunda pars principalis, in qua fm gloss. agit de confessione criminis. q. d. moneo intrare in cõspectu eius, nec dubites si peccator C es, quia misericordia Dei est. Ergo introite confidenter, non foris stetis, vbi sunt hostes. Dicit ergo, Intrate portas eius in cõfessione. Et aduerte, ꝙ per portas intelligit confessionem, quia sicut in porta est initium domus, sic cõfessio est principium salutis. Et ista confessio criminis & continet confessionem laudis, quia & nostra accusatio ad laudem pertinet ignoscentis. Et ideo post confessionem statim adiungit & laudem, dicens, *Atria eius in hymnis: confitemini illi*. Et ad istum intellectum hunc passum sic exponit gl. dicens, *Introite portas eius in con-* D *fessione*. In portis initiũ est, & confessio peccatorũ, de qua hic agitur est, à qua incipimus ad misericordiam intrare. Et sic est sensus, Intrate portas eius, s. misericordiæ, in confessione, idest, à confessione incipite ad misericordiam Dei intrare, non à vobis factis: laudate eum, à quo facti estis, vos accusando, quia & uestra accusatio ad laudem spectat ignoscẽtis. Et cũ intraueritis in atria eius, i. in amplitudinẽ cœlestis beatitudinis, gratiæ plenitudine percepta, cõfitemini illi in hymnis

Cõfessio est principium salutis.

hymnis, i. in laudibus. q. d. Cum intratis, vos per confessionem accusate, cum autem intraueritis, ipsum laudate. Sed quia hic agitur de confessione criminis, notandũ ꝙ confessio fieri debet de proprijs peccatis, non de alienis, quia seipsum accusare debet, & non alium. Sicut & vulneratus curari desiderans sua vulnera ostendit medico, & non aliena. Sic enim Psalmista confiteri docet, d. Dixi cõfitebor aduersum me iniustitiam meã domino. Vbi docet confitentem se accusare non excusare, d. Confitebor aduersum me, docet aliena peccata tacere, & solum propria confiteri, d. Iustitiã meã, scilicet, non alienam. Contra hoc multi facientes in confessione seipsos excusando, peccata profitẽtur aliena, & tales venia non sunt digni. Sic fecit Adam, qui de peccato suo requisitus à domino, seipsum excusans peccatum vxoris protulit, dicens, Mulier quam dedisti mihi sociam, dedit mihi & comedi. Similiter & mulier peccatum dæmonis cõfessa fuit, d. Serpens decepit me, & comedi. Nõ sic fecit Magister pincernarum Pharaonis, qui peccatum suum confessus est, & non alienum, dicens, Confiteor peccatum meum. Et in figura huius dicitur Ios. 7. Dixit Iosue ad Acham, qui fuerat furatus pallium coccineum, ducentos siclos argenti, & virgam auream, Fili, da gloriã Deo, & cõfitere, & indica mihi quid feceris. Ad cuius euidentiam sciendum, ꝙ Acham, qui interpretatur peruertẽs, significat peccatorem, qui peccãdo peruertit ordinem diuinæ iustitiæ, dum peccando seipsum Deo pręponit, & dilectionem creaturæ dilectioni creatoris. Vnde de peccatoribus sub nomine peruersorũ dicitur, Generatio praua, & peruersa est & infideles filij. Hic igitur talis peccator furatur pallium coccineum, &c. Color enim coccineus, qui est color rubeus, significat charitatem, vt ait glo. Exod. 25. Quæ scilicet charitas ad modum pallij omnia turpia, & peccata operit. Pro. 10. Vniuersa delicta operit charitas. Argentum autem, quod est album, & sonorũ, significat eloquentiam honestam, & diuinorum: iuxta illud Psal. 11. Eloquia domini argentum igne examinatum, &c. Virga autẽ aurea significat pietatis opera, quibus suis subuenit indigentibus, vt

Cõfeßio debet fieri de peccatis proprijs, nõ de alienis.

Psal. 31.

Genes. 3.

Genes. 40.

Deut. 32.

E expressè figuratur in virga Assueri, quã extendebat in signum clementiæ. Hester 4. Hæc autem tria sic se habent, ꝙ charitas stat in mente, eloquium in ore, sed pietas in opere. Acham ergo, idest, peccator furatur pallium coccineum, dum peccat corde. Furatur argentum, dum peccat ore. Furatur virgam aureã, dum peccat opere. Cuilibet ergo tali loquitur Iosue, qui saluator interpretatur, idest, Iesus Christus, dicens, Fili, da gloriam Deo, & confitere. Et modum confessionis subdit, dicens, Et indica mihi, quid feceris. q. d. indica peccata, quæ

F fecisti, & non aliena. Sed dices, Nunquid aliquando licet aliena peccata in cõfessione dicere? Dico ꝙ sic, non ad sui excusationem, sed magis ad accusationem & sui peccati declarationem. Aliquando enim tale est peccatum, quod declarari nõ potest, nisi narrato peccato alterius. Verbi gratia, quis cognouit matrem, ipsa volente, talis enim non potest declarare peccatum suum, nisi dicat & peccatum matris. Qui aũt aliena peccata vult exprimere ad sui excusationẽ, talis suũ peccatum in Deum videtur impingere, quod omnino iniustũ est. Quod expres-

G sè ostendit gl. super illud Psal. 31. Dixi, confitebor aduersum me, &c. d. Multi enim confitentur iniquitatem suam, sed aduersus Deum, &c. vide suprà ver. 471. Dicant ergo illi potius, domine miserere mei, sana animam, quia peccaui tibi. Ita clamat æger ad medicum, d. Cum libero arbitrio me creauit Deus. Ideoque, si peccaui per meipsum peccaui, non fatum, non fortuna, non diabolus me peccare coegit, sed ego volũtariè persuadẽti consensi. Et sic proprium peccatum confiteatur, non excuset. Vnde præcipitur. Num. 5. Vir, siue mulier cum fece-

H rint ex omnibus peccatis, quæ solẽt accidere hominibus, &c. confitebũtur peccatum suum, scilicet, non alienum.

Quæstio. Not. quo aliquis potest cõfiteri peccatum alterius in confessione.

Laudate nomen eius, quoniam suauis est Dominus, in æternum misericordia eius: & vsque in generatione, & generationem veritas eius. 1692

HIc hortatur ad dictam confessionem criminis faciendam, ostendẽs quòd omnibus liberè patet. Et hoc est, quod

quod dicit: *Laudate nomen eius*. Laudat A peccator nomen domini, quando seipsum confitendo accusat: quia, vt dictum est, confessio criminis est ad laudem Dei misericorditer indulgentis. Non enim est Deus ita peccatori iratus, quin per confessionem statim dulcescat. Vnde subditur. *Quoniam suauis est dominus*: vt statim misereatur. Vnde *in aeternum misericordia eius*, quia hic à culpa liberat, & in futuro coronat. Et quia fideliter omnib. adimplet promissa, ideo subditur, *Et vsque in generatione, & generationem veritas eius*. Generatio enim est duplex, scilicet, in praesenti, quae pa- B rit mortales, & altera coelestis, quae parit aeternos. Et in vtraque est veritas eius complens promissa. Sed hic est vnum dubium. Cum quis volens alicuius nomen honorare, & laudabile, ac famosum reddere, ipsum conatur multis imponere, sic enim pater filio imponit nomen sui patris, & huiusmodi. Cum ergo tota scriptura nos prouocet ad laudem, & honorem nominis Iesu Christi, vt hic, *Laudate nomen eius*. Quare ergo nomé Iesu Christi in baptismo aliquibus non imponitur, cum tamen nomen matris eius, scilicet, Maria, multis imponatur C mulieribus? Ad hoc respondetur, quòd ideo nomen Christi Iesu nulli in nouo testamento imponitur, ne hoc nomen ab aliquo sic nominato per peccatū aliquod deturpetur, vel vilipendatur. Nomen verò matris potest imponi, quia si aliqua mulier vocata Maria peccet, non ad Mariam matrem domini refertur vilipensio nominis, sed ad alias mulieres hoc nomine vocatas, quae ipsum nomen deturpauerunt. A tribus enim mulieribus istud nomen Maria mirabiliter fuit vituperatum. Primò à Maria sorore Moysi, quę ipsum deturpauit per super- D biam, & murmurationem. Secundò à Maria matre Ioannis, & Iacobi, quae ipsum deturpauit per auaritiam, & cupiditatem, Christo dicens, Dic vt sedeant hi duo filij mei, &c. Tertio à Maria sorore Lazari, quae ipsum deturpauit per luxuriam, & carnalem delectationem. Luc. 7. Ecce mulier, quae erat in ciuitate peccatrix, &c.

Iesu Christi nomen quare nulli imponitur.

Maria nomen ab aliquibus fuit deturpatū.

Num. 12.

Matth. 20.

PSAL. C.

MIsericordiam, & iudicium cantabo tibi, domine. 1693



TITVLVS huius Psalmi est, *Psalmus ipsi Dauid*. Ex titulo apparet auctor Psalmi, scilicet, Dauid, sed non apparet materia. Quantum ergo ad materiam Psal. sciendum, q secundum literā Dauid quando post multas persecutiones vidit se à Deo liberatum, & ad regnum assumptum, atque stabilitum, vt dicitur 2. Reg. 5. Cognouit ergo Dauid, q Deus confirmasset eum regem super Israel, tunc Dauid firmiter in corde suo deliberauit vti benè potestate regia. Et quia duae sunt praecipue virtutes regiae, scilicet, misericordia, & iustitia, vt dicit Isidor. 9. Etym. Ideo firmiter proposuit istas duas habere virtutes: vt, scilicet bonis esset pius, & misericors, malis autem iustus. Et de istis promissionē fecit Deo ista se obseruaturum. Et tunc promittēdo, fecit hunc Psal. d. *Misericordiam, & iudicium cantabo tibi, domine*. Deo enim modulantius cantamus operibus bonis quàm vocibus. Per ista autem voluit Dauid duplicem Christi aduentum demonstrare futurum, s. aduentum in carnem, qui fuit misericordiae, & aduentum ad iudicium, qui erit iustitiae. Primus inducit nos ad spem veniae, vt lapsi surgāt à culpa. Secundus nos ducit ad timorē diuinae iustitiae, ne cadant in gratia stantes. Ista enim duo sunt causa prosecutionis omnis boni, & vitationis omnis mali. Et hoc est, q hic ait gl. Hic Psalmus est centesimus, & ideo sicut centesimus est perfectus numerus, sic iste Psalmus continet, & docet normam perfectae sanctitatis. Hic enim docemur bonum appetere per misericordiā, mala fugere per iustitiam, in quibus consistit perfecta cōuersatio vitae. Et quia omne bonum nostrum procedit à Christo, ideo iste Psalmus, qui perfectum docet esse hominē, Christo attribuitur. Est ergo sensus tituli talis. *Psalmus ipsi Dauid*, i. iste Psal. attribuitur ipsi Christo, vt hoc totū, quod hic docemur virtutibus Christi applicetur. Sic ergo agit Psal. iste de misericordia,

Isidorus.

dia, & de iudicio Dei, sub misericordia, & iudicio ipsius Dauid. Quantum ad literam iste Psalmus habet tres partes, quia primò ostenditur qualiter Dauid deuotè se habuit circa Deum: secundò qualiter mundè erga seipsum: ibi, *Perambulabã*, Tertiò qualiter iustè quo ad subditum sibi populum: ibi, *Nõ proponebam*. Prima in duas: quia primò ostẽdit deuotionis materiã: secundò deuotionis formã, quæ, s. est discretio operationis, ibi. *Psallam*. Insimul tractabo literam cum sensu prophetico. Quãtum ergo ad sensum literæ ostendit deuotionis suæ materiam erga Deum, d. *Misericordiam, & iudicium*, &c. Materia enim nostræ deuotionis est, vt recognoscamus Deum misericordem, & iustum, misericordem, bona conferendo, iustum, mala puniendo. Dicat ergo *misericordiam, & iudiciũ*, &c. q. d. *Cantabo tibi*, i. laudibus extollam misericordiam tuam, & iudicium tuũ. Misericordiam, quia me gratiosè a multis liberasti periculis, & gratiosè ad regnum promouisti, & in illo me confirmasti. Iudiciũ, quia Saulem, & domum eius propter ipsorum demerita abiecisti. Et per ista verba vult Dauid ostendere, q; omne nostrum bonum, & prosperitas est ex Dei misericordia, omne autem malum pœnæ, vel aduersitatis est ex Dei iustitia: quia mala nobis immittit iustè propter peccata, bona nobis misericorditer tribuit præter merita nostra, vide sup. versic. 1587. Per ista enim verba stantes terret per iustitiam, ne cadant, iacentes verò per misericordiã hortatur vt surgãt. Vnde hic dicit gl. Nemo de Dei misericordia præsumat impunitatem, quia est ei iudicium, & nemo mutatus in melius iudicium timeat, quia præcedit misericordia. Hæc enim semper simul in eo sunt. Deus. n. nec in bonitate misericordiæ perdit iudicij seueritatem, nec in iudicando cum seueritate amittit misericordiæ bonitatem. Sed & per tempora hæc duo distinguuntur s̃m effectus. Misericordia enim nũc omnibus offertur, & multipliciter exhibetur, iudicium aũt in futuro. Hic enim est tẽpus misericordiæ, cum Dei patientia peccantes ad pœnitentiam adducit, & bonis, & malis tẽporalia bona præstat. In futuro aũt tempus iudicij, cum vnicuique s̃m merita

Misericordia & iudiciũ à peccatis nos præseruant.

E reddet. Hæc duo mutua societate sibi iunguntur. In his duobus breuiter includit omnia opera Dei. Tamen nota quòd ista duo, scilicet, misericordia Dei, & iudicium à nobis secundum status diuersitatem diuersimodè consideranda sunt, quia existentes in gratia iustitiam considerare debent, & non misericordiam qua faciliter parcit. Existentes verò in peccato considerare debent, non iustitiam, ne desperent: sed misericordiam, qua redeuntes liberaliter recipit. Et hoc est, quod dicit Gregor. Pius quippe ac iustus est conditor noster &c. vide *Gregor. 33. mor. c. 15.*
F versic. 369.

Psallam, & intelligam in via immaculata: quando venies ad me. 1694

Hic ostendit suæ deuotionis formã. Vbi notandũ q; quamuis dona gratuita Dei etiam malis dentur, inter quæ est donum prophetiæ, quia mali etiã aliquando prophetizãt, sicut fecit Caiphas prænuncians vtilitatem mortis Christi, d. Expedit, vt vnus homo moriatur pro populo &c. Tamen in hoc est differentia *Ioan. 11.* inter bonos & malos spiritum prophe-
G tiæ habẽtes, quia boni intelligunt, quod prædicunt, mali autem non intelligũt, quod prophetizant, sicut Caiphas non intellexit, quæ spiritussanctus per eum loquebatur, sed boni intelligunt intellectum spiritus in ijs, quæ proferunt. Et hoc est, quod hic ait Psal. *Psallam*. i. cum hilaritate benè operabor. Et sic existens in via immaculata, s. viuens sine peccato intelligam, quando venies, ad me, scilicet per spiritum propheticum mihi reuelando secreta tua. Et notandum quòd prophetæ quamuis sint boni, & in statu gratiæ, non tamen semper adest eis spi-
H ritus propheticus, sed quandoque ab eis recedit, quandoque ad eos venit, sicut ostendit Greg. super Ezechielem ho. 1. de Nathan propheta, dicens, Nathan etenim prophetam sanctum virum fuisse quis nesciat, qui Dauid regem, & de culpa apertè reprehendit, & quæ ei pro culpa eadem essent vẽtura, nunciauit. Quẽ tamen dum idem Dauid, quia templum Deo vellet construere, requisisset, illico respondit, Omne, quod est in corde tuo, vade & fac, quia dñs tecum est. De quo illic

Prophetis non semper adest spiritus propheticus.

Greg. super Ezechiel.

illic statim subditur, Factum est autem A in nocte illa, & ecce sermo domini ad Nathan, dicens, Vade, & loquere ad seruum meum Dauid. Hæc dicit dominus Deus, Non tu ædificabis mihi domū ad habitandum, sed, cum completi fuerint dies tui, & dormieris cum patribus tuis, suscitabo semē tuum post te, quod egredietur de utero tuo, & firmabo regnum eius, ipse ædificabit mihi domum. Ecce Nathan propheta, qui prius dixerat regi, vade, & fac, ipse postmodum per prophetiæ spiritum hoc fieri non posse denuncians filium regis hoc facturum prædixit. Quia quod de suo spiritu dixerat, B falsum fuisse deprehendit per spiritum prophetiæ, qui ad eum uenit &c. Ex quibus patet, ꝙ quando Nathan primò dixit regi, omne, quod est in corde tuo, vade, & fac &c. ꝙ tunc spiritum prophetię non habebat, qui sequenti nocte uenit. Et hoc est, quod hic Dauid ait, dum ero in uia immaculata, idest, in statu gratiæ, intelligam, quando uenies ad me. s. per spiritum propheticum. Vel hoc potest intelligi de aduentu Christi in carnem, vel ad iudicium. In carnem enim uenit si ne peccato, vixit sine peccato, transiuit ex uita ista sine peccato. Et hoc est ꝙ C ait; *Psallam*, & sic intelligam quando uenies ad me, scilicet, carnem assumendo immaculatam. Vel per uiam immaculatam, qua uenit ad nos, intelligitur Virgo Maria. Si autem de aduentu ad iudicium intelligitur, sciendum, ꝙ tunc sancti uidebunt Christi diuinitatem, per quā omnia cognoscent in uerbo, non autem mali. Et sic est sensus, *Psallam*, idest, cum hilaritate bona operabor, & hic existens in uia immaculata, quando uenies ad me iudicandum intelligam, idest, omnia intelligam, quia uidebo uerbum in quo omnia relucent. Quid enim est quod nō D intelligit qui uidentem omnia uidet? quasi nihil, vt ait Gregor. lib. 2. mor. c. 3. Hic appone origi. 1086. & applica.

Aduentus Christi duplex, scilicet in carnem & ad iudicium.

1695 ***Perambulabam in innocentia cordis mei in medio domus meæ.***

OStendit Psalm. qualiter mundè se habuit ad seipsum. Cum enim vita regis sit quoddam speculum, & quædam regula subditorum, quæ imitanda proponitur, si uita regis fuerit munda, faciliter ad munditiam trahit subditos, similiter si maculata, faciliter eius exemplo maculantur & subditi. Et hinc est, quòd reges, & prælati peccantes, non solum pro peccatis suis merentur puniri, sed etiam pro peccatis subditorum, quæ illis imputantur. Vnde dicitur. 11. q. 3. præcipuè. Vnde vt ait beatus Greg. Scire etenim prælati debent, quòd, si peruersa unquam perpetrant, tot mortibus sunt digni, quot ad subditos perditionis exempla transmittunt. Vnde necesse est, vt tanto cautius se a culpa custodiant, quantò per praua quæ faciunt, non soli moriuntur. Et ideo Dauid uidens se regem, & aliorum dominum, studuit mundam uitam ducere. Et hoc est, quod ait, *Perambulabam in innocentia cordis mei*, i. in puritate conscientiæ meæ: *In medio domus meæ*, s. cordis. q. d. multo plus innocentiā extra seruaui. Quia magni homines principes, & reges magis sunt sollicitì seruare honestatem inter extraneos, quàm inter domesticos, & plus sollicitantur de exteriori honestate quàm de interiori. Sed forte dices. Quomodo Dauid se dicit perambulasse in innocentia, cum tamen scienter, & ex malitia multa enormia peccata commiserit, vt dictum fuit versic. 54. Innocentia autem omne peccatum excludit. Quod patet. Innocens componitur ex in, quod est non, & noceo, es. Omne autem peccatum nocet. Et sic nullus peccator innocens dici pōt. Dicendum, ꝙ duplex est innocentia. s. quædam concreata, vt est innocentia angelorum beatorum, quæ nunquam peccatum admittit. Et sic Adam ante peccatum fuit innocens. Alia est innocentia recuperata. s. quando peccator à peccato purgatur per sacramentum baptismi & pœnitentiæ. Primam innocentiam nūquam habuit Dauid, sed secundam, quia per pœnitentiam absolutus fuit à peccato, vt psal. 50. Et ꝙ generaliter loquendo de prima innocentia, vel secunda, nullus plenè innocens dici potest præter Christum. Quoniam, vt dictum est, innocens idem est, ꝙ non nocens. Et in hoc differt Christus ab alijs sanctis, quia alij faciēdo mirabilia sua, vel orationes suas aliquibus nocebant, Christus nulli unquā nocuit, sed omnibus profuit. Act. 4.

Gregor.

Quæstio.

Innocentia multiplex.

Innocēs pro priè solus Christus dicitur.

Qui transiuit benefaciendo, & sanando omnes oppressos à diabolo: quoniam Deus erat cum illo. Alij autem sancti à Christo ét multotiens alios offendebāt, saltem corporaliter in suis portentis, & mirabilibus, ut patet de Moyse. Ad cuius orationem aperta est terra, & deglutiuit Dathan, & Abiron. Nu. 16. De Helia, ad cuius preces ignis descendit de cęlo: & consumpsit duos quinquagenarios cum centum viris. De Helisæo ad cuius preces egressi sunt duo vrsi de saltu, & lacerauerunt quadraginta, & duos pueros, qui insultabāt ei. De Petro, ad cuius verbum Ananias, & Saphira expirauerunt ad pedes eius. Christus omnibus benefaciendo, nunquā alicui nocuit: quinimò quando virtutem suæ punitiuæ iustitiæ ad terrorem peccatorum volebat ostendere: hanc exercebat non in hominibus sed in bestijs. vel arboribus, vt patet quādo ad Christi imperiū grex porcorum præceps ruit in mare. Matth. 8. Et arbor ficus cōtinuò arefacta fuit. Matth. 21. Vnde Chrysost. super Matth. Christus maledixit ficui, & arefacta est continuò. Quod fecit, vt discipuli scirēt ipsum malos posse punire. Quia. n. vbiq; sua beneficia tribuebat: nullumq; puniebat: oportebat etiam eum suæ punitiuę potestatis demōstrationem præbere, vt discerent, quòd poterat etiam Iudæos persequentes siccare, noluit autem hoc demōstrare in hominibus: vnde in planta suæ potestatis punitiuę præbuit signum, &c.

4. Reg. 1.

4. Reg. 2.

Act. 5.

Chrysost.

1696 *Non proponebam ante oculos meos rem iniustam: facientes præuaricationes odiui.*

Hic ostendit Dauid consequenter suam iustitiā erga populū. Et quia in populo aliqui sunt mali, & aliqui boni: ideo primò ostendit quomodo se habuit erga malos, secundò quō erga bonos: ibi, *Oculi mei.* Prima pars diuiditur in quatuor partes: secundum q quatuor peccatorum genera specialiter nominat quæ persequebatur, & odiebat, quia primo legis præuaricatores odiebat, secundò inuidos malignantes reprobabat, ibi, *Non adhæsit*, tertiò proximorum detractores puniebat, ibi, *Detrahentē*, quartò superbos, & auaros fugiebat: ibi. *Superbo oculo*. Quantum ad primum sciendum, quòd secundum Grammaticos prę uarico, cas, componitur ex præ, & varico, cas, varicare autem idem est q claudicare, vel curue incedere: quod sic dicitur à quadā vena intrinseca, quæ si læditur, statim reddit hominem curuum, & claudicantem. Et sic præuarico, cas, idem est quod præ alijs varicare & claudicare. Et quia maxima claudicatio est, quæ fit mēte circa legem Dei, ideo varicatio accipitur pro transgressione legis, & preceptorum. Et sic præuaricare est præ alijs legē Dei transgredi, & præuaricator dicitur talis transgressor, & præuaricatio talis transgressio. Quid est ergo facere præuaricationes, nisi facere opposita legis per quæ lex transgreditur? Et sic qui furatur, qui idololatrat, qui aliquo peccato transgreditur legem, ille facit præuaricationem, talis autem rem facit iniustam. Et tales Psalmista odio habebat, de quibus nunc ait, *Non proponebam ante oculos*, scilicet, mentis: quia non diligebam rem iniustam, s. illa peccata, per quæ lex trāsgreditur: immo *facientes præuaricationes odiui*, i. legis pręuaricatores. Et istud odiū est perfectum, & laudabile, vide de odio multiplici vers. 303. Et aduerte, quòd dicit, *Non proponebam ante oculos meos rem iniustam*. In oculo. n. corporali signum datur amoris, quia si aliquā rem frequēter oculus videre cupit: signum est quòd illam diligit. Vnde dicit Philosophus de regimine principum ad Alexandrum, Si videris hominem frequentantem in te visum, & suspirantem: hic te diligit. Sic & eodem modo, qui delectabiliter, & frequenter aliquid ponit ante oculos mentis signum est, q illam rem diligit. Et per oppositum, illud, quod ante oculos mentis non vis ponere, illud odio habes. Et ideo Psalmista ait, *Non proponebam ante oculos meos rem iniustam*, &c. Et ideo oculi tam mentis quàm corporis cautè sunt custodiendi, vide vers. 1261.

Præuaricatio quid est.

Oculus signum dat amoris.

Aristot.

Non adhæsit mihi cor prauum, declinantem à me malignum non cognoscebam. 1697

Hic inuidos, & malignantes reprobat. Vbi nota, quòd malignus idem est, q malo igne ignitus, vide supra vers.

Inuidia est peior ignis. versi. 566. Quis autem peior ignis inuidia, quæ ex bonis alterius propriā substantiam comburit? Qui autē tales malignos approbat vel diligit, cor tortum habet, & prauum, quia ad vitia inclinatum. Et tale cor Psalm. à se excludit, d. *Non adhæsit mihi cor prauum.* Cor autem qualiter multipliciter dicatur prauum, vide versi. 1288. qui autem cor prauum non habet, malos non approbat. Et hoc est, quod subdit. *Declinantem à me malignum non cognoscebam.* Declinat quis ab alio, quando ipsum, & eius exempla non imitatur, quando ipsum odit, quādo per inuidiam ei æmulatur. Et hoc est quod ait, *Declinantem à me malignum,* s. non me imitantem, sed magis per inuidiam odientem: *hunc non cognoscebam* i. nō approbabam. Cognoscere enim aliquū stat pro approbare, sicut nō cognoscere pro reprobare, vel non approbare. Sic enim dicebat Christus fatuis virginibus, Amē dico vobis: nescio vos. i. nō approbo, sed magis reprobo. *Matth. 25.* Notandum, q̄ ne cor nostrum sit prauum, illud Deo debemus offerre liberaliter, integraliter, & perpetualiter, vide ver. 1208. *Cor prauū dicitur cor obstinatū.* Vel cor prauum dicitur cor induratū, & obstinatū in malis. Et tale debet virtute pietatis emolliri. Nam vt dicit magister de proprietate. Cor est quædam substantia carnea dura. Sic mysticè cor durum dicitur, q̄ caret emollitie pietatis, de quo dicitur Iob 41. Cor eius indurabitur quasi lapis. *Bernard.* Vnde Bernar. lib. de consideratione ad Eugenium, dicit, Quæris quid est cor prauum, & cor durum? Solum enim cor durum & prauum est, quod semetipsum non sentit. Quid me interrogas? Interroga Pharaonem. *Nūquid sit cor durum.* Quid est ergo cor durum? Ipsum est, quod nec compunctione scinditur, nec pietate emollitur, nec mouetur precibus: minis non cedit, flagellis induratur, ingratum est ad beneficia, ad consiliā infidum, ad iudicia sæuum, inuerecundum ad turpia, impauidum ad pericula, inhumanum ad humana, ferū ad diuina, præteritorum obliuiscens, præsentium negligens, futura nō præuidēs. Ipsum est cor durum & prauum, cui præteritorū præter solas iniurias nihil omnino præterit, præsentia non attendit: futurorum nulla nisi forte ad vlciscendum prosp ectio, siue præparatio est. Et

A vt in breui cuncta horribilis mali mala complectar, ipsum cor durum est, quod nec Deum timet, nec hominē veret &c. Tale fuit cor Pharaonis, de quo Exod. 7. *Cor Deus indurat & quomodo. Exo. 7.* Induratum est cor Pharaonis, & non audiuit eos, sicut præceperat dominus. Sed mirabile est, q̄ istam prauitatem, vel duritiem cordis facere Deus in nobis dicitur. Vnde dominus dixit Moysi, Ego indurabo cor eius &c. Sed hoc sic intelligi debet, nō quòd prauitatem, & duriciem cordis vitiosam Deus faciat, sed quia fa cit signa, & mirabilia, quibus visis, cor emolliri deberet, sed ex illis sua malitia B deterior efficitur. Vnde Origenes expo nēs dicta verba, ego indurabo cor eius, dicit, Assiduè Deus dicit, indurabo cor eius, & multiplicabo signa tanquam necessaria fuerit induratio cordis Pharaonis, vt signa multiplicarentur. Vtitur ergo Deus bene cordibus malis ad id, q̄ vult ostendere bonis, vel quod facturus est bonis. Et quamuis cuiusque cordis in malitia qualitas, i. quale cor habeat ad malū, suo fiat cordis vitio quod inoleuit ex arbitrio volūtatis, ea tamē qualitate mala vt huc, vel illuc moueatur, cū huc, siue illuc malis moueatur causis, sit, qui- C bus animus propellitur, quæ vt existant, vel non, non est in hominis ditione, sed venit ex occulta Dei prouidentia iustè, & sapienter omnia, quæ creauit, disponentis, & administrantis. Vt ergo tale cor prauum, ac durum habeat, quòd patientia Dei non mouetur ad pietatem, vitij propriè fuit: q̄ vero ea facta sunt, quibus cor suo vitio tam malignum resisteret iussionibus Dei (hoc est enim, q̄ dicitur, induratum, quia non flexibiliter consentiebat, sed inflexibiliter Deo resistebat) diuinæ dispositionis fuit, quia tali cordi euidēter iusta pœna parabatur: D qua timentes Deum corrigerentur, proposito eis lucro. V. g. Propter hoc q̄ homicidium committitur, alter auarus, alter pecuniæ contemptor mouetur, ille ad facinus, scilicet perpetrādum, ille ad cauendum, lucri tamen propositio in eorum potestate non fuit. Ita causæ venūt malis, quæ non sunt in eorum potestate, sed hæ de illis faciunt, quales inuenerūt iam factos proprijs vitijs ex propria voluntate. Potest etiam sic accipi, indurabo cor eius, i. quàm durum sit cor eius,

demõstrabo. Et ideò quia prauitas, & duricies cordis nõ à Deo, sed à propria malitia procedit, pœnam meretur æternã. Eccl. 3. Cor durum malè habebit in nouissimo. Istud autem cor durum pietatè diuina debet emolliri, quod multotiens mollificatur per aduersa, teste Iob de se ipso dicẽte, Deus emolliuit cor meũ. Et statim modum subdit, d. Et omnipotens conturbauit me. Quod .n. cor tam durũ, quod timore aduersitatis æternæ non emolliatur? Vnde Greg. exponens prædicta verba d. Diuino munere cor durũ molliri dicitur, quia superni iudicij timore penetratur. Molle enim est, quod penetrari potest, durum aũt, quod penetrari non potest. Qm̃ per Salomonem dicitur, Beatus homo, qui semper pauidus est, qui verò mẽtis est duræ, corruet in malum. Virtutem ergo suæ fortitudinis, nõ sibi, sed auctori attribuit, qui ait, Deus molliuit cor meum, & omnipotẽs conturbauit me. Non autem secura, sed conturbata sunt corda bonorum, quia, dũ futuri examinis pondus considerant, quietem hic habere non appetunt: securitatem suam districtionis intimæ consideratione perturbant. De isto ergo corde prauo, & duro, dicitur Hier. 17. Prauum est cor hominis, & inscrutabile.

Iob 23.

Gregor. lib. 16. mora. c. 20.

Prouer. 28.

1698 *Detrahentem secretò proximo suo, hunc persequebar.*

Detractio multiplex.

HIc ponitur tertiũ peccatum, s. detractionis, quod Dauid odiebat. Ad huius peccati notitiã habẽdam sciẽdum, q detractio est triplex in scriptura, s. detractio sanctitatis, qua à corde stultorum culpa trahitur. Prou. 21. Cogitat iustus de domo impij, vt detrahat a malo. Detractio æquitatis, qua pœnis vita malorum traditur. Esa. 14. Veruntamẽ ad inferos detracta est superbia tua. Detractio prauitatis, qua verbis iustorũ fama læditur. Ia. 4. Nolite detrahere alterutrũ &c. vide sup. ver. 629. Et quid sit detractio, & vtrum detrahens semper teneatur famam restituere. vide ver. 828. Et quòd omnis detractor est inimicus versi. 1594. Et quia istud detractionis vitium est maximè detestandum, ideo hoc magis declarans, noto quòd antiqui mortales istud vitium per coruũ figurabant,

Detractio figuratur per coruum.

E & mirabilem imaginem ei faciebãt. Primum ideo, quia conditiones corui videtur habere. Nam, vt docet experientia, coruus est auis iniquitatis furtis assueta. Loquacitatis linguis variata. Dolositatis vulpi sociata. Malignitatis bonis inimica. Impietatis pullis indurata. Damnabilitatis dijs dedicata. Quæ omnia vitium detractionis continet. Imaginem aũt detractionis taliter figurabant. Erat enim imago hominis existentis in equo pallido, qui in manu flagellum gestabat, in quo quinq; versus scripti erant. Primus, famam furor, qua melius manet in hoĩe nihil. Secũdus erat, varijs armatus

Detractionis imago.

F gladijs mores oẽs lacero linguis. Tertius erat, dolo dolens semper volo, cunctos decipere volo. Quartus erat, lędere volẽs alios, me dolo perimo meo. Quintus erat, me verbis perimens primo, corde nulli parco secundo. Quæ breuiter deduco. Primò coruus est auis furtis assueta. Vnde 12. de propriet. re. dr, q coruus est auis dolosa, res furtiuè subtrahẽs & subtractas abscõdens. Sic & detractor furatur aliorum famam. Multi .n. videntes, q proprijs meritis laudes nõ pñt acquirere, conantur alios per detractionẽ

Detractor comparatur coruo ĩ multis.

G diffamare, vt saltẽ respectu illorũ quos se peiores esse alios faciũt credere, ipsi boni reputẽtur. De quibus ait Hiero. in epist. Vilium hominum detractorum, & suam laudem quærentium est, alios facere viles, vt in comparatione aliorũ laudari possint, & quo suo merito placere non pñt, placere volunt comparatione aliorũ aliàs peiorũ. Et hinc est, q detrahere est famam alterius furando rapere. Ex hoc apparet huius peccati grauitas, quia quanto res ablata est preciosior, tãto illius furtum grauius est peccatum. Quæ aũt res in hac vita gloriosior, alias

H preciosior, q̃ fama potest haberi? Certè nulla, teste sapiente Prou. 22. Melius est nomẽ bonum, q̃ diuitiæ multæ. In cuius signum antiqui cætera oĩa spernebant, imò et mori non dubitabant, vt sibi nominis famam acquirerent. Sic agebant Romani, quia vt d. Augu. 5. de ciui. Dei. Ipsi pro fama acquirẽda suum viuere ordinabant, pro hac mori nõ timebant, aurum, diuitias, luxuriam, cæterasq; mũdi cupiditates spernebãt. Sic & in scriptura sacra fecit Eleazar ille, de quo 1. Mac. 6.

vt acquireret sibi nomen, se dedit periculo mortis. Quod tanti sapientes non fecissent, nisi boni nominis fama gloriosissima res esset. Et ideo quia melior est fama omni alia temporali substãtia, grauissimum vitium est detractio, quæ hãc furatur. Vnde. 6. q. 1. deteriores, dicitur. Deteriores sunt detractores, qui nostrã vitam, famamq; detrahendo corrũpunt, quàm qui substantias aliorũ, prædamq; diripiũt. Et ideo subditur, Quia illi ea, quæ extra nos sunt, licèt nostra sint, auferunt, detractores verò nosipsos diripiunt. Et ideo quia detractor sicut coruus furatur, dicitur Iob 19. Venerunt latrones, fecerunt sibi viam per me, & cũ recessissem ab eis, detrahebant mihi. Secundò coruus est auis loquacitatis &c. quoniam vt dicitur lib. 21. de proprieta. re. Coruus est auis clamosa, diuersas formans voces. Sola enim inter aues sexagintaquatuor mutationes vocis habet. Sic & detractor est linguis variatus, quia in nullo statu quis quantumcunque sanctus potest esse, quin detractor inueniat modum ad sibi detrahendum. Quod declarans Bern. in serm. d. Si pauper es, detractor statim te vilem, & abiectum prædicat. Si diues, ambitiosum, auarum, & cupidum. Si affabilis, dissolutum. Si prædicator, uel doctor, humani honoris, & fauoris quæsitorem. Si tacens, inutilem. Si ieiunans, hypocritam. Si comedens, uoracem. Et tales detractores in Pharisæis figurãtur, de quibus dicit Christus Matth. 11. Venit Ioannes non manducans, neque bibens, & dicunt, dæmoniũ habet. Venit filius hominis manducans, & bibens, & dicunt, ecce uorator, potator uini, & peccatorum amicus. Et ideo detractores omni genere linguarũ parati ad detrahendum, figurantur per serpẽtem illum, qui cerastes dr̃, qui ẽm Magistrum de proprie. lib. 18. nocere uolens homini, pro omnes uias, & semitas ei ponit insidias, ut suo ueneno ipsum interimat. Sic verè facit detractor, quia ad omnem statum, ad quem ut bene facias, te uertas, semper nouo loquendi genere tibi parat insidias. Vnde de talibus dicitur Deute. 32. Dentes bestiarum immittam in eis cum furore trahentium, idest, detrahentium super terram, atque serpentium. Vnde Psal. 108. Os peccatoris su-

Magister de propriet. re.

A per me apertum est. Sequitur. Pro eo ut me dirigerẽt, detrahebant mihi, ego autem orabam. Tertiò coruus est dolositatis &c. Vnde habet quasi quandam dolositatem, & connaturalem amicitiam cũ vulpe. Vñ ait Magister ubi suprà, ꝙ coruus est amicus vulpis, vnde pugnat cum alijs bestijs pro vulpe. Sic & detractor quandã naturalẽ amicitiã habet cũ vulpe, quia sicut inter oẽs bestias vulpis est dolosa, & cautelis plena, sic & detractor semper dolos cogitando seu meditando cogitat qualiter detrahendo alterius famam lædere possit. Quia ut melius eis

B credatur, antequam detractionem proferant, multa signa simulata falsa & dolosa præmittunt. De quibus ait Bern. super Can. ser. 24. Detractores quodam simulato uerecundiæ fuco conceptã malitiã quam retinere non possunt, obumbrare conantur. Videas a detractore alta præmitti suspiria, atq; cũ quadam grauitate & tarditate, vultu mœsto, dimissis superciliis, & uoce plangenti egredi maledictionem, & quidem tanto persuasibiliorem, quanto creditur ab ijs, qui audiunt, corde inuito, & magis condolentis affectu q̃ malitiosè proferri. Doleo, inquit

C detractor, vehementer: pro eo, quia diligo eũ, & nunquam potui de hac re corrigere eum, aliàs quidem mihi bene compertum erat de eo istud, sed per me nunquã innotuisset. Et qm̃ per alium res patefacta est, ueritatẽ negare non possum, reuera ita est. Ex quibus patet, ꝙ detractores ad modũ vulpis cautelosi sunt, fictis palliationib. suas detractiones operiunt, ut nõ cognoscant̃. Vñ compassionem prætẽdentes, durissimè mordẽt. Vñ Eccl. 10. Si mordeat serpens in silentio, nihil minus eo habet, qui occultè detrahit pximo suo. Quartò coruus est auis

D malignitatis. Nullum. n. bonũ scit facere sed malũ. Bonis. n. animalibus, & vtilibus multum contrariatur. Vnde dicit Magister ubi suprà, ꝙ coruus pugnat cũ asino & boue, & volat super ipsos, & nocet eis, pungendo eos cũ rostro, & eorũ oculos pũgit. Sic & detractor bonis semper cõtrariatur. Quod patet, quia detractio procedit ex inuidia: ut ostẽdit Ricardus in 7. de Trin. Et Greg. 6. mor. c. 33. Inuidia autem semper nocet, & contrariatur bonis & melioribus, igitur & detractio, imò

imò quod plus est, sibiipsi maximè cótrariatur, & nocet, quia omnia merita & spiritualia bona annihilat. Propter quod dicitur, de consec. dist. 5. nihil. Nihil prodest homini ieiunare, & orare, & alia religionis bona facere, nisi mens ab iniquitate, & lingua à detractionibus coerceatur. Vnde detractoribus dicitur Ps. 108. Induantur, qui detrahunt mihi, pudore, & operiantur sicut diploide confusione sua. Quintò coruus est auis impietatis &c. Quia secundum Magistrum ubi supra, tantæ crudelitatis est erga pullos suos, quòd nunquam eis cibū ministrat, quousque eis pennas nigras, & sibi illos videat similes. Sic & detractor est magnæ crudelitatis, quia non solum cibum socijs, & bonis personis non ministrat, sed etiam eorum viuas comedit carnes. Vnde nō minus peccatum est alijs detrahere, quàm proprijs manibus alienum spargere sanguinem, vt dicitur. 11. q. 3. Imò quilibet detractor homicida censetur. 11. q. 1. in summ. de pœn. dist. 1. homicidiorum. Propter quæ consulit sapiens, Prou. 4. dicens, Labia detrahentia sint procul à te. Sextò coruus est auis dānabilitatis &c. Vnde dicit Magister vbi supra, quòd coruus apud gentiles fuit Apollini consecratus. Sic & detractor dijs gentium, scilicet dæmonibus est dedicatus, quia omnes detractores uicarij sunt diaboli, & ideo tanquam eius uicarij, & successores eius hæredes erunt, scilicet pœnæ infernalis. Ideo dicitur. 2. q. 7. accusatio, quòd omnis detractor flāmis exuretur nec mirum, quoniam summa iniquitas est alteri detrahere. 6. q. 1. in summa. Propter quod dicitur. 1. Petri 3. In eo quòd detrahunt de uobis, cōfundantur, qui calumniant vestram bonam conuersationem in Christo. Si ergo tantum peccatum est detractio, quid mirum, si detractores, à bonis persequi debent? Propter quod dicit Psalmista. *Detrahentem secretò proximo suo, hunc persequebar.*

1699 *Superbo oculo, & insatiabili cordi, cū hoc non edebam.*

HIc Dauid detestatur superbos, & auaros. Si enim ista accipiantur literaliter, superbos, & auaros Dauid fu-

E giebat. Vnde hic ait gl. *superbo oculo*, id est, cum tumido corde, *& insatiabili corde*, id est, cum auaro, cuius cor satiari nō potest. *Cum hoc*, scilicet, vtroque *non edebam*, quia Dauid ad literam consortia talium uitabat, & fugiebat. Vitium ergo superbiæ per oculos manifestat, dicens, *Superbo oculo*: ex eo quia uitium superbiæ per oculos exterius manifestatur, vt ostendit Greg. lib. 16. mor. c. 11. super illo verbo Iob 22. Qui inclinauerit oculos suos, ipse saluabitur. Hoc autem recte dicitur, quia quantum per membrorum ministerium deprehendi potest, pri-

F ma superbiæ ostensio esse in oculis solet. Hinc etenim scriptum est, Et oculos superborum humiliabis. Hinc de ipso superborum capite dicitur, Omne sublime videt oculus eius. Hinc de illa generatione, quæ ei per infidelitatem adhæsit, scriptum est, Generatio cuius excelsi sunt oculi, & palpebræ eius in alta subuectæ. Oculos ergo inclinare, est nullum respiciendo despicere, sed se minorem atque imparem cunctis quos aspicit, æstimare. Hoc idem sententialiter dicit lib. 34. mor. c. 16. Vitium uerò auaritiæ per cor insatiabile ponit, dicens, Et insatiabi-

G li corde, quia cor auari nunquam satiatur, vt ostendit Gregor. super illo uerbo Iob 20. Non est satiatus uenter eius. Vēter quippe iniqui auaritia eius est, quia in ipso colligitur, quicquid iniquo desiderio peruerse glutitur. Liquet verò, quia auaritia desideratis rebus non extinguitur, sed augetur. Nam more ignis cum ligna quæ consumat acceperit, excrescit, & unde videtur ad momentum flamma comprimi, inde paulo post cerni tur dilatari. Cum talibus ergo Dauid nō edebat, quia literaliter ipsorum consortia fugiebat. Potest etiam hoc spiritualiter

H ter accipi. Nam comedere, est cibum sibi incorporare. Ille ergo non comedit cum superbis, & auaris, qui ipsorum cibos sibi non incorporat, vel ponit in mēte, vt puta cibus superbi est præsumptio & uanitas, cibus auari est pecuniæ cupiditas. Ille ergo non comedit cum superbo, vel auaro, qui in suo corde non ponit uanitatē præsumptionis, nec ambitionem cupiditatis, quamuis cum illis temporaliter comedat, & conuersetur. Et istū intellectum hic ponit gl. dicens,

Superbia per oculos primò ostenditur.

Psal. 17.

Iob 41.

Prou. 30.

Auaritia insatiabilis est.

Gregor. 15. mor. c. 10.

Potius

Potius hoc quod addit, *superbo oculo, & insatiabili corde cum hoc non edebam*, spiritualiter accipiendum est. Nam & Iesus cum superbis cõuiuatus est, vt cum Phariseo, quando uenit ad eum Maria peccatrix. Nos quoque abstinemus à conuiuio fratrum notabilium, vt corrigantur. Facimus hoc plerunque propter medicinam, sed cum extraneis multis edimus, vt cum paganis, & cum alijs impijs, & superbis. Quid est ergo quod Psal. ait. *Cum superbo oculo, & insatiabili corde non edebam?* Habet epulas suas cor superbũ, & insatiabile, vnde pascitur, sed non reficitur. Epulæ enim superbi cordis vanitas, epulæ insatiabilis auaritiæ pecunia. Hoc ergo cibo superbiæ, & cupiditatis iustus non pascitur, sed cibo humilitatis, & misericordiæ. Hoc est ergo, cum istis non edebam, idest, non pascebar, non delectabar, epulis superbiç & auaritiç. Istũ textum exponit Ber. contra illos, qui festa Christi celebrant cum pomposo ornatu uestium, & apparatu ciborum, dicens, Videas homines seculares in aduẽtu Christi tanta sollicitudine vestiũ gloriam parare, & ciborum delitias, sed ait Christus, superbo oculo &c. Ac si dicat, Quid tanta ambitione uestes paras in natali meo? Has detestor ego, superbiã non amplector. Quid tanta sollicitudine ciborum copias reponis in tẽpus illud? Damno ego carnis delitias, nõ accepto, plane insatiabilis es corde tanta parans, & ex tam longo tempore. Nam & corpori vtique & pauciora sufficerent, & quæ possent opportunius inueniri. Istum etiã textum aliter exponit Gualfredus, dicens, *Superbo oculo, & insatiabili corde*, &c. Ipsi enim sunt esuriẽtes, & ebrij, quibus non est dominicam cœnam manducare. Insatiabili corde est illud desiderans, vnde nequeat satiari. Quid illud? concupiscentia carnis, & oculorum ambitio sæculi, vniuersa denique vanitas, curiositas, & voluptas. Nõ enim satiabitur oculus visu, nec auris auditu. Sed & qui diligit pecuniam, non implebitur ea, nec voluptuosus illecebra, nec ambitiosus honoribus. Superbo oculo est aliud magnum de se sentiens, & dicens, quia diues sum, & nullius egeo, contraria equidem vitia. Sed inter hæc iter mediũ uirtus tenet. Ipsa est de qua ait dominus,

Corde insatiabilis quis est.

Matth. 5.

A Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur. His conuescitur dominus, & cum eis cœnat, qui aperiunt ei. Nam illorum nauseam, vel innaturalem famem, ideoque inexplebilem detestatur.

Oculi mei ad fideles terræ, ut sedeant mecum, ambulans in uia immaculata, hic mihi ministrabit. 1700

Ostendit hic qualiter se habeat erga bonos. Et primò hoc facit, secũdò iterat suam cum malis displicentiã, B ibi, *Non habitabit.* Sicut enim conuersatio bonorum faciliter malos ad bonum attrahit, sic & malorum conuersatio ad malum. Ex conuictu enim insimul similes mores formantur. Ideo sicut qui conuersatur cũ sancto, sanctificatur, sic qui conuersatur cum peruersis, peruertitur. Et ideo malorum conuersatio est summè fugienda, & maximè clericis, vt cum prauis non cohabitent, sed cum bonis, & fidelibus, & hoc exemplo Dauid dicentis, *Oculi mei ad fideles terræ, vt sedeant mecum.* Vocantur autem fideles terrç iusti, adhuc corpore habitantes in terra. C *Ambulans ĩ uia immaculata, hic*, &c. Hoc dicit quo ad subditos, & seruitores, quia non sufficit consocios habere fideles, nisi etiam & ministri boni habeantur. Et nota, quòd illi ambulant in via immaculata, qui spiritum sequuntur, non carnẽ de quibus ait Apostolus, Spiritu ambulare, & desideria carnis non perficietis. Vbi nota, quòd aliqui viuendo spiritum sequuntur, quia secundum eius inspirationem se regunt. Et isti dicuntur ambulate. Alij uerò non spiritum, sed carnem sequuntur, & isti non ambulare dicuntur, sed magis trotare. Quod ostendit D Guillielmus de Calce exponens dicta verba Apostoli, dicentis, Spiritu ambulate, &c. dicens, Nostis, fratres, quòd nõ omnibus equis ambulare competit, sed solũ domitis, & eruditis, & quos ad hoc flexit sollicitudo magistri. Spiritualem huius vitæ ambulationem solum capiũt homines spirituales spiritualibus exercitijs disciplinati, ab impetu mundi alienati. Qui enim ambulant equi pedes decẽtius mouent, compositis quodammodo passibus edocti. Solent autem equi, quos trotare

Societas & conuersatio bonorum utilis est, & malorũ dãnosa.

Galat 5.

Ambulare secundum spiritũ, vel secundum carnem.

trotare dicimus, eundo sese distinguere, quãuis et multo durius portare sessores. Ambulantes aũt equi quadã pedum cõnexione mouent, & incedẽtes pulchrius, vt si diligenter attendas posteriorẽ pedẽ anteriorẽ supertrãsire, quodã videbis libertatis incessu, ita ut uelocius ambulẽt amplius excedentes. Non longè alio modo distingui possunt ambulantes ẽm spiritum, & vt ita dicam ẽm carnem trotantes. Carnales.n. distinguuntur incedentes, quos superbia distinguit à Deo, inuidia à proximo, ira à seipsis, sic ita ergo à seipsis disiuncti à seinuicẽ, & à Deo, nec Deum, nec hominẽ sessorem recipiunt. Seipsos portare dicendi sunt, quos spũs carnis, quocũq; impellit, vt et cõpellat. Qui verò spũ ambulant, coniunctis passibus ambulant, in connexione virtutũ, Deo per humilitatẽ, per charitatem proximo, sibi per munditiã vitę curriculum persoluentes, per humilitatem sub Deo ambulãt, per charitatẽ coambulant proximis, per puritatẽ perambulãt in innocẽtia cordis sui. In his et pedes posteriores trãseunt, quia carnis affectus, & opera spiritualibus desiderijs, & studijs superant, & excedunt. Deniq; sic oẽs, quos Deo placuisse legimus, receperũt dupli cia pro oĩbus peccatis suis, scilicet, per pnĩæ modũ ambulantes, addiderunt et laborem ad meritorũ præmia. Placet certè plurimum Deo ambulatio pęnitẽtis. Quippe non vult mortẽ peccatoris, sed vt conuertatur, & viuat. Placent illi, qui relinqnunt latam uiam spaciosam, quæ ducit ad mortem, & per pœnitentiæ, ac continentiæ semitas difficiles Deũ quærunt, & propter verba labiorum eius cu stodiunt uias duras, &c. Sic enim se ambulasse prędixit Psalmista, dicẽs, *Perambulabam in innocentia cordis mei, in medio domus meæ*. Sic & mũde ambulãtes vult habere ministros, dicens, *Ambulans in uia immaculata, hic mihi ministrabit*.

1701 *Non habitabit in medio domus meæ, qui facit superbiam, qui loquitur iniqua, non direxit in conspectu oculorum meorum.*

HIc reuertitur ad ostẽdendum qualiter se habebat erga malos, quia scilicet primò malos non recipiebat, se-

E cundò quia obstinatos occidebat, ibi, *In matutino*. Quantum ad primum dicit, *Non habitabit*, &c. ad literam hoc dicit, ne uideatur approbare, quos habet familiares, si mali sunt, dicens. *Non habitabit in medio domus meæ*, idest inter ministros meos, *qui facit superbiam*, idest, qui facit opera ex superbia, vt puta alios despiciendo uel suppeditando. *Qui loquitur iniqua*, alijs detrahẽdo, *non direxit in conspectu oculorum meorum*, scilicet cor suũ non habuit rectum in conspectu meo, quia scilicet tales ad literam secum Dauid non retinebat. Dirigere enim com-
F ponitur ex di, & rego, gis, & est dirigere idem quòd in rectum regere. Illi ergo dirigunt se in conspectu Dei, qui omnia opera sua rectè ad Deum regunt. Quod non facit superbus, quia se contra Deũ erigit, non auarus, qui ad terrena curuatur, &c. Istum uersum exponens Adam de perseuerantia, ipsum applicat ad virginem Mariam, ostendens quæ ad ipsam pertineant, & quæ non, dicens, *Non habitabit in medio domus*, &c. Verba hæc sunt mediatoris nostri, cuius domus est ecclesia. Huius autem domus medium est, aut mediatoris mater mediatrix Ma- *Maria dicitur mediũ domus.*
G ria, aut ueritas anguli nescia, aut uirtus mediæ charitatis. Non igitur ad mediatricem pertinet, non in ueritate ambulat, non in charitate manet qui facit superbiam, quæ bonis inimicam communibus, & priuatæ gloriæ cupidam sanctorum communio non admittit. Cum ergo rex uirtutum iure mediatoris nomen obtineat, ipsaque regina virtutum Maria se exhibeat mediatricem hominum, merito iudex ecclesiasticus uirtutibus dare operam debet, & propter moderantiam discretionis satagere, ne quid nimis faciat, vel loquatur. Non enim frustra in medio duorum animalium co- *Medium in omnibus tenuit Christus.*
H gnitor verbi incarnati infantia, aut in medio templi se suscipiendam exhibuit misericordia, aut in medio latronũ probatur redemptoris nostri patientia, aut in medio discipulorum innotescit resurgentis gloria. Vide mediatorem mediũ sibi locum fere in omnibus eligere, medium nostrum consistere, quotiẽs duo, vel tres in nomine eius fuerimus cõgregati. De medio quod Christus elegit, vide versic. 759. & 781.

In

1702 *In matutino interficiebam omnes peccatores terræ, ut disperderem de ciuitate domini omnes operantes iniquitatem.* A

Iustitia contra malos citò discurrsiet. *Occidere malos.*


OStendit hic quomodo se habebat ad obstinatos, & incorrigibiles, quia scilicet tales occidi faciebat. Vbi notandum, ꝙ iudex temporalis certis peccatis commissis, illos peccatores habet punire habita opportunitate iuridice celeriter, ne impedimentum superueniat. In casu autem in quo timetur ciuitatis seditio, punitionem differse potest. Sic & Dauid aliqñ statim, habito reo, ipsum occidebat, ꝙ patet de Rechab, & Banaa, qui occiderant Miphibosseth filium Ionathæ, credẽtes per hoc placere ipsi Dauid, quos statim vt eos habuit, interfici fecit, ut patet. 2. Reg. 4. Aliquando tamẽ timens seditionem, punitionem distulit: sicut patuit de Ioab, qui proditoriè interfecit Abner, quem tamen Dauid non statim occidit, sed ipsum occidendum filio suo Salomoni imposuit, vt patet 3. Reg. 2. Cuius ratio fuit, quia Dauid nunquam tãtum fuit firmatus in regno, nec tñ habuit amorem populi pp scelus cõmissum in Vria, & Bersabe, sicut firmatus Salomon. Quia igitur ipse Ioab maximus princeps erat in regno, & à populo dilectus, ideo Dauid distulit ipsum punire, timens seditionem ciuitatis. Non tans ergo Dauid, ꝙ sollicitè iustitiam erga malos seruabat, & statim qñ commodè poterat, dicit, *In matutino*. i. celeriter siue expectatione, *interficiebam omnes peccatores terræ*, s. qui morte erant digni. Et quare hoc? vt. s. alij securè manere possent, & Deo seruire, amotis hominibus criminosis. Et hoc est quod subdit, *Vt disperderem de ciuitate Dei omnes operantes iniquitatem*. Per hoc autem vult ostendere quòd in die iudicij omnes peccatores morte occidentur æterna. Iudicij enim tempus uocatur matutinũ, quia ibi omnia erunt nuda & aperta, quæ in nocte præsentis vitæ manent occulta. Et istum sensum habet hic gl. d *In matutino*. i. cum dies iudicij aduenerit, & erunt omnia manifesta, quæ sunt modo occulta, *interficiebam omnes peccatores terræ*, i. mittentur mali in ignem æternum, i. qui modò mali tolerantur à patientia Dei, vt corrigantur, quòd si non fecerint tempore misericordiæ, quod modo est, post interficientur. Et hoc est, quod ait, *In matutino interficiebam omnes peccatores terræ*, i. in iudicio malos mittam in ignẽ æternum. Quare? subdit, *Vt disperderem de ciuitate Dei omnes operantes iniquitatẽ*, idest, de societate ecclesię. Modo. n. in ecclesia mixti sunt boni cũ malis, sed tpe iudicij separabuntur, quia tũc separabũt angeli malos de medio iustorum, & mittent eos in caminum ignis, &c. Mat. 25.

In iudicio omnes peccatores occidentur.

B C D

PSAL. CI.

D*Omine, exaudi orationẽ meam: & clamor meus ad te ueniat.* 1703



VIVS titulus psalmi est, *Oratio pauperis, dum anxiaretur in conspectu domini effudit precẽ suã* (aliàs) *Oratio pauperis cum anxiatus fuerit, & coram domino effuderit precem suam* Ex isto titulo non apparet quis hunc Psal. fecerit, neque per aliquem doctorem, nisi per August. qui ponit generaliter quòd Dauid omnes Psal. fecerit. Cuius oppositum dicit Hieron. & alii doctores multi tã Hebræorum, quàm Latinorum. Vnde iste Psal. computatur inter ignotos, scilicet, quo ad auctorem. Quantum vero ad materiam Psal. diuersæ sunt opiniones. Nã quidam dicũt, ꝙ iste Psal. est oratio quædam facta ab illis amicis Dauid, qui remanserunt in Hierusalem, quando ipse fugit à facie Absalonis filij sui. Nam de mandato Dauid ibi remanserũt Sadoch sacerdos, & Abiathar, & alij sacerdotes, quos Dauid remisit in Hierusalem cum arca domini, similiter & Chusi consiliarius, & amicus Dauid, & decem concubinæ Dauid, quæ remanserant ad custodiam palatij, vt habetur 2. Reg. 15. Isti ergo propter fugam Dauid erant in magna anxietate, & deuotè orabant Deum pro reuersione ipsius Dauid in pace, vnde pro oratione sua istũ psal. dicebant. Sed hoc stare non põt, quia in isto psal. fit mentio de ædificatione Sion. Certum est aũt, ꝙ in reditu Dauid nihil ibi fuit reædificatum, quia illo paruo tempore quo

quo Absalon regnauit in Hierusalem, nihil legitur destruxisse in monte Sion. Propter quod est aliorum opinio, quòd iste Psalmus fuit oratio deuota populi Israel in captiuitate Babylonica deducti. Tunc enim multi illorum deuoti assiduè Deum deprecabantur pro liberatione dictæ captiuitatis, & reædificatione ciuitatis Hierusalem, & templi, quod destruxerat rex Babylonis, vt habetur 4. Reg. vlt. Et ad hoc litera Psalmi posset satis applicari. Sed omnes tales opiniones destruit Apostolus Paulus, ostendés ad Heb. 1. quòd iste Psalmus ad literam loquitur de Christo. Vbi ad probandum æqualitatem Christi ad patrem in potentia, & duratione, adducit illud, quod in isto Psal. habetur, dicens, *Et tu, domine, in initio terram fundasti*, &c. *Et anni tui non deficient*, &c. Ibi enim ostendit illa verba de Christo ad literam dicta. Sic ergo dicendum, quòd iste Psalmus est quædam oratio Christi pauperis, qui, scilicet, cum diues esset secundum diuinitatem, pro nobis pauper factus est secundum humanitatem, ut sua paupertate nos diuites faceret, vt ait Apostolus 2. Cor. 8. Est ergo hic Psalmus oratio Christi pauperis. Tamen notandum, quòd Christus hic loquitur quandoque secundum quòd est caput fidelium, quandoque secundum corpus, vnde in persona membrorum, in quibus sunt pœnitentes, quos, in se trásfigurat, loquens dicit, *Cinerem tanquam panem manducabam*. Non enim in ea egestate erat Christus, ut de sua persona hoc dicere posset, sed in membris loquitur. Christus ergo pauper, vt ait glo. hic orat in persona pœnitentis à peccatis liberari, & in pristinum statum reponi postulantis. Est ergo tituli sensus. Psalmus iste est oratio pauperis, idest, Christi, qui est pauper in se, & in membris, in quorum persona loquitur, oratio, inquã Deo habita, dum anxiaretur in miserijs, inter quas deiectus est secundum peccatum primi hominis, quas vt euaderet, in conspectu domini effudit precem suam, per quam solum poterat liberari. Hic ergo loquitur Christus quandoq; vt caput, qñq; vt corpus. Interim iouem mouet omnes, suam aduertere miseriam & Dei misericordiam postulare. Et secundum hoc Psalmus iste diuiditur in duas par-

Vel secundum antiquos iste Ps. literaliter intelligitur de persecutione Antiochi regis, & sic subdêdo nota,

E tes, quia primò ponitur afflicti populi deprecatio, secundò ipsius per Christũ liberatio, ibi, *Tu autem*. Prima in duas, quia primò ponitur deprecatio, secundò huius deprecationis allegatur ratio, ibi, *Quia defecerunt*. Et quamuis in tribus primis uersiculis sit repetitio eiusdem sententiæ, tamen sic distingui possunt, quia in primo ponit suam orationem, in secundo suam ponit tribulationé, ibi. *Non auertas*. in tertio petit exauditionis accelerationem, ibi, *In quacunque die*. Quantum ad primum Christus hic orat, dicens patri, *Domine exaudi orationem meam*. Vbi aduertendum, q̃ quãuis Christus à patre semper auditus esset, vt ipse ait Io. 11. Ego enim sciebam

F quia semper me audis, tamen iuxta vnũ modum exauditionis non semper fuit exauditus. Nam exaudire componitur ex audire, & ex, q̃ est extra, & sic exaudire idem est, quod extra audire, & ille exauditur, qui extra auditur. Exauditur ergo oratio, quando illud, quod oratur, do petitur, exterius in effectu ponitur. Quando ergo Christus orabat, tunc semper audiebatur à patre, quia eius oratio patri erat accepta, sed tunc exaudiebatur, quando effectus orationis ponebatur in esse exterius, vt puta quãdo Christus orabat patrem pro Apostolis suis. Io. 17. dicens, Pater, rogo, vt serues eos à malo, pater, sanctifica eos. Quamuis enim tunc Christi oratio Deo esset placita, & à Deo audita non tamen tũc erat exaudita, quia effectus orationis nondũ venerat: nõdum enim erant à malo seruati nec pœnæ, nec culpæ, quia eadé nocte omnes peccauerunt, frangendo fidé Christo datam, quia omnes relicto eo, fugerunt, & Petrus turpius alijs, qui ipsum abiurando negauit, sic nec tunc fuerunt sanctificati. Sed in die Pentecostes

G

H hæc oratio Christi fuit exaudita, quando de facto fuerũt per spiritumsanctum sanctificati, & à malo culpæ, ne amplius caderent, conseruati. Orat ergo Christus, vt suæ orationis effectus in esse ponatur, dicens, *Domine, exaudi orationem meam*. Si autem exaudire accipiatur pro annuere, sicut communiter accipitur sic omnis Christi oratio semper fuit exaudita, vt supra fuit dictum vers. 190. 292. 1105. Item nota, quòd Christus orauit multi-

Oratio aliter à Deo auditur, aliter exauditur.

Omnis oratio Christi semper fuit audita à patre, sed non semper exaudita.

multipliciter. 268. 399. 400. Item quòd oratio Christi aliter fuit exaudita quam nostra vers. 406. Et utrum Christus oret pro nobis uers. 441. *Et clamor meus ad te ueniat.* De clamore Christi & corporali, & spirituali orationis, uide uersic. 24. 295. 390. 399. 422. 516. 1092. Qualiter autem oratio clamat ad Deum versic. 242. Et quid nos clamando debemus à Deo petere, versic. 893.

1704 *Non auertas faciem tuam à me: in quacunque die tribulor, inclina ad me aurem tuam.*

Ostendit hic suam tribulationem. Sciebat enim Christus Deum ab ipso non auersurum faciem, sed hic loquitur in persona suorum, dicens, *Non auertas faciem tuã à me*, idest à meis, despiciendo orationem ipsorum. Loquitur enim hic de Deo ad modũ hominis, qui quando petitionẽ alicuius non vult exaudire, ab ipso auertit faciem, quando autem ipsum vult exaudire, ei aurẽ inclinat. q. d. auerte faciem tuam à peccatis meis, non à me. *In quacunque die tribulor, inclina ad me aurem tuam.* Notandum, quòd tribulatio est duplex, scilicet quædam ab extrinseco, & quædam ab intrinseco. Tribulatio ab intrinseco est, quæ procedit à carne nostra, quæ nos multipliciter tribulando tentat, de qua 1. Corint. 7. Tribulationem carnis sustinebis, & cum sic tribulamur, ad Deum per orationem clamare debemus, exemplo Psalmistæ dicentis, In tribulatione mea ad dominũ clamaui, &c. Hæc enim dicitur propriè nostra tribulatio, quoad principium actiuum, quia à carne nostra procedit, & quo ad principium passiuum, quia mentem impugnat. In ista ergo tribulatione maximè orãdus est Deus quia hoc genus dæmoniorum non eijcitur nisi in oratione, & ieiunio. Narrat Valer. lib. 1. quòd cũ Egles Samius athleta esset mutus, & sibi præmium victoriæ quam adeptus fuerat, videret accipi, indignatione tam graui accensus fuit, quod uocalis euasit. i. cœpit, loqui, qui prius mutus fuerat. Sic moraliter multi sunt fortes athletæ, qui multa fortia virtutũ opera faciunt, qui multos hostes vitiorũ superant, ita vt sint digni præmio sempiterno, qui tamen quandoque tentantur, & tribulãtur à carne, vt patet de Paulo. Quando ergo per tales tribulationes vident se præmio, quo prius digni erãt, priuari, tunc ad orationem oportet habere recursum, vt, si prius muti erant, ab oratione vocales fieri debent orando, vt auxilium eis diuinum conferatur. Psal. 90. Clamauit ad me, & ego exaudiam eum, cum ipso sum in tribulatione, &c. Alia est tribulatio ab extrinseco, scilicet quæ fit per mundi calamitates, & aduersa, de qua Iudit 8. Omnes, qui placuerũt Deo per multas tribulationes transierunt fideles. Et in ista etiam est clamandum ad Deum. Dicit magister de proprietatib. rer. quòd coturnix mare transiens, cum fuerit fatigata, vnam alam erigit ad modum veli, & alteram aliam ad corpus applicat, & sic super aquas maris quiescens, flante uento, ad littus peruenit. Sic & nos moraliter hoc mare magnum, & spaciosum transituri, quando per aduersa patimur, & tribulamur, incipimus in itinere fatigari. 2. Cor. 1. Supra modum fatigati sumus. Licet autem vnã alam dum hic sumus, oporteat applicare corpori, vt scilicet prouideamus, quę corpori sunt necessaria, alteram tamen semper ad Deum erectam per orationẽ debemus habere, & ipsa vti tanquam velo, vt, flante vento spiritussancti, perueniamus ad portum salutis æternæ, quia dicitur Psal. 45. Deus noster, refugium, & uirtus, adiutor in tribulationibus. Qualiter auertit à nobis faciem, vide vers. 842. Quid sit auris Dei, vers. 1838.

In quacunque die inuocauero te, velociter exaudi me. 1705

Hic petit exauditionis accelerationem. Hoc idem alijs verbis petebat, Psal. 69. dicens, Deus, in adiutorium meum intende, domine, ad adiuuandum me festina. Sic & nunc ait, *Velociter exaudi me.* Notandum tamen, quòd in aliquibus velocitas est reprehensibilis, & in aliquibus laudabilis. Quia est quædam velocitas mala, & quædam bona. Velocitas autem mala est triplex. Prima consistit in corde, & hæc turbationis, & iracũdiæ. Cum enim ira sit accensio sanguinis circa cor, res autem accẽsa velocis sit motus,

Tribulatio duplex. *Psal. 17.* *Matth. 17.* *Exemplũ.* *Orandũ est quandoque tẽtatur carne.* *2. Cor. 12.* *Magister de proprietatibus.* *Velocitas dup. ex bona & mala.* *Velocitas mala multiplex.*

Velocitas iræ. tus, sicut ignis velocioris est motus cęteris elementis, hinc est, quòd ipsa iracundia quandam velocitatem in se continet detestandam, vnde iracundus nihil deliberat. Et hæc est causa, quare iuuenes velocius irascuntur quàm senes, quia, scilicet, in eis magis viget calor naturalis. Et sic eorum sanguis facilius accenditur. Et de ista uelocitate iræ dicitur, Eccl. 7. Ne sis velox ad irascendum, ira enim in sinu stulti requiescit. Senes autem tardius irascūtur, quia ipsorum sanguis tardius inflammatur, Iacob 1. Sit autem tardus ad iram. Secundò consistit in ore. Et hæc est velocitas locutionis, siue loquelæ. Cum enim, quæ ex ore exeunt de corde procedant naturaliter vt in pluribus, quanto magis cor appropinquat ori, tāto velocius loquela procedit ad extra.

Velocitas locutionis.

No. de paruis. Et hinc est, quòd cæteris paribus parui statura uelocius loquuntur quam grandes, quia cum minor distantia in ipsis sit inter cor & linguā, in ipsis motus cordis citius peruenit ad linguam. Et sic minus maturè uidentur uerba proferre. Et de ista uelocitate dicitur Prou. 29. Vidisti hominem velocem ad loquendum, stultitia magis speranda est, quam illius correctio.

Velocitas operis mali. Tertia velocitas stat in opere. Cō muniter enim velociores sunt mali ad malum exequendum, quam boni ad bonum. Cuius ratio est, quia ad bonum peragendum, scilicet, bene, oportet multas circunstantias considerare, & illas omnes obseruare. Ad malum autem solum defectus unius circunstantiæ debitæ sufficit. Sicut facilius sagittantem videmus à signo deficere, quam directè attingere signum, quia pluribus modis deficere potest, scilicet, si sagitta perueniat supra signum, si infra, si a lateribus, & huiusmodi. Ad attingendum ad signum oportet omnia prędicta cauere. Et ideo velocius & citius quis malum agit quam bonum. Vnde de malis dicitur psal. 13. Veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem. Et Prouer. 6. Sex sunt, quæ odit dominus, pedes ueloces ad currendum in malum, &c. Alia autem est velocitas bona. Et hæc multiplex. Prima est uelocitas increpationis, vt mali corrigātur. Sicut. n. medicus infirmo velociter adhibet remedium, ne morbus deterius crescat, sic multo fortius prælatus malis

E subditorum velociter obuiare debet, ne inualescant. Et hoc est, quod prælatis & superioribus sub angelorum nomine dicitur Esa. 18. Ite, angeli ueloces, ad gentem conuulsam, & dilaceratam. Sic & sermo Dei dicitur velociter currere, quia uelociter peccantes corrigit. psal. 147. Velociter currit sermo eius. Secunda est uelocitas auditionis, ut nescientes informentur. Iac. 1. Sit omnis homo velox ad audiēdum. Tertia est obeditionis, vt præcepta obseruentur. Sic enim omnes boni student uelociter adimplere diuina præcepta. Eccl. 32. In omnibus operibus F tuis esto uelox, & omnis infirmitas non occurret tibi. Quarta est uelocitas orationis, vt Dei adiutorium impetretur. Quia enim hostes spirituales undique nobis & uelociter occurrunt, oportet vt velociter diuinum quæramus auxilium, quia si tardaret, succumberemus. Et hoc est quòd Psal. velociter adiuuari postulat. Psalm. 69. Deus in adiutorium meum intende, domine ad adiuuandum me festina, sic & ps. 142. Velociter exaudi me, quoniam defecit spiritus meus. Consimiliter & nunc velocem adiutorē postulat dicens, *In quacunque die inuocauero te, uelociter exaudi me*. Notandum tamen, quòd orationes etiam iustorum multotiens differt dominus exaudire, saltem quo ad votum propter ipsorum vtilitatem, vide versic. 56. 291. 514. 516. 650. 1495.

G

Quia defecerunt sicut fumus dies mei: & ossa mea sicut cremium aruerunt. 1706

HIc ponitur huius deprecationis ratio. Huius enim deprecationis motiuum, & ratio fuit crudelis persecutio H Antiochi tribulantis populum, quæ cōsistebat in duobus, scilicet, in factis, & in verbis iniuriosis, propter quæ compellebantur Dei inuocare adiutorium. Vnde primò ponit primum, secundò secundū, ibi, *Tota die*. Quantum ad primum notādum, ꝙ hic adducit Psalm. multa mala, quæ populus in illa persecutione fuit passus, quorum primum fuit populi crudelis trucidatio: secundum corporis fame arefactio, ibi, *Percussus sum*. Tertium uigoris personalis attenuatio, ibi,

A voce

A voce gemitus, quartū fuit per deserta populi dispersio, ibi, *Similis factus*, quintum fuit laudis diuinæ conculcatio. ibi. *Vigilaui*. Quantum ad primum sciendū quòd ad literam: q intentio Antiochi regis erat, ex toto abducere Iudæos à cultu veri Dei ad cultū idolorum suorum; vt apparet in pluribus locis primo & secundo Mac. & maximè 2. Mac. c. 6. & 7. Vnde & aliqui consentientes trāsibant ad ritum gentilium, nolentes autē consentire, trucidabantur, vt patet ibidem. Et sic deficiebat populus dupliciter à lege Dei, quia aliqui peruertebantur, & aliqui occidebantur. Et hoc ponens ps. in persona illius populi d. *Quia defecerūt sicut fumus dies mei*. i. dies mei appropinquant defectui, ut omnino deficiat Dei cultus, nisi tu adiuues nos, quia multi ex nobis trucidantur, & multi timentes ad ritum gentilium trāsferuntur. Et sic hic accipiuntur dies non pro tempore, sed pro cultu diuino, qui omnibus alijs sectis clarior erat, sicut dies superat noctē Sequitur, *Et ossa mea sicut cremium aruerunt*. Vbi aduerte, q secundum grammaticos cremium dicitur à cremo, cremas. & dicitur cremium frixorium in patella & maximè illud, quod remanet in patella aridum de carnibus post pinguedinē lignefactā dicitur cremium. Dicit ergo psal. quòd in illa persecutione ossa mea sicut cremium aruerunt. Quia ad literā aliquos fortes, & constātes in lege diuina, qui nollēt regi obedire, ne legē Dei transgrederentur, rex Antiochus in patellis cremari, & frixari faciebat. Sic. n. legitur 2. Mac. 7. q septem fratres vna cum matre compellebantur flagris, & verberibus carnes porcinas contra legē manducare. Quorum primus dixit regi, Quid quæris? parati sumus magis mori, quā patrias leges dimittere. Iratus rex iussit sartagines æneas succendi. Quibus statim succensis, iussit eū, qui prior fuerat locutus, amputata lingua, & cute capitis abstracta, & summitatibus manuum, & pedū præcisis, ipsum torreri in sartagine: in qua diu cruciatus, & cremaus expirauit. Et hæc ad literam præuidens ps. ait, *Et ossa mea sicut cremiū aruerunt*, quia pinguedine, & carnibus in sartagine consumptis, ossa remanserunt arida. Per hoc autem vult Ps. designare ca-

Cremium quid dicitur.

A sum humani generis per elationē primi parentis consecutum. Vbi notandum, q in sacra scriptura per diem prosperitas intelligitur, & aduersitas per noctem, vide ver. 2. 690. 692. 1481. 1587. Per fumū vero denotatur superbia, quia, sicut fumus ascendit semper, & ascendendo deficit, sic & superbia, vide vers. 1049 Humanum igitur genus ante primi parentis peccatum, erat in die: quia multis prosperitatibus circundatus: quia habitabat in paradiso voluptatis, vbi nihil molestiæ, nihil indigentiæ sentiebat, &c. vide vers. 799. Sed ista dies prosperitatis defecit propter fumū superbiæ primi parentis. Et hoc est, quod Christus allegat patri in personam sui corporis d. *Velociter exaudi me*. Ratio, *Quia defecerūt sicut fumus dies mei*. quia propter fumum superbiæ Adæ defecit dies prosperitatis. Vnde ex tali defectione aruit virtus hominis: non solum quòd ad corpus, sed etiā quòd ad animæ vires: quia propter peccatum primi hominis etiam sol, & luna, & omnia sidera obscurata sunt: ut dicit Magist. li. 4. d. 48. quia à suo lumine defecerunt: quia minus lucent quàm ante, quā to magis & vires animæ, quæ per ossa significantur. Et hoc notans ait, *Et ossa mea sicut cremium aruerunt*. Gl. i. aiæ virtus, & fortitudo contracta est. Quod ideo dicit, vt miseria nostra pium iudicem moueat ad compassionem. Quod enim ossa virtutes significent, vide vers. 55. 468. 519. 532. 867. Ipsa. n. aduersitas, quam incurrimus uires nostras arescere fecit, Pro. 17. Spiritus tristis exiccat ossa

Dies.

Fumus.

4. Senten.

Percussus sum vt fœnum, & aruit cor meum: quia oblitus sum comedere panem meum. 1707

Ponit hic secundum malum, s. corporis propter famem arefactio. Vbi sciendum, quòd duci, & prælato licet quandoq; fugere, quando, s. videt q præsentia sua sibi mortem inducit, cum dispendio salutis subditorum, tunc fugere licet, considerato, quòd sua absentia proficit pro tunc subditis, & præsentia noceret, vt habetur 7. quæst. 1. per multa exēpla. Iudas ergo Mac. in illa persecutione fugit ad tempus cum multis, ut tempore opportuno Iudæis auxilium

2. Mac. 5. lium posset offerre. Vnde dicitur, ꝙ Iudas Machabæus secessit in desertum locum: ibique inter feras in montibus vitã agebat, & fęni cibo vescentes demorabã tur, ne participes essent coinquinationis. Et sic eorum corpora fame arescebant, & desiccabantur: sicut fænum prati nimio calore solis arescit. Quod prævidens psal. in persona illorum dicit, *Percussus sum vt fęnum*, s. sicut fœnum percutitur à sole, ita & ego in montib. vbi sine habitaculis erant. *Et aruit cor meum*. Hic accipitur cor non prout est vis animæ: sed prout est quoddam membrum corporeum. Totum enim corpus arefiebat præ æstu solis, ac etiam præ fame: quia non panem, sed fænum comedebant. Et hoc est, quod ait, *Quia oblitus sum comedere panem meum*, idest, in vsũ duxi non comedere panem. Per hoc autem vult ostendere psalm. quòd miseria humani generis ex peccato primi parẽtis venit, Nã creatus fuit homo immortalis: qui, si mandatum Dei seruasset, etiam secundum corpus nunquam aruisset, sed commisso primo peccato statim immortalitate perdita, mortalis est effectus, corpora autẽ per mortem arescunt. Hanc ergo nostram miseriam allegans Christus patri ait, *Percussus sum vt fænum*, idest, ex peccato hoc patior: quia factus sum vt fœnum: quod scilicet citò arescit ad æstum solis. Vnde dicitur Esa. 45. Omnis caro fœnũ. *Et aruit cor meum*, scilicet, sterilitate peccati. Totum corpus hominis per mortem arescit. Et sic accipitur cor pro toto corpore. Et vnde hæc pœna processit, subdit dicens, *Quia oblitus sum comedere panem meum*. Quid enim propriè nomine panis nisi verbũ Dei intelligitur? Ioan. 6. Ego sum panis viuus, &c. & Matth. 4. Non in solo pane viuit homo, &c. Quæ est ergo causa, quare homo ad mortis miseriam venit? Respondet dicens, *Quia oblitus sum comedere panem meum*, idest, oblitus sum obseruare verbum Dei, idest, præceptum à Deo mihi datum. Vnde gloss. *Quia oblitus sum comedere panem meum*, idest, verbum Dei custodire, quia præceptum, quod dedit Deus primo homini, dimisit: & bibit venenum serpentis consentiendo eius indignæ persuasioni.

E *A voce gemitus mei, adhæsit os meum carni meæ.* 1078

HIc ponitur tertium malum, s. vigoris personalis attenuatio. Corpus autem attenuatum nimia macie attenuatur: & vigore corporali sicut & debita refectione fortificatur & roboratur. Tpe autem prædictæ persecutionis Iudæi fugientes in montibus, & cum bestijs comedentes fęnum (vt dictum est) multa fame attenuati, viribus etiam corporalibus deficiebant. Vnde intantum erãt attenuati, & macri effecti, quòd cõsumpta omni pinguedine, cutis ossibus F adhærebat. Etiam ex alio: quia tribulatio intensa multum exiccat corpus. Isti autem maximam tribulationem patiebantur: maximè quia uidebant legem Dei violari, sanctum templum contaminari, & Iudæos passim interfici: ideo vitã suam in dolore, & gemitibus perducebant. Quod prævidens ps. ait. *A voce gemitus mei*, i. propter tribulationem, & gemitum meũ, *adhæsit os meum carni meæ*. Hieronym. Hic enim secundum Hier. caro accipitur pro cute: quia omni carne consumpta, ossa cuti adhærebant. Per hoc vult G psal. ostendere, quòd propter peccatum primi parentis spiritus, vel ratio, quæ prius sensualitati præerat, ei subijcitur. Vnde nota, ꝙ per ossa, quæ robur, & firmitatem habent, significatur spiritus siue ratio: sed per carnem ipsa sensualitas denotatur, iuxta modum saluatoris dicẽtis, Spiritus quidem promptus est: caro autem infirma. Ante enim peccatum caro adhærebat ossibus, quia sensualitas Mat. 26. spiritui subdebatur: sed post peccatum econtrario ossa adhærent carni: quia ratio multoties se subijcit sensualitati. Et hoc est, quod nunc in persona generis H humani d. *Adhæsit os meum carni meæ*, non autem dicit. Adhæsit caro mea ossibus meis. Cõsimilis textus habetur Iob 19. Pelli meæ consumptis carnibus adhæsit os meum. Quia hic caro pro pelle Gregor. siue pro cute accipitur. Et ideo iste tex- *Os dicitur* tus potest exponi sicut illum textũ Iob *Christus*, exponit Greg. 14. mor. c. 23. dicens Pelli *carnes*, *Apostoli*, meæ consumptis carnibus adhæsit os *pellis*, *vel* meum. In osse fortitudo: in carnibus ve *exterio-* ro infirmitas designatur. Quia igitur *res*. Christus & ecclesia vna psona est: quid

per os nisi ipse dominus designatur, quid per carnem nisi discipuli, qui passionis eius tempore infirma sapuerant? per pellem verò, quæ exterior manet in corpore, quid, nisi illæ sanctæ mulieres designantur, quæ ad præparanda subsidia corporis exterioribus domino mini sterijs seruiebant? Nam, cum eius discipuli quamuis necdum firmè veritatis fidem domino prædicarent, ossi suo inhærebant carnes. Et cum sanctæ mulieres ea, quæ necessaria erant exteriora præpararent, quasi pelles exterius manebāt in corpore. Sed cum ad crucis horam vētum est, eius discipulos grauis ex persecutione Iudæorum timor inuasit, fugerunt singuli, mulieres adhæserūt. Quasi ergo consumpta carne os domini pelli suæ adhæsit: quia fortitudo eius passionis tempore fugientibus discipulis iuxta se mulieres inuenit. Stetit equidem aliquandiu Petrus, sed tamen post territus negauit. Stetit & Ioannes cum ipso:
Ioan. 19.
cui & crucis tempore dictum est, Ecce mater tua, sed perseuerare minimè potuit: quia de eo quoque scriptum est, quod adolescens quidam sequebatur eū amictus sindone super nudo, & tenuerunt eum. At ille relicta sindone, nudus profugit ab eis.
Mar. 14.
Quia etsi post vt verba sui redemptoris audiuit, ad horā crucis redijt, prius tamen territus fugit. Mulieres autem non solum non timuerunt, neque fugisse, sed etiam vsque ad horā sepulchri stetisse memorantur. Dicit ergo, Pelli meæ consumptis carnibus adhæsit os meum, hoc est, Hi, qui meæ fortitudini propinquius inhærere debuerant, passionis meæ tempore consumpti sunt. Et eas, quas ad exteriora ministeria posui, in passione mea sine formidine inhærere mihi fideliter inueni. Consimiliter & iste textus intelligi potest.
Iob 19.

1709 *Similis factus sum pellicano solitudinis: factus sum sicut nycticorax in domicilio.*

HIc ponit quartum malū, quod fuit dispersio populi per deserta. Nam ut dictum est, & habetur 2. Mac. 5. Iudas Machabæus, cum multis fugerunt à facie tantæ persecutionis, & latitabant in solitudine in montibus cum bestijs. Et

A in persona horum loquitur psal. dicens, *Similis factus sum pellicano solitudinis.* Pellicanus. n. est auis solitaria habitans in solitudine. Isti ergo sic latitantes in solitudine non erant ausi apparere de die, ne caperentur. De nocte tamē, & occultè Iudas Machabæus cum suis introibāt per castella, confortantes Iudæos alios, vt legem domini tenerent constanter, vt habetur 2. Mac. 8. vbi dicitur, Iudas vero Machabæus, & qui cum illo erant, introibant latenter in castella, & conuocātes cognatos, & amicos, & eos, qui permanserant in Iudaismo assumentes adducebant ad se, &c. Et quantum ad hoc dicit
B de illis psal. *Factus sum sicut nycticorax in domicilio.* Nycticorax est auis, quæ solum de nocte apparet: in die autem latitat inter rimas parietum. Per istas aues vult Ps. ostendere, quale factum est genus humanum propter peccatum. Homo habitabat in parad so cum angelis, propter peccatum inde expulsus ad mundi solitudinem venit. Ante peccatum ambulabat in die gratiæ, sed post ambulabat in nocte culpæ. Quæ notans Christus in persona suorum ait, *Similis factus sum pellicano solitudinis,* quo ad primum. *Fa-*
Pellicano cōparatur genus humanum.
C *ctus sum sicut nicticorax,* &c. quo ad secū dum. Vel ista verba Christus dicit de se ipso, qui propter nostrū peccatū factus est vt pellicanus, & ut nycticorax. Vbi sciendum, quòd (vt ait magister de proprieta. rerum, & hic recitatur in glos.) pellicanus naturaliter odit serpētes. Serpens autem per arborem ascendens pullos suos interficit. Quod dum pellicanus percipit, per triduum pullos suos luget, deinde se in pectore proprio vulnerat, & aspersione sui sanguinis filios suos mortuos viuificat. Vel secundum quod hic ait glo. pellicanus dicitur, etsi non certū
Pellicano similis est Christus.
D sit, filios suos rostro occidere, & triduo lugere, & tunc rostro sanguinem suum super eos spargere, vnde illi reuiuiscūt. Sic & cōformiter Christi filios, idest, homines ab ipso creatos serpens veneno suæ tentationis occidit, quibus compatiens Christus sanguinem proprium super mortuos filios spargens in cruce, ipsos viuificauit. Vel etiam Christus ipse filios occidit, & viuificat, quia peccatores occidit, ab eo quod sunt, commutans, & sanguine suo, idest, fide sanguinis sui vi-

E uificat illos. Sic enim Christus occidit Saulum persecutorem, & ipsum suo sanguine viuificauit. Iuxta illud Deut. 32. Ego occidam, & ego viuere faciam, &c. Et 1. Reg. 2. Dominus mortificat, & viuificat. *Factus sum sicut nycticorax in domicilio.* Nycticorax enim secundum magistrum est auis, quæ de nocte volans cibos sibi quęrit: & quęrẽdo clamat: cuius cibus volucribus cæli est odiosus. Sic & spiritualiter Christus de nocte volans cibos sibi quęrit. Quid.n. per noctem obscuram nisi peccatores designantur qui lumine gratiæ carẽt? Per hos volat Christus, qui non venit vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam. Matt. 9. In istis cibum sibi quærit, dum sibi per gratiam incorporans ipsos sibi vnit. Et hoc facit clamore suo, scilicet, prædicationis clamore, qui clamor odiosus est volucrib. cœli, scilicet, dęmonibus: qui volucres cęli dicuntur. Luc. 8. Volucres cœli comederunt illud. Istum autem versum exponit Alueidus de pęnitentibus d. *Similis factus sum pellicano solitudinis.* Pellicanus pallidi coloris esse fertur: qui pullos mox vt excluserit, rostro occidit: rursusq; cum gemitu mirabili, & sanguinis sui effusione resuscitat. Felix anima, quæ mutuans alas columbæ ad solitudinem secura volauit, in qua mortificans mẽbra sua, quæ sunt super terrã, opera sua priora quasi pullos suos interficit, deinde in nouam uitam dolore, ad sudore quasi sãguinis effusione, gemitibusque inenarrabilibus, ac salutari compunctione viuificat. Deinde cibos sibi cæleſtes in domicilio mutuãs scripturarum nictycorax efficitur: spiritualiter in nocte æquè vt in die: in aduersis, s. & prosperis volans, & exultans, & de virtute in virtutem proficiens, donec quidam passer effectus, & à tenebris huius infelicitatis in illam inaccessibilem lucem euigilãs transeat in locum tabernaculi admirabilis vsq; ad domum Dei in voce exultationis, & confessionis. Vel istis tribus auibus, s. pellicano, nycticoraci, & passeri comparantur tria genera pęnitentium. Quod sic hic gl. deducit. Diuersa pęnitentium genera notat per has aues. Pellicano. n. aui maciei nimiæ, & solitariæ comparãtur Eremitæ. Nycticoraci verò similis est ille, qui à publico remotus: dum alij in nocte huius seculi dormiunt, vigilat, & sibi mentis escas petit, qui si non inter homines, extra tñ in alto est: dicens, eis, qui dormiunt, Vigilate, quia nescitis diem neq; horam. Passer est ille, qui sagax ad alia virtutum fugit vbi tutus est à laqueis. Qui solitarius vel vnicus dicitur propter charitatem, quæ ex multis facit vnum, &c.

Nycticorax dicitur Christus.

Alueidus. Pellicano et nycticoraci ſimilatur pęnitens.

Pęnitentes aſsimilãtur pellicano, nycticoraci, & passeri.

Vigilaui, & factus sum sicut paſſer solitarius in tecto. 171

F Ponit hic quintum malum, quod fuit diuinæ laudis conculcatio, Quia. n. in illa persecutione Iudæi publicè vnitistare non poterant, sed dispersi erant: idõ laudibus diuinis secundum legis præceptum non poterant intẽdere. Et hoc insinuans ps. in persona illius populi dicit, *Vigilaui*, s. mente: sed non potui voce publica Dei laudes exoluere. *Quia factus sum sicut passer solitarius in tecto.* Passer solitarius in campis cantat, sed in tecto silet. Per hoc autem vult ostendere, ꝙ quamuis Christus ad modum pellicani sanguine suo filios mortuos ipse moriẽs viuificauerit: tamen à morte resurgens cœlos gloriosus ascendit. Vnde hoc exG ponens hic glo. air, Christus vigilans factus est passer solitarius in tecto. Quia Christus, qui in passione dormierat, vigilauit in resurrectione, & volando in cęlũ factus est sicut passer solitarius in tecto, idest, in cœlo, vbi interpellat pro nobis. De hoc vide vers. 1433. Vel aliter, quia pęnitẽtia de peccatoribus iustos efficit: ideo postquam ostendit statum pœnitẽtiæ d. Similis factus sum pellicano, &c. nunc ostendit statum institiæ acquisitũ per pęnitentiam d. *Vigilaui, & factus sũ sicut passer solitarius in tecto.* Passer. n. significat iustos, vide versic. 1433. Vel in H istis duobus vers. ponuntur tria genera auium, & tria loca, quib. diuersi status prædicatorũ intelliguntur. Quod sic deducit Mag. in glo. Tres aues, & tria loca hic distinguuntur. Aues pellicanus, nicycorax, & passer. Loca, solitudo, parietina, & tectũ. Et dr pellicanus ĩ solitudine: nycticorax ĩ parietinis, passer ĩ tecto. Pellicanus auis, est, quæ in solitudine habitat. Nicticorax est auis vigil, & teter coruus noctis, habitat ĩ parietinis, quas vulgo dicimus ruinas, vbi parietes stãt sine tecto,

Passer solitarius.

Pellicanus, nycticorax & passer significant prædicatores.

tecto, vbi habitat nycticorax auis, quæ noctem amat. Passer aût tecta amat. Vnus autem homo, vel plures possunt habere personam trium auium. Tria vero loca: tria genera hominum. Est.n. solitudo, vbi Christiani non sunt, neq; fuerunt. Parietinæ vbi fuerunt, sed corruerunt, Tecta verò, vbi fuerunt, nec dum ceciderunt, manentes in domo. Verus ergo prędicator si venit inter eos, vbi Christiani non sunt, similis est pellicano solitudinis. Si autem venit ad eos, qui Christiani fuerunt, sed tamen ceciderût est sicut nycticorax in domicilio, vel in parietinis: quia nec tenebras eorum deserit, sed vult eos lucrari. Si autem venit ad eos, qui crediderunt, nec ceciderunt manentes in domo ecclesiæ, sed tepide agentes: est sicut passer in tecto, & clamat eis, qui sub tecto, idest sub carne torpét cum ipse sit supra carnem. Vnde dominus in euangelio, Quod in aure auditis, prædicate super tecta. Et alibi. Qui in tecto est, non descendat.

Prędicatorum tria genera.

Matth. 10.

Matth. 24.

1711 *Tota die exprobrabant mihi inimici mei: & qui laudabant me, aduersum me iurabant.*

Ponitur hic secundum genus persecutionis, s. factæ verbis iniuriosis & contumeliosis. Et primo ponuntur illata opprobria, secundò pœna populi ex hoc habita, ibi. *Quia cinerem.* Quantum ad primum ait, *Tota die*, &c. Exprobrabat enim Antiochus cum suis populo Iudæorum, vt puta dicens, Vbi est modo Deus vester, quem colitis? surgat, & liberet vos de manibus meis. q. d. Non est vetus Deus: quia vos defendere non potest: & vos fatui estis, talé Deum adorare: non aduertentes, quòd Deus non se habebat in populo Iudæorum sicut in alijs nationibus, quia istos, vt pater té, potaliter flagellabat, vt corrigeret, sed alios impunitos permittebat, ipsos supplicijs reseruans æternis. Et hoc est, qđ Iudæi dicebant. 2. Mac. 6. Non enim sicut in alijs nationibus dominus patienter expectat, vt eas, cum iudicij dies aduenerit, in plenitudine peccatorum puniat; ita & in nobis statuit, vt peccatis nostris deuolutis, ita demum in nos vindicet: propter quod quidem nunquam

Punire peccatum signum est, amoris.

A misericordiam suam à nobis remouet. Corripiens vero in aduersis populum suum nô derelinquit. Et aduerte, quod talis exprobratio propter iniuriã Deo illatam plus cruciabat bonos fideles, quàm proprij corporis tormenta: quia iniuriam Dei propriam reputabant. Et hoc est, quod dicit, *Tota die exprobrabant mihi*, &c. Quid auté sit exprobrare propriè. vide vers. 1549. Et modum exprobrationis subiungit dicens, *Et qui laudabant me, aduersum me iurabant.* Est enim quædam laudatio ironicè dicta, vt cum fatuo ironicè dicitur, Tu es sapiens præ B cæteris, vel turpi dicit, Tu es pulchrior cæteris. Isto modo hostes Iudæorum laudabant eos ironice, quod realiter erat eos vituperare, vt dicendo, Vos estis sapientiores cæteris, qui Deum inuisibilẽ adoratis, quem nulla alia natio colit. Modo apparet sapientia vestra, & similia. Et sic laudando iurabant aduersus eos: quia scilicet per Deos suos iurabãt Iudæorum nationem, & Dei cultum ex toto annullare, vt patet 2. Mac. 5. Per hoc vult psal. ostendere Iudæorum malitiam, contra Christum: qui Christo exprobrabant, vt Matth. 11. Hic est vorax, C & potator vini, & publicanorum amicus. Ioan. 8. Dæmonium habes, & consimilia. Quæ præuidens psal. in persona Christi loquitur dicens, *Tota die exprobrabant mihi inimici mei.* Quare? Quia peccatores Diaboli membra conuerto, & ipsos membra mea facio. Ex hoc exprobrant mihi dicentes, Magister vester manducat cum publicanis, & peccatoribus, vt ait glo. Et sic laudabant Christũ verbis adulatorijs, facto autem contra ipsum iurabant, idest, in mortem eius cõspirabant, vt quando miserunt discipulos suos cum Herodianis dicentes, Sci- D mus, quia verax es, &c. Est enim mos adulatorum ut primo laudent, quem vituperare, & perdere volunt. Vnde magnum peccatum est adulari peccatori, quia tunc in peccato nutritur, uide uer. sicul. 114. Maius peccatum est adulari iusto: quia quantum est ex parte adulantis, ipsum cadere facit: Maximum peccatum erat adulari Christo: quia per hoc non creditur Deus, dum ęstimatur nescire mentem adulatoris.

Matth. 22.

Adulatio gradus habet.

1712 *Quia cinerem tanquam panem manducabam, & poculum meum cum fletu miscebam.*

HIc ponitur pęna ex dicta improbatione Iudæis consecuta. Et hic triplex pœna nominatur. Prima ex parte victus, qui erat cinis. Secunda ex parte casus, qui erat grauis, ibi, *A facie*. Tertia ex parte finis, qui videbatur breuis, ibi, *Dies mei*, Quantum ad primum sciendum, quòd, vt dictum est, in illa persecutione Iudas, & alij multi fugerũt ad mõtes, cõuersantes cum bestijs: & quãdoq; latẽter descendebant in castra, vt habetur. 2. Mac. 8. Et sic quandoque aliquantulum de farina vt poterant asportabãt ex qua faciebãt panes subcinericios, qui cum cineribus sunt inuoluti, & sic ex penuria cinerem cum pane manducabant. Similiter recordantes, quomodo sancta erant conculcata ipsorum peccatis exigentibus, & genus Iudæorum exterminatum, continuas lachrymas emittebãt & sic, dum potarent, lachrymæ in ipsorũ potum stillabant. Et sic cinerem tanquã panem manducabant, & potum cum fletu miscebant. Per hoc autem vult Psal. ostendere, quare Iudæi iurauerunt, vel conspirauerunt contra Christum. Vnde, si quæras à Christo, Quare Iudæi, qui te laudabant, aduersum te iurabant, siue conspirabant? Respondet Christus, Causa est, quia cinerem tanquam panẽ manducabam, &c. Vbi notandum, quòd per cineres intelliguntur pęnitentes siue ipsa pœnitentia. Quod pulchre patet, si consideres, quòd cinis præcipuè valet ad tria, scilicet, ad lauanda sordida: ad conseruandum ignem, & ad obscura facienda lucida. Sic & conformiter pœnitentia. Primò ergo pœnitentia ad modum cineris lauat sordida. Ex cinere.n. fit lixiuium, quod sordida purgat. Sic & pœnitentia sordidam in peccatis purgat animam. Propter quod dicitur, Pœnitẽtiam ago in cinere & cilicio. In huius
Iob 41. figuram dicitur Hebr. 9. Sanguis taurorũ, & cinis vitulæ aspersus inquinatos sanctificat ad emundationẽ carnis. Vbi sciẽdum quòd vt (habetur Num. 19.) præcepit dominus vt vacca ætatis integræ, & sine macula extra castra duceretur: & ibi combusta, ex cineribus eius fieret li-
E xiuium, quo immundi homines aspersi mundabatur. Quid autem figurabatur, nisi Christus, qui est vacca, siue vitulus sine macula ratione suæ immolationis: ætatis integræ, quia trigintatrium annorũ: & sine macula, quia peccatum nõ fecit? Qui extra castra ductus, i. extra ciuitatem Hierusalem ductus, & in cruce positus, igne charitatis fuit consumptus. Ex cuius cineribus, idest, passionibus nobis fit pœnitentiæ lixiuium omnis immunditiæ purgatiuum: vt sententialiter ponit ibi gl. ad Hebr. 9. Isto ergo cinere aspergimur, & mundamur, cum passionẽ
F eius imitantes, & nos pœnitentiam agimus. Et ad istum cinerem pœnitentiæ inducimur Hier. 6. Filia populi mei accingere cilicio, & aspergere cinere, luctum vnigeniti fac tibi planctum amarum. Secundò cinis valet ad operiendũ ignem, ne, scilicet, appareat. Quid autẽ per ignem omnia cõsumentem, nisi peccatum intelligitur? Ignis in domo impij. Sed hunc ignem peccati operit pęnitentia, ne à Deo videatur ad puniendum, propter quod dicitur. Saccum consui super cutem meam, & operui cinere carnem meam. Quod de virtute pœnitentiæ exponens Greg. ait, Quid in sacco, & cinere nisi pœnitentia: quid in cute, & carne nisi peccatum carnis debet intelligi? Cum ergo quidam post lapsum carnis ad pœnitentiam redeunt, quasi saccus super cutem consuitur, & cinere caro operitur: quia culpa per pœnitentiã tegitur, ne in districti iudicis examine ad vltionem videatur. Et ideo nobis consulitur Hier. 25. Clamate, & aspergite vos cinere. Tertiò cinis valet ad faciendum obscura lucida, Nam quid lucidius vitro? Quod tamen fit ex cinere. Sic & consimiliter pęnitentia, quæ clarificat
H animas: quia omnem obscuritatem peccati tollit. ps. 147. Nebulam sicut cinerẽ spargit. Vbi gl. ad propositum ait, Dum nos ad pęnitentiam vocat Deus, nebulã sicut cinerem spargit. Cinis.n. ad humilitatem, & pœnitentiam pertinet: quia cinis, & cilicium sunt arma pœnitentium. Nebula verò caliginem peccati, & ignorantiam notat. Et, dũ vocatur quis ad intelligendum Deum, & dicitur ille capere veritatem: incipit velle capere veritatem, & non sufficit, sed patitur caliginẽ: adhuc

Mich. 6. — Iob 16. — Gregor. 13. mor. c. 10.

adhuc est illi nebula, vt sciat se nescire, A & non posse capere, quam oportet eum scire. Sed si non potest penetrare veritatis arcanum, pęniteat eum peccatorum suorum, quibus io hanc difficultatem videndi venit. Et ita erit ei salubris nebula quam spargit Deus vt cinerem, i. tollit per humilitatem pęnitentiæ quæ significatur per cinerem. Nebulam ergo, idest, peccati caliginem Deus sicut cinerem spargit, i. tollit per humilitatis pœnitentiam. Hæc gl. Et quia talis cinis pęnitentiæ de cœlo nobis inspiratur, dicitur Deut. 28. De cęlo descẽdet super te cinis donec contereris, s. de peccatis. Ad B propositum ergo dicit Christus, quòd aduersus eum iurabant, causa, quia cinerem, i. pœnitentes manducabam, i. mihi incorporabam peccatores uocando ad pœnitentiam. Vnde hic gl. *Aduersum me iurabant*, i. conspirabant. *Quia cinerem tã quam panem manducabam*, i. quia pęnitẽtes, qui per cinerem, & fletum significantur in membris meis habere volui. Istũ autem versum aliter exponit Balduinus dicens, *Quia cinerem tanquam panẽ*, &c. Ac si diceret, Memoriam infirmitatis, & conditionis meæ, qua memini me cinerem, & puluerem, panis mihi est, refectio C mea est roborans, & confortans me, & poculum spiritualis lætitiæ, quod me lætificat, non sine amaritudine est, quia gaudium doloris temperamentum. Si autem esset virtus sine infirmitate, esset gaudium sine męrore. Nunc autem & infirmitas proficit ad virtutem. Et hoc est, *cinerem tanquam panem manducabam*. Et uirtus humiliatur per infirmitatẽ. Et hoc est, *poculum meum cum fletu miscebã*.

Gaudium spirituale dolore miscetur.

Balduin.

1713 *A facie iræ indignationis tuæ: quia eleuans allisisti me.*

POnitur hic grauitas pęnæ ex parte casus. Quãto enim quis magis cadit ab alto, tanto casus est grauior. Nulla autem generatio tantum à Deo fuerat exaltata, vt natio Iudæorum: ut patet, si consideres, quantum fuit exaltata tempore Dauid, qui omnes circunstantes populos, & regna sibi subiecit. Quãtum tempore Salomonis, cuius vultum omnis terra videre desiderabat. De quo 3. Reg. 10. Magnificatus est Rex Salomon super omnes reges terræ. Quantum tẽpore Hester. Quantum tempore Iudith quæ sola mulier totum exercitum Holofernis deuicit. Et sic discurrẽdo per scripturam nullum regnum magnificatum tantum fuit gloria, virtute, & mirabilib. sicut regnum, & genus Iudęorum. Modo autem tempore Antiochi non erat natio in orbe tantum vilipensa, tantũ abiecta, & subiugata, totque miserijs aggrauata, vt natio Iudæorum. Sic enim ad literam de gente Iudæorum tempore Antiochi dicitur, Secundum gloriam eius multiplicata est ignominia eius, & sublimitas eius conuersa est in luctum, vnde rectè videbatur Deus contra Iudæos indignatus. Et hoc præuidens ps. d. *A facie iræ indignationis tuæ*, s. proiectus sum in tantum opprobrium propter iram indignationis tuæ, qua mihi indignaris propter peccata. *Quia eleuans allisisti me*, i. quanto amplius me eleuasti, nationem, scilicet, Iudęorum exaltando, tanto amplius modo depressisti istã, ipsam in opprobrium, & conculcationem gentibus subijciendo. Per hoc vult psal. ostendere, quod quanto homo nobiliori modo, & altiori cæteris creaturis inferioribus fuit creatus à Deo, tanto amplius peccando cæteris creaturis fuit depressus, & allisus, patet, si consideres hominis miseriam. Vnde secundum glo. Hæc sunt verba generis humani Deo dicentis, Eleuans me, s. in honorem faciendo me ad imaginem tuam, ex quo omnia animalia superamus, & tãto grauius propter peccatum allisisti me. Nullum. n. animal habet tantam pœnam miseriæ præsentis, & gehennę futuræ nisi homo. Quod enim pecus plangit de peccato? quod animal? Certe nullum nisi homo. Quæ auis timet gehennam ignis æterni? D Certe nulla, nisi homo, Quia sicut nulla est eis participatio vitæ beatæ: ita nulli sunt stimuli miseriarum. Nec mirum, quia cum augentur dona, rationes etiam crescunt donorum, & ampliori ingratitudini maior pœna debetur.

1. Mac. 1.

Homo miserior est cæteris creaturis

Dies mei sicut vmbra declinauerunt: & ego sicut fœnum arui. 1714

HIc ponitur tertia pœna ex parte finis, quæ videbatur breuis. Promiserat enim Deus Dauid stabilire regnũ eius,

eius, & Salomonis. Vt pater 2. Reg. 7. vbi Deus per Nathã dixit ipsi Dauid, Suscitabo semen tuũ post te, q egredietur de vtero tuo, & stabiliam regnũ eius vsque in sempiternũ, &c. Modo aũt tẽpore Antiochi ex toto defecisse videbatur. Et hoc est q Ps. in persona illius populi tẽpore illius persecutionis deplorat dicẽs, *Dies mei sicut vmbra declinauerũt*, quę, s. in se nullam habent stabilitatem. Et rõnem subdit, d. *Et ego*, i. quia ego sicut fœnum arui, i. sicut viriditas fœni ab ardore solis deficit, & arescit, sic & ego ab æstu persecutionis, quia tũc Iudæi passim interficiebantur. Vnde d. 2. Mac. 5. q in triduo octoginta milia Iudæorum interfecti sunt: quadraginta milia vincti: non minus aũt venundati. Per hoc aũt vult ps. demõstrare, q vi vere hominis, quod ante peccatũ fixum, & stabile erat: post peccatum breuiter ad modum vmbræ solis transit. Quia sicut sol nunquã cessat à cursu suo: sic & vmbra causata à sole nunquam fixum statũ habet, sed semper fluit. Et fœnum ardore solis arescit: sic & homo vitæ cursu. Et hoc est q d. Iob 14. Homo natus de muliere breui viuens tempore, &c. Quasi flos egreditur, & fugit velut vmbra. Vbi Greg. 11. mor. c. 27. ait, Homo. n. more floris procedit ex occulto, & subito apparet in publico: qui statim ex publico per mortẽ trahitur ad occultum. Carnis nos viriditas ostẽdit: sed ariditas pulueris ab aspectibus hominũ retrahit. Quasi flos apparuimus, qui non eramus: quasi flos arescimus, qui temporaliter appareamus. Et quia per momenta homo quotidie compellitur ad mortẽ: rectè adiũgitur, Et fugit velut vmbra. Sed, cum sol cursũ suũ indesinenter peragat: nunquamq; in stabilitate figat: Cur cursus vitæ hominis vmbræ potius quã soli cõparetur: nisi quia, amisso amore conditoris, calorem cordis perdidit, & sola iniquitatis suæ frigore remansit? Qui igitur in amorẽ Dei calorem cordis non habet, nec tamen vitam, quã diligit tenet, velut vmbra fugit. Et hoc est, quod de humano genere post peccatum ps. ait, *Dies mei sicut umbra declinauerunt*, quia quotidie tendimus ad mortem. *Et ego sicut fænũ arui*. s. tempore mortis. Quòd autẽ vmbra sit vita præsens vide versi. 567.

Homo vt flos egreditur: & fugit velut vmbra.

Tu autem, domine, in æternum permanes: & memoriale tuum in generatione, & generationem. 1715

Hic ponitur dictæ persecutionis p Christum liberatio, quam prædicit psal. fieri per aduentum Christi. Et diuiditur in partes tres: quia primò ponitur ecclesię promotio per aduentũ Christi, secundo ecclesiæ futura tribulatio p aduentum Antichristi, ibi, *Respondit ei*, tertiò præsentis vitæ cessatio in fine mũdi, ibi, *In initio*. Prima in duas, quia primo ponitur ecclesiæ promotio, secũdo ex hoc concluditur gratiarum actio, ibi, *Scribantur*. Prima in duas: quia primo ponitur ecclesiæ promotio immediate facta per Christum, secundò facta per cætum Apostolicum, ibi, *Quoniam placuerunt*. Circa primum duo facit: quia ponitur primò Christi æternitas ratione paternæ generationis, secundò Christi pietas ratione maternæ incarnationis: ibi, *Tu exurgens*. Quantum ad primũ sciendum, quòd Christi duplex est natura, s. diuina ratione personæ, & humana ratione assumptæ naturæ. Ratione aũt naturæ diuinæ Christus semper fuit, est, & erit: quia persona Christi est verbũ Dei, & sapientia Dei. Sicut est impossibile Deum esse, vel aliquando fuisse sine sapientia, sic & sine verbo. Et hanc æternitatem Christi rõne suppositi notans ps. Christo d. *Tu autem, Domine, in æternum permanes*. Præuidens. n. ps. q aliqui futuri erãt hæretici, qui dicerent Christũ Dei filium nihil fuisse, antequam cõciperetur ex Maria virgine: sicut fuerunt Ebionitæ hæretici. Istum errorem extirpare volens ait Christo, *Tu autem, Domine, in æternum permanes*. Et istam æternitatem Christi ratione suppositi benę nouerant Iudæi, quando Christo dicebant, Nos audiuimus ex lege, quia Christus manet in æternum. Sed contra istam æternitatem personæ Christi admirantur simplices dicentes, Omne, quod nascitur ex aliquo, est posterius illo, ex quo nascitur. Quis. n. intellectus potest capere, q pater aliquis generans filiũ aliquẽ non sit ante filium, & filius post patrẽ? Quod aũt est post aliquid, non est æternum: quia in æternitate nihil prius, aut posterius. Et hanc obiectionem mouet August.

Christus est æternus ratione personæ.

Ioan. 12.

August. August. in de verbis domini, dicens, Dicit hæretici. Si natus est patri filius: erat pater, antequam filius ei nasceretur, hoc autem respuit fides. Ergo dicunt, rationem redde quomodo filius nasci potuit patri, vt coæternus esset ei, à quo natus est, vel coæuus. Post patrem enim nascitur utiq; filius, quod verum de filio, qui nascitur patri morituro successurus. Accipe ergo rationē. Nemo dubitat, quòd splendor ex igne generatur. Ponamus ergo ignē patrē splendoris, da mihi ignem sine splendore, & dabo tibi patrem domini sine filio. Similiter ponamus arborem natam supra aquam, nonne cum imagine sua nascitur? Si enim semper esset, vel fuisset arbor super aquam, semper eius imago de ipsa nata fuisset in aqua. Ad hoc autem clarius intelligendum, scilicet, coæternitatem patris, & filij: est notandum, quòd principium aliquod productiuum alicuius præcedat duratione aliquod productum ab eo, solum tribus rationibus accidere potest: Primò quia producens à principio sui esse non habet potentiam productiuam in seipso perfectam, sicut homo à principio sui non habet perfectam potentiam generandi, & ideo eius filius necessariò duratione est posterior ipso. Secundò hoc contingit propter modum producendi: quia quando aliquid producitur per motum, qui motus est in tempore, oportet, quod productum sit posterius duratione ipso producente, quia productum primò habet esse in primo instanti, in quo terminatur ille motus, prout patet in generatione formæ, vel compositi. Tertiò hoc accidit, quando aliquid producitur liberè, & non de necessitate naturæ, quia tale producens potest expectare, quantum uult ad producendum suum effectum, sicut creaturæ à Deo cuius potentia est perfectissima, & fine transmutatione, & motu, tamen nō sunt ei coæternæ, & si ab æterno potuerit producere creaturas, noluit tamen illas producere ab æterno. Modò ad propositum, nullus istorum modorum potest poni ut uerbum Dei sit posterius ipso patre producente. Non primum, quia in diuinis nulla potest esse potentia productiua imperfecta, quia in Deo nihil imperfectum cadere potest. Nec secundum,

A quia verbum in diuinis non procedit per mutationem & motum, quia ut dicitur Iacob. 1. Apud Deum non est transmutatio, nec uicissitudinis obumbratio. Nec tertium; quia uerbum in diuinis procedit de necessitate naturæ, quia Deus necessariò seipsum intelligit. Et sic relinquitur necessariò, quòd verbum in diuinis est patri coæternus, quòd uerbum est suppositum Christi. Et ratione suppositi Christo nunc dicit Psalm. *Tu autem, Domine, in æternum*, &c. Sed iterum contra hoc arguunt hæretici, ut dicit Magister lib. 1. dist. 9. dicens, Omne, quod est
B natum, habet principium, sed verbum in diuinis est natum: ergo habet principium. Tunc sic, omne, quod habet principium, incipit esse, verbum habet principium, &c. Tunc sic, omne, quod incepit esse, est temporale, & non æternum. Ad istud argumentum respondetur, quòd duplex est principium, scilicet, originis, à quo producitur aliquid, & principium temporis, in quo aliquid producitur. Tunc ad argumentum, omne, quod est natum, habet principium: verum est de principio originis, sed non de principio temporis. Nam, vt dictum est, si ignis
C fuisset æternus, calor, uel splendor eius fuisset æternus. Et tunc calor eius habuisset principium originis, sed non durationis, siue temporis. Vnde ad prædictum argumentum sic respondet Ambr. vt dicit Magister ubi supra. Dic mihi, hæretice, Fuitne quandoque omnipotēs Deus, qui pater non erat, & Deus erat? Nā, si pater esse cœpit, Deus primò erat, & postea pater factus est. Quomodo ergo immutabilis est Deus? Si enim antea Deus, postea pater fuit, utique generationis accessione mutatus est. Sed auertat Deus hanc amentiam. Ex prædictis
D ergo omnibus patet, quòd Christus ratione suppositi manet in æternum, dicēte Psal. *Tu autem, Domine, in æternum permanes*. Et quamuis sit æternus, memoriam tamen temporalium habet, vnde subditur. *Memoriale tuum in generatione, & generationem*, idest, memoria qua nostri memor es, est in generationem præsentem, & generationem futuram, quia promissionem habemus uitæ, quæ nunc est, & futuræ, vt ait glo.

Tu

1716 *Tu exurgens misereberis Sion, quia tempus miserendi eius, quia venit tempus.*

POnitur hic Christi pietas ratione suæ incarnationis. Loquitur.n.sacra scriptura de Deo more hominum, quos dormire dicimus, quando oppressis non succurrunt, sed tunc surgere, qñ præstant auxilium: Sic & similitudinariè dicimus Deum iacere, vel dormire, qñ suos aduersitatibus exponit, sed surgere, quando ab aduersis ipsos liberat. Quia ergo Christus per suam incarnationé succurrit humano generi, ideo per illam dictus est surgere. Et hoc est, quod ait Psal. *Tu*, scilicet, Christe, *exurgens*, per assumptionem carnis, *misereberis Sion*. Ad hoc auté intelligendum, nota, q̃ Christus ante incarnationem non stabat, sed iacebat, vel dormiebat similitudinariè, quoniam aliquibus erat sedens, aliquibus verò iacés. Sedens quidem erat Angelis, sed hominibus iacens. Quòd sic deduco, qm stantis tam pars superior, quam inferior vr, sedentis autem pars superior corporis videtur, sed pars interior occultatur, iacentis verò vtraq; pars occultatur, quia non videtur nisi obscurè, & confusè. In Deo autem est considerare partem superioré, & inferiorem, & vtramq; manifestat Ps. 138. Si ascendero in cęlum, tu illic es, si descendero in infernum, ades. Et Iob 11. Excelsior est cœlo, & profundior inferno. Est.n.excelsior cęlo, quantum ad partem superiorem diuinitatis, sed profundior inferno per humanitaté assumptã, alioquin non diceret Psal. Eruisti aĩam meam ex inferno inferiori. Angeli auté ante incarnationem hanc partem superiorem.s.diuinitatem clare videbant, sed partem inferiorem humanitatis non videbant. Vnde Bernar. in ser. de Epiph. loquens Angelis beatis, dicit, Habetis sublimitatem eius, sed humanitaté eius antea nõ vidistis. Sic igitur fuit Deus apud Angelos quasi sedens. Ps. 79. Qui sedes super cherubin, &c. Sed hominibus iacebat, quia pars superior, s. diuinitas eos latebat. Exod. 33. Non poteris videre facié meam, non.n.videbit me homo, & viuet quia Deus habitat lucé inaccessibilé, &c. Pars etiam inferior, s. humanitatis latebat homines, quia nondum apparuerat

Exurrexit Christus per incarnationem.

Surgere Christi est incarnatio.

1. Timo. 6.

E Christi humanitas, nec benignitas, nec humilitas. Vnde Bern. Priusquam appareret humilitas, latebat benignitas, ideo quo ad homines erat quasi iacens, quia omnino latebat, nisi quia de ipso aliquid ænigmaticè per fidem de ipso credebãt, iacebat quidé in cubiculo, i. in sinu Dei patris, vbi ęternaliter requieuit. Ideo ad ipsum excitãdum vt per incarnationem exurgat super ipsum clamabat Psal. dicens. Exurge, domine, adiuua nos, & libera nos propter nomen tuum. Et alibi. Exurge quare obdormis, domine: exurge & ne repellas in finem. Et dicit bis F exurge. Primum propter homines, quibus erat iacens. Secundum propter Angelos, quibus erat sedens. Sed nonne videtur magna præsumptio, vt homo putredo, & filius hominis vermis, audeat clamare, & inquietare regem cœlestem dormientem 1. Reg. 26. Quis es, tu, qui clamas, & inquietas regem? Sed adhuc maior videtur præsumptio, q̃ sibi modũ voluit imponere exurgendi, dicés, Exurge, domine, in precepto, quod mandasti. Præceptum, quod ipse mandauit, est præceptum mansuetudinis, & humilitatis, dicens, Discite à me, quia mitis sum. Sed G adhuc maior pręsumptio videtur ex causa, quare ipsum excitat, quia non ad vtilitaté regis exurgentis, sed necessitas hominis iacentis excitauit, excitauit enim eum, vt se liberaret, & ab hostibus protegeret, cum tamen præsciret hoc fieri nõ posse sine magno regis periculo, unde clamat alibi, Apprehende arma, & scutũ, & surge in adiutorium mihi. Ad qué tamen misericorditer Christus respondet, dicens, Propter miseriã inopum, & gemitum pauperum, nunc exurgã, dicit Dñs. Hæc ergo omnia præuidens Psal. H quomodo Christus exurgens per incarnationem secum misericordiã afferret, dicit, *Tu exurgens misereberis Sion*, i. populi colentis Deum in monte Sion. Magna enim miseria est implere iustũ desideriũ alicuius. Omnes autem sancti patres cũ magno desiderio affectabant Christũ incarnatũ uidere. Luc. 10. Multi reges, & prophetæ voluerunt videre, quæ vos videtis, &c. Inter quos fuit ille sanctus Simeon, qui responsum acceperat à spiritusancto, nõ visurum se morté, nisi videret Christum. Hoc autem fuit adimpletum,

Psal. 43.

Iob 25.

Math. 11.

Psal. 34.

Psal. 11.

Luc. 2.

tum, quando Christus fuit in teplo præ-
sentatus, quod erat in monte Sion, quã-
do ibi prædicauit, & miracula multa fe-
cit, qñ in monte Sion cum discipulis cę-
nauit, & sacrm Eucharistiæ instituit, qñ
ibidem spiritumsanctum apostolis misit.
Et sic per Christum fuit adimpleta pro-
Zach. 9.
phetia Zachariæ dicentis, Exulta satis fi-
lia Sion, iubila filia Hierusalẽ, ecce rex
tuus venit tibi iustus & saluator, & ipse
pauper. Et per hoc ꝙ dicitur pauper, ma
nifeste patet, ꝙ cõsolatio danda per Chri
stum non intelligebatur quo ad bona tẽ
poralia, quæ sunt minima, sed quo ad spi
ritualia, quæ sunt maxima. Et præuidẽs
Psal. tempus Christi incarnationis, quod
præfixũ fuit æternaliter à patre, subdit,
*Quia tempus miserendi eius, quia venit tem
pus.* De quo tempore dicitur ad Gal. 4.
At ubi uenit plenitudo temporis, &c. Et
aduerte, ꝙ cum dicit, misereberis Sion,
Sion, idest, specula.
per Sion, quod Specula interpretatur
non solum intelligit Iudæos, quorũ mi-
sertus est, ex eis sumendo Apostolos, &
alios discipulos multos, sed etiam intel-
ligit omnes fideles per fidẽ Deũ contem
plantes, vide vers. 101. 269. 1336. 1351.

1717 *Quoniam placuerũt seruis tuis lapides
eius, & terræ eius miserebuntur.*

HIc ponitur promotio ecclesię facta
per Christum, mediantibus Apo-
stolis, qui primò prædicauerunt Iudæis,
& inde expulsi gentibus, ut habetur Act.
13. Vbi notandum, ꝙ hic non loquitur
de lapidibus mortuis, sed de uiuis, qui-
Gregorius lapides dicuntur boni conuersi.
bus ecclesia construitur. Vnde Grego. 8.
mor. c. 36. ait. Lapidũ nomine in scriptu-
ra sacra homines designantur, sicut san-
ctæ ecclesiæ per Esaiam dicitur. Ponam
iaspidem propugnacula tua, & portas
tuas in lapides sculptos. Qui per eosdẽ
lapides quid dixisset, aperuit, cùm subiũ-
xit, Vniuersos filios tuos electos à domi
1. Petr. 2.
no. Sicut & admonente Petro dicitur,
Et uos tanquam lapides uiui superædifi-
camini domos spirituales. Et de istis lapi
dibus uiuis dicit, *Quoniam placuerunt ser
uis tuis lapides eius*, s. seruis tuis Aposto-
lis placuerunt lapides eius. s. fideles de
Iudæis ad prædicationem Apostolorum
conuersi, ut patet Act. 2. & multis alijs
locis. Ipsi. n. de Iudæis conuersi fuerunt
primi lapides uiui in spirituali ædifica-
A tione ecclesię positi. Et de istis lapidibus
conuersis dicitur Zach. 9. vbi postquam
dixit. Exulta, filia Sion, &c. quia ecce rex
tuus uenit tibi, &c. subdit, Et saluabit eos
dominus Deus eorum in die illa, quia la
pides sancti eleuabuntur super terram
eius. Et serui Dei. s. Apostoli primò in
Iudęa prędicando miserti sunt Iudęorũ,
ipsis prædicando, ipsorum infirmitates
sanando, & ipsos ad cultum veri Dei &
fidem Iesu Christi adducẽdo. Et hoc est,
ꝙ subditur, *Et terra eius miserebuntur.* Vel
aliter. Vbi aduerte, quòd per lapides so-
Lapides dicuntur prophetæ.
lidos, & fortes intelliguntur sancti pro-
B phetæ, qui mysteria ecclesiæ prędixerũt,
& Christi incarnationem. Et sic funda-
mentum ecclesiæ, & principium fuerũt,
ad Eph. 2. Superædificati super fundamẽ
tum Apostolorum, & prophetarum. Ser-
ui autem dicuntur Apostoli, quia idem
quòd missi, sed terra ipsius montis Sion
dicuntur alij Iudæi, & populares: Sic est
ergo sensus. *Quoniam placuerunt seruis
tuis lapides eius*, idest, Apostolis placue-
rũt prophetæ, quia eorum dicta de Chri
sto, & ecclesia receperunt, & crediderunt
omnia in Christum esse completa. Et
hac fidelitate habita ex dictis propheta-
C rum terræ Iudæorum, idest, populo Iu-
dæorum sunt miserti, eos per prædicatio
nem, ad fidem adducendo, unde subdit,
Et terra eius miserebuntur. Et hunc intel-
lectum habet glos. dicens hic, *Quoniam
placuerunt seruis tuis lapides eius*, idest,
Apostolis tuis placuerunt lapides Sion,
idest, prophetæ firmi, & stabiles. Sunt
enim in Sion lapides, sunt & nõ lapides,
scilicet, puluis, & terra. Lapides sunt pro-
phetæ. Ibi enim præmissa est prædicatio,
vnde sumptum est euangelicũ officium.
Ergo serui, idest, Apostoli agnoscunt in
lapidibus, idest, 1 prophetis eloquia Dei.
D Et de terra formant imaginem Dei, id-
est, ecclesiam dum terreni mundantur,
quorum miserentur. Sicut ergo de pulue
re terræ psalmatus est homo: sic de pul-
uere ruentium parietinarum Dei imago
formatur. Inde est, quòd misso spiritu-
sancto, multi crediderunt eorum, qui
Christum crucifixerunt. De illo enim
puluere siue terra multa utilia creden-
tium uenerunt precium rerum suarum
ad pedes Apostolorum ponentium,
&cætera.

1718 *Et timebunt gentes nomen tuum, domine, & omnes reges terrę gloriam tuam.*

Hic ponitur gentium conuersio. Ad prædicationem enim Apostolorũ, & ad miracula eorum gentes audientes timuerunt Deum, & conuersæ sunt ad fidem. Sic.n. de Cornelio gentili ait Petrus. Omnis, qui timet Deum, & operatur iustitiam, acceptus est illi. Et non solum gentes vulgares receperunt timorẽ Dei, & fidem, sed etiam magni principes & reges, vt patet de rege Franciæ cõuerso per beatum Dionysium, de rege Angliæ, de imperatore Romanorũ per beatum Siluestrum, & sic de multis alijs. Si autem non omnes reges adhuc conuersi sunt, omnes tamen in fine timebunt gloriam Christi timore filiali, aut seruili, vt dæmones, qui credunt, & contremiscũt. Nota ꝙ timoris multæ sunt species. Est enim timor mundanus, seruilis, initialis, & filialis, vide vers. 261. Timore mũdano sine seruili omittere malum, vel bonum facere, non est meritorium, vide versicu. 242. Timore autẽ initiali si plus mouet timor quam amor iustitiæ, peccatũ est, si autem econtrario, meritorium est. Si autem moueat æqualiter, tunc est peccatũ: quia tunc Deus non plus amatur quam idem amet seipsum. Item nota, ꝙ timor, & amor causa sunt cõuersionis ver. 455. Item nota, ꝙ timor Dei vtilis est omnibus peccatoribus pœnitẽtibus, proficientibus, & perfectis. Primò ergo timor Dei valet peccatoribus ad tria, s. ad præterita peccata odiendum, ad præsentia peccata repellendum, ad futura peccata declinandum. Primò timor Dei valet ad peccata præterita odiendum. Sic latro deprehensus, solo timore pœnæ dolet de furto cõmisso. Exemplum in Adam, qui post peccatum dixit ad dominum. Vocem tuam audiui in paradiso, & timui, eo ꝙ nudus essem, & abscondi me. Vnde Cassiodorus super Ps. 2. dicit, ꝙ sicut nimia securitas culpas admittit, sic timor delicta semper excludit. Et hoc est, qd dicitur Prou. 8. Timor domini odit malam arrogantiã, & superbiam. Secundò valet ad peccata præsentia repellendum, sicut mulier timore mariti expellit præsentem adulterũ. Figura huius in obstetricibus Aegy-

Actuũ 10.

Timore facere bonum qualiter est meritoriũ.

Timor etiã seruilis, videlicet, ad peccata fugienda.

Gen. 3.

E pti. Exo. 1. Timuerunt obstetrices Deũ, & non fecerunt iuxta præceptum regis. Vnde Hugo. li. 3. de anima dicit. Si amor Dei te tenere non potest, saltẽ te teneat iudicij timor, metus gehẽnæ, meditatio mortis, dolores inferni, ignis vrens, vermis corrodens, sulphur fœtens, flammã tartarea, &c. Et hoc est quod dicitur Eccle. 1. Timor domini expellit peccatum. Nam qui sine timore est, iustificari non poterit. Tertiò valet ad futura peccata cauenda, sicut canis timore domini clamantis declinat à prohibito. Figura habetur de Aegyptijs Exo. 9. ꝙ qui timuerũt F verbum domini propter grandinem futuram, fugere fecerunt seruos suos, & iumẽta in domo, &c. Vnde isto timore declinauit Pharao à peccato qđ facere disponebat, s. Hebræos retinere. Ideo dicitur Prou. 15. Per timorem domini declinat omnis homo à malo. Sed notãdum, ꝙ iste timor seruilis, quo Deus timetur ratione pœnæ, licet peccatoribus sit vtilis (vt dictũ est) non tamen est perfectus, quia isto timore plus timetur pœna quã Deus ametur. Vnde Greg. dicit, Qui humani generis conditorẽ adhuc seruiliter timet, pculdubio adhuc ipsum nõ amat. G Nã tunc solũ Deo vera obsequia reddimus, cùm eum ꝑp amoris fiduciam seruiliter nõ timemus, cùm nos ad bona opera affectus non metus dirigit, cũ malum nostræ menti iam non placet, etiam si licet. Nam qui à peruersitatis opere ex timore restringitur, peruersa libenter ageret, si liceret. Nequaquã ergo veraciter rectus est, qui adhuc à prauitatis desiderio liber nõ est, quia uera obsequia Deo non reddimus si ex timore mandatis illius, & non potius ex amore seruimus.

Eccl. 9.

Gregor. 9. mor. c. 32.

Quia ædificauit dominus Sion, & videbitur in gloria sua. 1719

H Ponitur hic ecclesiæ ædificatio. Vbi notandum, quòd per Sion significatur ecclesia. Est autem duplex ecclesia, scilicet, militans in præsenti, & triũphãs in futuro. Significat enim Sion quandoque ecclesiam militantem, vide versicu. 1336. 1351. Significat etiã ecclesiã triũphantem vers. 101. De ecclesia ergo militante dicit, ꝙ *ædificauit dominus Sion*, scilicet, ecclesiã militantẽ, in qua Deus per fidem

Sion significat ecclesiam.

fidem speculatur, quàm Christus ædificauit per seipsum, & per prædicationem Apostolorum. Incepit enim ecclesia in monte Sion per oblationem Christi in templo, per eius miracula, & prædicationem, & spiritussancti in eadē. Sion missionem. Et hoc est, quod dicit, *Quia ædificauit dominus Sion*. Et in eodem loco, *videbitur in gloria sua*, quia ibi à suis discipulis visus est resuscitatus, & gloriosus. Vel hoc quod dicit: *Et videbitur in gloria sua*. refertur ad ecclesiam triumphātem, vbi beati clarè gloriā Dei vident. Et hoc videtur sentire gl. Aug. dicens. *Quia ædificauit dominus Sion*, idest, ecclesiam. Et tandem ædificata ecclesia in ipsa Deus videditur in gloria sua, qui modò non videtur apertè, quamdiu hic ecclesia ædificatur. Tunc enim uidebitur Christus gloriosus, qui prius visus est infirmus, & despectus. Tunc enim videbitur Christus gloriosus, quia ipsius diuinitas non quidem à malis, quia mali Deum etiam sibi præsentem uidere non possunt, uide uersicu. 1672 *Et videbitur in gloria sua*. Nota quòd triplici uisione gloria Christi uidetur, scilicet, primò uisione corporali, & sensitiua, & sic uiderunt ipsum Apostoli incarnatum, & gloriosum resuscitatum 1. Ioan. 1. Quod uidimus, & audiuimus, & manus nostræ contrectauerunt de uerbo uitæ, &c. Et Ioan. 1. Vidimus gloriam eius, &c. Sic.n. ipsum uidit Simeon, Luc. 2. Viderunt oculi mei salutare tuum, &c. Secundò uisione spirituali, & intellectiua. Et sic ipsum modo uidēt fideles ænigmaticè per fidem 1. Cor. 13. uidemus per speculum in ænigmate, &c. Tertiò uisione æternali, & fruitiua. Mat. 5. Beati mūdo corde, quoniam ipsi Deum uidebūt. Istarum autem uisionum modo solū secunda nobis uiatoribus congruit. Et ista uisione in Christo multa gloriosa uidere debemus. Quæ omnia figuraliter nobis demonstrantur Apoc. 10. ubi dicitur. Vidi angelum fortem stantem, descēdentem de cœlo, amictum nube, iris in capite eius, facies eius sicut sol, pedes eius tāquam columna ignis, & posuit pedem dextrum super mare, sinistrum autē super terram. In qua figura apparet, quod si uolumus uidere gloriam Christi in patria: hic primò in ipso per fidem multa uidere debemus. s. diuinitatis maiestatē.

August.

Visione tertia Christus videtur.

Videre multa debemus de Christo, & credere de Christo.

A ibi, uidi angelum fortem, &c. Humanitatis ueritatem. ibi, descendentem de cœlo. Benignitatis pietatem. ibi, iris in capite eius. Subtilitatis claritatem. ibi, facies eius sicut sol. Stabilitatis firmitatē. ibi, pedes eius, &c. Auctoritatis potestatem. ibi, & posuit pedem, &c. Primum patet cùm dicitur. Vidi Angelum fortem stantem. Per hoc.n. diuinitas uerbi intelligitur, quia secundum Magistrum. li. 1. d. 8. solus Deus stabilis est, & immutabilis, sic quod omnia creata mutabilia sunt, & uariabilia. Vnde Iac. 1. Apud quem non est trāsmutatio, nec uicissitudinis obum-
B bratio. Notans ergo Christi diuinitatem dicit. Vidi angelum fortem stantem. Qui rectè uocatur Angelus, quia ipse Christus propriè Angelicum habuit officium. Angelus enim idem est, quòd nuncius, uel legatus, &c.

1720 *Respexit in orationem humilium, & non spreuit preces eorum.*

HIc ponitur orationum per Christū exauditio. Ad quid.n. tendebāt sanctorum patrum orationes, nisi ad postulādum Christi incarnationem cuius desiderio summè æstuabant? ut ostendit
C Greg. lib. 13. mor. c. 21. super illo uerbo Iob 17. Vbi est nunc præstolatio mea? dicens, Quæ esse potuit præstolatio instorū, nisi iustus iustificans Deus, qui ad preces humani generis sponte descenderet, & captiuos mortuos iustitiæ suæ uirtute liberaret? Huius.n. præsentiam patres minimè cessabant intenta cogitatione præstolari, quam quandoque uenturam esse nouerant, sed uenire citius quærebant. Vnde non ait: Vbi est præstolatio mea, sed ait: Vbi est nunc præstolatio mea, ut ostendat quia, quem quandoque uenturum nouerat, ipsum uenire citius quærebat.
D Quid.n. aliud orabat Simeon ille senex, nisi ut redemptor cito ueniret, dicens, Quando ueniet, putas uidebo? &c. 21. In istorum ergo orationem Christus respexit, quando ipsos exaudiuit, carnem assumendo. Et hoc est, quod ait. *Respexit in orationem humilium*, scilicet, ipsos exaudiendo. *Et non spreuit preces eorum*. Hoc est.n. Dei respicere, quòd non spernere. Quid.n. est respicere Dei in orationem, nisi ipsā exaudire, hoc misereri. uide uersic. 444. 541. 590. 360. 363. 493. 873. 1385.

Incarnationem Christi sancti patres summè desiderabant.

Respicere Dei.

Item

Item respicere Dei est incarnatio Christi, vide vers. 152.158. Sic ergo respexit in orationem humilium quãdo ipsos exaudiendo carnem assumpsit.

1721 *Scribantur hæc in generatione altera, & populus, qui creabitur, laudabit Dominum.*

POnitur hic ex prædictis gratiarum actio. Et diuiditur in partes duas, quia primò beneficiorum Christi percipitur memoria: secundò incarnationis Christi exprimitur clementia. ibi, *Quoniam prospexit.* Quantum ad primum sciendum, quòd ad hoc ordinata fuit scriptura, vt rerum stabilis esset memoria, quia illa, quę verbis proferuntur, in memoria non diutius manent, quæ autem scribuntur, diutius sicut & scriptura longius verbo manent in memoria. Et hinc est, φ illa, quæ Deus stabiliter perduratura ordinauit, ille scribere dicitur, non autem illa, quæ mutabiliter disposuit, vt ostendit Greg. super illud Iob 13. Scribis contra me amaritudines. dicens, Quia omne, quod loquimur, transit, quod verò scribimus, manet. Deus nõ loqui, sed scribere cõtra nos amaritudines dicitur, cùm diu super nos flagella perdurãt: Semel quippè peccanti homini dictum est, Terra es, & in terram ibis. Et sæpè apparentes Angeli hominibus præcepta dederũt. Moyses legislator per discretionem peccata coercuit: Ipse vnigenitus summi patris ad nos redimendos venit, moriendo mortem absorbuit, vitam perpetuam denuntiauit nobis, quam ostendit in se. Sed tamẽ illa, quæ in paradiso data est de morte carnis nostræ sententia, ab ipso initio generis humani vsque ad finem sęculi non mutatur. Quis est n. homo, qui viuit, & non uidebit mortẽ? Et ideo amaritudines cõtra nos scribere dicitur; quia illa sententia immutabilis durat. Consimiliter ergo prædicationem euangelij, quæ vsque ad finem mundi est duratura, scribi uoluit Deus, & nõ solum verbis prædicari, vt eius memoria usq; ad mũdi finem firmius perduraret. Et hoc est, qđ ait, *Scribantur hæc in generatione altera,* q. d. secundum glo. per Christum esse reparationem, per Adam esse destructionem. Hæc, s. scribantur, vt similiter beantur in generatione altera, s. in omni generatione vsque ad finem sæculi futura. Vel per alteram generationem intelligit non carnalem generationẽ, sed spiritualem qua quis per aquam, & spiritũ regeneratur in Christo, quia tali generationi scriptura euangelij proficit nõ carnali. Sed quia talis generatio altera, s. spiritualis non erat in antiquo testaméto, sed solum per Christi prædicationẽ fuit instituta, ideo Psal. ista præuidens non ait, populus qui creatus est laudabit dominum, sed *populus qui creabitur laudabit dominum,* quia tempore Psal. nondũ ista spiritualis erat generatio, quæ condita per scripturam euangelicã gratias agens laudat Dominum Iesum Christum. Nota ergo, φ populus nouus. s. per Christũ nouiter generatus multipliciter ipsum dominum Iesum Christum laudare tenetur. vide versic. 1281. Item, nota, φ est duplex generatio, s. viatorum, & beatorum in quibus perfecta Dei laus cõsistit: de qua Ps. 8. Ex ore infantium, & lactentium perfecisti laudem. Generatio. n. viatorum per infantes, sed beatorum per lactentes designantur. Designatur autem status viatorum per infantes: quia tẽpus infantiæ solùm continet septem annos. Numerus autem septenarius ad totum tempus præsentis vitæ refertur, (vt osten dit Greg.) quia septẽ diebus deducitur, vnde 1. Petr. 2. Quasi modo geniti infantes, &c. Et ideo de viatoribus, qui semper in uita præsenti pęnis multis, & miserijs percutiuntur, sub nomine infantium dr. Tunde latera eius, dum infans est. Per lactentes verò designatur status beatorum, & fruẽtium Deo. Non. n. omnis, qui lac gustat, dr. lactens, sed solùm ille, qui de uberibus ipsum immediatè sugit. Sic in proposito. Nam viri contemplatiui in præsenti uita lac cœlestis dulcedinis gustant, sed tamen lactentes non sunt, sed tãtũ existentes in patria qñ nudam Dei faciem videbũt, & ex ea immediatè ineffabilem suauitatem haurient, quasi ore nudis vberibus applicato. Dicit. n. Auic. φ lac melius est; quod ex uberibus sugẽdo bibitur. Sic & illa dulcedo patrię omnem aliam superat. De qua Psalm. 30. Quã magna multitudo dulcedinis tuæ, Domine, quam modò abscondisti timentibus te, sed reuelaturus eam in futuro.

Et ideo

Marginal notes: *Scriptura manet, sed locutio trãsit.* — *Gregor. 11. mor. c. 24.* — *Gen. 3.* — *Psal. 88.* — *Laudatur Deus à viatoribus, & à beatis.* — *Infantes significãt viatores.* — *Gregor. 35. mor. c. 6.* — *Eccles. 30.* — *Lactẽtes dicuntur beati.* — *Auicen. 2. can.*

Section letters: E, F, G, H

Et ideo nobis consulitur, vt hoc lac sugere desideremus in patria 1. Petr. 2. Lac concupiscite sine dolo, ut in eo crescatis in salutem.

1721 *Quia prospexit de excelso sancto suo, dominus de cœlo in terram aspexit.*

HIc incarnationis Christi exprimitur clementia. Et primò ponitur Christi incarnationis pietas: secundò eiusdem incarnationis utilitas: ibi, *Vt audiret.* Quantum ad primum sciendum, quod Dei aspicere significat Christi incarnationem, vide versic. 152. 158. Dicit ergo, quia prospexit, &c. Superius.n.dixit, quod ædificauit Dominus Sion. Dixit insuper: Scribantur hæc in generatione altera. Sed quid sit scribendum, & qualiter ædificauit ecclesiam hic ostendit dicens, scilicet, *Scribantur hæc. Quia Dominus prospexit.* idest, misertus est nobis. Et hoc *de excelso sancto suo*, vt, s. inde ad humiles veniret, & per istum respectum ædificauit Sion. Loquitur.n. de ijs, quæ erant futura per modũ præteriti propter prophetiæ certitudinem. Et illum respectum Dei, scilicet, Christi incarnationis sub alijs verbis aperit dicens, *Dominus de cælo in terram aspexit.* Quòd autẽ respicere Dei super nos significet Christi incarnationem, sic deducitur. Respicere enim est actus uisionis. Licet autem de uisu fuerit diuersitas opinionum. s. utrum fiat extra mittẽdo, uel intus accipiendo, tamen ueritas est secundum Philosophũ, quòd fit intus suscipiendo, eo, quòd similitudo rei uisæ in oculo recipitur, & visus à re uisibili mutatur, & non ecõnerso. Sic fuit in incarnatione Christi. Nam Dei oculus dicitur Dei filius, sicut & cætera, quæ ad cognitionem pertinent, ut dicitur Dei sapientia, Dei notitia, &cęt. Iob 29. Oculus fui cæco. Iste igitur oculus à nobis motus est, idest, compassione nostræ miseriæ affectus. Ex qua motione sequebatur ipsius incarnatio. Rex Israel mutauit habitum suum. Fuit autem hæc mutatio nostre similitudinis in se susceptio. Phil. 2. In similitudinem hominum factus, & habitu inuentus, ut homo. Hoc igitur fuit eius respicere, non aliquid à se extra emittere, quia Deus est ut erat, sed intra se recipere, quia no-

Respicere Dei dicitur incarnatio Christi.

3. Reg. 22.

A stram naturam assumpsit, quã prius non habebat. Sic.n. respexit humilitatem ancillæ suæ, quia de ipsius substantia in se nostram naturam assumpsit. Vel aliter. *Dominus de cælo in terram aspexit*, vt per cœlum intelligamus gloriosam virginẽ: de qua carnem assumens in terram, idest in peccatores aspexit sua misericordia. Quòd autem virgo Maria propriè cœlũ dicatur, apparet, si consideres cœli conditiones ei propriè conuenire. Nã cœlum in suo fluxu habet viuacitatem, in suo situ sublimitatem, in suo effectu luminositatem, in suo motu regularitatem, in

B suo esse stabilitatem, in suo aspectu speciositatem. Primò cœlum habet in suo fluxu uiuacitatem, quoniam cœlorũ influentia omnibus inferioribus uita præstatur, ac etiam illa omnia quibus uita nostra nutritur, & conseruatur, cœlorum generantur uirtute. Si.n. cęlum pluuiam non tribueret terræ, omnia terræ uirẽtia ariditate deficerent. Ideo dr Deuter. 28. Aperiet Dominus thesaurum suum optimum cœlum, ut tribuat pluuiam tẽpore suo. Et quantum ad hoc cœlum significat uirtutem charitatis, quæ est spũalis uita animæ nostræ, à qua omnia opera vi

C ua, & meritoria procedunt, sine qua opera omnia mortua esse cẽsentur, ut ostendit Magister lib. 2. d. 25. & lib. 3. dist. 22. Propter quod dicebat Apostolus. Si tradidero corpus meum ita ut ardeam, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest. Sed istã cœli uirtutem quis plenius habuit gloriosa Virgine? Certè nullus, quia secundum Hier. cæteris gratia per partes præstatur: Mariæ autem se tota gratiæ plenitudo infundit, dicente ei Angelo. Aue gratia plena. Et propter hanc uirtutem charitatis ipsius, Petrus Blesch ipsam comparat cœlo, &c.

D

Luc. 1.

Celũ significat gloriosam virginem Mariam.

1. Cor. 13.

Vt audiret gemitus compeditorum, & solueret filios interemptorum. 1723

HIc ponitur incarnationis utilitas. Et aduerte quod hic non accipitur incarnatio præcisè, sed cum ea etiã, quæ Christus gessit incarnatus, ut fuit Christi prædicatio, passio, & huiusmodi. Istorum autem triplex ponitur hic utilitas. Et secundum hoc hæc pars diuiditur in tres, quia ponitur primò sacramẽtorum virtus,

virtus,& efficacia. secūdò prædicatorum vigor,& cōstantia.ibi,*Vt annuncient*.tertiò fidei vnitas,& concordia.ibi.*In conueniendo*. Quantum ad primum sciendum, q sacramenta nouæ legis habuerunt efficaciam, & virtuté ab ipso Christo, qua peccata remittuntur,& gratia gratum faciens infunditur,vt puta baptismus lauat omnem maculam , & gratiam infundit, etiam à malo ministro datus.Sic et sacramentum pœnitentiæ quantumcunq; malus sit minister,& sic de alijs.Quia eorū virtus non solum est ratione operis operantis.i.deuotionis ministri, sed et rōne operis operati. Quod non sic erat de sacramentis antiquæ legis, quæ etsi aliqua peccata dimittebant,vt puta circuncisio remittebat peccatum originale , non tñ de se cōferebat gratiam. Et hoc est quod ait Psal. q ideo Christum prospexit de excelso sancto suo , & ideo Dñs de cœlo in terrā aspexit, ad hoc vt audiret gemitus compeditorum.s.vt per virtuté pœnitentiæ, quę per gemitum significatur,audiret pęnitentes,& ipsos à peccatis absolueret . Vocantur.n. peccatores cōpediti: quia vinculis peccatorum suorū ligātur ipsorum pedes.i.affectiones, ne ad bonū valeāt procedere. Vnde Prou.5.Funibus peccatorum suorum quisque constringitur.Sed Christi incarnatio,& passio talem virtutem dedit sacro pœnitentiæ, q ab istis compedibus soluit peccatores. Psal. 145. Dominus soluit compeditos. Hos etiam peccatores, & malos alio nomine uocat filios interemptorū.Nā interimo , interimis: idem est quod occidere,vnde & interemptus dicitur mors vel mortuus.Et sic interempti idem qd mortui . Filij ergo interemptorum dicuntur filij primorum parentum, qui per peccatum fuerunt interempti , ac totū humanum genus peccato suo interemerūt.Est ergo sensus, q ideo incarnatus est Christus , & passus , vt daret uirtutem sacris, quibus mediantibus audiret.i.exaudiret gemitus compeditorum.s.peccatorū pęnitētium, & sic per sacra solueret.s.à peccatis filios interemptorum.i. peccatores filios primorum parentum. Quæ omnia sacramenta habent efficaciam à Christi passione, ut dicit Magist.lib.4.dist.18.& lib.4.dist.2.Tamen notandum,q duplex est gemitus compeditorum,sicut duplex

Sacramenta habēt efficaciam à Christi passione.

Lachrymarum duplex genus.

E est genus lachrymarum.s.lachrymæ eductæ pro temporalibus , & istæ sunt parui valoris,& lachrymæ eductæ pro spiritualibus.i.ex consideratione diuinæ offensę, amissionis gloriæ,&c.& istæ sunt fœcundiores . Dicit Philos. q aqua pluuialis magis cōuenit plantis, quā aqua fontis, & nihil vniformiter bene crescit , nisi aqua pluuiali imbuatur.Sic & spiritualiter,aqua fontis,quæ est de terra, significat lachrymas, & gemitus, quæ ex amissione terrenorum prorumpunt,& istę lachrymæ non valent ad fœcunditaté meritorū. Aqua vero pluuialis,quæ de sursum descendit, significat lachrymas spirituales, & deuotionis ex amissione diuinæ gratiæ, & commissione offensæ diuinæ.Et istis anima nostra plenè fœcundatur gratia, & à culpa lauatur , & ad fructum meritorum summè disponitur . Et istum gemitum exaudit dominus Ps.11. Propter miseriā inopum,& gemitū pauperum nūc exurgam,dicit dominus. Vel hoc accipitur de bonis compedibus gratiæ.vide glos.

Arist.7. de anim.

F

Vt annuncient in Sion nomen domini, & laudem eius in Hierusalem. 1724

G

HIc ponitur secūda utilitas,scilicet, prædicatorum vigor, & constātia. Ante.n.missionē spiritussancti, Apostoli,& alij prædicatores timidi erāt ad annunciandum nomen domini Iesu Christi, sed per spiritumsanctum taliter cōfirmati fuerunt,vt nó timerent minas, non verbera,sed neque ipsam mortē,ut manifestè in Petro patuit,qui territus voce vnius mulierculæ non fuit ausus annunciare nomē Christi. Sed post missionem spiritussancti,audacter cum magna constantia contra præcepta principū ipsum prædicabat,dicens:Obedire magis oportet Deo quā hominibus, vt deducit Gregor. Scimus quòd Petrus, &c.vide vers. 1141. Et hoc est, quod præuidens Psal. ait , quòd ad hoc uenit Christus, ut per spiritum sanctum fortificaret suos prædicatores. *Vt annuncient in Sion*,idest,in ecclesia *nomē domini,& laudem eius in Hierusalem*.Per Sion enim significatur ecclesia.vide vers.1719.Hierusalem verò,quę interpretatur visio pacis,significat ecclesiam triumphantem, ubi sancti videntes Deum

Actu. 5.
Greg.li.17. mor. c. 15.

H

Sion significat ecclesiā
Hierusalē significat gloriam cœlestem.

Deum pacificè quietantur. In Sion ergo annunciatur nomen dñi, quia in ecclesia militãte fides nominis Iesu Christi prædicatur, sed in Hierusalé annunciatur laus eius, quia beati continuè laudant Deũ Esa.52. Laudabunt, quia oculo ad oculum videbunt, s. ipsum Deum. Et nota ꝙ in ecclesia multa sunt annunciãda. Primò quæ fide sunt tenenda, s. mysteria Christi, vt est incarnatio, natiuitas, &c. vide versic.657. Item debemus annunciare, quæ mente sunt docenda, s. laudes Dei. vide versic.1370. Item debemus annũciare, quæ corde sunt purganda, scilicet, peccata proximorum, vt corrigantur, & nostra vt confiteamur. Quãtum ad primum sciendum ꝙ ad quemlibet prælatum maximè spectat annunciare subditis ipsorum peccata, vt de ipsis agant pœnitentiam. Aliter anima illius animabus illorum esset similis, scilicet, quia vterque peribit. Vnde cuilibet prælato, vel prædicatori dicitur, Si dicẽte me ad impium, morte morieris, & nõ annunciaueris ei, neque locutus fueris vt auertatur impius à via sua mala, & viuat: ipse impius in iniquitate sua morietur, animam autem eius de manu tua requiram. Si autem, annũciante te impio, & ille non fuerit cõuersus, ipse quidem in iniquitate sua morietur, tu autẽ animam tuam liberasti. Quæ quidem annunciatio qualiter fieri debeat, ostendit Greg.25. Moral.

Annunciare debemus peccata proximorũ & nostra.

Ezech.3.

Greg.li.26. mor.c.5.

1725 *In conueniendo populos in vnum: & reges vt seruiant domino.*

HIc ostenditur tertia vtilitas, quæ est fidelium vnitas, & concordia. Ad hoc enim venit Dei filius, vt suos prędestinatos per diuersas mũdi partes extra Iudæam dispersos in vnitatem fidei cõgregaret. Vbi notandum, ꝙ quamuis ante Christi incarnationẽ soli Iudæi essent de ouibus Dei, quia illi soli colebãt verum Deum, & per consequens soli saluabãtur, tamẽ in alijs nationibus Deus multos elegerat prædestinãdo, qui post mortem suam ad ouile fidei deducti fuerunt, & in vna fide vniti, & quotidie regenerantur in Christo, & ad vnitatem fidei accedunt. Et hoc est quod Christus dicit, Io.10. Alias oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili, & illas oportet

A me adducere, & vocem meam audiẽt, & fiet vnũ ouile, & vnus pastor. Quod exponens Aug. de verbis dñi, ait, Loquebatur enim primò de ouibus generis carnis Israel, sed erant alij inter gentes de genere fidei ipsius extra Israel. Erant.n. adhuc multi in gentibus prædestinati, nondum ad ouile fidei congregati. Illi ergo non erãt de hoc ouili, quia nõ erãt de genere carnis Israel, sed erãt de hoc ouili, quia post passionem Christi ad fidem congregabuntur per prædicationẽ apostolorum. Et oĩa ista prævidẽs Psal. ait, ꝙ ideo Christus est incarnatus, &
B passus, vt reducat prędestinatos populos in vnum, & principes mundi, & reges vt seruiant dño seruitute, s. cultu latriæ. Et hoc est quod ait, *In conueniendo populos in vnum: & reges vt seruiãt domino.* Istius enim congregationis in vnum diuersorum populorũ causa fuit Christi mors, & passio: euangelista de Caypha dicẽte, Expedit vt moriatur unus homo pro populo, & non tota gens pereat, hoc autẽ à semetipso non dixit, sed cum esset põtifex anni illius, ꝓphetauit, quia Iesus moriturus erat pro gente, s. Iudæorũ, & nõ tñ pro gente, sed vt filios Dei, qui erant
C dispersi, congregaret in vnum. Sic ergo Christus morte sua fideles suos congregauit in vnum. Ex quo apparent mira iudicia Dei cõtra astutias hominũ. Ad hoc enim solũ Iudæi Christi mortẽ tractauerunt, vt eius fidem delerent, & eius fideles fugando dispergerent, & ecce inde fides plus est dilatata, & diuersæ nationes in vnam fidem vnitę. Quod admirandũ ostendit Greg. Certè cum ad nostri redemptoris miracula credentiũ turba afflueret, cũ sacerdotes populi inuidiæ facibus accensi mundum post eum ire clamarẽt d. Videtis, quia nihil proficimus:
D ecce mundus totus post eum abijt, vt ab illo vim tantæ occursionis abscinderẽt: finire eius potẽtiam morte conati sunt: dicentes, Expedit ut unus homo moriatur, ne tota gens pereat. Sed redẽptoris mors ad vnitatẽ, & coniunctionẽ ecclesiæ valuit, non ad separationẽ. Persecutores ergo peregerunt hoc quod perniciosè moliti sunt. Intulerunt mortem, ut ab eo abscinderent fidelium deuotionẽ: sed inde fides crevit, unde hanc extinguere infidelium crudelitas credidit.

Mors Christi cã fuit vnitatis ecclesiæ & fidelium.

Ioan.11.

Greg.lib.6. mor.c.12.

Ioan.11.

Cumq; se existimant hanc persequendo extinguere, hanc compulsi sunt nesciendo dilatare. Multo plures enim Christus moriendo sibi vniuit per fidem, quàm fecerat viuens: vt deducit Greg. 29. moral. c. 10. Mortuus ergo est Christus in conueniendo, idest, in congregando populos in vnum. Notandum quòd triplici medio fideles in vnum côueniunt, & copulantur Christo suo capiti, vt ostendit Richar. super illud Psal. 72. Mihi autem adhærere Deo, bonum est, dicens, Tria sunt vincula, quibus côstringimur Christo: sicut sunt tria, quibus res corporales ligantur adinuicem, & vniûtur. primò accipere funes, secundò clauos ligneos, vel ferreos, tertiò gluten: primû adstringit & vnit fortiter, & dure: secundum fortius & durius: tertium verò fortiter & securè, &c. De ista autem vnitate fidelium dicitur, Multitudinis autem credentium erat cor vnum, &c.

Vnimur Christo. tripliciter, & copulamur.

Act. 4.

1726 *Benedic ei in via virtutis sua, paucitatem dierum meorum nuncia mihi.*

POnitur hic ecclesiæ tempore Antichristi tribulatio. Et primò ponitur illius tribulationis breuitas. Secundò postulatur in tribulatione patientiæ stabilitas: ibi, *Ne reuoces*. Quantum ad primum sciendum q tribulatio tépore antichristi qua impugnabitur ecclesia, erit fortis, & asperrima, sed breuis, & modicum duratura: sm q Christus ostendit, dicens. Erit enim tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi vsq; modo, nec fiet. Et nisi abbreuiati essent dies illi, nô fieret salua omnis caro, sed propter electos breuiabuntur. Et hanc tribulationé hic ponit psal. dicens, *Respondit ei*, &c. Vbi notandum, q (vt ait Gregor.) vocat nos dominus quando collatis nobis suis donis, quasi voce ad nos missa ad se trahit. Nos auté respondere Deo, est condigna opera suis donis facere, vel eius exempla imitari. Hoc ét idé Greg. ostendit, d. Respôdere quippe cuilibet dicimur, cû factis illius digna opera recompensamus. Deo ergo respondere est donis eius præcedentibus nostra obsequia reddere. Rectû itaq; Deus hominem condidit, eumq; ad peruersa defluentem cum longanimitate tolerauit:

Matth. 24.

Gregor. 14.

Respondere Deo quid é.

Gregor. 9. *mor. c.* 32.

E quotidié culpas aspicit, & in viuédi spacia non citius abscidit, pro nobis morté patiéter sustinuit, &c. Quibus omnibus beneficijs homo respôdere debet digna recompensans obsequia. Ille ergo beneficio suæ passionis respôdet, qui propter Christum persecutus, persecutioné pro Christo tolerat patienter, quia ipse passus est pro nobis: vobis relinquens exéplum, vt sequamini vestigia eius, vt dicitur 1. Pet. 2. Vnde cuilibet propter Christum patienti dicitur, Responde absque contentione. i. patienter sustine. Ad prôpositum ergo ecclesia tempore antichristi F mirabiliter afflicta respondebit Christo, quia sicut Christus pro nobis patiéter est passus, sic tunc & ecclesia persecutionem portabit patienter per virtutem patientiæ à Christo ostensæ. Et hoc est quod de ecclesia dicit, Respondit ei, s. ecclesia Christo, in via virtutis suæ scilicet in via patientiæ. Et loquitur de futuro per modum præteriti dicens, Respondebit propter prophetiæ certitudinem. Verùm & quia fragilitas humana multa est, forte si illa persecutio magno duraret tempore, multi frangerentur, & non patienter tolerarent, vt ex verbis G Christi suprascriptis colligitur. Et ideo ecclesia vt patienter toleret breuitatem illius tribulationis, sibi reuelari postulat, dicens, *Paucitatem dierum meorum*, quibus, scilicet, durabit illa tribulatio, *nuncia mihi*. Quantum autem durabit illa persecutio Antichristi ostenditur Daniel. 12. vbi dicitur quòd durabit per tépus & tempora & dimidium temporis, scilicet, tribus annis cum dimidio, in quibus regnabit antichristus. Nam per tempus intelligitur vnus annus, per tempora duo anni, & per dimidium temporis medius annus. Tantum enim regnabit H Antichristus, quantum prædicauit Christus, vnde Apoc. 13. Datum est ei os loquens magna, & blasphemias, & data est ei potestas facere menses quadraginta duos, i. tres annos cum dimidio. Vnde & Dan. 12. Porro docti intelligent à tépore quo posita fuerit abominatio, dies mille ducenti nonaginta, qui, scilicet, faciunt tres annos cum dimidio. Et sequitur in Daniel. Beatus, qui expectat, & peruenerit vsq; ad dies mille trecentos triginta quinque. Quod ideo dicit, quia quadra-

Iob 6.

Matth. 24.

Antichristus regnabit tribus annis cû dimidio.

quadraginta quinq; dies erũt post mortem Antichristi, antequam mundus finiatur, vt in illis homines mali ad pœnitentiam redire possint. Hinc ergo breuitatem regni Antichristi reuelari ecclesia sibi postulat, dicens, *Paucitatem dierum meorum nuncia mihi*.

1727 *Ne reuoces me in dimidio dierũ meorum, in generatione, & generationem anni tui.*

HIc postulatur in illa tribulatione patientiæ stabilitas. Vbi notandũ, ꝙ in persecutione Antichristi, quanto plus durabit, tanto crudelior erit. Tum quia plures ei adhærebunt. Tũ quia semper nouos cruciatus adinueniet. Quanto autem persecutio est crudelior, tanto magis est periculum, ne patientiis perdatur patientia. Dictum est autẽ, ꝙ Antichristi persecutio durabit per tres annos cum dimidio. Et sic in illo dimidio anno vltimo indigebunt iusti maiori cõstantia, quia acriora erunt tormenta. Et ideo ecclesia, specialiter in illo dimidio temporis, scilicet, in dimidio vltimo anno orat, vt à Deo specialius cõseruetur, dicens, *Ne reuoces me in dimidio dierum meorum*, s. in dimidio vltimo anno, quo persecutione Antichristi amplius debeo premi. Non enim est intelligendum, ꝙ Deus aliquem reuocet à statu gratiæ ad statum peccati, cùm ipse velit oẽs homines saluos fieri, sed quia homo sibiipsi dimissus stare non pôt, quin cadat, ideò sic reuocare à statu gratię dicitur, quia ab homine suum subtrahit adiutorium. Sicut Deus dicitur indurare cor obstinati peccatoris, non ꝙ ipse obstinationem immittat, quæ peccatum est, sed quia ipsi non confert gratiæ adiutorium, vt dictum est sup. ver. 1697. Sic & reuocare dicitur à virtute patientiæ, quando constantiã non apponit patienti. Dicendo ergo, ne reuoces me in dimidio dierum meorum, idem est, ꝙ dicere, in illo vltimo dimidio anno conserua me, vt stabilis permaneam in fide. Et ꝙ hoc Deus possit facere subdit, *In generatione, & generationem anni*, i. anni tui sunt æterni: ergo tu æternus, ergo tu omnia potes. Vel aliter, vbi sciendum quòd aliter diuiduntur dies bonorũ, & aliter dies malorum, diuiditur enim dies malorũ quãdo non continuè perseuerant in malo, sed ad pœnitentiam conuertuntur, sed tunc non diuiduntur quando continuè in malo perseuerant. Vnde Grego. Viri sanguinũ & dolosi non dimidiabunt dies suos. Dies quippe dimidiare est tempus vitæ male in voluptatibus ductũ ad pœnitentiæ lamenta diuidere: atq; hoc ad bonum vsum partiendo reparare. Sed iniqui dies suos nequaquam dimidiant, quia peruersam mentem nunquam immutant. Ad propositũ ergo ecclesia Dei gentibus conuersa est in dimidio dierũ, quia dies suos dimidiat, dũ de statu culpæ venit ad statum gratiæ, in quo confirmari à Deo postulat, dicens, *Ne reuoces in dimidio dierum meorum, in generatione, & generationum anni tui*. Et nota, ꝙ annus Dei dicitur gloria æterna. qui annus dicitur in generatione, & generationem, quia non solum paratus est primæ generationi, quæ fuit ab Adam vsq; ad Noe, sed etiam secundæ, quæ fuit à Noe vsque ad Abraham, & sic de aliis succedentibus generationibus, eo ꝙ in omni generatione fuerunt semper aliqui ad gloriam æternam prædestinati. Gloria enim æterna per annum figuratur septimum, qui erat annus pacis, & quietis, de quo dicitur Leuit. 25. Sex annis putabis vineã tuam: septimus verò annus requietionis erit, quia sex annis Deo seruire debemus, faciendo opera meritoria. Per sex annos considera totum tempus vitæ præsentis, quod per sex ætates dicitur, sed septimus annus est quietis, quia in septima ætate, quæ erit post resurrectionem, iusti in gloria quietabuntur.

Reuocat Deus à bono quando gratiam nõ apponit.

Grego. mor. cap. 28.

Dimidium dierũ quid est.

Annus dicitur gloria æterna.

Initio tu, domine, terram fundasti, & opera manuum tuarum sunt cœli. 1728

HIc describitur vitæ mortalis cessatio, quæ erit in generali resurrectione omnium. Duratio enim vitæ præsentis ordinatur ad completionẽ numeri electorum, qui numerus cũ erit completus, statim cessabit vita mortalis, cessabit & motus cœli, qui est causa generationis, & corruptionis rerũ ad obsequiũ vitæ mortalis. Et circa hoc quatuor facit, quia ponit primò orbis productionẽ: secundò mundi cessationẽ: ibi, *Ipsi peribunt*,

tertiò Dei immutatio:ibi, *Et ficut opertorium*, quartò beatorum quietatio, ibi, *Filij seruorum tuorum*. Quantum ergo ad primum ponens mundi creationem ait, *Initio tu, domine, terram fundasti*. Initium enim idem est, q principium. Et idē est *in initio tu, domine, terrā fundasti* &c. sicut in principio creauit Deū cœlum, & terram. Per hoc enim vult ostendere Dei æternitatem, quia, si Deus cœlum, & terram creauit in principio, s. temporis, ergo ipse fuit ante principium temporis. Sed ante tempus nō fuit, nisi æternitas: ergo Deus est æternus. Et hoc est, quod ait gl. *In initio tu, domine, terram fundasti*. q. d. Tu dñe æternitate tua fundasti, & creasti omnia. Præcedis aūt omnia, quæ creasti: ergo tu existi ante omnes creaturas, & per consequens tu es æternus. Et de terra dicit: *tu fundasti*: quia illud dicitur fundamētum, quod est infimum in ædificio. Cùm autem totus orbis sit sphæricus, & terra sit in medio, sequitur q terra totius orbis est fundamentum. Et fundamentū terræ est ipsius centrū, ad quod omnia grauia tanquam ad bassiorem orbis situm naturaliter tēdunt. Consequenter ponit partem orbis superiorem, quæ est supremum cœlum, d. *Et opera manuum tuarum sunt celi*. Dicencendo enim cœlos in plurali, supremum cœlum includit. Et aduerte, q per manum operamur, & quia omnia Deus per suum verbum est operatus, ideo hic per Dei manum intelligit Dei verbum. De quo Io. 1. Oīa per ipsum facta sunt. Vnde hic ait glo. Opera manuū tuarum sunt cœli. Alibi enim dicitur, verbo domini cœli firmati sunt. Sed quod Deus verbo suo facit, hoc & manu sua facit, id est, virtute, non enim distinctus est corporeis lineamentis, verbum autē domini manus eius est. Et attende, q ista Dei manus, qua cœlum, & omnia creata produxit, scilicet, Dei filius, habet quinque digitos, vide versic. 1520.

Genes. 1.
Deus est æternus.

1729 *Ipsi peribunt, tu autem permanes: & omnes sicut vestimentum veterascent.*

HIc ponitur mundi cessatio, quia in fine peribunt, & cessabunt omnia, quæ naturaliter ordinata sunt ad gene- E rationem, vel corruptionem rerū. Completo enim numero electorum, amplius non erit generatio hominum. Et per consequens cùm omnia sint facta propter hominem, cessabunt omnia, quæ ad generationem, vel corruptionem rerum faciunt. Et quia inter omnia creata, quæ maximè faciunt ad generationē, & corruptionem rerum, cœli sunt præcipuè: ideo ipsos cœlos hic cessare dicit, vt nomine ipsorum intelligātur cætera. Et hoc est, quod ait de cęlis. *Ipsi peribūt, tu autem permanes*. Sed quomodo in finē peribit cęlum, & terra, & totus mūdus? F Certè saluator ait Luc. 21. Cęlum, & terra transibunt. Apostolus ait. Præterit. n. figura huius mundi &c. Ad hoc respondet Greg. lib. 17. mor. c. 5. super illo verbo Iob 25. Auferentur omnia, dicens, Sed quæri potest, cùm per Salomonem dicatur, Generatio pręterit, & generatio aduenit: terra autem in æternū stat, cur beatus Iob oīa asseruit auferri? Quod tamen facile discutimus, si terra, & cœlum vel qualiter transeat, vel qualiter maneat, distinguamus. Vtraque enim hæc per eam, quam nunc imaginem habent, transeunt: sed per essentiam suam subsi- G stunt. Hinc namque per Paulum dicitur. Præterit enim figura huius mundi. Hinc per semetipsam veritas d. Cęlum, & terra trāsibunt: verba aūt mea nō &c. Hinc per Ioannē angelica voce dicitur, Erit cœlum nouum, & terra noua. Quæ quidem non alia condenda sunt; sed hęc ipsa renouabuntur. Cœlum igitur, & terra trāsit, & erit, quia & ab ea, quam nūc habet specie, per ignē tergitur, & tamen in sua semper natura seruatur. Tamen per Psal. dicitur, Mutabis ea, & mutabūtur. Quam quidem vltimam commutationem suam ipsis nobis nunc vicissitu- H dinibus nunciant, quibus nostris visibus indesinenter alterant. Nam sicut terra à sua specie hyemali ariditate deficit: vernali humore viridescit, sic cœlū quotidie caligine noctis obducitur, & diurna claritate renouatur. Hinc ergo fidelis quisque colligat & interire hæc, & tamen per renouationē refici, quæ constat nunc assiduè velut ex defectu reparari. Ad quotum clariorem intelligentiam sciēdum, quòd ista inferiora sic innouabūtur, quod ignis, qui præcedet faciem

Cœlū & terra quomodo peribunt.
1. Cor. 7.
Mūdus qualiter innouabitur.
1. Cor. 7.
Matth. 24.
Apoc. 21.
Psal. 101.

elem Christi ad iudicium descendentis, totum mundum comburet, & ascendet tantum quantum ascenderunt aquæ dilunij in altum, & hoc ad purificandum terram, & aerem ab immunditijs factis in ipsis, & maximè à fumo sacrificiorum idolis immolatorum, siue oblatorũ, post quem remanebit terra purificata, similiter aer splendidissimus. Sphæra uero ignis sic innouabitur, q̃ ignis suas qualitates sic diuidet, quod unam superius mittet per effectum, & aliam inferius. Ignis enim est calidus, & lucidus, totam lucidiatatem suam mittet superius versus cœlum, & totam calidiratem suam uersus infernum. Cęli autém sic peribunt, scilicet, à motu quem nunc habent. Motus enim cœli continuus est propter generationem, & corruptionem. Sed, quia post iudicium non erit amplius opus generationis, vel corruptionis, ideo cœli amplius non mouebuntur, sed solidè stabunt, sic q̃ sol, & luna, & cæteræ stellæ stabunt in eo situ, in quo creata fuerũt, vt dicit Mag. lib. 4. d. 48. Quantum auté ad elementa clarius loquendo, notant doctores, quòd omnia elementa secundum substantiam remanebunt, sed quantum ad qualitates innouabuntur. Et notant, q̃ tria sunt genera qualitatum in elementis. Quædam, secundum quas ordinantur in mundo quo ad situm, vt grauitas, & leuitas, & illæ remanebunt, quia remanebit in mundo ordo, & situs. Aliç sunt qualitates elementorum, secũdum quas est receptio influentiæ luminis sine omni corruptione, ut perspicuitas, & transparentia, & illæ similiter remanebunt, sicut influentia luminis. Quædam autem sunt, secundum quas ordinantur ad agendum, & patiendum, & per consequens ad generationem, & corruptioné & secundum has non remanebunt. Sed inter istas quædam sunt actiuæ, vt frigiditas, & calidiras, quędam passiuę, vt humiditas, & siccitas. Et illæ, quæ sunt actiuæ, & illæ, quæ excitãt, & faciunt transmutationem, illę tollentur ab elemẽtis, & cadent in regionem damnatorum, sicut vult Basilius super illud Psalm. Vox domini intercidentis flammam ignis. Dicit enim, q̃ calor cedet in partem dãnatorum, sicut lux in regionem saluatorum, similiter & in aqua frigiditas ad af-

Elementa quomodo innouabuntur.

Basilius.

A fligendum. Siccum verò, & humidũ non tollentur, sed remanebunt. Ad propositum ergo apparet, quomodo innouabitur mundus, & quomodo cœli peribũt, scilicet, quantum ad motum peribunt, non quantum ad esse substantiale. Vel mystice secundum glo. Cœli sunt isti, qui sunt opera manuum Dei qui ẽm ve- stimentum, quod, scilicet, est corpus, peribunt, quia statutum est omnibus hominibus semel mori, sed mutabũtur in melius. *Tu autem permanes*, scilicet, omnino immutabilis. Vnde sicut æternitatem ostendit, creando oĩa, cum dixit, tu ãũe dñe, in initio terram fundasti &c. sic nũc B ostẽdit manendo post mutata. Sequitur: *Et omnes sicut uestimentum veterascent.* Et hoc ẽm gl. de angelis non potest intelligi, sed de cęlis, vt dictum est, vel de sanctis, qui ueterascent ẽm uestimentũ, idest, ẽm corpus, quod more vestimenti, seu vestis consumitur. Vel de toto mũdo intelligitur, quòd omnia, quæ in mũdo sunt, veterascent, scilicet à statu, quẽ nunc habent, deficient, vt dictum est.

Glossa, Isti peribunt quo ad corpus, sed mutabuntur in melius.

Et sicut opertorium mutabis eos, & mutabuntur, tu autem idem ipse 1730
C *es, & anni tui non deficient.*

HIc ostenditur mundi immutatio. Loquitur enim ps. de cęlis, & alijs elementis per quandam similitudinem, vt, sicut, adueniente æstate, mutatur vestis hyemalis, quæ amplius non est necessaria, manet tamen hominis substantia, sic finaliter in fine mũdi corpora cœlestia, & elemẽtaria mutabũtur à statu, in quo sunt, quia nõ erunt amplius necessaria ad generationem, completo electorum numero. *Tu autem idé ipse es*, s. oĩno immutabilis & inuariabilis. Istos versus D allegat Apostolus ad literam de Christo dictos ad Hebr. 1. d. *Et tu in principio domine terram fundasti, & opera manuum tuarum sunt cœli, ipsi peribunt, tu aũt permanebis, & oẽs ut uestimentum ueterascẽt, & uelut amictum mutabis eos, & mutabuntur, tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient.* Quæ omnia de Christo ad literam dicta ostẽdit ibidem gl. d. Psalmista de filio ad filium ait, *Tu domine*, scilicet, fili Dei, *in principio terram fundasti*, quasi dicat, tu, creator, ante creata existis sine

Nota de mutatione cœlorum et terræ nouissimo.

Aeternus est Dei filius.

vllo initio. *Et opera manuum tuarum sunt cœli*. Quod ita dicit, quasi in eis specialiter sit operatus. Manus autem eius est virtus iussionis, idest, potentia voluntatis, qua vt voluit facta sunt omnia. *Ipsi peribunt* &c. scilicet, ab eo, quod sunt. Nouissimi enim cœli, qui per diluuium perierunt, sicut aqua totam istam capacitatem, vbi aues volitant, occupauit: sic vtique cœli peribunt, scilicet, propinqui terris, vbi aues habitant, de quibus non est dubium, quin diluuio perierint, & igne perituri sint. De superioribus ergo cœlis, vtrum igne perituri sint, dubium est, & inter doctores, an erit incendium mundi non incēdens sanctos Dei. Quod enim fuit caminus regis tribus pueris: hoc erit ardens mundus iustis in trinitate signatis. *Tu autem permanebis*, hoc dicit, quia sicut æternus sic ostenditur, quia est ante omnia, sic etiam ostendatur, quia permanet idem post omnia mutata. *Et omnes sicut vestimentum veterascēt*. Veterascere autem dicitur illud, quod more vestis paulatim consumitur, sicut caro humana, quæ tamē in melius mutabitur ad cęli meliorem formā recipient. *Et velut amictum mutabis eos, & mutabuntur*. Per hoc enim significat mutationem cœli. Vnde Ioan. in Apoc. 21. ait. Vidi cœlum nouum, & terram nouam. Et rectè cęlos amictui, vel vestimē to comparauit, quia cingunt. Tam facile enim mutat Deus cœlos, sicut amictus extenditur, & plicatur. Post mutationē aūt permanebunt cœli. Vnde subdit, *Et mutabuntur*, i. mutati sic permanebunt. Quia facta Dei iam sub æternitate stabunt, nec ad corruptionem reuertētur. *Tu autem ipse es* &c. Et est sensus, Tu nō mutaris, nec deficis. Quod ad filium dictum est. Ac per hoc ipse dicere potest. Ego Deus & non mutor. *Et anni tui non deficient*, idest æternitas tua. Hæc omnia glo. Per hoc autem vult dare differentiam inter æternitatē, & annos vitæ præsentis, quia illa omnino inuariabilis totum simul habens. Isti autem semper variantur, quia non simul totum habent, sed successiuè partem post partem. Ad cuius euidentiam sciendum, quòd in scriptura est annus multiplex. Et de vltimo anno, scilicet, gloriæ, dictum est versic. 1727.

Manus Dei dicitur potētia.

Apoc. 21.

Malac. 3.

Annus multiplex.

E *Filij seruorum tuorum habitabunt: & semen eorum in sæculum dirigetur.* 1731

HIc vltimò ostenditur beatorum quietatio. Vbi notandum, quòd nomine seruorū Dei omnes iusti intelliguntur, vt patriarchæ, prophetæ, apostoli, cæteriq; sancti doctores, qui Christo per fidem multos filios genuerunt. Vnde gl. *Filij seruorum tuorum habitabunt*, i. prophetarum, & Apostolorum, nedum ipsi, sed etiam filij eorum per imitationem, scilicet, ita dicit hic filios habitare, vt fi-F lij Israel intrauere in terram promissionis, non patres eorum. Quod significat nouos homines intrare in verā requiē, non veteres. Intrauerunt tamen de illis patribus duo, scilicet, Caleb, & Iosue, quia ēt in veram requiem intrant vnus, & vnitas, i. Christus significatus per Iosue, & ecclesia per Caleb cum omni nouitate filiorū. Cùm ergo dixit filios habitatores, & historiæ alludit, & mysteriū notauit. Dicat ergo. *Filij seruorum tuorū habitabunt*, scilicet, in annis tuis, idest, in æternitate tua. Filij inquam. s. prophetarum, & apostolorum, quos genuerūt per G verbum prædicationis, & euangelij, iuxta modum loquendi Apostoli dicentis. 1. Cor. 4. In Christo Iesu per euangeliū ego vos genui. Et isti sunt veri fideles, & Christiani. Sequitur, *Et semen eorum in sæculum dirigetur*: semen idem est, quòd filij. Quod ideo dicit, quia fideles, & veri Christiani æternaliter in patria dirigentur, quia semper actu, & continuè directè ferentur in Deum. Vel aliter, per filios seruorum intelligit opera bona illorum, qui debitè seruiunt Deo, quia virtute istorum operum, quæ a nobis generantur, & producuntur, vt filij intramus H requiem æternam. Et est sensus, Filij tui habitabunt, i. serui tui per opera sua bona habitabunt in gloria. Et hoc notans glo. dicit, Filij sunt opera bona, sine quibus gloriam nemo intrat. *Filij* ergo *seruorum tuorum habitabunt*, idest, serui tui per opera bona sua habitabūt, quasi per filios. Noli ergo esse sterilis, si vis habitare. Præmitte fœtus operum, quos sequaris, qui te reducant ad terram viuentiū. In cuius figuram Ioseph filius Iacob antecessit patrem in Aegyptum. Et ait pa-

Filij sanctorum dicuntur oēs isti.

Filij dicuntur operanostra.

Glossa.

Gen. 45.

tri suo, & fratribus suis, Ego præueni pa A rare vobis escas. Ita ergo præcedant filij tui, idest, opera tua parare tibi escas refectionis æternæ. Quales enim filios præmiseris, tales sequeris. Hæc gl. Aduertant ergo illi, qui viuentes opera mala præmittunt, vel aliena detinent, sed bona opera sequi volunt, dum illa, quæ ipsi restituere noluerunt, heredibus suis restituēda relinquunt, plus de illis quàm de seipsis confidentes. Si enim præmiseris opera bona, semen tuum in sæculum dirigetur, idest, opera tua æternaliter te in Deum dirigent. Quod ideo dicit, quia nihil tortum ibidem potest intrare. B Si autem præmiseris malos filios, idest opera mala, cùm illis in æternum cruciaberis. Quid autem propriè sit dirigere, vide versic. 1047. Sed hic fortè dices, Cùm sancti viri liberi sint, & non serui, cùm Christus omnibus suis dicat, Iam non dicam vos seruos sed amicos: quare ergo hic serui appellantur, cùm dicitur, *Filij seruorum tuorum*, idest, sanctorum prophetarum, & apostolorum? Ad hoc respondet glo. ad Rom. 1. dicens quòd duo sunt genera seruitutis. Est enim seruitus timoris, & pœnæ seruilis, & est seruitus amoris, & filiationis, ac C humilitatis, qua instar filij, qui seruit, non vult ostendere patrem. Si ergo sanctos dictos seruos secundum humilitatis, & amoris seruitutem putemus, non errabimus. Non enim per hoc læditur veritas libertatis, quia omni libertate maior est seruitus Christi, cui seruire regnare est. Vnde autem originem traxit vocabulum serui, vide versic. 1130. Notandum autem, quòd nō incongruè (vt dictum est) per filios intelliguntur opera nostra. Quod ostendit Gregor. dicens, Non incongruè filiorum nomine opera designantur, sicut de muliere D Paulus dicit, quòd salua erit per filiorum generationem. Neque enim mulier, quæ continentiæ studens nequaquam filios generat: propter hoc salua non erit. Sed per generationem filiorū saluari dicitur, quia per effectum bonorum operum perpetuæ saluti sociatur. Nobiles ergo filij sunt opera recta, ignobiles uerò peruersa opera &c.

Quæstio.

Ioan. 15.

Seruitus duplex.

Filij dicuntur opera nostra.

Greg. lib. 4. mor. c. 10.

PSAL. CII.

BEnedic, anima mea domino: & omnia, quæ intra me sunt, nomini sancto eius. 1732



HVIVS psalmi titulus est, *Psalmus ipsi Dauid*. Hic Psalmus historialis non est: sed totus doctrinalis. In ipso Dauid excitat seipsum ad laudandū Deū, vt suo exemplo ad hoc alios inducat. Et vt hoc efficacius faciat, hic ostendit rationes, quare à nobis benedicendus est Deus. Sensus autem tituli apparet ex superius multotiens dictis. Iste ergo psal. quia in ipso Dauid ad laudem Dei excitat oēs: diuiditur in tres partes. Quia ad laudem Dei Dauid primò excitat naturam humanam: secundò naturā angelicam: ibi, *Dominus in cælo*, tertiò generaliter excitat oēm creaturam, ibi, *Benedic domino anima* Circa primam partem vt omnes homines ad Dei laudē excitet, tria facit, quia primò recolit beneficia sibi à Deo data personaliter: secundò beneficia populo Israel data specialiter, ibi, *Faciens misericordiā*, tertiò beneficia omnibus iustis data generaliter, ibi, *Misericordia autem domini*. Prima in duas, quia primò seipsum excitat ad Dei laudē: secundò ad hoc multiplicem assignat rationem, ibi, *Qui propitiatur*. Quantum ergo ad primū ait, *Benedic anima mea, domino*, Pro cuius euidentia est notandum, quòd benedicere quandoq; compositum est ex bene, & dico, dicis: & sic benedicere idem est, quod de aliquo bonum dicere, vel aliquem laudare. Et hoc contingit dupliciter: quandoque voce, & sic benedicere est idem quod aliū voce, vel verbis laudare. Quandoque verò hoc contingit, non voce, sed aliquo signo exteriori, vel opere. Et sic obediendo Deo, & præceptis eius, ipsum benedicimus, sicut in isto psalmo dicitur. Benedicite domino, omnes ministri eius, qui facitis voluntatem eius. Sic etiam oēs creaturæ ratione etiam carentes Deum benedicunt, dum eius voluntati obtemperant, & seruant ordinē naturalem eis inditum. Sic etenim dicitur Dan. 3. Benedicite, montes, & colles domino &c.

Benedicere est duplex.

Quandoque verò benedicere componitur ex bene,siue bono, & do das. Et sic benedicere idem est quod bonum dare, siue boni datio. Et isto modo spectat ad maiores. Et sic nos Deum benedicere non possumus, quia nullũ bonum ei dare possumus,sed ipse nobis benedicit. Et de ista benedictione loquitur Apostolus. Sine vlla contradictione, quod minus est à maiore benedicetur. Ad propositum ergo psal. hic seipsum, & suo exẽplo alios ad benedicendum Deo excitat primo modo benedictionis. Et sic est sensus, *Benedic, anima mea domino*, idest, lauda dominum,qui dicit,sacrificiũ laudis honorificabit me. Et in hoc tãgit benedictionem, quæ fit voce,siue verbis. Sed benedictionẽ quæ fit corde,vel operibus bonis tãgit,cum subdit, *Et omnia, quæ intra me sunt,nomini sancto eius*, scilicet,benedicant,quasi dicat secundũ glo. Lauda Deum voce, si est homo, qui audiat,sed si non est homo,qui audiat, lauda,& clama sine voce,quia est Deus,qui audit. Et hoc declarans,subdit. *Et omnia quæ intra me sunt* &c. Idest, omnis cogitatio,omnes vires,nulla discrepet, quin benedicat nomini sancto eius. Sicut enim nũquam desinis beneficia Dei recipere, sic nunquam desinere debes Deum laudare. Vnde in prima parte versus, dicit, *Benedic, anima mea, domino:* excitat omnes vires exteriores animæ, vt est visus, auditus,loquela &c. Sed per secundam partem,d. *Et omnia,quæ intra me sunt* &c. excitat omnes vires interiores animæ,vt sunt intellectus,volũtas,& memoria &c. quia omnia ista tã interiora quam exteriora diuinis laudibus debent occupari seruando rectum ordinẽ in actibus suis propter quem Deus illa creauit. Hic ergo nota, quòd multipliciter debemus Deum benedicere,vide ver.502.

Hebr.7.

Benedicere Deo debent omnia exteriora & interiora.

1733 *Benedic, anima mea, dño: & noli obliuisci omnes retributiones eius.*

HIc explicat alijs verbis hoc idem, quod prius dixerat,addens modũ, quo Deo debemus benedicere,dicẽs, *Et noli obliuisci omnes retributiones eius.* Sicut enim summum ingratitudinis genus est acceptorum beneficiorum obliuio,vt dictum est superius vers.1291. Si vis ergo

E debitè benedicere, & laudare dominũ, noli obliuisci omnes retributiones eius. Quomodo autẽ hoc sit faciendũ,ostendit hic gloss. dicens, *Noli obliuisci omnes retributiones eius:* vt, scilicet, non sit ante oculos mẽtis tuæ delectatio peccati, sed peccati damnatio,& quasi remissio Dei. Cogita omnia mala tua,quia quot sunt mala tua, tot sunt bonæ Dei retributiones. Non ergo poterũt ante oculos tuos esse omnes retributiones Dei, nisi ante oculos tuos fuerint omnia peccata tua. Et notat gloss. quòd non ait omnes tributiones, sed *omnes retributiones*. Aliud F enim debebatur nobis, & aliud redditũ est,quod non debebatur. Homo tribuit mala pro bonis, & Deus ei retribuit bona pro malis, pro quibus bonis tribuit homo mala. Ecce bonum est, quia homo est, & quia viuit, & quia ad imaginẽ Dei factus est. Pro quibus cum debuisset reddere Deo similitudinem,reddidit dissimilitudinem. Et pro his malis reddit Deus bona,inspirando pœnitẽtiam, & præstando veniam. Ideo alibi dicit, Quid retribuam domino pro omnibus, quæ retribuit mihi? Tribuit mihi cũ me fecit:retribuit cùm me recreauit, & iu-G stificauit. Istæ ergo sunt retributiones Dei. Item cogita, non solùm, quæ tibi bona retribuit,sed à quãtis malis te præseruauit. Quæ cõsiderare ostendit Gregorius,dicens, Cõsideremus igitur,quia aut tales sumus &c.vide ver.1562. Item nota, quòd retributionis multæ sunt species. versic.67.& 535. Sed hic forte dicet aliquis, Cum tam sedulè inducimur, vt in omnibus operibus nostris benedicamus domino, quare ergo non in omni missa,quę inter omnia est sacrificium,& excellentior Dei laus, non semper dicimus,Benedicamus domino,sed aliquan-H do,Ite missa est: aliquando Requiescant in pace:aliquando Benedicamus domino? Respondeo, quod sicut missæ celebrantur pro tribus generibus personarũ, sic & tribus modis terminantur. Aliquæ.n. missæ celebrantur ad honorem sanctorum in cœlo existentium. Et tunc in fine missæ dicitur,Ite missa est,quasi dicatur personis ibi existentibus, Ite ad bene agendum, vt mereamini ire in cœlũ, sicut fecerunt sancti, quorum missam celebrauimus. Et quia possent forte respondere,

Peccatorũ cõsideratio ad Deũ benedicẽdum nos inducit.

Psal.115.

Greg.li.23. mor.c.14.

Quæstio.

Missa quãdoque finitur per Ite missa est: quandoque per benedicamus,quãdoq; per requiescant.

dere,hoc libenter faceremus, si haberemus auxilium Dei. Ideo eis respondens sacerdos, vel diaconus dicit, Missa est,s. hostia in cœlis ad interpellandū pro vobis. Aliqñ verò missæ celebrātur ad deuotionem viuorum,vt sunt missæ peculiares. Et istæ finiunt per benedicamus domino,q.d.In nostris tribulationibus, & pœnis, benedicamus dño: sicut fecit Iob, d. Sit nomen domini benedictum. Aliqñ missæ celebrantur pro defunctis. Et tunc finiuntur per requiescant in pace,q.d. Pœnæ existētium in purgatorio sunt ita graues, q cum lachrymis debemus orare,vt ab eis absoluantur.

Iob 1.

1734 *Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis; qui sanat omnes infirmitates tuas.*

HIc Dauid vt ad laudem Dei magis excitetur,recolit beneficia à Deo sibi collata.Et sunt tria.Primum est peccatorum absolutio.Secundum est à morte præseruatio.ibi,*Qui redimit*. Tertium est orationis exauditio, ibi, *Qui replet*. Quantum ad primum sciendum, q tūc est beneficium alicui collatum, quātum est bonum, quod per illud consequitur, vel malum, quod per illud declinatur. Nullum autem maius malum potest esse q̄ peccatum, & iniquitas:imò propriè solum hoc dicitur malum. Quoniam vt dicit Can.Mali nomine illa solum intelliguntur, quæ mentem crimine implicant. Vnde paupertas corporis, ægritudo,mors, vel ignobilitas mala non dicūtur, sed solū peccata dicuntur mala.15. q6.1.illa cauenda sunt. Cum ergo Dauid multis peccatis fuerit implicatus, & enormibus,vt patet ver. 54. quæ tamen sibi à Deo omnia gratiosè dimissa fuerūt,vt patet 2.Reg.12.Ideo hoc pro magno beneficio sibi collato ad memoriā reducit animæ suæ,d. *Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis*.Quid autem propriè sit propitiari,vide ver.355. Et multipliciter nobis Deus propitiatur versi. 1012.Notandum,autem q quamuis oīs infirmitas ex peccato processerit, quia si non fuisset peccatum,nulla pœna fuisset,tamen etiam infirmitas carnis, quandoque causa est peccati. Vnde etiam & caro integra ante peccatū fuit quædam

Beneficium attēditur secūdū bonū datū vel malum ablatum.

Caro ē causa peccati, & peccatū minuit.

A circunstantia minuens peccatum hominis,vt non tantum peccaret, sicut angelus fecit,qui erat sine carne, vt ostendit Greg.d.Duas ad se intelligendum creaturas fecerat Deus, angelicam, s. & humanā. Ambas verò superbia perculit, & à statu ingenitæ rectitudinis fregit. Sed vna tegmen carnis habuit, alia verò nihil infirmum de carne gestauit. Angelus namque solummodo spiritus est, homo verò spiritus,&caro.Misertus ergo creator vt redimeret, illam ad se debuit reducere,quam in perpetratione culpę ex infirmitate aliquid constat habuisse. Et B eo altius debuit apostatam angelum repellere,quò cum à persistendi fortitudine corruit, nihil infirmum in carne gestauit. Vnde rectè cum Psal. misertum redemptorem hominibus diceret,ipsam quoque causam misericordiæ expressit. d. Misertus est dominus timentibus se, quoniam ipse cognouit figmentum nostrum, memoratus est, quia caro sunt. Ac si diceret,Quo eorum infirma vidit, eo culpam districtè punire noluit &c.Ex quo apparet,quòd etiam caro ad peccandum inclinat. Et ideo Deus remittendo peccata, & post remissioné peccatorum C carnis infirmitates sanat,& hoc per gratiam mitigando carnis desideria,quandoque prosperis, quandoque aduersis, ne mentem superent. Et hoc notans hic gl. dicit, *Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis*:remittendo eas. Qui etiam post remissionem iniquitatum sanat omnes infirmitates tuas,quia corpus infirmum est,& ex languore corporis multa suggerūtur animæ,carnalia desideria titillāt: & quibusdam capitur anima, vt carnis fragilitas pauperem inclinat ad furtum, cholericum ad iram:sanguineum ad libidinem,quæ omnia ex infirmitate carnis D procedunt.Sed non est timendum, quia Deus per gratiam sanat omnes infirmitates tuas,scilicet,ne animæ possint dominari:nunc fouendo blandis, nunc secando asperis. Omnipotenti enim medico nullus languor insanabilis occurrit. Maxime autem istas infirmitates sanabit in fine,quando corruptibile hoc induet incorruptionem.Nota, quòd duplex est infirmitas, scilicet corporis, & animæ, versic.55. Infirmitas omnis ex peccato processit,versic.612.

Greg. lib. 4. mor. c. 9.

Psal. 77.

Qui

1635 *Qui redimit de interitu uitam tuam, qui coronat te in misericordia, & miserationibus.*

OStendit hic secūdum beneficium, q̃ fuit à morte præseruatio. Vbi nota, quòd interitus dicitur mors, ab in terimo, mis, uide supra verſ. 529. Dauid autem pluries fuit in periculo mortis. Tum quia uir bellicosus fuit, & ex consequenti multotiens vulneratus. Tū quia Saul fecit custodire domum Dauid de nocte, vt mane interficeretur, sed Michol uxor eius ipsum emisit per fenestram, vt habetur 1. Regum 19. Tū quia Saul dum Dauid psalleret ante eum, nisus est configere lancea Dauid in pariete, sed lancea casso vulnere perlata est in parietem, vt habetur ibidem. Similiter quando Saul cum exercitu suo circundedit locum, in quo erat Dauid in modū coronæ ut ipsum interficeret, sic quòd tunc desperauit Dauid posse euadere mortem. Sed dominus sua gratia ipsum liberauit, quia tunc nuntio Dei nunciusve nit ad Saul, dicens, Festina, quia infuderunt se Philistęi super terram. Ex quo Saul compulsus est recedere, & Dauid dimittere, vt habetur 1. Regum 23. Et sic multotiens Dauid fuit in periculo mortis, sed miraculose liberatus à Deo. Et hoc sibi ad memoriam reducens, dicit sibiipsi, Benedic anima mea domino, *qui redimit de interitu*, scilicet de morte, *vitam tuam*. Et quod plus est, nō solum ipsum à morte saluauit, sed etiā ex abundanti misericordia ipsum regem super populum suum constituit, primò super tribum Iuda, vt habetur 2. Reg. 2. Deinde supra totū Israel, ut habetur 2. Reg. 5. Et hoc notans ait, *Qui coronat in misericordia*, scilicet, quando ipsum fecit regē supra tribum Iuda, & in miserationibus quando fecit regem super omnes duodecim tribus. Et per hoc multo fortius vult inducere omnes fideles ad benedicendum, & laudandum Christum, qui nos à spirituali peccati morte redemit, quasi dicat. Si ego benedico Deū, quia me redemit à morte corporali, quanto magis omnes debemus Christo benedicere, qui nos suo sanguine à morte spirituali redemit? Quod solus Christus Deus, & homo facere potuit, vide verſ. 661. & 794. & 803. Et non solum redemit nos, peccatū nostræ mortis exoluendo, sed etiam nos redemptos coronat in gloria, vide verſ. 1021. Et hoc facit in misericordia, & miserationibus, quia corona gloriæ excedit merita nostra, propter quod opus misericordię dicitur, quamuis etiam ibi sit opus iustitiæ, vt dicit Apostolus. Reposita est mihi corona iustitiæ &c. Vel hoc possumus intelligere, de corona meritorum, quæ principalius à Dei gratia procedunt, vt ostendit Magister lib. 2. dist. 26. Sic quòd secundum diuersitatem meritorum diuersificatur & corona iustorum. Et de ista corona dicitur Tobiæ 3. Hoc autem pro certo habet omnis, qui colit te, quia uita eius si in probatione fuerit, coronabitur.

Dauid multotiens fuit in periculo mortis.

E F

2. Tim. 4.

Coronat Deus iustos corona meritorum.

Qui replet in bonis desiderium tuum: renouabitur ut aquilæ iuuentus tua. 1736

HIc ponitur tertium beneficium, scilicet orationis exauditio. Vbi nota, quòd Dauid maximè in præsenti vita duo desiderauit, scilicet regimen populi Dei, & Dei visionem. Primò enim desiderauit habere coronam regni. Vnde 2. reg. 3. dixit Abner ad Dauid. Surgā vt congregem ad te dominum meum omnem Israel, ut imperes omnibus, sicut desiderat anima tua. Et hoc eius desiderium impleuit Deus, qui ipsum assumpsit ad regnum, vt patet. 2. Regum 5. Sed forte dices. Nunquid istud desiderium est iustum? Et uidetur quòd non, quia omne dominium, & prælatio ex uitio processit, vt patet verſ. 1690. Item quia appetere dominationem est desiderium ambitionis. Ad oppositum videtur Apostolus dicere, Si quis episcopatum desiderat, bonum opus desiderat. Respōdeo, quòd in dominio uel prælatione duo continentur, scilicet, honor, & labor. Honor mentem extollit, labor subditos gubernat, & regit. Ratione honoris non licet, quia est præsumptuosum. Ratione laboris licet, & est meritoriū. Vnde glo. 1. Tim. 3. sic ait, Si quis episcopatum desiderat &c. idest, qui desiderat operari, & prodesse multis, non superbè dominari, vt scilicet desideret opus non dignitatem, laborem non delitias, non crescere

G H

Quæstio.

Dominari uel episcopari qualiter desiderare liceat & qualiter non.

1. Tim. 3.

crescere fastigio, sed humilitate decrescere, vt fiat seruus, & ministet hominĩ propter Christum, vt etiam intermissa Rachele decora facie, sed non relicta, cũ Iacob intret ad Liam oculis lippam, & de monte cum Moyse descendat ad campos, de ocio contemplationis ad laborẽ actionis. Non sic enim quisque debet esse ociosus, vt in eodem ocio vtilitatem non cogitet proximi, nec sic actuosus, vt contemplationem non requirat Dei.
Eccl.1. In ocio non iners vacatio delectare debet, sed inquisitio, vel inuentio neritatis, vt in ea quisque proficiat, & quod in uenerit, alteri non inuideat. In actione uerò non amandus est honor siue potentia, quia in hac vita omnia sunt vana sub sole, sed opus ipsum, quod per eundem honorem, uel potentiam fit, vt sic rectè, & utiliter fiat, vt ualeat ad salutem subditorum. Ideo rectè ait apostolus. Si quis episcopatum desiderat, &c. Exponere voluit, quid sit episcopatus, quia nomen est operis, non honoris. Græcum enim nocabulum est, atque inde ductũ, quòd ille, qui præficitur, illis, quibus præficitur superintendit, curam eorum, scilicet, gerens. Scopos quidem intentionẽ notat. Episcopus ergo Latinè superintẽdens dicitur, vt intelligat se non esse episcopum, qui præesse desiderat, non prodesse &c. Ad propositum ergo Dauid desiderabat regnum Israel, non ut præesset principaliter, sed vt prodesset. Et in hoc eius desiderium à Deo fuit impletum. Quoniam ut dicitur Psalm.77. Deus elegit Dauid seruum suum pascere Iacob seruum suũ, & Israel hæreditatem suã. Et sequitur, Et pauit eos in innocentia cordis sui &c. non dicit, & subiecit eos. Et quia in dignitate regia solum desiderabat prodesse, non præesse, ideo Deus impleuit desiderium suum. Quoniam vt habetur Prouerb. 10. Desiderium suum dabitur iustis. Secundò Dauid desiderauit Dei visionem, dicens, Psal.41. Sicut desiderat ceruus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus. Sed hoc desiderium ipsius fuit impletum ẽt in uita præsenti, quia super omnes prophetas hic clarius Christi mysteria fuit contemplatus, vt patet uersic. 683. Vnde & de seipso dicit. psal. 126. Beatus vir, qui impleuit desiderium suum &c. Hoc

A ergo beneficium recolens, ut magis seipsum ad Dei laudem excitet, dicit, *Qui replet in bonis desiderium tuum.* Verum licet hoc sanctorum desiderium, scilicet, videndi Deum hic in uita ex parte possit impleri, non tamen ex toto. Ideo si quæras, quando hoc desiderium ex toto erit impletum, ut anima totaliter sit satiata. Respondet, quòd hoc erit quando renouabitur ut aquila iuuentus tua. q. d. secundum gl. Desiderium hoc in præsenti totaliter non impletur, sed quando erit ad instar aquilæ renouata iuuentus tua, scilicet, ad immortalitatem. Similitudo enim data est (quia dicit ut aquilæ) quanta dari potest de re mortali ad immortalem. Dicitur aquila dum senio grauatur, rostri immodicè crescentis vnco non posse aperire os, & cibum capere, & inde languescit, sed quodam instinctu naturæ collidit rostrum ad petram, & excutit rostri onus quo cibus impediebatur, & redit ad cibum, & ei omnia reparantur, vt robore iuuenis fiat. Sic & quod nos impedit comedere panem nostrum, petra aufert, & excutit uetustatem, idest, Christus vt in eo renouemur, quibus vetustas peccati claudit os C oblitis manducare panem nostrum. Vel per renouationem aquilæ intellige renouationem veteris hominis per statũ pœnitentiæ ad gratiæ nouitatem. Dicit enim Magister de proprietatibus rerum lib. 12. quòd aquilæ natura est, quòd, cũ senuerit, in alis habet grauedinem, in oculis caliginem, in rosto nimiam sentit durciem, tunc fontem aquæ scaturiẽtis petit, & altissimè per directum aeris sursum uolat, & ex motu, & ex aeris calefactione, & solis appropinquatione se calefactam sentiens, subito in fontem descendit. In quo mutatis plumis & oculorum caligine ascendit recens de fonte. D Sic & conformiter pœnitens, dum se grauari sentit in plumis, vt ad alta contemplanda euolare minimè possit peccatorum pondere pressus, & oculorum mentis caliginem pati, incipit cœlestia quantum potest considerare, & per aliqualem affectionem ad Deum appropinquare. Et tunc calefactus proprio motu, scilicet, timore, ac etiam appropinquatione ad solem. s. ẽt amore iustitiæ, tunc de peccatis dolendo se immergit in aquam frigidam,

Aquila quomodo renouatur Glossa.
August.
Aquila significat pœnitentes.

gidam, scilicet, lachrymarum, & sic reno uatur, & ad pristinum statum reducitur. De hoc vide in litera aquila, parte sexta.

1737 *Faciens misericordias dn̄s, & iudicium omnibus iniuriam patientibus.*

Hic inducit beneficia data specialiter populo Israeli, vt non solum seipsum, sed etiam totum populum Israel excitet ad Dei laudem. Et diuiditur in duas partes, quia primò ponitur beneficiorum collatio, secundò ad hoc multiplex adducitur ratio, ibi, *Quomodo miseretur*. Prima pars diuiditur in quatuor partes, secundum quòd quatuor narrat beneficia eis à Deo collata. Primum, quia eos à iugo seruitutis liberauit. Secundò, quia eos per legem datam informauit, ibi *Notas fecit*. Tertiò, quia eos peccantes patienter expectauit, ibi, *Miserator*. Quartò, quia iram suam erga eos temperauit ibi, *Nō in perpetuum irascetur*. Quantum ad primum notat beneficium liberationis de Aegypto, dicens, quòd ipse dominus est faciens misericordias, scilicet, omnibus iniuriam patientibus. Filij enim Israel in Aegypto multas iniurias patiebantur, vt patet Exod. 1. Quia Aegyptij affligebant iniustè filios Israel in operibus luti, & laterum, & ad amaritudinem deducebant uitam illorum. Insuper & crudele praeceptum contra filios Israel, ne multiplicarentur, fecit Pharao, vt scilicet omnes mares filiorum Israel, statim cum nati essent, interficerentur. Istas iniurias cernens dominus, misericorditer illos de tanta seruitute liberauit, & eos per manum Moysi eduxit de Aegypto. Et hoc est, quod ait, quod dominus est faciens misericordias omnibus iniuriam patientibus, idest omnibus Israel, dictas iniurias in Aegypto patientibus eos liberando. *Et iudicium*, hoc refertur ad ipsos Aegyptios, qui iniuriam inferebant, quibus iudicium fecit, ipsos mirabiliter diuersis plagis puniendo, & similiter Pharaonem cū toto exercitu suo in mare submergēdo, vt patet Exod. 14. Est ergo sensus uersiculi, quòd dominus est *faciens misericordias omnibus iniuriam patientibus*, & est faciens iudicium omnibus, scilicet facientibus iniuriam. Iudicium enim significat actum ipsius habitualis iustitiae quo *Iudicium*.

E punitur mali, vt dictum fuit versi. 1612. Per haec enim uerba vult ostendere Psalmista, quòd Deus à nobis semper est laudandus, quia est faciens misericordiam, & iudicium, sed misericordiam bonis, iudicium autem malis. Et nota hic, quòd Deus miseretur maxime tribus generibus personarum, scilicet primò alijs misericordiam facientibus. Matth. 5. Beati misericordes, &c. Sed sciendum, quòd uera misericordia in duobus consistit, scilicet, in dimittere, & dare, & unum sine alio imperfectum est, vt ostendit Gregor. 21. moral. c. 12. dicens. Scriptum est, Dimit- *Dimittere & dare quomodo differunt.*
F tite, & dimittemini, date, & dabitur nobis. Dare namque nostrum ad res pertinet, quas habemus exterius, dimittere autem ad relaxandum dolorem, quem ex aliena culpa contraximus interius. *Luc. 9.* Sed sciendum est, quòd qui dimittit, & non dat, etsi non plenè operatus est, meliorem tamen partem misericordiae tenuit. Qui autem dat, & minimè dimittit omnino misericordiam nullā facit, quia ab omnipotenti Deo munus non accipitur, quod corde obligato in malicia profertur. Mundari quippe debet animus priusquam eleemosynā tribuat, quia omne quod datur Deo, ex dā- *Dimittere melius est quàm eleemosynā dare. Munus datum ex corde dantis pensantur*
G tis mente pensatur. Cuncta namque maliciae macula ab interiori nostro homine tergenda est, quia iram iudicis placare nescit oblatio, quae non placet ex immundicia offerentis. Vnde scriptum est, Respexit Deus ad Abel, & ad munera eius: ad Cain autem, & ad munera eius non respexit. Neque etenim sacrum eloquium dicit. Respexit ad munera Abel, ac deinde subiunxit ad Abel, sed respexit ad Abel primò, ac deinde subiūxit, & ad munera eius. Et rursum dicit, quia non respexit dominus ad Caim, ac *Eleemosyna in peccato facta nō ualet. Genes. 4.*
H deinde subdit, nec ad munera eius. Ex dantis quippe corde id, quod datur, accipitur. Idcirco non Abel ex muneribus, sed ex Abel munera oblata placēt. Prius namque ad eum legitur dominus respexisse qui dabat &c. Vnde qui dat & non dimittit, res temporales dat Deo, sed se ipsum diabolo, vide uersic. 484. Ideo scribitur Eccl. 30. Miserere animae tuae placens Deo, vt scilicet tibi primò miserearis, deinde proximo. Secundò Deus miseretur à malo recedentibus, scilicet per

contri-

contritionem peccati. Iobel 2. Conuerti mini ad dominum Deum uestrum, quia benignus est, & multæ misericordiæ, &c. Tertiò miseretur iniuriam patientibus, vt hic. Sed nota, q patiens quandoque dicitur à passione. Et sic etiã dæmones, & mali homines inuiti puniuntur, & sic non est meritorium. Quandoq; autem dicitur à patientia, & sic patiens diuinã misericordiam meretur.

1738 *Notas fecit uias suas Moysi, filijs Israel uoluntates suas.*

HIc notat secundum beneficium, scilicet datæ legis. Præcepta enim in lege à Deo data, erãt viæ domini, quia. s. per illa patet seu paratur nobis uia ueniendi ad Deum Matth. 19. Si uis ad uitã ingredi, serua mandata. Dando enim legem nota fecit præcepta, notas etiam fecit uoluntates suas filijs Israel. Sed illa Moysi immediatè per seipsum, vel ministerio angelico manifestauit, sed populo Israel mediante ipso Moyse. Sed dubitabit aliquis quomodo Deus notas fecit uoluntates suas filijs Israel, cum Dei volũtas sit nobis incognita, maximè in ijs, quæ tangunt homines. Certũ est enim, quòd Deus certos vult saluare, & certos damnare, quia vult prædestinatos saluare, & damnare præscitos, & uoluntariè, quos voluit prædestinauit. Sed quis hominum nouit in uita præsenti, an Dei uoluntas sit ipsum esse prædestinatum, an nõ? Certè nullus. Ideo dicitur Eccl. 9. Nemo scit, vtrum amore vel odio dignus sit. Præterea cum uoluntas Dei sit idem q Deus, & ideo sicut est solũ vnus Deus, sic solum erit una uoluntas Dei. Quomodo ergo plures Dei asserit esse voluntates, dicens, *Notas fecit filijs Israel uoluntates suas.* Notandum ergo, quòd voluntas Dei cum sit una, & simplicissima, vt dictum est versic. 1516. tamen uoluntatem Dei impropriè scriptura multipliciter accipere consueuit, scilicet quãdoque pro præcepto, quandoque pro consilio, quandoque pro prohibitione, quæ tamen in se non sunt Dei uoluntas, sed sunt aliqua signa exteriora diuinæ uoluntatis. Sicut dicimus punitionem esse signum iræ diuinæ, cum tamẽ punitio qua punit peccatores, nõ sit ira

Voluntas Dei quomodo est, hominibus nota.

A Dei, quia ira in Deo non cadit. Sic dicimus illas esse uoluntas Dei, quia signa voluntatis. Et quãtum ad ista talia signa voluntatis diuinæ, quæ impropriè dicuntur uoluntas Dei, certum est quòd illas uoluntates nobis fecit notas, vt puta uoluntatem præcepti per affirmatiua præcepta, & uoluntatem prohibitionis per præcepta negatiua, uoluntatem consilationis per cõsilia quæ dedit hominibus. Et de istis loquitur. d. *Notas fecit filijs Israel uoluntates suas.* Notandum etiam q accipiendo uoluntatem Dei pro signis voluntatis eius, voluntas Dei non

B semper impletur, quia nec oẽs eius præcepta affirmatiua vel negatiua seruant. Vnde & ipse voluntate signi multa præcipit, quæ non vult adimpleri uolũtate beneplaciti, quia illa semper adimpletur, de qua dr Psal. 134. Omnia, quæcunque voluit, fecit dominus in cęlo, & in terra.

Voluntas Dei quomodo una & quõ multiplex.

Miserator, & misericors dominus, longanimis, & multum misericors. 1739

HIc ponit tertium beneficium, scilicet, patientiæ Dei in expectatione peccatorũ. In hoc enim quòd Deus

C peccatorem non statim punit æternaliter, cum peccat, sed ipsum patienter expectat ad pœnitentiam, vt conuertatur, apparet magna Dei misericordia. Quã notans Apostolus ait, An diuitias bonitatis illius, patientiæ, & benignitatis contemnis? Ignoras, q patientia Dei ad pęnitentiam te adducit? Tu autem secundum duritiam tuam, & cor impęnitens, thesaurizas tibi iram, &c. De ista autem misericordia Dei, qua peccatores patiẽter expectat, vide ver. 75. & 484. & 1265. Hanc ergo notans dicit, *Miserator, & misericors dominus*, &c. Vbi gloss. Miserator

D actu, sed misericors natura. Misericordiã necessario sequitur patientia. Vnde subdit, *Longanimis*. quia peccatores sustinet, & multum misericors, quia non solum expectat, sed ẽt dat bona & multis modis vocat. Vocat enim Deus peccatores beneficijs creaturæ, uocat impartiendo tempus uiuendi, vocat per lectorem, vocat per tractatorem, vocat per intimã cogitationem, vocat per flagellũ correctionis, vocat per misericordiã cõsolationis. Qualiter autẽ Deus sit misericors, vel

Rom. 2.

Vocat Deus peccatores multipliciter.

uel misericordia cadat in Deo, vide versic. 55. Misericordia Dei in quibus consistit, vide vers. 592. Misericordia Dei quo modo differt à miseratione uers. 664. Misericordia Dei est multiplex versic. 833. & 834. Illud autem beneficium misericordiæ & expectationis multipliciter Iudæorum populo Deus concessit, quia multoties in deserto ipsum ad iracundiam concitauerunt. Vnde de illo populo dixit dominus Mosi. Num. 14. En, iam tentauerunt me per decem uices. Tamē (vt dicitur Psal. 105.) vidit cum tribularentur, & audiuit orationem eorum, & dedit eos in misericordias, &c. Et nota quòd talis ac tanta est Dei misericordia quòd in omni loco, & ad omnes se extēdit, & reperitur ubique. Nam, si sursum ad cœlum respicias, ipsam in cœlo reperies, quia ibi beatos ultra condignū præmians. Psalm. 35. Domine, in cœlo misericordia tua. Si in mundo, ibi est peccatores patienter expectans. Esa. 30. Expectat dominus, vt misereatur uestri. Si in purgatorio, ibi est per sanctos angelos ibidem confortans animas. Eccl. 51. Liberasti me à pressura flammæ, quę circū dedit me secundum multitudinem misericordiæ nominis tui. Si in inferno, ibi est damnatos mitius puniendo quàm meruerunt. Vnde Psal. 76. Nunquid obliuiscetur misereri Deus, aut continebit in ira sua misericordias suas? &c.

Misericordia Dei est in omni loco.

1740 *Non in perpetuum irascetur, neque in æternum comminabitur.*

OStendit hic quartum beneficium: quia, scilicet iram suam circa illos temperauit. Temperatur autem ira alicuius dupliciter, scilicet, ipsam terminando, & ipsam mitigando. Sic & Deus circa illum populum iram suam terminauit, & secundò illam mitigauit, ibi, *Non secundum.* Quantum ad primū sciendum, quòd electis suis Deus dicitur iratus, quando eos hic punit ne ipse puniat æternaliter, Sicut pater iratus videtur filijs quando ipsos corrigendo verberat, quæ tamen correctio non ex ira, sed magno ex amore procedit, Apocal. 3. Ego quos amo, corripio & castigo. Quod ostendit Greg. dicens, Omnipotēs Deus eos, quos in æternum diligit, aliquando

Ira Dei proficit bonis.

Gregor. 20. mor. c. 22.

Esa. 54.

E ad tempus relinquit. Vnde scriptum est, Ad punctum in modico dereliqui te, & in miserationibus magnis cōgregabo te. In momento indignationis meæ abscondi faciem meam paulisper à te, & in misericordia sempiterna miseratus sum tui. Et hoc est quod Psalmista deprecatur d. Nō me derelinquas usquequaque. Derelinqui igitur sese posse ad modicū vtiliter nouerat, qui ne usquequaque derelinqueretur petebat. Sanctos suos domibus ueniendo adiuuat, derelinquendo probat, donis firmat, tribulationibus F tentat. Iustam quippe animam gratia reuocat, tentatio interrogat. Et omnipotens Deus electorum suos aduersarios quandoque permittit temporaliter excrescere, vt per illorum sæuitiam purgetur uita bonorum. Nunquam quippe dominus bonis malos aduersos esse permitteret, nisi etiam quantum prodessent, videret. Nam, dum iniusti sæuiunt, iusti purgantur. Et vtilitati innocentiū proficit uita prauorum, dum hanc puniendo humiliat, & humiliando semper ad melius format, &c. vide ibi. Vnde sequitur eodem cap. Quia igitur mala prauorū, dum bonos cruciant, purgant, vtilitati G iustorum militat etiam potestas prauorum. Sed talis ira Dei erga electos non semper durat, sed temporaliter transit & terminatur. Propter quod dicitur, In me transierunt iræ tuæ. Quod autē transit, non in perpetuum durat, vide uersic. 1497. Et hoc norans Psalmista dicit, quòd non in perpetuum irascetur, scilicet electis suis. Qualiter autem ira cadat in Deo, vide versic. 55. 68 t. 1360. Item nota quòd ira Dei diuersos habet effectus vide versic. 1563.

Psal. 118.

Boni per malos purgantur.

Psal. 87.

Non secundum peccata nostra fecit nobis, neque secundum iniquitates nostras retribuit nobis. 1741

H Ic ponit iræ circa illos mitigationem. Et primò ponit ipsius mitigationem, secundò mitigationis modū, ibi, *Quoniā secundum altitudinem,* Quantum ad primum sciendum, quòd in hoc mitigatur ira Dei erga peccatores, quia etiam eos puniendo punit citra condignum, sicut semper præmiando vltra cōdignum præmiat, Vnde quilibet peccator

Punit Deus peccata citra condignum.

tor percussus à Deo, rectè dicere debet illud Iob 33. Deliqui, & vt eram dignus non recepi. Quod exponens Greg. ait, Vnusquisq; enim in flagello positus, minus adhuc peccata sua considerat, si vel tanto, vel amplius se percussum quàm merebatur, æstimat. Ille autem quanto maiora exépla cósiderat, tanto se minus percussum quàm merebatur agnoscit, quia in illorum iustitia conspicit quàm grauis culpa fuerit, quòd errauit. Et idcirco illud quod patitur districtum esse non sentit, quia districtè nouit pensare quod fecit. Valde autem facile est, vt peccatorem quisq; se esse confiteatur cum nihil pro peccato suo patitur. Sed cum de peccato flagello interueniente corripimur, murmuramus. Pœna ergo nos interrogat, si veraciter cognoscimus culpam. Et ibidem Gregor. dicit, Si sollicita consideratione pensamus quàtum quotidie cótra auctorem nostrum delinquimus, agnoscimus. Si autem culpas perpendimus, profectò æquanimiter flagella toleramus. Dolor quippe flagelli temperatur, cum culpa cognoscitur. Quia & tanto quisque patientius ferramentú medici tolerat, quanto putridum conspicit esse, quod secat. Cum ergo quisque, quæ fecit, bene considerat, profectò intelligit, quòd cuncta, quæ patitur minora sint, quàm meruerat. Hoc ergo bene considerans Psalmista dicit, *Non secundum peccata nostra fecit nobis*, &c. Ad hoc autem intelligendum quærunt aliqui, vtrum Deus peccatum per iustitiam punire posset sine misericordia, vt si puniret peccatum, vel peccatorem, quantum puniri meretur de condigno. Et videtur quòd sic, quia hoc præcipit fieri, ergo & hoc ipse facere potest. Patet antecedés. Apoc. 18. Quantum glorificauit se, & in delicijs fuit, tantum date ei tormentum, & luctum. Et Deut. 25. Secundum mensuram delicti, erit & plagarum modus. Item quia non potest punire sine iustitia, cum sit summe iustus. Ad oppositum quia Deo proprium est misereri & parcere. Et quia in opere Dei concurrit misericordia & iustitia. Psal. 34. Vniuersæ viæ domini misericordia & iustitia. Respondeo quòd Deus non potest punire peccatorem, quantum peccator puniri meretur, quinimo si puniret eum, quantú meruit puniri, sequeretur, quòd nullus peccator pœnam aliquam haberet. Probatur, quòd omnis peccator ingratus est Deo. Omnis autem ingratus meretur de condigno priuari omni beneficio accepto ab illo cui est ingratus. Cú ergo peccator à Deo acceperit beneficium essentiæ, meretur priuari essentia, ergo & annihilari. Si autem peccator esset annihilatus, nullam pœnam haberet, quia quod nihil est, nullam pœnam pati potest. Ad rationes autem in oppositú dicitur, quòd in illis auctoritatibus ly quantum, denotat æqualitatem proportionis pœnæ ad peccatum, non æqualitatem quantitatis. Et quòd iustitia Dei intrinsecè includit misericordiam.

Gregor. 24. mor. c. 12.

Gregor. 10. mor. c. 8.

Peccator an puniri possit ad condignum.

Quoniam secundum altitudinem cœli à terra, corroborauit misericordiá suam super timentes se. 1742

Hic declarat modum mitigationis iræ diuinæ. Ira autē Dei erga nos mitigatur, & quo ad pœnam, quia minus punit quàm peccator puniri meretur, vt dictum est, & quo ad culpam, quia culpam mortalem, quæ de se non meretur veniam, vnde & mortalis vocatur, sua gratia remittit. Et secundum ista duo ista pars habet duas partes. Quia primò agit de mitigatione iræ Dei, quo ad pœnam, secundò de ipsa quo ad culpam, ibi, *Quátum distat ortus*. Pro euidentia istorum duorum notandum quòd multo maior est distantia ab oriente vsq; ad occidens quàm sit a terra vsque ad cœlum, consideremus ergo sphæram cœli in quo sol est positus, qui facit orientem & occasum. Distantia ipsius orientis ad occasum est directè secúdum diametrum circuli ipsius. Vnde si circulus illius cœli cótinet sexaginta miliaria, diameter eius continet tertiam partem, scilicet, viginti. Linea autem ducta à centro circuli vsque ad circunferentiam continet solum sextam partem circunferentiæ circuli, scilicet decem. Et sic distantia orientis ab occidente in circulo est maior quá distantia cœli à terra, etiam vsque ad centrum terræ. Cum ergo culpa sit maius malum quàm pœna, imò ipsa pœna propriè malum non dicitur, ideo per distantiam cœli à terra intelligit ipsam remissionem

Altitudo cœli à terra significat pœnam peccato debitam.

Distantia ortus ab occidente significat culpam.

sionem

sionem vel mitigationem pœnæ, sed per maiorem distantiam, scilicet, orientis ab occidente, intelligit remissionem culpę. Quantum ergo ad mitigationē iræ eius quoad pœnam dicit, *Quoniam secundum multitudinem cœli, à terra corroborauit*, &c. quasi dicat, quia quantitas pœnæ debitæ intelligitur secundum altitudinem cœli à terra, istam altitudinem mitigat corroborando misericordiam suam super timentes se, quia quanta est illa altitudo pœnæ debita, tanta fuit eius misericordia illam dimittendo. Quod facit uirtute veræ pœnitentiæ, quæ æternam pęnam peccato debitam remittit. Et adducit istam comparationem distantiæ cœli à terra, quia quamuis terra multum distet à cœlo, tamen sine cœli influentia nullis vsibus esset apta. Sic & homo peccator si puniretur ut meruit, nullis vsibus esset aptus. Vnde hic ait gl. Attende aptam comparationem. Cœlum enim vndique terram circuit. Inde lux ad terram, inde aer, inde spiritus, inde pluuia, inde fructus, sine cœlo deficit terra. Sic mitigatio debitæ pœnæ super timentes eum. Et nota hic, quòd mitigationem pęnæ notat per altitudinem cœli à terra, quia multiplex est altitudo qua pœna debita remittitur, scilicet altitudo humilitatis, paupertatis, asperitatis, contemplationis, charitatis, & obedientiæ. Vide in litera, altitudo, parte prima. Ista est ergo altitudo diuinæ misericordiæ, qua se timentibus pœnam dimittit, de qua Psal. 112. Dominus Deus noster in altis habitat, & humilia respicit.

Altitudo bona multiplex.

1743 *Quantum distat ortus ab occidente: lõge fecit à nobis iniquitates nostras.*

Hic ostendit mitigationem irę Dei, quo ad culpam. Sicut enim ut dictum est, maior est distantia ortus ab occidente, sic maior est Dei misericordia qui peccatis nostris iratus etiam per pęnitentiam ipsa peccata dimittit. Et nota quòd hic per ortum intelligit diuinam gratiam, per occidens autem peccata, quia Deus per suam gratiā quę est oriēs occidit nostra peccata. Vnde hic ait gl. occidunt peccata, dum gratia oritur. Peccata tanquam in occasu sunt, quia cadere faciunt, gratia verò in ortu est, qua illuminamur. Auerte ergo ab occasu peccatorū, & attende ad ortū gratiæ, & ita surgit. Fecit ergo à nobis longè iniquitates nostras, quantum distat ortus ab occidente, quando fecit ut illa occidant & gratia oriatur, quod gratis fecit, non meritis nostris. Et nota, quòd secundum distantiam, sicut peccatum nos distare facit à Deo, sic Dei misericordia nos Deo appropinquare facit, tollens peccatum, quod est causa illius distantiæ. Distantia autem peccati à Deo, nos in multis facit errare. Quos errores Deus tollit, dum à nobis peccatum distare facit, scilicet, ipsum remittendo. Distantia autem qua à Deo elongamur per peccatū, circa uitam beatam nos in multis facit errare, scilicet secundum quòd in rebus corporalibus distantia corporalis errare facit. Primò distantia facit errare circa rei quantitatem, quanto enim res visa magis distat, apparet minor, quàm sit secundum rei ueritatem. Patet in sole, qui quia multum distat à nobis, videtur minor terra, cum tamen sit inter omnia luminaria maius, & quælibet stella sit maior tota terra. Item distantia facit errare circa qualitatem. Patet, quia propter distantiam res alba apparet oculis nigra, vt patet in turribus visis à remotis, & in mōtibus & in velis nauiū. Item facit errare in figuris, vt patet de re quadra uisa à remotis, quæ apparet rotunda. Turris enim quadra à remotis rotunda videtur. Sic igitur quia peccatum à cœlesti patria nos distare nimis facit, quia longè à peccatoribus salus, idcirco circa illam modis prædictis nos facit errare. Primò circa quantitatem eius. Credunt enim peccatores maiorem esse gloriam mundi quàm regni cœlestis, ideo istam præferunt illi. Errant quia illa incōparabiliter maior est, Baruch 3. O Israel quàm magna est domus Dei, & ingens locus possessionis eius, &c. Item errant circa eius qualitatem, quia cum ibi recepti sint homicidæ, vt Dauid, peccatrices, vt Magdalena, fures, vt latro cruci fixus, non æstimant illam esse securam, neque mundam, sed speluncam latronū, & prostibulum mulierum. Et ideo intrare non curant. Sed multum errant, quia vt scribitur Apoc. 21. Nihil inquinatum intrabit in illam, immo canes, & ueneficí fo-

Oriens gratia, occidēs peccatum.

Distantia facit errare circa remissam in tribus.

Peccatum facit errare circa gloriā æternam in tribus.

ei foras eijcientur. Item errant circa figuram: quia credunt illam esse rotūdā: cum tamen sit quadra. Res.n.rotūda faciliter est motabilis, quadra aūt difficilius: quia credunt illā non esse perpetuā: cū tñ sit stabilis & æterna, quia quadra. Apoc.21. Ciuitas in quadro posita est. Sed remota culpa, quę est causa istius distantiæ: remouentur prædicti errores. Sed culpam istam remouet Deus tantum ipsam à nobis distare faciens, quantum ipsa nos distare faciebat à Deo. Et hoc est quod ait, *Quantum distat ortus ab, &c.*

1744 *Quomodo miseretur pater filiorū, misertus est dominus timentibus se: quoniam ipse cognouit figmentum nostrum.*

Consequenter hic ponitur p̄dictæ miserationis diuinæ ratio. Quæ sumitur ex tribus, s. primò rōne diuinæ bonitatis, secundò ratione humanæ fragilitatis, ibi, *Recordatus est*: tertiò ratione nostrę mortalitatis ibi, *Quoniam spiritus*. Quantum ad primum sciendum, quod naturaliter maior est amor parentum ad filios, quàm filiorum ad parentes. Quod probat Philosophus 8. Ethic. maximè triplici uia, & ratione. Prima ratio sumitur ex diuturnitate temporis. Nam quanto amor plus durat, vehemētior efficitur. Amor autem parētum ad filios plus durat, quam filiorum ad parētes. Nam statim vt filij nascuntur, parentes diligunt eos: immo statim vt sunt cōcepti, antequam nascantur. Non autem sic filij diligunt parentes citò: quia non statim nati sunt tātæ cognitionis vt possint discernere quid sit diligendum, etiā quia statim nati nesciunt discernere parentes ab alijs, ideo non statim per amorem afficiuntur ad illos, sed per processum temporis: quando parentes ab alijs incipiunt discernere, tunc ipsos diligere incipiunt. Diuturnior ergo est amor parentum ad filios, quàm ecōtrario, & per consequens intēsior. Secūda ratio sumitur ex parte certitudinis, quia magis certi sunt parentes de prole sua, q̄ proles de parentibus. Filij.n.nō possunt esse certi qui sint parentes eorum, nisi ex audito, & per quædam signa amoris satis extrinseca, quæ multotiens tāta, vel maio

Pater magis amat filium quam econtrario.

A ra ostendit aliquis non filijs suis. Parentes autem statim habēt cognitionem de ipsa prole, & certificate possunt de prole sua. Et ex hac ratione deducit Philosophus, quòd mater plus amat filium q̄ pater: quia certior est de filio quod sit suus, quam sit pater. Tertia ratio sumitur ex parte unionis parētum ad filios: quia filij sunt propinqui parentibus magis quàm parentes filijs. Cum aūt amor quandam unionem importet, ideo filij tanquam magis uniti parentibus magis ab eis diliguntur quàm è cōtrario. Imaginatur.n. Philosophus, q̄ filij sunt quasi quædam pars parentum, quia filius est quædam portio à parentibus decisa. B Pars autem magis vnitur toti, quàm totum parti. Quia totum comprehendit partem, pars autem totum comprehendere nō pōt, quia in toto assignatur aliquid quod multum distat à parte, sed nihil est in parte quod nō sit in ratione totius. Quare si pars moueretur ad amorē totius, nō sic feruēter diligeret ipsum: quia videret in ipso toto aliqua, q̄ multum distarent ab ea. Sed quia filius est quædam pars parentū, nihil est in filio, quod non sit propinquum parentibus, C & quod secundū aliquem modū nō pertineat ad illos. Et iō parentes plus amāt filios dictis rōnib. quam econtrario. Et hinc est, q̄ filius nunquam tātum potest offendere patrem, quin libenter ipsum recipiat ad suam mīam, si velit reuerti, non autem econtrario. Quod satis apparuit in filio prodigo, quem pater reuerrentē mīa motus gratiosè suscepit. Nec mirum, quia naturaliter semper in patris pectore manet, qui pro filio intercedit affectus. Istam ergo rationē allegat psal. Non mirum, si Deus misertus fuit populo suo, quia si pater carnis naturaliter miseretur filio ab ipso carnaliter ge- D nito, quanto amplius pater Deus suorū filiorū? Et hoc est quod ait. *Quomodo miseretur pater filiorum, misertus est dominus timentibus se* Et aliam rationem huius miserationis assignat.d. *Quoniam ipse cognouit figmentum nostrum.* Figmentū hic accipitur pro fomite peccati, qui est in aīa, quo homo ad malū inclinatur, secundū quod dicunt Hebræi. Propter qd̄ hoīs peccatum est magis miseratione dignū. De quo fomite dr̄ Gen.8. Sensus, &

Luc. 15.

Figmentū dicitur fomes peccati

cuncta cogitatio hominis prona sunt ad malum ab adolescentia sua. Sic etiam gl. hic accipit figmentum pro infirmitate mentis.i. pro fomite, d. *Ipse cognouit figmentum nostrum*.i. infirmitatē nostrā. Nouit enim, quod fecit, quomodo dilapsum sit, quomodo reficiendum sit, quomodo adoptandum sit, quomodo ditandum sit. Factura enim creatoris repulsa ipsi nos finximus.

1745 *Recordatus est, quoniam puluis sumus, homo sicut fœnum, dies eius tanquam flos agri sic efflorebit.*

HIc assignat rationem nostræ fragilitatis quo ad carnem siue corpus. Homo.n.ex terra creatus est quo ad corpus. Gen.1. Fecit Deus hominē de limo terræ. Terra autem est corpus graue, & sic ipsum corpus animæ cōiunctum semper aggrauat animam, & ad peccatū inducit, & ex cōsequenti peccatum hominis redditur magis misericordia dignū. Angelus autem quia non est puluis, neque carnem gestat, peccando grauius cecidit, & peccatum suum non fuit venia dignum. Et hanc rationem assignat Gregor.ad probandum, q̄ homo debuit redimi, & non angelus, quia homo carnem gestabat, sed non angelus, dicens. Duas ad se cognoscendum creaturas dominus condidit &c. vide ver.1734. Et hoc est q̄d dicitur Sap. 9. Corpus, quod corrumpitur, aggrauat animam, &c. Vnde & hanc nostram fragilitatem ratione corporis, alijs uerbis innuit, dicens. *Homo sicut fœnum*, idest, sicut herba, quæ statim arescit. *Dies eius tanquam flos agri*, &cæt. De hoc uide uers.1556. Vnde ex istis verbis, quàm sit fragilis vita nostra, demonstratur, dum dicitur, *Homo sicut fœnum, dies eius tanquam flos agri*, &c. Sic enim istum textū ad hoc propositum inducit Greg. 7.mor.c.20.dicens, Sæpe.n.dum præsentis vitæ breuitas quasi diu perseueratura diligitur, ab æterna spe animus frāgitur, & delectatus præsentibus desperationis suæ caligine reuerberatur. Cumq; longum putat, quod ad uiuendum sibi spacium testat, repēte uitam deserens, æterna innenit quæ uitare iā nequeat. Hinc est, quod per quendam sapientē dicitur. Væ ijs, qui perdiderunt sustinētiam. Su-

Redimi debuit homo, & non angelus.

Breuitas vitæ debet cōsiderari. *Eccl. 2.*

E stinentiam enim perdunt, qui, dum diu se uisibilibus immorari æstimant, spem inuisibilium derelinquunt. Cumq; mēs in præsentibus figitur, vita terminatur, & repente ad supplicia improuisa pērueniunt, qui decepti suis præsumptionibus aut nunquam se cōtingere, aut tardè crediderunt. Hinc.n.scriptum est, Dies domini sicut fur ita in nocte ueniet. Qui enim ad rapiendā animam minimè propinquans conspicitur, furi in nocte comparatur. Tantò igitur debet quasi veniens semper metui, quanto à nobis non valet venturus præsciri. Vnde & sancti F viri, qui breuitatem vitæ indesinēter aspiciunt, quasi quotidie morientes viuunt. Et tanto se solidius mansuris præparāt, quanto nulla esse transitoria semper ex fine pēsant. Hinc quippe Psal. veloci cur su fugere vitam præsentem ait. Homo sicut fœnū, dies eius tanquā flos agri, &c. Sed tamen aduertendum, quomodo homo fœnum dicatur. Nam ut ait Gregor. Scriptura sacra hominem tribus modis appellat, scilicet, aliquando per naturā, aliquando per culpam, aliquādo per infirmitatem. Homo quippe per naturam in scriptura dicitur, sicut scriptum est, Faciamus G hominem ad imaginem, & similitudinem nostram. Homo per culpam, sicut scriptum est. Ego dixi, dij estis, & filij excelsi omnes, uos autem sicut homines moriemini. Ac si apertè dicat, Sicut delinquentes obibitis. Vnde & Paulus ait. Cùm sit inter vos zelus, & contētio, nonne carnales estis, & secundum hominem ambulatis? Ac si dicat, Qui discordes mentes ducitis, nonne adhuc ex reprehēsibili humanitate peccatis? Homo per infirmitatem accipitur, sicut scriptū est: Maledictus, qui spem suā ponit in homine. Ac si apertè dicat, in infirmitate. H Et quocunque modo accipiatur homo, apparet q̄ est sicut fœnum, quia ecce per mortem à flore vitæ decidens arescit.

1. Thess.5.

Greg.lib.4. mor.c.17. *Homo tribus modis dicitur.* *Gen.1.* *Psal. 81.* *1.Cor.3.*

Hiere.17.

Quoniam spiritus pertransibit in illo, & non subsistet, & non cognoscet amplius locum suum. 1746

POnit hic tertiam rationem, quæ sumitur ex parte mortalitatis. Vbi notandum, quòd spiritus quandoque accipitur pro superbia. Vnde Gregor.exponens

Gregor.7. mor.c.3.

Spiritus hominis est superbia, quæ fuit causa mortis. Psal. 76.

nens illud Iob 6. Sagittæ domini in me, quarum indignatio ebibit spiritum meũ ait. Quid enim est spiritus hominis, nisi spiritus elationis? Sagittæ autem domini spiritum hominis ebibunt, cum super næ animaduersionis sententiæ afflictam mentem ab elatione compescunt. Sagittæ domini spiritum hominis ebibunt, quando intentum exterioribus introrsus trahunt. Vnde & Psalmista dicit. Renuit consolari anima mea, memor fui Dei, & defecit spiritus meus, scilicet superbia. Et, si sic hic spiritus accipiatur, ostẽdit causam nostræ mortalitatis, quia superbia hominis, qua Deo inobediens fuit, causa fuit nostræ mortalitatis. Ro. 5. per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors. Et tũc est sensus. Quare homo moritur, & non subsistit? Rñdet, *Quoniã spiritus*, s. superbiæ *pertransibit in illo*, accipit enim futurum pro præterito. Et ideo non subsistet, scilicet, in esse hominis, quia mortuus homo non est homo. Quandoque

Spiritus dicitur vita spiritualis. Psal. 101.

verò accipitur spiritus pro effectu spirituali. Vnde Greg. 11. mor. c. 3. ait, Pro effectu spirituali spiritus accipitur, sicut scriptum est. Qui facit angelos suos spiritus. Angeli namque, idest, nuncij in sacro eloquio prædicatores uocãtur, sicut

Malac. 2.

scriptũ est, Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legẽ requirunt de ore eius. Angelus enim domini exercituum est. Omnipotẽs ergo Deus angelos suos spiritus facit, quia prædicatores suos spirituales efficit. Et, si sic accipiatur hic spiritus: eodem modo vult ostendere causam mortalitatis. Homo. n. à Deo fine aliqua culpæ macula fuit creatus, & statim per gratiã & virtutes spiritus. i. spiritualis effectus. Sed quia istũ spiritum spiritualis uitæ peccãdo perdidit, ideò mortalis effectus nõ subsistit, quia statim per dita uita gratiæ, est mortalis effectus.

Spiritus dicitur ipsa anima. Greg. li. 11. mor. c. 3.

Q̃nq; verò spiritus accipitur pro anima rationali, quæ est forma substantialis hominis. Vnde Greg. ait. Ponitur namque spiritus pro aĩa, sicut de capite nostro scriptum est, Et inclinato capite, tradidit spiritum. Si enim aliud spiritum quã animã euangelista diceret, exeunte eius spiritu, anima remansisset. Et si sic hic accipiatur spiritus, Psal. ostẽdit ipsam mortalitatem hominis, & non causam. d.

A *Quoniam spiritus pertransibit in illo*. i. quia anima nõ semper manet in corpore, sed quandoque separatur per mortem, ideò homo nõ subsistit, s. in esse hoĩs. Vnde &

Philosoph.

Philos. 1. de anima in fine ait, ꝙ, egrediẽte anima, homo expirat. i. desinit esse homo & corpus marcescit. Et hoc est, quod subditur. *Et non cognoscet amplius locum suum*. Quis. n. est locus spiritus, siue aĩæ, nisi ipsum corpus, in quo naturaliter manere desiderat? sed aĩa separata istũ locũ amplius non cognoscit, i. amplius ad ipsum corpus non reuertitur in vita pñti. Et hoc de lege communi. Vel per locum

Anima separata non cognoscunt quæ hic fiunt.

B animæ accipe uitã præsentem, à qua anima violenter recedit. Et tunc est sensus, ꝙ anima separata à corpore, non cognoscet amplius locũ suum, quia sicut existẽtes in præsenti uita non cognoscũt, quæ fiunt in receptaculis defunctorũ, sic nec animæ exeuntes à corpore cognoscũt illa, quæ fiunt in locis viuentium, ut dicit Aug. in lib. de cura pro mortuis agenda. Quod intelligẽdum est de lege cõmuni, quia aliquãdo accidit oppositum ex speciali reuelatione diuina. Sciendum ẽt, ꝙ beati uident in uerbo illa, quæ faciũt ad augmentũ beatitudinis ipsorũ. Et sic ui-

C dent pœnas dãnatorũ, & illa, quæ hic fiũt ad ipsorũ honorem. Item notandũ, ꝙ litera Hieron. aliter dicit, quæ sic stat. *Et nõ cognoscet eum amplius locus eius*. Et tũc sensus est clarior. s. ꝙ illi, qui sunt in vita præsenti, non cognoscunt statũ, in quo fit spiritus separatus. Sed hic dubium insurgit. Quia dictũ est, ꝙ *spiritus pertransibit in illo, & non subsistet*, i. ꝙ anima trãseunte, homo nõ subsistit amplius in esse

Christ⁹ an fuerit homo in triduo mortis.

hominis. Nunquid Christus separata anima subsistebat verus homo? Ad hoc fuit opinio Magist. lib. 3. dist. 2. ꝙ Christus in triduo erat uerus homo, & tamen uerè

D mortuus erat, quia alia ratione Christus erat homo, quãm cæteri hominum, quia alij nõ sunt homines, quia anima corpus informat. Deus verò erat homo, quia verbum assumpsit corpus, & animã humanã in unitate personæ, quamuis autẽ anima separata fuerit à corpore, & econtrariò, tamẽ nec corpus nec anima separata fuit à diuinitate, quia quod semel assumpsit, nunquam dimisit. Sed communis schola hic non tenet Magist. vide de hoc multa ibi, scilicet, lib. 3. dist. 22.

1747 *Misericordia autē Dñi ab æterno, & vsq; in æternū, super timentes eum.*

CONsequēter hic accipitur ratio laudandi Deum ex beneficijs cōiter à Deo collatis omnibus iustis. Vbi ostēdit, ꝙ duo maximè habent iusti, quibus Dei beneficia merentur hīc. Primū est timor Dei, quo declinantur peccata. Secūdum est amor Dei, quo adimplētur præcepta: ibi. *Et iustitia.* Duæ.n. sunt partes iustitiæ .s. declinare à malo, & facere bonū. Primam inducit timor dñi .s. filialis, quo offensa patris displicet, ét si nulla sequeretur pœna. Vnde Prou. 15. Per timorē domini declinat omnis homo à malo. Istū versum bene cordi suo impresserat virgo Maria, quæ beneficium tantum, vt mater Dei esset effecta, ex timore dñi confitebatur se habuisse in suo cantico .d. Et misericordia eius à progenie i progenies timentibus eū. Quæ uerba exponēs Gregor. ait. q.d. virgo Maria. Ex misericordia Dei, quam habet à gñatione in gñationem, ego concipio. At ipse corpori animato coniungitur, nostrā tractans salutē solius intuitu pietatis. Miseretur autem Deus non quibuscunque, sed ijs, quos timor eius compescuit in qualibet natione, pp quod subditur, timentibus eum, quasi .s. pœnitentia ducti ad fidem cōuertuntur. Nam, qui obstinati sunt incredulitatis uitio, clauserunt sibi ianuā pietatis. Per hoc quod dicit, à generatione in generationem, idē est, quod hic dicitur. *Ab æterno & vsque in æternum.* i. à principio mundi sine fine à parte post. i. à præsenti sęculo usque in futurum, miseretur dñs timentibus se. Quia dictum est sup. vers. 1718 quomodo timor valet ad fugiēda peccata, nunc cōsequenter ostendo quomodo ualet ad acquirendā gratiā & Dei misericordiam. Vbi nota, ꝙ maximè pœnitentibus valet ad tria .s. ad iustificationē, in contritione. Ad sanctificationē, in confessione. Ad obediētiā in satisfactione. Primò ualet ad iustificationē in cōtritione, sicut humiliatio iniuriantis ualet ad recōciliationem iniuriati. Huius figura habetur in duobus latronibus crucifixis cū dño, Luc. 23. Neq; tu times Dēū, qui in eadē damnatione es, &c. Vnde & supra: qūo miseretur pater filiorū, misertus est dñs timentibus se. Vnde Hieron.

Timor Domini misericordiā acquirit, & gratiam. Luc. 1.

Timor Domini valet ad multa.

E super Mat. ait. Timor dñi corrigit .s. iustificando. Timor hoīum differt actionem, sed malam uoluntatem non mutat, imò audaciores reddit ad crimen, quos à crimine qñque suspendit. Et ideo sine Dei timore iustitiam nullus acquirit. Eccl. 1. Qui sine timore est, iustificari non poterit. Secundum patet, quia sicut ancilla timore dñæ domum ab immunditijs purgat, sic & Dei timor per confessionē domum conscientię purgat. Ideo Psalmista vt timore domini conscientiam melius à peccatis purgare posset, orabat Ps. 118. d. Confige timore tuo carnes meas: à iudi-
F cijs.n. tuis timui. Ideo ait Cassiodor. sup. Psal. Noueris te .s. tuam consciām discutiendo, ut Deum timens, noueris Deū, vt aīa tua ipsum diligat, quia lex Dei à timore incipit, & ad charitatē terminatur. Initium namq; sapientiæ est timor dñi, & plenitudo legis est dilectio, quemadmodū.n. ex notitia tui venit in te timor Dei, sic ex notitia Dei in te uenit amor. Et hoc est, quod dr Eccles. 2. Qui timent Deum, præparabunt corda sua, in cōspectu illius sanctificabunt aīas suas. Tertiū patet, qm sicut seruus timore principis implet sibi præcepta, sic & timēs Deum
G obediendo satisfacit de peccatis cōmissis. Cuius figura habetur de Iacob, qui timens fratrē suum Esau, studebat ei per obedientiā satisfacere, ut habetur Gen. 32. d. Erue me, dñe, de manu fratris mei, quia ualde eum timeo. Sequitur (& ait) placabo ipsum muneribus. Et huius ratio est, quia timor Dei cor pœnitentis emollit, vt Deo satisfaciat, ut ostendit Greg. d. Diuino munere cor iusti emolliri debet, qa superni iudicij timore penetratur. Molle.n. dr, qđ penetrari pōt, durum aūt qđ penetrari non pōt. Isto autē timore penetrata, non secura, sed perturbata
H bata sunt corda bonorum: quia dū futuri examinis pondus cōsiderant, hic habere quietē non appetunt. Qui tn̄ inter ipsa timoris supplicia sæpe animum reuocāt ad dona. Et dum se magis debitores cōsiderant, timentes Deo satisfacere curant. Et hoc est, quod dicitur Eccle. 2. Qui timent Deum, custodiunt mandata illius, & patientiam habebunt. Et Psalm. 111. Beatus vir qui timet dominum, in mandatis eius uolet nimis. Cum igitur iustificatio, mentis purgatio, & mādatorum obser-

Gregor. 16. mor. c. 20.

obseruatio, quæ per timorem habentur, sint effectus diuinæ misericordiæ, sequitur formaliter, q misericordia Dei ab æterno vsq; in æternũ super timẽtes eũ.

1748 *Et iustitia illius in filios filiorum, ijs, qui seruant testamentum eius.*

Iustitia dicitur præmium æternum.

HIc ostendit secundam partem iustitiæ, quam facit amor, quæ est mandatorum Dei obseruatio. Vbi nota, q cũ iustitia sit uirtus, qua cuicunq; redditur, quod sibi debetur, ideo iustitia appellatur quando Deo reddimus debitum, qñ & proximo damus eleemosynã, sicut dr Psal. 111. Dispersit, dedit pauperibus, iustitia eius, &c. Sic & conformiter pręmiũ æternum dicitur iustitia, quia debetur iustis. Deus.n.debitor noster est, non ex cõdigno, s. aliquid cui prius dederimus, quod ipse nobis reddere teneatur, sed ex promisso, quia promisit iustis præmium æternum. Et ideo gloria æterna vocatur iustitia, quia ex promisso debita iustis. Vnde & gloriam ęternã sibi ex promisso debitam apostolus uocat coronam iustitiæ. 2. Tim. 4 dicens, Bonum certamẽ certaui, &c. Ideo reposita est mihi corona iustitiæ, &cæt. De ista ergo iustitia, quæ est merces æterna, dicit, *Et iustitia illius*, idest, merces æterna est, *In filios filiorũ ijs, qui seruant testamentum eius*, q.d. illis, qui seruant testamentum Dei, scilicet, eius præcepta debita est iustitia Dei, idest, gloria æterna. Vnde hic ait glos. Ecce iustitiam Dei dicit retributionem mercedis æternæ, quæ debetur filijs filiorũ, &c.

Deus debitor est ex promisso.

Filij dicuntur opera, filij filiorũ sunt merces operibus debita.

Sed hic dubium mouet glos. Cùm multi iusti non habeant filios, & per consequẽs nec filios filiorum, quomodo dicit quòd *iustitia Dei in filios*, &c. Et respondet, dicens, q filij iustorum sunt opera eorum: sed filij filiorum dicuntur merces operis. Et est sensus prædictorum uersiculorum. *Misericordia autem domini*, &c. *Et iustitia illius*, &c. idest, per misericordiam, & iustitiam Dei dabitur timẽtibus eum æterna merces pro bonis operibus. Et ne omnes hoc habere præsumant, ideo subditur, quibus dabitur, dicens. *Iis, qui seruant testamentum eius*. Quod autem filij nostri dicantur opera nostra, vide versic. 1731. Item nota, quòd testamẽtum Dei dicitur scriptura sacra, ut patet versicu. 1503. & 1527 Et sic illi seruant Dei testa-

A mentum, qui præcepta in scriptura sacra posita custodiunt. Sed forte dices, Cùm scriptura sacra duo testamenta contineat, scilicet, vetus, & nouum, & ad obseruationem amborum teneamur, saltẽ antiqui testamenti quo ad præcepta moralia, cur dixit in singulari, *ijs, qui seruant testamentum eius*, & non potius in plurali, *ijs, qui seruant testamenta eius?* Ad hoc respondetur, quia ista duo testamenta unum faciunt, eo q nouum testamẽtum in ueteri continetur figuraliter, ut dictũ fuit ver. 949. Vel aliter, per testamentum Dei intelligitur passio Christi, ut patet B supra uer. 354 & 358. Illi ergo obseruãt testamentum Christi, qui passionem eius imitantur, crucifigentes carnem suam cum uitijs, & concupiscentijs.

Et memores sunt mandatorum ipsius, ad faciendum ea. 1749

ISte uersus est quasi expositio præcedentis, ostendens, q per testamentum Dei intelligit pcepta Dei. Per hoc ostendens, q præcepta Dei semper debẽt esse in memoria nostra, non solùm ut memoriter pronunciẽtur, sed magis vt per memoriam fœcundam agant, qđ didicerũt, C quia.s. *ad faciendum ea*. Nota aũt q Dei memoriam, & mandatorũ suorũ duo maximè nobis inducunt, s. multiplex similitudo nobis proposita, & multa eius beneficia nobis exhibita, uide uersic. 1324. Vnde quantum sit nobis habẽda Dei memoria, & mandatorũ ipsius, ostẽdit Gualfredus exponens illud Eccl. vlt. Memẽto creatoris tui, dicens, Dum adhuc uidere creatorẽ tibi non licet, saltẽ memoriam eius amplectere, si phiã eius cõcupiscis habere. Memẽto creatoris tui, nihil utilius. Ea nẽpe memoria tollit extollẽtiã, & sub Deo humiliat. Tollit diffidẽtiã, & D aduersus inimicũ erigit, & cõfortat. Memẽto creatoris tui. Parũ est hoc. Ego amplius aliquid addo. Memento redẽptoris tui. Nihil.n. creari pfuit, nisi redimi profuisset. Salomon.n. suæ gnationis hoibus quod erat notũ pro tpe loquebatur, nobis autem clamat Apostol. Empti.n. estis pretio magno, &c. Non mediocriter periculosa est beneficij huius obliuio. Odibilis foret omnibus hominibus, si quis hominũ homini inueniretur ingratus, per cuius operam uideretur auditũ recepisse, vel

se, vel visum, &c. Et hic nota, q multorũ memoriam debemus habere, si debitè vivere volumus. Primò dierum sanctorum ad festinandum. Exod. 20. Memento ut diem sabbathi sanctifices. Secundò susceptorum beneficiorum ad gratias agẽdum 1. Mach. 4. Mementote quomodo salui facti sunt patres vestri. Et Eccl. vlt. Memento creatoris tui. Tertiò status mortuorum ad non peccãdum. Eccl. 28. Memento nouissimorum, & desine inimicari: Et Ecclesi. 14. Memor esto quomodo mors non tardabit. Et in c. 7. Memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis. Quartò peccatorum commissorum ad pœnitendum. Apoc. 2. Memor esto, unde excideris, & age pœnitentiam. Quintò diuinorum iudiciorum ad nos humiliãdum. Eccl. 7. Memento iræ, quoniam non tardabit. Sextò diuinorum mandatorum ad ipsa faciendum, quia misericordia Dei ab æterno vsque in æternum super timentes eum, & iustitia eius in filios filiorum, &cæt. *Et memores sunt mandatorum ipsius*, &c.

1750 ***Dominus in cælo parauit sedem suam, & regnum ipsius omnibus dominabitur.***

HIc consequenter Dauid inducit ad laudem Dei naturam angelicam. Et duo facit, quia primò ponit eis. s. angelis à Deo collatum beneficium, secundò concludit in eis diuinæ laudis debitum: ibi, *Benedicite domino*. Quantum ad primum sciendum, quòd quamuis Deus quia immensus, sit ubique per suã essentiam, potentiam, & præsentiam: quia aliter contineretur loco, & finitus esset, qđ contradictionem importaret, tamen per quandam specialem influentiam plus dicitur in una parte mundi esse quàm in alia, secundum quòd maiores effectus in una parte efficit, vel ostendit, quàm in alia. Sic & anima humana licet sit tota in toto corpore, & tota in qualibet parte corporis, quia tamen magis se manifestat in capite, in quo omnes sensus ostendit, quod non facit in aliqua alia parte corporis, ideo principaliorem sedem dicitur habere in capite, vt deducit Magist. lib. 1. dist. 37. Sic & Deus, quia in cælo maiores effectus ostendit quàm in terra,

E & nobiliores, ideo ibi dicitur habitare principalius, vt dictum est superius uers. 136. Et non solùm hoc intelligẽdum est de cœlo materiali, sed multo fortius de cœlo spirituali, quod cœlum spiritualẽ sunt sancti Angeli, in quo cœlo se eis clarè, & manifestẽ ostendit. Et hoc tantum beneficium beatis Angelis collatũ, eos obligat ad Deum semper benedicẽdum, & laudandum, Et hoc beneficium angelis præstitum Psalmista hic exprimit, dicens. *Dominus in cælo parauit sedem suam*, idest, in sanctis angelis specialiter sedet, & habitat per sui claram manifestationem. *Angeli beati dicuntur cæli.*

F Nec incongruè angeli beati cęli dicuntur, quia, sicut cœli solidi sunt, & stabiles, sic & sancti Angeli solidi & stabiles permanserunt in amore conditoris, quem acceperãt in munere, quando alijs cadentibus, ipsi Deo per amorem adhæserunt. Et de istis cœlis. s. beatis Angelis, dicitur Iob 37. Cęli solidissimi quasi ęre fusi sunt. Quod de beatis angelis exponit Greg. dicens. Per cœlos ij, qui in cęlestibus sunt, conditi angelici spiritus designantur. *Gregor. 27. mor. c. 25.* Vnde & in oratione dominica voce veritatis dicere instruimur. Fiat voluntas tua sicut in cęlo, & in terra, vt ni- *Matth. 6.*

G mirum sicut uolontas Dei à superiore creatura agitur, ita in omnibus etiam ab humana infirmitate seruetur. De quibus bene dicitur, q solidissimi quasi ęre fusi sont. Natura namque æris est rubigine difficile consumi. Et uirtutes angelicæ, quæ in diuino amore fixæ perstiterunt, lapsis superbientibus angelis, hoc in munere diuinæ retributionis acceperunt, vt in contemplatione conditoris sine fœlicitatis fine permanerẽt, & in hoc q sunt cõditæ æterna stabilitate subsistunt. Qđ bene apud Mosen ipsa de mundi origine historiæ uerba testantur, cum & prius cę-

H lum factum dicitur, & hoc idẽ postmodũ firmamentum uocatur, quia uidelicet & natura angelica prius subtilis est in superioribus condita, & post ne vnquam posset cadere, mirabilius confirmata, &c. In isto ergo cœlo parauit Deus sedẽ suam, quia in ipsis sanctis habitat, quibus se clarè, & beatificè manifestat. Et de isto cœlo angelicæ naturæ dicitur. Psam. 10. Dominus in templo sancto suo, scilicet, in Christo per plenitudinem diuinitatis. *Dominus in cælo sedes eius*, scilicet in angelis

gelis pro ostensionem suæ maiestatis. Cùm ergo beneficium collatū inducat recta ratione ad gratias agendum benefactori, quid mirum, si sancti angeli tantum beneficium receperūt à Deo, si ipsi Deum laudare tenentur? Et hoc est, qđ ait, *Dominus in cælo parauit sedem suam.* Ne autem aliquis per hoc credat, quòd etiam per uisionem beatificam Deus nō regnet in sanctis suis hominibus, ideo ad hoc remouendum subdit, *Et regnum eius omnibus dominabitur.* Quid.n. nomine omnium intelligitur, nisi homo, qui solus cum omnibus creaturis participat? Quod ostendit Christus Mar.vlt.dicens, Prædicate euangelium omni creaturæ, idest, homini, qui dicit omnis creatura.

1751 **Benedicite domino, omnes angeli eius, potentes virtute, facientes verbum illius, ad audiendam vocem sermonum eius.**

Hic ex præmisso beneficio beatis angelis à Deo concesso, concludit Psalmista angelis sanctis esse debitum Deo benedicere. Et primò ad hoc excitat omnes angelos generaliter, secundò ordinem virtutum specialiter, ibi. *Benedicite domino, omnes virtutes eius.* Quantum ergo ad primum sciendum, ꝙ potestas beatorum angelorum excedit mirabiliter potestatem hominum, & omniū corporalium creaturarum. Vnde multotiens in scriptura legĭtur mirabilia opera per angelos facta, quæ nulla alia creatura posset facere. Vt de angelo, qui de Iudæa portauit Abacuc uirtute capilli sui in Babylonem subitò, tum eti inter Iudæam & Babylonem multa esset distātia. Et subitò restituit Abacuc in locum suum dictum. Sicut etiam patet de angelo domini, qui de exercitu Sannacherib regis Assyriorum occidit una nocte centum octoginta quinque millia uirorum, ut habetur 4.Reg.19. Sicut patet de angelo, qui præcedebat populum in deserto in die per columnam nubis, & in nocte per columnam ignis. Exod.12. Quæ enim uirtus corporalis vel naturalis hæc posset facere, Certè nulla. Quinimo qđ mirabilius est, ista potestas etiam remansit in angelis dānatis, qui mirabilia virtute sua naturali possunt facere, nisi Deus

Dan. 14.

A ipsorum ligaret potestatem. Apparuit in angelo, qui tentauit Christum, qui Christum de deserto post primā tentationem subitò adsportauit in sanctam ciuitatē, & statuit eum supra pinnaculum tēpli, & de templo statim, & subitò adsportauit in montē excelsum ualde. Quis.n.homo uirtute sua hoc facere posset? Certè nullus. Vnde etiam de malo angelo, dicitur Iob 41. Non est potestas super terrā quæ cōparetur ei, s. malo angelo. Quod exponens Greg.ait. Potestas diaboli super terram cunctis eminentior perhibetur, quia etsi actionis suæ merito infra B hoīes cecidit, omne tamen genus humanum naturæ angelicæ conditionem transcendit, quamuis.n.internæ fœlicitatis beatitudinem perdiderit, naturæ tñ suæ magnitudinem non amisit, cuius adhuc uiribus humana omnia superat, licet sanctis hominibus meritorum suorum deiectione subiaceat. Vnde & eisdem sanctis contra hunc decertantibus eo retributionis suæ meritum crescit, quo ille ab eis uincitur, qui per naturæ potentiam, quasi iure se hominibus superesse gloriatur. Si igitur adhuc tanta potestas in malis remansit angelis, quid credendum C est de bonis, in quibus per gratiā natura est fortissima? Et ideo hic Psalmista, oēs bonos angelos potentes uirtute appellat, d. *Benedicite domino, omnes Angeli eius potentes virtute.* Et attende, ꝙ hoc nō dicit Psalmista angelis beatis imperando, nec eos ad hoc excitando, sed magis congratulādo. Subdit, *Facientes verbum eius.* Quod dicit, quia sancti angeli obediētes sunt diuinæ uoluntati, & officia eis commissa diligenter exercent. Quæ tamē per eos agenda sunt, habēt per reuelationes, quæ primò & immediatè à Deo fiūt angelis superioris hierarchiæ, & isti reuelāt angelis mediæ hierarchiæ, & isti medij reuelāt angelis inferioris hierarchiæ, & isti reuelant facienda hominibus. Et D ideo stant intenti ad percipiendas supernas reuelationes. Et hoc est, quod ait. *Ad audiēdam vocem sermonum eius.* Vox enim sermonum Dei ipsis angelis nō est nisi reuelatio diuinæ voluntatis. Sed hic occurrit quæstio non omittenda. Quia hic dicitur, ꝙ beati angeli faciunt uerbū Dei, quomodo hoc est possibile, quia nos in sacra scriptura inuenimus in officijs

Matth. 4.

Gregor. 34. mor. c. 13.

Angelorū etiam malo summagna est potestas.

Angeli superiores illuminant inferiores.

Quæstio. Angeli beati quomodo adinuicem. prælantur.

suis sibi à Deo commissis ipsos adinuicē præliari,& vnum alteri contradicere. Ex quo sequitur, q̃ in sibi commissis cōtradicunt, quod alter illorum Dei verbum non facit, sed sibi contradicit. Habemus enim Dan. 10 quòd angelus custos regni Persarum restitit angelo custodi regni Iudæorum. Vnde ibidem angelus regni Iudæorum dixit Danieli. Ego veni propter sermones tuos, princeps autem regni Persarum, s. angelus ad custodiam regni Persarum deputatus, restitit mihi viginti, & vno diebus, & ecce Michael vnus de principibus primis venit in adiutorium mihi. Et paulò post, Nunc reuertar, vt prælier aduersus principem Persarum, &c. Hāc materiam pulchrè, & apertè tractat Gregor. super illo verbo Iob 25. Qui facit concordiam in sublimibus suis. dicens, Hic licet inquirere, si pax in sublimibus angelis summa retinetur, qd est quod per angelum Danieli dicitur. Ego veni ꝑpter sermones tuos, sed princeps Persarum restitit mihi, & ecce Michael vnus de principibus, &c. Quos itaque alios principes gētium appellat, nisi sanctos angelos, qui sibi exeunti restiterunt? Quomodo ergo in sublimibus angelis pax esse potest, si inter ipsos angelicos spiritus præliandi certamen aggreditur, qui semper cōspectui ueritatis assistunt? Sed quia certa angelorum ministeria dispensandi singulis quibusq; gentibus sunt prælata, cùm subiectorum mores aduersum se vicissim præpositorum suorum spirituum opem merentur, ipsi qui præsunt spiritus contra se venire referuntur. Ille namque angelus, qui Danieli loquebatur, captiuis Israelitici populi in Perside constitutis prẹlatus agnoscitur. Michael autem eorum qui ex eadem plebe in Iudæa terra remanserant præpositus est inuentus. Vnde adhuc ab eodem angelo post Danieli dicitur. Nemo est adiutor meus in omnibus istis, nisi Michael princeps noster. De quo & hoc qd præmisimus dicit, Ecce Michael vnus de principibus primis uenit in adiutorium mihi. Qui dum nequaquam simul esse, sed venire in adiutorium dicitur, apertè eidem populo prælatus agnoscitur, qui captiuus in alia parte tenebatur. Quid est ergo angelo dicere, Ego veni pp sermones tuos, princeps autem regni Persarum restitit mihi, nisi sua subditis opera nunciare? Ac si apertè dicat: Precum quidem tuarum merita exigūt, vt Israeliticus populus à iugo suæ captiuitatis exuatur, sed est adhuc quod in eodem populo Persarum dominio purgari debet. Vnde ereptionem illius Persarum princeps mihi iure contradicat, quamuis preces tuæ, illorumq́ue lachrymæ, qui in Iudæa relicti sunt, adiuuent. Vnde hoc quoque, quod prędiximus, adiungit, Michael princeps vester venit in adiutoriū mihi. Cumq; vt aduersus principē Persarum prẹlietur, egreditur: Græcorum princeps adueniēs apparet. Quia ex re innuitur, q̃ aduersum quoq; Græcos aliquid Iudæa commiserat, quorum profectò causa ereptioni illius resistebat. Prophetæ igit̃ preces angelus exaudiuit, sed Persarū princeps restitit. Quia etsi iam iusta uita deprec[...]is ereptionem illius populi exigit, eiusdem tñ populi adhuc vita contradicit. Vnde quia necdum plenè ij, qui in captiuitatē fuerant ducti, purgati sunt, iure eis adhuc Persæ dominantur. Michael adiuuat, sed Græcorum princeps ad prælium venit. Quia mereri quidem veniam tam longa oppressorum captiuitas poterat, sed ereptionis eorū beneficio, hoc quoq; quod in Græcis deliquerunt, obuiabat. Rectè ergo dicitur, q̃ contra se angeli veniunt, quia subiectarum sibi gentium vicissim merita contradicunt. Nam sublimes spiritus eisdem gētibus principantes nequaquam pro iniqua agētibus decertāt: sed eorum facta iustè iudicantes examinant: Cumq́ue uniuscuiusque gētis vel culpa, vel iustitia ad supernæ curiæ consilium ducitur, eiusdem gentis angelus præpositus vel obtinuisse in certamine, vel succubuisse perhibetur. Quorum tñ omnium vna victoria est sui super se opificis voluntas summa, quam dum semper aspiciūt, quod obtinere non ualent, nunquā uolunt. Hæc omnia Greg. Ex quibus patet, quod arma, quibus ad se inuicem angeli beati præliantur, sunt merita, vel demerita subditorum eis populorum. Ipsi tamē angeli semper concorditer præcepta cōditoris adimplent. Et ad istum intellectum dicitur 1. Reg. 14. Applicate vniuersos angelos populi, & scitote per quē acciderit hoc peccatum hodie.

Bene-

1751 *Benedicite domino, omnes virtutes eius: ministri eius, qui facitis voluntatem eius.*

Angelorũ hierarchiæ tres. Specialiter hic ad laudẽ Dei excitat ordinem virtutum. Vbi notandum est, quòd secundum doctores triplex est hierarchia angelorum, s. superior, media & inferior. Et quælibet istarũ continet tres ordines angelorũ. Superior hierarchia tres ordines continet, s. Seraphin, Cherubin, & thronos. Media continet tres ordines, s. principatus, potestates, & dominationes. Inferior continet tres, s. virtutes, angelos, & archangelos. Ex quibus omnibus insurgunt nouem angelorum ordines. *Ordines Angelorũ nouem.* Et quia in isto loco diffusius tractatur materia angelorum, quam in aliqua alia parte Psalterij, ideo quia materia est lata, & alta, aliquid de istis ordinibus dicam, scilicet, qualiter distinguuntur, & quæ sint propria cuiuslibet ordinis officia. Primus ergo ordo angelicus dicitur, Seraphin. *Seraphin.* Secundum enim Greg. in hom. de angelis, Seraphin dicitũ multitudo cęlestium spirituum: qui ardẽtes, vel incendentes interpretatur: eo quod angelorũ istius ordinis propriũ est præ alijs in dei amore ardere, & alios ad incendium diuinæ dilectionis promouere. Istud officium angelicum figuratũ fuit in illo angelo qui Gedeoni apparuit, de quo habetur Iudi. 6. Angelus domini dixit Gedeoni, tolle carnes, & panes azymos, & pone supra petram, & ius desuper funde. Quod cum fecisset, extendit angelus domini summitatem virgæ quã tenebat in manu, & tetigit carnes & azymos panes, & ascẽdit ignis de petra, & carnes, azymosq; panes consumpsit Gedeon quippe, qui circuiens in vtero interpretatur, verum pœnitentem significat: qui circuit in vtero mentis suæ oĩa sua cogitando peccata. *Matth. 4.* Panis aũt, quo vita sustentatur, significat animã, sed carnes significant corpus nostrũ quod est caro. Petra aũt est Christus. 1. Cor. 10. Gedeon ergo ad præceptum angeli ponit carnes, & panes supra petram: qñ vir pœnitens se totum, s. animam & corpus offert Christo in pœnitentiæ sacrificium: quia sacrificium Deo spiritus contribulatus. *Psalm. 50.* Et tunc angelus domini uirga, quã tenet in manu, s. amore domini tangit

A sacrificium, s. feruorem inspirando diuini amoris. Quo facto ignis charitatis pœnitentem totaliter accendit, & inflammat. Et attende, quod secundum Greg. in prædicta hom. distinctæ conuersationes hominum singulis angelorum ordinib. applicantur, sic quod quilibet homo iustus in aliquo ordine angelico reponitur. Et sic secundum ipsum illi homines, qui Dei, & proximi dilectione feruent, & ardent, in primo ordine angelorum, s. Seraphin collocantur, figurati in angelo qui apparuit Manuæ. Iudi. 13. de quo ibi dicitur, quod cum ascendisset flamma altaris in cœlum, angelus in flamma pariter
B ascendit. Et sic de alijs ordinibus procede. Sed de ordine uirtutum: (de quo loquitur præsens textus d. *Benedicite domino, omnes virtutes eius.*) sciendum quod, vt ait Greg. vbi supra, ad ordinem virtutũ spectat miranda exercere opera. *Virtutes ordo angelorum.* Vnde illi angelici spiritus virtutes uocantur: per quos signa, & mirabilia frequentius fiũt. Et sic istius ordinis officium est virtus faciendi miracula, & illam virtutem hominibus perfectis concedere, vt reducti ad primum statum, in quo Deus fecit hominem ad imaginem, & similitudinẽ
C suam, demonstrentur. Istius ordinis fuerunt illi angeli, de quibus dicitur. Vidi signum in cęlo magnum, & mirabile, angelos septem habentes plagas septẽ, &c. *Apoc. 15.* Consimiliter istius ordinis fuit ille angelus, qui miraculosè populum domini liberauit, qui occidit de castris Sẽnacherib vna nocte centum octoginta quinq; milia, vt habetur 4 Reg. 19. Ad istum ordinem secundum Greg. reducuntur illi homines, qui miracula in uita sua faciũt & mirabilia signa demõstrant, sicut fuit Petrus, suscitando mortuos: Laurentius cęcos illuminando, & huiusmodi. Et illũ
D ordinẽ fugiunt homines pigri, & otiosi qui carnis pacem quærentes grandia operari recusant non aduertentes, quod scribitur Esa. trigesimotertio. Angeli pacis amare flebunt. Et, si quæras, quare hic Psalmista specialiter nominat istum ordinem virtutum, alios ordines prætermittendo, ad id dicitur, quòd huius ratio est: quia iste ordo plus nobis innotescit, dum mira operatur contra insolitum cursum naturę, & plus nos in admirationem ducit cæteris ordinib. Ideo ipsius

sius hic singularem mentionem fecit ps. Item notandum, quod idem spiritus angelicus in diuersis ordinibus potest poni: secundum diuersa officia sibi commissa. Eidem enim spiritui angelico potest cōmitti, vt faciat miracula, & vt reuelet & aliqua temporalia: vt puta Michael, quē non dubitamus, sicut dignitate cæteros angelos præcellit, sic & & cæteris in Dei amore feruentius ardet. Et sic ratione feruētis amoris erit in ordine Seraphim: ratione miraculorum erit in ordine virtutum: ratione reuelationis summorū erit in ordine archangelorum: & ratione reuelationis temporalium erit in ordine angelorum. Et consimiliter dico de hominibus, quòd vnus & idem homo ad diuersos ordines angelorum potest assumi. Ista uidetur intentio Greg. in homil. de angelis, sic dicentis. Sciendum quod plerumque ipsi beatorum spirituū ordines vicinorum sibi spirituum vocabula sortiuntur. Thronos enim, idest, sedes Dei specialem spirituum beatorum ordinem diximus. Et tamen per psalm. dicitur. Qui sedes super Cherubin, appare, &c. Quia videlicet in ipsis distinctionibus agminum dum Cherubin thronis iungitur: sedere etiam super Cherubin dominus ex vicini agminis æqualitate perhibetur. Sic quippe in illa summa ciuitate specialia quædam singulorum sūt vt tamen sint communia omnium. Et quod in se quisque habet ex parte, hoc in alio ordine totum possidet. Sed idcirco vno eodemq; vocabulo communiter non censentur: vt ille ordo uocari vniuscuiusq; debet nomine, qui hunc plenius accepit in munere. Seraphin enim incendium dicimus, & tamen in amore conditoris omnes simul ardent. Sic cherubin in plenitudinem scientiæ: & tamen quis ibi aliquid nesciat vbi ipsum omnes simul fontem scientiæ domini vidēt? Throni illa quoque agmina, quibus conditor præsidet, vocantur. Sed beatus quis esse potest: nisi creator eius menti præsideat? Quod ergo ex parte ab omnibus habetur: eis in priuato nomine data sunt, qui hoc in munere plenius acceperunt. Ad propositum ergo ad istum ordinem virtutes appellat psalmista congratulando: causa prædicta psalmista specialiter loquitur, dicens, *Benedicite domino, omnes* *virtutes eius*. Et quia per miranda opera, vel miracula quæ ad istum ordinem spectat facere (vt est dictum) quæ excedunt virtutem naturæ nobis apertè monstratur, quòd Deus non agit ex necessitate naturæ: sed sua, & mera libera voluntate. Ideo subditur. *Ministri eius, qui facitis voluntatem eius*, quia omnes sunt administratorij spiritus, ut ait Apostolus. Vnde per hoc, quod subditur. *Ministri eius*, &c. notat omnes alios angelorū ordines. Vnde ait glo. Per hoc quod ait, *Benedicite domino omnes virtutes eius*, notatur ille singularis ordo angelorū qui virtutes dicitur. Deinde generaliter omnibus angelis loquitur, d. *Benedicite domino ministri eius, qui facitis voluntatem eius*.

Angelus & nus in diuersis ordinib. reponitur.

Greg. in homil. de Angelis.

Hebr. 1. Angeli omnes dicūtur ministri Dei.

E F

Benedicite Domino, omnia opera eius in omni loco dominationis eius: benedic, anima mea, domino. 1753

HIc vltimo ad Dei laudem inducit generaliter omnem creaturam. Vbi notandum, quòd propriè solū creatura rationalis Deū benedicere potest: quia ista sola capax est illius per amorē & cognitionē: Sed aliæ creaturæ ratione carentes, Deo benedicunt metaphoricè, inquantum in eis relucet diuina bonitas & in ipsarum proprietatibus & operationibus, vel inquantum ordinem naturæ à Deo sibi datum conseruant: quia sic uidentur Deo obedire, & ipsum suū dominum confiteri: quòd est sic Deum laudare. Sicut enim suo modo omnis creatura etiam inuisibilis Deo benedicit: vt puta cœlum ordinatè motū suum continuando: sol, & luna mundum illuminando: stellæ noctem, & tempora distinguendo: ignis calefaciendo, aer respirando: aqua humectando, terra fructus producendo. Propter quod dicitur Daniel 3. Benedicite, omnia opera domini, domino, &c. Similiter modo ait. *Benedicite domino, omnia opera eius*. Et aduerte quod sicut nullum opus excipitur à benedicendo domino, sic & nullus locus. Vnde subdit, *In omni loco dominationis eius*, i. in omni loco benedicite domino. Vnde glo. *In omni loco dominationis eius*. Ac si dicat, Sic vbi Deus nō dominatur: ibi non benedicatur, Sed quia vbiq; est, & vbique

Benedicit Deo omnis creatura.

Benedicendus est Deus vbique.

G H

& vbique dominatur:ideo vbique bene dicatur, nullus excusetur. Sicut nulla creatura excipitur à laude diuina, sic & nullus locus, consimiliter & nullum tẽpus. psalm. 33. Benedicam dominum in omni tempore: semper laus eius in ore meo. Sed quia nulla virtus quantumcũque bene inchoata, nisi perseueret, est Deo accepta: ideo vnde iste psalmus incœpit, ibi terminat. *Benedic, anima mea, domino.* Vnde hic ait glo. Vnde cępit ps. ibi finit. Benedictio à capite, benedictio à fine. A benedictione ꝓfecti sumus: ad benedictionem redeamus, & in ea regnemus. Et secũdum Cassiodorum per hoc notat eos, qui bonis principijs bonum finem adiungunt. Et nota, quod propriè benedicere Deo est bene viuere. vide versic. 378. Item nota, quod Deum benedicimus multipliciter. vers. 502.

PSAL. CIII.

1754 *BEnedic, anima mea, domino: domine Deus meus, magnificatus es vehementer.*



SALVMS Iste secundũ Hieron. nullum habet titulum: nec etiã in Hebræo titulus ponitur. Propter quod aliquorũ fuit opinio, q iste psalm. non est psalmus distinctus à præcedẽte. Sed ista opinio expresse conuincitur falsa: quia secundum Hieron. & secundum omnes Hebræos psalterium continet centum quinquaginta psal. Si autem iste psalm. non distingueretur à præcedenti, non esset talis psalmorum numerus. Magister autem in gl. & alij doctores communiter talem titulum huic psalmo præmittunt. *Psalmus Dauid:* qui titulus ex multotiens supra dictis patet. Notandum autem, q intẽtio Dauid in isto psalmo est eadem quæ fuit in præcedenti. s. mouere nos ad Dei laudem. Sed aliter hic nos ad hoc inducit, quàm in præcedenti psalmo fecerit. Ibi enim omnes induxit ad Dei laudẽ ex beneficijs diei nobis collatis. Hic autem materiam laudis assumit ab omni creatura à Deo producta: vt puta à cœlo, & à terra, & ab ornatu eorum, ab angelis, & hominibus, & ipsorũ

A operibus. De quibus omnibus agit iste psalmus. Et notat glos. quòd totus iste psalmus figuris rerum, mysterijsque est contextus. Quia omnia in isto psalmo posita quamuis ad literã accipi possint: omnia tamen plena sunt mysterijs, vt, scilicet, ex visibilibus operibus Dei, quæ realiter iuxtà literam hic ponuntur, inuisibilia Dei intelligantur, vt, scilicet, ex creaturis productis earum creator cognoscatur, & ex ipsarum magnitudine, & pulchritudine, Dei magnitudo, & pulchritudo intelligatur iuxta modum loquendi Apostoli, dicẽtis, Inuisibilia Dei

Deus cognoscitur per creaturas.

Rom. 1.

B à creatura mundi: per ea, quę facta sunt, intellecta conspiciũtur: sempiterna quoque virtus eius, & diuinitas: ita ut inexcusabilis sit omnis homo. Et Sapien. 13. ait sapiẽs. A magnitudine enim speciei, & creaturæ cognoscibiliter poterit horum creator videri. Nec mirum, quoniã, sicut sapiẽtia artificis in artificiato suo relucet, sic Dei potentia, pulchritudo, & sapiẽtia in suis creaturis relucet. Quibus visis, ad diuisionem psalmi accedo. Diuiditur autem psalmus iste in partes tres: quia primò laudem Dei proponit, secundo ad hoc rationes adducit, ibi, *Cõ-*

C *fessionem.* tertio laudem Dei concludit: ibi, *Cantabo domino.* Quantum ad primũ laudem Dei proponit, dicens. *Benedic anima mea, domino.* Dupliciter. n. Deus benedicitur, scilicet, corde, & ore. Sed benedictio oris sine benedictione cordis non proficit, sicut est benedictio hypocritarum, de quibus dicitur psal. 77. Et dilexerunt eum in ore suo, & lingua sua mentiti sunt ei. Cor autem eorum non erat rectum cum eo. Et Esa. 29. Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longè est à me. Laus autem cordis sine laude oris proficere potest. Et

D ideo psalmista principalius ad laudem interiorem cordis consurgit, dicens, *Benedic, anima mea Domino.* de hoc vide versic. 1732. & 1733. Sequitur. *Domine Deus meus magnificatus es vehementer.* Hoc ideo dicit, vt ad ipsius laudem anima magis sollicitetur, quasi dicat, Tu Deus, tãtum magnificatus es, quòd ad te laudandum non sufficit anima mea. Et propter hoc dicitur Eccl. 43. Glorificate dominum, quantumcumque poteritis, superualebit adhuc, & admirabilis magnificẽtia

Laudari nõ potest Deus quantum dignus est laude.

tia

tia eius. Benedicentes dominum exaltate eum, quantum potestis: maior est.n. omni laude. Qualiter autem Deus sit immensus, & immutabilis, à nobis potest magnificari. vide versic. 272. & 503. 551. & 1160.

1755 *Confessionem, & decorem induisti: amictus lumine sicut vestimento.*

HIc adducit motiua laudis diuinæ, quæ sunt creaturæ ab ipso productæ. Ostēdit ergo Deum ex duobus laudandum. Primò ex partium mundi debita productione. Secundo ex rerum viuentium debita prouisione: ibi. *Qui emit tis*. Quantum ad primum sciendum, quod mundi, vel vniuersi partes principales sunt duæ. Prima cęlum, quod est supra elementa, quod tenet à cœlo supremo, scilicet, empyreo vsque ad supremū elementum ignis exclusiuè. Secunda pars sunt elementa, quæ incipiunt à sphæra ignis inclusiuè vsque ad ipsam terrā inclusiuè. Et sic prima pars habet partes duas: quia primò agit de parte cęlesti: secundo de parte elementari: ibi, Qui ponis nubem ascensum tuum. Prima pars habet partes duas, quia primò agit de cœlo empyreo: secundò agit de cœlo sidereo: ibi *Extendens cęlum*. Quātum ad primam partem sciendum quòd in cœlo empyreo habitant angeli sancti, & animæ beatæ: quæ non cessant continuè Deum benedicendo laudare. Et illud cęlum vocatur empyreum ab igne: pyr.n. idem est quòd ignis. Illud autem cœlū concordat cum igne: non quidem in ardore sed in charitate, & splendore. Vnde illud cœlum per lumen figuratur. Laus verò continua angelorum per confessionem demonstratur. De istis ergo duobus, scilicet, de cęlo empyreo, & de confessione angelorum dicit, *Confessionem, & decorem induisti*: quia ibi angeli mundi, & decori semper Deum laudando confitentur. *Amictus lumine sicut vestimento*. hic per lumen intelligit cœlum empyreum, quod est splendidum, & luminosum. Istis enim duobus dicitur indutus, scilicet, claritate cœli, empyrei, & confessione, & decore laudis angelorū. Quia sicut uestimentum facit ad ornamentum corporis induti, sic illa duo faciunt ad ornamentum Dei: quia in illis maximè diuina maiestas & gloria in illis principalius laudatur. Ad istum intellectum istum versum inducit Greg. super illo verbo. Iob. 48. Circunda tibi decorē, & speciosis induere vestibus, &c. dicens, Deus enim sibi decorem circundat: quia de ipso scriptum est, Dominus regnauit, decorem indutus est. Ipse speciosis induitur vestibus: quia sanctorum angelorum choros quos condidit in vsum sui decoris assumpsit: & velut quandam vestem gloriosam sibi ecclesiam exhibet non habentem maculam aut rugam. Vnde ei per prophetam, aliàs psalmistam dicitur, Confessionem, & decorem induisti, amictus lumine sicut vestimento. Hic quippe cōfessionem induit: illic decorem, quia quos hic per pœnitētiam confitentes fecerit: illic fulgentes per decorem iustitiæ ostendet. Lumine ergo sicut vestimento induitur Deus: quia sanctis omnibus, quibus dictum est Vos estis lux mūdi, idest, illa æterna gloria vestientur. Vnde per euangelium dicitur, quòd transfigurato in monte domino, vestimenta eius facta sunt candida sicut nix. In qua trāsfiguratione quid aliud, quàm resurrectionis vltimæ gloria nunciatur? In monte enim vestimenta eius facta sicut nix, quia in supernę charitatis culmine sancti omnes ei luce iustitiæ fulgentes adhærebunt. Mysticè autem per hoc vult intelligere, quod cōfessione sacramentali Deus induitur decore luminoso: quia confessio suos facit decoros, & luminosos. Quod ostēdit Hugo super illud. ps. 95. Confessio & pulchritudo in conspectu eius, &c. vide versic. 1647. Vel hic per vestimentum intelligit Christi incarnationem: quia carnē verbum assumpsit, qua ut vestimēto operiretur. Vnde hic ait Glos. Incarnationē Christi significat cum ait, *Induisti confessionem & decorem*, i. carnem assumpsisti: per quā cōfessio laudis & decus supernæ maiestatis innotuit. Et per hoc es amictus lumine sicut vestimēto: quia p eādē incarnationē hominēs eū sunt cōfessi, quia lumē cognitio est. Vel per hoc vult ostēdere, quod ad hoc, quòd confessio decoret animam: debet esse luminosa, angulis, & excusationibus carens, & ut omnes circunstantias peccati producat ad lucem.

Mundi partes.

Lumē pro cœlo empyreo.

Greg. li. 32 mor. c. 5.

Psal. 92.

Vestis dei sunt omnes sancti.

1756 *Extendens cœlum sicut pellem: qui te gis aquis superiora eius.*

HIc agit de cœlo Sydereo, quòd con tiuet sphæram stellarum fixarum, & orbem septem planetarum. De quo cœlo ad literam dicit, *Extendens cœlum sicut pellem.* Ad literam.n. cœlum stella tum videtur extendi super Hemisphærium nostrum ad modum cuiusdam ten torij. Supra autem cœlum sydereum est cęlum crystallinū, quod dicitur aqueū: quia conuenit cum aqua in diaphauitate, & transparentia. Et istæ sunt illæ aquæ, quæ sunt super cœlum sydereum, scilicet, cœlum aqueum in modum crystalli. De quo cœlo aquæ dicitur Gen. 1. Et diuisit aquas, quæ erant sub firmamento ab ijs, quæ erant supra firmamētum. Vnde quòd istum cœlum aqueum operiat cęlum stellatū, subdit. *Qui tegis aquis superiora eius.* Hoc.n.ad magnā Dei laudem pertinet, quod aquas, quæ sunt naturaliter graues, super cęlos leues col locauit: quòd nulla virtus creata facere posset. Vnde literaliter hunc passum exponit gl. dicens, Ad literam enim cœlū quasi tentorium extēdit Deus. Facit.n. amplium firmamentum, vt tegat orbem terrarum. Et hoc facit sicut pellem, i. nō labore aliquo, ut tu homo tuum exten dis tectum. Sed tam facilè facit Deus: vt pellem quis extendit: Deus verò facilè illud extendit sicut pellem. Mysticè autem, quia dictum est in præcedenti versiculo, quòd Deus induit sanctos, & ecclesiam, hic ostendit modum, quo sibi per fidem vniuit ecclesiam, dicens, *Quia extendis cęlum sicut pellem.* Vbi notandum, quòd cœli nomine ipsi sancti prædicatores & apostoli intelligūtur, ut patet ver. 253. & 815. 1502. 1660. Istos ergo cęlos dominus extendit: quādo prædicatores suos apostolos à Iudæis expulsos per totū orbem dilatauit. Qui Christi fidē gentibus prædicantes, Christo congregauerunt ecclesiam: cuius cōfessione, & decore luminoso induitur. Istā extensionē cęlorum ostendit Grego. super illo uerbo Iob 9. Qui extēdit cęlos solus, d. Quid namq; cœlorum nomine, &c. vide versi. 1660. Sed nota quō illos extendit: quia sicut pellem. Pellis.n. animalium extenditur post mortem ipsorum, ut ad vsum

Cœlū siderū dicitur tentōrium. Glossa.

Cœlos, idest apostolos extēdit Deus sicut pellē.

Gregor. 9. mor. c. 4.

A nostrum fit apta, sic & Deus pellem suorum apostolorum per ipsorum mortem extendit: quia omnes martyrio coronati, Christi ecclesiam fabricauerunt. Sed quia hodie prædicatores non circumierunt mundum prædicando infidelibus; timentes ne pelles suæ per martyria extendantur: ideo conqueritur dominus de ipsis Hiere. 10.d. Non est qui extendat tētorium meum, & pelles meas. Sed Apostoli vt Christi fidem dilatarēt, morti se libenter tradebant: quia gratia spiritussancti protecti mortē non formidabant. Et hoc est, quod subditur. *Qui tegis* B *aquis superiora eius.* Per aquas enim accipe spiritussancti gratiam. Ioan. 7. Qui crediderit in me, &c. Sed per superiora apostolorum intellige eorum animas, quas corporibus præponebant.

Qui ponis nubem ascensum tuum: qui ambulas super pennas ventorum. 1757

HIc consequenter agit de creatis, quæ cōtinentur infra sphæram lunæ, quæ sunt quatuor elementa. Et diuiditur in quatuor partes, quia primo agit de elemēto aeris, secundo ignis, ibi, *Qui* C *facis.* tertiò terræ: ibi, *Qui fundasti.* quartò aquæ: ibi, *Abyssus sicut.* Quantum ad primum sciendum, q̄ hic vult ostendere psalmista Dei potestatem supra elementum aeris, quia ipse potestate sua ad libitum agitat aerem, & per vētum nubes ducit per aerem secundum beneplacitū voluntatis suæ. Per hoc volens inferre, q̄ tales impressiones, quæ fiunt in aere, & consimiles fiunt ex diuina dispositione. Vnde ait. *Qui ponis nubes ascēsum tuū* In Hebręo habetur, currum suum: quia nubes videntur discurrere per aerē ad modum curruum: quod fit Dei virtute. D Et quia nubes per aerem velociter agitantur, & discurrunt à ventis impulsæ: ideo ait. *Qui ambulas super pennas ventorum.* Dicuntur enim venti habere pennas metaphoricè propter velocitatē cursus. Et per hoc voluit ostendere ps. Christi ascensionē in nubibus. Nā ut habetur Act. 1. Vidētibus illis, eleuatus est, & nubes suscepit eum ab oculis eorū. Et non solum ipse Christus ut caput ascēdit in nubibus, sed etiam membra eius ascendent in nubibus, dicēte Apost. 1. Thes. 4. Nos,

Ascensio Christi.

Nubes ascēsio Christi.

Ascendent sancti in nube. Nos, qui viuimus, qui relinquimur, simul rapiemur cum illis in nubibus obuiam Christo in aera,&c. Quod ideo dicit,quia tempore iudicij nubes suscipiét fideles,qui tunc erunt,& angelorũ minusterio ducẽtur in nubibus obuiam Christo:vt ibidem ait Gl.Tam ergo de Christo capite quàm de membris eius dicit, *Qui ponis nubem ascensum tuum.* Et quia Christus ascensus fuit in ictu oculi, & sic etiam erit ascensus sanctorum : ideo ait,*Qui ambulas super pennas ventorum.* Vel mysticè aliter. Vbi nota, quòd per nubes sancti Apostoli, & prædicatores significantur,vt ostẽdit Greg. Vide vers. 926.& 556. Cœlum autem, ad quod iusti ascendere cupiunt,est sacra scriptura cœlum dicta à cœlo as,quia in ipsa mysteria diuina cęlantur.Ponit ergo Deus nubes ascensum suum: quia per prædicatores hominum corda ad intellectum sacræ scripturæ fecit ascendere. *Ventus dicitur anima.* Qui ascẽsus fuit super pennas ventorũ : quia Apostoli fidem Christi prædicantes, ipsa sacra scriptura in paruo tempore totum mundum repleuerunt. *Penna ventorum præcepta charitatis.* Et istum intellectum ponit hic Glo.d. Spiritualiter cœlum scripturæ per prædicatores ascẽditur, quando per eos nõ intelligentib. exponitur.extensa est scriptura, nec nubes desunt,quæ in eã ducunt.Sequitur. *Qui ambulat super pennas ventorum.* Per hoc.n.mysticè vult ostendere ps.ꝗ Christus virtutes omnium aliarum animarũ excedit. *Charitas Christi omnem aliam superat.* Mysticè.n.animæ sunt vẽti:quia ipsarum virtute corpora agitãtur. vnde & anima hominis ventus, siue spiratio dicitur Gen.1.Et inspirauit in faciẽ eius spiraculum vitæ.Pennæ autem ventorũ, idest,animarum sunt uirtutes duæ.s.duo charitatis pręcepta.Ambulat ergo Christus super pennas ventorũ: quia charitatem omnium animarum superat charitas Christi,& excedit. Ad istum sensum istum versum exponit Greg. exponens illud Iob 28.Qui fecit ventis pondus d. *Gregor.19. mor.c.4.* Velocitate. n. ac subtilitate ventorũ in sacra scriptura solent animæ designari: sicut per psal. de Christo dicitur, Qui ambulat super pennas ventorum,idest, qui transgreditur virtutes omnium animarum.Fecit ergo Deus ventis pondus: quia dum superna sapientia implet animas,eas maturitate solida graues reddit *Psalm. 4.*

E non illa grauitate, qua dicitur, Filij hominum,vsquequo graui corde. *Grauitas duplex bona & mala* Aliud nãque est grauem esse per consilium, aliud per peccatum, aliud est grauem esse per constantiam, aliud per culpam . Ista.n. grauitas pondus habet oneris: illa virtutis.Pondus ergo recipiunt animæ: ut ab intentione Dei non tam leui motu desiliant,sed in ea fixæ constantiæ grauitate consistant,&c.Hoc etiam sententialiter ponit hic Gl. *Glossa.* Et quia hic agitur de Christi ascensione, cum ei dicitur . *Qui ponis nubem ascensum tuum*, potes notare ꝙ Christus propter multa ascendit, s.mou F tem,nauem,crucem, nubem, siue cęlũ. *Ascendit Christus multa,*

Qui facis angelos tuos spiritus,& ministros tuos ignem vrentem. 1758

HIc agit de elemento ignis, quod Deus ad libitum assumit ad suum famulatum.Vbi notandum est, quòd angelus est nomen officij, non naturæ , & spiritus est nomen naturæ,& nõ officij . *Angelus nomen officij est,non natura.* Vnde angelus idem est,ꝙ nuncius:vnde substantiæ separatæ intellectuales semper sunt spiritus:sed non semper angeli: vt Michael semper est spiritus : sed non G est angelus, nisi quando à Deo ad aliquod mysterium mittitur. Vnde eo quòd est , spiritus est:ex eo autem ꝙ agit,angelus est. Illos igitur beatos spiritus ad libitũ Deus facit angelos:cum ipsos ad aliqua officia mittit. Hoc apertè ponit Gregorius in homilia de angelis,dicens, Angelorum vocabulum nomen est officij nõ naturæ . Nam sancti illi cœlestis patriæ spiritus , semper quidem spiritus sunt: sed semper angeli vocari nequaquã possunt. Tunc.n.solum sunt angeli,cum per eos aliqua nunciantur. Græca enim lingua angeli nuncij dicuntur : archangeli H vero summi nuncij.Est ergo sensus, *Qui facis spiritus beatos angelos tuos*, s.ad libitum tuum. *Spiritus summi etiã fiunt angeli,idest,nũcij.* Non quòd faciat angelos esse spiritus,sed facit ꝙ spiritus efficiũtur angeli,i.nuncij,quia eos ad libitum mittit . *Et ministros tuos ignem vrentem*, Ex hoc vult ostendere, quòd Deus in potestate sua non solum habet spiritus minores,& inferiorum ordinem: sed etiam superiores , & ipsos superiores quando vult angelos seruos,idest,nuncios facit. Nam primus,& supremus ordo spirituũ

beatorum

beatorum est Seraphin. vt dictũ est vers. 1752. Ille autem ordo per ignem vrentem significatur: quia Seraphin interpretatur incendium. Et tamẽ spiritus illius ordinis facit quandoque angelos. Vnde Es. 6. dicitur, Volauit ad me vnus de Seraphin: qui sunt superior ordo. Et hoc est, ꝙ hic ait, *Et ministros tuos ignem vrentem*, i. ipsos Seraphin, qui dicuntur ignis vrens ad libitum tuum facis ministros tuos, & nuncios. Vel ideo hoc dicit, *Et ministros tuos ignem vrentem*, ad ostendẽdum, quòd Deus elemento ignis vtitur ad votũ: quia spiritus beatos, & nuncios suos aliquando mittit in forma ignis, quia frequenter legitur angelos in elemento ignis apparuisse, vt Moysi in rubo ardenti. Exo. 3. Qui angelus tamen ibi vocatur Deus, quia Dei personã representabat. Item 4. Reg. 2. in translatione Heliæ, quæ facta est ministerio angelico, apparuit currus igneus, & equi ignei: qui nihil aliud erãt quàm beati angeli. Item 4. Reg. 6. Apparuit mons plenus equorum, & curruum igneorum in circuitu Helisæi, quia ut ait Hiero. tunc ad defensionem Helisæi descenderunt sancti angeli. Per hoc autem vult ps. intelligere, quòd Deus prædicatores suos, qui angeli in scriptura dicuntur, facit spiritus, i. spirituales, quos igne charitatis inflammat. Vnde istum textum ad istum propositum exponit Greg. lib. 11. mor. c. 3. d. Scriptũ est, Qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos ignem vrentẽ. Angeli quippe, i. nũcij in sacro eloquio nonnũquam prædicatores vocantur, sicut per prophetam dicitur, Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirũt de ore eius, quia angelus dei est. Omnipotens ergo Deus angelos suos spiritus facit: quia prædicatores suos spirituales efficit, & ardentes spiritu, quĩ alios igne charitatis incendunt, & consumunt scoriam vitiorum.

Angeli in specie ignis multoties apparuerũt.

Prædicatores suos Deus facit spirituales & ignitos.

Malac. 2.

1759 *Qui fundasti terram super stabilitatem suam: non inclinabitur in seculum seculi.*

COnsequenter hic agit de elemẽto terræ. Vbi notandum, ꝙ fundamẽtum rei fundatæ, dicitur pars eius inferior. Pars autem inferior rei est illa, ad

A quam naturaliter grauitas rei descẽdit. Et per consequens cum omnia grauia, & omnes partes terræ naturaliter descẽdant ad centrum terræ: & de facto descenderent, nisi obstaculum alterius rei impediret: sequitur quod fundamentum terræ est ipsum centrum terræ. Vnde sicut in uno circulo omnes lineæ protractę à circumferentia ad centrum experimentaliter quanto amplius appropinquant ad cẽtrum circuli, & minus distãt à centro: tanto plus à se inuicem elongãtur. Sic conformiter est de omnibus grauibus: quia omnia grauia directẽ cẽtrũ B terræ appetunt naturaliter, & si ibi pertingere possent, in eo naturaliter quiescerent. Quia ergo supra centrum terræ fundata est terra: quod centrũ de se naturaliter est immobile: quia in eo est ratio omnis grauitatis, & à quacunque parte moueretur, ascenderet, quod est contra naturam grauitatis: sequitur, ꝙ ipsa terra sit stabilis, & moueri non possit, s. secundum se totam extra sphæram suam, licet bene moueatur secundũ partes naturaliter, & hoc tamen infra sphæram suam. Et hoc est quod ait, *Qui fundasti terram super stabilitatem suam*, i. su- C pra centrum eius, quod est immobile. Et ideo non inclinabitur, id est, nõ exibit sphæram suam in seculum seculi. Et si dicas, ꝙ scribitur Luc. 21. Cęlum, & terra transibunt, dico, ꝙ non quo ad substantiam, sed solum quo ad formam: vt dictũ est superius ver. 1729. Mysticè autẽ per hoc psal. vult ostendere ecclesiæ stabilitatem: quæ licet varijs persecutionũ impulsibus turbetur, inconcussa tamen & stabilis semper durabit. De qua dicit, *Qui fundasti terram*, &c. Terræ namq; nomine ipsa ecclesia intelligitur, vt dictũ est vers. 334. Fundamentum autem ec- D clesiæ est Christus. De quo dicit. Qui fundasti terram super stabilitatem suã, i. Christum qui sic stabilis est, quod nunquam peccare potuit, vel errare, vt ostẽdit Magister lib. 3. d. 12. Dicat ergo de ecclesia, *Qui fundasti terram super stabilitatem suam*, &c. Quia ecclesia super Christum fundata per martyres fuit roborata, & per sanctos doctores illuminata, vt sic fulta à veritate inclinari non possit. Quod pulchrè deducit Greg. super illo verbo Iob 9. Qui fecit Arcturũ, & Orionem,

Ecclesia fundata est stabiliter.

Gregor. 9. mor. c. 6.

Arcturus significat ecclesiam. nem,& hyadas,&c. dicens. Quid nãque E Arcturi nomine qui in cœli axe constitutus septem stellarum radijs fulget: *Apoc. 1.* nisi ecclesia vniuersalis exprimitur: quæ in Ioannis Apocal. per septem ecclesias, septemque candelabra figuratur? Quæ dum dona in se septiformis gratiæ spiritus continet: claritate summæ virtutis irradians, quasi ab axe veritatis lucet. Pēsandum quoque est, ꝙ Arcturus semper versatur, & nũquam mergitur, quia sancta ecclesia persecutiones iniquorũ sine cessatione tolerat, sed tamen vsq; ad mũdi terminum sine defectu perdurat. Sæpe namque reprobi eam vsque ad internetionem persecuti sunt, quasi hanc se funditus extinxisse crediderint. Sed eo multiplicius ad statum suæ rectitudinis redijt, quo inter manus persecutorum moriendo laborauit. Arcturus ergo, dũ versatur, erigitur, quia tunc ecclesia valentius in veritate reficitur, cũ ardentius pro veritate fatigatur. Et statim subdit quomodo per martyres roboratur, d. Vnde apte quoq; post Arcturum Oriones subdit. Oriones quippe in ipso pondere temporis hyemalis oriuntur: suo quoque ortu tempestates excitãt, maria terrasque perturbant. Quid ergo per G Oriones, nisi martyres designãtur? Qui *Oriones significant martyres.* dum sancta ecclesia ad statũ prędicationis erigitur: pondus persequentiũ, molestiasque passuri: ad cęli faciē quasi in hyeme venerunt. His etenim natis mare, terraq; turbata est: quia dum gentilitas mores suos destrui apparente illorum fortitudine doluit: in eorum nece non solũ iracũdos ac turbidos, sed & placidos erexit. Oriones ergo cœlum edidit, cũ sancta ecclesia martyres misit: qui dum loqui recta rudibus ausi sunt: omne põdus ex frigoris aduersitate pertulerunt. Et statim subdit qũo per doctores illumina H tur, dicens, Bene aũt post Oriones hyadas subdit: quæ iuuenescente verno vel vere, ad cœli faciē prodeũt, & cũ sol iam caloris sui uires exerit ostenduntur. Illius quippe signi initijs inhærent, quod sapientes sęculi taurum vocant, ex quo augeri sol incipit: atq; ad extendēda diei *Hyada significãt doctores.* spacia feruentior exurgit. Quid itaque post Oriones hyadum nomine, nisi doctores sanctæ ecclesiæ designantur? qui subductis martyribus: eo iam tempore ad mundi notitiã venerãt: quo fides clarius elucet, & repressa infidelitatis hyeme, altius per corda fidelium sol veritatis calet: qui remota tempestate persecutionis, expletis noctibus longis infidelitatis, tunc sanctæ ecclesiæ exorti sunt: cũ ei iã post vernũ credulitatis lucidior annus aperitur. Et infra prædicta recolligendo, ait, Vir igitur sanctus redemptionis nostræ ordinē contēplatus admirãs exclamet, dicens, Qui extēdit cęlos solus, & facit Arcturum, Oriones & Hyadas. Extensis.n.cœlis, dñs formauit Arcturum: quia in honorem deductis apostolis in cęlesti conuersatione formauit ecclesiam. Formatoque Arcturo fecit Oriones: quia roborata fide vniuersalis ecclesiæ, contra procellas mundi edidit martyres. Editisque Orionibus protulit hyadas: quia conualescentibus contra aduersa martyribus ad infundendam ariditatem humanorum cordium doctrinam contulit magistrorum, &c. Ex quibus omnibus patet, qualiter ecclesia stabiliter est fundata, quod alijs hic verbis notans psal. dicit, Qui fundasti terram super stabilitatem suam, &c. *Ecclesia qualiter fundata fuit.*

Abyssus sicut vestimentum amictus eius: super montes stabunt aquæ. 1760

HIc incipit agere de elemēto aquæ. Circa qđ quatuor agit: quia ostendit primò aquarũ quantitatem, secundò earũ qualitatem: ibi. *Ab increpatione.* tertiò earum æqualitatem: ibi. *Ascendunt.* quarto stabilitatem: ibi. *Terminum posuisti.* Quãtũ ad primum sciendũ, ꝙ elemētum aquæ q̃ sit grande maximè apparet in mari Oceano, qđ abyssus dr̃ propter ipsius nimiã profunditatē. Hoc aũt mare circundat terrã ab omni latere, excepta vna parte, quæ discooperta seruatur à Deo propter habitationem hominum, & aliorum animalium, quæ in aqua viuere non possunt. Existimandum.n.est de mundo ad modum vnius oui: quod in medio habet vitellũ rubeum, & istud vndique circundatur albugine: albugo autem pellicula: sed pellicula cortice, sic est de mundo. Elementum.n.terræ consistit: cuius centrum quasi æqualiter distat ab omni parte superficiei terræ. Qđ dico quasi: quia superficies terræ nõ est ex toto plana: quia hēt mõtes, & valles. *Aqua terrã circundat.*

Sed

Altitudo rei attenditur penes instãtiam à centro.

Sed talis inæqualitas modicum quid est respectu tanti corporis, vt est elementũ terræ. Aquæ aũt imaginetur albugo oui quã vndiq; circundat vitellum rubeum, quia elementum aquæ siue ipsum mare Oceanum vndiq; terrã circundat, & naturaliter tñ esset super vnam partẽ terræ sicut supra aliam, quia cũ sit corpus graue, naturaliter appetit cẽtrum, & cũ sit corpus fluxibile, partes superiores aquæ circumcirca æqualiter distarent à centro terræ. Sed Deus sua potestate ligat istas aquas maris, ne totã terrã cooperiant (vt dictum est) propter habitatio nem hominum. De isto ergo mari Ocea B no sub nomine abyssus dicit, ꝙ abyssus est amictus eius, s. terræ, & hoc sicut vestimentum, quia ex omni parte operit terram, ut dictũ est. Corpus. n. aquæ est totum sphæricum circa centrum terræ, vt dictum est, & sic est uestimentum terræ, quia ipsam vndiqne operit. Et vide aliud mirabile, ꝙ Deus facit circa istud elementum, quia super montes stabunt aquæ. Quod sic intelligit Rabbi Salom. ꝙ aquæ maris Oceani sunt altiores omnibus montibus terræ. Quod vtiq; uerũ est, quo ad supremã ipsarũ partẽ, quia vbi terrã circundant, nõ impeditæ à sua C fluxibilitate naturali, terram cooperirent, & earũ superior superficies magis distat à cẽtro terræ, quã aliqua pars terræ. Pôt ẽt & aliter intelligi de aquis, quę per calorẽ solis eleuantur sursum, & in nubibus ligantur: vt inde fluentes terrã irrigent, quæ aquæ in nubibus ligatæ si ne dubio altiores sunt, & magis distãtes à centro terræ q̃ montium summitates. Et sic intelligit hic Psal. d. *Super montes stabunt aquæ*, s. in nubibus ligatæ, quia Iob 26. Qui ligat aquas in nubibus, &c. Per hoc aũt vult ostendere Psal. mysticẽ, ꝙ abyssus, s. diuinorum iudiciorum D nobis occultorum, terram ecclesiæ circũdat. Quæ diuina iudicia sunt vt abyssus tantæ profunditatis, ꝙ illa non solũ super alios, sed ẽt supra seipsum nullus mortalium cognoscere pôt, ꝙ notabat Psalmista Psal. 35. d. Iudicia tua abyssus multa. Quæ domini iudicia terrã ecclesiæ circundantia, sub nomine abyssus nobis incerta ostendit Greg. lib. 26. moral. cap. 9. d. Quis hominum iudicia diuina discutere potest? Multos enim videmus

Aqua montib. sunt altiores.

Abyssus dicuntur iudicia Dei.

A quotidie, qui iustitiæ luce resplendent, & tamen ad finem suum nequitiæ obscuritate tenebrantur. Et multos cernimus peccatorum tenebris obuolutos, & inde iuxta uitæ suæ terminum repente reddi luci iustitiæ liberos. Multos etiam nouimus semel inuentam uiam iustitiæ illibatẽ vsq; ad obitũ tenuisse. Et plerosq; conspeximus vsq; ad exitum cœpta semel scrimina sine cessatione cumulasse. Quis uerò inter ista iudiciorum nubila mentis suæ radium mittat, vt aliqua cõsideratione discernat, vel quis perduret in malo, vel quis aliquo perseueret i bono, vel quis ab infimis conuertatur ad summum, vel quis à summis reuertatur ad infima? Latent hæc sensus hominum: nec quicquam de cuiuslibet fine cognoscitur, quia diuinorum iudiciorũ abyssus humanæ mẽtis oculo nullatenus penetratur. Videmus namque, ꝙ illa Deo aduersa gentilitas iustitiæ luce perfusa est, & videmus dudũ dilecta Iudæa, ꝙ perfidiæ nocte est cęcata. Scimus ẽt, ꝙ latro de patibulo trãsiuit ad regnũ: Iudas autẽ de apostolatus gloria est lapsus in tartarum. Rursumq; quia aliqñ fortes, quę cœperint, non mutantur, & latronẽ alium nouimus peruenisse ad supplicium, & apostolos percepisse propositũ, quod desiderauerunt regnum. Video Apostolum de illa persecutionis sæuitia ad gratiam apostolatus uocatum, & certẽ iam de illo dominica voce dictũ: Vas electionis est mihi iste. Et tamen adhuc inter iudicia Dei occulta formidat reprobari, d. Castigo corpus meum, & in seruitu tem redigo, ne forte cum alijs prædicauero, ipse reprobus efficiar. Væ ergo miseris nobis, qui de electione nostra nullam adhuc Dei uocem cognouimus, & iã in ocio quasi de securitate torpemus. Debet profectò non solum in spe esse securitas: sed etiam terror in conuersatione, vt & illa certantes foueat, & ista torpentes pungat. Et hæc omnia notans Psalmista, dicit ꝙ abyssus, s. diuinorum iudiciorum, terram ecclesiæ vndequaq; vt uestimentũ operit, dicens, *Abyssus sicut vestimentum amictus eius. Sed super montes stabunt aquę.* Per montes intellige beatos angelos, vt patet versi. 1166. & 1552. Et isti non circundantur abysso ta li, quia operti sunt sapientia Dei, q̃ per

Quis bene viuens male moritur, & econtrario.

Act. 6.

1. Cor. 9.

aquam significatur, vt patet versic. 212. & 216. & 257. Et sic clarè circa se diuina iudicia cognoscent. Vel iste versus potest intelligi de abysso persecutionum, qua circundata fuit ecclesia.

1761 *Ab increpatione tua fugient: à voce tonitrui tui formidabunt.*

HIc ostendit aquarum qualitatem: quæ, scilicet multotiens hominibus timorem immittunt, quia pericula aquarum multũ terrent hoĩes. Et hoc maximè patuit in diluuio: cuius inundatione totum genus humanum, octo personis exceptis fugit, i. de terra petijt, vt patet Gen. 7. Patet & quotidie, quia virtute aquarum congregatarũ in nubibus generantur fulgura, sonitus, & tonitrua terribilia, quæ terrent hoĩes, & quasi naturaliter se quasi abscondendo fugiunt, vt experientia docet, quæ oĩa Dei ptãte causantur. Et hoc est quod ait, *Ab increpatione tua fugient*, quia. s. hoĩes taliter his impressionibus territi, fugiũt de cãpis ad loca magis secura, vt habetur de grandine, quam Deus misit in Aegyptũ. Exo. 9. Dedit dñs tonitrua, & grandinẽ ac discurrẽtia fulgura super terram, &c. Istæ aũt tales impressiones non fuissent in nubibus, si homo non peccasset, & ideo sunt quasi quædam Dei increpationes propter peccata. Dicat ergo, *Ab increpatione tua fugient*, &c. Per hoc autem mysticè Psalmista vult ostendere, quòd constanti prædicatione apostolorum, & miraculorum operatione Christus fugauit ecclesiæ suæ persecutores: ipsos, scilicet conuertendo ad fidem. Et hoc satis deducit Greg. 19. mor. cap. 16. super illo verbo Iob 38. Quis dedit vehementissimo imbri cursum, & viam sonantis tonitrui, d. Quid enim per tonitruũ, nisi prædicatio superni terroris accipitur? Cuius terrorem dum humana corda percipiunt, quatiuntur. Dominus ergo se viã sonantis tonitrui dare asserit, qui & verba prædicationis tribuit, & per terrorem corda compungit, &c.

Tonitruum dicitur prædicatio.

1762 *Ascendunt montes, & descendunt cãpi in locum, quem fundasti eis.*

HIc ostẽdit aquarum æqualitatem: ponendo differentiam inter terrã, & aquas. Quoniam terra est corpus so-E lidum: idcirco vna pars super aliam posita in loco superiori manet, si fundamentum habet solidũ. Et similiter valles inferius remanẽt bassæ, quia latera habẽt solida. Sed non sic de aqua, quia cum sit corpus fluxibile, ex ea montẽ facere nõ potes, quia statim pars superior fluet inferius. Similiter nec in aqua vallẽ bassam poteris facere, quia aqua nõ facit ripas solidas, quia statim fluunt, sicut patet per exemplum, si foueam facis in terra, remanet concauitas propter latera terræ solida, si foueam facis in aqua, nõ remanet cõcauitas, quia latera fluida ipsam statim replent. Istius aũt driæ in terram, & aquam Psal. solum ponit unam partem, s. quæ est ex parte terræ, vt aliã partem, quæ est ex parte aquæ ex prima concipiamus. Et hoc est, quod de terra d. *Ascendunt montes, & descendunt campi.* quod totum est potestate diuina. Vnde subdit, *In locũ, quem fundasti eis.* Per hoc vult Psal. ostendere, q̃ quãdo Deus permisit, superbi persecutores ecclesiæ qui per montes figurantur, (vt dictũ est ver. 208. & 1659.) ascẽderunt super ecclesiam, ipsam persequendo, sed quando Deo placuit, ipsos humiliauit, & ecclesiæ suæ subiecit. Nonne ad modum mõtis ascendit contra ecclesiam superbiã Pauli, qui Christum in suis mẽbris persequebatur? Nonne statim, quando voluit, ipsum descendere ad planiciem humilitatis fecit? Quando, s. circumfulsit eum lux de cœlo, & cadens in terrã, &c. Sic de Imperatoribus Romanis, qui ad modum montium se contra ecclesiã eleuabant, quos tamen ad campum humilitatis descendere fecit, ipsos ecclesiæ subijciendo, quod totum potestate diuina factum est. Et hoc est, quod d. *Ascendunt montes*, s. superbi tyranni cõtra ecclesiã: sed adlibitum descendunt campi, i. efficiuntur plani admodum camporum, & humiles. *In locum, quem fundasti eis*, i. secundum gradum humilitatis, quem eis disposuisti. Vel per campos intellige statum pœnitentiæ, ad quem multotiens superbos elatos Deus sua inspiratione descendere facit, dum eis sua peccata proponit. De quo campo dicitur Ezec. 37. Duxit me in medio campi, qui erat plenus ossibus, erãt autem multa valde super faciem campi. Et sequitur, quomodo

Superbos Deus humiliat, & ascẽdẽtes descẽdere facit.

Act. 9.

do flante spiritu ossa illa ad vitam sunt reducta. Sic conformiter & in pœnitentiæ campo anima, quæ est ad modũ ossis arida, & dura, flãte spiritu sancto, ad gratiam vitæ reducitur, &c.

1763 *Terminum posuisti, quem non transgredientur: neque conuertentur operire terram.*

HIc notat aquarum stabilitatẽ. Quãuis enim aqua de sua natura nullã habeat stabilitatem, sed semper fluat ad bassum: Deus tñ ad libitum ei ponit terminum, ne fluat, sicut fecit in transitu maris filiorũ Israel, vt habetur Exo. 14. Erat. n. aqua quasi murus à dextris eorum, & sinistris. Et sicut fecit in transitu Iordanis tempore Iosue, vbi aquæ, quæ desuper erant, in una mole steterunt. Et sic & facit hodie aquis maris Oceani, quæ multo altiores sunt quam sit terra, quia magis à centro terræ distant, q̃ aliqua pars terræ, vt dictũ est versi. 1760. Et tñ dñs posuit eis terminum, ne cooperiant terram, vt hoĩes & animalia viuere possint. Per hoc vult Psal. ostendere, q abyssis siue aquis persecutionũ ecclesiæ Deus ad libitum imponit terminum & mensuram, vt, s. non tñ excrescant, vt ipsam terram ecclesiæ operiant ex toto, vel submergant, quinimo ipsas terminat vt sua voluntas dictat. Et hoc est quod ait Glo. *Terminum posuisti eis*, s. finem posuisti persecutionibus ecclesiæ, ipsos persecutores, s. reges, principes, & imperatores ipsi ecclesiæ subijciendo per fidem. *Neque conuertentur operire terram*, s. ecclesiæ. Quia etsi leues fluctus insurgunt, terram tamen ecclesiæ diluuio nõ operiunt, vt iã liceat ecclesiæ liberè prædicare. Et si ei perstrepũt adhuc, & murmurant pagani, sonitus littorum audio, diluuium non pertimesco. Conformiter loquitur Greg. lib. 28. mor. c. 16. exponens illud Iob 38. Huc vsq; venies, & non procedes amplius, d. Quia nimirũ iudicij occulti mensura est, & quando persecutionis procella prosiliat, & quando conquiescat, ne aut nõ exagitata electos non exerceat, aut non moderata in profundum mergat. Cum verò notitia fidei vsque ad persequẽtes extenditur, turbati maris tumor sedatur. Ibiq; fluctus suos mare frangit, quia ad cognitionem veritatis veniẽs, omne, quod nequiter egit, erubescit. Fracta quippe vnda in se collidit, quia cognita nequitia per cognitionem sui cordis accusatur, & quasi ipsam vim, quam intulerat, recipit, quia de prauitate quam gesserat, reatus sui stimulos sentit. Vnde per Paulũ quibusdam dicitur. Quem fructum habuistis, in quibus nunc erubescitis? Ac si diceret, Quid se in altum fluctus vestræ prauitatis extulerũt, qui nũc in semetipsis fracti, vnde peruersos vos inflammauerunt, conuersos nunc confundunt? Conformiter omnibus tentationibus & aduersitatibus terminum, & mensuram Deus ponit, ne supra vires nostras ascendant, & mentem submergant, vt ostẽdit Grego. lib. 9. mor. c. 34. d. Pius conditor noster cum uiribus nostris flagella moderatur, ne per uirtutem pœna trãseat, & per astutiam dæmonum humanã infirmitatem excedat. Vnde & bene per Paulum dicitur, Fidelis autem Deus, qui nõ patietur vos tentari supra id, quod potestis: sed faciet cum tẽtatione prouentũ, ut possitis sustinere. Nisi enim omnipotens Deus cum viribus tentamenta modificet, nullus profecto est, qui maligno rũ insidias non corruens portaret: quia, si mensurã tentationibus iudex non præbet, eo ipso protinus stãtem deijcit, quo vltra vires onera imponit. Et hoc est quod hic ait Psalmista. *Terminum posuisti, quem non transgredientur*, &c.

[Margin notes: Iosue 3. — Glossa. Persecutiones ecclesiæ terminat Deus vt vult. — Aduersa terminat Deus. — Rom. 6. — 2. Cor. 10.]

Qui emittis fontes in conuallibus: inter medium montium pertransibunt aquæ. 1764

HIc adducit ratio laudis diuinæ ex debita prouisione viuentium. Et diuiditur in tres partes, quia primo ostẽditur debita prouisio vitæ eorũ, qui habitant in terra: secundo eorũ, qui habitãt in aquis: ibi, *Hoc mare*: tertiò quo ad prouisionẽ vtriusq; naturæ: ibi, *Omnia à te expectant*. Quantum ad primum, quò ad uitã corporalem eorũ, quæ habitant in terra, duo præcipuè requirũtur, s. sufficientia ciborũ, & alternatio tẽporum, quæ duo hic ostẽdit. secundum ibi, *Fecit lunam*. Ad productionem autem ciborum requiritur, q terra aquis irrigetur,

Et ideo primò ostendit prouidentiam Dei circa irrigationem terræ: secūdo ex hoc ostēdit fructum orientem ex terra: ibi, *Producens fœnum*. Circa primū scien dum, ꝙ duplices sunt aquæ, s. inferiores, quæ de terra oriūtur, & superiores, quæ de nubibus stillantur. Vnde primò agit de primis: secundò de secūdis: ibi, *Rigans montes*. Circa primum duo facit, quia pri mò ostendit aquas ex terra productio-nem: secundò ponit ipsarum ad vitā am pliationem: ibi. *Potabunt omnes*. Quantū ergo ad primum sciendum, ꝙ communi ter in pedibus montium quidam fontes oriuntur, ex quibus magna flumina cre-scunt. Flumina aūt valles faciunt, & per valles trāseunt. Et hoc est, quod ait, *Qui emittis fontes in conuallibus*, &c. Ad intel-ligendum aūt, quō ex terra fontes oriā-tur aquarum, cum terra sit infra elemē-tum aquæ, & aqua naturaliter sit supra terram, sciendum, ꝙ ariditas terræ est causa dissolutionis terræ, quæ terra ex ariditate in puluerem conuertitur. Et hinc est, ꝙ in æstate multiplicantur pul ueres, quia terra tūc aridior est q̄ in hye me. Ne ergo terra ex toto pp ariditatē dissolueretur, miscuit Deus aliquas par-tes aquæ cū elemento terræ, quæ magis in visceribus terræ occultantur, quia ca lor solis arefaciens terrā, nō sic penetrat interiora terræ sicut tangit superficiē. Et hinc est, ꝙ quanto amplius & profun dius cauatur, plus de aqua reperitur. Et hoc est. quod dī Psal. 135. Qui firmauit terram super aquas. Aqua ergo infra ter ram violenter inclusa, quærit sibi venas terræ, & meatus, vnde possit exire, & ta les aquarū meatus, fontes vocantur. Per hoc. n. vult ostendere Psal. ꝙ gratia spi-ritussancti ex prędicatione Apostolorū processit ad irriganda humilium corda. Vbi nota, ꝙ per fontem aquæ intelligi-tur gratia spiritussancti, teste Christo Io. 4. d. Qui biberit ex aqua, quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ viuæ salien tis in vitam æternam. Per valles aūt hu-miles designantur, & pœnitentes. Ps. 83. Ascēsiones in corde suo disposuit in val le lachrymarum. Per montes aūt signi-ficātur Apostoli, & sancti prędicatores, vide versic. 1016. & 1179. Sic ergo Deus emittit fontes in cōuallibus, quia super-bis resistit: humilibus aūt dat gratiam.

Aqua duplices.

Fontes quō ex terra possunt oriri.

Aqua intra terrā inclusa.

Valles significāt humiles.

E Io. 4. Sed inter medium montium per-transibunt aquæ; quia ex doctrina Apo-stolorūm, & aliorum prædicatorū aquæ gratiarum ad humiles peruenerūt. Vel idem sunt conualles, & montes, quia oīs humilis altus est conuersatione mentis, qua habitat in cœlis. Et istā sententiam ponit Gloss. hic d. *Qui emittis fontes in conuallibus*. i. fontes aquæ viuæ salientis in vitam æternam, i. gratiarum spiritus-sancti, in cōuallibus, i. in humilibus, qui etiam montes propter spiritualem alti-tudinem dicūtur, conualles aūt propter spiritus sui humilitatē. Et est sensus. De

F humilibus subditis gratiæ, etsi sint mon tes spūali altitudine, fluunt fontes spiri tussancti, qui super humilem, & quietū quiescunt. Dicit Magister de proprie. re rū in cap. de fonte, ꝙ in Aegypto est qui dā fons, in quo faces accensæ extinguū-tur, & accenduntur extinctæ. Talis fons est gratia spiritussancti, quia qui est ac-census, s. qui se reputat luminosum, & igne charitatis accēsum, per superbiam statim extinguitur, quia in eo omnis gra tia spiritussancti amittitur: sed ille qui se reputat extinctum, scilicet, humilis, accēditur, & inflammatur. Vel per istos

G fontes intellige Apostolos: quos Deus misit ad conualles, i. ad gentes quæ erāt valles per vitæ fœditatem, per terrenam cupiditatem, & per cultus vanitatē. Nec immerito Apostoli fontes dicūtur, quo-niam secundum Isidorum 13. etymol. Fons est caput aquæ nascentis, dictus fons quasi aquas fundens. Et ideo per fontes intelligūtur Apostoli, qui erant caput aquæ gratiæ nascentis in mundo. De quibus dicitur Exo. 15. quòd in He lim erant duodecim fontes aquarum, id est, Christo adhærentium. Nam Helim interpretatur fortis eorum, & significat

H Christum, qui dicit Io. 15. Sine me ni-hil potestis facere. Et aquæ istorum fon tium habent triplicem prærogatiuam. Primò in copiositate, quia in omnē ter-ram exiuit sonus eorum. Psal. 18. Dicit Vitruuius lib. 7. de architectura, ꝙ aquæ fluētes de saxo rubeo sunt copiosę, & bo næ, Tales istæ fuerunt. Nā saxū est Chri-stus. 1. Cor. 10. Petra aūt, &c. Et Deut. 23. vt sugeret mel de petra, oleumq; de saxo durissimo. Erat autem hoc saxū ru-beum, quia proprio sanguine rubricatū.

Gratia humilibus datur.

Glossa.

Fōs in Aegypto, faces extinguēs, gratiā Spiritussancti, signat.

Fontes dicūtur apostoli.

Aqua significat doctrinam apostolorum.

Vitruuius.

secundum

Galat. 1. secundum illud Apostoli. Ego autem nō ab homine illud accepi, scilicet, euangelium, sed per reuelationē Iesu Christi. Et ideo istæ sunt aquæ bonæ & copiosę. Num. 20. Egressæ sunt de petra aquæ largissimæ, ita ut oīs populus biberet, &c. Et Psalm. septuagesimoseptimo. Eduxit aquam de petra, & eduxit tanquam flumina aquas. Secundò ex sui puritate, erant enim isti fontes purissimi. Dicit Auicen. 1. can. quòd aquæ fontium sunt cæteris aquis meliores, fontium inquam terræ, quæ est ab omni extranea dispositione aliena, idest, ab omni infectione, & putrefactione. Sic erant isti fontes Apostolorum liberi ab omni infectione extranea peccati mortalis. Ezechiel. 32. Purissimas reddam aquas eorū, imò & ut puriores essent aquæ fluentes ab ipsis, omnes sordes rerum temporalium abiecerunt. Vnde & Petrus ait.
Act. 3. Argentum, & aurum non est mihi. Hæc enim temporalia istam aquam uiciant. Quia sicut dicit Auicen. 1. can. Aquæ vbi miscetur substantia metallina, omnes malæ sunt. Et sicut dicit Vitruuius vbi sup. Vbi aurum, argentum, & metalla fodiuntur, sicut in minerijs istorum fontes inueniuntur copiosi, sed maximè uitiosi, sic & doctrina, quæ de corde procedit circa istas diuitias occupato, licet quandoque possit esse copiosa, tamē semper est uitiosa. Num. 2. Hi sunt fontes aquæ contradictionis, quia tales quod uerbis prædicant, moribus impugnant. Tertiò ex sui utilitate. Dicit enim Vitruuius ubi supra, quòd aquæ, quæ sub radicibus montium oriuntur, sunt vberiores, frigidiores & salubriores. Sic in proposito. Nam mons est ecclesia, secundum illud Psalm. 67. Mons, in quo beneplacitum est Deo, habitare in eo. Huius montis radix, & origo dicitur esse chari-
Ephes. 3. tas Eph. 3. In charitate radicati, & fundati. Hæc autem Apostolorum doctrina ex magna charitate processit. Phil. 1. Testis est mihi Deus, quomodo cupiam vos esse in uisceribus charitatis. Et ideo istæ aquæ sunt frigidissimę ad extinguēdum feruorem inordinatæ concupiscentiæ, saluberrimæ ad curandas omnes infirmitates tam corporis quàm animæ. Ezech. 47. Erant pisces multi postquam uenerant illuc aquæ istæ, & uiuent.

A **Potabunt omnes bestiæ agri, expectabunt onagri in siti sua.** 1765

HIc applicat istas aquas ad usus niuentium. Et primò ad usum bestiarum, secundò ad usum uolatilium, ibi, Super ea uolucres. Quantum ad primū sciendum, q inter animantia, quæ habitant in terra, bestiæ sunt maioris potus, quia magis abundant in calore naturali; quo humidum intrinsecum cōsumitur. Et inter alias bestias onagri sunt amplioris caloris. Et ideo uolens Psal. ostendere, q Deus sufficienter parat potum om- *Onagri.*
B nibus animalibus habitantibus in terra, exemplificat de bestijs, inter quas specialiter ponuntur onagri, dicēs, q Deus sic abundè omnibus potum ministrat, q potabunt omnes bestiæ agri, & expectabunt onagri in siti sua. Expectabunt sufficienter saturare sitim suam. Vel extinguent sitim suam. Per hoc vult ostendere psal. q ex doctrina prędicationis Apostolorum. s. sanctorum euāgeliorum oēs tam gentiles quàm Iudæi bibere debent idest, ad doctrinam euangelicam conuerti, & ipsam cordialiter desiderare, sed differenter, quia ad Christi fidem gentes
C prius conuertentur, Iudæi autem expectabunt conuerti usque in finem sæculi. Ad cuius intellectum sciendum, quòd per bestias intelligit gentilem populum qui colendo idola, & Deum non cognoscendo uiuebant bestialiter. Psalmō 48. Homo non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, &c. Sed per onagrū populus Iudaicus intelligitur. Quoniam ut dicit Magister de proprie. rerū Onagri nascentibus maribus inuident, & ne generare possint, dentibus testiculos eis abscindunt. Quod naturaliter cognoscentes mares nati, à patribus recedunt, *Bestiæ significant gentiles.* *Onager significat Iudæos.*
D & ad alia loca procedunt. Sic & conformiter Iudæi uidentes Apostolos ex eis natos esse mares, & uirtuosos, & viriles ad alios per prædicationem Christi generandos in fide, ipsis inuiderunt, & uirtutem generandi alios fideles, scilicet, loquelam, quam multipliciter eis auferre conati sunt. Vnde Actuum 4. vocantes Apostolos, eis præceperunt ne omnino loquerentur, nec docerent in nomine Iesu. Quod uidentes Apostoli, dimissis patribus, ad gētes processerunt.

Et per consequens ipsos Iudæos hodie venatur diabolus: qui dicitur leo quærens, quem deuoret. Vnde populo Iudaico sub nomine onagri dicitur, Venatio leonum onager in eremo De Gentibus ergo ad prædicationem Apostolorum conuertendas, d. *Potabunt omnes bestiæ agri*, i. ex omni generatione Gentilium fidem Christi desiderabunt, & recipient. Hoc fuit figuratum Petro in linteo de cœlo ter submisso quatuor initijs, in quo erant omnia animalia. De quibus dictum est Petro, Macta, & manduca. Petrus enim primus Apostolorũ significat omnes Apostolos, & prædicatores. Vas submissum plenũ animalibus est cœtus populi gẽtilium bestialiter viuentium. Et dictum est Petro de illis. Macta, & mãduca, quia oẽs illos mactat Petrus in eo ꝙ mali sunt, & manducat, in corpus ecclesiæ traijciendo. Et vide modum, quo ipsos conuertendo mãducat. Nam illud vas quatuor initijs submissum est: ad figurandum quatuor partes orbis: quibus prædicandũ erat euangelium, & hoĩes baptizãdi. Ter submissum est: vt in noĩe trinitatis baptismus fieret. Et vide per quos, s. per apostolos, qui ex ternario, & quaternario numerus duodenus cõsurgit, qui est numerus prædicatorum, duodecim. n. Apostoli electi sunt à dño, quorũ ꝑdicatione totus orbis peragraretũ, cuius quatuor sunt partes, q̃ in noĩe trinitatis vocãtur vt inde ecclesia congregetur. Sed de Iudæis solũ in fine mũdi conuertẽdis dr̃, *Expectabant onagrum siti sua*. Vbi glo. i. Iudæi. Quia has aquas scripturarum & fidei disserũt bibere vsque in vltimum tempus. Et sic sitim patientur vsque ad illud tempus.

Eccle. 13. *Act. 10.* *Cur vas quatuor initijs submissum, & cur ter.* *Nota.*

1766 *Super ea volucres cœli habitabunt: de medio petrarum dabunt voces.*

HIc agit de vsu aquarum quo ad volatilia. Duplex est. n. genus auiũ: quia quædã sunt aquaticæ, quæ in agris vel fluminibus habitant, sicut cygnus, & quædam sunt nemorosæ, quæ in arboribus, vel in petris nidificãt. De primis ait. *Super ea volucres cæli habitabũt*. De alijs verò auibus, quæ, s. veniunt ad aquas ad bibendum, & postea recedunt cãtando, dicit, *De medio petrarum dabunt voces*. Inter. n. cæteras aues nidificantes in petris, aquila dr̃ principalior. De qua dr̃ Iob 39. In petris moratur, & in cæsis rupibus. Et ideo cùm ipsa aquila sit regina auium quæ morantur in terra, per ipsam cæteræ aues intelligũtur, quæ postquã potauerit, ad nidum suum in petris factum rediens, volitat clamãdo. Et hoc est, quod ait. *De medio petrarum dabunt vocem suam*. Littera aũt Hebraica hẽt: De medio ramorũ. Et tũc per illas intelligit aues in arboribus nidificantes. Per hoc vult Psal. ostendere, ꝙ super ea, quę dicta sunt, s. super aquas scripturæ, & dicta Apostolorum, habitant non oẽs, sed solùm spirituales, qui significantur per volucres cœli. Volucres. n. qñq; significant superbos, præsumptuose in altum volare cupientes, & alios suppeditare. De quibus vide sup. ver. 89. Aliquando vero significãt homines spirituales mẽte conuersantes in cœlis: more Apostoli dicentis, Nostra conuersatio in cœlis est. Vel per volucres cœli intellige pęnitentes. Nam volucris idem est, ꝙ auis. Auis aũt dr̃ ab a, q̃d est sine, & vis, quasi sine violentia. Et sic significat statum pęnitentiæ, quæ non violenta debet esse, sed volũtaria. Et tales aues, vel volucres de medio petrarũ dant voces, quia non sua proferunt, sed solũ illa, quæ petræ. i. Apostoli, & prophetæ prædixerunt. Et hoc est, quod ait gl. *Super ea volucres cæli habitabunt*, i. super montes, Prophetas, & Apostolos, volucres cœli, i. spiritualia corda. Ideo enim addidit *cæli*, vt notet sanctos habitabunt, quia ibi petras inuenient, i. fundamentum præceptorum. Sicut enim illa vna petra verbũ Dei Christus est, sic multa verba Dei, multæ petræ sunt. Et istæ petræ sunt in mõtibus. Sed ne putes has volucres suã sequi voluntatem: ideo addit dicens, quia dabũt voces de medio petrarum, idest, non de suo: sed de auctoritate verborum Dei, in quibus sonat petra Christus, à quo etiã sui dicuntur petræ.

Aquila. *Nota.* *Volucres dicuntur homines spirituales.* *Auis est status pænitentiæ.*

Rigans montes de superioribus suis: de fructu operũ tuorũ satiabitur terra. 1767

HIc agit de aquis superioribus, quæ de nubibus descendunt. Calore. n. solis vapores aquei sursum eleuantur, &

conden-

condensantur in nubibus, vt opportuno tempore compluant terram. Et quia aqua pluuialis fœcundior est quàm sit aqua fluminis, vel fontis, vt dictum est versi. 690 hinc est, q plura gignit ad nutrimentum animalium, quam aqua inferior. Et hoc, quod ait, *Rigans montes de superioribus suis*, idest, de aquis, quæ sunt in nubibus superioribus, quæ aquæ mirabiliter terram fœcundant, ideo, *de fructu operum tuorum*, idest, de effectu pluuiæ, quæ est opus tuum, *satiabitur*, idest, fœcundabitur. Per hoc vult ostendere Psalmista quòd Deus repleuit terrã ecclesiæ fidelibus, quia primò corda Apostolorum, qui montes dicuntur, spiritu sancto desuper misso, rigauit: per quorũ postea prædicationem terra per totum mundum dilatata fœcundata fuit. Rigare enim dicitur Deus corda nostra, quãdo gratiam suam desuper immittit, vel prædicationem fidei spargit per orbem. Sic enim rigati fuerunt montes prophetarum primò, & Apostolorum, & per ipsos alij, vt ostendit Greg. super illo verbo Iob 5. Vniuersa Deus aquis irrigat, d. Possunt vniuersorum nomine ipsæ morum dissimilitudines designari. Alius namque elatione erigitur, alius pondere timoris inclinatur &c. Vel ipsos irrigauit, quando per spiritumsanctum docuit omnem veritatem. Vnde Grego. in homil. de Pentecoste, ait, Libet, fratres charissimi, oculos fidei in virtutem spiritussancti attollere, &c. Sic enim irrigata terra fructu satiatur, quia paulatim de virtute proficit in uirtutem. Quarum uirtutum fructificationem paulatim de gradu ad gradũ procedere ostẽdit Christus, d. Terra vltro fructificat, primò herbam: deinde spicam, deinde plenum frumentum. Quod exponit Grego. ad propositum, lib. 22. cap. 20. dicens, Ecce veritatis uoce, &c. vide versic. 222.

Prædicatione Apostolorum terra est saturata.

Rigare corda.

Greg. lib 6. mor. c. 7.

1768 *Producens fœnum iumentis: & herbam seruituti hominum.*

HIc ostendit fructum diuina prouidentia ex terra productum, & ex arboribus, quæ de terra nascũtur. Et primò agit quõ isti fructus deseruiunt uitæ hominum. Secundò quõ vitæ auium, & animalium, ibi, *Saturabuntur*. Ad uitã A autem hominum tria requiruntur, s. cibus, potus, & condimentum. Et sic primò agit de cibo: secundò de potu, ibi, *Vt educas*: Tertiò de condimento, ibi, *Vt exhilaret*. Quantum ad primum sciendum, q hic fœnum, & herba pro eodem accipiuntur, & similiter iumentum, & homo, quia homo per peccatum uersus est in iumẽtum. Psal. 48. Homo, cùm in honore esset &c. Dicit ergo, q Deus est producens de terra fœnum iumentis, id est hominibus peccatoribus, quia herbæ nascentes ex terra sunt ad usum, & seruitium hominum. Et hoc alijs uerbis B repetit, dicens, *Et herbam seruituti hominum*. Per hoc vult ostendere Psal. q prædicatoribus euangelij liberè est subueniendum, & hoc ante quàm petant. Vñ dña est inter pauperes mendicantes, & doctores euangelizantes. Quia primis est dandum, qñ petunt, quia te quærere debent, non tu illos. Secundis aũt dandum est, antequam petant, quia tu illos quærere debes. Hoc. n. est quasi debitũ: illud aũt magis quasi gratiosum. Prædicatores enim per iumenta significãtur, quia sunt iuuamenta infirmorum. Ideo si te iuuant, & tibi seruiunt, ex debito C mercedem, quò uiuere possint, obligaris eis dare, etiam illis non petentibus. Et hoc sentit hic gl. d. *Producens fœnum iumentis*, i. prædicatoribus seruis hominũ pro Christo, ut de Euangelio uiuant, qui Euangelium annunciant. Vnde consequenter exponit, quod dixerat, *Et herbã seruituti hominum*, i. temporalia bona seruitutis prædicatorum, qui sunt serui hominum pro Christo. Hæc sunt iumenta, quibus merces debetur, quia seruiunt. De quibus dicitur, Non alligabis os boui trituranti. Et dignus est operarius mercede sua. Debentur enim prædicatoribus tẽporalia, qui largiuntur spiritualia. Vnde Apostolus ait, Si seminamus uobis spiritualia, magnũ est, si uestra carnalia metamus? De istis enim dr, Beatus qui præoccupat uocẽ petentis, i. qui intelligit super egenum, & pauperem. Et sequitur ad propositum. Non enim ita debes agere boui trituranti: vt mendico transeunti, illi enim, i. mẽdico das, quia scriptum est. Omni petenti te, tribue. Huic etiam non petenti dare debes. Vide ergo, ne sic egeat miles Christi, ut petat:

Prædicatoribus danda sunt necessaria, etiam non petentibus.

Gloffa. August.

Deut. 25.

Luc. 10.

1. Cor. 9.

Luc. 6.

petat ite iudicet, i. damnabilem ostẽdat, antequam petat. Sicut enim dicitur de illo, qui quærit, da omni petenti, sic de illo, quẽ tu quærere debes, dicitur, Desudet eleemosyna in manu tua, donec inuenias iustum, cui des. Omni petenti ergo, quicunque sit, da: agnoscẽs in eo, cui des. Sed multo magis da seruo Dei, militi Christi etiam non petenti. Hæc glo. Ex quibus apparet, quòd prædicatoribus, & militibus Christi non licet mẽdicare: sed auditores sponte non petenti necessaria debent tribuere. Quid ergo dicemus de mẽdicantibus religiosis prædicatoribus? Respondeo, quòd si præueniantur in necessarijs, mendicare nõ debent. si autem non præueniantur, tanto amplius merentur, quia & stipẽdium lucrantur prædicando, & consequenter laborant mendicando. Notet tamen quilibet prædicator, quòd (vt dicit Greg.) prædicator non debet prædicare vt alatur, sed ali vt prædicet.

Eccl. 29.

Prædicatori an liceat mendicare.

Quæstio.

Respon.

1769 *Vt educas panem de terra, & vinum lætificet cor hominis.*

HIc agit consequenter de potu necessario vitæ animalium. Tamen notandum, quòd ista pars prima istius versi. videtur esse finis præcedentis versi. quasi dicat, Ideo enim producit fœnũ, & herbam de terra, vt inde educat panẽ ad vitam hominum necessarium. Sicut enim per pecuniam intelligitur omne medium transmutationis in emptionibus, & venditionibus, sic per panem intelligitur omnis cibus ad vitam necessarius. De potu autem sequitur, *Et vinum lætificet cor hominis*. Vinum.n. naturaliter est lætificatiuum, quia sanguinẽ generat. Complexio aũt sanguinea lætitiã parit. Per hoc autem vult Psal. ostendere, ꝙ ad vitam spiritualem hominũ nutriendam Deus de terra, idest, de beata virgine Maria, quę terra dicitur, Esa. 45. Aperiatur terra, & germinet saluatorẽ. vide ver. 1446. & 1455. Deus nobis eduxit panem spiritualem & vinum. Panis est ipse Christus, qui de seipso ait, Ego sum panis viuus, q de cęlo descẽdi, &c. Si quis mãducauerit ex hoc pane, viuet in æternum. Per hoc vult dare differentiam inter manna datũ patribus, & corpus Christi, quia illud mãna solum erat panis figuratiuus corporis Christi, corpus aũt Christi est panis vitæ figuratus. Sed circa hoc Aug. super Io. mouet dubium. Sed nunquid nos morimur, qui manducamus panem descendentem de cœlo? Sic etenim patres, qui manducauerunt manna, mortui sunt: sicut & nos sumus morituri, quantũ attinet ad mortem huius corporis visibilem, atq; carnalem, quantum aũt attinet ad mortem spiritualem, qua patres istorum mortui sunt: Manducauit manna Moyses, & multi, qui dño placuerunt, & mortui non sunt, quia visibilem cibum spũaliter intellexerunt, & spũaliter gustauerunt, vt spũaliter satiarentur. Nam & nos hodie accipimus visibilem cibum, sed aliud est sacm, & aliud virtus sacri, quod multi de altari accipiũt, & accipiendo moriũtur. Vnde Apostolus. Iudicium sibi manducat, & bibit qui indignẽ accipit. Panẽ ergo cœlestem spũaliter manducare est, innocentiam ad altare portare, peccata etsi sint quotidiana, non sunt mortifera, &c. Hic est ergo panis quem Deus eduxit de terra, i. Christi corpus, quod ex virgine Maria formauit. Et ad hoc manifestandũ ipse Christus se nobis mãducandum sub specie panis in sacro reliquit. Vel per terram significantur prædicatores ratione stabilitatis, & constãtię, & ratione fertilitatis, qua fructum spiritualem animarum producunt. Psal. 84. Dñs dabit benignitatẽ, & terra nostra, s. stabiles prędicatores dabit fructum suũ. De hac ergo terra dñs panem educit, s. verbũ Dei, quod panis dicitur, quia Apostoli, & alij prędicatores panẽ verbi Dei per totum orbem prædicauerũt. Et istũ intellectum notat gl. d. *Vt educas panem de terra*, i. verbum Dei de prædicatoribus. *Et vinum lætificet cor hominis*. vbi loquitur de sacramento altaris sub specie vini tradito, qui est calix domini inebrians, s. dignẽ sumentem gratijs & virtutibus conformiter ad panem acceptũ pro corpore Christi. Vel per vinum accipe dilectionẽ Dei, qua Deus suos inebriat delectabiliter. vbi notandum, ꝙ aliter lætificat cor hominis vinum diuini amoris, & aliter vinum amoris mundi, quia vinũ mundanæ dilectionis in principio dulce videtur, sed in fine amarum inue-

B. Maria terra.

Panis vitæ est Christus Ioan. 6.

Quæstio.

Respon.

1. Cor. 11.

Mar. 4.

Vinũ amorem significat. Delectat aliter amor Dei, aliter amor mundi.

inuenitur. è contrario autem vinũ amoris Dei. Quod ostendens Hugo super illo verbo Ioã. 2. Omnis homo primo bonum vinum ponit. dicit, Inter amorem Dei, & huius mundi, hæc est differẽtia, quia amor mũdi in principio dulcis esse videtur, sed finem habet amarum, sed amor Dei ab amaritudine incipit, sed vltima eius plena sunt dulcedine. Vnde & dicitur, Omnis homo primò bonum vinum ponit, &c. omnis namq; homo carnalis ponit bonum vinum primò, quia in sua dilectione primò quãdam falsam dulcedinem sentit: sed postquã fame desiderij mentem inebriauerit, tunc quod deterius est propinat, quia spina cõsciẽtiæ superueniens mentem, quam prius falso delectabat, grauiter cruciat. Sed sponsus noster Christus postremò bonũ vinum porrigit: dum mentem, quam sui amoris dulcedine replere disponit, quadam prius tribulationum compunctione amaricari sinit, vt post gustum amaritudinis auidius bibat suauissimum poculum charitatis. Et hoc est uinum, quod uerè lætificat. Et de hoc dicitur Iudi. 9. Vinum lætificat Deum, & homines.

1770 *Vt exhilaret faciem in oleo: & panis cor hominis confirmet.*

Oleum. Hic agit de condimento ciborum, s. de oleo. Per oleum enim, quod est principale ciborum condimentum, intelliguntur omnia condimenta. Hic oportet subintelligi, quod dictũ est superius, s. vt educas panem de terra, educas etiam uinum, educas etiam oleum. Et ad quid? scilicet, vt in oleo exhilaret faciem, & ipsam iucundam ostendat. *Hierony.* Vbi sciendũ, ꝙ vt ait Hier. super Matth. Erat consuetudo prouinciæ Palestinæ, ꝙ in diebus festiuis oleo aliqualiter homines, & maximè mulieres vngebant caput, & faciem, ad hoc, scilicet, vt magis capilli resplenderent, ac etiam facies iucundior uideretur. Et sic oleum faciem exhilarabat. Sed posito ꝙ hoc sit uerũ, non tamen facit ad propositum, quia talem hilaritatem faciei, non facit oleum tanquam ciborum condimẽtum. Aliter ergo est dicendum. Nam oleum cum sit quædam pinguedo condiendo cibos, illos facit pingues. cibi aũt pingues magis

A comedentem impinguãt. facies aũt pinguis hilarior est, seu vr, sicut & macilenta tristis. & sic quia oleum impinguat faciem, ipsam hilarẽ facit. Per ista aũt oĩa nos ad Dei laudẽ consurgere debemus. Verũ quia tria principalia ad vitã hoĩs de terra dixit producta. s. panem, uinũ, & oleum, & dixit effectũ uini, quia lætificat, & olei, qꝛ exhilarat, & nõ dixit effectũ panis, ideo hic effectũ panis ostẽdit, d. ꝙ fortificat. *Et panis cor hominis confirmet.* Vbi cor intelligit uitã, quæ principiũ habet à corde. quę pane cõfirmatur, quia panis est hominis principale nutri-

B mẽtum. Per hoc aũt Psal. vult ostẽdere, ꝙ caput ecclesiæ Christus omni gratia spiritussancti repletus fuit. Quid enim per faciem nisi Christus intelligitur? vide uersi. 150. Quid autem per oleũ, nisi gratia spiritussancti? *Oleũ significat gratiã spiritussancti.* Vnde Greg. ait, Põt noĩe olei ipsa spiritussancti unctio designari. *Greg. li. 29. mor. c. 13.* De qua per prophetam dr. Computrescit iugum à facie olei. *Esa. 10.* Iugũ quippe à facie olei cõputrescit, quia dũ spiritussancti gratia ungimur, à captiuitatis nostræ seruitute liberamur. dumq; maligni spũs superba dñatio repellitur, iugũ conteritur, quo libertatis nostræ col-

C la premebatur. De hoc quippe oleo rursum scriptum est. Vinea facta est dilecto meo ĩ cornu filio olei. *Esa. 5.* Filij quippe olei, fidelis populus dr, qui ad fidem Dei interna spiritussancti unctione generatur. Quid est ergo ut exhilaret faciẽ in oleo nisi donis spiritussancti Christũ repleret, à quo tanquam à fonte gratiarum riuuli nobis conferuntur, quia de plenitudine eius oẽs accepimus gratiam. Ioã. 1. Propter quod dr Iob 26. Petra fundebat mihi riuos olei. Petra, i. Christus, 1. Cor. 10. Petra aũt erat Christus. *1. Cor. 10.* Vel per faciem accipe mentẽ nostrã, ut sup. uersi.

D 168. quę donis spiritussancti lucidatur. *Glossa.* Et tunc est sensus sm gloss. *Vt exhilaret faciem in oleo,* i. lætificet mentem nostrã gratia spiritussancti, qua, scilicet, gratiosus quis efficitur apud alios. Vnicuique enim vt ait, Apostolus, datur spiritus ad manifestationem &c. Hic autem notare possumus, ꝙ in scriptura mysticè oleum est multiplex, scilicet, Oleum adulationis criminalis. *Oleum est multiplex.* Oleum sapientiæ diuinalis. Oleum prosperitatis temporalis. Oleum misericordiæ salutaris. Primò est

est oleum adulationis, de quo dicitur ps. 140. Corripiet me iustus, & increpabit me, oleum autem peccatoris non impinguet caput meum. Vbi gl. Oleum peccatoris est falsa laus adulatoris, & simulata dilectio, quæ mentes à rigore veritatis emollit ad noxia. Inde est, quòd homines cum falsa laude aliquem irriserint, de illo dicunt, vnxit caput illius. Secundum patet, quoniam sacra scriptura ad instar olei ungit mentes, quas docet, quæ sicut unctio docet de omnibus. Vnde de sacra scriptura sub olei nomine dicitur Iob 29. Petra fundebat mihi riuos olei. Quod ad propositum exponens Greg. ait. Quia Petræ nomine Christus accipitur, prædicator egregius, fatetur, dicens, Petra autem erat Christus. Quę videlicet Petra nunc ad vsum sanctæ ecclesię olei riuos fundit, quia in ea loquēs dominus prædicamenta unctionis intimè emanat. De hac Petra riuus exijt, liber Matthæi, liber Marci, liber Lucæ, liber Ioannis. In diuersis mūdi partibus, quot prædicamenta edidit, tot petra hęc per Apostolorum ora omniū riuos olei fudit. Totiens adhuc de petra hac riuus olei funditur, quotiens sancto spiritu vngentibus mentibus auditorum ea quæ in libris ueteribus de Christo dicta sunt, explanantur &c. Vnde Deut. 32. vt sugeret mel de petra, oleumque de saxo durissimo. Tertium patet, quoniam sicut oleum extinguit calcem viuam, quam aqua accendit, sic & aduersitas ad Dei amorem mentem accendit, quam prosperitas extinguit temporalis. De hoc vide versic. 1159. vnde ipsum oleum inter temporalia bona specialiter nuncupatur. Psal. 4. A fructu frumenti, vini, & olei sui &c. Quartum patet, quia sicut oleum valet ad sanāda vulnera, sic & misericordia ad mentes peccato laceratas sanandas. In cuius figuram dicitur Luc. 10. quod ille Samaritanus illius sauciati vulnera curauit infundens vinum, & oleum. Quod exponens Greg. In uino morsum districtionis exhibet, in oleo mollitiem pietatis, per uinum purgantur putrida, per oleum sananda fouentur. Miscenda est ergo lenitas cum seueritate, ac faciendum est quoddā ex vtroque temperamentum, vt nec multa asperitate exasperentur subditi, neque beni-

Gloss. — Gregor. 16. mor. c. 12. — 1. Cor. 10. — Gregor. 10. mor. c. 6.

E gnitate nimia soluātur. Et quia isto oleo misericordiæ Christus caput ecclesiæ fuit impinguatus, ideo de illo dicit ecclesia. psal. 22. Impinguasti in oleo caput meum. Vnde misericordia est illud oleū exultationis quo Christus fuit unctus, psal. 44. Vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ &c. De quo nunc consimiliter ait Psal. *Vt exhilaret faciem in oleo.*

Saturabuntur ligna campi, & cedri libani, quas plantauit, illic passeres nidificabunt. 1771

F OStendit hic quomodo prędicti fructus ex terra producti deseruiunt vitæ auium, & animalium, scilicet, quo ad habitationem. Quo ad uictum ait, *Saturabunt ligna campi*, idest, lignis campi. Pro lignis campi intelligit omne lignū, quod nascitur in terra, omnis autem herba, & omnis arbor nomine ligni vocatur. Certum est autem quòd his uescuntur aues, & animalia, & saturantur. Ista ligna campi sunt ad escam non solū hominum, sed etiam omnium auium, & animalium, & non solum ad escam, sed etiā quoad aues & animalia ad habitationē.

G Quæ omnia ligna campi figurantur in arbore, Danielis 4. quæ erat arbor in medio terræ, & altitudo eius nimia escāuniuersorum in ea, subtus eam habitabant animalia, & bestiæ, & in ramis eius conuersabantur uolucres cœli. Vbi tanguntur duo, scilicet, animalium & auiū esca & habitatio. Inter omnia autem ligna notabilia camporum, cedri, quæ nascuntur in libano, sunt notabiliores, quia cæteris altiores. Ideo nomine illorum cætera ligna comprehendit. Vnde dicit, *Et cedri libani, quas plantauit*, scilicet, ipse Deus, supple sunt ad escam auium, & animalium.

H Et non solum ad escam, sed ēt ad habitationem. Vnde subdit, *Illic passeres nidificabunt.* Nomine enim passerum intelligit omnes aues. Vnde textus Hieron. habet, illic aues ædificabunt. Et sic accipit cedros pro omni arbore, quia cęteris altiores, & passeres pro omnibus auibus, quia cæteris communiores. Per hoc autem vult Psalmista ostendere, quòd ex fructibus terræ, scilicet, ex fructibus prædicatorū, qui fructus sunt uerbi Dei omnes homines saturantur tam magni

Lignum. — *Verbo Dei saturantur omnes.*

quàm parui, tam nobiles quàm plebei, vt dictum est, vers. 1769. Vnde per ligna campi intelligit pauperes subditos, & humiles, sed per cedros libani, altos, potentes, & principes. Quibus omnibus per apostolos, & prædicatores ad saturitaté datus est panis diuini uerbi. Eriftum sensum accipit glos. dicens, *Saturabuntur ligna campi*, idest, plebes humiles prius. *Et cedri libani*, idest, potentes in seculo posterius, quia prius electi sunt contemptibiles & ignobiles, quàm sapientes & nobiles. Vel in cedris passeres nidificabũt. Quia pauperes, qui per passeres quæ sunt minuta animalia intelliguntur, nidificant in cedris, quia pauperes qui sua relinquunt ut nudi sequantur Iesum, vt Apostoli, qui non solum dimiserunt, quicquid habebant, sed etiam quicquid habere, & cupere poterant. *In cedris nidificans*, scilicet, ex bonis magnatũ, & ptincipum uiuunt. Vt pura pauperes clerici nidificant in bonis Constantini imperatoris tempore Syxti, Caroli magni, &c. Vel per cedros intellige prælatos, in quibus passeres, idest, subditi nidificare debent, ab ipsis exempla accipiendo virtutum. Vel per cedrum intellige gloriosam Virginem Mariam, &c.

Pauperes de bonis diuitum viuunt.

1772 *Herodij domus dux est eorum, montes excelsi ceruis, petra refugium herinacijs.*

HIc ostendit, quòd ligna, & terra, & alia creata non solum à Deo sunt facta pro habitatione auium, sed etiam aliorum animalium. Et primò quo ad aues dicit, *Herodij domus dux est eorum*. Vbi notandum, quòd Herodius est nomen cuiusdam auis prædalis, quæ in celeritate volatus cæteras aues transcendit, quia modicum habet de carnibus, quæ grauant, & multum de plumis, quæ leuant. Vnde propter uolatus sui celeritatem, etiam aquilam impetit. Hęc auis alio nomine dicitur falco, ut dicit Magister de propric. lib. 9. Hæc auis nidificat in cedris, ita q̃ cedri sunt domus eius. Et propter celeritatem volatus, regina aliarum auium dicitur, & doctrix, eo modo, quo leo propter fortitudinem dicitur rex, & dux animalium. De ista ergo aue dicitur, *Herodij domus*. Hæc enim pars

Herodius dicitur falco.

A spectat ad præcedentem. Dictũ est enim, quòd passeres nidificant in cedris, sequitur quòd similiter & Herodij. Vnde de cedris dicitur, quòd sunt Herodii domus. Sed quod sequitur: *Dux est eorum*, refertur ad passeres, scilicet, ad alias aues quarum Herodius dux est siue rex. Consequenter agit de habitatione animaliũ, dicens *Montes excelsi ceruis*, scilicet, præstant habitationem, quia cerui libentius latibula sua in montibus parant. Et sequitur, *Petra refugium herinacijs*. Herinaceus enim idem est, quod hericius animal totum spinosum. Et hoc animal libẽ

B tius habitat in petris, & in locis duris, quia quando est in locis mollibus, eius spinæ infiguntur terræ, & sic minus libere potest moueri. Sed secundum quòd hic ait glossa, per hæc quæ sunt satis grossa, & naturalia, innuit alia spiritualia esse quærenda. Nam, vt dictum est in præcedenti vers. per cedrum intelligitur altitudo prælatorum, in quibus passeres nidificant. Cum ergo prælatorum summus sit Christus, ipse propriè cedrus potest dici. De quo dicitur Esa. 5. Exaltabitur super omnes cedros sublimes, & erectas, Ista ergo cedrus non solum domus

C est, & refugium passerum, scilicet, pauperum, & humilium hominũ, quos ad suã gratiam liberè recipit, sed etiam est domus Herodij, idest, magnorum, & superborum peccatorum, quia etiã tales Christus à sua misericordia non repellit. Et hoc ponit gloss. dicens, Herodius rapacissima auis est omnium uolatilium maior, qui & aquilam uincit, per quem intelligũtur rapaces, superbi, & magni peccatores, nec etiã tales deserit Christus. Vnde non solum passeres nidificãt in cedris, idest, in Christo qui omnes cedros in se continet, idest, omnium prælatorũ

D uirtutes, sed etiam ibi nidificat Herodius, quia Christus etiam est domus rapacissimorum, quia nec tales deserit. Vel per Herodium auem rapacissimam intellige tribum Beniamin, de qua fuit Paulus apostolus. De quo dicitur Genes. 49. Beniamin lupus rapax, manè comedet prędã, vespere diuidet spolia, quia Paulus in adolescentia rapacissimus fuit, & persecutor Christianorum, sed uespere suæ ætatis conuersus ad dominum, spolia à diabolo rapuit prædicando. Et est sensus,

Herodius significat superbos & rapaces.

Paulus per Herodium significatur.

sensus. In cedris non solum humiles nidificant, sed etiam Herodius auis rapacissima, scilicet, Paulus. Vnde & ipse factus est dux eorum, quia sua prædicatione alios plures raptores post se traxit ad fidem. Sequitur, *Montes excelsi ceruis*. Vbi nota, quòd fidelium sunt duo genera, quidā enim in statu perfectionis sunt quærentes non solum Dei sequi præcepta, sed etiam supererogando obseruare consilia. Et isti per ceruos, qui alta petunt, figurantur, vt pauperes voluntarij. Dicit enim Magister de proprie. re. quòd ceruus tantæ est agilitatis, quòd currendo, vel saltando quasi terram non tāgit, & inter spinas saltando, eas non sentit, & virgularum summitatibus pascitur. Sic & quilibet perfectus pauper uolūtarius tantæ agilitatis est, quia totus mente cęlestis, quòd quādiu hic habitat, quasi terram, idest, terrena mente non tangit, dicens cum Apostolo. Habentes alimenta, & quibus tegamur, his cōtenti simus. Vnde inter spinas diuitiarum saltās, eas non sentit, quia in eis cor non apponit. Et de talibus dicitur, *Montes excelsi ceruis*, quia tales solum montes, & præcepta quærunt excelsa, dicentes illud psal. 17. Perfecit pedes meos tanquam ceruorum super excelsa statuens me. Alij autem sunt parua animalia nō magnæ vel altæ perfectionis, ducentes vitam communem, sicut viuentes in coniugio, mercatores, & alij, quorum uita sine multis saltem venialibus transigi non potest. Et isti per hericium spinis vndique plenum significantur, & peccata uenialia per spinas hericij significanť, quæ licet in seipsis pungant, eius tamen carnem non lacerant. Et istis refugium est petra Christus, quia tales Christo per fidē adhęrēt. Et istos notat. d. *Petra refugium*, &c.

Contemplatiui & veri pauperes significantur per ceruū.

1. Tim. 6.

Aßini per hericium significātur.

1773 *Fecit lunam in tempora, sol cognouit occasum suum.*

HIc agit consequenter de alternatione temporum, quæ requiritur ad conseruationem hominum, & animalium. Et primò alternationem temporum ostendit in generali, secundò in speciali, ibi, *Posuisti*. Quantum ad primum notandum, quòd non solum terrestria Deus fecit propter conseruādam uitam

E hominum, & animalium, sed etiam ipsa cœlestia, sicut est sol, luna, & stellæ. Sed quia inter omnia cœlestia ista duo, scilicet, sol, & luna nobis magis apparent, ideo ista duo in singulari notauit, dicēs, *Fecit lunam in tempora*, &c. Secundum.n. lunam, quæ est mater humiditatis, maximè alterantur tempora secundum qualitates, quæ ad humiditatem spectant, vt de pluuia in serenitatem, & ècontrario, de tempore uentoso ad tranquillum, & huiusmodi, quia secundum uarium motum lunæ nobis sensibiliter apparet maior mutatio aeris. Sol autem uariat tem-

F pora secundum alias qualitates, scilicet de calore ad frigus, de luminositate ad claritatem, & huiusmodi. Et sine istis alternationibus temporum, non staret uita hominis, & animalium, quia si non esset pluuia, terra non germinaret, si non esset tempus clarum, & siccum, fructus non maturescerent, si non esset frigidū, fructus non radicarentur in terra, si non esset calidum, nō aperiretur terra, & huiusmodi. Sed per ista duo alia voluit Ps. ostendere. Vbi primò quo ad lunam notandum, quòd per lunam, quæ illuminatur à sole, significatur ecclesia, quæ à ue-

G ro sole Christo, gratia, & ueritate perlustratur. Et sicut luna crescit, & decrescit, sic & ecclesia crescit, & decrescit in omni gradu suo, quo ad doctores, prædicatores, subditos, & alios fideles. Vnde Greg. ait. Quid enim per lunam, nisi cūcta simul ecclesia designatur? Quid per stellas nisi singulorum bene uiuentium animæ designantur? Qui inter prauorū hominum conuersationes, dum magnis virtutibus emi ent, quasi in tenebris noctis lucent. Quibus per Paulum dicitur. Inter quos lucetis sicut luminaria in mundo. Quia enim appellatione lunæ

H sancta ecclesia exprimitur, propheta testatur dicens, Eleuatus est sol, & luna stetit in ordine suo. Eleuato enim sole, in ordine suo luna statuitur, quia ascendente ad cœlos domino, sancta protinus ecclesia in prædicationis auctoritate roboratur, quia etiam nec sancta ecclesia virtute propria miraculis emicat, nisi hanc præueniētis gratiæ dona perfundāt, &c. De hac igitur luna ecclesiæ, dicit, *Fecit lunam in tempora*, quia ecclesia militans cum tempore incepit, & cum tempore termi-

Luna significat ecclesiam.

Gregor. 17. mor. c. 8.

Philip. 4.

Abac. 3.

terminabitur. Incepit enim in primo homine, & in ultimo iusto finietur, vt ait Greg. in homil. vide vers. 85. & 1169. Vel per lunam intellige gloriosam Virginē Mariam, & hoc multiplici ratione. Primò ratione suæ potestatis. Habet enim luna potestatem supra mare, & super oīa quæ viuunt in mari. Vnde in pleniluuio meliora reperiuntur. De quo dicit Isidorus 12. Etym. cap. 6. Omnium enim clausorum animalium maris, atque concharum incremento lunæ membra turgescunt, defectu euacuantur. Luna enim cum in augmento fuerit, humorem auget. Sic & Maria quæ stella maris dr, supra mare, i. amaritudinem uitæ præsentis dominatur, iuxta illud ps. 88. Tu dominaris potestati maris. Et eius uirtute mouetur hoc mare ad littus, quod est ipsam amaritudinem in quietem conuerti. Nam per littus ubi est terminus maris, quies & lætitia designatur. Vnde & Christus post resurrectionem in littore stetit, qui ante passionem dormiebat in mari. Dicit Albumazar, ꝙ quandiu luna est in ascendendo uersus mediū cœli, mouet mare ad littus, & postmodū motu opposito. Sic autē lunam moueri, est ipsam nobis appropinquare. Sic autem & Maria quibus appropinquat, laboris amaritudinem in gaudium, & quietem perducit. ps. 65. Cōuertit mare in aridā. Insuper & eorum, qui in amaritudine viuunt, conditionem meliorat, humorē gratiæ augmentando. Præcipuè verò eorum, quę inclusa sunt, per quæ intelligūtur illi, qui forti se patientia muniunt intrinsecus in aduersis. Vel qui intra secretum conscientię Deū habentes ab huius mundi tēporalibus se abscondunt. Ideo postulauit Iosue, Luna contra vallē Haylon ne mouearis. Contra vallem Haylō ipsam moueri est ab afflictis, & oppressis se elongare, quod auertat. Vnde Bernardus super missus ait. Ex ore tuo pendet consolatio miserorum, redemptio captiuorum, liberatio damnatorum, salus denique uniuersorum filiorum Adam. Secundò ratione suæ humilitatis. Luna. n. infima omnium planetarum, quamuis lumine post solē omnes excellat, insuper & quanto magis fuerit illuminata superius, tanto minus lumen sui terræ ostendit. Sic & Beata Virgo Maria post Christum gratia singulari resplenduit, & humilior fuit, & minus apparere hominibus curauit, satis iudicans si Deo & supernis spiritibus lumen suum appareret, illud Luc. 1. Exultauit spiritus meus in Deo salutari meo, &c. Et angelo ait, Ecce ancilla domini Ezec. 32. Luna non dabit splendorem suum, idest, gratiam sibi datam per humilitatem abscondet. Vnde Bernardus super missus est. Quę est tam sublimis humilis, quæ cedere nouit honoribus? Insolescere gloria nescit, mater Dei eligitur, sed humilitatem non obliuiscitur. Tertiò ratione suæ benignitatis. Luna enim hoc habet singulare, ꝙ apparet tā de die quàm de nocte. Vnde secūdum Isid. 8. etym. Luna dicitur Diana, quasi duana, eo ꝙ die ac nocte appareret. Si c beata uirgo tam iustis quàm peccatoribus præsto est, vt de ipsa dicatur illud Act. 19. Magna Diana Ephesiorum. Et illud, Quis est hominum, qui nesciat Ephesiorum ciuitatem cultricem esse magnæ Dianæ, Iouisque prolis? Ciuitas Ephesiorum est ecclesia Christianorū. Nā Ephesus interpretatur voluntas mea in ea. Et de ecclesia dicitur Esa. 62. Vocaberis uoluntas mea in ea. Istam ergo eo lit ecclesia, & meritò præ cæteris, quia (1. Cor. 15.) alia est claritas lunæ, & alia stellarum. Quartò ratione singularis dignitatis. Habet enim luna hanc dignitatem, vt festum resurrectionis secundum suum cursum tardius, aut citius celebretur. Vnde Ambrosius in hexameron ait, Luna decimaquarta significat diem salutis. Sic & resurrectio spiritualis, scilicet à morte culpæ ad uitam cōsequitur motum voluntatis virginis gloriosæ. Quamuis enim resurrectio dominica celebretur, & nostra resurrectio spiritualis fit principaliter ex diuina gratia, tñ præsupponit lunam decimamquartam plenam, idest, Mariam tam lumine gratiæ q̄ verbo Dei repletā, vt meritò si resurrectionem spirituale celebrare volumus, ad ipsius gratiæ plenitudinē recurramus. eccles. 43. A luna signum diei festi. Quintò ratione suæ meditationis. Nam ſm Hippocratem luna est coniungens cœlestia cum terrestribus. Sic & Virgo Maria fuit medium cōiunctionis naturæ diuinæ cum humana, qm̄ in eius vtero facta est illa coniunctio ſm illud Esai. 7. Ecce

Luna significat gloriosam Virginem Mariam.

Littore quies designatur.

Iob 21.

Iosue 10.

Luc. 1.

Isidorus.

Act. 19.

Ephesus.

Ambr.

Hippo.

Ecce virgo concipiet, & pariet, &c. Emanuel interpretatur nobiscum Deus, id est, in nostra natura. Vnde & merito ipsa dicitur mediatrix. Insuper in ipsa fuit coniuncta virginitas, quæ est portio angelica cum fœcunditate carnali, quæ est cōditio terrestris. Est aliud medium coniungens cœlestia cum terrestribus. Ex quibus merito ipsa per lunam figuratur: quam Deus nobis hic temporaliter uiuentibus dedit protectricem, quia fecit lunam in tempore. Sequitur, *Sol cognouit occasum suum*, id est, sol determinatè vadit ad occasum, ac si haberet intellectū, quia talis motus est ab intelligentia mouente. Sic enim dicimus, quòd opus naturæ est opus intelligētiæ, Per hoc enim vult Psalmista ostendere Christi passionem & resurrectionem. Quid enim nomine solis, nisi Christus intelligitur? Mal. 4. Orietur uobis timentibus nomen meū sol iustitiæ, vide ver. 77. Sol enim est rex stellarum, ac lumen earum. Propter eū enim complentur res terræ ex plantis, & fructibus, & per eum crescit, & augetur substantia earum. Sic enim est de Christo, quoniam ipse est rex stellarū, scilicet angelorum, & ab ipso illuminantur, & per ipsum etiam complentur res terræ, quia omnis perfectio nostra ab ipso est, & omne crementum spirituale. Vnde Apoc. 1. Vidi similem filio hominis, &c. & facies eius sicut sol lucet in uirtute sua. Quid autem per occasum, nisi mors intelligitur? vide vers. 1051. Quid est ergo dictū, *sol cognouit occasum suum*, nisi Christus præuidit, & cognouit passionem suam & mortem? quæ bene occasui solis comparatur. Sol enim sic occidit ut oriatur, ita & Christus ita occidit ut resurgeret. Occidit, quia uoluit, surrexit, quia uoluit, & quando uoluit, quia nemo tollit animam eius.

Sol significat Christū.

Apoc. 1.

Occasus solis significat Christi mortem.

1774 *Posuisti tenebras, & facta est nox, in ipsa pertransibunt omnes bestiæ syluæ.*

HIc agit de alternatione, & varietate temporum magis in speciali. Et primò ponit modum varietatis, secundò eius effectum, ibi, *Catuli*. Quantum ad primum sciendum, quòd maxima temporis variatio est, qua mutatur de die in noctem, & è contrario, quod facit præsentia solis super Hemisphærium nostrum, & eius absentia. Quando enim sol est super Hemisphærium nostrum, causat diem, quando autem circumeundo recedit ab Hemisphærio nostro, & circundat terram circundatam aquis, ibi diem non causat, neque noctem, sed hic tunc causat noctem. Et hoc est, quod ait, *Posuisti tenebras*, scilicet, in Hermisphærio nostro per occasum solis. Tenebræ enim nihil sunt, nisi absentia lucis, sicut nec silentium aliquid est, nisi carentia locutionis. Ideo subdit, *Et facta est nox*. Quia sicut dies est latio solis super terram, ita eius occasus causat noctem. *In ipsa pertransibunt omnes bestiæ syluæ*, quia animalia syluestria de die stant in latibulis suis, ne ab aliquo uideantur, de nocte autem perambulant quærentes sibi cibum magis quàm de die. Per hoc enim vult ostendere, & prædicere Psalmista, quomodo ad occasum veri solis tenebræ factæ sunt super uniuersam terram. Per noctem ergo intellige absentiam veri solis, id est, Christi, qui à uita præsenti per mortem abscessit, & tunc tenebræ factæ fuerunt. Et hoc maximè in Iudæis, qui in Christi morte perdentes lumen sacræ scripturæ tenebrosi, & obstinati sunt effecti. Vnde Iudæa sic effecta tenebrosa omnium immundorum spirituū habitatio facta fuit. Vnde de ipsa subditur, *In ipsa pertransibunt omnes bestiæ syluæ*. Quid enim per bestias syluæ, nisi dæmones hic accipimus? Non enim immeritò bestia dicitur diabolus. Bestia enim quasi uastia à uastando dicitur, & diabolus omnia uastare nititur bona, & corrūpere. Vnde de ipso dicitur Daniel 7. Bestia erat quasi leæna, & habebat alas aquilæ. Sicut enim leo rex est animalium, sic & diabolus omnium superborum. Iob 41. Ipse est rex super omnes filios superbiæ. Vnde & diabolum ratione superbię bestiam appellat Scriptura, dicens cuilibet humili, Bestiam terræ non formidabis. Quod exponit Greg. dicēs, Callidus quippe aduersarius bestia terræ dicitur: quia ad capiendas mortis tempore animas superbia crudelitatis effrenatur. Quos enim uiuentes blandiens decipit, hos morientes sæuiens rapit. Quocirca de electorum ecclesia per prophetā dominus

Tenebræ factæ sunt in Christi morte.

Bestia dicitur diabolus.

Iob 5.

Greg. 6. moral. c. 21.

Esa. 35.

minus

minus prolliçetur, dicens, Mala bestia non transibit per eam. Illi ergo bestiam terræ timent, qui uiuentes sui conditoris potentiam non timent. &c. Istæ ergo bestiæ terræ per Iudæam transeunt, quia ipsorum obstinata possident corda. Et sic de illis verificatum est illud Sap. 16. Superuenit illis sæua bestiarum ira. Et nota etiam ad literam, quòd istæ bestiæ dæmonum plus ambulant de nocte quam die, & fortius homines tentant. Cū enim Christus dicat, omnis, qui malè agit, odit lucem, & non uenit ad lucem, ut non arguantur eius opera, consequens est, quòd dæmones malè agentes, lucem fugiunt, & diligunt tenebras noctis, & adueniente luce diei, non tantum nobis possunt nocere. Vnde & in hymno dicitur hoc, scilicet, solis ortu omnis errorū chorus uiam nocendi deserit. Vnde & de dæmonibus dicitur, ortus est sol, & congregati sunt, & in cubilibus suis collocabunt. Hoc etiam generaliter potest intelligi de omni peccatore peccatorum tenebris obscurato, quòd oēs bestiæ agri in ipso pertransibunt, quia super ipsum potestatem habent & dominium.

1775 *Catuli leonum rugientes, ut rapiant, & quærant à Deo escam sibi.*

Hic ostendit varium effectum varietatis temporum. Et primò ostendit quòd noctis obscuritas est timorosa. Secundò, quòd lucis claritas est assecuratiua, ibi, *Ortus est sol.* Tertiò, quòd diei claritas est operosa, ibi, *Exibit.* Quartò ex hoc concludit, quòd Dei potestas est gloriosa, ibi, *Quam magnificata.* Primò ergo noctis obscuritas est timorosa, sicut enim lux naturaliter assecurat hominem & confortat, sic & obscuritas timorem inducit, & uires dissoluit, scilicet hominibus, è contra autem feris animalibus. Plus enim habet timere quis in nocte quam in die. Vnde plura mala de nocte quam de die perpetrantur, maximè ab animalibus brutis, quæ tunc maximè perambulant, vt dictum est, quia in ipsa, scilicet obscuritate pertransibunt omnes bestiæ syluæ. Vnde & nunc addit quòd in ipsa obscuritate, *Catuli leonum sunt rugientes vt rapiant*, &c. quia tunc magis ad prædam sunt auidi. Per hoc. n.

Noctis obscuritas.

A vult Psalmista ostendere ferocitatem dæmonum erga peccatores. Vbi notandū, quòd sicut inter angelos bonos est ordo prælationis, & subiectionis, sicut etiam inter homines, sic & inter dæmones aliqui principantur, vt lucifer, & alij subijciuntur. Principantes per leones figurātur, sed subditi per catulos leonum. De istis ergo catulis dicit, *Catuli leonum*, &c. quasi dicat. Nō solum principales & maiores dæmones infesti sunt hominibus, vt ipsos rapiant in escam sibi, quia peccatis nostris pascuntur, sed etiam hoc faciunt catuli leonum, idest, alij dæmones

B minores & subditi. Et aduerte quòd ait, *Vt rapiant, & quærant à Deo escam sibi,* quia neminem tentare possunt, nisi quātum Deus eis permittit, vt patuit de dæmone tentāte Iob. Sed quærunt aliqui. Et si leo diabolus nullū tentare potest, nisi quantum Deus sibi permittit, quare ergo suos electos Deus à diabolo sinit tentari? Ad hoc respondet Gregorius dicens, Bona nostra antiquus hostis maliciose attrectare appetit, sed hæc tentare Deus, non nisi benignè permittit, vt dum mens tentatione pulsante, in bonis de quibus gaudebat concutitur, imbecil

C litatis suæ debilitate cognita, in spe diuini amoris robustius solidetur. Fitq; mira dispensatione pietatis, vt vnde malignus hostis cor tentat ut interimat, inde misericors conditor hoe erudit ut uiuat, &c. Sed fortè dices. Hæc responsio est de illis, qui tentationes uincunt. Sed de illis, qui superantur, quæro cur Deus permittit tentare hominem, quem nouit esse casurum? Et ista dubitatio assimilatur illi, qua quæritur, cur creauit Deus homines, quos malos præsciuit. Ad quæ respondet Magistr lib. 2. dist. 23.

D dicens, Quæri solet, cur Deus hominem tentari permiserit, quem casurum esse præsciebat. Respondet. Sed non esset laudabile homini, si ideo bene uiueret, quia nemo malè uiuere persuaderet, cum in natura posse, & in potestate haberet vel le non consentire suadenti, Deo iuuante. Et est gloriosius non consentire, quā tentari non posse. Mouent etiam quidā dicentes. Cur creauit Deus, quos malos futuros præsciebas? Respondeo, quia præuidit, quid de malis eorum esset facturus. Sic enim eos fecit vt relinque-

Maiores diaboli leones, Minores catuli dicuntur.

Quæstio. Tētari suos permittit Deus & quare.

Greg. 2. moral. c. 32.

Tentari quare permittit Deus quos casuros præsciuit.

Respon.

Quare creauit Deus quos futuros malos præsciuit.

ret

ret eis, vnde aliquid facerent. Et si culpa biliter aliquid facerent, illum de se laudabiliter operantem inuenirent. A se habent uoluntatem malam, & ab illo naturam bonam, & iustam pœnam.

1776 *Ortus est sol, & congregati sunt, & in cubilibus suis collocabuntur.*

HIc ostenditur, quomodo lucis claritas est assecuratiua, quia scilicet ad ortum lucis solaris feræ in cubilibus suis congregantur, quæ de nocte vagando quærunt prædam, ideo securius est hominem de die ambulare, quàm de nocte. Per hoc enim vult Psalmista ostendere, quòd sic moriente Christo, leo est suis catulis circuiés multos rapuit, quia etiam ipsos Apostolos à Christo fugauit; Apostolorum principem ad negandum ter Christum induxit. Et per consequens fortius alios strauit. Sic & Christo resurgente, illi ad fidem surrexerũt, & dæmones territi fugati fuerũt. Et hoc est, quod ait, *Ortus est sol*, scilicet, Christus, qui per mortem occiderat prius. *Et congregati sunt*, dæmones scilicet, qui prius tentando erant dispersi. *Et in cubilibus suis collocabuntur.* Quid enim sunt cubilia dæmonum, nisi corda peccatorum in quibus habitant per peccata diuersa? vide vers. 555. Et attende, quòd Christus sol maximè dicitur, quia ad modum lucis solaris omnia aduersa & dolores mitigat. Docet enim experientia, quòd, luce solis adueniente, alleuiantur infirmi. Lux incarceratis præstita eorum pœnã mitigat. Lux cęcis reddita, eis ingerit cõsolationem, iu tm̃ q̃ sine luce nullus põt esse iucundus Propter q̃ dicitur Tob. 5. Quale gaudium potest esse mihi, qui in tenebris sedeo, & lumẽ cęli non uideo? Vnde. d. Damas. q̃ lux solaris tenebras expellit, mętores dissoluit, ægritudines alleuat, & oẽm speciem lætã, iucundãq; facit, oĩbusq; rebus formam tribuit, & decorem. Sic & Christus ad modũ veri solis, & lucis oẽs aduersitates infirmitatesque alleuat. Et hoc suo ortu, & resurrectione spẽ victoriæ ex aduersitatibus tribuit, & post aduersitates gloriosus resurgẽs, nomẽ, q̃ est super oẽ nomẽ accepit. Vnde resurrectio Christi per solis ortũ denotatur Marc. vlt. cũ dr̃, q̃ mulieres venerunt ad monumentum, orto iam sole.

Christus dicitur lux.

E *Exibit homo ad opus suum, & ad operationem suam vsq; ad uesperam.* 1777

OStenditur hic quomodo lucis claritas est operosa. Sicut enim animalia fera in die stant in latibulis, ne capiantur, de nocte autem perambulant, prædam sibi quęrendo, sic homo, qui est animal rationale, per oppositum de nocte quiescit, & in die exit ad opus. Per hoc vult ostendere Psalmista, quòd Apostoli, & alij prædicatores fidei, qui ante Christi resurrectionem opus prędicationis eis à Christo impositum, timore cõcussi non audebant exercere, post Chri-
F sti resurrectionem, & spiritussancti missionem fortes effecti, per totum mundũ opus eis commissum viriliter adimpleuerunt. Vnde ipsos apostolos sic roboratos sub nomine hominis ponit. d. *Exibit homo ad opus suum*. Nec immeritò quia propriè solum ille dicitur homo, qui uiuit s̃m rationem. Qui aũt sensualiter viuit, non homo, sed bestia debet censeri: vide vers. 558. 589. Et aduerte, q̃ Apostolos non dicit homines in plurali, sed singulariter homo, & propter unitatẽ summam, quam adinuicem habuerũt post
G Christi resurrectionem, vt de ipsis dicatur, Act. 4. Multitudinis credẽtium erat cor vnũ, & anima una. De istis ergo omnibus in singulari numero. d. *Exibit homo ad opus suum*, vt puta Petrus Romam, Andreas Achaiam, Matthæus Aethiopiam, Bartholomæus Indiam, opus Euãgelistæ faciendo perambulauerunt. De quo opere ait Apostolus 2. Tim. 4. Opus fac Euangelistæ, ministerium tuũ imple. Et quia istud opus deuotè fecerunt vsq; ad finem vitæ ipsorum, ideo subditur. *Et ad operationem suam vsque ad uesperam.* Per vesperam enim quæ est finis diei, in-
H telligitur mors, quæ est finis vitæ hominis. Sic enim uesperam pro morte accepit propheta dicens, De mane usque ad uesperam finies me.

Homo dicũtur apostoli.

Vespera significatur mors.

Esa. 38.

1778 *Quam magnificata sunt opera tua, domine, omnia in sapientia fecisti, impleta est terra possessione tua.*

HIc concluditur ex prædictis, quòd Dei potentia, & operatio est gloriosa. Quis enim posset excogitare magnis-

gnificentiam operum Dei prædictorũ etiam quo ad literam, quomodo mundum, vt dictum est, disposuit, quomodo elementa adinuicem composuit, qualiter cælos disposuit, &c. Quo vero ad intelligentiam spiritualem: qualiter homines creauit, qualiter aliquos ab æterno prædestinauit, & aliquos reprobauit, &c. vide uersi. 1590. Quæ tamen omnia in sapientia fecit: quia per verbum suum: quia omnia per ipsum facta sunt, quod verbum est sapientia patris. Pro cuius intelligentia notãdum, quod sapientia patris dicitur verbum patris, vel filius Dei. Vbi nota, quod verbum in nobis dicitur proprie, non vox prolata exterius, sed notitia mentis interior. In nobis autem est duplex interior notitia, s. informis & perfecta, quia nostra cognitio procedit de imperfecto ad perfectum, primo Ethic. Et ideo de re primo habemus notitiam imperfectam & vniuersalem, & talis non dicitur verbum, sed cogitatio. Ab illa autem notitia confusa & imperfecta procedimus ad notitiam rei discretam & perfectam, quæ à Philosophis dicitur diffinitio, à sanctis autem dicitur mentis verbum. Et ista notitia perfecta quæ est in mente, dicitur verbum vel sapientia nostra. Vox autem exterior propriè nõ est verbum nec sapientia, sed solum manifestatio interioris verbi & sapientiæ, vt dicit Aristot. primo Perihermenias, quod voces sunt eorum, quæ sunt in anima, passionum notæ. Ex hoc autẽ deuenire possumus in cognitionem sapiẽtiæ siue verbi diuini. Vt. n. ab omnibus conceditur philosophis, Deus est naturę intellectualis. Et ideo in ipso ponitur verbum, quod est perfecta notitia, & sapientia omniũ: quo unico verbo immenso vel vnica immensa sapientia, Deus perfectissime seipsum cognoscit, & omnia alia, quæ sapientia per omnia sibi est æqualis: aliter seipsum perfectissimè non cognosceret. Istud autem Dei verbum, vel sapientia dicitur filius Dei. Ad cuius euidentiam sciendum, quòd de ratione filiationis naturalis, & propriè dictæ, sunt tria. Primũ quod ibi sit origo vnius ab altero, sic quod sicut nullus potest esse homo, nisi sit animal, sic nullus naturaliter potest esse filius alterius, nisi sit ab illo originatus. Secundũ quod requiritur, est, quod ibi sit originatio viuentis à viuente. Non. n. sufficit originatio. Nam frumentum originatur a terra, non tamen proprie dicitur filius terræ, sed oportet quod vtrumque, s. originans, & originatum habeat uitam. Sed nec hoc est sufficit, vt puta vermis viuus originatur ab homine viuo, non tamen propriè eius filius dicitur. Sed requiritur tertium, s. quòd originãs, & originatum sint similes in natura specifica. Sic. n. animal viuum originatum ab animali viuo eiusdem speciei, dicitur eius filius. Et ista tria complent rationem filiationis naturalis, s. originatio viuentis à viuente infra eandem speciem. Ex prædictis duo apparent. Primum quare sapientia nostra, vel verbum non dicitur filius noster, quia non procedit viuũ à viuente, neq; sunt eiusdẽ speciei, cũ vnum sit accidens, & aliud substantia. Secundũ quod sapientia Dei vel verbum propriè dicitur filius Dei naturali. Quia ibi sũt omnia tria prædicta, s. originatio, quia verbum quodlibet originatur à mente: cuius est verbum vel sapientia. Secundũ quia ibi est processus viuentis à viuente quia sapiẽtia Dei est vita: Deus est vita: quia essentia diuina essentialiter est vita. Tertium, quia ibi est similitudo immo identitas specifica, quia omne, quod est in deo realiter est Deus, vt dicit Mag. li. 1. d. 8. Ex quibus omnibus sequitur quod Dei sapientia realiter est filius Dei naturalis. Et de filio sub nomine sapientiæ hic ait ps. *Omnia in sapiẽtia fecisti*, quia Deus omnia fecit in filio, vel per filiũ Ioan. 1. Omnia per ipsum facta sunt. Sed quõ omnia Deus fecit in sapientia, notandũ est, quod omnia creata producũtur à Deo; sicut artificiata ab artifice, cũ ipse Deus sit agens nõ necessitate naturæ, sed per intellectum & voluntatem. Vnde de ipso dicitur. Sapien. 7. quod omnium est artifex. Quod aũt producitur per intellectũ, & artem, producitur per exemplũ artificiati quod est in intellectu artificis, sicut dicit Philosoph 7. metaphys. quod domus, quæ est extra, producitur à domo, quæ est intra in anima. Et sic per sapiẽtiã artificis, quæ est in eius mẽte, producuntur oĩa artificiata. Cum aũt verbum diuinum, siue filius Dei sit sapientia Dei, vt dictũ est; sequitur, quòd per ipsam sapientiam Deus omnia producit. Et ideo dicit de ista sapien-

Not. totum vsque ad finem. Sapiẽtia Dei dicitur filius Dei.

Not. totum de Verbo sapientia siue filio Dei.

Aristot. de interpret. cap. 1.

Tria complent productionem & rationem filiationis naturalis.

à filio Dei qui est sapientia omnia sunt facta.

Ioan. 1. sapientia, quæ verbum Dei est. Omnia per ipsum facta sunt. Quod & nūc ostendit ps. dicens, *Omnia in sapientia fecisti.* Et per hoc vult ostendere ps. quod Deus per filium suū, qui sapientia patris dicitur, sicut omnia creauit, ita illa sapiētia omnia redemit, & recreauit. Ad quod sequitur, quòd impleta est terra possessione tua. Per terrā. n. ecclesia designatur, vt dictum est. Possessio aūt Dei dicūtur fideles. vide supra. Quid est ergo. *Impleta est terra possessione tua,* nisi quia omnia quæ in sapiētia fecisti: in sapiētia redemisti? ideo ecclesia sua impleta est fidelib.

1779 *Hoc mare magnum, & spaciosum manibus: illic reptilia, quorum non est numerus.*

Consequenter hic agit psal. de prouisione illorum, quæ habitant in aquas. Et diuiditur in partes duas, quia primò describitur maris ampla capacitas, secundò magna vtilitas, ibi, *Animalia pusilla.* Quantū ad primum sciendū, quòd hic loquitur de mari Oceano, quod totam terrā circundat, ad quod oēs aquæ confluunt, quod est magnū, & latum: quia realiter totam sphęram elementi aquæ continet. Et sic est mare spaciosū. *Manibus.* Dicit Nicolaus de Lyra, quòd hic ly *manibus*, est dictio Hebraica significans duo: s. manus, & loca. Et, si significat manus, est sensus, quòd illud mare est spaciosum ad operandum manibus, i. ad remigandum, quod fit manibus. Si autē ly manus, significet loca: tunc est sensus, quòd in illo mari sunt multa, & diuersa loca, quia multo maius est tota terra. Vel aliter secundum Grammaticos, Manes, maniū, manibus, accusatiuo manes, dicū tur dij infernales, qui in illo mari frequenter apparent. Propter quod subditur, *Illic reptilia, quorum non est numerus,* scilicet vel pisces diuersi generis, qui à nobis numerari non possunt. Vel secundum gl. *Illic reptilia quorum non est numerus,* i. mali spiritus, quorum insidiæ serpunt: quorum insidiæ sunt innumerabiles, & incautos occupant. Per hoc vult ostendere ps. quòd mare huius sęculi periculis est plenum, & dæmonum insidijs, quod cautelosè est transeundum, vt ad portum perueniamus salutis. Et ad stel-

E lam maris eleuandi sunt oculi, ne in ipso pereamus, s. ad gloriosam virginē Mariā. De quo mari ait Bern. in serm. Maria merito nuncupatur stella maris, quia exemplo virtutum præradiat vniuersis. In hoc etenim mundo quasi in mari magno, & spacioso sumus. Illic reptilia, quorum non est numerus, maligni, s. spiritus, piratæ crudeles. Quod si ventū tentationis immittant, si fluctus iræ, superbiæ, vel alterius vitij in nos iactent, si scopolis aduersitatum nos illidant: ad hāc stellam erigatur deuotè oculus cordis, & eius beneficio tempestas in aurā

F gratiæ reducetur. Quanta autem huius maris mūdi sint pericula, figuraliter ostē ditur per illas tres syrenes, quæ in mari habitant. vide versi. 653.

Animalia pusilla cum magnis: illic naues pertransibunt. 1780

Hic ponitur maris utilitas. Aduertendum tamen, quòd prima pars versus, i. *Animalia pusilla cum magnis:* spectat ad versum præcedentē. Quia dictū est, quòd in mari sunt reptilia, quorum non est numerus. subdit, quia ibi sunt anima

G lia parua cū magnis. In mari, n. sunt multi pisces valde parui, & aliqui valde magni. Per hoc. n. vult ostendere psal. quòd in præsenti mundo sunt multi infideles, aliqui magni, s. & potētes, aliqui aūt parui, & pusilli, quos infideles per animalia significat, qui fideles persequuntur. Vnde gl. ait, *Animalia pusilla cum magnis,* i. infideles pusilli, & magni, qui nondum crediderunt, qui oderunt ecclesiā, sed Christi nomine premuntur, ne sæuiant ut volunt. Vel per animalia pusilla intelligun tur in mundo humiles, & per magna superbi, quæ animalia pusilla dicuntur vo-

Animalia pusilla & magna, sūt humiles, & superbi in ecclesia.

H lucres. Vnde de arbore Daniel, qua significatur ecclesia, dicitur Dan. 4. quòd subtus arborem habitabant animalia, & bestiæ, & in ramis eius volucres cœli eō uersabantur. Per arborem. n. illam vniuersalem ecclesiam accipe, quæ etiā mare propter multas pressuras, quas patitur, dicitur. *Hoc mare magnum,* &c. In ramis eius conuersantur volucres, s. animalia pusilla per humilitatem cælestia contemplantes, & ut prælati alijs super intēdentes, sed subtus eam animalia magna, & bestiæ

Humiles et boni debent

regere, sed superbi regi & subijci. & bestiæ manent: quia terreni, & superbi peccatores per humiles & spirituales debent regi. & non regere. Sed ut notant doctores, hodie videbis mirabile, quia rectus ordo peruersus videtur. Sic q animalia, & bestiæ habitent in ramis arboris ecclesiæ, sed uolucres conuersentur in terra, quia animales, & bestiales ad prælationes altas eriguntur, sed spirituales, boni, & humiles sub arbore in terra, & in abysso relinquuntur. Quod admirans Ricardus exponens prædicta verba Daniel, dicit, Rectè in ramis arboris magnæ ecclesiæ quasi in sublimioribus conuersantur volucres cœli: quòd spirituales viri, & humiles cęlestib. succensi desiderijs, merito debent in auctoritate erigi, & honore digno super alios sublimari. Sed subtus eam habitabant animalia magna, & bestiæ. Ergo in imis animalia, & bestias coercebat, pusillos, & spirtuales subleuabat in alta. Discant ergo prælati nostri, discant hic quid facere debeant, discāt inquam indisciplinatos, & animales premere mores, honorare, & attollere bonos. Quid quæso hoc generis monstrum, quod nostri temporis arbores vrsos portat in ramis, ac leones: Volucres vero cœli & quęlibet pennata animalia, contra naturæ iura premunt in imis? Quid quęso est, quod facitis, qui bruta, & bestialia corda in sublime attollitis, & uelut ad aera suspenditis? Si verè eos diligitis, cur eis non parcitis? Nā, dum eos ad alta suspēditis, eis vtiq; ruinas præparatis. Conuersentur volucres cœli in ramis, locumq; teneant in summis, quos pēna subleuat sanctitatis. Animalia vero & bestiæ in imis resideāt Et qui pronos vultus habent ad terram per appetitum carnis, districtionem sentiant seueritatis, & iustæ humiliationis. Est.n. cōtra rationem, quòd rationale ab irrationali regatur. Quoniam, ut ait Apostolus 1. Cor. 2. Animalis homo non percipit, quæ sunt spiritus Dei, spiritualis aūt iudicat omnia. Vnde Greg. dicit, Nequaquam nosmetipsos intuemur, vt sciamus aliud in nobis esse rōnale, quod regit, & aliud animam quæ regitur, nisi ad secretum mentis redeuntes, ab omni exteriori occupatione separemur. Et tunc in semetipso vel quæ præesse debeant, viriliter, vel quæ subesse

1. Cor. 2.

A possint, infirma distinguit: vt aliud sit q in illo regere debeat tanquam vir, & rationale, & aliud tanquam animale, & fęmina, quod regatur. Ex quibus patet, q non solum in ecclesia, sed etiam in quolibet homine sunt animalia pusilla cum magnis, bestiæ, & volatilia, superbi, & humiles motus. Ex malo ergo istorum regimine, s. q animalia regant, & uolucres regantur, q animalia stent in ramis ecclesiæ, & uolucres in terra, hodie destructum est vtrunq;, s. animalia, & volucres, & spirituale, & temporale, vt Hieremias prophetauit, d. Propter malitiam habi- *Hier. 12.*

B tantium in ea, s. in ecclesia consumptū est animal, & volucre. Tamen, his non obstantibus, Deus fideles gubernat, & regit. Vnde sequi ur. *Illic naues pertransibunt.* Secundum literam hic notatur vtilitas, quia ad hoc naues pertranseunt mare, vt bona in vna terra abundantia per nauigium deportentur ad aliam terram, vbi deficiunt, & econtrario. Quantum vero ad intellectum prophetæ prædictum, per nauem significatur ecclesia fidelium, quam inter huius mundi procellas, inter animalia pusilla, & magna Deus gubernat & regit. Vnde ecclesia dicitur nauis Simonis Petri, quam Christus ascendit, Luc. 5. Hæc est nauis, sine qua in mari huius mundi nemo saluari potest, figurata per nauim, uel arcā Noe in qua omnes existentes ab aquis diluuijs sunt saluati, cæteris submersis. Gen. 7. De qua naui ecclesiæ dici potest illud Act. 27 Nisi in naui manseritis, salui fieri non poteritis, quia extra catholicam ecclesiam non est salus, nec aliquis pōt saluari, vt ait Greg. lib. 14. mor. c. 2. lib. 23. c. 4. li. 35. c. 5. & 6. Et 1. q. 1. teneamus. 24. q. 1. quia ex sola. Et uide quam propriè ecclesia dicitur nauis. Quoniā sicut

Nauis significat ecclesiam.

Luc. 5.

C

D multa ligna copulantur ad faciendū nauim, sic in ecclesia fidelium multitudo per fidem vnitur. Huius nauis gubernator est Christus, arbor est sanctissima crux, velum charitas, ventus impellens spiritus sanctus, anchora spes, sentina, peccatorum frequens meditatio. Et de hac naui dicitur Marc. 8. q Iesus ascendit nauem cum discipulis suis. Hæc ergo nauis pertransit mare huius mundi, quia nauicula Petri impelli fluctibus potest, & agitari, sed Christo eam regente, sub-

mergi non potest. 24. q. 1. à recta ergo, & multis cap. sequentibus. Et non mireris, si in plurali dicit naues, quia quamuis sit vna vniuersalis ecclesia, sit vna fides, & vnum baptisma, plures tamé sunt particulares ecclesiæ, de quibus nunc ait. *Illic naues pertransibunt.*

1781 *Draco iste, quem formasti ad illudendum ei: omnia à te expectant, vt des illis escam in tempore.*

PSal. hic declarat prouisionem diuinam generaliter circa omnia. Notã dum tamen, q̃ ista prima pars versus spectat ad versum præcedentem, quia dictũ est, q̃ in mari istius mũdi sunt animalia pusilla cum magnis, sequitur q̃ ibi etiã est draco, quem formasti ad illudendũ ei. Vbi notandum, q̃ literaliter iste draco existens in mari, dicitur quidã piscis magnæ quantitatis qui alio nomine dicitur cetus. Gen. 1. Creauit Deus cete grãdia. In Iob aũt uocatur Leuiathan. Vnde cum dicitur Gen. 1. Creauit Deus cete grandia, in Hebræo dicitur, Creauit Deus dracones magnos. Iste draco, vel cetus creatus est ad illudendum ei: vel secundum aliam literam ad ludendum in eo. Vnde ly, ad, non tenet causatiuè, vt. s. ad hoc ille draco sit creatus, vt sibi illudatur ab alijs piscibus, sed magis tenet consecutiuè, quia ad eius formationem consecuta est eius illusio. Quæ illusio talis est. Nam piscis ille, siue draco cũ sit magnus corpore, multo cibo indiget: propter quod alios pisces multum insequitur, vt eos deuoret. Propter quod alij pisces videntes cetum, naturali instinctu fugiunt ab eo, & vadunt versus littus maris, vbi cetus magnus corpore vorare ipsos non potest propter paruitatem aquæ. Vnde & cetus eos insequẽs impingit ad terram, & sic non valens ibi natare, à piscatoribus occiditur. Et sic ab alijs piscib. ei illuditur. Per hoc vult Psal. ostendere diaboli potestatẽ in hoc mundo à Christo superatam, & sibi fuisse à Christo illusum, vnde & captiuatus fuit. Vbi notandum, quod per istum draconem corpore magnum diabolus intelligitur: qui in forma serpentis tentauit primos parentes. Qui ideo magnus dicitur, quia non est potestas super ter-

Draco dicitur cetus.

Cetus quomodo illuditur, & capitur.

Draco diabolũ signat qui à Christo est illusus.

E ram, quæ comparetur ei. Sed dũ per mare huius mundi alios pisces, i. fideles deuorare vellet, peruenit ad Christũ, à quo per escam suæ carnis illusus fuit, & captus. Vnde istã materiã ad literam tractãs Greg. lib. 33. mor. c. 12. super illo verbo Iob 40. An extrahere poteris Leuiathã hamo? sic dicit. Leuiathan quippe additamẽtum eorum dicitur. Quorum vide licet, nisi hominum: quibus semel culpã præuaricationis intulit, & hanc vsque ad mortem quotidie pessimis suggestionib. extendit? Quibus dum peccatum multiplicat, pœnas proculdubio sine cessatio-

F ne coaceruat. Potest ẽt per irrisionẽ vocari Leuiathan. Primo quippe hominẽ persuasione callida diuinitatẽ se additurum promisit: sed mortalitatẽ intulit. Additamentũ ergo hominum per irrisionem dr, dũ hoc, quod non erant, se addere promisit: ẽt hoc, quod erat, fallẽdo subtraxit. Sed Leuiathan iste illusus à Christo hamo captus est: quia dum in redemptore nostro per satellites suos escã corporis momordit: diuinitatis illũ aculeus perforauit. Quasi hamus quippe fauces glutientes tenuit, dum in illo & esca carnis patuit, quam deuorator ap-

G peteret, & diuinitas passionis tempore lateret, quæ ipsum necaret, in hoc ergo mari, vel aquarum abysso, i. in hac numerositate generis humani ad omniũ mortẽ inhiabat, vitam penè omniũ vorans, huc illucq; aperto ore cetus ferebatur. Sed ad morte ceti istius ĩ hac aquarũ caliginosa profunditate mira dispositione hamus est suspẽsus. Huius hami linea est illa per euangeliũ antiquorũ patrũ propago memorata. Nam cum dr Abrahã genuit Isaac: Isaac genuit Iacob, cumq; cæteri successores interposito Ioseph nomine vsq; ad Mariam virginem describũ-

H tur desponsatam, quasi quædam linea torquetur: in cuius extremo incarnatus dominus, i. hamus iste ligaretur, quem in his aquis humani generis dependentem aperto ore iste cetus appeteret: sed eo per satellitum suorum sæuitiam morsu mordendi vires vlterius nõ haberet. Necergo iste cetus humanis morsibus insidiãs, quos vellet, vltra deuoraret, hamus hic fauces raptoris tenuit: & sese mordẽtẽ momordit. Sequitur, *Omnia à te expectãt, vt des illis escã ĩ tẽpore,* hic ĩ Hebræo

Draco diabolus à Christo qualiter fuit captus.

incipit

Hieronym. incipit versus, & in translatione Hieronymi, vbi ps. declarat prouisionem diuinam generaliter ad omnia animantia tã in aquis commorantibus quàm in terra. Et circa hoc duo facit, quia primo ostendit erga creaturas diuinam bonitatem. Secundo diuinam potestatem, ibi, *Qui respicit terram*. Prima in duas, quia primò describitur diuina bonitas, secundò ex hoc Deo agit gratias, ibi, *Sit gloria*. Circa primum primò ostenditur creaturarum necessitas, secundo diuinæ bonitatis largitas, ibi, *Dante te*. Quantum ergo

Expectare. ad primum dicit, *Omnia à te expectant, vt des illis escam in tempore*. Expectare. n. idem est, quòd desiderare, vel extra petere. Cum. n. humor radicalis vitam cuiuslibet animalis conseruet (qui per calorem naturalem consumitur) ideo exteriori cibo omnia animalia indigent ad humorem radicalem fouendum. Et sic omnia naturali instinctu desiderãt à Deo ab extra sibi dari cibum. Et hoc est, qđ alijs verbis dicitur, psa. 144. Oculi hominum in te sperant, domine: & tu das illis escam in tempore opportuno.

1782 *Dante te illis, colligent: aperiente te manum tuam, omnia replebuntur bonitate.*

HIc ostenditur diuinæ bonitatis largitas. Et ostenditur primò quantæ sit liberalitatis, secundò quantæ sit necessitatis, ibi, *Auertente*, tertiò quantæ sit potestatis, ibi, *Emitte spiritum*. Quantum ad primum sciendum, quod aliqua sunt animalia, quæ de victualibus prouisionem sibi faciũt, vt sunt homines, qui tẽpore messis frumenta colligunt pro tẽpore hyemali. Sic & formicæ faciunt. Alia autem sunt, quæ non colligunt, sed de die in diem escã sibi quærunt, vt sunt aues, & animalia fera maximè. De pri-

Formica. mis dicit. *Dante te illis colligent*. Vnde de formica dr̃ Prou. 6. Vade ad formicã ô piger, & considera vias eius, & disce sapientiam, quæ parat in æstate cibũ sibi, & cõgregat in messe, quod comedat. De alijs vero subditur. *Aperiẽte autem te manum tuam, omnia replebuntur bonitate*. Quia etiam talia animalia Deus pascit, de die in diẽ sibi parat escas. Et hoc est, quod ait Christus Matth. 6. Respicite vo-

A latilia cœli, quoniam non serunt, neque metunt, neque congregant in horrea, & pater vester cœlestis pascit illa. Per hoc vult ostendere ps. q̃ oẽs tã boni, quàm mali escas suas habent à Deo. Vbi notãdum, q̃ in mundo sunt duo capita, quæ faciunt duo corpora mystica: ad quę oẽs homines reducuntur. Primum caput est Christus, qui est caput omnium fideliũ, & sic omnes fideles sunt corpus Christi mysticum. Secundum caput est diabolus, qui est caput omnium iniquorum; cuius corpus faciunt omnes mali. Et tamen omnibus istis dat Deus escam suã. *Duo capita duorũ mystica corporum.*

B Sed attende, quod alia est esca corporis Christi, & alia esca diaboli. Vnde hic ait gl. Habet iustus cibum suum, habet & draco. Cibus draconis terra est, cui dictum est, Terrã comedes omnibus diebus vitæ tuæ, quia peccatores, qui terrena amant, cibus diaboli sunt. Cibus autem iusti est verbum Dei. Matth. 4. Non in solo pane viuit homo, &c. Si ergo bene vixeris, cibum Christi habebis. Si vero à Christo recesseris, cibus draconis eris. Et tamen nullus istorum cibum suũ potest hẽre nisi tu, Deus, dederis, quia *dante te illis, colligent*. Ante. n. quã dede- *Cibus diaboli. Gen. 3. Cibus Christi & bonorum.*

C ris illis, scilicet dæmonibus, ipsi non possunt colligere, nec tentare. Et hoc est, *dante te illis, colligent*. idest dante te illis licentiam tentandi, illi tentare possunt, & non aliter. Per tẽtationes autem multos in cibum sibi colligunt. Deinde de cibo bonorum dicitur, *Aperiente te manum tuam, omnia replebuntur bonitate*. Manus enim Dei Christus est, quæ aperitur cum reuelatur. Quasi dicat, à se non habent iusti intelligẽtiam verbi diuini, nec ad bonum, sed à Christo aperiente manum suam, idest, reuelante seipsum. Hic cadit dubium vtrum iustis li- *Manus Dei. Quæstio.*

D ceat temporalia congregare. Consimiliter dicitur psalm. 144. Aperis tu manum tuam, & imples omnẽ animal benedictione.

Auertente autem te faciem, turbabuntur: auferes spiritum eorum, & deficient, et in puluerẽ suũ reuertẽtur. 1783

HIc ostẽdit quãtę necessitatis nobis sit diuina bonitas. Quia, si desinat sua bonitate pstare nobis sua beneficia,

statim omnia animantia morerentur: quia diu sine cibo manere non possunt. Facies namq; Dei dicitur eius dilectio. vide vers. 392. Ex dilectione autem Dei nobis conceditur vt terra, aer, & aqua fructus suos producant: ex quibus vita animalium conseruatur in esse. Est ergo sensus, *Auertente autem te faciem tuam*, scilicet, tuam bonitatem, à nobis fructus necessarij non producuntur. Et sic omnia animalia fame turbarentur, & morte deficerent. Vnde subditur, *Auferes spiritum eorum*, idest, vitam ipsorum, *& in puluerem reuertentur*, scilicet in terram, quæ puluis est, de qua sunt creata animalia irrationabilia, & homo quo ad corpus. Per hoc autem vult ostendere psalm. quòd nulla virtus in homine remanere potest, nisi Deo efficiente: quia statim vt auertit Deus faciem suæ gratiæ à nobis, cadimus & nulla virtus in nobis virescere potest. Quid enim proficiet prędicator auditoribus, si ab eis auertatur gratia Dei? Certè nihil. Et hoc est, quod dicitur Iob 12. Si continuerit aquas, omnia siccabuntur, Quod exponens Greg. ait. Aquarum nomine spiritussancti gratia accipitur, Christo dicēte. Qui credit in me, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ: hoc autem dicebat de spiritu sancto. Ait ergo de his aquis. Si continuerit aquas, omnia siccabuntur. Quia si Spiritussancti gratia ab audientis mēte subtrahatur, arescit protinus intellectus, qui iam per spem viridescere in audiente videbatur, &c. Vel aliter vt sonet in bonum, vt per faciem intelligantur prospera, sicut per dorsum aduersa. Et sic auertit Deus faciem ab aliquo, & dorsum vertit ad illum: quando aufert ab ipso prospera, & immittit aduersa, vt spiritus superbiæ deficiat in ipso, & spiritus humilitatis formetur. Et ad istum intellectum hunc passum exponit Gregor. super illo verbo Iob 34. Deficiet omnis caro simul, & homo in cinerem reuertetur, dicens, Simul omnis caro deficit, quando iam nullis suis motibus seruit. quia præsidens spiritus cuncta eius fluxa restringit, & quodam discretionis suæ gladio, omne, quod in illa male viuebat, interficit. Et infra. Nam quanto quisque incipit superius viuere, tanto & inchoat inferius interire.

Gratia remota prædicatio nō proficit.

Gregor. 11. mor. c. 6.

Aqua est gratia Spiritussancti.

Gregor. 24. mor. c. 26.

E Iuxta effectum namque carnalis operationis omnis caro Paulo simul defecerat, cum dicebat, Viuo ego, iam nō ego, viuit verò in me Christus. Vnde & rectè subditur, Et homo in cinerem reuertetur. In peccato enim quisque positus mortalitatis suæ obliuiscitur, & terram se esse non meminit, dum adhuc per superbiam inflatur. Post conuersionis verò suæ gratiam cum humilitatis spiritu tangitur, quid se esse aliud quàm cinerē recordatur? Sic enim Abraham in puluerem reuersus fuerat dicens, Loquar ad dominum meum, cum sim puluis, & F cinis. Et si viuentem carnem necdum in terra mors soluerat: hoc tamen apud se erat, quod se futurum absque dubitatione prævidebat. Hinc alias dicitur. *Auferes spiritum eorum & deficient, & in puluerem suum reuertentur*. Quis autem eorū spiritus, nisi spiritus superbiæ nominatur? Tollatur ergo spiritus eorum, & deficient, idest, subducto superbiæ spiritu, nihil de se esse cognoscerent, *& reuertētur in puluerem*, idest, humilientur ex infirma conditione propter hunc puluerem, ad cuius memoriam qui seipsos cōsiderant, reuocantur. Ad istum etiam in G tellectum hunc versum exponit gl. hic, dicens, Multi repleti bonitate Dei sibi tribuunt, quod habent: & facti sunt sibi placentes. Volens autem eos probare Deus, quòd à se hoc non habent, sed à Deo, vt ea bonitate habeant humilitatem, aliquando ipsos perturbat: auertit ab eis faciem, & cadunt in tentationem. Et ita ostendit illis, quia quòd iusti erāt & rectè viuebant, eo regente fiebat. Sed quare metuebas? Ecce per hoc. *Auferes spiritum eorum*, idest, superbiam, & *deficient* omnino, ut conuertantur, & clament, *Defecit spiritus meus*, de peccatis H pœnitentes: *& reuertentur in puluerem*, idest, se esse puluerem cognoscent.

Galat. 3.

Humiliat consideratio propria fragilitatis.

Genes. 1.

Aduersa humiliant.

Emitte spiritum tuum, et creabuntur: & renouabis faciem terræ. 1784

Hic ostendit diuinæ bonitatis potestatem. Quia sicut Deo auertente suam bonitatem, omnia deficiunt, sic illam emittente omnia, quæ defecerant, renouantur. Patet in naturalibus, quia plantæ, arbores, & herbæ, quę in hyeme defecisse

defecisse videntur: Deo in vere emittē-A te spiritum suum, id est, effectum suæ voluntatis, vel bonitatis iterum creari videntur, & reuiuiscere. Et per hoc terra renouari videtur, quia de nouo ornatur floribus, folijs, herbis, & fructibus. Per hoc autem vult ostendere psal. quòd sicut Deo auertente à nobis faciem bonitatis, omnis in nobis deficit virtus, sic se ad nos conuertente per gratiam, omnis virtus perdita recuperatur: quia non minoris potestatis est sua gratia quæ per spiritum significatur ad viuificandum, quàm fuerat peccatum nostrum ad mortificandum. Et hoc est, quod ait, *Emitte spiritum tuum, & creabuntur*, scilicet homines noui efficientur in virtutibus. Homo enim dum de statu culpæ venit ad statum gratiæ, creari dicitur, & nouus homo effici, quia de non homine totali, fit homo rationalis, & de non grato fit gratus. Vel dicit. *Emitte spiritum tuum, & creabūtur*, s. virtutes, quæ prius erant perditę, creabuntur: quia non illę materialiter redeunt, sed aliæ quas illarū loco Deus creat de nouo, sicut & gratiam confert de nouo creatam. Et tunc facies terræ renouatur, scilicet esse hominis, qui est de terra. vide vers. 1736. Notandum, ꝙ per spiritum sanctum merito in virtutibus creari dicimur, & renouari. Consideremus igitur quos effectus Spiritussanctus in anima facit ad quam descendit: qui sunt multi. Primo Spiritussanctus est purgatiuus culpæ inficientis: gratia enim cum contraria sit peccato, insimul cum peccato stare non potest, ideo adueniente spiritussancti gratia, statim omnis expellitur culpa Esaiæ 4. Si lauerit dominus sordes filiarum Siō, & sanguinem lauerit de medio eius in spiritu iudicij, & in spiritu ardoris. Sion enim significat animas, quæ Deum per fidem debent contemplari, Vnde & Siō specula interpretatur. Per sordes vero intellige peccata spiritualia. Prouerb. 30. Generatio, quæ sibi munda videtur, non est lota a sordibus suis. Per sanguinem vero peccata carnalia intelliguntur. Esa. 1. Manus vestræ sanguine plenæ sunt. Ista autem lauantur, & purgantur per spiritum sanctum, qui dicitur spiritus iudicij, quia bonos discernit à malis. Dicitur spiritus ardoris, quia animā

Spiritussanctus in anima multa bona facit.

ad Dei amorem accendit, ad desideriū æternorum. Hanc purgationem postulabat Dauid. d. Amplius laua me ab iniquitate mea, &c. Et infrà. Cor mundum crea in me, Deus, & spiritum rectum innoua in visceribus meis, &c. Secūdo spiritus sanctus est infusiuus gratiæ viuificātis. Anima enim sine gratia spiritussancti mortua est. Ioan. 6. Caro nō prodest quicquam, spiritus autem est, qui viuificat. Figura Ezech. 37. de cāpo pleno ossibus, quæ spiritum non habebant, quæ per spiritum flantem à quatuor ventis viuificata fuerunt. Quid enim per ossa B arida non habentia vitam, nisi animę carentes vita gratiæ designantur? Sed per spiritum sanctum à quatuor ventis flantem viuificantur. Per quatuor ventos intellige quatuor conditiones, quas spiritussanctus immittit, quibus anima vitā gratiæ sumit. Primus est ventus Aquilonaris: cuius principalis qualitas est siccitas, per quam defectus mundanorum intelligitur, vt arida ab homine nihil reputentur. Per ventum occidentalem, cuius principalis qualitas est frigiditas, intellige carnis mortificationem, per quā ardor carnalis concupiscentiæ refrigera C tur. Per ventum meridionalem, cuius principalis qualitas est humiditas, intellige misericordiam, & compassionē, quę cor durum humectat. Per ventum vero orientalem, cuius principalis qualitas est caliditas, intellige amorē & charitatem. Ab istis ergo quatuor ventis spiritussanctus emittitur, quia dictas conditiones per dictos ventos significatas largitur, per quas anima prius mortua, resuscitatur per gratiam. Et hoc est quod dicitur Rom. 8. Viuificauit mortalia corpora nostra per spiritum sanctum habitantem in nobis. Vel per istos quatuor D ventos intellige quatuor considerationes, quas spiritus immittit, ex qib. anima creatur ad uitam. Primus ventus scilicet orientalis est, consideratio nostræ natiuitatis, scilicet quàm de vili materia ortus est, & iste ventus immittit humilitatem. Secundus ventus scilicet occidentalis est, consideratio mortis, & iste immittit timorem. Tertius est Australis, qui est consideratio mundanæ prosperitatis, quàm scilicet sit breuis, & incerta. Quartus est Aquilonaris, qui est con-

Psal. 50.

Ioan. 6.

Quid ossa arida.

Ezech. 37.

Venti quatuor quid significent.

Rom. 8.

Nn 4 fide-

sideratio mundanæ aduersitatis, vt patiē ter toleretur, & iste immittit fortitudinem. Tertio principaliter spiritus sanctus est collatiuus gloriæ quietantis. ps. 142. Spiritus tuus bonus, deducet me in terram rectam. Rom. 8. Qui spiritu Dei aguntur, hi filij Dei sunt: si filij, & hæredes, &c.

1785 *Sit gloria domini in seculum: lætabitur dominus in operibus suis.*

Hic ex præmissis psal. Deo gratias agit. Vbi nota, quòd per seculum hic non intelligitur aliquod tempus determinatum: sed æuum, quod fine caret. q.d. Gloria Deo detur sine fine propter beneficia tot, & tanta nobis impensa, lætabitur dominus in omnibus operibus suis: non quòd Deus ab operibus gloriam recipiat, qui in seipso gloriosus est: sed dum creaturas propter seipsum operatus est: gloriari in operibus, est in seipso gloriari. vnde Prou. 16. dicitur. Vniuersa propter semetipsum operatus est dominus: Loquitur enim more hominū, qui effectus suos diligunt, & per consequens in eis lætantur, quia dilectio sine lætitia esse non potest. Vel sic loquitur propter vnitatem corporis cum capite. Sicut enim mali lætantur, cum malè fecerint, sic & iusti delectantur in operibus bonis, & per consequens lætantur in omnibus operibus Dei, cum omnia sint bona. Lætitia autem iustorum, Dei dicitur esse.

Lætatur Deus & qualiter.

Prou. 2.

1786 *Qui respicit terram, & facit eam tremere: qui tangit mōtes, & fumigāt.*

Post commendationem diuinæ bonitatis sequitur commēdatio eius potestatis. Ad literam enim terram tremere facit Deus, quando virtute ventorum infra terram inclusorum facit terræmotus. *Tangit montes & fumigant:* quando ictu fulguris, quod frequenter cadit in montibus, incendit syluas, & tunc fumigant: nō solum quia naturaliter ex igne fumus procedit: sed etiam quia ignis fulguris magis fumigat, quàm inflammat, vt experientia docet. Per hoc enim vult ostendere psal. quòd tanta est diuina potestas, quòd peccatores quando vult per contritionem conuertit. Et hoc est terram tremere facere. Peccator namque terra dicitur, &c. vide versi. 959. Respicit ergo terram, & facit eam tremere, quando oculo suæ miæ peccatorem respicit, & ad contritionem inducit, sicut de Petro legitur Matth. 26. Respexit dn̄s Petrū, & recordatus est Petrus, &c. & egressus foras, fleuit amarè. *Sed tangit montes, & fumigant.* Quid. n. montes nisi huius seculi potentes accipimus, qui pro terrena substantia in altum tument? Hos mōtes tangit dominus, quando aduersa eis immittit, vt seipsos cognoscant. Magnus mons superbiæ erat Paulus, quando spirans minarum, & cædis in discipulos domini, accessit ad principes sacerdotum, &c. Hunc montem tetigit Deus quādo circunfulsit eum lux de cœlo, & cadens in terram audiuit uocem sibi dicentem, Saule, &c. Hic mons statim fumum emisit. Quid. n. fumus lachrymarum eductionus significat, nisi contritionem vel orationem quibus Deus placatur? Sic. n. dicitur Apoc. 8. Ascendit fumus incensorum de orationibus sanctorum de manu angeli coram Deo. Sic ergò iste mons superbię tactus à Deo statim fumigauit per contritionem, fumum orationis ad Deum emisit, dicens, Domine, quid me vis facere? Istū intellectū ponit gl. hic d. *Qui respicit terram & facit eam tremere,* quia peccatores respiciens dominus, ad tremorem contritionis inducit: quia melior est tremor humilitatis, quàm superbia uitæ. *Ipse tangit montes & fumigant,* tangit montes superbos per compūctionem, vel amissionem rerum, & tacti fumigant: quia preces contriti Deo offerunt. Iste autem fumus lachrymarum, quia fumus lachrymas educit, est purgatiuus, quia ex eo quòd lachrymas educit exterius, desiccat interius, propter quod d. Auic. quòd oēs fumi sunt desiccatiui. Vnde fumus cōtritionis educens lachrymas per oculos, interius exsiccat iniquitatis torrentes, ut ipsis desiccatis valeat anima melius inflāmari amore diuino.

Respicere Dei treme re facit peccatores per pœnitentiā.

Superbos Deus fumigare facit per contritionem vel orationem.

Fumus significat cōtritionē vel orationem. Apoc. 8.

Auic. 4. c.

Cantabo domino in vita mea: psallam Deo meo, quam diu sum. 1787

Est hæc tertia pars principalis: in qua ex omnibus præmissis concludit Dei laudem. Et diuiditur in partes tres:

tres: quia primò gratias agens Deum veneratur. Secundò peccata sua accusat, & cófitetur: *Iucundum sit ei.* tertiò pro peccatoribus orat, ut convertantur, ibi. *Deficiant.* Quantum ad primum sciendum, quòd, ut dictum fuit versicu. 389. cantare domino, est in Deo corde & voce lætari, psallere verò est manibus, & operibus Dei observare præcepta. Dicit ergo Ps. *Cantabo Deo in vita mea.* quia in uita præsenti totam nostram lætitiam in Deum ferre debemus. Sed quia præcepta ad plenum hic servari non possunt propter carnem repugnantē, ut dicit Magist. li. 3. dist. 37. de præcepto dilectionis Dei ut in ipsum feramur omnibus viribus nostris: sed solum in patria perfectè adimplebitur. Ideo psallere se dicit, non in vita præsenti sed in futura. Post hāc enim uitam homo est, quia principalior eius pars existit, scilicet, anima. Et hoc est, quod ait, *Psallam Deo meo quandiu sum.* Vel, si uolumus bene Deum laudare in præsenti uita, ei per actum pœnitentiæ debemus canere, propter quod dicit, *Cantabo Deo in vita mea.* Lachrymæ.n.& gemitus pœnitentium dulcissimum cantum in auribus Dei faciunt. Et hic est cantus quem Deo pro gratiarū actione debemus reddere, qui omnibus peccatoribus suadetur. Esa. 23. vbi cuilibet dicitur, Sume citharam: circui ciuitatem, meretrix, obliuioni tradita bene cane, frequenta canticum, ut memoria tui fit. Meretrix dicitur quælibet peccatrix anima, quæ, relicto vero sponso Christo, peccando, adulteratur cum diabolo. Cui dicitur, Facta es quasi meretrix fastidiosa. Hæc ciuitatem.s. conscientiæ suæ debet circuire, cōsiderādo peccata sua, & tunc bene canere.s. cantu contritionis, & pœnitentię, & hoc in cithara, quæ manu pulsatur: quia operibus bonis canticum suæ pœnitentiæ debet ostendere. Et de isto cantu pęnitentiali dicitur. Bonum est confiteri domino. Et sequitur, In psalterio decachordo cum cantico in cithara. Vbi nota, quòd cantus pœnitentiæ has cōditiones debet habere. Primò, ut sit in uoce per confessionem, ideo præmisit, Bonum est confiteri domino. Secundò debet esse in opere per satisfactionē, propter quod subiungit, In decachordo psalterio. Psalterium enim ut ibidem dicit glo. à superiori parte reddit sonum. Et ideo per ipsum viuificatio spiritus ex pœnitētia intelligitur. Psalterio dico decachordo, idest, decem præceptorum, per quorum obseruantiam spiritus in pœnitentia uiuificatur. Tertiò debet esse in motibus per cōcordantiam, ut.s. cum moribus lingua concordet. Et ideo subditur, Cūm cantico in cithara, cum cantico, idest, uerbo, cum cithara, idest, opere. Si enim tantum bene loqueris: tunc canticum habes sine cithara, si autem bene operaris, & non bene loqueris: citharam habes sine cantico, & ideo in pœnitentia bene loquere & bene fac, ut sit cithara cum cātico in carnis mortificatione. De isto cantu pœnitentiæ dicitur, Canite tuba, sanctificate ieiunium, &c. Et attende quòd (ut dicit Richardus super illud Psal. 97. Cantate domino, qui mirabilia fecit.) tribus modis omnis cantus distinguitur: quia aut est grauis, acutus, aut superacutus. Sic in pœnitentia debet esse cantus grauis per contritionem. cuius figura habetur 2. Paralipom. 35. ubi dicitur, quòd omnes cantores, & cantatrices super Iosiam lamentantes repleuit, scilicet, omnes pœnitentes utriusque sexus per contritionem lamentātes Iosiam mortuum, idest Christum per peccatum ab eis perditum. Item debet esse cantus acutus: hic est, qui clarius sonat, & significat confessionem Psal. 105. Cantate ei: psallite ei: narrate omnia, scilicet, uestra peccata. Item ibi debet esse cantus superacutus, qui significat carnis mortificationem, in qua caro repugnans sensualiter semper clamat & stridet. Et sic dicere poterit illud Abac. 3. Super excelsa mea deducet me uictor in psalmis canentem. Iste est ergo pœnitentiæ cantus, qui cuilibet suadetur. Ezech. 32. Fili hominum, cane carmen lugubre super multitudinem Aegypti, idest, peccatorum. Aegyptum enim interpretatur tenebræ, quæ peccatum significant.

Esa. 23. — *Cantus pœnitētia qualis debet esse.* — *Ezec. 16.* — *Psal. 91.* — *Cithara.* — *Canticum.* — *Iohel. 2.* — *Richard.* — *Cantus triplex.*

Iucundum sit ei eloquium meum, ego verò delectabor in domino. 1788

Hic Psalm. se accusat, & confitetur. Vbi notandum, quòd in scriptura nomine eloquij confessio designatur peccatorum. Sic enim de confessione dicitur

Eloquium dicitur confessio.

citur Iob 10. Dimittã aduersum me eloquium meum. Quod ad propositũ exponens Greg. dicit, Cùm præsens vita vilescere, cũ conditoris amor dulcescere cœperit, seipsum contra se animus accēdit, vt accusare se de culpis debeat, in quibus se ante supernorum nescius defendebat, vnde ait. Dimittã aduersum me eloquiũ meum. Quasi pro se eloquio suo vtitur qui praua quę gessit defendere excusatio nibus conatur. Sed aduersum se eloquiũ dimittit, qui accusat in se, quod errauit. Sępè verò cùm delinquimus, ea quoque, quæ agimus dijudicamus, accusat mens ipsa, quod perpetrat. Sed quia hoc ex desiderio minimè deserit, erubescit cōfiteri quod fecit, cùm verò toto iam iudicio carnis delectationem premit, audaci voce in accusationis suæ confessionē se erigit. Vnde bene ait, Dimittam aduersum me eloquium meum, quia fortiter mens relaxare cōtra se verba detestationis inchoat, quæ apud semetipsam prius infirmè verecundata retinebat. Et de isto eloquio confessionis nunc ait Psalmista. *Iucundum sit eloquium meum.* Sed forte dices, Cùm eloquium confessionis debeat esse amarum, quia cùm contritione, quomodo iste ait, *Iucundum sit ei eloquium meum?* Quod. n. debeat esse amarum: audi Iob dicētem, Dimittam aduersum me eloquium meum, loquar in amaritudine animæ meæ. Quod exponens Grego. ait, Sunt nonnulli, qui apertis uocibus culpas fatentur, sed tamē in confessione gemere nesciunt, & lugenda gaudentes dicunt, contra quos dicitur, Loquar in amaritudine animæ meæ. Qui. n. culpas suas rectè detestans loquitur, necesse est, vt has in amaritudine animæ loquatur, vt hæc ipsa amaritudo puniat, quicquid lingua per iudicium mentis accusat: Si ergo amarum debet esse cōfessionis eloquiũ, quomodo Psalmista ait. *Iucundum sit ei eloquium meum?* Respondeo, ꝙ amarum debet esse ex parte confitentis, sed iucundum ex parte Dei acceptātis, vnde nihil aliud est, *Iucundum sit ei eloquium meum*: nisi Deo sit acceptum. Et hoc notat glo. d. *Iucundum sit ei eloquium meum*, i. eloquium meum, quo me indico me scienti, ut se mihi indicet nescienti, sit ei iucũdũ: Et re vera sic est, quia suauis est Deo cōfessio tua. Quod autem hic ad literã loquatur de eloquio confessionis: patet, quia vbi nos habemus *iucundum sit ei eloquium meum*, alia litera habet, *suauis sit ei disputatio mea.* vbi glossa hic, Disputatio. n. hominis ad Deum est cōfessio peccatorum, quæ suauis est Deo. Confitere ergo Deo, quod es, fac bona opera, & disputa. Vnde Iob 13. dicitur. Cum Deo disputare cupio. Et verè confessio disputatio quædam dr, quia in ipsa magnũ certamen homo sustinet. Nã verecundia arguit ꝙ non debeat confiteri, quod secretum est, ꝙ nullus famam suam negligere debet, ꝙ soli Deo, qui solus peccata dimittere potest, sit confitendũ. Ex alia verò parte arguit ratio, vulnus medico occultari non debet, & hmōdi. Intantũ inualescit in mente peccatoris ista disputatio, quod maioris certaminis est peccata commissa confiteri, quàm non commissa vitare. Quod apertè ostendit Grego. super illo verbo Iob 31. Si abscōdi peccatũ meum quasi homo, dicens, Mirentur, qui volunt in Iob castitatis continentiã, mirentur integritatem iustitiæ, mirentur viscera pietatis, mirentur patientiæ vigorem. Ego verò in eo non minus admiror cōfessionem humilem peccatorũ, quàm tot sublimia uirtutum. Scio. n. quia per infirmitatis verecundiam plerunq; grauioris est certaminis commissa peccata prodere, quàm non commissa vitare. Et vnum quodque malum quãuis robustius vitetur, tñ humilius proditur. Beatus ergo Iob, qui tot magnis operibus fultus confiteri culpam non erubuit, ostēdit in virtutibus quàm humilis fuit. Sequitur, *Ego vero delectabor in domino.* q. d. Psalm. Circa confessionem peccatorum in me est disputatio partium contrariarũ, quia vna pars arguit, ꝙ nō, alia, ꝙ sic. Sed ego delectabor in illa parte, quæ arguit confitendum esse domino, & illam eligo. Et hoc est quod ait, *Ego vero delectabor in domino*, i. in parte, quæ arguit pro eo.

Greg. mor. 9. c. 33. — *Quæstio. Cōfessio debet esse amara.* — *Resp.* — *Confessio dicitur disputatio.* — *Cōfessio est magni certaminis.* — *Gregor. 22. mor. c. 14.*

1789 *Deficiant peccatores à terra, & iniqui, ita vt non sint, benedic, anima mea domino.*

Hic pro peccatoribus orat, ut conuertantur. Vbi notandum, quòd res duobus modis dicitur deficere, scilicet, quo ad esse, & quo ad modũ essendi,

Deficit quisque dupliciter.


Quo

Quo ad esse, sicut homo deficit, quando moritur, sic enim dicitur Iud. 4 Defecit, & mortuus est. Quo uerò ad modum essendi, sicut quando quis calidus efficitur frigidus, albus niger, lætus tristis. Threno. 5. Defecit gaudium cordis nostri. Et isto modo quando quis de bono efficitur malus, deficit à bonitate, & quādo de malo efficitur bonus, deficit à malitia. Sic enim per pœnitentiam peccator deficit ab esse peccatoris, & amplius peccator dici non debet, vt habetur 36. quæstione secunda, apud omnipotentem. Isto ergo modo hic Psalm. accipit deficere peccatorum, ut, scilicet, conuertantur ut amplius peccatores non sint, dicens: *Deficiant peccatores à terra*, glossa. *Deficiant*, scilicet, à peccatis ne iam sint, quod prius erant, scilicet ipsorum auferantur peccata, & mala uoluntas. Et iniqui, scilicet, qui peccant, in proximos deficiant, scilicet, ita ut non sint iniqui. Et quia ad laudem Dei est quando sic peccator deficit, ut sic Deo subijciatur uoluntariè, qui Deo ante contrarius erat. Et per cōsequens, qui suis orationibus, uel doctrina peccatorem conuertit, hic Deum laudat, ideo Psal. pro peccatoribus orās se Deum laudare fatetur, dicens, *Benedic, anima mea, domino.*

Peccator per pœnitētiam deficit quia amplius nō est peccator.

PSAL. CIV.

1790 **C**Onfitemini domino, & inuocate nomen eius, annunciate inter gentes opera eius.



ESt e Psalmus talē habet titulum, *Alleluia*. Vbi sciendum, quòd secūdum glossam, hic est primus locus, in quo in scriptura inuenitur alleluia. Est.n. nomen Hebraicum, quod nullus doctor Hebræus, Græcus, vel Latinus propter sui dignitatem unquam mutare fuit ausus. Sicut tamen primo in euangelio à Christo dictum reperitur. Sciendum ergo quòd alleluia non est solum una dictio, ut aliqui putāt, sed sunt duæ dictiones simul cōpositæ, scilicet, allelu, & ia. Nam allelu, idem est quòd laudate, & est verbum imperatiui modi. ia verò est no-

Alleluia quid sit.

A men domini, & est hic ia accusatiui casus, vnde alleluia idem est quod laudate Deū, ia enim significat Deum, ut est inuisibilis. Et sic alleluia idem est quòd laudate Deum inuisibilem. Quod autem ab aliquibus dicitur, quòd alleluia quatuor habet syllabas, per quas quatuor intelliguntur, scilicet, al, idest, altissimus. le, idest, leuatus in cruce. lu, idest, lugebant Apostoli. ia, idest, iam surrexit. Ety mologia est nominis, non significatio. Istius ergo Psalmi titulus est *alleluia*, quia totus iste Psal. nos monet ad laudē Dei ex suis operibus, & beneficijs, quæ

B contulit Deus spirituali semini Abrahæ, idest, imitatoribus eius, quæ etiam & quotidie spiritualiter intellecta exhibet. De dignitate autem & excellentia istius nominis alleluia, sic dicit Ioannes Cassianus. Alleluia tantum habet honorem, ut in Hebraica lingua sit traditū, nulloque alio sermone translatum. Hoc Græcus, hoc Latinus, hoc Chaldeus, hoc Syrus, hoc Persa, hoc Arabs, hoc tenet cuncta terrarū natio. Et quicquid est debitum diuinitati, dignitate huius nominis pia deuotione veneratur. Hoc nomen nulli absonum, nulli absur-

C dum, quia omnes celebrant gaudia sua cum huius nominis suauitate prolata. Est ergo sensus tituli, *alleluia*, idest, laudate Deum, unde & à laude Dei hic incipit Psalm. Per titulum ergo quamuis appareat materia psalmi, non tamen apparet quis fuerit auctor, unde & secundum Hieronymum auctor istius psalmi quis fuerit ignoratur, & sic iste psalmus quo ad auctorem inter psalmos ignotos computatur. Quibus uisis, uenio ad psalmi diuisionem. Diuiditur ergo in partes duas, quia Psalm. primò omnes ad Dei laudem excitat. secundò ad hoc multipli

D cem rationem assignat. ibi, *Mementote.* Prima i duas, quia primò omnes ad Dei laudem inducit. secundò modum laudandi Deum ostendit ibi, *Cantate et.* Quantum ergo ad primum omnes excitans ad Dei laudem dicit, *Confitemini domino*, scilicet, confessione laudis. Multiplex est enim cōfessio, scilicet, quædam reorum damnatiua, quædam peccatorum purgatiua, & quædam Dei laudatiua. vide versiculo octuagesimoprimo. Hic autem loquitur de confessione laudatiua. De hac

Confessio multipl.

hac confessione vide vers. 250. 1468. Vnde ad veram confessionem laudis requiritur dilectio Dei, propter quod hic ait glo. *Confitemini domino.* i. laudate Deum, quod recte solum fit ab amante Deum. Non enim est speciosa laus in ore peccatoris. An autem existens in peccato possit confiteri domino, uel ipsum laudare, quin nouiter peccet, vide versic. 825. Sequitur, *Et inuocate nomen eius.* Inuocare enim Deum est actus ad quē duo requiruntur, scilicet, mētis puritas, & fidei credulitas. Requirit enim primò puritatem conscientiæ. Nam cùm scribatur Iohe. 2. Quicunque inuocauerit nomen domini saluus erit. & tamen peccatores Deus nō exaudit, sequitur, quòd peccatores Deū non inuocant. Inuocare enim componitur ex in, & voco, uocas, & sic inuocare idem est q intus vocare. Inuocas ergo Deum quando intus uocas eum, scilicet quando in domum cordis inuitas eum. Ad faciendum primum oportet mundari ab omnibus immunditijs. In turpi enim hospitio tantum dominum inuocare non debes. Mundas autem conscientiæ hospitium, quando Deum vocas, non pro temporalibus, sed solum pro spiritualibus bonis. Si enim uocas Deum, vt det tibi luctum, lucrum inuocas, non Deum. Si inuocas eū, vt prosperes in furto, furtum inuocas non Deum. Gratis ergo, idest, sine causa auare inuoeas Deū, vt te ipse Deus impleat. Nūquid sine auro, & argento non vis illum ad te venire? Quid ergo de iis, quæ facit tibi Deus? Quomodo illa sufficient tibi, cui Deus non sufficit? Secundò inuocare requirit fidei credulitatem, vide ver. 204. Istis ergo modis inuocādus est Deus, s. eum puritate & fide, unde nunc ait Psal. *Et inuocate nomen eius.* Sequitur, *Annunciate inter gentes opera eius*, idest, cognoscere facite in populis. Quæ autem sunt opera Dei, quæ annunciare, & prædicare debemus alijs, vide vers. 657. 1370.

Inuocare Deū quid est.

1791 *Cantate ei, & psallite ei, narrate omnia mirabilia eius.*

OStēdit hic modum laudis diuinæ, ostendit enim, quòd tripliciter debemus laudare Deum. Primò vniuersaliter. Secundò delectabiliter: ibi. *Laudamini.* Tertiò perseuerāter: ibi, *Quærite dominum.* Primò debemus Deum laudare uniuersaliter, scilicet, & quo ad nos, & quo ad omnia eius opera. Quo ad nos primò, quia & intrinsecè, & extrinsecè, idest corde, & opere. Et quo ad hoc dicit, *Cantate ei, & psallite ei.* Cantate quia cantatur corde, ore, & uoce. Psallite, verò quo ad opera. Psallere enim est opere laudare, quia manibus psallitur. Quid autem sit cantare Deo, vide uersic. 482. 1145. 1643. Vel hoc intelligit de cantu charitatis in consonantia morum. Et de cantu charitatis dicitur ad Ephes. 5. Implemini spiritu sancto loquentes uobismetipsis in psalmis, & hymnis, & cāticis spiritualibus cantantes, & psallentes domino in cordibus uestris. Et vide quòd iste cantus charitatis, quo Deo cauere debemus, directè opponitur cantui prauitatis, & diaboli, ut ostendit Hugo in de. 12. abusionibus sæculi, abusione 11. dicens, differt musica Christi à musica diaboli. Illa enim canticum suum incipit à uoce sublimiori, hæc autem ab humiliori: dicēs, Discite à me quia mitis sum. In musica siquidem Christi sex sunt uoces consonæ inter se, & concordes. Prima vox concordiæ est humilitas cordis, secunda mortificatio carnis, tertia compassio, quarta consolatio, quinta oratio, sexta deuotio. In istis ergo sex uocibus cantatur domino cantus charitatis. In his auditur iubilus unitatis, consonum melos deuotionis, & dulcedo contemplationis. Et ad illum cantum charitatis, concordiæ nos inducit Psal. dicens, *Cantate ei.* Et Hugo ubi suprà consimiliter ad hoc nos inducens ait, Sunt tres species sonorum, quæ fiunt, pulsu, flatu, & cantu. Ad citharam pertinet pulsus, ad organum flatus, cantus ad vocem. Assignatur hæc consonantia sonorum, concordiæ morum, si referatur ad pulsum citharæ manuum operatio, ad flatum organi mentis deuotio, ad cantus uocis sermonis operatio. Percute ergo chordas citharæ manu bonæ operationis, vt concordes proximo per exemplum mortificatæ carnis. Imple organum cordis flatu, idest, spiritu sanctæ inspirationis, ut reddas Deo sonum piæ deuotionis. Hæc ille. Et hoc est, quòd de isto cantu quo Deo canere debemus, nobis dicit Apo-

Cantus significat charitatem, & cōcordiam.

Matth. 11.

Coloss. 3. Apostolus. Sitis in gratia canentes in cordibus vestris domino. Ad quem nos conformiter nunc hortatur Psal. dicens, *Cantate ei, & psallite ei.* Quid enim sit psallere, vide uersiculo 708. 771. 772. Sequitur, *Narrate omnia mirabilia eius*, idest loquimini de vniuersis mirabilibus eius. Hoc est quasi declaratiuum illius, quod dixerat superius. Annunciate inter gentes opera eius, nisi quòd hic additur *omnia*, & hoc ad determinandum quòd laus Dei debet esse uniuersalis, non solum quo ad nos, ut dictum est, sed etiam quo ad opera eius, vnde ait, *Narrate omnia*

Quæstio. *mirabilia eius*. Sed quomodo omnia mirabilia Dei possunt à uobis narrari, cùm sint sine numero? vide uersiculo 61. Et aduerte, quòd non dicit monstrate, uel ostendite omnia mirabilia eius, sed narrate, quia mirabilia Dei credi debent, quæ inuestigari non possunt à uobis, uide uersiculo 1182. 1466. Et quæ mirabilia narrare debemus, uide uersicu. 1268. 657. 1370.

1792 *Laudamini in nomine sancto eius, lætetur cor quærentium dominum.*

HIc ostendit, quòd Deum laudare debemus hilariter. Omnia enim opera cũ lætitia cordis debent fieri, quia omnia ex voluntate, & libertate arbitrij procedunt. Omnia autem, quæ ex uoluntate procedunt, quandam secum delectationem gerunt. Omnis autem delectatio lætitiam causat. Et hoc est, quod dicitur secundo Corinth. nono. Hilarem enim datorem diligit Deus. Vbi ex bona electione, quod lætanter faciendum est, cõformiter inducit glossa, de omni alio bono opere: dicẽs, Hilarem enim datorem diligit Deus, idest, qui ex voluntate bona dat, talem diligit Deus, & remunerat non tristem murmurantem. Qui enim dat, ut careat tædio interpellantis, non ut reficiat uiscera indigentis, & rem, & meritum perdit. Et subdit ad propositum. Quicquid ergo boni facis, cum hilaritate fac, & tunc bene facis, si autem cum tristitia facis, illud fit de te, tu non facis. Similiter & cùm bonum abstinentiæ agimus, illud lætanter debemus facere, propter quod Christus ait, Cùm ieiunatis nolite fieri tristes, & cætera, vbi

Lætitia debet esse in omnibus operibus bonis.

Matth. 6.

A ait Hieronymus. Hic præcipit, ut cùm ieiunamus, nos lætos, & festiuos esse monstremus. Similiter ergo Deum laudando, læto animo hoc facere debemus, & hoc est, quod hic ait Psalm. *Laudamini*, & cætera. *Lætetur cor*, & cætera. Vbi notandum, quòd quatuor sunt, quæ quasi idem uidentur, sed tamen differunt ab inuicem, scilicet, laus, honor, gloria, & fama. Primò enim differunt, laus, & honor à fama, & gloria, tanquam causa ab effectu. Ex hoc enim, quòd aliquis laudatur, & honoratur, apud alios habet famam, & gloriam. Honor etiam

Laus honor gloria & fama differunt.

B differt à laude tanquam genus à specie: quoniam laus propriè stat in uerbis, quibus aliquis honoratur, & commendatur, sed honor non solum est in uerbis, sed etiam in alijs signis exterioribus, ut dicitur primo Rhetoricæ, fama autem differt à gloria, quia ex honore fama procedit. Ex hoc enim quod quis honoratur, consequenter laudatur, & ex laude sequitur gloria, ex gloria autem autem sequitur fama. Ex quibus apparet, quòd laus est honor verbis alicui exhibitus. Cùm igitur honor nulli debeatur nisi uirtuoso, (vt habetur 3. Ethicor.

Arist.

Laudem soli boni merentur.

C quia est exhibitio reuerentiæ in testimonium uirtutis) sequitur quòd consimiliter solus uirtuosus, & bene operãs laudem meretur. Vnde sicut honorem uitioso exhibere, est falsum dare testimonium, sic & laudare non uirtuosum. Ad propositum ergo ait. Psal. *Laudamini in nomine sancto eius*. Non est aliud quàm dicere, nisi sic uirtuosè operamini sub nomine sancto eius, ut laude digni sitis. Et hoc est quod hic ait glo. *Laudamini in nomine sancto eius*, idest, operamini sic, vt laudemini. quod bene operantes solum merito possunt. Sed ne ex bonis operi

Glossa.

Laudem bonorum operũ Deo non nobis dare debemus.

D bus tibi ascribas laudem, sed soli Deo à quo bonum habes quo laudaris, ideo dicit, *Laudamini*, non in uobis: *Sed in nomine sancto eius*. Vt qui gloriatur, non in seipso, sed in domino glorietur. Quod dicit contra hypocritas qui de bonis operibus laudẽ sibi quærunt, non Deo, & sic faciendo, furtum committunt. De quibus ait Gregor. Hypocritarum uita ad bona opera peragẽda infusionẽ quidem superni muneris percipit, sed in cunctis, quæ agit exteriores laudens appetens, à fructu

Gregor. 8. mor. c. 25.

fructu perceptæ infusionis inanescit. Sæpe namque mira signorum opera faciũt, ab obsessis corporibus spiritus expellũt, prophetiæ dono ventura quæque sciendo præueniunt. Sed tamen à largitore tot munerum cogitationis intentione diuisi sunt, quia per eius dona, nõ eius gloriam, sed proprias laudes quærũt. Cumque per accepta bona sese in laude sua eleuant ipsis muneribus contra largitorem pugnant. Inde quippe contra dantem superbiunt, vnde ei amplius humiles esse debuerunt. Sed eo eos postmodum districtior sententia percutit, quo nũc superna bonitas & ingratos largius infundit. Fitque eis amplitudo muneris incrementum damnationis, quia irrigati fructum non ferunt, &c. Contra istos ergo ait Psalm. *Laudamini in nomine sancto eius*, idest, omnem vestram laudem nomine eius attribuite. Si autem quæras, quod est nomen sanctum domini in quo laudari debemus. Respõdet glossa, quòd est nomen Christi, quo Christianus diceris in quo laudaris, quando Christum imitaris operibus. Sed quia omnia ista, non ex timore, sed magis amore iustitiæ lætanter sunt facienda, ideo subdit. *Lætetur cor quærentium dominum*. Non quidem lætetur in seipso sed in domino. Sic enim dicitur Psalmo centesimoquadragesimonono. Lætetur Israel in eo, qui fecit eum, & filiæ Sion &c.

Hypocritæ cum Deum pugnant.

1793 *Quærite dominum, & confirmamini, quærite faciem eius semper.*

HIc ostendit, quòd Deum laudare debemus perseueranter. Nullum enim opus sine perseuerantia laudẽ meretur, nec præmium, ut ostendit Bernardus super illo verbo Christi, Qui autem perseuerauerit usque in finem, &cæt. dicens, Perseuerantia sola meretur viris gloriam, coronam uirtutibus, &cæt. vide versic. 844 Et hanc nobis præcipit nunc Psalm. dicens. *Quærite dominum, & confirmamini.* glossa, idest, quærite dominum vobis in præmium, unde hic versus est quasi confirmatio præcedentis, ubi dictũ est, quòd in omnibus nostris operibus non laudem nostram, sed domini quærere debemus. Quod nunc confirmans ait, *Quærite dominum*, & nõ laudẽ vestrã, &c.

E Vbi nota, quod hic quæritur dominus per fidem, sed in futuro per clarã visionem. In futuro autem fides non erit, sed cessabit, adueniente specie. Confirmatur autem fides in præsenti, quando durat vsque ad ultimum articulum vitæ. Sed visio in futuro nullo termino finitur. Et ideo de uita præsenti dicit, *Quærite dominum, & confirmamini*, scilicet, per fidem. De futura verò vita subdit, dicens: *Quærite faciem eius semper.* Vel ly *semper*, potest referri ad præsentem vitam, & futuram. vt sit sensus, *Quærite semper*, idest, in præsenti, & in futuro, tunc enim sine fine F quæritur, quia qui amatur, semper desideratur, & semper quæritur, ne sit absens, sed semper præsens. Malus autem potest timere præsentiam, quam bonus amat. Quomodo autem Deus quærendus sit, vide versicu. 1125. Per faciem autem Dei Christus intelligitur, in quo totaliter beatificamur, & quo ad animam & quo ad corpus, vide versic. 150. 1374. Vel per faciem Dei intellige verbum Dei, versiculo 459.

Mementote mirabilium eius, quæ fecit, prodigia, & iudicia oris eius. 1794

G COnsequenter hic Psal. recitat Dei beneficia, quæ homines ad laudem Dei excitant. Et diuiditur ista pars in partes quinque secundum quinque tempora quæ narrat, in quibus Deus beneficia sua contulit populo suo. Prima pars continet tempus ab Abraham usque ad Iacob, in principio. Secunda tempus à tempore Iacob vsque ad Ioseph, ibi, *Et statuit illud in Iacob*. Tertia à Iacob vsq; ad Moysen, ibi. *Et vocauit famem super.* Quarta à tempore Moysi vsque ad Iosue, ibi, *Misit Moysen.* Quinta à tempore H Iosue vsque ad ingressum terræ promissionis, ibi, *Et eduxit populum suum*. Prima autem pars diuiditur in partes quatuor, quia primò implicitè Dei mirabilia notantur, secundò auditores vt attendant excitantur, ibi, *Semen Abraham*, tertiò Dei mirabilia ad omnes gentes perducuntur, ibi, *Memor fuit.* Quantum ad primum sciẽdum, quòd tempore Abraham Deus multa mirabilia pro suis operatus est. Vt puta quando Abraham cum vxore sua ingressus est Aegyptum, Pharao

Abraha Deus fecit mirabilia.

rex Aegypti tulit Sara, vxorem Abrahã, vt habetur Gen.12.quę erat pulchra nimis. Deus autem miraculosè flagellauit regem Aegypti,sic quòd illam cognoscere non potuit, sed intactam restituit uiro suo, ipsumq; in multis ditauit,ut ibidem habetur. Similiter miraculosè eius tempore subuertit Pētapolim,igne cum sulphure emisso de cœlo,& de medio ipsorum saluauit Loth, nepotem Abrahæ per manum angelorum. Genes.decimonono. Similiter cùm venisset Abraham in Gerare: Abimelech rex terræ tulit Saram vxorem Abrahæ,Deus autem miraculosè ipsam custodiuit ne pollueretur ab eo.Nam ut habetur Genes. 20. Deus statim in nocte apparuit ipsi regi Abimelech,dicens,En morieris propter mulierem,quam tulisti,redde eam uiro suo, Restituit eam,& munera multa dedit ipsi Abrahæ. Et multa alia fecit tempore Abrahæ,vt patet ex decursu libri Geneseos ab 11.capitulo usque ad capitulum 25. Et nota,quòd ista Dei mirabilia uocantur prodigia. Prodigium enim dicitur,quasi procul à digito,idest,ab ostensione, quia talium causa à uobis ostendi non potest. vtpura quòd super Pentapolim plueret ignis,& sulphur,nullus naturalium causam posset assignare, nec Dei uolũtatem nobis occultam. Quòd uxor Loth illo tempore uerteretur in statuã salis,causam nullus reddere posset.Propter quod prodigia vocantur. Et hoc est quod ait, *Mementote mirabilium eius, quæ fecit*,quæ,scilicet,sunt prodigia eius,sunt & iudicia oris eius. Quod ideo dicit, quia flagellatio dictos regum fuit quidam effectus diuinæ iustitiæ,effectus autem iustitiæ siue actus iudicium uocatur. Nota ergo, quòd Dei memoriam & operum eius habere debemus. uide versiculo 715.1230.

Mirabilia dicũtur prodigia.

1795 *Semen Abraham serui eius filij Iacob electi eius.*

HIc auditores excitãtur. Cùm enim semen in seipso gerat similitudinẽ eius, à quo deciditur,unde & postea per illud aliud simile in specie generatur, & filius sit semen patris, patet quòd filius patrem imitatur, & hinc est, quòd omnes alterius imitatores, semen illius di-

Semen dicuntur imitatores.

A cuntur. Sic enim illis lubricis iudicibus, quia imitabantur Chananeos in suis immunditijs:ait,Semen Chanaan,& non Iuda.Sic & imitatores Iacob ipsius semẽ dicitur. Psal.21. Qui timetis Deum,laudate eum uniuersum semen Iacob glorificate eũ. Merito ergo sequitur, quòd semen Abraham debet recordari de mirabilibus factis in ipso Abraham vel tẽpore suo sicut & ille recordabatur. Dicat ergo, *Mementote mirabilium eius*,&c. Sed qui sunt illi qui debent recordari? Isti sunt successores Abrahæ, quia semen Abraham serui eius.Sic & consequenter B filij Iacob electi eius. Vocat enim Abraham seruum propter actum maximum obedientię,quam ostendit obediẽs Deo in immolatione sui unigeniti. Sed Iacob uocat electum, quia in uẽtre matris fuit à Deo electus,& Esau reprobatus. Per hos ergo filios Abraham, & Iacob uult intelligere omnes fideles istorum imitatores in fide,qui Dei mirabilia meditari debent. Notandum ergo,ut imitari possimus Abraham, quòd ipse multarum virtutum nobis ponitur in exemplum, scilicet, fidelitatis, quia fuit citus credendorum amplexator. In ipso enim primũ C signum fidei reperimus, scilicet, circuncisionem: sicut in nouo testamento baptismus fideles distinguit ab infidelibus. Propter quod de ipso dicitur, Credidit Abraham Deo & reputatum est ei ad iustitiam. Hoc ideo ad testimonium eius credulitatis adducit Apostolus ad Rom. 4. & ad Gal. 3. Vbi notandum est,quòd Abraham, quamdiu fuit in domo patris, signum fidei non accepit,scilicet,circuncisionem, sed postquam ad præceptum Dei egressus est de domo sua, & patris sui.vt habetur Genes.15.Et infra.Et hoc ad denotandum,quòd qui fidem uult su- D scipere ad naturalia instrumenta non debet intendere uel rationes, sed egredi de domo sua,idest,intellectum suum captiuare in obsequium fidei. Vnde Orig. super Gen.ait, Abraham cùm adhuc carnalis natiuitatis uocabulum ferret, non poterat suscipere testamentum Dei, fidei signum,circuncisionem. Et ideo exiuit de terra sua, & de cognatione sua, & ad eum secretiora deferuntur,unde primo dicitur ei. Non uocaberis Abram, sed Abraham erit nomen tuum. Tunc

Dan.13. *Psal.21.* *Gen.22.* *Rom.9.* *Abraham fuit exemplum fidei.* *Gen.15.* *Fides non innititur naturalib. rationibus.* *Origenes.* *Gen.17.*

& testamētum Dei signaculum fidei accepit circuncisionem, quam non potuit recipere, cùm esset in domo patris sui, & in consanguinitate carnali, vt ostēdat volentem credere extra se & suos oportere exire, vt non sensibus suis, nec scientijs mundanis innitatur, sed ab omnibus his exutus, soli Deo intellectum suum subijciat. Sicut & Abraham, de quo scriptum est, Credidit Abraham Deo, & reputatū est ei ad iustitiam. Et hinc est, quòd in generatione Christi in quo nostra fides cōsistit, Abraham primus pater ponitur, ut fidei typum gerens. Vbi notādum, quòd ad veram fidem tria requiruntur, scilicet, fidei deuotio, operum fidei executio, & aduersitatum pro fide toleratio. Quæ tria in Christi generatione denotantur, vt, scilicet, in Abraham fides, in Dauid operatio, in transmigratione Babylonis toleratio. vt ostendit Gualfred. super illo uerbo Matth. 1. Ab Abraham vsque ad Dauid generationes sunt quatuordecim, dicens, In genealogia saluatoris triplex est distinctio. s. ab Abraham vsque ad Dauid, à Dauid vsque ad transmigrationem Babylonis, & exinde vsque ad Christum. Tria enim nobis necessaria sunt ad salutem, ut quisque in seipso per fidem veram patiat saluatorem, scilicet, deuotio fidei, fortitudo operis, & tolerantia tribulationis. Abraham autem prima fidelitatis, & credēdi via est dictus pater multarum gentium. quia fides parēs est omnium uirtutum. Dauid autem manu fortis, formam exprimit sanctæ actionis. Transmigratio autem in Babylonem, est subire confusionem, sustinere tribulationem. Quæ quamuis pluribus propter peccata sua acciderit, indignatur tamen Deus iis, qui recalcitrant, & susci pere disciplinā recusant. Post igitur istā triplicem partum seriem per fidem in nobis vere nascitur Christus, quia electus quisq; per hæc tria in fide saluatur. In singulis autem distinctionibus generationes quatuordecim numerātur, quia necesse est, vt in omnibus decalogo legis quatuor euangelistæ fideliter socientur. Docemur. n. in lege quid credēdum per Abraham, quid agendū per Dauid, quid sustinendum per Babylonis transmigrationem, Sed in his omnibus fine euangeliorū fide lex neminē duxit ad perfectū.

Gen. 15. *Nota.* *Gualfred.* *Fides tria requirit.*

E Vnde quia fides in Abrahā significatur ideo ipse multarum gentium, idest, omnium fidelium pater interpretatur, propter quod de ipso dicitur Eccl. 44. Abraham magnus pater gentium non est inuentus similis illi in gloria, qui conseruaret legem excelsi, & fuit in testamēto cū illo. In carne eius stare facit testamētū, & in tentatione inuentus est fidelis. Ex quibus omnibus patet, quod loquendo Psal. semini Abrahæ, loquitur omnibus fidelibus, quorum omnium ipse pater fuit, dicens, *Semen Abraham*, &c.

F *Ipse Dominus Deus noster, in vniuersa terra iudicia eius.* 1796

Ostēdit hic, q̃ Dei mirabilia ad omnes mundi partes dilatātur. Quia enim fideles, qui semen Abraham dicuntur, per vniuersam terrā seminati sunt, & generati per Apostolos, sequitur, q̃ si Deus mirabilia sua facit ipsi Abrahæ, & semini eius, ostendit sua iudicia, q̃ hoc faciat in omni terra, ubi fideles habitāt. Vel per vniuersam terram intellige omnes tam bonos quàm malos, quia omnes de terra habent corpus creatum. Et G in istis omnibus iudicia sua ostendit mirabilia: vtpote q̃ vnum eligat & alium reprobet, q̃ gentes cæcas illuminauit, & Iudæos videntes excæcauerit. Ista sunt Dei iudicia quę in omni terra operatur, quæ iudicia abyssus multa nullus mortalium discutere potest. De quibus iudicijs dictum est vers. 557. 754.

Memor fuit in sęculum testamenti sui, verbi, quod mandauit in mille generationes. 1797

H Ic ostendit, quòd Dei mirabilia se extēdunt ad omnes generationes præteritas, præsentes, & futuras. Vbi notandum, quòd sacra scriptura non immerito testamentum dicitur, vide ver. 1503. 1527. Hoc autem testamentū primò fuit lex uetus, quæ quia neminem ad perfectum poterat adducere, ideo huius testamēti memor, illud perfecit addens nouū testamentum sacræ scripturæ, quā mādauit obseruari vsque in finē, quia nouum testamentum amplius, non mutab. tur per aliud, sicut mutatum fuit antiquum per

Testamentum dicitur scriptura sacra.

per nouum. Et hoc est, quod ait, q, scilicet, testamentum mandauit in mille generationes. Ibi enim accipitur numerus determinatus pro indeterminato. Quod ostendens Greg. super illo verbo Iob 9. Non poterat respondere ei vnum pro mille. ait, In sacra scriptura millenarius numerus pro vniuersitate solet intelligi. Hinc etenim Psal. ait, *Verbi, quod mandauit in mille generationes*, cùm profecto constet, q ab ipso mundi exordio vsq; ad redemptoris aduentū per euangelistam non amplius quàm septuaginta & septé propagines numerent. Quid ergo in millenario numero, nisi ad proferendam nouam sobolem, perfecta vniuersitas præsciṭę generationis accipitur? Hinc & per Ioannem dr. Et regnabit cū eo mille annis. Quia videlicet regnum sanctæ ecclesiæ vniuersitatis perfectione solidatur. Est ergo sensus, q mandauit testamentum suum s. seruari in mille generationes, i. sine fine. Et sic loquitur de testaméto nouo non de antiquo, quod finem habuit. Vel etiā si loquatur de antiquo, loquitur de ipso, vt nouum includit, quia nouum testaméium vetus includit, vt supra dictum est ver. 949. Vnde sententia versus est hæc. *Memor fuit*, scilicet, promissionis factæ ad Abrahā, s. quòd Christus ex eo nasceret. Gen. 12. Dixit dominus ad Abraham. In te benedicentur omnes cognationes terræ, scilicet, in Christo, qui erit ex te oriundus. Et sic memor fuit verbi, scilicet, implendo promissum ipsi Abrahæ. Quæ quidem promissionis impletio in Christo fuit formatio noui testamenti, quod mādauit in mille generationes. Ita quod ly verbi, refertur ad memor fuit. Et hāc expositionem hic insinuat Glo. Vel aliter per mille generationes intelligūtur solum boni, & fideles, quibus Deus mādat testamentum suum, idest, hæreditatem in testaméto suo promissam donat. Numerus autem millenarius perfectionem significat ut ostēdit Greg. 35. mor. cap. 19. dicés, Breuiter dicere possumus quòd apud secularem scientiam millenarius numerus idcirco perfectus habetur, quia denarij numeri quadratum solidum reddit. Decem quippe decies ducta fiunt centum, quæ iam figura quadrata est, sed plana non est. Vt autem ad al-

Greg. lib. 6. mor. cap. 1.

Mille significat vniuersitatem.

Apoc. 20.

Mille significat perfectionem.

Gregor. 35. mor. c. 19.

A titudinē surgat, & solidā fiat: rursus centum decies multiplicātur, & mille sunt. Sic ergo testamentum est uerbum fidei, verbū euangelij quod extenditur in omnes generationes, pro quo seruato datur præmium æternum: sed solum illis, qui sunt de mille generationibus, idest, de numero perfectorum. Quāuis enim euangelium mandetur omnibus: quia tamen non obseruatur ab omnibus, ideo promissa hæreditas per euāgelium non omnibus datur.

B *Quod disposuit ad Abraham: & iuramenti sui ad Isaac.* 1798

HIc ostendit, quibus primo promissum est nouum testamentum, scilicet, ipse Christus, qui nouum testamentum condidit. Promissus enim fuit Christus principaliter ipsi Abrahæ, & ipsi Isaac. Abrahæ nāq; vt habetur Gen. 22. qñ ad præceptum domini voluit immolare filium suum Isaac, sibi ait dñs. Per memetipsum iuraui, dicit dominus, qa non pepercisti filio tuo vnigenito propter me, benedicens benedicam tibi, & benedicentur in semine tuo omnes gen-

C tes terræ. Et Luc. 1. Iusiurandū, quod iurauit ad Abraham patrem nostrum, daturum se nobis. Consequenter autē & hoc disposuit & iurauit ad Isaac, qui erat filius eius per quem Christus erat descensurus. Vnde dixit dominus ipsi Abrahæ Genes. 21. In Isaac vocabitur tibi semen. Si ergo iurauit dñs Abrahæ q ex semine suo nasceretur Christus, & determinauit quòd in Isaac vocaretur sibi semen, consequens est quòd iurauit quod ex Isaac Christus nasceretur. Et hoc est, quòd ait, quòd scilicet, *testamentum disposuit ad Abraham: & iuramenti*

D *sui*, scilicet, intentio erat ad Isaac. Vbi nota quòd quamuis diuersi sancti patres diuersis polleant uirtutibus, sic q in vna uirtute unus superat alium, sed in alia superatur ab illo, tamen inter omnes sanctos patres Abraham in humilitatis obedientia maior prædicatur. Et quia hæc virtus præcipua fuit in Christo, per quam totum mysterium redemptionis humanæ compleuit, quia factus est obediens patri vsque ad mortem, ideo in signum huius conformi-

Abraham exemplum humilitatis & obedientia.

tatis in humilitatis virtute: Deus maximè legitur disposuisse Christum ex semine Abrahæ incarnari. Quod ostendit

Greg. li. 27. mor. cap. 7.

Greg. 27 moral. dicens. Ad medium sanctorum patrum exempla ducamus. Ecce cùm præceptis cœlestibus subijci per obedientiam cupimus, consideratis antiquorũ patrũ vestigijs iuuamur. Quid enim Abraham obedientius? qui ad vnã vocem dominicam cognatos, & patriam deseruit: & pro adipiscenda æterna hæreditate ipsum ferire nõ trepidauit, quẽ senex iam, & penè moriturus acceperat hæredem. &c. vide residuum versi. 1249. Quia igitur virtus humilitatis maxima fuit in Christo, cuius exemplum præcipuum præcessit in Abraham, ideo inter omnes, quibus promissus est Christus, principalius notatur Abraham. Similiter quia exemplum patiẽtiæ maximum fuit in Isaac, qui iam grandis effectus se à patre ligari permisit, & aræ superponi, vt occideretur à patre. Christo autem nihil patientius: ideo eadem ratione ex ipso Isaac Christum procedere fuit promissum. Quod notans Gregorius, ait, Cùm patientiæ apprehendere virtutem conamur, præcedentium patrum exempla inspicimus. Quid enim Isaac patientius qui ligna portat, & de holocausto interrogat, atque post paululum ab Abraham ligatur, & non loquitur, aræ superponitur & nõ reluctatur? Quid isto viro patiẽtius dici potest, qui quasi ad solatium ducitur & requiritur ad feriendum, ligatur & conticescit, & oblatus in holocaustum tacet?

Isaac exemplũ fuit patientiæ.

Gregor. vbi sup.

1799 *Et statuit illud Iacob in præceptum, & Israel in testamentũ æternum.*

HIc consequenter describuntur facta à tempore Iacob vsque ad Ioseph. Mirabilia autem quæ notantur facta ipsi Iacob sunt plura: secundum quæ ista pars diuiditur. Primũ est diuini cultus imperatio, secundum est suis terræ promissionis distributio, ibi, *Dicens tibi*, tertium est sui generis multiplicatio, ibi, *Cum essent in numero*, quartũ est per mundum peregrinatio, ibi, *Et pertransierunt*, quintum est ipsius ab hostibus protectio, ibi, *Non reliquit*, sextum est Christianorum commendatio, ibi, *Nolite tangere*. Quantum ad primum notandum, q̃ præceptum diuini cultus singularissimè datum à Deo fuit ipsi Iacob, q̃ tamen ante datum fuerat Abrahæ & Isaac minus lucidè. Quod quidẽ fecit Deus, quando Deus apparuit ipsi Iacob dicẽs, Ego sum dominus Deus Abraham patris tui, & Deus Isaac. Terrã, in qua dormis, dabo tibi, & semini tuo. Et illa erat terra promissionis, i qua nasciturus erat Christus & moriturus, & nostræ redemptionis impleturus mysterium. In qua terra cultus diuinus erat ampliandus, sacerdotes, & ministri ad illum cultum deputandi, templum per Salomonem construendum, quem cultum maximè ampliauit Dauid, & Salomon. Quando ergo Deus dixit ipsi Iacob, q̃ ei daret terram illam, & semini eius per hoc ei præcepit diuinum cultum, quod in illa ampliandum obseruaret. Ideo sibi ait. Ego sum Deus Abraham, imponens ei cultũ vnius Dei. Et ideo statim Iacob euigilãs ad præceptũ de diuino cultu sibi per illa verba datum, statim promisit se colere Deum. Vnde dicitur ibi, q̃ surgens Iacob accepit lapidem, quem supposuerat capiti suo, & illum in altare consecrauit fundens oleum desuper, dicens, Erit mihi dominus in Deum, & lapis iste quẽ erexi in titulum, & cũctorum quæ dederis mihi decimas offeram tibi. Vnde de præcepto diuini cultus ait, *Et statuit illud in Iacob præceptum*. Et quia Iacob binominis fuit, vocatus est enim Iacob, idest, supplantator, quia nascẽs tenebat plantam fratris. Genes. 25. Sed postea quando luctauit cum angelo, & Deum clarè vidit Israel, idest, videns Deum ab angelo vocatus fuit. Ideo primum dictum de Iacob sub alio nomine replicat, dicens. Et illud idem statuit in testamentum æternum, idest, in descendentibus ab illo Israel siue Iacob, non quidem secũdum generationem carnalem, sed secundum generationem spiritualem, quæ fit per imitationem cultus, & bonorum operum. Isto enim modo gentiles conuersi dicuntur filij Abraham, Isaac, & Iacob. Ideo autem præceptum diuini cultus posuit in Iacob ad denotandum, quòd fides sine operibus mortua est. Inter omnes enim sanctos patres, Iacob fuit laboribus plurimis magis

Iacob habuit præceptũ cultus diuini.

Gen. 28.

Iacob vocatus fuit Israel.

Gẽtiles quo dicantur filij Iacob.

Greg. li. 27. mor. c. 7. gis deditus. Vnde de ipso ait Gregor. A Quid enim Iacob laboriosius, qui apud Laban tam longo tempore propinquus iure cognationis opera exercuit seruitutis, & vice obsecutus est famuli vt perfrueretur præmijs hæredis.

1800 *Dicens, tibi dabo terram Chanaan, funiculum hæreditatis vestræ.*

HIc ponitur secundum, scilicet, terræ promissionis suis distributio. Ipsi enim Iacob promisit Deus dare terram promissionis in hæreditatem, non quidem dare personæ eius, sed successo- B ribus eius descendentibus ex eo, quando, scilicet, ipsi eunti Mesopotamiã apparuit ei dominus dicens, Terram, in *Gene. 28.* qua dormis dabo tibi, & semini tuo. Qđ postea fuit impletum tempore Iosue, quando omnes duodecim tribus de Iacob descendentes intrauerunt terrã promissionis, quam omnibus eis diuisit Iosue per sortes, vt habetur Ios. 18. Quamlibet autem contingentem singulas tribus vocat *funiculum hæreditatis.* Funiculus enim dicitur quędam mensura. Et *Funiculus.* secundum certam mẽsuram, & certos terminos Iosue cuilibet tribui assignauit di C ctam terram promissionis. De hoc vide ver. 1337. Quia autem multi mirantur, quòd sacra scriptura totiens facit mentionem de ista terra promissionis data populo Israel, ideo notandũ, ꝙ hoc non *Nota.* facit scriptura propter ipsam terrã promissionis in se: sed magis ad imprimendum mentibus fidelium significatum illius terræ, & qui sunt qui modo eijciuntur, & quibus distribuitur. Notans ergo, *Terra promissionis.* ꝙ illa terra promissionis significat cœlestem patriam, quam Deus suis fidelibus promisit, ad quam non omnes pertinẽt, sed solum prædestinati, quibus datur in D funiculo distributionis, quia secundum proportionem meritorũ erit & proportio præmiorum, dicente Christo. In domo patris mei mansiones multæ sunt. *Ioan. 14.* Hæc autem cœlestis patria dicta est terra Chanaan, qui interpretatur humilis, quia sine humilitatis virtute nullus intrat in eam. Datur autem duodecim filijs Iacob, per quos duodecim virtutes significantur, quibus hæc terra meretur à nobis. Isti filij Iacob fuerunt, Ruben, Symeon, Leui, Iudas, &c. Quid autem isti significent, vide ver. 1372.

Cùm essent in numero breui, paucissimi, & incolæ eius. 1801

HIc ostenditur tertium, s. eius generis multiplicatio mirabilis. Nam quando Iacob ingressus est Aegyptum cum omnibus ab ipso descendentibus, omnes insimul erant septuaginta. Et tñ sic in paruo tempore multiplicati sunt, quòd non numeratis illis de tribu Leui, ex alijs vndecim tribubus Moyses solum viros bellatores numerando à viginti annis, & supra omissis mulieribus, & paruulis, sexcẽta tria milia quingẽtos quinquaginta inuenit. Hoc ergo admiratione dignũ ostẽdit Ps. d. *Cũ essent in numero breui,* quia solum septuaginta. *Et paucissimi incolæ eius.* s. ipsius Iacob supplè mirabiliter multiplicati sunt. Per hoc autem ꝙ dicit, *Incolæ eius:* notant grammatici, quòd ista differunt, scilicet, inquilinus, incola, aduena, & peregrinus. Nã inquilinus dicitur à colo colis, scilicet, qui aliena colit, vel habitat. Sic tñ differunt inquilinus, incola, aduena, & peregrinus. Nam inquilini sunt, qui emigrãt, sed incolę, vel aduenæ, qui aliunde veniunt. Nam incola non indigenam, sed aduenam designat. Hæc ergo inter illa differentia est. Nam inquilini sunt, qui emigrant, & non perpetuo permanent, sed aduenæ, vel incolæ sunt aduentitij, sed permanentes, idem & acolæ. Peregrini verò propriè dicuntur, quorum parẽtes ignorantur. sunt enim de longinqua regione. Indigenæ verò sunt inde geniti, inde nati, scilicet, in eodem loco vbi habitant. Sic ergo Iacob cum suis descẽdentibus fuit incola in terra Aegypti, quia aliunde ibidem venit permãsurus. Per hoc enim vult ostendere Psal. multiplicationem fidelium, qui eadem uia multiplicati sunt, sicut & successores. Nam isti sunt multiplicati mediantibus aduersitatibus, & persecutionibus. Nam vt scribitur Exod. 1. Oderant Aegyptij filios Israel, & affligebant illudentes eis, atq; ad amaritudinem perducebant vitam illorum operibus duris, &c. Sed quanto magis opprimebant eos, tanto magis multiplicabantur, & crescebant.

Accola, incola, inquilinus, aduena, indigena, peregrinus.

Ecclesia aduersitatib. creuit.

Consimiliter fideles à principio erant paucissimi, vt puta duodecim Apostoli, homines rudes, & idiotæ, expulsi de Iudæa per orbem fidē prædicaueriūt, persecuti sunt, flagellati, occisi, crucifixi, decollati. Sed quanto magis persequebātur, & martyrizabantur: tanto amplius numerus creuit fidelium. Quot fideles credis fecerit vna mors Petri rōne suæ constantiæ ostensæ? quot mors Pauli. Occidebatur vnus, & cōuertebant̄ multa millia. Modo autem cessante persecutione fidelium, decrescit fidelium numerus, & deuotio. Et per ista quæ patēt ad sensum, denotant ꝙ aduersitatibus virtutes multiplicantur in nobis, quæ in prosperitate decrescūt. Vnde Greg. lib. 12. mor. c. 2. ait, Cùm enim morte passionis iustus pro veritate afficitur, in æternæ vitæ hæreditate recuperatur. Et qui hic virebat per fidem: ille viresčit per spem, & rami eius pullulant, quia plerunq; ex passione iusti fideles quiq; ad amorem cœlestis patriæ multiplicantur, & viriditatem vitæ spiritualis accipiunt, dū pro Deo se fortiter agere vident.

Aduersitatib. crescūt virtutes.

Gregor.

1802 *Et pertransierunt de gente in gentem, & de regno ad populum alterum.*

Ponitur hic quartū, s. ipsius per mundum peregrinatio. Prædixerat enim Deus Abrahæ, qualiter descēdentes ab eo debebant peregrinari in Aegyptum, & ibi seruituti subijci, & post quadringētos annos inde educi magnificè. Vnde dixit Deus ad Abraham Gen. 15. Scito præsnoscens ꝙ peregrinum futurum sit semen tuum in terra non sua, & subijcient eos seruituti, & affligent quadringentis annis: veruntamen cui seruituri sunt, ego vindicabo. Et post hæc egredientur cum magna substantia. Hoc autem temporaliter adimpletum fuit, quando Iacob cum omnibus suis descēdentibus tempore famis intrauit Aegyptum, vbi filius suus Ioseph dominabatur. Et hoc est, quod commemorans Psal. d. *Et pertransierunt de gente in gentem* quia, scilicet, à gente Chananæorum recesserunt, & transierunt ad gētem Aegyptiorum. Et hoc alijs verbis explicat, dicens, *Et de regno ad populum alterum.* Sed hic occurrunt duo dubia. Primum quomodo

E vocat terram Chananæorum regnum, quia qñ Iacob inde recessit, regnum nō erat. Secundum quomodo vocat gentē Aegyptiorum populum, qui erant idololatræ. Et dictum est ver. 8 & 6. quòd solùm iusti & subditi Dei faciunt populū. Ad primum dicitur, ꝙ si terra illa nondum erat regnum: tamen futurum erat regnū, sicut tēporibus Saulis, Dauid, &c. Et hoc est ꝙ ait Glo. hic. Terrā promissionis vocat regnum, nō quia tunc esset regnum, sed quia futurum erat ibi regnum Israel. Ad secūdum dicitur, quòd quamuis propriè accipiendo populum,
F solum ex iustis constituatur: tamen aliquando populus accipitur magis largè. Et sic eum diffinit Augu. 19 de ciui. Dei cap. 24. dicens. Populus est cœtus multitudinis rationalis rerū quas diligit concordi communione sociatus. Sic ergo hic accipit populū largo modo loquendi, vt mali etiam faciant populum iuxta modum Christi de malis hypocritis, dicens, Matth. 15. Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longè est à me. Notandum tamen, quia sacra scriptura in diuersis locis pro eodem videtur accipere populum, plebem, vulgum,
G & tribum, quamuis ista propriè accepta multum differant secundū Isid. 9. Etym. Nam populus est collectio tam nobiliū quàm ignobilium eiusdē ciuitatis. Plebs autem est collectio solum ignobilium. Et dicitur plebs à pluralitate, quia plures sunt ignobiles quam nobiles. Vulgus est multitudo passim inhabitans. Et dicitur vulgus à volendo, quia quilibet facit ꝙ vult. Tribus dicuntur congregationes distinctæ populorum, sic dictæ, quia in principio Romani fuerunt à Romulo distincti tripliciter, scilicet in senatores, milites, & plebeios. Et ideo populus vt
H distinguitur contra vulgum, plebem, & tribum, stat pro collectione tam nobilium quàm ignobilium, sequitur quòd continet omnes tam bonos quàm malos, nobiles, & ignobiles.

Quæstio.

Respon. 1.

Populus largè sit ex malis.

Populus plebs, vulgus, tribus.

Non reliquit hominem nocere eis: & corripuit pro eis reges. 1803

Hic ponitur quintum, scilicet, ab hostibus protectio. Hoc enim refertur ad tēpus, quo filij Iacob transierunt

per desertum ad capiendam terram ipsius promissam, non autem ad tempus, quo steterunt in Aegypto, quia certum est, quòd tunc Aegyptij multum Israelitis erant infesti, & eis multa nocumenta inferebant, vt patet Exo. 1. Sed per tempus, quo per desertum processerunt, nullus ei nocere potuit, quamuis multi, & magni hoc attentassent. Statim enim trãsacto mari rubro Amalech venit ad pugnandum contra Israel, qui tamen superatus fuit à Iosue, mediante oratione Moysi, vt patet Exod. 17. Similiter insurrexit contra eos Seon rex Amorrheorũ manu armata, & eis nocere non potuit, sed superatus fuit ab eis, & mortuus, vt habetur Numer. 21. Similiter & Balaam regem Madianitarum cum populo suo interfecerunt gladio cum multis alijs regibus, vt habetur Num. 31. Et de multis alijs populis, & regibus, qui uolebãt nocere filijs Israel, nõ permisit illis Deus, sed illos occidẽdos tradidit in manu Israel. Et hoc recolens Psal. ait, *Non reliquit hominem nocere eis, & corripuit*, idest, interfecit pro eis reges terræ. Per hoc enim vult Psal. ostendere q̃ bonis nocere non possunt mali, imò quanto plus mali contra bonos sæuiunt, ipsi sibiipsis nocent, sed bonis proficiunt. Quanto bonorum crescunt certamina, tanto & eorum præmia crescunt. Quid nocuit Nero Apostolis Petro & Paulo quos laureatos transmisit ad cælum? Quid Laurẽtio Decius, vide vers. 997. Quid noceret tibi in effectu auferens denarium, ex cuius actu lucrareris regnum? Nocent ergo mali bonis quo ad affectũ, sed quo ad effectũ proficiunt eis. Quod satis notatur ps. 9. Dum superbit impius, incẽditur pauper. Bene ergo de bonis. d. *Non reliquit hominem nocere eis*. Sed eis nocere volentes sibi ipsis nocuerunt. Vnde sequitur. *Et corripuit pro eis reges terræ*. Notandum autem quòd correctio tam diuina quàm humana à pietate incipit, sed obstinatis in seueritatẽ vertitur. Quod satis fuit figuratũ in virga Moysi. Moyses. n. corrigere volens Pharaonem, primò virgam gracilem portauit in manu, quæ tandem ipsi Pharaoni incorrigibili in colubrum est versa. Exo. 4. Quam figuram ad propositũ applicans Bruno. d. Moysi dixit Dñs. Quid est, q̃ tenes in

Nocent mali sibi ipsis non bonis.

Correctio incipit à pietate, sed obstinatis seueritate terminatur.

A manu tua? Respondit, virga. Dixitq; dñs, proijce illam in terram, & proiecit, quę versa est in colubrum. Interrogatur Moyses non propter aliud, sed vt responsionis suæ vinculo teneatur. Ipse. n. cõfessus est, se tenere virgam, quam mox in serpentem versam fugiẽs expauit. Credat huic signo, qui non vult credere uerbis. Sed quid per uirgam, nisi correctio Dei designatur? Vnde ait Psal. Virga tua, & baculus tuus ipsa me cõsolata sunt. Hæc autem virga illis uertitur in draconem, qui misericorditer, & leuiter correcti emendare se nolunt, quia qui incorrigi-

Psal. 22.

B biles existunt, tandẽ diuinæ ultionis vim & indignationem super se sæuientem sentiunt. Vnde Psalm. Reges eos in uirga, &c. vide vers. 1961.

Nolite tangere Christos meos, & in prophetis nolite malignari. 1804

Hic ponitur sextum, scilicet, Christianorum commendatio. Quantum enim ad literam spectat, hic psalm. ostendit, q̃ illos antiquos patres, scilicet, Abraham, Isaac, & Iacob Deus ab inimicis, & potentibus defendebat, di-

Christi dicebantur patres antiqui.

C cens regibus, & principibus mundi, verbis, signis, vel factis. *Nolite tangere Christos meos, & prophetas meos*. Sic enim dixit Pharaoni regi Aegypti, quem flagellauit propter uxorẽ ipsius Abrahæ. Genes. 12. Sic & regem Geraræ flagellauit, quia tulerat vxorẽ Abrahæ, Gen. 20. Et sic factis dicebat illis ne nocerẽt seruis suis. d. *Nolite tangere Christos meos*, &c. Et aduerte quomodo Abraham, Isaac, & Iacob vocat Christos, & prophetas. Vbi notandum, quòd Christus idem est quòd vnctus, vngebantur autem exterior i unctione sacerdotes, & reges, ideo quilibet

D illorũ Christus dicebatur, idest, vnctus. Sed cum talis vnctio incœperit de præcepto domini tẽpore Moysi, vt apparet in Exodo, & isti, scilicet, Abraham, Isaac & Iacob, fuerunt per magnum tempus ante Moysen, & sic uncti non fuerunt. Quomodo ergo vocat eos Christos, cũ Christus sit idem quòd vnctus? Respondeo, quòd vnctio est duplex, scilicet, exterior & interior, corporalis, & spiritualis. Spiritualis est, qua spiritus sanctus sua gratia inungit mentes fidelium.

Vnctio duplex, interior scilicet, & exterior.

Sic enim omnibus fidelibus dicitur 1. Io. 2 Vos vnctionē habetis à spiritusancto. Sic enim omnes baptizati Christi siue Christiani dicuntur, quia gratia spiritussancti interius sunt vncti. Sic ergo ad propositum ipsi patres dicebantur Christi, non ab vnctione exteriori, sed ab interiori. Dicuntur etiam prophetæ, quia quilibet eorū spiritusancto tactus multa prophetauit, vt in pluribus locis in lib. Genes. patet. De Abraham patet, quòd prophetauit dicens seruo suo, Dominus mittet angelum suum coram te, & accipies inde vxorem filio meo, &c. De Isaac patet, qui benedicens filio suo Iacob multa futura ei prædixit ipsi Iacob, & semini eius, Gen. 27. Consimiliter patet de Iacob, qui benedicēs filios suos omnibus eis futura prædixit Genes. 49 Bene ergo istos patres antiquos vocat Christos, & prophetas dicens regibus, & alijs. *Nolite tangere Christos meos*, &c. Et hoc est quod sensit hic Glo. dicens, Quòd autem dixit illos Christos, nullū moueat: quia iam tunc Christiani erant, & si latenter. Vnde Abraham exultauit, vt videret diem Christi: vidit, & gauisus est. Nullus enim præter hanc fidem Christi vel ante incarnationem, vel post Deo reconciliatus est, vnus enim mediator est Dei, & hominū Christus Iesus. *Et in prophetis meis nolite malignari.* Pro huius euidentia sciendum, quòd prophetia à Deo multis modis reuelatur, vide in proœmio. Et sic multipliciter quis propheta cōstituitur. Notandum, quòd propheta triplex reperitur, scilicet, Propheta falsidicus, & decipiens. Propheta veridicus, & non intelligens. Propheta catholicus, & intelligens.

Genes. 24.

Prophetia multipliciter reuelatur.

Propheta multiplex.

1805 *Et vocauit famem super terrā: & omne firmamentum panis contriuit.*

Hic describuntur mirabilia quę acciderunt à tempore Ioseph vsque ad Mosen. Tota enim istius partis intentio est ostendere quomodo Deus mirabili modo exaltauit Ioseph, propter cuius exaltationem Iacob cum omnibus suis intrauit Aegyptum. Et diuiditur in nouem partes, quia ponitur primò exaltationis Ioseph occasio. Secundò ipsius

E Ioseph venditio, ibi, *Misit ante eos.* Tertiò ipsius Ioseph incarceratio, ibi, *Humiliauerunt.* Quartò ipsius Ioseph liberatio, ibi, *Eloquium domini.* Quintò ipsius Ioseph exaltatio, ibi, *Constituit eum.* Sextò ipsius Ioseph illustratio, ibi, *Vt erudiret.* Septimò populi Dei in Aegyptū descensio, ibi, *Et intrauit Israel.* Octauò ipsius populi multiplicatio, ibi, *Et auxit.* Nonò ipsius populi ab Aegyptijs afflictio, ibi, *Conuertit cor eorum.* Quantum ad primum ponitur occasio omniū prædictorū, quæ fuit fames generalis per orbem septem annorum. De qua habetur

F Gen. 41. Vbi dr, q transactis septem annis vbertatis, cœperunt venire septē anni inopiæ, & in vniuerso mundo præualuit. Et hoc est q ait, *Et vocauit*, s. Deus sua ordinatione, *famem super terram*, s. septem annorum, in quibus septem annis omne frumentum (alias, firmamentum) panis contriuit, quod non intelligitur de frumento per annos præcedentes congregato, quia ipsius magna copia erat in Aegypto, sed de frumēto in illis septem annis famis nascituro, quia terra illis septem annis nihil fructificabat, quia sementem vix colligere poterant,

G historia est clara Gen. 41. Nota q in scriptura triplex fames reperitur, s. Fames cibi corporalis. Fames verbi diuinalis. Fames pœnæ infernalis. Primò est fames cibi corporalis, quæ nihil aliud est nisi naturale desiderium cibi pro conseruatione humidi radicalis, quod consumit calor naturalis. De qua Luc. 15. Facta est fames valida in regione illa, & ipse cœpit egere. Et quandoq; Deus immittit, vt ex indigētia homines reducantur ad Deum. Sic enim ille prodigus filius fame pressus reuersus est ad patrē: qui abundans recesserat à patre. Vnde

H in se reuersus, dixit, Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus: ego autem hic fame pereo, surgam ergo, &c. Quod exponens Petrus Rab. ait, In seipso reuersus est, quia à seipso recesserat: dum recessit à patre transit, & totus ab homine migrat in bestiam, paternæ pietatis immemor gratiæ genitoris oblitus. Sed hunc fames ad patrem reuocat, quem saturitas expulerat à patre, &c. Sic ergo Deus multis famem, & alias aduersitates immittit, vt homines

Fames multiplex.

Luc. 15.

ad seipsum reducat. Sic ergo nunc dicit Psal. *Vocauit famem super terram*, quæ fuit occasio, vt fratres Ioseph cognoscerent, quod in venditione eius commiserant. Secundò est fames verbi Dei. i. desiderium audiendi verbum Dei, vel carentia prędicationis verbi Dei. Vñ Amos 8. Immittam famem in terra: non famem panis, sed audiēdi verbi Dei. Vnde Gregor. ait, Omnis homo quia ex anima, & carne consistit, quasi ex robore, & infirmitate compositus est. Ex ea enim parte, qua spiritus rationalis est conditus, nō incongruè dicitur robustus, ex ea verò qua carnalis: infirmus est. Robur ergo spiritus est anima rationalis, quę impugnantibus vitijs resistere per rationē valet. Ex rationali quippè anima habet homo, vt in perpetuum viuat. Peccatoris ergo robur fame attenuatur, quando eius anima nulla interni cibi refectione pascitur. Hinc ergo famem quandoque Deus immittit propter rebellionem audientium, sicut à Iudæis transtulit prædicatores Apostolos propter ipsorū obstinationem. Vel tunc istam famem immittit, quando cordibus nostris desiderium audiendi verbum Dei inspirat. Sicut de gentibus conuersis dicitur, Conuertentur ad vesperam, & famem patiētur vt canes, vide ver. 944. Tertiò est fames pœnæ infernalis, vnde de quolibet dānato dicitur, Plagæ eius, ignis, luctus, & fames. Ignis quia damnati reali igne, qui non extinguitur, cruciabuntur. Luctus propter acerbitatem doloris. Matthæ. 13. Ibi erit fletus, & stridor dentiū. Sed fames quia ibi naturale desiderium frustrabitur, quia desiderabunt mortem, & mors fugiet ab eis.

Greg. li. 14. mor. c. 7.

Psal. 58

Apoc. 18.

2806 *Misit ante eos virum: in seruum venundatus est Ioseph.*

Hic ponitur secundum, scilicet, ipsius Ioseph venditio. Vt enim habetur Gen. 37. videntes fratres Ioseph, quòd ipse a patre cūctis plus amaretur, & quòd propter somnium, quod fecerat, scilicet, quòd manipuli fratrum adorabant manipulum suum. Item quia vidit solem, & lunam, & stellas vndecim ipsum adorare. Quæ somnia pater eius Iacob interpretatus est, quòd ipse à pa-

A tre, & matre ac undecim suis fratribus adoraretur. Et hoc fratres sui sufferre non poterant. Et ideo ne hoc eueniret, ipsum semel à patre ad eos missum, vendiderunt mercatoribus Ismaelitis euntibus in Aegyptum cogitantes, & cogitatione dicentes, Vendidimus cum seruum: amplius non dubitamus, quòd nobis non dominetur. Et uide mirabile iudicium Dei. Ista venditio directè fuit via, vt dominaretur ipsis. Vnde hoc ostendit Gregorius super illo verbo, Iob cap. 5. Qui apprehendit sapientes in astutia sua, dicens, Sæpè enim nō-
B nulli humana sapientia inflati dum desiderijs suis diuina iudicia contraire cō spiciunt: astutis ei reluctari machinationibus conantur. Et quòd ad votum suū vim supernæ dispensationis torqueant: callidis cogitationibus insistunt, subtiliora consilia exquirunt. Sed inde voluntatem Dei peragunt: vnde hanc immutare contendunt. Atq; omnipotentis Dei consilio dum resistere nituntur, obsequūtur. Et subdit infra ad propositum de venditione Ioseph, dicens, Ioseph somnium uiderat, quòd suo manipulo fratrum manipuli se prosternebant. Som-
C nium uiderat quòd sol, & luna cum reliquis stellis se adorabant. Quæ quia purè fratribus retulit, eorum corda protinus futuræ dānationis inuidia, pauorque percussit. Cumque hunc ad se venire conspicerent, malitia sæuiente, dixerūt, Ecce somniator ille venit: venite occidamus eum, & uideamus quid illi prodesunt somnia sua. Cumq; eius dominio se subijci metuunt: somniatorem in puteo deponunt, cumque Ismaelitis transeuntibus uendunt. Qui in Aegypto ductus seruituti subditus, luxuriæ accusatione damnatus, castitatis merito adiu-
D tus, prophetiæ iudicio ereptus est, omni Aegypto prælatus est, per supernam verò sapientiam prouidus frumenta congessit, & futuro periculo famis obuiauit. Cumque in orbem fames irruit, de alimētorum præparatione sollicitus Iacob filios in Aegyptum misit. Qui frumentorum dispēsationi præpositum Ioseph nescientes inueniunt: atque vt mererentur alimenta percipere, eorum dispensatorem compulsi sunt protinus pronis in terra ceruicibus adorare. Pensemus er-

Greg. lib. 6. mor. c. 11. Consilia nostra contra ordinationē Dei nō possunt.

Ioseph vēditus factus ē dominus Aegypti.

go rei gestæ ordinem, pensemus quõ sapientes in ipsa sua astutia vis diuina cõprehendit. Ideo enim ab eis Ioseph venditus fuerat, ne adoraretur. Sed ideo est adoratus, quia venditus, &c. Ex quibus patet, quòd quamuis Dei bona dispensatione Ioseph sit venditus, missus fuit in Aegyptũ vt parentibus, & fratribus alijs prouideret tempore famis, mala tamen voluntate fratres sui ipsum vendiderũt. Vnde eis dixit Ioseph, postquam ipsum cognouerunt, non vestro consilio sed Dei huc missus sum voluntate, vt reseruemini super terram & escas ad viuendum habere possitis. Gen. 45. Est versiculi sensus iste, *Misit ante eos virum*, scilicet, Deus misit ante patrem suũ, & fratres, virũ, scilicet, Ioseph qui rectè vir, idest, virtuosus erat, & hoc ad prouidendum. Sed per quẽ modum misit, adiungit dicens, *In seruum venundatus est Ioseph*, &c. Respectu ergo eiusdem missionis ponitur bona voluntas Dei in prima parte versus: sed mala voluntas fratrum eius in parte secunda.

1807 *Humiliauerunt in compedibus pedes eius: ferrum pertransiit animam eius: donec veniret verbum eius.*

HIc ponitur tertium, scilicet, ipsius Ioseph incarceratio, quæ habetur Gen. 39. Nam cùm Ioseph ab Ismaelitis ductus esset in Aegyptum, ipsum in seruum sibi emit Phutiphar princeps exercitus Pharaonis, qui inuenit gratiam coram dño suo, vt liberè de ipso confidẽs administrationem totius domus suæ in manu ipsius Ioseph poneret. Dominus autem Deus benedixit illi domui propter Ioseph, & multiplicauit omnia bona eius. Erat autem Ioseph pulchra facie, & decorus aspectu. Domina autem ipsius Phutipharis semel iniecit oculos in Ioseph, & ait illi, Dormi mecum. Qui nequaquam acquiescens operi nefario, respondit, Ecce, dominus meus, omnib. mihi traditis, ignorat quid habeat in domo sua, nec quicquam est, quod nõ tradiderit in mea potestate præter te, quæ vxor eius es. Quomodo ergo possum hoc malum facere, & peccare in dominum meum? Illa autem contiuuò molesta erat illi. Accidit autem quadam die,

Ioseph falsò accusatus incarceratur.

E vt illa apprehenso vestimento Ioseph, diceret, dormi mecũ. Ille autem, relicto in manu eius pallio, fugit foras: Cumq; illa videret se contemptã, marito suo ait, Ingressus est ad me seruus Hebræus, vt illuderet mihi. Cumq; ego clamassem, ipse timens reliquit pallium, quod tenebat in manu, & fugit foras, & in argumẽtũ fidei retentũ pallium ostendit. Quibus auditis, dominus nimis credulus verbis coniugis, fecit Ioseph in carcerẽ poni, & compedibus ferreis alligari. Et sic mansit vltra duos annos. Hoc ergo exprimens Psal. d. *Humiliauerunt in compedibus pedes eius*, scilicet, ministri Phutipharis ad præceptum Domini sui ipsum in carceratum pedes eius compedibus ferreis ligauerunt: *ferrum pertransiit animam eius:* quia ex illis compedibus non solum affligebatur in corpore, sed etiã in mente. Quamuis enim patientiam seruaret: tamen affligebatur mente, maximè cõsiderans infamiam sibi illatam, & malitiam mulieris. Et sic remansit, *donec veniret verbum eius*, idest, donec veniret tempus in quo verbis suis ostẽderet sapientiam suam. Quod tempus fuit, qñ ipso existenti in compedibus, duo ministri regis, qui erant cum ipso in carcere, scilicet, pincerna, & princeps pistorum, viderunt somnia, quæ ille prudenter, & veraciter exposuit. Quæ expositio fuit causa liberationis eius, vt dicetur. Istud autem verbum: *ferrum pertransiit animã eius*, exponit Bern. de Christo d. Foderunt Iudæi manus Christi, & pedes, & latus lancea forauerũt, vt eius anima sciat compati infirmitatibus meis. Patet arcanum cordis. Per foramina corporis patet magnum pietatis illud sacramẽtum: patent viscera misericordiæ Dei nostri, in quibus visitauit nos oriens ex alto, ꝙ viscera per vulnera pateãt, in quo enim clarius quam in vulneribus illuxisset. Quoniam tu, domine, suauis, & mitis, & multæ misericordiæ? Maiorem enim miserationem nemo habet, vt animam suã ponat quis pro amicis suis, & damnatis. Meum proinde meritum miseratio domini, &c. Per hæc omnia vult ostendere Psal. ꝙ aduersa præsentis vitæ patienter sufferre debemus, ignorantes diuinæ dispositionis consilium. Quod quandoque ideo hominem humiliat, vt ipsum exaltet

Aduersitas in via est ad felicitatem.

cet gloriosius hominem in carcerem po nit, vt inde ipsum gloriosius ducat ad re gnum, sicut in Ioseph hic ostendit exem plum, vt Act. 4. Nescit quis prævidere, quod de carcere, catenisq; introducatur quis ad regnum, & alius natus in regno inopia consumatur.

1808 *Eloquium domini inflammauit eum: misit Rex, & soluit eum: principes populorum, & dimisit eum.*

HIc ostenditur quartum, scilicet, ipsius Ioseph liberatio. Aduertendũ tamen, quòd in translatione Hiero. habetur, *Eloquium domini probauit eum*. i. habere spiritum, & sapientiam Dei, & idē est, quia ex hoc, quòd eloquium domini inflammauit eum, probatum fuit ipsum habere sapientiam Dei. Huius historia habetur Gene. 40. Cum enim Ioseph cõpedibus ferreis in carcere esset detentus, accidit, vt duo ministri regis Aegypti peccarent domino suo regi, quos in carcerem, vbi erat Ioseph, iussit mitti, quos semel cum Ioseph tristiores solito vidisset, dixit eis, Cur tristior solito est hodie facies vestra? Qui dixerunt, Vidimus somnium, & non est, qui interpretetur nobis. Dixitque Ioseph, Referte mihi, quod vidistis. Narrauit præpositus pincernarum somnium suũ, dicens, Videbam coram me vitem, in qua erant tres propagines, crescere paulatim in gemmas, & post flores vuas maturescere, calicemque Pharaonis in manu mea. Tuli ergo vuas, & expressi in calicem, quem tenebam, & tradidi poculum Pharaoni. Respondit Ioseph. Hæc est interpretatio. Tres propagines, tres adhuc dies sunt, post quos recordabitur Pharao ministerij tui; & restituet te in gradum pristinum, dabisque ei potum, sicut facere consueueras. Rogo te, memento mei, cum benè tibi fuerit, vt suggeras Pharaoni, vt educat me de isto carcere, quia furtim sublatus sum de terra Hebræorum, & hic innocens in lacum missus sum. Tunc alius pistorum magister, videns quòd prudenter somnium exposuisset: ait, Et ego vidi somnium, quòd haberem tria canistra farinæ super caput meum, & in uno canistro, quod erat superius, portare omnes cibos, qui

Sõnia Pharaonis, & officialium eius.

A fiunt arte pistoria, auesque cœli comedere ex eo. Respondit Ioseph. Hæc est interpretatio. Tria canistra, tres adhuc sunt dies, post quos Pharao auferet caput tuum, & suspendet te in cruce, & lacerabunt uolucres carnes tuas. Et sicut Ioseph exposuit, sic & rei exitus fuit, quia post tres dies pincerna fuit restitutus in officium suum, & pistor fuit suspensus. Ista autem interpretatio fuit eloquium: quia reuelatum fuit ei à domino uerbum, quod hic protulit. Et hoc est, quod ait, *Eloquium domini inflammauit eum*. Istis ista gestis, ille pin-
B cerna liberatus, oblitus est interpretis sui Ioseph, nec aliquam mentionem de ipso fecit Pharaoni. Sed duobus annis postea elapsis, Pharao uidit somnium, quòd septem boues crassæ pascebantur, post quos ueniebant aliæ septem macilentæ nimis. Rursumque dormiens vidit aliud somnium, quòd septem spicæ pullulabant in culmo uno plenæ, atque formosę, post quas uidebat alias septem tenues uredine consumptas. Quæ somnia dum sapientibus Aegypti narrasset, nullus sciebat illa exponere. Tunc pincerna reminiscēs Ioseph interpretis sui:
C ait Pharaoni, Confiteor peccatum meum. Dum essem in carcere, uidi somnium ego, & pistorum magister, cum narrauissemus uni incarcerato Hebræo, scilicet, Ioseph, exposuit nobis verè sicut rei euentus probauit. Et tunc ad regis imperium subito de carcere eductus fuit Ioseph. Causa ergo quare eductus fuit de carcere, fuit eloquium domini, qui inflammauit eum, idest, informauit in solutione somniorum pincernæ, & magistri pistorum. Et hoc est quod ait, *Eloquium domini inflammauit eum, misit rex, & soluit eum*. Et non misit minores ad
D liberandum eum, sed misit *principes populorum: & dimisit eum*, scilicet, à carcere. Non est credendum, quòd scriptura sacra tãta de isto recitet propter eius corporalem liberationem, sed magis propter significatum, quia per hoc significatur, quòd uinculis peccatorum ligati, gratia spiritus sancti soluuntur. Quid enim est eloquium domini, nisi spiritus sanctus, dicente Christo suis Apostolis. Non enim uos estis, qui loquimini, sed spiritus patris vestri, qui loquitur

Eloquiũ domini est spiritus sanctus.

quitur in vobis. Cum autem istud eloquium incarceratum peccatorum uinculis inflammat, statim ipsum liberatum à uinculis emittit.

1809 *Constituit eum dominum domus suæ, & principem omnis possessionis suæ.*

Ioseph in regnum exaltatur.

HIc ponitur quintum, scilicet, ipsius Ioseph exaltatio. Causa enim huius exaltationis habetur Gen. 41. Nam, cum Ioseph eductus esset de carcere suggestione magistri pincernarum, vt solueret somnia Pharaonis de septem vaccis pinguibus præcedentibus, & septem macris sequentibus, similiter & de septem spicis pinguibus præcedentibus, & septem spicis subsequentibus, & illa prudenter soluisset, dicens, quòd primæ uaccæ septem pingues, & septem spicæ priores plenæ, significabant septem annos proximè futuros maximæ abundantiæ, & fertilitatis, sequentes autem septem vaccæ macilentes, & spicæ uacuæ significabant septem alios annos sequentes maximæ sterilitatis, in quibus consumptura est fames omnem terram, subdit dicens regi. Prouideat ergo Rex uirũ sapientem, & industrium, & præficiat eũ terræ Aegypti, qui constituat præpositos per singulas regiones Aegypti, qui tempore septem annorum fertilitatis congregent frumenta in horrea regis, vt habeātur tempore sterilitatis. Placuit consilium Pharaoni, & cunctis principibus eius. Et sic dixit ad Ioseph, Quia Deus ostendit tibi omnia, quæ locutus es, tu eris super domum meam, & ad tui oris imperium cũctus populus obediet, vno tantum solio te præcedam. Ecce constitui te super uniuersam terram Aegypti. Et tulit annulum de manu sua, & dedit in manu eius, & ascendere fecit eum super currum suum secundum, clamante præcone, vt omnes coram eo genua flecterent, & præpositum eum scirent uniuersæ terræ Aegypti. Et hoc commemorans Psalm. dicit, *Constituit eum dominũ domus suæ, & principem omnis possessionis suæ.* Per ista enim Psal. vult ostendere, quòd in domo regis, quæ est ecclesia, dominus, & princeps, siue prælatus ille solum debet constitui, qui exemplo ipsius

Prælati conditiones.

E Ioseph castitatem seruet integraliter, qui aduersa portet patienter, qui scripturam exponat sapienter, quæ habuit Ioseph, vt patet ex dictis.

Vt erudiret principes eius, sicut semetipsum, & senes eius prudentiam doceret. 1810

POnitur hic sextum, scilicet, ipsius Ioseph illustratio. Quia sicut ipse à Deo illustratus fuerat sapientia, ita ad hoc fuit exaltatus ut alios erudiret, ne lucerna domini tecta lateret sub modio. Vbi aduerte, quòd scientia est duplex, una, scilicet, per exercitium, & studium acquisita, alia autem diuinitus infusa. Prima non concernit, nisi solum necessaria, quæ aliter se habere non possunt, vt est naturalis philosophia. Et ista non se extendit ad actus humanos, qui sunt uariabiles, neque ad certam futurorum cognitionem, quæ pater posuit in sua potestate. Sed scientia diuinitus infusa, omnia concernit præsentia, præterita & futura, malitias hominum & euentus temporum, vt dicitur Sapien. 8. Primam scientiam acquisitam per studium habebāt Aegyptij. Quoniam in Aegypto primò viguit studium sapientiæ, vt dicitur 1. Metaph. sed secunda scientia carebāt, quæ necessaria erat ad prouidendum cõtra sterilitatem futuram. Et ista docuit Ioseph principes Aegypti, quia statim circuit omnes regiones Aegypti docẽs principes prouinciarum, quem ordinẽ tenere deberent in congregatione frumentorum per septem annos fertilitatis. Et hoc est, quod ait, *Vt erudiret principes eius, sicut semetipsum.* Et quia talis doctrina maximè erat circa actus humanos, & circa practica magis quàm circa speculatiua, ideo dicitur prudentia. Et hoc est, quòd subdit, *Et senes eius prudentiam doceret*, quia scirent frumenta congregare. Notandum autẽ, quòd prudentia est multiplex, scilicet, temporalis, moralis, & spiritualis. Primò est prudentia temporalis, quam, scilicet, habẽt homines mundi in acquisitione rerum tẽporalium, sicut mercatores astuti ad lucrandum, dicuntur prudentes, aduocati, & iudices, qui temporalia per fas, & nefas congregare sciunt. De qua prudẽtia

Scientia est duplex.

Studium scientiæ in Aegypto cepit.

Prudentia multiplex.

tia dicitur Luc.16. Filij huius seculi pru
dentiores sunt filijs lucis in generatione
sua. Et Baruch 3. Filij Agar exquisierũt
prudentiam,quæ de terra est. Sed forte
dices,Nunquid ergo peccatores,& mali
possunt habere uirtutem prudẽtiæ?quia
Phil.6. hoc uidetur contra Philosophum,dicen
Eth. tem,Impossibile est,prudentem esse nõ
entem bonum. Respondeo, quòd du-
plex inuenitur prudentia temporalis,
scilicet,vera,& falsa. Falsa est illa quæ in
tendit in non bonum finem,& tamẽ mo
derat cautè illa, quæ sunt ad finem illũ.
Et istam habentes, vulgariter dicuntur
prudentes,licet non sint verè prudẽtes,
sicut dicitur prudẽs latro,prudens adul-
ter, & huiusmodi. Et ista uirtus 6. Ethic.
dicitur Gnosis,idest,naturalis industria,
quæ se habet indifferenter ad bonum,&
ad malum, siue dicitur quædam astutia,
sed non est propriè prudentia,cùm uir-
tutes denominentur secundum dictamẽ
rectæ rationis ad finem debitũ. Isto mo-
do prudentiæ uir diues,sapiens sibi uide
tur,vt dicitur Prou.28. Et quia ista pru-
dentia est imperfecta,quia potest esse in
bonis,& in malis,secundũ quòd aliquos
actus prudentiæ potest habere, ut bene
consiliari,bene eligere in aliquibus. Et
dicitur largè eubulia.6.Ethic. Et sic dici
tur quis prudens mercator, vel prudens
agricola. Secũda prudentia est moralis,
quæ est vera uirtus,quam Tullius 2. rhe
toricæ sic describit dicens, Prudẽtia est
bonorum, malorumque scientia, scili-
cet,ad fugienda mala, & inquirenda bo-
na. Et quasi eandem diffinitionem dat
Philosoph.6. Ethic.dicens,quòd pruden
tia est habitus uerus cũ ratione actiuus
circa hominis bona,aut mala. Et primò
Rhetoricæ dicit,quòd prudentia est vir-
tus intellectualis, secundum quam ho-
mines possunt bene consiliari de ijs,quę
dicuntur optima, vel bona ad fœlicita-
tem. Vnde inter omnes uirtutes mora-
les, vel intellectuales prudentia cõtinet
has prærogatiuas,quia,scilicet in uirtu
tibus moralibus habet medium inueni-
re. Principalis actus eius est præcipere.
Ad regimen multitudinis habet se extẽ-
dere. Alias virtutes sub se aliquo modo
Arist. habet includere. Primum habetur ex
hoc,quòd ponitur in diffinitione virtu-
tis moralis 2. Ethic. vbi dicitur,quòd vir

A tus moralis est habitus electiuus imme
diatè existẽs, determinatus ratione,quo
ad nos prout sapiens determinabit, id
est prudens. Sicut fuit Hirã, de quo 2.
Paral.3.dicitur, quòd ipse prudẽter scie
bat inuenire omne, quod in opere erat
necessarium. Secundum patet 6. Eth. vbi
dicitur,quòd prudentia est præceptiua.
Cuius ratio est,quia actus proprius ra-
tionis practicæ est applicare consiliata,
& iudicata ad operandum. Et quia iste
actus est propinquior fini practicæ,ideo
bene dicitur principalis actus. Exem-
plum de Dauid, qui ad omnia pruden-
B ter se agebat,& ideo posuit eum Saul su
per exercitum,scilicet, ad præcipiendũ,
vt habetur.1. Reg.18. Tertium patet ex
tertio politicæ,ubi dicitur,quòd pruden
tia est propria uirtus principis. Etenim
certum est quòd ista uirtus est maximè
necessaria principibus, & in illis, qui
alios habent gubernare. Vnde in Poli-
tico. lib.4. dicitur, quòd nunqnam me-
minit auctor libri istos, per quos res pu
blica uiguit, illiteratos fuisse. Et Vege-
tius de re militari, dicit, quòd nullus est
quem oporteat vel plura, vel meliora sci
re, quàm principem, cuius doctrina om-
C nibus subditis prodesse debet. Talis fuit 3.Reg.4.
Salomon, cui Deus dedit multam prudẽ
tiam. Quartum patet, quoniam ut dici-
tur 6.Ethic. Prudentia existenti una,om
nes erunt virtutes. Causa est, quia ha-
bet ordinare circa materiam omnium
virtutum moralium,cum sit ratio recta,
& perfecta agibilium, nõ respectu unius
virtutis tantum, sed respectu omnium,
quia pro obiecto sibi adęquato habet to
tum bonum agibile humanum. Vnde
Prou.17. Gemma gratissima expectatio
præstolantis, quocunque se vertat, pru-
denter intelligit, idest, quantum ad om-
D nes alias uirtutes, prudens se rectè diri-
get, & ordinabit, pront fuerit rationis.
Ista autem prudentia facit in homine
ista bona, quia Rationem dirigit ad re-
ctè consiliandum. Voluntatem ad rectè
eligendum. Intellectum ad rectè iudicã-
dum. Affectum ad bene operandum. De
primo dicitur, 6. Ethic. quòd prudentis
est bene consiliari posse circa ipsum, id
est, circa bona humana, & conferentia,
non secundum partem, sed ad totum be
ne uiuere. Et ista uocabitur eubulia.6.
Ethic.

Ethic. Et ideo dicitur Prou.2. Consiliũ custodiet te,& prudentia seruabit te. De secundo dicitur.6. Ethic. quoniam non erit electio recta sine prudentia. Et ad hoc dicitur homo prudẽs, vt sciat reprobare malum,& eligere bonum, sicut Salomon elegit prudentiam. De tertio dicitur 6. Ethic. quòd synesis est virtus, qua quis bene iudicat, quę sunt eligenda aut fugienda. Synesis autem est quædam species prudentiæ, aut pars. Et sic prudens est bene iudicans circa agibilia. Vnde Prouerb.14. dicitur. In corde prudentis requiescit sapientia. De quarto dicitur 2. Ethic. quòd uirtus est, quæ habentem perficit,& eius opus bonum reddit. Modo prudentia est directiua ad opus bonum. Ideo dicitur Prouerb.16. Vir prudens dirigit gressus suos. Et Prouerb.3. Beatus uir, qui affluit prudentia. Tertia est prudentia spiritualis, quam quilibet possidens, gratiam habet. Et quia gratia charitatis est eadem, ideo posuerunt aliqui, quòd est dare prudentiam spiritualem correspondentem charitati, sicut est dare prudentiam correspondentem omnibus uirtutibus moralibus, theologicè loquendo. Vnde ista prudentia, habet Honestatis conuersationem. Sanctitatis meditationem. Bonitatis operationem. Felicitatis contemplationem. Veritatis affirmationem. De primo. Estote prudẽtes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ, simplicitas autem attenditur in motu,& gestu. Super quo dicit August. Simplicitatem columbinam habete, ne cuiquam malum machinaueritis,& prudentiam serpentinam, ne unquam fallamini cuiusquam insidijs, quia nõ multũ distat in uitio decipere, vel decipi. De secundo. Qui sapiens est corde, appellabitur prudens. De tertio. Estote prudentes, scilicet, operatione, & uigilate in orationibus. De quarto Prouerb.9. dicitur, quòd sapientia sanctorum est prudẽtia. Sapientia autem sanctorum est in cõtemplatione veræ fœlicitatis. De quinto. Os prudentis quæritur in ecclesia, Prudentia autem est circa futura, vt habetur.6. Ethic. Ad propositum ergo electus fuit Ioseph, vt senes Aegypti doceret prudentiam non primam, quia non est perfecta, non tertiam, quia erant infideles,& sine gratia, sed secundam, quæ

3.Reg.3. — Matth.10. — Prou.6. — 1.Pet.4. — Eccl.9. — Arist.

E est moralis, vt scilicet, prudenter sciret fami futuræ prouidere.

Et intrauit Israel in Aegyptum, & Iacob accola fuit in terra Cham. 1811

HIc ponitur septimum, scilicet populi Dei in Aegyptum descensio. Vbi notandum, quòd Iacob fuit binominis. Prius.n. dictus fuit Iacob, sed postquam luctauit cum angelo,& Deum uidit facie ad faciem (vt habetur Gen.32.) ab angelo fuit nocatus Israel. Hic autẽ cum omni sua familia tẽpore famis prædictæ intrauit in Aegyptum, vt à filio suo Ioseph ibi cum omnibus suis aleretur, vt habetur Gen.45. Cum enim fratres Ioseph filij Iacob descendissent in Aegyptum ut emerent frumenta,& finaliter Ioseph se manifestasset eis, dicens, Ego sum frater vester Ioseph, quẽ uendidistis in Aegyptum, nolite timere, pro salute enim vestra me præmisit dominus in Aegytum, Biennium est enim, quòd fames cœpit, & adhuc quinque anni restant, quibus arari non poterit, nec meti. Festinate ergo, ascendite ad patrem meum, & dicetis ei, Hæc mandat filius tuus Ioseph. Deus fecit me dominum vniuersæ terræ Aegypti, descende ad me cum omnibus quæ possides, eritque iuxta me tu, & filij tui, & filij filiorum tuorum,&c. Et dedit eis plaustra ad portandum patrem, & omnia supellectilia eius. Isti ergo uenientes ad patrem, nunciauerunt ei dicentes. Ioseph filius tuus uiuit,& ipse dominatur in totam terram Aegypti. Quo audito Iacob,& visis plaustris,& vniuersis, quæ miserat Ioseph, reuixit spiritus eius,& ait, Sufficit mihi, si adhuc uiuit filius meus Ioseph, vadam, & uidebo ipsum, antequam moriar. Sicque profectus est Iacob in Aegyptum cum omnibus filijs suis, & familia, & cũ omnibus, quæ habebat in terra Chanaã. Erant autem omnes tum Iacob cum filijs,& filiorum filijs, numero septuaginta, Et hoc est, quod commemorans Ps. ait. *Et intrauit Israel in Aegyptũ*, scilicet cum omnibus suis, *Et Iacob*, qui idem quod Israel. *Accola fuit in terra Cham.* Accola enim idem est quòd aduena, non indigena. Terra enim Cham dicitur Aegyptus cuius gens à Cham filio Noe descẽdit,

Accola dicitur.

Cham

Chā enim filius Noe fuit pater Chanaā de quo Aegyptij traxerunt originem.

1812 *Et auxit populum suum vehementer: & firmauit eū super inimicos eius.*

OStendit hic octauum, scilicet, ipsius populi, scilicet, Iacob filiorū multiplicationē. Nam, vt habetur Exod, 1. Filij Israel creuerunt, & quasi germinantes multiplicati ac roborati sunt nimis, & impleuerunt terram. Vbi notandum, quòd filij Israel, quandiu uixit Ioseph, qui dominabatur in Aegypto, propter ipsius Ioseph potestatē fratrer eius ab omnibus alijs Aegyptijs timebantur & honorabantur. Et quia tamen Aegyptij hoc faciebant, non amore, sed timore ideo corde eis maledicebant, quibus ore benedicebant. Propter quod & si apparenter amici erant, tamen realiter erant inimici. Et hoc est, quod ait, *Et confirmauit eum super inimicos eius*, scilicet, quandiu uixit Ioseph. Propter quod statim mortuo Ioseph, Aegyptij apertè ostenderunt se inimicos eorum, vt habetur Exod. 1. Vel hoc quòd Deus confirmauit populum suum super inimicos eorum. s. Aegyptios, refertur ad tēpus Moysi. Mortuo enim Ioseph, filij Israel fuerunt multum afflicti ab Aegyptijs, in tātum quòd regis præcepto omnis masculus, qui ex filijs Israel nascebatur, necabatur. Sed post quando Deus per manū Moysi fecit illa mirabilia signa in Aegypto, & eam suis plagis percussit, tunc filij Israel fortificati, & confirmati fuerūt super Aegyptios. Et hoc ponit Gloss. dicens, *Et firmauit eum super inimicos eius*. Hoc non ante Moysen factum fuit, sed per signa Moysi. Ante enim masculi filiorum Israel necabantur, & ipsi in faciendis lateribus cōterebantur. Sed post in manu potenti per signa, & portenta domini, metuēdi, & honorādi facti sunt: donec duri regis contentio uinceretur, ipsumque cum exercitu suo mare rubrū obrueret. Ex hoc quòd mortuo Ioseph filij Israel multiplicati sunt, quia *auxit populum suum uehementer, & firmauit eum*, &c. vult spiritualiter Psalm. ostendere, quòd per Christi mortem multiplicati sunt fideles. Vnde Gregor. super Exo. ait. Sic postquam verus Ioseph, id

Israel in Aegyptoquo modo fuit fortificatus.

Christi mors multiplicauit fideles & uirtutes.

A est, Christus pro omnibus mortem suscepit, & destruxit eū, qui habebat mortis imperium, multiplicatus, & auctus est populus fidelium. Nisi enim granum frumenti cadens in terra mortuum fuisset, solum mansisset, Vel aliter secundū Origenem, Si moritur in te Ioseph, id est, si mortificationem Christi in te susceperis, & mortifices membra tua peccato, multiplicantur in te filij Israel, sensus, scilicet, boni, & spirituales. Si enim sensus carnis mortificantur, sensus animæ crescunt, & morientibus in te vitijs, virtutes augētur, & terra te multiplicat

B in omnibus bonis, quæ per officium corporis ministrantur. Paulum multiplicauerat terra, qui dicebat, Permanere in carne magis necessariū est propter vos. Dum enim manet in terra, id est, in carne sua, multiplicatur credendo, acquirendo populum Deo, &c. *Phil. 1.*

Conuertit cor eorum, vt odirent populum eius: & dolum facerent in seruos eius. 1813

HIc ponitur nonum, scilicet, ipsius populi ab Aegyptijs afflictio. Qđ

C fuit, quādo rex Aegypti alios Aegyptios induxit apertè ad persequendum filios Israel, dicens eis. Ecce populus filiorum Israel multus, & fortior nobis est. Venite sapienter opprimamus eum, ne fortè multiplicentur, &c. Et tunc afflixerunt eos apertè operibus duris luti & lateris. Et quantum ad hoc. d. *Conuertit cor eorū, ut odirent populum eius*. Etiam occultè insidiabantur eis. Vt puta, quia rex Aegypti præcepit obstetricibus, vt in partu Hebræarum masculos interficerent, simulando quòd abortiuum fecissent, vt habetur Exo. 1. Sed dices: Quis conuer- *Exod. 1.*

D tit cor eorum ad tantum malum peragē dum, vt odirēt populum eius, & dolum facerent &c. Dicunt aliqui quòd hoc refertur ad regem Aegypti, qui dixit populo suo. Populus filiorum Israel fortior est nobis. Venite sapienter opprimamus eum &c. Non enim ausi sunt dicere, ꝙ hoc fecerit Deus, timentes ex hoc dicere, quòd Deus est causa peccati. Sed hoc non stat in ueritate, quia ad literam ps. loquitur de Deo, scilicet, quòd Deus cō uertit cor eorum, vt odirēt filios Israel.

Non

Non est maius periculum confiteri, quod Deus conuertit cor eorum ad odium, quam dicere quòd Deus indurauit cor Pharaonis. Et tamen Deus dicit apertè. Ego indurabo cor Pharaonis. Qualiter autem hoc Deus facere possit, non tamẽ sit causa peccati, uide uers. 1697. Consimiliter dicitur hic de Deo, quod conuertit cor eorum, vt odirent populũ eius &c. Quomodo autem hoc fit possibile Deo hic declarat gloss. non quòd Deus illorum corda ad malum induxerit, sed ipsi propter bona Dei opera ad malum sunt moti, verbi gratia, Deus benefaciebat populo Israel, ipsos multiplicando, & fortificando. Aegyptij ergo hoc uidentes, ad inuidiam sunt excitati, scilicet, quòd accolæ, & peregrini in ipsorum patria tantum prosperatētur. Et ex hoc bono opere Dei, se ad illorum odium conuerterunt. Vnde hoc ponens gloss. hic dicit. *Conuertit cor eorum ut odirent populũ eius.* Non ideo dicit, *Conuertit cor eorum*, quòd Deus sit auctor mali. Non intelligendũ est vel credendum, quòd Deus cor hominis ad facienda peccata cõuertat, vel quòd paruum peccatum sit odisse populum Dei. Istorum ergo grauium peccatorum auctor non est Deus, quia nullius etiam leuissimi peccati, auctor credẽdus est. Sed mirabilis Dei bonitas etiam malis bene utitur. Cum enim ipsi uitio suo mali essent, ille de malo illorum bene fecit. Non enim antequam odissent populum eius, boni erant, sed maligni, & impij, tales erant, qui facile incolis suis fœlicibus inuiderent. Dũ ergo auxit Deus fœlicitatẽ populi sui, hoc Dei beneficio illi ad inuidendum sunt conuersi, quia iã mali erant. Non itaq; cor illorum malũ faciendo, sed populo suo benefaciendo, cor eorum sponte malum conuertit, dũ suos multiplicauit, vt odirẽt per inuidiã populum eius. Inuidia.n. est odium alienæ fęlicitatis, quo illorum odio ad exercitationem populi sui, & ad gloriam nominis sui usus est, sicut sequentia docẽt, &c. vnde Exo. 1. dr. Oderãt filios Israel Aegyptij, & affligebãt illudẽtes eis.

Exod. 7.

Cor ad malum quomodo cõuertit.

2814 *Misit Moysen seruum suum: Aaron, quem elegit ipsum.*

Hic describuntur mirabilia facta tẽpore Moysi: tam in terra Aegypti quàm in deserto. Et primò describitur prima, secundò secunda, ibi. *Petierunt, & uenit coturnix.* Circa primum duo facit quia primo ostenditur, quorum ministerio illa mirabilia sunt facta, secundò quo modo, ibi. *Posuit in eis.* tertiò quæ mirabilia fuerunt illa. ibi, *Misit tenebras.* Quantum ergo ad primum primo notat ministros mirabilium factorum in Aegypto, qui fuerunt Moyses, & Aaron. In illis enim mirabilibus Moyses erat principalis minister, sed quia non erat multum eloquens, Deus ei associauit fratrem suũ Aaron, qui loquelæ magnam habebat facundiam. Vnde Exod. 4. Postquam dixisset dominus Moysi, Veni mittam te ad Pharaonem, vt educas filios Israel de Aegypto. Ait Moyses ad dominum. Obsecro domine, non sum ego eloquẽs, sed impeditioris, & tardioris linguæ sum. Tunc sibi respõdit dominus, Aaron frater tuus scio, quòd eloquens est, tu pones uerba mea in ore eius, ipse loquetur pro te ad populum, & erit os tuũ. Sic ergo istos duos ministros elegit Deus, vt loquerentur Pharaoni, & ipsorum ministerio mirabilia in Aegypto faceret coram Pharaone. Moyses erat immediatus Dei minister, sed Aaron quasi minister Moysi. Et aduerte, quòd vt ait glo. Exod. 4. Moyses ideo dicebatur non eloquens, quia secundum Hebræos Moyses gracilem, & tenuem habuit uocem, & in illis mirabilibus fiẽdis coram Pharaone, necesse erat vti voce clamosa, quia regio fastu prope Pharaonem accedere non permittebatur. Erat autẽ tunc Moyses octuaginta annorum, Aaron autem octuaginta trium. Hos ergo duos. s. Moysen, & Aaron insimul misit dominus, vt liberarent populum suum de seruitute Aegypti, ad denotandum, quòd prælatus uolens subditos de seruitute peccati liberare, in se debet simul habere Moysen, & Aaron. Per Moysen, qui fuit legislator, scientia intelligitur, sed per Aaron charitas, quia nec scientia sine charitate, sed nec charitas sine scientia subditis proficit, immo magis potest subditis proficere scientia prælati quã bona ipsius uita, vt dicit Oddo. super illo uerbo Exod. 28. Applica ad te Aaron fratrem tuum, dicens, Prælatus signo. rat legem Dei, quomodo suum sequetur

Moyses quomodo ineloquens fuit.

Moyses significat sciẽtiam, Aarõ significat charitatem. Oddo. Prælatus debet habere scientiã, & charitatem

tur officium, qui nec de vulnere scit iudicare, quomodo ipsum curare poterit? Cum ergo reprobandus sit prælatus ex mala vita, multo fortius ex ignorantia. Peccare enim potest prælatus occultè ut noceat sibi soli. Si verò cæcus fuerit, non se solum sed totum gregem in foueam trahit. Sic ergo quia ratione subditorum plus in prælato necessaria est scientia, vel cognitio diuinæ legis figurata per Moysen, quam charitatis, vel bona uita figurata per Aaron. Hinc est, quòd Moyses præmittitur ipsi Aaron, cum dicitur, *Misit Moysen seruũ suum, Aarõ*, &c. Et quòd per Aaron charitas, vel sanctitas vitæ denotetur, quod videtur magis obscurum, hoc patet. Quoniam magnã charitatem expressit Aaron, quando se totum in adiutorium Moysi orantis dedicauit, immo in subsidium totius populi, pro quo Moyses orabat. Exod. 17. Vbi dicitur, quòd dũ Moyses oraret, Aarõ, & Hur sustentabant manus eius. Quæ verba ad propositum exponit Gualfredicens, In Aaron, & Hur amorem Dei, & proximi accipite, quia in his duobus mandatis vniuersa lex pendet, & prophetæ. Nihil est quod timeas, si tales auxiliatores, & consiliatores habeas tecum. Per Aron enim amor Dei designatur, quia Aaron mons fortitudinis interpretatur. Et quid est mons fortitudinis, nisi amor omnipotentis? Vis scire quantum mons iste sit fortis. Charitas (vt ait Apostolus) nunquam excidit, & charitas omnia suffert. Hunc montem diabolus non facilè aggreditur, sciens quod scriptum est, quòd qui tetigerit montem, lapidabitur. Hur autem, qui lumen, siue ignem significat, amorem proximi nobis euidenter insinuat. Quod enim amor proximi lumen sit, Ioannes ostendit dicens, Qui diligit fratrem suum, in lumine manet. Sit ergo nobiscum Aarõ, vt ardeat in nobis ignis diuini amoris, & sic intus feruear, vt etiã foris exeat per exhibitionem fraternæ dilectionis. Hoc namque mandatum habemus à Deo, vt qui diligit Deum, diligat & fratrem suum. O quàm frigidus est, iu quo non ardet iste ignis. Parum dixi, mortuus est, iuxta illud, Qui non diligit, manet in morte. Et ideo quia nullus amor in infimis dulcior est amore fraterno, ideo ad ostendendum, quòd Aaron

Aaron significat charitatem & dilectionem Dei.

1. Cor. 13.

Exod. 19.

Hur significat charitatem & dilectionem proximi.

1. Ioan. 3.

A significat charitatis amicitiam, ipse in scriptura sæpius fraterno nomine designatur. vt Exo. 7. Dixit ad Moysen, Aarõ frater tuus, ipse erit propheta tuus. Ex quibus patet, quòd in prælato simul Moyses, & Aaron debent coniungi, scilicet, scientia, & amor, vt subditos de potestate diaboli possit liberare. Sic enim Deus misit Moysen seruum suum: Aaron, quẽ elegit ipsum.

Posuit in eis uerba signorum suorum, & prodigiorum in terra Cham. 1815

B HIc ostendit modum, quo prædicti Moyses, & Aaron fecerunt mirabilia in terra Aegypti. Vbi notandum, quòd illa signa fuerunt facta uirtute diuina, non uirtute Moysi, vel Aaron, sed facta fuerunt ad verba eorum, quia Deus, vt ostenderet potentiam in seruis suis, posuit verba in ore ipsorum, quibus signa mirabilia imperarent fieri, tamen ipse Deus miracula illa faciebat. Sicut sacerdotis ore verba consecrationis eucharistiæ proferuntur, tamẽ Deus est, qui sua virtute panem conuertit in Christi corpus, & vinum in sanguinem, vt dicitur de C consec. dist. 2. quia corpus. Et aduerte, quòd aliter posuit verba signorum suorum in Moyse, & aliter in Aaron. Nam Deus per semetipsum informabat Moysen, quid esset dicturus, sed mediãte Moyse informabat ipsum Aaron. Vnde dixit dominus ad Moysen, Loquere ad Aarõ, & pones verba mea in ore eius, ipse loquetur pro te ad populum. Vbi glo. Augustini. Hoc adiutorium Aaron, adiunxit dominus Moysi, qui conuenienti voce sufficeret populum docere, quoniam Moyses gracilis vocis, & tardioris linguæ erat. Quod autem ait: Dabis verba mea D in ore eius, ostendit, quòd ea loquendo esset daturus. Deinde quod postea ait, Et loquetur pro te ad populum, & ipse erit os tuum. Ex hoc indicat in Moyse principatum, in Aaron autem ministerium. Sic ergo differenter posuit in eis, in Moyse, & Aaron uerba signorum suorum & prodigiorum in terra Cham, scilicet, quæ ibi in Aegypto erat facturus. Terra enim Cham vocatur Aegyptus, eo quòd Mesraim, à quo denominata est Aegyptus, fuit filius Cham filij Noe.

Moyses in mirabilibus faciendis erat principalis, sed. Aaron minister Moysi. August.

Gen. 10.

Gen.10. Vnde ubicunque in ueteri testamento habetur Aegyptius in Latino, in Hebræo habetur, Mesraim. Hic nota, quod signa diuina sunt in multiplici differentia. Est enim quoddam signum placatiuum diuinæ iracundiæ, quod est misericordiæ. Quoddam signũ punitiuum humanæ immunditiæ, quod est pœnitentiæ. Quoddã directiuum humanæ ignorantiæ, quod est sapientiæ. Quoddam expressiuum diuinæ potentiæ, quod est efficaciæ. De quarto autem signo hic agitur, quia in decem plagis, quæ Deus immisit per verba Moysi, & Aaron in Aegyptum, ostendit potentiam suam cunctis præualere, vt ait dominus Exod.7 Multiplicabo signa, & portenta mea. Et de talibus signis nunc ait, *Posuit in eis uerba signorum suorum*, &c.

Signũ multiplex.

1816 *Misit tenebras, & obscurauit, & non exacerbauit sermones suos.*

HIc incipit narrare mirabilia, quæ in terra Cham facta fuerunt. Et diuiditur in partes decem secundum quod fuerunt mirabilia secundum decem plagas, quibus percussit Aegyptum, quæ tamen plagæ hic non ponuntur illo ordine, quo immissæ fuerunt, nec etiam hic omnes plagæ numerantur siue ponũtur quia solum ex decem hic octo numerantur. Et secundum istas octo plagas, hæc pars habet octo partes, quæ patebunt successiuè. Prima plaga, quæ hic ponitur in ordine fuit nona, scilicet, plaga tenebrarum. De qua dicitur Exod.10. Dixit dominus ad Moysen. Extende manum tuam in cœlum, & fiant tenebræ super terram Aegypti tam densæ, vt palpari possint. Extendit Moyses manum, & factæ sunt tenebræ horribiles in tota terra Aegypti, tribus diebus nemo vidit fratrẽ suum, nec mouit se de loco in quo erat. Vbicunque autem habitabant filij Israel, lux erat. Et hoc recolens Psal. ait, *Misit tenebras, & obscurauit, & non exacerbauit sermones suos*, scilicet, ipse Deus, quia, scilicet, ipsos compleuit. Res enim quæ remanet acerba, non peruenit ad finem intentum naturæ. Illi ergo dicuntur exacerbare sermones suos, qui promittunt, & promissa non impleut. Sed quia Deus plagas, quas immittere promisit, ad effectum produxit, ideo dicitur quòd non exacerbauit sermones suos. Et quamuis ista plaga tenebrarum secũdum rei ueritatem nõ fuerit prima, hic tamen ideo ponitur primo loco, quia per ipsam significatur mentis cæcitas, quæ est omnis mali initium, quia secundum Aristot.3. ethic. omnis malitia præsupponit mentis obscuritatem, ideo dicit ibi, quòd omnis malus est ignorans. Cum enim obiectum uoluntatis sit bonum, nunquam aliquid vult, nisi aut quod est verè bonum, aut quod apparet bonũ, & non est, & tunc decipitur, & ignoratur intellectus. Et hoc intelligit hic glo. dicens, Per tenebras intelligimus corda eorum obscura, qui præcepta Dei spernebant. Et est competens initium plagarum cæcitas, sine qua non incurrisset cætera. Et attẽde quòd ista plaga, quæ realiter fuit nona, directè competit transgressori noni præcepti. Præceptum enim nonum est. Non concupisces vxorem proximi tui. Nona plaga densæ tenebræ. Est enim quædam tenebra Mœchia etiam in appetendo vxorem alienam, quando cuius non sufficit sua, etiã alienam tentare, verè densæ tenebræ sunt. Nihil enim tam dolet patiens, nihil tam nolit pati faciens, qui ergo hoc facit, verè cæcatur furore horribili.

Tenebrarũ plaga.

Exacerbantur sermones qui non implentur.

Vxorẽ alienam concupiscere, cæcitas est horribilis.

Conuertit aquas eorum in sanguinem: & occidit pisces eorum. 1817

HAec enim fuit prima plaga, qua Deus percussit Aegyptum, quia omnes aquas Aegypti conuertit in sanguinem, & sic occidit omnes pisces eorum, nec aliquis ex aquis poterat bibere. Hæc tamen plaga non tetigit terram Aegypti, quam incolebant filij Israel. Istam plagam expositam vide ver.1326. *Et occidit pisces eorum*. Per hoc enim, quod aquas conuertit in sanguinem, præsignabat eis Deus, quòd aqua maris rubei uerteretur eis in mortem. *Et occidit pisces eorum*, præsignans eorum finalem desperationem. Vnde glossa. Et occidit pisces eorum, ne sit in aquis spes uitæ illis hominibus, cum in aqua moritur, quod ibi naturaliter nutritur. Aqua enim significat gratiam spiritus sancti. Pisces ergo naturaliter uiuentes in aqua significant eos,

Pisces significant spem & pœnitentes.

eos, qui spe gratiæ uiuunt, qui occiduntur apud Aegyptios, A quia spe gratiæ priuãtur. Vel per pisces, qui viuũt in aquis: accipe pœnitentes, qui in aquis lachrymarum uitam suam ducunt. Et isti apud Aegyptios occiduntur, quia nullus eorũ ab obstinatione sua ad statum pœnitẽtiæ erat reuersurus, sed omnes obstinati in mari erant submergendi.

1818 *Et dedit terra eorum ranas, in penetralibus regum ipsorum.*

Hic ponitur alia plaga, quæ fuit secunda, ut habetur Exod. 8. B Vbi dixit dominus ad Moysen. Dic ad Aaron. Extende manum tuam super riuos, fluuios, & paludes, & educ ranas super terram Aegypti. Et extendit Aarõ manum super aquas Aegypti, & ascenderunt ranæ, & operuerunt terram Aegypti. Quæ ranæ fuerunt in tãta multitudine, quòd intrabant omnia loca Aegypti quantũcunq; secreta, cameras, mẽsas, lectos, &c. Et hoc est, quòd ait, *Dedit terra eorum ranas in penetralibus regum ipsorum*. Et dicit regum in plurali, quamuis unus solus esset rex Aegypti, quia reges intelligit omnes principes regum, populumq; C regentes. Quid autem istæ ranæ mysticè significent uide uersicu. 1327. Et uide, quòd ista secunda plaga secundo præcepto correspondet. Quod deducit Richardus, dicens, Secundum præceptum est. Non accipies nomen Dei tui in uanum. Nomen domini ueritas est. Ipse enim ait. Ego sum ueritas. Qui loquitur ueritatem, de Deo loquitur, qui autẽ loquitur mendacium, de suo loquitur. Veritatem loqui, est rationabiliter loqui, uanitatem autem loqui, est strepere. Secundum ergo præceptum est dilectio ueritatis cui contrariatur dilectio uanitatis. D Loquitur ueritas: Perstrepit uanitas. Huic contraria est secunda plaga ranarum abundantia, quarum loquacitas uanitatem significat. Amatores ueritatis non accipiunt nomen Dei in uanum, quia à ueritate in uanitatem non recedunt, qui autem ueritati contradicunt, & uanitati decepti decipiunt, ranæ sunt tædium inferentes auribus, non uerbum mentibus. Audi homines rationabiliter loquentes, non sunt loquelæ, neque sermones, quorum non audiantur uoces eorum, sed uoces non inanes, quia in omnem terram exiuit sonus eorum, &c. Audi & Ranas: vana locuti sunt unusquisque ad proximum suum.

Dixit, & venit cynomyia, & cinifes in omnibus finibus eorum. 1819

Hic ponitur alia plaga, quę fuit quarta, ut habetur Exod. 8. vbi dicitur, Dixit dominus ad Moysen. Loquere ad Aaron. Extende uirgam tuam, & percute puluerem terræ, & fiant cinifes in tota terra Aegypti, feceruntque ita, & extendit manum suam Aaron virgam tenens: percussitq; puluerem terræ, & facti sunt cinifes in hominibus, & in iumentis, omnis puluis terræ uersus in cinifes per totam terram Aegypti. Et statim post sequitur de plaga cynomyiarum, siue muscarum. Et uenit musca grauissima in domo Pharaonis, & seruorum eius in omnem terram Aegypti. Corrupta est autem terra ab huiusmodi muscis. Ista duo insimul commemorans Psalmista ait, *Dixit, & venit cynomyia*, idest, musca canina. Et cum hoc uenerunt aliæ muscæ graues diuersi generis. Et hæc fuit plaga quarta. De alia autem plaga, quæ fuit tertia: sequitur, *Et cinifes in omnibus finibus eius*. Quid autem sit cynomyia, uide uersi. 1327. Et nota, quòd dicitur, *Et venit cynomyia*, in Exodo dicitur: Et uenit musca, ubi accipitur singulare pro plurali, quia ibi fuit tanta muscarum multitudo, q; totam terram Aegypti impleuerunt. Vnde Augustinus in glos. Exod. Et venit musca, &c. Musca pro multitudine muscarum posita est. Nescio enim quomodo per loquendi consuetudinem imbutis sensibus hominum plus uidetur, qđ singulariter, quam quod pluraliter dicitur, verbi gratia, Est illic miles, plus significat, quam sunt illic milites. Est illic piscis, plus significat, quã sunt illic pisces. *Et cinifes in omnibus finibus eius*. Cinifes enim secũdum catholicon est genus paruarum muscarum, quod uulgo dicitur zinzala. Et secundum Papiam cinifes est genus culicum aculeis permolestũ, quæ sunt ita paruæ, quòd uix oculis hominũ uidentur. Et attende, q; in ista tertia plaga cinifum, magi Pharaonis defecerunt.

Ranarum plaga.

Ranæ significant vane loquentes.

Plaga quarta muscarum.

Cynomyia est musca canina.

August.

Plaga cinifum.

Cinifes est zinzala.

Magi Pharaonis defecerũt in tertia plaga. Nam in prima plaga magi Pharaonis et aquam uerterunt in sanguinem, vt fecerat Moyses. Similiter & in secunda plaga Ranarum, ipsi suis incantationibus ranas produxerunt. Sed in ista tertia plaga defecerunt, non ualentes suis incãtationibus producere cinifes. Vnde dixerunt, Digitus Dei est hic. Quod pertractans Augustinus super Exod. dicit, Quod dixerũt magi ad Pharaonem, Digitus Dei est hic: quia non potuerunt educere cinifes. Senserũt profectò (cum artium suarũ nefariarũ scirẽt potentiã non praeualere talibus artibus, uelut potentior in eis esset Moyses) se fuisse frustratos, sed digito Dei qui operabatur per Moysen, qui est spiritus sanctus. Quod enim alius euangelista ait, In digito Dei eiicio daemonia, id exposuit dicens, in spiritu Dei. Cum verò magi, in quorum potentia Pharao confidebat, confiterentur dignum Dei esse in Moyse, in quo superabantur eorũ ueneficia. Induratum tamen est cor Pharaonis. Cur autem in tertia plaga magi defecerunt, sentire, & explicare difficile est. Poterant enim in primo signo deficere, verbi gratia. Vbi virga versa est in serpentem, & in prima plaga ubi aqua versa est in sanguinem, & in secunda de ranis, si hoc voluisset digitus Dei, idest spiritus Dei. Quis enim dixerit digito Dei magos in hoc signo posse impediri, & non in superioribus? Certa est ergo causa, quare huc vsque facere permissi sunt. Commendatur enim fortasse trinitas, & quasi verum est. Summi Philosophi gentium quantum in eorum literis indagatur, sine spiritu sancto philosophati sunt: quamuis de patre, & filio non tacuerint. Ista tertia plaga cinifum directè correspondet tertio mandato. Vnde Rabanus ait, Tertium praeceptum est, Memento vt diem sabbathi sanctifices, quo insinuatur vacatio, & tranquillitas mentis, quam bona conscientia facit. Ibi sanctificatio, quia ibi spiritus Dei. Vnde super quem requiescet spiritus meus, nisi super humilem, quietum, &c. Inquieti ergo à spiritu sancto resiliunt, prouocatores rixarum, amatores calumniarum, nec admittunt quietem spiritualis sabbathi. Esto ergo mansuetus, non sit tumultus in corde tuo, volitantibus per corruptionem phantasmatibus, & te pungentibus. Audi

Augus.

Digitus Dei est spiritus sanctus.

Rabanus.

E Deum dicentem. Vacate, & videte, quoniam ego sum Deus. Tu per inquietudinem uacare non vis, & caecatus exigis videre, quod non potes. Attende enim contrariam plagam. Cinifes natae sunt in terra Aegypti de limo muscae, scilicet minutissimae, inquietissimae, inordinatè volantes, in oculos ruentes, & negantes hominibus requiem, dum abiguntur, redeunt, sic phantasmata inquietorum. Praeceptum tene: plagam caue. Similiter & quarta plaga quarto praecepto respondet, vnde idem ait, Quartum praeceptũ est, Honora patrem tuum, & matrem F tuam. Huic praecepto contraria est quarta plaga, scilicet, cynomya, idest, musca canina. Canum enim est, parentes non agnoscere. Vnde & catuli canum caeci nascuntur. De ista quarta plaga vide versiculo 1327. *Psal. 45.*

Posuit pluuias eorum grandinẽ, ignem comburentem in terra ipsorum. 1810

Hic ponitur alia plaga, quae in ordine fuit septima, ut habetur Exo. 9. Dixit dominus ad Moysen, Extende manum tuam in coelum, ut fiat grando in G omni terra Aegypti super homines, & super iumenta, & super omnem herbam agri in terra Aegypti. Extendit Moyses virgam in coelum, & dominus dedit tonitrua, & grandinem, & discurrentia fulgura super terram, pluitq; dominus grãdinem super terram Aegypti, & grando igni mixta pariter ferebatur, tantaeque fuit magnitudinis, quanta nunquam antè apparuit in uniuersa terra Aegypti, & caetera. Et hoc commemorans Psal. ait. *Posuit pluuias eorum grandinem*, &c. De ista plaga vide uersiculo 1329. Ista plaga, quae in ordine fuit septima, septimo H praecepto respondet, ut dedicit Rab. dicens, Septimum praeceptum est: Non furaberis, septima plaga grando in fructibus. Nemo enim habet iniustum lucrum sine iusto damno. Dum furaris, acquiris vestem: perdis fidem, lucrum uisibile, damnum inuisibile, lucrum de tua caecitate, dãnum de domini nube. Qui enim malo desiderio forinsecus furantur, Dei iudicio intrinsecus grandinantur, & ager cordis eorum deuastatur.

Plaga septima grando.

1821 *Et percussit vineas eorum, & ficulneas eorum, & contriuit lignum finium eorum.*

HIc non ponitur plaga distincta, sed effectus plagæ grandinis. Nã grando igni immixta descendens consumpsit omne, quod in cãpis, vel in locis discoopertis reperit. Quoniã ut dicitur Exo. 9. Percussit grando in omni terra Aegypti cuncta, quæ fuerunt in agris ab homine vsque ad iumentum, cunctam herbam agri percussit grãdo, & omne lignum regionis confregit, tantum in terra Gessen, vbi erant filij Israel, grando non cecidit. Mysticè autem per uineam, & ficulneam destructam, intellige hypocritarum opera à Deo esse reprobata. Vnde Gregor. ait. O miseri hypocritæ, qui affectantes laudes hominum in semetipsis dissipant fructus laborum. Cumque se ostendere alienis oculis appetunt, damnant, quod agunt. Quos nimirum maligni spiritus cum ad iactantiam prouocant, eorum opera captiuantes denudant. Vnde sub cuiusdam gentis specie antiquorum hostium malitiam signans, per prophetam veritas dicit, Posuit uineam meam in deserto, decorticauit ficum meã, nudans spoliauit eam, albi facti sunt rami eius. Insidiantibus quippe spiritibus, vinea Dei in deserto ponitur cum plena fructibus anima humanæ laudis cupiditate dissipatur. Ficum Dei gens ista decorticat, quia seductam mentem in fauoris appetitum rapiens, quo hanc ad ostentationẽ pertrahit, tegmen ei humilitatis tollit, eamque nudans spoliat, quia quousque in bonis suis abscondìtur, quasi proprij tegminis cortice uestitur. Cũ verò mens hoc, quod egerit, uideri ab alijs appetit, quasi spoliata ficus eum, qua se texerat, corticem amisit. Vnde apertè subditur. Albi facti sunt rami eius, quia ostensa humanis oculis eius opera candescunt. De sanctitate nomen sumitur, cũ recta actio diuulgatur, sed quoniam subducto cortice, rami huius fici arefiunt, solerter intuendum est, quia facta arrogantium humanis oculis ostensa, unde placere appetunt, inde siccantur. Mens itaque quæ per iactantiam proditur, decorticata rectè ficus uocatur. Vnde ait Psal. de appetitu laudis humanæ. *Et percussit vineas* A *eorum & ficulneas eorum*, &c. Vide de hoc effectu illius plagæ versic. 1330.

Vinea dissipata, & ficus expoliata hypocritę similantur.

Gregor. 8. mor. c. 38.

Ioel 1.

Dixit, & venit locusta, & brucus, cuius non erat numerus. 1822

HIc ponitur alia plaga, quæ in ordine fuit octaua immediatè sequens plagam septimam. Vbi notandum, quòd (vt habetur Exod. 9.) post plagã septimã grandinis remanserunt aliqua terræ nascentia, quæ adhuc sub terra latebãt, necdum supra terram erant nata, unde grandine (vt ibi dicitur) linum, & hordeum læsum est, eo quod hordeum esset virens, & B linũ iam folliculos germinaret. Triticũ autem, & far non sunt læsa, quia serotina erant. Ista ergo octaua plaga superueniens. s. locustarũ, & brucorũ, totũ, quicquid remanserat à plaga grandinis, consumpsit. Vnde ut habetur Exod. 10. Dixit Moyses ad Pharaonem, Hæc dicit dñs, Dimitte populum meum. Et, si non uis dimittere, ecce ego inducam cras locustã in fines tuos, quæ operiat superficiẽ terræ, nec quicquã eius appareat, sed comedatur, quod residuum fuerit grandini, & corrodent omnia ligna, quæ germinant in agris. Cum ergo Pharao nollet ẽt adC huc dimittere populũ, dixit dñs ad Moysen. Extende manum tuã super terram Aegypti ad locustam, ut ascendat super eã, & deuoret omnem herbam, quæ residua fuerit grandini. Extendit Moyses virgam super terrã Aegypti, & dñs induxit ventum vrẽtem tota die & nocte, & mane facto, vẽtus vrẽs leuauit locustas, quæ ascenderunt super vniuersam terrã Aegypti, & sederunt in cunctis finibus Aegyptiorũ innumerabiles, quales ante illud tp̃s non fuerũt. Deuorata sunt ergo oĩa quæ grando dimiserat. Istã ergo plagam memorans Ps. ait. *Dixit, & venit lo*D *custa*, &c. Vnde locusta, & brucus fuerũt insimul una plaga. Brucus. n. est quidam paruus vermis à locusta generatus, qui dr̃ brucus à brachys, qđ est breue, eo quod breuis sit. Et uide quod ista octaua plaga correspondet octauo pręcepto. Qđ deducit Raba. dicẽs, Octauũ pręceptũ est. Falsum testimoniũ nõ dices. Octaua plaga locusta animal. s. dente noxium. Falsus. n. testis mordendo nocet, & cõsumit mẽtiendo. Vnde si mordetis, & consumitis, uidete ne adinuicem consumamini.

Plaga octaua locusta, & brucus.

Brucus.

Rabanus.

1813 ***Et comedit omne fœnum in terra eorum, & comedit omnem fructum terræ eorum.***

HIc non ponitur noua plaga, sed effectus plagæ octauæ, scilicet locustarum, & brucorum, quæ consumpserũt omnia terræ nascentia, quæ remanserãt à plaga grandinis, ut dictum est. Litera clara est. Sed moraliter quid per locustas, quæ omne bonum consumpserunt, quas ventus vrens adduxit, intelligitur, nisi adulatio quæ omnia bona deuorat hoîs? Vnde Greg. super Exod ait, Exhibitæ cęlitus Aegypti plagæ, exigentibus meritis corporaliter illatę sunt. Sed quę mala quotidie prauas mentes feriant, spiritualiter signauerunt. Quibus exteriori percussione commota humana mens, dolensque perpenderet, quæ vastationis damna interius negligens toleret. Per locustas.n. quæ plus quàm cætera minuta animantia fructibus nocent, linguæ adulatorum figurantur, quæ terrenorũ mẽtes aliqua bona proferentes immoderatius laudando corrumpunt. Fructus.n. Aegyptiorum opera cenodoxorum, quæ locustæ exterminant, dum adulantes linguæ ad appetendas laudes transitorias cor operantis inclinant. Herbam locustæ comedunt, quãdo adulatores verba loquentium fauoribus extollunt. Poma verò bonorum deuorãt, dum uanis laudibus quorundam tanquã fortium opera euarrant. Vel per locustam significatur inanis gloria, per brucum autem vitiũ gulæ figuratur, ut ostẽdit Greg. 33. mor. c. 39. exponens illud Iohel 1. dicẽs, Residuum erucæ comedit locusta, residuum locustæ comedit brucus, residuum bruci comedit rubigo, dicẽs, Quid enim per erucam, quæ toto in terram corpore repit, nisi luxuria designatur, quæ cor, quod tenet, ita polluit, vt in superioris munditię surgere amorem non possit? Quid per locustam quæ saltibus euolat, nisi inanis gloria exprimitur, quæ se varijs modis præsumptionis exaltat? Quid enim per brucum, cuius penè totum corpus in vẽtre colligitur, nisi edendi ingluuies figuratur? Quid per rubiginem, quę dum tãgit, incendit, nisi ira innuitur? Residuum ergo erucæ locusta comedit, quia sæpè, dum luxuriæ vitium à mente recesserit,

Gregor.

Locusta significãt adulatores.

Eruca significat luxuriam.

Locusta significat inanẽ gloriam.

Brucus significat gulam.

Rubigo significat impatiẽtiam.

E inanis gloria succedit. Nã quia iam quasi per amorem Dei caro sternitur, mens quasi se sanctam ex castitate gloriatur. Et residuũ locustæ comedit brucus: quia sæpè cum inani gloriæ, quæ quasi ex sanctitate veniebat, resistitur, vel ventri, vel quibuslibet ambitionis desiderijs immoderatius indulgetur. Mens enim Dei nescia tanto atrocius ad quemlibet ambitũ ducitur, quanto nullo uel humano laudis amore refrenatur. Residuũ verò bruci consumit rubigo, quia sæpe, dum ventris ingluuies per abstinentiam restringitur, impatientia acrius dominatur. Et F more rubiginis quasi exurendo messem comedit, quia uirtutum fructum impatiẽtiæ flamma labefacit. Dum ergo intus vitia succedunt, agrum mentis alia pestis deuorat, quod alia relinquit. Sic etenim, quod plaga grandinis dimisit, locusta, & brucus consumpsit.

Peccatum succedẽs cõsumit quod præcedens relinquit.

Et percussit omne primogenitum in terra eorum, primitias omnis laboris eorum. 1814

POnitur hic alia plaga, quæ fuit decima, & ultima, scilicet, omnium pri- G mogenitorum Aegyptiorum interfectio. Aduertendum autem, quòd hic non facit mentionem de duabus plagis, scilicet de quinta, & sexta. Quinta enim fuit omnium animalium Aegyptiorum pestilentia, & mors, quæ secundum Rabanũ correspondet 5. præcepto. Quintum enim præceptum est: Non mœchaberis. Quinta plaga mors in pecoribus, & animalibus: Comparemus hæc. Da hominem mœchari uolentem coniugio non contentum, appetitũ carnis domare nõ vult nobis, pecoribusque commonem. Coire enim, & generare etiam pecudum est: ratiocinari, & intelligere hominum. Ratio H ergo, quæ præsidet, motus inferiores tanquam regina frenare debet, non immoderatè laxare. Ideoque pecoribus natura datum est, ut certis tantum temporibus ad coitum moueatur. Interim namque motus ipse torpescit, homo autem semper moueri potest, quia refrenare motum semper potest. Tibi determinationẽ rationis creator dedit, tibi præcepta continentiæ tanq̃ in bestias inferiores lora concessit. Tenes, q̃d pecus non potest,

Rabanus.

Plaga quinta fuit pestis animalium.

Luxuria facit hominẽ pecus.

potest, & speras, quod non potest, laboras in continendo, non pecus, si opus fatigat, merces consolatur. Debes interio rem motum frenare, nō tanquā pecus in omnia laxare. Quod si contempseris, & imaginem Dei, quæ in te est, seruare neglexeris, uictus cupiditate, tanquam dimisso homine, pecus eris: contra illud, *Psal.31.* Nolite fieri sicut equus, & mulus, quibus non est intellectus. Sed fortè eligis libera libidine uagari, nulla lege refrenari. Attende plagam, si pecus es saltē mori time. Sexta uerò plaga fuit, ꝙ in hominibus, & in iumentis facta sunt vulnera, & vesicæ turgentes, nec poterant malefici Pharaonis propter uulnera, quæ in eis erant, stare coram Moyse. Et hæc plaga sexto præcepto correspondet secūdū Raba. quod sic deduxit. Sextum præceptum est, non occides. Sexta plaga pustulæ in corpore, vesicæ bullientes, & scatētes incendia vulnerum fauillæ fornacis. Ardent.n. homicidę ira, insania. Si posses videre animas homicidarum, plus plāgeres quàm putrentia corpora vlceratorū. Istas duas plagas interposui, quia istas omisit hic Psal. & nescio quare. Reuertor ergo ad decimā plagam, quæ fuit primogenitorum interfectio, Nam ut habetur Exo.12. Celebrato Pascha à populo Dei quando comederunt per familias suas agnum paschalem, factum est, in noctis medio percussit dominus omne primogenitum in terra Aegypti à primogenito Pharaonis, qui sedebat in solio eius vsq; ad primogenitum captiuæ, quæ erat in carcere, & omne primogenitum iumētorum. Surrexitq; Pharao nocte, & omnes serui eius, cunctaq; Aegyptus, & ortus est clamor magnus in Aegypto, neq; enim erat domus, in qua nō iaceret mortuus, &c. De ista plaga uide uersic. 1333. Hæc decima plaga correspondet decimo præcepto, uide uersic. 1333.

Sexta plaga fuit vlcera & vesicæ turgentes. Rabanus.

Plaga decima primogenitorum interfectio.

1825 *Et eduxit eos cū argento, & auro, & nō erat in tribubus eorū infirmus.*

NArratis plagis, quibus Deus Aegyptios percussit, & cōsequenter narratur exitus populi Dei de Aegypto. Et primo narratur exitus ipsorum. Secūdo ipsorum progressus: ibi, *Expandit.* Quantum ad primum: primò ostēdit ipsorum

A exitum quo ad filios Israel. Secundò quo ad Aegyptios: ibi, *Lætata est.* Quantum ad primum circa populū Israel duo tangit, scilicet, ipsorum prosperitatē temporalem: ibi, *Et eduxit eos cum argento, & auro.* Secundò prosperitatem personalē: *quia non erat in tribubus eorum infirmus.* Quantum ad primum sciendum, ꝙ Pharao cum omnibus suis subditis visis plagis Dei, maximè ultima, quæ fuit mors omnium primogenitorum, omnes mori timuerunt, unde amplius non fuit ausus retinere populum Dei. sed etiam ipsum exire cum omnibus suis coegit. In illo B autem exitu (vt habetur Exo.12.) dn̄s dedit gratiam populo Israel coram Aegyptijs, quia quicquid ab eis postularunt mutuo, concesserunt eis. Postulauerunt ergo ab illis mutuo ex præcepto domini vasa aurea, & argentea, & uestes, quæ omnia eis concesserunt, & sic cum omnibus illis recesserunt, & expoliauerunt Aegyptios. Vnde dixit dominus ad Moysen, Dices omni plebi, ut postulet vir ab amico suo, & mulier à uicina sua uasa aurea, & argētea, dabit autem dominus gratiam populo corā Aegyptijs. Et hoc est, quod ait Psal. quòd *eduxit eos dominus,* C scilicet, de Aegypto *cum argento, & auro.* Sed nūquid furtum fecerunt, quia sic do Iosē petentes mutuo expoliauerunt Aegyptios? Respondetur, ꝙ non: quia hoc fecerunt ex præcepto domini, cuius sunt omnia, & potest illa dare, quibus vult, & auferre, à quibus uult. Vel etiam aliter, nā ipsi Aegyptij expoliauerūt Hebręos, quia mercedē ipsorum retinebāt, quem eis pro laboribus suis dare tenebantur. Hæc ergo expoliatio Aegyptiorum ab Hebræis facta fuit magis bonorum sibi debitorum acceptio quàm alienorum. Sed hic Augustinus mouet dubium. D Hebręi habitabant in Aegypto seorsum ab Aegyptijs, scilicet, in terra Gessen, ubi nec plagæ fiebāt, quomodo ergo potuit quis petere à uicino suo, uel uicina vasa aurea, & argentea, uel uestes? Respōdet. Intelligendum est ergo in terra Gessen non solum Hebræos habitasse, sed ēt aliquos Aegyptios cohabitasse, ad quos potuerunt merito Hebræorum illa diuina beneficia peruenire, vt eos ēt diligerent, & quod petebant facilè commodarunt. Nec tamē Deus iudicauit ita eos alie-

Exod. 11.

An furtum fecerunt filij Israel expoliātes Aegyptios.

aliis nos fuisse ab iniuriis, & contritionibus, quas populus Dei pertulit, vt nec isto dãno ferirentur, qui plagis alijs percussi non fuerant. Sed nunquid exemplo istorum licet nobis proximos decipere? Respondit Aug. super Exod. dicens. Non debet hinc quisquam exemplum sumere, vel proximum expoliare. Hoc enim Deus iussit, qui nouerat, quid, quodque oporteat pati. Nec Israelitæ furtũ fecerunt, sed Deo iubenti ministerium præbuerunt. Sicut enim minister iudicis occidit, quẽ iudex præcepit, sed si illud spõte faciat, homicida est, etiam si eum occidat, quem scit à iudice occidi debuisse. Item notandũ, quòd ista vasa mutuo fuerunt postulata, non post mortem primogenitorum, sed ante. Non enim est verisimile, quòd in tanto luctu, vt fuit plaga primogenitorum, ista commodarentur. Sed adhuc maius restat dubium, quoniã etsi Deus vt verus omnium dominus ista potuerit licitè auferre ab Aegyptijs, & conferre Hebræis, sed tamen hoc Deum per deceptionem facere non licuit, quomodo ergo præcepit, vt vasa illa mutuo peterent, quæ tamen non mutuare, sed dominiũ transferre volebat ad Hebræos? Hoc dubium mouet gl. dicens, Præcepit Deus Hebræis, vt vasa aurea, & argẽtea, ac vestes preciosas ab Aegyptijs mutuarent, ac secum asportarẽt. In hoc autem quòd Aegyptios deceperunt, non est putandus Deus dolos eis, qui sursum habent cor, vel iubere, vel approbare, quia in eis non fuit hic dolus, quia non ex cupiditate fecerunt, sed ut Deo mandanti parerent. Illi autem infirmi, quorum cupiditates examinabat Deus, magis permissi sunt hoc facere illis. s. Aegyptijs, qui talia iure passi sunt, quàm iusti. Sicut enim bonis præceptum fuit, ita & cupidis permissio secundum aliquid, & secundum aliud præceptio. Præcepit Deus, vt facerent, sed permisit, non præcepit, vt ita facerent. Quantitas ergo facti fuit in permissione, factum verò in præceptione. Sequitur de secũdo beneficio. *Et non erat in tribubus eorum infirmus*. In toto enim tempore quadraginta annorum, quo fuerunt in deserto, vestimenta eorum, scilicet filiorum Israel non fuerunt læsa, nec attrita, ut dicitur Deuteron. 8. Vestimẽtum tuum, quo operiebaris, nequaquam vetustate defecit, & pes tuus non est subtritus. En quadragesimus annus est. Similiter quando exierunt Aegyptum, in toto illo tam grandi populo nullus erat infirmus: quod Dei prouidentia fecit, ne alicuius ipsorum infirmitate ipsorum exitus de Aegypto tardaretur. Nam secundum quod habetur Exod. 12. Numerus filiorum Israel, qui exierunt Aegyptum, fuit sexcenta ferè millia peditum virorũ absque paruulis, sed & vulgus promiscuum innumerabile ascendit cum eis, & in tanta multitudine nullus erat infirmus. Sed nunquid ista corporalis sanitas durauit per totum tẽpus, quo fuerunt in deserto? Credo quòd non, quia omnis illa multitudo sexcentorum millium moriebatur in deserto, duobus exceptis. Et certum est, quòd mortem naturaliter præcedit infirmitas.

Occidens alium qualiter est homicida, & qualiter non.

Glossa. August.

Vestes populi in deserto nõ fuerunt attrita.

1816 *Lætata est Aegyptus in profectione eorum, quia incubuit timor eorum super eos.*

Hic ostendit exitus illorum conditionem quo ad Aegyptios. Videntes enim Aegyptij plagam vltimam interfectionis primogenitorum, timentes ne si filij Israel violenter tenerentur, reliquis ita accideret, eos emiserunt, immo eos exire Aegyptum coegerunt. Vnde cum tanta festinantia exierunt Aegyptum, quòd nõ potuerunt sibi de victualibus prouidere, vnde nec panẽ fermentatum potuerunt coquere, sed fecerunt panes subcinericios azymos, ut dicitur Exod. 12. Neque enim poterant fermentari cogentibus exire Aegyptijs, & nullam facere sinentibus moram. Et ideo in memoriale huius liberationis Deus præcepit eis, vt omni anno Hebræi pascha facerent, in quo nõ comederent panem fermentatum, sed solum azymum, in memoriam, quòd compulsi exire Aegyptum azymos panes sibi præparauerunt. Et quia illud pascha, siue transitus erat figura transitus Christi ex hoc mũdo ad patrem, in quo transitu sacramentum Eucharistiæ adhuc ecclesia celebrat in pane azymo. *Lætata est ergo Aegyptus in profectione eorum*. Non quidem propriè lætata, quia non libenter caruit seruitute Hebræorum, sed ideo lætata, quia liberius

Aegyptij lætati fuerũt in profectione filiorum Israel, & qualiter.

bentius elegit eorum seruitute carere, A quàm mori. Sicut homo timens mori, lætatur, si liberatus à morte, mittatur in exilium, quod tamen exilium de se sibi non placet. Vel aliter secūdum aliquos, *Lætata est Aegyptus in profectione eorum.* Hoc quidem non refertur ad exitum de Aegypto. Sed quando audita tanta strage mortuorum in mari rubro, quando, scilicet, Pharao persequens Hebræos, cū toto suo exercitu in mari rubro fuit submersus, timebant Aegyptij, ne populus Israel reuerteretur ad Aegyptum reliquias Aegyptiorum consumere. Et sic læti sunt quando scierunt, quòd Israe- B litæ illis mortuis proficiscebātur versus terram promissionis, & non reuertebantur in Aegyptum, quia mortuis in mari exercitibus, si fuissent reuersi, faciliter totam Aegyptum obtinuissent. Et hoc est, quod subditur, *Quia incubuit timor eorum super eos*. Ex prædictis possumus notare modū diuinæ bonitatis, quo peccatores ad pœnitentiam vocat per aduersitates, quia incipit à leuioribus ad grauiora procedens, si non conuertantur ex primis, si autem obstinati finaliter manent, ipsos in mare inferni submergit; Quod deducit ex prædictis plagis Origen. super Exod. dicens, Considera erga peccatores Dei bonitatem, siue pietatē, & sapientiam. Primo enim non flectitur Pharao, cum uertitur aqua in sanguinē. In secundo parum molliri videtur, scilicet, in plaga ranarum. Vocauit enim Moysen, & Aaron dicens, Orate pro me ad dominum. In tertio autem signo, scilicet, cinifum, magi cedunt, dicentes, Digitus Dei est hic. In quarto per cynomiā verberatus dixit, Euntes immolate domino Deo uestro, &c. In quinto verò signo necis pecudum, & animalium non cedit, sed amplius induratur. In sexto similiter super plagam vlcerū. In septimo verò cū grandine deuastabatur, & ignibus, uocauit Moysen, & Aaron, dicens, Peccaui etiam nunc: dominus enim iustus, ego autem, & populus meus impij sumus. In octauo verò cum locustis urgetur, festinanter uocat Moysen, & Aaron, dicens, Peccaui ante dominum Deum vestrum, & in uos, suscipite peccatum meū etiam nunc, & orate ad dominum Deum vestrum. In nono cum tenebris offunditur,

Plaga decē Aegyptiorū quib. Deus vocat peccatores.

Origenes.

vocat Moysen, & Aaron: dicens, Ite seruite domino Deo uestro, &c. In decimo verò cum primogenita extinguūtur, uocat eos nocte, & dicit, Surgite, & exite de populo meo uos, & filij uestri, &c. Et subdit: Benedicite autem me. Sic & mysticè Deus diuersis aduersis uocat peccatores. Sed nota, quia dicit, quòd *lætata est Aegyptus, &c. quia incubuit timor eorum super eos*. Quod conuersio peccatoris vel pœnitētia facta timore pœnæ non valet, uide uers. 242. 1315. 1718.

Expandit nubem in protectionē eorū, & ignē vt luceret eis per noctem. 1827

HIc incipit narrare ipsorū progressum, & eis beneficia collata in ipsorum progressu describere. Et tria facit quia primò narrat beneficia eis exhibita quo ad tempus. Secundò quo ad corpus ibi, *Petierunt*. Tertiò ex his concludit, q in promissis est uerus: ibi, *Quoniam memor*. Quantum ad primum sciendum (ut habetur, Exod. 14.) q statim ut populus Israel exiuit de Aegypto, dominus ducatum præstabat eis per uiam, quā eos tenere uolebat. Per diem namque præce- C debat eos in colūna nubis, quæ eos protegebat ab æstu solis, sed per noctem in columna ignis, ut obscuritatem noctis perlustraret. Hoc declaratum fuit uers. 1294. Et sic nubes in die erat ad protectionem eorum, prout tego, gis, stat pro operire, & sic protegere pro ualde operire, quia nubes interposita inter solē, & eos operiebat eos contra solis ardorem. De protectione uide uers. 438.

Columna nubis, & ignis præcedebat filios Israel.

Petierunt, & venit coturnix, & pane cæli saturauit eos. 1828

D HIc describit beneficia eis collata quo ad uitam corporis necessariā. Et primò quò ad cibum. Secundo quo ad potum ibi, *Disrupit petram*. Quantum ad primum sciēdum, quòd, cum esset populus Israel in deserto, uulgus promiscuum, quod ascēderat de filijs Israel de Aegypto, non contentus manna, flagrabat desiderio carnium, flens & ait, Quis dabit nobis carnes ad vescendum? Recordamur piscium, quos comedebamus in Aegypto. Audiuit autem Moyses mur-

Num. 11.

mur populi, & ait ad dominum: Vnde mihi carnes, vt dem tantæ multitudini? flent enim coram me dicentes, Da nobis carnes, vt comedamus. Dixitque dominus ad Moysen, Dices populo. Sãctificamini, cras comedetis carnes: dabo enim vobis carnes non uno die, uel duobus, aut quinque, aut decem, nec uiginti quidem, sed usque ad mensem dierum, donec exeant per nares vestras, & vertantur vobis in nauseam, &c. Tũc ergo ventus egrediens à domino, arreptas trans mare coturnices detulit, & dimisit in castra, itinere quantum uno die confici potest ex omni parte castrorum per circuitum, uolabantque in aere duobus cubitis altitudine super terram. Surgẽs ergo populus collegit coturnices, &c. Et hoc est, quod dicitur Ps. 77. Transtulit austrũ de cœlo, & pluit super eos sicut puluerẽ carnes, &c. vide ibi vers. 1307. & inf. à. Et hoc hic recolens Psal. dicit, *Petierunt, & venit coturnix*. Sed qui petierunt? Populus? non quidem, quia ille nõ postulauit, sed murmurauit, sed hoc postulauit à Deo Moyses cum aliquibus alijs bonis, vt murmurationem populi sedarent. Et hoc est, quod ait gl. Petierunt itaq; non coturnicẽ, sed carnes & uenit coturnix, non qualibet caro, sed coturnix, quæ habet nobilissimas carnes. Et quia hic non de amaricatione iniquorum, in quibus non est beneplacitũ Deo, sed de fide electorum, qui sunt uerum semen Abrahæ, loquitur. Ideo ipsi intelligẽdi sunt postulasse carnes, unde amaricantiũ murmura premeruntur. Et nõ solum prouidit eis de carnibus, sed etiã de pane, unde subditur, *Et pane cœli saturauit eos*. Hic panis de cœlo fuit manna, quod eis pluit de cœlo, de quo dictum est Psal. 77. Et pluit illis manna ad manducandum, panẽ cæli dedit eis, uide uers. 1305. 1306.

Coturnices dedit Deus populo.

1829 *Dirupit petram, & fluxerunt aquæ, abierunt in sicco flumina.*

OStendit hic beneficium eis collatum quo ad potum. Istud autẽ beneficium aquæ eis miraculosè traditæ, bis eis dominus contulit. s. primò ante dationem legis, ut habetur Exo. 17. Vnde de hoc dicitur Psal. 77. Interrupit petram in eremo, &c. vide 1295. Secundò

Aquam dedit Deus populo in deserto.

E post dationem legis, vt habetur Nume. 20. Et de ista secunda uice dicitur ibidẽ. Et eduxit aquã de petra. uide vers. 1296.

Quoniam memor fuit verbi sancti sui, quod habuit ad Abraham puerum suum. 1830

HIc ex dictis concludit, quòd Deus in promissis est fidelis. Promiserat enim Deus Abrahæ, quòd semen suum peregrinum esset futurum in terra aliena, & subijcerentur seruituti, & affligerentur quadringentis annis, post quos F educeret eos inde cum magna substantia, & eos introduceret in terram promissionis. Vt ergo seruaret promissa, qui dit eis in deserto in omnibus necessarijs. Et hoc est, quod dicitur, Quare dicta beneficia cõtulit eis? Respondet, quia memor fuit uerbi sancti sui, quod habuit ad Abraham. Vel aliter, ut per hoc ostẽdat, quod illa beneficia non dedit illi populo propter ipsorum merita, cùm essent rebelles, & murmurãtes, sed propter merita Abrahæ quibus merebatur, vt promissio sibi facta perficeretur. Et nota, quod præmia correspõdent meritis. Inter omG nes autem sanctos patres Abraham maximè de pietate erga indigentes, & peregrinos commendatur, propter quod conueniens erat, quòd propter illum Deus semini peregrè per desertum constituto etiam de necessarijs prouideret. Abrahã enim omnibus in exemplum pietatis erga indigẽtes, & peregrinos ponitur. Hic enim pauperum pater, & hospitalitatis fuit, propter quod angelos meruit recipere. Vnde de ipso dicitur dist. 42. Quiescamus. Quiescamus ab hac absurda curiositate, & infra, Abraham circa omnes hospitalem se ostendebat. Si scrutator H fuisset circa refugientes ad se, nunquam angelos hospitio recepisset. Fortassis. n. non putasset eos angelos, sed cũ reliquis repelleret. Sed, quia Abraham omnes suscipiebat, suscepit angelos hospitio. Non enim ex vita eorum, quos accipis, mercedem tibi tributurus est dñs, sed ex volũtate, & ex honorificentia multa, & misericordia, & bonitate tua. Et sunt uerba Chrys. super epistolam ad Hebr. Et vide mirabilem ipsius Abrahæ erga pauperes pietatẽ, quia non fuit cõtẽtus Abraham in præ-

Gen. 15.

Abraham fuit summę pietatis erga pauperes.

Gen. 18.

Eleemosyna omnibus est danda.

in præsenti uita pauperes fouere, & hospitio recipere, quinimo & post mortẽ in alia vita pauperum fuit receptor, vnde illum mendicum, & pauperem Lazarum post hinc uitã gestabat in sinu. Vnde Luc. 16. dicitur, Factum est aũt, ut moreretur mendicus & portaretur ab angelis in sinu Abrahæ, &c. Quod exponẽs Pe. Ra. dicit. Vides, quam rerum lamentanda permutatio, pauperem portant angeli in sinu Abrahæ, diuitem autẽ deglutit infernus. Quare ergo sic exequiarum pompa mentitur? Io obsequium diuitis migrat tota ciuitas cum funus effertur. Pauper vadit solus, pauperem portat duorum miseratio baiulorum, nec quatuor ut mortuo, sed duobus vno velutte quasi proijciendo eum portatores adducuntur inuiti. Merito mox ei officia deputantur angelica, cui tam crudeliter negata sunt ipsa humanitatis. Funus diuitis antecedit lugubris turba suorum, feretrum pauperis antecedit angelorum psallentium multitudo. Vnde & de mendico paupere dicitur, Factum est autem, vt moreretur mendicus, & portaretur ab angelis in sinu Abrahę. Sed cur Abraham sic ambit pauperem, diuitem autem sic refugit & refutat? Nonne & ipse diues fuit? Re vera diues fuit, sed pauperum pater, & opes non habere, sed prǽrogare gestiuit: magisq; in sinu pauperis quàm in horreis recondere suas studuit facultates, sicut à toto vitæ eius exordio perdocetur. Extorris patria, domus, nescius, ipse & domus omnium fuit, & patria, sciens se non incubatorem, sed dispensatorem diuinę positum largitatis. Et de eius hospitalitate quid dicam? cũ & ipsum Deũ Abrahæ humanitas inuitabit, & cõpulit hospitari? Vnde & nũc parum se beatum credidit, si & ipsa superna gloria ab hospitalitatis cessaret officio, & solis donis frueretur diuinis, qui hic crudelem se credidit, si humana bona cuique negaret. Hæc ille. Et quia pietas, & misericordia erga pauperes etiã tẽporalia multiplicat bona, ita & Abraham diuitiæ quanto plura erogabat, tanto amplius multiplicabantur. Propter quod de ipso dicitur, Erat autem Abraham senex, multorumque dierum, & dominus in cunctis benedixerat ei. Ex quibus patet, quod Abraham propter sua

Exequiarũ pompa mentitur.

Nota totũ de diuitib. & pauperibus quantum distat ad inuicẽ in morte.

Quæstio.

Extorris.

Gen. 24.

A pietatis opera ergà peregrinos apud Deũ meruit, vt semini suo peregrè proficiscenti etiam dominus in cunctis necessarijs prouideret, quia si Deus iniquitates patrum visitat in filios, quanto amplius propter bona opera patrum cum filijs bene agit? Et ideo, si quæras, quare ista populo Deus sic prouidebat in deserto, respondetur, quod propter merita Abrahæ. Et hoc est, quod ait ps. *Quoniam memor fuit verbi sancti sui, quod habuit ad Abraham*, &c. Vel hoc solũ refertur ad illud, quod dictum est superius; Et eduxit eos cum argento, & auro, ra- *Gen. 15.*

B tio quia memor fuit verbi sui, quod habuit ad Abraham, quando, s. dixit ad Abraham quòd semen suum educeret de seruitute cum magna substantia. Qualiter autem memoria cadat in deo, scilicet, quomodo memorari dicatur, vide ver. 270. 1234. 1324. 1363.

Et eduxit populum suum in exultatione: electos suos in lætitia. 1831

HIc describuntur beneficia facta populo Israeli tempore ducatus Iosue. Et diuiditur in tres partes, secundũ

C quod tria hic narrantur beneficia. Primum fuit viæ ipsorum præparatio. Secundum terræ promissionis destributio, ibi, *Et dedit illis.* Tertium fuit ipsorum paternalis eruditio: ibi, *Vt custodiant.* Quantum ad primum sciendum, q tempore ducatus Iosue, Dominus siccauit Iordanis fluuium, eis viam præparans, vt. n. habetur Iosue 3. peruenerunt filij Israel ad Iordanis fluuium in tempore messis, qui aquis impleuerat ripas suas. Iosue præcepit, quod sacerdotes acciperent arcam domini, & intrarẽt aquas Iordanis. Et cum posuissent pedes in aquis fluminis sacerdotes domini, sta-

D tim aquæ superiores steterunt in vno loco ad instar montis intumescentes, quæ erant inferiores, descenderunt in mare, & sic desiccatus fuit fluuius, & totus populus lætus transiuit. Quibus omnibus transactis, sacerdotes vltimi transierunt cum arca fęderis, & statim aquæ superiores fluxerunt per ripas Iordanis, ut prius facere consueuerant. Vnde lætitiã quam habuit populus ex ista præparatione viæ, hic notat Ps. dicẽs, *Et eduxit populum*

Iordanis desiccatio.

Lætitia duplex. *lium suum in exultatione.* Nota, ꝙ lætitia est duplex, s. iustorum, & peccatorũ. Lætitia iustorum est vera, & grãdis, sed lætitia peccatorum falsa est, & breuis. Prima est lætitia iustorum, qui lætantur in solo Deo. ps. 31. Lætamini in domino, & exultate iusti. Et ista est vera, & grandis lætitia. Vbi notandum, quòd secundum naturales cor nostrum, in quo stat lætitia, vel tristitia sic est dispositum, ꝙ superius est latum, & strictum inferius. Cum ergo lætitia de Deo, & bonis spiritualibus sit superior: lætitia aũt de temporalibus, & carnalibus sit inferior, cõsequẽs est, ꝙ lætitia iustorum stat in parte superiori cordis, & peccatorum in parte inferiori. Cum ergo cor in parte inferiori sit strictum, ibi de lætitia temporalium modicum potest contineri: quia parua lętitia ibi repletur, sed in superiore parte cum sit latum ibi capax est magnæ lætitiæ. Est.n. de lætitia bonorum, & malorum, sicut de auro vero, & falso. Nã secũdum naturales aurum verum habet cor confortare, & dilatare, & per consequẽs lætificare, & propter hoc ĩ medicinis põnitur. Sed aurum falsum, quãuis exterius habeat apparentiam auri, non tñ cor confortat, sed magis grauat, si sumatur. G Sic & in proposito, mali quamuis lætitiã simulent exterius ex temporalibus bonis, quæ assumunt contra tristitiam, tñ quia illa nõ sunt vera bona, realiter magis grauant cor quã lætificent. Vnde *Seneca.* Sene. epist. *96.* Ista, quæ sic petis tanquam veram daturaslætitiam, ac voluptatem, causæ sunt dolorum, & infra. Quid igitur stulti ac mali, inquit, non gaudent sed magis grauantur? Sed boni, cũ Deus sit obiectum lætitiæ ipsorũ verum gaudium possidẽt, ps. 63. Lætabitur iustus in domino, & sperabit in eo. Vis videre, si mundanorum lætitia cor non lætificat, H sed dissoluit? Narrat Magist. in historijs, ꝙ Cyrus rex Persarum gentem Lydorum bellicosam, quam armis superare non poterat, astute redegit in vecordiã. Tradidit.n. eis solẽnitates, & ludos, quibus vacarent, ludis, comessationibus, & amplexibus essent intenti, quasi beneuolentiam eis ostendens. Et cum talib. lætitijs eos eneruauit, & sibi plenè subiugauit, quos bello subiugare nõ poterat. Sic & diabolus, mundus, & caro multis

E procurant occasionẽ mundialis lætitiæ suadentes vt talib. occupentur, certi ꝙ per hoc posterius de ipsis triumphabũt, virtute mentis totaliter ablata. Ideo de *Eccle. 7.* ista peccatorum lætitia dicitur, Cor stultorũ, vbi est lætitia, s. mundialis. Nã lætitia spiritualis non est stultorũ, sed iustorũ. Ps. 31. Lætamini in domino, & exultate iusti. Ad propositum ergo tali lætitiã habita de diuinis beneficijs præstitis filijs Israel. *Eduxit dominus populum cum exultatione, & electos cum lætitia.*

Et dedit illis regiones gentium: & la- 183
F *bores populorum possederunt.*

POnitur hic terrę promissionis distributio. Nam sub ducatu Iosue introduxit filios Israel in terram, quam eiectis gẽtilibus populis, qui in ipsa habitabant, ipsis illam forte distribuit. Et hoc est, quod ait. *Et dedit illis regiones gentiũ*, scilicet, Amorrhæorum, Chananæorũ, Iebusęorum, Pherezæorũ, Euæorũ, &c. vt diffuse patet in lib. Iosue. *Et labores populorum possederunt*, s. ciuitates terræ promissionis, quas illi suis laboribus ędificauerũt. Et hoc est quod dicitur ps. 77. *Terra promissionis significat gloriam æternam.* G Et eiecit à facie eorum gentes, & diuisit eis terram, &c. Et habitare facit in tabernaculis eorum tribus Israel: vide ibi. Notandum autem, quòd sæpius scriptura mentionem facit de terra promissionis data filijs Israel quasi in præmium cultus diuini: quo ipsum soli verum Deũ colebant. Sed quia secundum Apostolum *1. Cor. 10.* omnia in figura contingebant illis, ideo non est credendum, quòd Deus bonis terrenis suos fideles velit pręmiare: quia cum Deus semper præmiet vltra condignum, semper melius est præmium quã sit meritum nostrum. Ideo, cum nullũ *Nota.* H bonum creatũ sit melius virtute, & actu meritorio: sequitur ꝙ nullum bonũ creatum potest esse sufficiens præmium virtutis. Et nullum bonum creatũ recta ratione eligibilius est virtute. Per illam ergo terram promissionis eis datã quasi stipendium diuini cultus, intelligitur nõ ipsa terra, sed significatum ipsius, quod est terra viuentium, vbi Deus seipsum suis veris cultoribus dat in præmiũ. Vnde hic ait gl. *Dedit eis regiones*, &c. Hoc dicit, nõ vt propter ista terrena Deum colant,

lant, sed vt ista ad sua significata, s. ad bonum æternum referant; quod quidẽ suis cultoribus dare semper est paratus. Sicut. n. Deus superbos angelos de cœlo eiecit, & ibi eorum loco homines iustos collocauit, sic eiectis superbis idololatris de terra promissionis, ipsam in possessionem populo Israel tradidit. Nota ergo quanta negligentia est nostra: qui Deum dare nobis æterna præmia semper paratum cernimus, & nos illa petere, aut nobis oblata negligimus accipere. Vnde Pe. Ra. super illo verbo. Quis vestrum habebit amicum, & ibit ad illũ media, &c. dicit, O quã dare vult Deus, qui se inquietari taliter vult & suscitari. O quàm pulsanti gestit occurrere, qui, sic secreti sui cubilis ipsũ collocauit ad januã. O quã denegare noluit, qui sibi et deneganti qualiter extorqueretur, ostendit. O quã dare desiderat: qui dormientib. seruis, pulsantis necessitatẽ solus, & primus audit. O quã misericors; quia quod mãdatis dicit, probat, & informat exẽplis. Cũ facis eleemosynã: noli tuba canere ante te. Quod ibis ad illum media nocte, parum est. Quod facientis miam nox velabat, q largitatẽ dantis, & petentis obtegebat improbitas nisi ad cumulum pietatis velandum ascriberet et somnijs. Vnde necnõ potuit impetrare quòd voluit, &c. Si ergo sic se offert Deus nobis dare regiones gentium, s. supernas sedes angelorum, quid torpemus petere; quinimo quid accipere tardamus? Narrat Vale. lib. 1. de Dion. Siculo q cum pertransiuit per Siciliam, vidit simulachra deorum habentia manus extẽsas, & in manibus coronas aureas. Quæ omnia ab eis recepit. Et cũ argueretur, q Deos expoliabat. Respondit, q cum à dijs bona precamur, absurdum sit oblata nobis ab eis nolle recipere. Et cõstat, quòd verum dixisset, si ea, quæ, recipiebat, sibi à dijs oblata fuissent. Vnde ps. 83. Gratiam & gloriam dabit Dominus. Domine Deus virtutum, beatus homo, qui sperat in te.

Dare nobis semper Deus paratus est.

Valerius. Cicero. Tuscul. q. li. 5.

1833 *Vt custodiant iustificationes eius, & legem eius requirant.*

HIc ponitur Dei paternalis eruditio populi sui. Deus. n. ad modum patris eos erudiendo incitabat ad virtutes, quandoque donis, & promissionibus, quandoq; verò flagellis, & verberibus. Hic aũt notat primam partem, quia. s. vt custodiant mandata eius, ideo illos donis alliciendo dedit eis regiones gentiũ, &c. Hic. n. iustificationes & legem intelligit mandata decalogi data in lege quæ, spiritualiter obseruata, obseruantẽ iustificant. Nulli. n. dubiũ, q spes æterni præmij ad obseruationem diuinæ legis inducit. Propter quod psal. 118. Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas in æternum propter retributionẽ, scilicet æternam, quæ Deus est. Si enim propter retributionem tantum temporalem quis obseruaret præcepta diuina, iam peccaret, quia temporalem mercedem finem sibi constitueret. Vel per iustificationes Dei duo intellige, quibus iustificantur electi, s. aduersitatem tẽporalem, & prosperitatem, vt, s. in aduersis patientia, in prosperis seruetur humilitas. Istis. n. duabus probantur electi, & iustificantur. Vnde hic ait Aug. Vos ergo verum semen Abrahæ qualiter vti de beatis temporali aduersitate, ac prosperitate hic intelligite? Si aduersitates sęculi vobis duræ videntur, Ioseph in carcere, & Christum in cruce cogitate, & Ioseph per carcerem ad dominiũ Aegypti peruenisse, & Christum per crucem super omnia exaltatum fuisse. Si prospera vobis arrident, nõ propter ipsa Deo, sed ipsis propter Deum vtamini. Nec illa putetis præmium iustis debitum, quæ dat malis, & blasphematoribus suis. Sed primum quærite regnũ Dei, & hæc omnia adijcientur vobis. Quantum autem ad custodiam diuinorum præceptorum tenemur, vide vers. 1339.

Iustificationes Dei quid sunt.

Aduersitas requirit patientiã, prosperitas humilitatem.

PSAL. CV.

COnfitemini Domino, quoniam bonus, quoniam in sęculum misericordia eius. 1834



STE Psalmus hunc habet titulum. *Alleluia alleluia.* Quid autem sit dictio alleluia, dictum est in titulo psal. præcedentis. Sed hic notãdum, quòd apud magnos doctores de titulo istius psalmi. in quo bis ponitur alleluia, varia est opinio:

Duplex alleluia. nio: dicentibus quibusdam, quòd primū alleluia spectat ad precedentem psalm. & est finis eius. Secundum verò alleluia est titulus istius psalmi. Vnde dicit generaliter, quòd quandocunque in titulo alicuius psalmi ponitur duplex alleluia, ꝙ primum spectat ad psalmum præcedentem. Et ista videtur fuisse opinio Hieronym. & *Cassiodo.* Cassiodori. Sed quā plures alij dicunt, quòd vbicunque in titulis psalmorum duplicatur alleluia vel triplicatur, totum spectat ad psalmum sequentem. Sicut quando Christus uolens affirmare, quæ dicturus erat, quandoque ponebat vnum solum Amen, sicut quādo dixit Petro, Amē dico tibi, tu in hac no *Mar.14.* cte ter me negabis. Quandoque vero duplicabat, & hoc ad maiorem certitu- *Ioan.3.* dinem, sicut quando dixit Nicodemo. Amē amē dico tibi, nisi quis renatus fuerit denuo, &c. Et tamen certum est, ꝙ vtrunque Amen ad futuram propositionem spectabat. Et istius opinionis videtur esse August. Et hanc tenet gl. præsertim quia nulli codices Græcorum habent in fine alicuius psalmi alleluia. Ponitur ergo hic duplex alleluia in titulo. Primum pro laude Dei: qua in præsenti laudatur à iustis. Secundum pro laude quæ est in futuro: qua laudatur à beatis secundum modum qui habetur Apoc. 19. vbi dicitur. Audiui voces in cœlo angelorum multorum dicentium alleluia, &c. Et sequitur, Et iterum dixerunt alleluia. De materia vero psalmi notādum, quòd, sicut ecclesia Dei nūc insimul cōtinet bonos, & malos, sic & synagoga populi Israel, in qua aliqui erant boni, & Deo deuoti: aliqui verò mali, & obstinati. Et secundum hoc iste ps. differt à præcedente, quia precedens agit de populo Israel secundum partem bonorum: nihil agens de malis, sed ostendens Dei beneficia eis collata, hic autem ps. agit de eodem populo, sed secundum partem malorum, agens de ipsorum peccatis, quib. sæpius Deum ad iracūdiam prouocauerunt, ostendens tamen ꝙ Deus illis sua beneficia conferebat. Et sic iste psalmus mouet ad confessionem peccatorū, ac ēt laudis diuinæ. Agit. n. de peccatis malorum, vt ipsos ad confessionem peccatorum inducat. Agit ēt de beneficijs diuinis, vt eos ad confessionem laudis diui

E næ attrahat. Quibus visis, venio ad psalmi diuisionem. Diuiditur ergo psalmus iste in duas partes: quia primò excitat peccatores ad confessionem peccatorū, secundò ad confessionem laudis diuinorum, ibi, *Mementote, nostri domine,* Prima pars subdiuiditur in tres partes, secundū ꝙ ex tribus nos ad confessionem peccatorū induxit, s. primò ratione diuinæ bonitatis: quæ veniam vult dare, secundò ratione diuinæ potestatis, quæ culpā potest delere. ibi. *Quis loquetur.* tertiò ratione diuinæ æquitatis, quæ culpam habet punire, ibi, *Beati, qui custodiunt.* Primo er- *Bonitas dei ad confessionem induxit.*
F go induxit ad confessionem peccatorū ratione diuinæ bonitatis: quæ tanta est, quod pœnitentibus semper veniam præstat. Et hoc proponit, d. *Cōfitemini domino, quoniam bonus.* Bonitas enim iudicis, qua cunctis suum defectum cognoscentibus dispositus est veniam dare, reos ad sui reatus confessionem inducere debet. Propter quod ad Rom. 2. dicit Apostolus. An diuitias bonitatis illius contemnis? an ignoras, quod benignitas Dei ad pœnitētiam te adducit? Vbi ait gl. Copiosa est bonitas Dei, quæ multa peccantibus bona ministrat, blandiens vt ad pœ-
G nitentiam adducat. Copiosa est patientia Dei, quæ tot & tantos peccantes sustinet, & non cito eos punit, sed per multa tempora peccatores expectat ad pœnitentiam. Hāc ergo bonitatem Dei nobis, vt confiteamur, proponit nunc ps. d. *Confitemini domino.* Et ideo subdit, *quoniam bonus,* &c. Notandum tamen, quod vt confessio peccati veniam mereatur, multas conditiones debet habere. s. debet esse iusta, propria plorans scelera. vide ver. 1667. Secundo debet esse propria aliorum tacens crimina. vide ver. 1691. Tertio debet esse vera, vt falsa omittan- *Cōfessio debet nulla falsa dicere*
H tur omnia. Quod hic ostendo. Nulla. n. causa licet in confessione mentiri, vel scienter falsum dicere. Confessio. n. inducta est, ut animam à peccatis uiuificet, quod mendacium facere nō potest, quin imo ipsius animæ uitam occidit. Sapien. 1. Os, quod mentitur, occidit animā. Et ideo præcipitur 2. Paralip. 20. Voce consona confitemini domino. Vox enim cōsona dicitur, quæ conscientiæ cōcordat, & menti, &c. Ad confessionem ergo ex Dei bonitate, & misericordia ps. cūctos peccato-

peccatores prouocans, ait. *Confitemini domino, quoniam bonus*, &c. Vbi gl. Hoc dicit, ne pro culpa commissa quis terreatur, & ne desperet, sed misericordiã Dei poscat. *Quoniam in sæculum misericordia eius*, i. vsque in finem sæculi est misericordia eius, quæ miseris exhibetur, veniam dando peccatorum, quæ solum in præsenti sęculo præstatur.

1835 *Quis loquetur potentias domini, auditas faciet omnes laudes eius?*

Potestas Dei dimittendi peccata est infinita.

PEccatores hic inducit ad confessionem ratione diuinæ potestatis, quia solus ipse potest peccatis veram dare veniam. Cum enim (vt ait August. super Ioan.) maius sit totum peccatorẽ iustificare, quàm totum mundum creare, & nulla creatura possit totum mundum creare, consequens est ergo, quòd nulla creatura potest peccatorẽ iustificare, quia ad peccatum tollendum requiritur potestas infinita, cum ratione obiecti infiniti præoffensi peccatum sit maliti æ infinitę. Hanc ergo summam Dei potestatem admirans hic ps. dixit. *Quis loquetur potentias domini?* q.d. nullus hominum ad hoc sufficit. Et dicit in plurali potentias, quamuis una sola potentia sit in Deo, sicut vna essentia propter plures effectus illius potentiæ, sicut cũ vna sola sit in Deo uoluntas, in plurali tamẽ quandoq; dicitur ps. 110. Magna opera domini exquisita in omnes uoluntates eius. Verum quia multotiens reperitur, q̧ Christus tollit peccata mundi, etiam q̧ sacerdotes possunt à peccatis ligatos soluere, quomodo ergo solus Deus habet potestatem dimittendi peccata? Notandum ergo, q̧ peccatum multis modis tollitur, scilicet, impetratiuè, & sic quilibet homo iustus potest, dispositiue, & sic peccator seipsum potest soluere, satisfactiue, & sic solus Christus, iustificatiuè, & sic solus Deus. De hoc vide vers. 1445

De hac q̃o. in qua decidenda author errauit vide censuram in principio prioris tomi.

Ad intelligẽdum autem clarius quomodo sola Dei potentia à vinculo peccati peccatorem soluere potest, est notandũ, q̧ peccator triplici uinculo tenetur ligatus, s. Primo uinculo culpæ. Ipsa. n. peccata sunt quædam uincula quibus ligatur anima, & in diaboli potestate ligata tenetur. Prou. 5. Iniquitates suæ capiunt impium, & funibus peccatorum suorum

Ligatur peccator multipliciter.

A constringitur. Et Sap. 17. dicitur, q̧ iniqui vinculis tenebrarũ compediti sunt. Secundo ligatur vinculo pœnæ æternalis, ad quam ratione peccati obligatur: quia eo ipso quòd quis mortaliter peccat, iudicio Dei iusto æternæ pœnæ obligatus manet. Vnde in epistola Iudæ dicitur, quòd iudicium magni Dei uinculis æternis sub caligine reseruauit. Tertiò ligatur vinculo pœnæ temporalis, quia anima existens in peccato, eo ipso punitur temporaliter, dum per remorsum conscientiæ semper stimulatur, & tunc bono gratiæ priuatur. Vnde peccatori

B dicitur, Fili hominis, data sunt super te vincula, & ligabunt te. Secundum ergo ista ad declarandum præsentem difficultatem dico aliqua. Primo, quòd sola diuina potestas animam à vinculo culpæ potest soluere. Probatur, quia ille solus potest vinculum culpæ soluere qui animæ gratiam infundere potest, quia culpa non tollitur sine gratia, sed hoc potest solus Deus. Nam solus Deus gratiã potest infundere, ut dicit Magister lib. 3. d: 27. Et lib. 4. distin. 18. dicit, quod solus Deus animam à morte culpæ resuscitat, ac pulsis interioribus tenebris, & macu-

Ezech. 3.

Peccatores qualiter Deus soluere potest, et qualiter sacerdos.

C lis, animam illuminat, & mundat, qui solus animæ faciem lauat. Et secundum hoc dico, quòd sacerdotes non possunt soluere vinculum culpæ, quod probo: quia non possunt soluere animam cõtritam, quia iam soluta est, nec non contritam, quia contradictionem implicat. Secundum, q̧ solus Deus, & homo potest soluere à vinculo pęnæ æternæ, patet, quia debitũ æternæ pœnæ est inseparabile à culpa mortali, quia omnis existẽs in mortali culpa, est debitor æternæ pœnæ, & è cõtrario. Vnde eo ipso quòd vinculum culpæ soluitur, soluitur ẽt vincu-

D lum æternę pœnę, & econtrario, & ideo sicut solus Deus potest primum, sic solus Deus potest & secundum. Statim. n. soluta culpa, pęna æterna in temporalẽ mutatur. Tertium dico, quòd non solũ Deus potest soluere à vinculo temporalis pœnæ, sed etiam sacerdotes, quibus hoc ipse concessit. Vbi sciendum, quòd postquam anima per ipsum Deum soluta est à culpa, & debitum pœnæ æternæ in temporalẽ pœnam commutatũ, tunc si peccatoris contritio fuerit tanta, ut

æquipol-

æquipolleat pęnę temporali debitæ pro culpa soluta: virtute contritionis anima soluitur à toto debito illius pœnæ, vt ostendit Magister lib.4.dist.20.Si autem contritio non fuerit tanta quòd sit ęquiualens toti illi pœnæ temporali debitæ: tunc illius pœnæ parti,in qua illa pœna excedebat contritionem, anima remanet obligata ad ipsam tolerandam hic, vel in purgatorio. Et à tali vinculo pœnæ possunt sacerdotes soluere virtute clauium. Sic ergo sacerdotes soluunt, dum totam illam pœnam aut partem dimittunt, Ex quibus patere potest, quanta sit potestas domini remittentis culpã, de qua nunc d *Quis loquetur potentias domini.* Sequitur. *Auditas faciet omnes laudes eius.* Hoc duobus modis exponitur. Primo modo, vt sit sensus, ꝙ sicut nullus sufficit loqui,& declarare potestatẽ Dei sic nec ipsum tantum laudare, quantũ dignus est laudari: quia maior est omni laude. Secundo modo exponitur, vt sit sensus. Quis omnes laudes eius auditas faciet? Et tunc per laudem eius intellige præcepta eius: quæ quis faciendo, laudat Deum. Et tũc est sensus: ꝙ ille solus poterit loqui potẽtias domini,i. dignè laudare Deũ, qui facit omnia eius, præcepta,s. data à Deo,& à populo audita.

Eccl. 43.

1836 *Beati, qui custodiunt iudicium, & faciunt iustitiam in omni tempore.*

Hic inducit ad confessionem rõne diuinæ iustitiæ. Vbi nota, ꝙ tanta, ac talis est diuina iustitia, ꝙ peccatũ cõmissum nunquam impunitum dimittit: vnde oportet, ꝙ peccator vel seipsum puniat in præsenti per pœnitentiã, aut Deus illum puniet in futuro, vt habetur de pœn. d.1.si peccatum, sic igitur ad diuinam iustitiam spectat peccatum puniri. Sed ille qui peccatum suum punit in pręsenti, ex toto à peccato liberatur, & post hanc vitam beatificatur. Ille autem qui in præsenti per pęnitentiam nõ vult seipsum pro peccato punire: in futura vita Deus ipsũ æternaliter puniet. Et hoc est quod hic ait ps. *Beati, qui custodiunt iudicium.* s. seipsos hic puniendo. Sed quia nõ sufficit commissa punire peccata, nisi in posterum homo à peccatis caueat, diuina adimplendo præcepta, ideo subditur, *Et faciunt iustitiam.* Nam facere iustitiam est facere opera iusta. Item quia non sufficit semel pœnitere, nisi contritio de peccato perseueret, similiter non sufficit facere iustitiam ad tempus, & postea dimittere, ideo quo ad ista duo subdit, *In omni tempore.* Sic ergo beati, qui iudicium custodiũt omni tempore, beati qui faciunt iustitiam omni tempore. Cum ergo confessio sit pars pœnitẽtiæ, sequitur, ꝙ ratione diuinæ iustitiæ quis peccata debet confiteri. Sed forte dices. Nunquid semper oportet pœnitere de peccato & semper confiteri, quia dicit, in omni tempore? Respondeo, ꝙ ly, *in omni tempore,* refertur ad omne tempus, quo quis se peccato videt implicari. Sẽper.n. debet displicẽtiam habere de peccato, & confessionis propositum. Displicentia autem debet perseuerare, etiam post commissum peccatum. Cõfessio autem, peccato sacramentaliter remisso, necessitatem non habet, nisi in certis casibus. Vbi notandum, ꝙ confessio debet esse integra. Sicut, n. multis obnoxius, pro quorum quolibet morti est adiudicatus, vt puta propter homicidium, furtũ, adulterium &c. fatuè, & vanè supplicaret veniam de aliquo illorum, & non de alijs: vel de omnibus, vno illorum excepto, quia sic etiam mortem non euaderet. Sic etiam pluribus peccatis mortalibus implicatus, pro quorum quolibet mortem meretur æternam: vanè de illis confitetur, vno illorũ retento &c. Sed dices. Nunquid omni tempore quis habens cõscientiam peccati mortalis tenetur confiteri, s. habita opportunitate? Respondeo quòd sic. versic. 1632.

Peccatum impunitum esse non potest.

Quæstio.

Resp.

Quæstio.

Memento nostri, domine, in beneplacito populi tui: visita nos in salutari tuo. 1837

Consequẽter hic nos inducit ad cõfessionem laudis. Vbi aduertẽ, ꝙ omnis, qui postulat Dei gratiã, eo ipso laudat Deum, & ipsi confessionẽ laudis offert, quia hoc ipso cõfitetur ipsum esse gratiarum Dominum. Ideo ista tria facit, quia Deum laudãdo, primò Dei precatur gratiam. Secundò suam cõfitetur malitiam, ibi, *Peccauimus.* Tertiò se totũ ad diuinam confert misericordiam, ibi.

Visitatio dicitur. Christi incarnatio.

Saluos nos fac. Quantum ad primũ sciendum, quòd gratia peccatoribus facta est per Christum, & ideo vt humanum genus gratiã cõsequeretur, iuste petiit Christi incarnationem ad duo. Primò ut ipsa visitemur. Secundo ut ipsa peccatores iustificentur, ibi, *Ad videndum.* Quantũ ergo ad primum nota quod Christi incarnatio dicitur humani generis visitatio. Lu. 1. Per viscera misericordiæ Dei nostri: in quibus visitauit nos oriens ex alto. Quæ visitatio fuit eius incarnatio.

Chrysost. Vnde Chrys. super Luc. ait. Zacharias, dum Deum benediceret, visitationẽ dicit esse factam ab ipso Deo erga populũ suum: siue materiales Israelitas quis velit accipere. Venit enim ad oues, quæ perierant domus Israel, siue spirituales, i. fideles, qui digni fuerunt hac visitatione, efficaciter erga se diuinam prouisionem facientes. Hanc ergo visitationem pro adipiscenda gratia diuina sancti patres postulabant, dicentes, *Memento nostri domine,* &c. Notandum ergo, ꝙ ideo Christi incarnationem petit, vt eius populus sit in Dei beneplacito. Pro quo sciendum, ꝙ beneplacitum Dei est in multis uirtutibus, quæ per Christi incarnationem nobis fuerunt exhibitæ.

Beneplacitum Dei est in multis uirtutibus.

Nam beneplacita sunt Deo, s. stabilis creduli tas, humilis synceritas, gracilis benignitas, præceptorum obseruatio, deuotorũ habitatio, filiorum deprecatio. Sed ista omnia nobis attulit Christus per suam incarnationem. Primo fidem docẽs se verũ Deum, & hominem, d. In Deum creditis, & in me credite. Secundo humilitate, quia humiliauit semetipsum &c. propter quod dicit. Discite à me, &c. Tertio benignitatem. Matt. 5. Beati Misericordes. & Luc. 6. Estote misericordes, sicut pater vester, &c. Quarto obedientiam. Ioan. 4. Meus cibus est, vt faciam voluntatem, &c. Quinto deuotorũ &c. d. Ego in medio vestrum &c. Sexto orationem dicens. Orate pro persequentibus &c. Ad propositum ergo sciens, ꝙ omnium istarum uirtutum Christus exemplum nobis erat daturus, vt in ipsis ecclesia fit in Dei beneplacito; ipsum Christum in carnari postulat dicens. *Visita nos domine, in salutari tuo,* idest, in Christo, qui salutare Dei dicitur. Luc. 1. Exultauit spiritus meus in Deo salutari meo. Et ad

Philip. 2.
Matth. 5.
Luc. 22.
Matth. 5.

A quid? vt populus tuus dictis virtutibus sit in beneplacito tuo. Vnde hic ait Glossa, *Memento nostri in beneplacito populi tui,* i. vt simus de numero illorum, in qui bus beneplacitum est tibi. Et per quem modum precor memento nostri, subdit, *Visita nos in salutari tuo,* i. in Iesu, quem sequentes erigimus beneplacentes tibi.

Ad videndum in bonitate electorum tuorum: ad lætandum in lætitia gentis tuæ, vt lauderis cum hereditate tua. 1838

B Hic consequenter postulat, ut per Christi incarnationẽ peccatores iustificentur, idest, à peccatis purgentur per gratiam, vt Christum videre mereãtur. Nullus. n. nisi iustificatus Christũ videre potest saltem meritoriè. Matth. 5. Beati mundo corde, quoniam ipsi Deũ videbunt Aduertendum ergo, quod hic tria nomina ponit, cum quibus omnes ante Deum esse cupit, & tria verba illis adiungit. Primum nomen est, *Electorum.* Secundum. *Gentis tuæ.* Tertium, *Hæreditate tua:* quæ tria idem significant, sed di uersis respectibus, scilicet, beatos Deũ

C facialiter contemplantes. Qui dicũtur electi, ratione æternæ prædestinationis. Eph. 1. Elegit nos ante mundi constitutionem, vt essemus sancti, & immaculati in conspectu eius. Et iste actus electionis est solum ex parte Dei, nullum bonum, vel meritum præsens, vel futurum supponens in electo. Vnde ibidem ait gl. Ne quis ergo putet animas cum Deo fuisse æternas, & tunc aliquid meruisse iuxta errorem illorum, qui ante hæc visibilia dicunt fuisse animas sanctas, & ideo tunc fuisse à Deo electas. Sed aperte ostendit hoc falsum esse dicens, Ele-

Electio domini est causa meritorũ.

D git nos ante mundi cõstitutionem. Quo modo autem eligeret illos, qui nõdum erant, nisi prædestinando? Elegit ergo prædestinans nos. Et sicut nõ elegit nos tunc eo, ꝙ sancti essemus, ita nec ideo quia sancti futuri eramus. Sed potius elegit nos adhoc vt essemus sancti, & immaculati in conspectu eius, s. in tẽpore gratiæ. Non ergo quia futuri eramus sancti, sed vt essemus sancti. Ideo quippe tales futuri eramus, quia ad hoc ipse nos elegit prædestinans vt tales per gratiã eius essemus.

Pelag. haresis. essemus. Sed pelagianus veritati resultãs ait, Præsciebat Deus, qui futuri erant sãcti, & immaculati per liberum voluntatis arbitrium. Et ideo in sua præscientia quales futuros esse præsciuit, elegit, inquit, antequam essent, prædestinãs filios suos, quos futuros sanctos præsciuit esse, non fecit, nec se facturum, sed ipse futuros esse preuidit. Quem confutat Apostol. d. Vt essemus sancti, & immaculati in conspectu eius, i. vt eum cõspiciamus. Ex quibus apparet, q sancti dicũtur electi ratione æternæ prędestinationis: ad hoc ut sint sancti, & immaculati, in qua sanctitate Deum facialiter videre possint. Et ideo huic nomini electorũ addidit ps. hoc verbum videre d. *Ad uidendũ in bonitate electorum tuorum*, Gl. i. ad vidẽdum te in bonitate, quam præstas electis tuis per gratiam tuam. Et hoc potest intelligi de visione fidei, & de visione Dei faciali. Per hoc ergo nihil petit ps. in persona aliorum à Deo, nisi vt sit de numero electorũ. Sed, quia diuinitas sine gaudio, & lætitia videri non potest, ut ait. Mag. li. 4. d. vlt. Cum. n. obiectũ uoluntatis sit bonum, & ibidem intellectus conspiciat rationem omnis bonitatis, ideo impossibile est uoluntatem clare Deum videre: & non delectari in obiecto suo ipsum totaliter satiantem. Ideo subdit ps. secundum nomen cum verbo delectationis dicens, *Ad lætandum in lætitia gentis tuæ*. Vbi aduertendum, q electio præcedit meritum electi, vt dictum est: imo est causa omnis operationis meritoriæ. Vnde ipsa electio ęterna facit postea electos in uita illa bene operari per gratiã. Et ratione istius operationis diuinæ dicuntur gens Dei: nam gens dicitur à generando. Illi ergo dicuntur gẽs Dei: qui

Gens Dei dicuntur electi. generant, & faciunt opera Dei. Et quia opera Dei semper fieri debent cum lætitia, ideo ait *ad lætãdum in lætitia gentis tuæ*. Quia meritoriè nullus bene potest operari, nisi complacenter operetur. vide vers. 1792. Et sic ps. d. *Ad lætandum in lætitia gẽtis tuæ*, nihil aliud petit, nisi post electionem diuinam sit generans opera Dei, s. meritoria hilariter. Sed quia quilibet generans opera meritoria complacet eis, & condelectatur, aliter uirtuosè non ageret, quod totum ad laudem Dei procedit, quia sicut per omne malum

E opus Deus inhonoratur, quantum est ex parte peccãtis, sic per omne opus bonum Deus honoratur, & laudatur. Ideo subdit tertium nomen cum verbo laudationis dicẽs, *Vt lauderis in hæreditate tua* Hæreditas Dei vocãtur sancti in patria qui Deum habent, & Deum possident; sicut filius hæres patris dicitur, bona paterna possidens. ps 46. Elegit nos, i dest, nobis hæreditatem suam. Sunt ergo sancti hæreditas Dei, ut veri filij in patria. Sancti autem hæredes Dei in patria semper Deum laudant, semper gratias agũt. ps. 83. Beati, qui habitant in domo tua,

Hæreditas Dei, scilicet semper laudat Deum.

F domine, in sæcula sæculorum laudabũt te. Et sic ps. d. *Vt lauderis cum hæreditate tua*, nihil aliud petit, nisi ut post generationem bonorum operum perueniat ad diuinam hęreditatem, s. ad possessionem æternæ gloriæ, vbi sine fine gratias agendo diuinis laudibus insistat. psal. Benedicam dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo.

Peccauimus cum patribus nostris: iniustè egimus, iniquitatem fecimus. 1839

G HIc ps. vt dignius possit Deo confiteri cõfessione laudis, sciens q nõ est speciosa laus in ore peccatoris, sua, & patrum peccata confitetur, ut illorum acquirat veniam. Et quia ingratitudo beneficiorum receptorum, est circũstantia omne peccatum aggrauans, ideo ad ostendendum peccatorum suorum, & patrum grauitatem confitendo peccata patrum, narrat cum hoc beneficia eis à Deo collata, quibus fuerunt ingrati. Et diuiditur in tres partes. Quia primo cõfitetur peccata, quæ fecerunt in Aegypto. Secundo, quæ fecerunt in deserto ibi, *Cito fecerunt*. Tertio quæ fecerunt in ter-

Eccles. 15.

H ra promissionis, ibi, *Et distinxit in labijs*. Prima in duas, quia primò confitetur ipsorum infidelitatem. Secundo circũstantiam beneficiorũ aggrauantẽ: ibi. *Et saluauit eos* Prima pars diuiditur in partes tres, secũdum quòd tria peccata narrat. Primum fuit infidelitatis. Secundũ fuit ingratitudinis. ibi, *Patres nostri*. Tertium fuit contradictionis, ibi, *Et irritauerunt*. Quantum ad primum sciendum, quòd quamuis filij Israel primo credidissent Moysi dicenti eis, q Deus ipsos volebat liberare

Infideles fuerunt pa

tres & filij Iudaeorum Deo et Moysi. liberare de Pharaonis seruitute, vñ dicitur Exod. 4. Credidit populus, audierūt, q dominus visitasset filios Israel, & respexisset afflictionem eorum, & proni adorauerunt, tamen satis cito post incre duli sunt effecti. Quia cum Moyses dixisset Pharaoni ex parte Dei, vt dimitteret populū eius, propter quod indignatus Pharao praecepit vt filij Israel magis grauarentur in operibus suis: statim infideles effecti, murmurauerunt cōtra Moysen, & Aaron dicentes eis. *Exod. 5.* Videat dominus, & iudicet, quoniam foetere fecistis odorem nostrum corā Pharaone, & seruis eius, & praebuistis gladium ei, vt occideret nos. Istud ergo peccatū infidelitatis, quia oppressi nouiter, amplius, crediderunt, q Moyses eos decepisset, & infideles Deo per consequens fuerunt, commemorans Psal. ait, *Peccauimus cum patribus nostris.* Increduli eñ tunc fuerunt, nō solūm patres antiqui, sed ēt filij eorum. Vnde hic in persona filiorū loquitur psal. d. *Peccauimus*, &c. Et attende, q tunc peccauerunt contra Deum, & contra proximum, quia non crediderunt verbis Dei dictis per Moysen, & per cōsequens reputauerūt Moysen deceptorem. Vnde hic ait glo. *Iniuste egimus*: quantum ad Deum: *iniquitatem fecimus*, quātum ad proximum. *Quaestio.* Sed statim oritur dubium, Isti confitentur peccatum parentum, dicentes, *Peccauimus cum patribus nostris*, idest, sicut patres nostri. Sed nunquid licitum est alie na peccata confiteri? cùm tamen dicatur. *Psal. 13.* Dixi, confitebor aduersum me iniu stitiam meam domino, &c. *Respon.* Respondeo, q quamuis aliena peccata quis non debeat confiteri in excusationem sui criminis: qñq; tamen licet ratione declarationis peccati proprij. *Peccatū alterius ratione declarationis confiteri licet.* vt dictū fuit versi. 1691. Et sic est in proposito. Non. n. est verisimile, q omnes de populo Israel illa verba infidelitatis dixissent Moysi, qui erant fere sexcenta milia: sed principalis pars eorum. Erat ergo manifestum peccatum infidelitatis patrum: sed peccatum filiorum, qui erant imitatores in hoc patrum ipsorum, occultū manebat. Declarantes ergo occultum peccatum ipsorum, inducunt peccatum publicum patrum: declarātes se eodem modo peccasse. Et hoc licet. Dicunt ergo. *Peccauimus cum patribus nostris.* idest, secundum glo. peccauimus sicut patres nostri.

Patres nostri in Aegypto non intellexerunt mirabilia tua, non fuerūt memores multitudinis misericordiae tuae. 1840

Hic ponit secundum ipsorum peccatū, quod fuit ingratitudinis. *Peccatū ingratitudinis.* Quāuis enim peccatum ingratitudinis inter alia sit maximum: tamen habet certas partes, inter quas obliuisci de receptis beneficijs est grauius, vt dictum fuit ver sic. 1191. Isto peccato peccauerunt patres antiqui, quia non fuerunt memores multitudinis misericordiae Dei. Vbi notandum, quòd in Aegypto Deus multa mirabilia ostendit populo suo, quia in decem plagis, qui totā terram Aegypti percussit, nulla illarum tetigit filios Israel: nec terram Gessen, in qua illi habitabant: quòd in manu potenti eos de seruitute liberauit. Quamuis enim illa mirabilia oculata experientia vidissent, illa tamen non intellexerunt, scilicet, quid per illa Deus vellet significare. Verbi gratia, Prima plaga fuit, conuersio aquae in sanguinem, per quam vult significare, quòd per ea, quae peccat quis, & punietur. *Praemia aeterna per tēporalia bona significantur.* Et ideo, quia Pharao occidens pueros Iudaeorum, ipsorum sanguinem sparserat: ideo in poenam ipsorum, potum sanguinis dedit eis. Et sic de alijs. Omnia enim solum literaliter accipientes, sensum spiritualem, quem in eis operabatur spiritussanctus, non intelligebant. Et sic quantum ad intellectum defecerunt, non intelligentes per illa mirabilia significata. Etiam quo ad mirabilia eis promissa, per quae aeterna praemia significabantur, quae tamen omnia solum temporalia intelligebant. Vnde glo. *Non intellexerunt mirabilia tua*, idest, quid per illa eis dare velles, scilicet, non temporale, sed aeternum bonum, quod per patientiam expectatur. Et ideo ipsi peccatores murmurauerunt: temporalibus bonis fallacibus, & fugacibus beari volentes. *Et non fuerunt memores multitudinis misericordiae tuae*, idest, multorum mirabiliū, aliàs miraculorum, quae pro ipsorum liberatione in Aegypto fecisti: vt saltē illa tē-

poraliter recolentes: potestate, quam experti fuerant, se ab inimicis liberandos sperarent. Talia.n.hic debent memorari, quia ipsorum memorari post mortem non proficit. vers. 58. Hic autem beneficiorum Dei memorari nobis magnam confidentiam parit. versi 695.715.1230. 1268. Sed attende, q memoriam beneficiorum Dei multa impediunt 1316.

1841 *Et irritauerunt ascendentes in mare, mare rubrum.*

HIc ponit peccatum eorum contradictionis: quo, scilicet, Deum ad F iracundiam prouocauerunt, dicens, *Et irritauerunt*: Nam irrito, as, quandoque idem est, quòd prouocare, quandoque vero idem, quòd rem promissam nô obseruare, vide vers. 1733. Hic autem accipitur pro prouocare, quia suis contradictionibus Deum ad iracundiam prouocauerunt, quando mare intrare debebāt. Nam, vt habetur Exo. 14. Cùm eduxisset Moyses populum de Aegypto, castra posuerunt supra mare: Pharao autem dolês, quòd illos emiserat, dixit Aegyptijs. Quid facere noluimus, ut dimitteremus Israel, ne seruiret nobis? Tulitq; omnes currus ad prælium aptos, & omnes duces exercitus, & per consequens totū exercitum suum, & persecuti sunt filios Israel existentes supra mare. Cùm appropinquasset Pharao, leuantes filij Israel oculos, viderunt Aegyptios in graui multitudine contra se uenientes, & timuerunt valde, & clamauerunt contra dominum, & cōtra Moysen dicentes, Forsitan non erant sepulchra in Aegypto, ideo tulisti nos, vt moreremur in solitudine? Quid hoc facere uoluisti, vt educeres nos de Aegypto? Nonne melius erat nobis seruire Aegyptijs quam mori in solitudine? Ecce ergo quomodo obliti sunt mirabilium, quæ dominus fecit in Aegypto, & contradicendo verbis Moysi, Deum ad iracundiam prouocauerūt, sed Moyses suis orationibus Deum placauit. Hanc ergo contradictionem notans Psal. dicit, *Et irritauerunt ascendentes in mare*, quia, scilicet, erant supra mare castrametati. Vnde glossa ait. Hæc est irritatio facta, cùm egredientes de Aegypto, peruenerunt ad mare rubrum, vbi

Irritare.

E erant conclusi, quia ex vno latere môs nimis arduus, & nemini ad transeundū peruius, ex alio latere erat mare rubrū, & à dorso erant insequentes Aegyptij, vnde cœperunt grauiter murmurare ob liti potentiæ Dei. Sed tunc mare ante eos diuisum est in duodecim diuisiones, sicut erant duodecim tribus. Et adhuc tantum formidantes, & increduli Deo, nullus ausus erat intrare mare. Sed Aminadab princeps in tribu Iuda, fuit primus, qui cum quadrigis suis, & tribu sua intrauit mare per unam diuisionē, post quem aliæ tribus sequentes eum, intrauerunt mare, quælibet per viam suā. Et propter istam probitatem, tribus Iudæ, quæ prior mare intrauit, meruit dignitatem regiam, & principatum super omnes alias. Quod aliæ tribus postea vidētes, turbatæ sunt: quasi dicat. Quare ego non primo intraui mare, sicut fecit Aminadab princeps tribu Iudæ, & sic obtinuissem principatum? Et hoc est, quod dicitur Cantic. 6. anima mea turbauit me propter quadrigas Aminadab, scilicet primò mare transeuntes. Et nota, q illud mare, quod transierunt filij Israel, dicitur mare rubrum, nō quia aqua eius G sit rubra, sed quia terram rubram habet in littore. Per hoc enim mysticè denotantur aliqui, qui videntes se persequi ab Aegyptijs, idest, dæmonibus, timent intrare mare pœnitentiæ, &c.

Iuda tribus quare meruit regnū.

Rubrū mare dicitur propter ripam rubrā.

Et saluauit eos propter nomen suū, vt notam faceret potentiam suam. 1842

NVnc describit circunstantiam beneficiorum aggrauantem. Duo autem beneficia tunc eis collata describit. Primum fuit populi Israel saluatio. Secundum fuit persecutorum submersio, H ibi, *Operuit aqua*. Circa primum, scilicet, circa ipsorum liberationem tria facit, quia primò ponit saluationis motiuum, secundò saluationis modum, ibi, *Et increpuit*, tertio saluationis effectum, ibi, *Et saluauit eos*. Quantum ad primum ostendit, quòd causa quare Deus ipsos liberauit, non fuit ipsorum meritum, imo merebantur oppositum, quia visis tot mirabilibus, adhuc non sperantes ipsum irritauerunt. Sed tota causa fuit diuina bonitas: quæ non obstante tāta ipsorum ingrati-

ingratitudine, propter seipsum illos sal-
uauit. Propter quod dicit, *Et saluauit eos propter nomen suum*, s. inter gẽtes magnificandum. Nonne etiam vsq; hodie magnificatur nomen domini, dum audimus, ꝙ gentem tam incredulam, & obstinatam Deus sola sua pietate saluauit, ipsorum meritis cõtradicentibus? Ex hoc enim apparet bonitas Dei, quia contradicentibus meritis saluat. Apparet etiã potentia Dei, quia tam miraculosè contra omnem modum naturalem saluat, quos vult. Vnde subditur: *Vt notam faceret potentiam suam*, quæ scilicet, maximè parcẽdo peccatis manifestatur, quia maius est impium iustificare, quàm totum mũdum creare. Nota autem, quòd

Saluat Deus tripliciter.

Deus saluat aliquos tripliciter. Primò quosdam propter ipsorũ merita, quia, scilicet, fides ipsorum saluationẽ meretur. Sic fides, & pœnitentia Magdalenę, ei meruit saluationem. Luc. 7. Fides tua te saluam fecit: vade in pace. Fides enim cum lachrymis saluationem meretur.

Ambros.

Vnde Ambr. super Luc. Ingressus domũ Pharisæi, discubuit. Et ecce mulier, quæ erat in ciuitate peccatrix, &c. Sic & tu si vis à Christo saluari, dele, & post peccati pœnitentiam, vbicunq; audieris Christi nomen, accurre. In cuiuscunq; interiorem domum Iesum intrasse cognoueris in penetrabilibus recumbentem, accurre ad pedes, hoc est, vel extremã partem quære sapientiæ, lachrymis cõfitere delicta. Et fortasse ideo non lauit pedes suos Christus, vt eos nos lachrymis lauemus. Bonæ lachrymæ, quæ non solũ nostrum possunt lauare delictum: sed etiã

Lachrymarũ vtilitas.

verbi cœlestis rigare vestigium, vt gressus eius in nobis exuberent. Bonæ lachrymæ, quæ non solum merentur saluationem peccatorum, sed etiam iustorum refectionem. Sic enim ait Christus mulieri hæmorrhoissæ. Fides tua te saluam fecit, &c. Secũdo saluat aliquos meritis aliorum, vt in fide parentum saluantur paruuli baptizati. Vnde de paralytico, quẽ portantes non habentes modũ, quo ipsum possent inferre, ipsum submiserunt per tegulas ante Iesum, dr, Cum vidisset aũt Iesus fidem illorum: ait paralytico. Filij, dimittuntur tibi peccata tua, &c. Vbi ait Beda, Intuendum sanè quanti propria cuiusq; fides apud Deũ

Mar. 2.

Beda.

A valeat, vbi tantum valuit aliena, vt totus homo repente interius, exteriusq; saluatus exurgeret: aliorumque merito illi relaxarentur errata. Et ad istum sensum loquitur Apost. 1. ad Corint. 7. dicens, Sanctificatus est enim vir infidelis per mulierem fidelẽ, & sanctificata est mulier infidelis per virum fidelem. Tertio saluat aliquos absque omnibus cuiuscunque meritis, solum propter gloriam nominis sui. Sic enim dixit de cæco nato, & de Lazaro. Hęc infirmitas nõ est ad mortem: sed pro gloria filij Dei. Ex talibus enim liberationibus inopina-

Aduersa diuersis causis proueniunt.

Ioan. 9.

Ioan. 11.

B tis, nomẽ Dei magis honoratur, & eius potestas magis cognoscitur. Vnde Greg. ait. Alia est percussio, qua peccator percutitur, vt sine retractatione puniatur: alia qua peccator percutitur, vt corrigatur: alia, qua quis percutitur non vt præterita corrigat: sed ne ventura committat: alia per quã nec præterita culpa corrigitur, nec futura prohibetur, sed dum inopinata salus percussionem sequitur, saluantis virtus cognita, ardentius ametur. Et sic fuit in proposito, qm̃ dum filij Israel inter mare, & hostes essent conclusi, desperantes euadere, dum fuerunt

Gregor. 1. mor. c. 6. In præfatione.

Exod. 15.

C per Deũ liberati: gratias nomini domini magis egerunt, dicentes. Cantemus domino, &c. Et hoc hic notans psal. ait, *Et saluauit eos propter nomen suum*, &c. Sic & nos petamus, dicẽtes, Adiuua nos, Deus salutaris noster, &c.

Psal. 78.

Et increpuit mare rubrum, & exsiccatum est: & deduxit eos in abyssis sicut in deserto. 1843

Hic ostendit modũ, quo tũc eos saluauit, s. mare exsiccando. Modus enim, quo mare meabile fecit eis, habetur

D Exo. 14. Dum essent filij Israel conclusi inter mare ab vna parte, & hostes ab alia, & montes ab alia: sic quòd eis non patebat modus euasionis, dixit dominus ad Moysen, Eleua virgam tuã supra mare: & diuide illud vt gradiantur filij Israel in medio maris per siccum. Quod cum fecisset Moyses abstulit dominus mare, flante vento vehementi tota nocte, & vertit in siccum. Diuisaque est aqua, & ingressi sunt filij Israel per medium maris sicci. Erat enim aqua quasi murus à dex-

tris eorum,& sinistris. Et sit mare transiesibi. Vt et ait gl. 135. Sicut duodecim erant tribus, ita duodecim diuisiones fecit in mari, vt qualibet tribus suā viam haberet:vt vna trib. aliā non impediret. & sic cuius transierunt. Et istum modū recolens Psal.ait, *Increpauit mare,&c. Et deduxit eos in abyssis sicut in deserto. In abyssis*, nō q ipsi irent per aquas:sed inter aquas, q erant altissimæ ab oī latere ipsorū. Iste modus liberationis mysticè figurā gerit baptismi,quo liberamur ab Aegyptijs psecutoribus.vt deducit Origenes super Exodū d. Iubet Moyses virga percutere mare, vt ingrediente populo Dei,cedat,& aquæ,q timebātur,dextera,læuaq; murus effectæ,q non solum perniciē nesciant,sed et munimen exhibeant.solidiatem recipit liquor,& solū maris arescit in puluerē. Benignitatē creatoris intellige,si voluntati eius obtēperes:si legem eius sequaris,elementa tibi contra naturā compellet seruire. Audi ni à maioribus traditum, q singulis tribubus singulæ aquarū diuisiones factæ sunt,& propria vnicuiq; via. Quòd ostē ditur, eo q dr: Qui diuisit mare rubrū in diuisiones. Apostolus aūt baptismum in Moyse constitutum dicit in nube, & in mari,vt & tu, qui in Christo baptizaris in aqua, & spiritu, scias te insectari Aegyptios,& ad seruitium eorum reuocare rectores.s.mundi,& spirituales nequitias,quibus ante seruisti. Sed cū descendis in aquam, euadis incolumis., & nouus ascēndis,peccatorū sordibus ablutis,paratus ad cantandum nouum canticum. Aegyptij insequentes submerguntur in abyssum, quia peccata omnia in aqua necantur. Et ad eundē sensum huius maris transitum inducit Isidorus d. Mare rubrum baptismū Christi sanguine consecratum significat. Hostes à tergo sequentes eum rege suo moriuntur, quia peccata præterita in baptismo delentur,& diabolus suffocatur. Premunt Aegyptij vsq ne ad mare,& peccata vsq; ad baptismum.Post transitū maris cantat populus submersis hostibus, & fideles de lauachro ascendentes, extinctis peccatis,hymnum decantant, dicentes, Cantemus domino gloriose. Vel per istud mare intellige sacramentum pœnitentiæ,vt dictum est ver, 1015.

Glossa. *Baptismus per mare significatur.* *Origenes.* *Psal.135.* *Isidorus.* *Exod.15.*

E *Et saluauit eos de manu odientium,& redemit eos de manu inimici.* 1844

HIc cōcluditur saluationis effectus. Vbi primò videndū,quid per odiētes filios Israel, & quid per inimicum significetur. Vt enim habetur Exod. 1. Surrexit rex nouus in terra Aegypti, qui videns q populus Israel multum creuerat,timens eos, induxit cæteros Aegyptios ad odium eius. Propter quod ibidem dicitur, quod oderant filios Israel Aegyptij, & affligebant illudentes eis, atque ad amaritudinem inducebant vitam illorū. Et sic Pharao erat inimicus F eorū.Sed alij Aegyptij erāt odiētes eos inducti à Pharaone. Sed istud odium adhuc magis creuit,quando propter filios Israel Aegyptij à Deo decem prædictis plagis flagellati fuerunt, & ab omnibus istis illos saluauit Deus. Quod commemorans Psal.ait, *Et saluauit eos de manu odientium*,scilicet, Aegyptiorum. *Et redemit eos de manu inimici*, scilicet, Pharaonis. Hæc autem saluatio fuit per transitum maris. Per quod manifestè figurabatur saluatio fidelium facta per transitū aquæ baptismalis. Vnde hic ait Glosa, G Hoc in figura baptismi dictum est, in quo redimimur de manu diaboli sanguine Christi. Vnde mare rubrū dixit,quo colore sanguis Christi figurabatur. Notandum,q Christus nos redemit de manu inimici tripliciter,scilicet,sapienter, & hoc contra dæmonis astutiam, quia Christus muscipulam prudenter parauit diabolo, quando diuinitatis aculeū suæ carnis esca operuit. Vnde Psal. 30. Redemisti me domine Deus veritatis. Secundò nos redemit iuste, quia iustum precium pro nobis exoluit. Psal. 10. Redemptionē misit dominus populo suo, H scilicet filium suum. Tertiò nos redemit clementer, quia sola charitate, ad Titum 2. Dedit semetipsum pro nobis, vt nos redimeret ab omni iniquitate. Quæ noiās Apostolus de Christo dicit, q factus est nobis à Deo sapientia,iustitia,sanctificatio,& redemptio. Quæ verba exponens Bern. ostendit quomodo & qui huius redemptionis participes esse possunt, dicens, Christus factus est nobis sapientia, vt expectata futuræ gloriæ præmia,per ipsius gratiam prælibemus.

Baptismus per mare significatur. *Redemit nos Christus multipliciter.* *1.Cor.1.* *Christus est sapiētia,iustitia, sanctificatio & redemptio.*

Iustitia,

Iustitia, quia ipse est, qui operatur in nobis & velle, & operari, & perficere pro bona uoluntate. Sanctificatio, vt peccata, quæ odimus, eius ope, & opere declinemus, Redemptio, vt per ipsum ab æternis, quæ meruimus peccando supplicijs eruamur. Et hæc quatuor vnusquisque nostrum in se debet habere. Sanctificationem, in contritione cordis. Sapientiam, in confessione oris. Iustitiam, in satisfactione operis. Redemptionem, in consummatione uirtutis. Qui enim perseuerauerit vsq; in finem, hic saluus erit. Hæc quatuor in se habuit latro, qui in cruce Christum confessus est. Habuit sapientiam, quia perfecte illuminatus Christum Deum esse cognouit, quãdo omnes discipuli eum reliquerunt. Habuit iustitiam, quia alium latronem blasphemantem per charitatem corripuit, & seipsum per iustitiam accusauit, & Christi innocentiam fideliter prædicauit. Hanc enim triplicem perfectionẽ iustitiæ sonant uerba latronis. Ait enim ad alterum. Nec tu times Deum, qui in eadem damnatione es? Ecce correctio per charitatem erga proximum. Et nos quidem instè, inquit, nam digna factis recipimus, ecce cognitio culpæ per pœnitentiam. Hic uerò nihil mali gessit, ecce prædicatio innocentiæ Christi. Habuit sanctificationem, quia per fidem & dilectionem Christum orauit, dicens, Memento mei, Domine, dum ueneris in regnum tuum. Habuit participium redẽptionis, sicut ei dominus ait, Amen dico tibi, Hodie mecum eris in paradiso. Et de omnibus consimilibus dicitur, *Et de manu inimici redemit eos*, quia vt dicitur Matth. 18. Filius hominis venit saluare, quod perierat, & dare animam suã in redemptionem pro multis.

Matth. 10.

Latro bonus virtutes habuit.

Luc. 23.

Luc. 3.

1845 **Et operuit aqua tribulantes eos, vnus ex eis non remansit.**

HIc ponitur persecutorum submersio. Et primò ponit ipsorum submersionem, secundo consequentem utilitatem, ibi, *Et crediderunt*. Quantũ ad primum modus ponitur Exod. 14. Nam cum filij Israel ingressi essent per siccũ maris, Pharao cum exercitu suo curribus peruenit ad mare. Et uidentes filios

Submersio Aegyptiorũ

A Israel fugientes per siccum maris, ingressi sunt post eos ipsos persequẽs, omnis exercitus Pharaonis, currusque eius & equites per medium maris. Iamque aduenerat uigilia matutina, subuertit dominus rotas curruum Pharaonis, & ferebantur in profundum. Cumque uellent reuerti, Moyses præcepto domini extendit manum suam supra mare, & aquæ, quæ erant quasi pro muro consolidatæ à dextris, & à sinistris, reuersæ sunt ad pristinam naturam fluxibilem. Et sic Pharao cum toto suo exercitu inuolutus in medijs fluctibus, aquis operti omnes submersi fuerunt, nec vnus quidem superfuit ex toto exercitu Pharaonis, quin submergeretur in mari. Et verisimile est, quòd erant in grandi multitudine, quando persequebantur filios Israel, vt eos captiuos reducerent ad Aegyptum. Qui tamen filij Israel erãt sexcenta milia hominum armatorum. Vnus enim persecutus (vt communiter) valet duos persequentes. Sic ergo de illis persecutoribus Aegyptijs nullus penitus remansit. Illi autem, qui remanserant in ciuitatibus Aegypti non persequentes remanserunt superstites. Mysticè autem per hoc denotatur, quomodo aqua baptismi omnia peccata, quibus impugnamur, occidit. Vnde ait Glo. super Exod. Spiritus sancti gratia aquas baptismatis fidelibus meabiles facit, vt de spirituali Aegypto, scilicet, peccatorũ, in terram promissionis transeant, hostium uerò suffocat exercitum.

Filij Israel quando egressi sunt de Aegypto erãt 60000. armatorũ hominum.

Baptismus omnia peccata occidit Exod. 14.

Et crediderunt in uerbis eius, & laudauerunt laudem eius. 1846

HIc ponitur effectus dictæ punitionis quo ad filios Israel, quia, scilicet, videntes Aegyptios submersos, cõsiderantes potentiã Dei, crediderunt verbis, quæ dixerat Moyses eis ex parte Dei. Nam vt habetur Exo. 14. Antequã filij Israel intrarent mare vidẽtes Aegyptios contra se uenientes in manu forti, timuerunt valdè, & insurrexerunt verbis cõtra Moysen, quia eos eduxerat de Aegypto. Et ait eis Moyses. Nolite timere. State, & videte magnalia Dei, quæ facturus est hodie. Aegyptios. n. quos nũc videtis, nunq̃ vltra uidebitis vsq; in sempiternum. Ista ergo sunt verba, quibus

crediderunt, quando Aegyptios omnes viderunt mortuos. Vnde in fine eiusdem cap. dicitur. Liberauit dominus in die illa Israel de manu Aegyptiorum: & viderunt Aegyptios mortuos super littus maris, & magnam manum, quam exercuerat Dominus contra eos, & crediderunt domino, & Moysi seruo eius, scilicet, verba, quæ dixerat Moyses vera fuisse. Et notat hic Glos. duritiam Iudæorum, qui ante miracula uisa credere noluerũt. Et ideo eorum credulitas meritoria non fuit, quia fides nõ habet meritum, cui humana ratio præbet experimentum. Sequitur. *Et laudauerunt laudem eius*, quia. vt habetur Exo. 15. statim visis Aegyptijs mortuis, laudantes dominum, cantauerunt, Cantemus domino, gloriose, &c. Quod autem isti crediderunt verbis Moysi propter impletionẽ visam, & non crediderunt impletionem futuram propter verba, non habuerunt verum credere, quod est meritorium, probo. Vbi notandũ, quòd quatuor modis contingit aliqua credere, s. ratione naturali, auditu, miraculis, & fide.

Credere alicui multipliciter.

1847 ***Citò fecerunt, obliti sunt operum eius, & non sustinuerunt consiliũ eius.***

HIc consequenter ostendit eorum peccata quæ fecerunt in deserto, postquam mare transierũt. Et inter alia numerat septem peccata, quæ commiserunt in deserto, secundum quę hæc pars diuiditur. Primum fuit peccatum gulositatis, & gastrimargiæ, secũdum rebellionis, & superbiæ: ibi, *Et irritauerunt Moysen*, tertium fuit infidelitatis & idololatriæ: ibi, *Et fecerunt uitulum*, quartum fuit ingratitudinis, & nequitiæ, ibi, *Obliti sunt Deum*, quintum fuit incredulitatis, & perfidiæ, ibi. *Non crediderunt*, sextum fuit voluptatis, & luxuriæ, ibi. *Et initiati sunt*, septimum fuit prouocationis ad malum, & discordiæ, ibi. *Et irritauerunt eum.* Quantum ad primum tria facit, quia primo ponit ipsorum instabilitatem, secundò ipsorum gulositatem, ibi *Et concupierunt*, tertiò, ipsorum saturitatem: ibi. *Et dedit eis.* Notat ergo primò eorum instabilitatem. Vbi sciendum, ꝙ diuinum consilium, & prouidentia erat prouidere populo suo, quem tam mirabiliter eduxerat de Aegypto, s. de omnibus necessarijs sibi. Promiserat. n. eos educere de Aegypto, & inducere in terrã promissionis, ut patet Exod. 3. quod requirebat necessaria vitæ. Sed ipsi citò satis transacto mari, non expectauerunt, quòd Deus daret eis, sed murmurando quæsierunt victualia. Et sic patet eorum instabilitas: quia visis Aegyptijs mortuis, crediderunt uerbis domini, statim post increduli non expectauerunt, quod Deus prouideret eis. Et hoc est, quod hic dicitur, *Cito fecerunt.* Quid fecerũt? hoc quod subditur. Quod obliti sunt operũ eius, quasi summa celeritate mutati à credulitate in incredulitatem: à laude in murmurationẽ. *Et non sustinuerunt consilium eius*, Idest, non patienter expectauerunt prouidentiam Dei: quę daret eis victualia: quod. Deus facere aliquantulũ differebat alto consilio, vt, scilicet, eos probaret, scilicet & mundo ostenderet ipsorum instabilitatem, & malitiam. Si enim Deus eis prouideret in maioribus sine ipsorum requisitione, multo fortius sperare debuerant, quòd eis in victualibus prouideret. Et uide quam cæca isto rum fatuitas, qui sperabant suis murmurationibus diuinum mutare consilium, quod est immutabile, dicente, psal. Consilium autẽ domini in æternum manet. *Psal.* 32.

Instabilitas Iudæorum.

Consilium Dei immutabile.

Et concupierunt concupiscentiam in deserto: & tentauerunt Deum in inaquoso. 1848

HIc ponitur eorũ gulositas. Vbi notandũ, ꝙ ut habetur Exo. 16. quintodecimo die mensis secundi egressionis filiorum Israel de Aegypto: ipsi peruenerunt in deserto Sin, & statim ibi murmurauit omnis cõgregatio filiorũ Israel contra Moysen, & Aarõ, dicentes, Vtinã mortui essemus in Aegypto, quando sedebamus super ollas carnium, & comedebamus panes in saturitate. Cur induxisti nos in desertum istud, vt occideres omnem hanc multitudinem? Tunc locutus est dominus ad Moysen dicens, Loquere. Audiui murmurationes filiorum Israel. Loquere ad eos. Vespere comedetis carnes, & mane saturabimini panibus. Quod, & sic factum est: quoniam vespere venerunt ad castra eorum

rum tot conturnices, quòd operuerunt castra, & quilibet capere poterat ad libitum. Mane verò quãdo surrexerunt, apparuit manna panis de cœlo datus per circuitum castrorum. Et iste cibus omni die pluebat de cœlo, excepto die sabbathi. Et sic durauit per quadraginta annos, quousq; cœperunt comedere de fructibus terræ promissionis. Hanc ergo eorum gulositatem notans Psal. ait, *Et concupierunt concupiscentiam*, idest, concupierunt carnes in deserto. Et dicit, cõcupierunt concupiscentiam, quasi geminãdo eorum desiderium, vt desiderij nimietatem ostendat. Statim autem inde moti venerunt in Raphidin, vbi erat terra inaquosa, vbi surrexerunt filij Israel cõtra Moysen, dicentes, Da nobis aquam, vt bibamus. Cur fecisti nos exire de Aegypto, vt occideres nos, & filios nostros? Et hoc notans Psal. dicit, *Et tentauerunt Deum in aquoso*, idest, in loco, qui erat inaquosus, idest, sine aqua, vel in solitudine. Et dicit tentauerunt, quia non solum quæsierunt aquam ad sitim refocillandam, sed etiã ad experiendam potentiam Dei, cuius exempla tamen antea multa experti fuerant. Quid autem sit tentare Deum, & quòd multipliciter tentatur, vide ver. 1298.

Exod. 17.

Tẽtare Deũ quid sit.

1849 *Et dedit eis petitionem ipsorũ: & misit saturitatem in animas eorum.*

HIc ponitur ipsorum saturitas, ꝙ ipsorum desideriũ adimpleuit dominus, quia & carnes abundãter eis ministrauit, & panem de cœlo, vt statim dictum fuit, & similiter aquam abundãter eis de petra fluxit. De administratione panis de cœlo dictũ est ver. 1304. 1305. 1306. De datione carnium dictum est ver. 1307. 1308. 1309. De datione aquæ de petra, dictũ est ver. 1295. 1296. Et attende, ꝙ Deus exaudiuit eos in malum ipsorum, quia habita saturitate ira Dei ascendit super eos: & magnã partẽ illorum occidit, vt dictũ est ver. 1311. 1312. Et sic nota, ꝙ non omnis, qui exauditur à Deo, exauditur ad eius vtilitatẽ, imò quandoq; ad damnũ temporale, & æternum, vide ver. 1310. Quæ omnia considerans Psal. d. *Et dedit eis petitionem ipsorum: & misit saturitatem in animas eorũ.*

A Hic nota, ꝙ multiplex est saturitas, scilicet, Saturitas criminalis, & vitiosa. Saturitas spiritualis, & virtuosa. Saturitas æternalis, & gloriosa. Primò est saturitas criminalis. Et ista magis consistit in desiderio quàm in esse reali. Vt puta auarus quærit saturari diuitijs, & illæ sitim augent, vide ver. 509. 568. 582. Luxuriosi quærunt satiari libidine, quæ satiari non potest, sed fatigat. Hypocrita quærit saturari laude. Et quanto amplius laudatur: amplior sitis laudis excrescit in eo. Gulosus cibis non satiatur, quia non satietatem, sed nauseam magis inB ducunt. Et de ista saturitate dicitur, Mãducauerũt, & saturati sunt, &c. Sequitur, Adhuc escæ eorum erant in ore ipsorum, &c. Secunda est saturitas spiritualis. Et hanc facit iustitia. Matth. 5. Beati, qui esuriunt, & sitiunt iustitiam, qm̃ ipsi saturabuntur. Quod ideo dicitur, quia desiderium iustitiæ omni virtute animã replet. Vnde prædicta verba exponens Isaac ait. Beati, qui esuriunt, & sitiunt iustitiam, &c. Liber sapientiæ scriptus est intus, & foris. Qui peruersos corrigit, foris loquitur, & quasi intus qui peruersos dirigit. Iustitia est virtus, quæ omnia C æquat, reddẽs cuiq; quod suum est. Hæc lex naturæ continet, scriptura præcipit, euangelium cõplet. Hac itaq; dirigẽdus est, qui veram saturitatem quærit, qui beatitudinem cõtendit habere, ne cum naturali lege maneat, vt philophus, vel iustitiam instituat, vt Iudæus. Hinc præsumptor, hinc simulator, sed iustitiæ fidei se subijciat vt Christianus & humilis accusator sui. Vis saturari virtute? Vide ne vnꝗ aufugiat iustitia à manu, ab ore, à corde. Nam qui continens est iustitiæ, apprehendet illam, non vacuam sed plenam, sed perfectam, & quietã. Ideo beaD ti qui esuriunt, & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabũtur. Iustitia viaticum est in itinere, iuxta quod ex parte est. Ipsa cœna in patria: iuxta quod perfecta est, nunc ad medicinam, tunc ad delectationẽ. Cuius inchoatio obtinet, nemini iniuriã facere, profectus, illatam patienter ferre, perfectio, omnibus benefacere, si potest: sin minus, velle. Hanc qui habuerit, satiatus erit. Hæc enim est illa virtus, de qua dicitur, Quæ satiauit animam inanem, & animam esurientem satiauit

Saturitas multiplex.

Psal. 77.

Cõmendatio iustitiæ.

1783

Psal. 106.

tiauis bonis. Tertia est fatuitas æternalis, quæ stat in visione nuda, & fruitione diuinitatis, de qua Psal. 16. Satiabor cũ apparuerit gloria tua. Vide ibi.

1850 *Et irritauerunt Moysen in castris: Aaron sanctum domini.*

POnitur hic secundum peccatum ipsorum, quod, scilicet, fuit rebellionis, & superbiæ. Et primò ponitur ipsorum rebellio, secundò rebellionis punitio, ibi, *Aperta est terra*. Pro euidentia istius rebellionis sciendum, quòd, cùm Moyses, & Aaron cum cæteris filijs Israel in deserto esset in castris, & Aaron iam præcepto domini in summum sacerdotem esset consecratus: aliqui ei inuidentes, ambiebant, & ipsi summũ habere sacerdotium. Quorũ tres inter alios erant principales, s. Chore, Dathan, & Abiron. Qui rebellantes Moysi, dixerunt, Sufficiat vobis, ꝙ omnis multitudo sanctorũ est, quasi dicant, Debet vobis sufficere ꝙ vos scilicet, Moyses, & Aaron sitis in eodem gradu cũ alijs de tribu Leui, quia oĩs multitudo est sanctorum, idest, ita spectãt ad Deum, sicut & vos. Cur ergo eleuamini super populum? Quod cum audisset Moyses, cecidit pronus in terram, & dixit ad omnem multitudinem. Mane notum faciet dominus, qui ad se pertineant, & sanctos applicabit sibi, & quos elegerit, appropinquabunt sibi. Tollat vnusquisq; vestrum thuribulum suum, & hausto igne, ponat desuper thymiama corã dño. Et quẽ elegerit dñs, ille sanctus erit, i. summus sacerdos. Quid enim fecit Aaron, vt murmuraretis contra eum? Misit ergo Moyses, & vocauit Dathan, & Abirõ. Qui responderunt, Nõ veniemus. Nunquid parum tibi est, ꝙ nos eduxisti de Aegypto, quæ fluebat lacte, & melle, nisi nostri dominatus fueris? An oculos nostros vis eruere? Et tunc iratus est Moyses valde, &c. Istam ergo rebellionẽ notans Psal. ait, *Et irritauerũt Moysen in castris*, &c. i. ad iracundiam prouocauerunt. Quid autem propriè sit irritare, vide ver. 1533. In hoc enim denotatur aliquorum præsumptio subditorum, qui suis prælatis rebellare contendunt, ipsorum audiẽtes honorẽ. Nam ipse Aaron summus sacerdos cæteros ecclesiæ prælatos significat. Et hoc ratione sui nominis, sui ponderis, sui pectoris, &c.

Aaron Sacerdotes significat.

Aperta est terra, & deglutiuit Dathan: & operuit super congregationem Abiron. 1851

HIc ponitur dictæ rebellionis punitio. Huius punitionis historia habetur Num. 16. Facta hac rebellione, dixit dominus ad Moysen. Præcipe vniuerso populo, vt separentur à tabernaculis Chore, Dathan, & Abiron. Cumque recessissent à tabernaculis eorũ per circuitum: Dathan, & Abiron stabant in ingressu papilionum suorum cum vxoribus & liberis, omniumque frequentia. Et ait Moyses ad populum. In hoc scietis, quia dominus misit me, si isti consueta hominum morte interierint, non misit me dominus. Si autẽ rem nouam fecerit dominus, vt aperiẽs terra os suum deglutiat eos, & omnia, quæ ad illos pertinent, descenderintque viuentes in infernum: scietis quia blasphemauerunt dominum. Igitur vt Moyses cessauit loqui, confestim dirupta est terra sub pedibus eorum, & aperiens os suum deuorauit eos cum tabernaculis eorum vniuersa substantia eorum. Descenderuntque viui in infernum operti humo, &c. Et istam pœnam commemorans Ps. ait, *Aperta est terra, & deglutiuit Dathan*, &c. Hic notat Gloss. quòd pœna, culpæ respondet. Nam isti, qui terrenam ambiebant, à terra sunt absorpti, secundum ꝙ dicitur Sapien. 11. per quæ peccauerit homo, per hæc & torquetur. Attende quòd aperire in scriptura, quandoque punitionem malorum significat, qua diuina iustitia aperit pharetram suam vt malos percutiat, quia sicut reprobi aperiunt cogitationes suas, & opera ad mala peragenda: sic & dignum est, vt Deus iustitiam suam aperiat ad illos puniendos. Sicut enim sagittarius aperit pharetram suam, vt hostẽ feriat, sic & Deus suam iustitiã vt malos puniat. Propter quod de Deo dicitur Iob 30. Pharetrã suam aperuit, & afflixit me. Sic & in proposito: Deus aperuit terram, vt peccatores puniret, quia aperta est terra.

Dathan & Abiron absorpti.

Aperire significat punitionem.

Et

1852 *Et exarsit ignis in synagoga eorum: flamma combussit peccatores.*

Num. 16.

HIc ponitur alterius partis punitio. Apertio enim terræ puniuit Dathan, & Abiron: vt dictum est, sed Chore cum suis, igne fuit punitus. Nam volens Moyses ostendere, quod Aaron à Deo in summum sacerdotem fuerat electus, dixit ad ipsum Chore, qui erat de tribu Leui, & ambiebat sacerdotium summũ. Dixit ad Chore. Tu, & omnis congregatio tua, state seorsum coram domino, & Aaron ex alia parte, & tollite singuli thuribula vestra offerentes incensum coram domino, scilicet, ducenta quinquaginta thuribula. Aaron quoque teneat thuribulum suum, Quod cùm fecissent, tum dixit dominus ad Moysen. Separamini de medio congregationis huius, vt eos repente disperdam. Cumq; Chore cum suis ductis quinquaginta thuribulis vellent incensum offerre dño, ignis egressus est à domino, & interfecit illos ducentos quinquaginta viros, qui offerebant incensum. Quo facto, murmurauit vniuersa multitudo contra Moysen, & Aaron, dicentes, interfecistis populum domini. Qui timentes fugerũt ad tabernaculum fœderis. Et dixit dñs ad Moysen, & Aaron. Recedite de medio huius multitudinis, & nũc delebo eos: & egressus est à domino ignis deuorans multitudinem. Dixitq; tũc Moyses ad Aaron. Tolle thuribulum, & perge cito ad multitudinem: vt ores pro eis. Quod cùm fecisset Aaron: venit ad mediam multitudinem, quam iam vastabat incẽdium, & obtulit thymiama, & stãs inter viuos, & mortuos orauit pro populo, & cessauit plaga. Fuerunt autem, qui igne perierũt, quatuordecim milia septingẽti absque illis, qui perierũt in seditione Chore. Huius ergo incendij, quo puniti fuerunt rebelles, & superbi, commemorans Psal. ait, *Et exarsit ignis in synagoga ipsorum*, &c. Quid autem dicatur synagoga, & qũo differat ab ecclesia, vide ver. 1406. Et vide pœnam correspõdere peccato. Illi enim acceptis thuribulis igne imposito, superbè Deo sacrificare voluerũt: vnde & igne perierunt, quoniam exarsit ignis in synagoga eorum, idest, valde arsit. Notandum ergo, quod ardor ignis ar-

Chore cum suis combustus.

A dori ignis correspondet, s. ignis pœnæ, igni culpæ. Est enim duplex ardor, s. criminalis immũditiæ, & hic est multiplex: & est ardor pœnæ peccato correspondens, scilicet, ardor ignis infernalis, quia qui hic ardet igne vitiorum, ibi ardebit igne tormentorum.

Ardor multiplex.

Et fecerunt vitulum in Horeb: & adorauerunt sculptile. 1853

HIc ponitur tertium ipsorum peccatum, quod fuit infidelitatis, & idololatriæ. Et primò ponitur ipsorum
B idololatratio, secundò ex hoc ipsorum vituperatio. ibi, *Et mutauerunt gloriam.* Quantum ad primum historia habetur Exo. 32. Nam, cũ Moyses esset in monte Sinai: in quo fuit quadraginta diebus, & quadraginta noctibus ieiunis, vt legem de manu domini mererẽ accipere, vidẽs populus, quod Moyses morã faceret in mõte, congregatus est aduersus Aaron, dicens, Fac nobis deos, qui præcedãt nos. Moysi enim ignoramus quid acciderit, Aaron autem volẽs eos ab ista stultitia auertere, cogitauit petere ab eis rem tã difficilem pro factura idoli, quòd ipsi nõ
C acquiescerent. Dixit ergo Aaron ad eos. Tollite inaures aureas de auribus vxorum, filiorum, & filiarum vestrarum, & ferte ad me. Illi autem nullam difficultatem in hoc facientes, fecerunt, sicut dixit. Quas cùm Aaron accepisset, fecit ex eis vitulum conflatilem opere fusorio, quem populus adorauit, & hostias obtulit illi. Et hoc est, *Et fecerunt vitulũ in Oreb & adorauerunt sculptile.* Et aduerte, quod vitulus ille conflatilis fuit, scilicet, opere fusorio factus, & non sculptus. Sed hic accipitur vnum pro alio. Sed nunquid Aaron causa fuit prædictæ ido
D lolatriæ, qui aurum petijt, & formauit idolum? Aliqui excusant eum de primo, s. quòd aurum eorum petijt, vt eos difficultate postulationis reuocaret. Et hæc est intentio Rabani super Exod. dicens, quòd iubet Aaron aurum dari ab auribus uxorum, filiorum, & filiarũ suarum, vnde illis faceret Deos, non absurde intelligitur difficilia voluisse præcipere, vt difficultate præcepti eos ab intentione idololatriæ facilius reuocaret. Et, si dicas, postquam isto modo reuocare non

Aaron an fuerit causa idololatria.

Rabanus.

non potuit, quia libenter ei dederunt, quod petierat, quare tamen ipse summus sacerdos ex illo auro idolum fabricauit, seu fecit eis? Ad hoc respondent aliqui, ꝙ non fuit intentionis eius idolū facere, nec ista intentione aurum acceptum proiecit in ignem, sed potius ipsorum postulatione turbatus ut inaures ipsorum destrueret. Et hoc uidetur sentire Magister in historijs scholasticis super Exod. dicens, Tradunt quidam Aaron inaures ipsorum in ignem proiecisse, sed dæmonis opera conflatum fuisse caput vitulinum, quod tamen quandoque vitulus, quandoque caput uituli uocatur. Vnde in excusationem sui quando Moyses arguit eum, ipse ait, Dederunt mihi aurum, proieci illud in ignem, & egressus est uitulus iste. Sed posito quòd in prædictis possit excusari, non uideo tamen de ijs, quæ consequenter fecit, qualiter excusari possit, ut non dicatur causam dedisse illi idololatriæ. Nam postquam uitulus ille factus est, arte cuiuscunque factus fuerit, Aaron ædificauit altare coram eo, & præconis uoce magna fecit clamari, dicens. Cras solennitas domini est. Vnde surgentes mane obtulerunt holocausta, & hostias, &c. imò ipse Aarō populo dixit. Isti sunt dij tui, qui eduxerunt te de Aegypto. Et nota, quòd per istum actum, quem Aaron fecit, notant doctores auaritiam à clericis ortum habere, vt dictū est superius vers. 818. De pœna autem, qua hoc peccatū idololatriæ fuit punitum, nihil hic dicitur, sed illam uide Exod. 32.

Exod. 32.

Auaritia processit à clero.

1854 *Et mutauerunt gloriam suam in similitudinem vituli comedentis fœnum.*

POnitur hic dictæ idololatriæ uituperatio. Nonne magna confusio est homini idololatriæ, & maximè Iudæo, qui maiestatem inuisibilis Dei, quam non solum ex creaturis agnouit, sed per legem, per tot mirabilia illis ostensa, & tā multiplicia beneficia, in similitudinem uituli commutare, & imaginem uituli pro Deo colere, dicant, quod est excellentioris perfectionis, vel res uiua, & sensibilis, vel res insensibilis, & sine vita. Quis Philosophus etiam merè naturalis non diceret, quòd res uiua? Et tamen ipsi non adorassent uitulum uiuum. Et ad tantam dementiam deuenerunt, quòd similitudinem uituli vita carentem coluerunt. O quanta mētis hebetudo, quantaque stultitia eorū, apud quos plus potest imago quam veritas, insensibilitas quam uita. Isti ergo recedētes à Deo uiuo, & uero, vt experti fuerunt, ad similitudinem uituli se cōtulerunt, similes gentilibus de quibus dicit Apostolus Rom. 1. quòd commutauerunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinē imaginis corruptibilis hominis, quadrupedum, & serpentum.

Idololatria est detestāda.

Obliti sunt Deum, qui saluauit eos, qui 585
fecit magnalia in Aegypto, mirabilia in terra Cham, & terribilia in mari rubro.

HIc ponitur quartum ipsorum peccatum, quod fuit ingratitudinis. Et primò ponit ipsorum ingratitudinē. Secundò Dei indignationem, ibi, *Et dixit.* Tertiò Dei placationem, ibi, *Vt auerteret iram.* Quantum ad primum notat beneficia eis collata pro ipsorum liberatione, vt ex hoc exigeret eorum ingratitudinem, dicēs, quòd Deus saluauit eos, scilicet, de tanta miseria, qua subiugati erant in Aegypto, sicut dictum est supra. Et saluauit eos propter nomen suū, vt notam faceret potentiam suam, uide uersic. 1842. Sed modum, quo saluauit eos, subdit, dicens. *Qui fecit magnalia in Aegypto.* Et hoc dicit, quo ad decem plagas, quibus flagellauit Aegyptum, de quibus plagis dictum est supra, *Qui fecit mirabilia in terra Cham,* scilicet, in Aegypto, qui dictus est Chā. Quia Mesraim a quo denominata est Aegyptus, fuit filius Cham vt habetur Genes. 10. Vbi cunque in ueteri testamento habetur Aegyptus in Latino, in Hebræo habetur Mesraim. Mirabilia ergo fecit in Aegypto, siue in terra Cham, quia cum cęca Aegyptus decem plagis percoteretur, mirabile erat, quòd terra Gessen, in qua habitabant filij Israel, illis plagis nullo modo fuit percussa. *Terribilia in mari rubro,* quando scilicet filij Israel sicco pede mare transierunt, in quo totus exercitus Aegypti submersus fuit, vt vnus quidem nō superesset, quæ omnia fecit

Ingratitudo Iudæorum.

fecit ad seruandum populum Israel. Et tamen isti ita ingrati fuerunt, quòd obliti sunt Deum, qui, scilicet, modis prædictis saluauit eos. Quæ tamen omnia propter facientis uirtutem, & talium operũ inconsuetudinem non solum uidentes, sed etiam audientes merito ducuntur in stuporem, & per consequens memoriæ hominum magis imprimuntur. Quæ tamẽ isti ingrati obliti sunt, quod est summum genus ingratitudinis, vt dictum est versic. 1291. Ex omnibus ergo prædictis vult Psalm. concludere, quòd ex operibus illis Deus admirabilis apud filios Israel esse debuerat, & per consequens non tradendus obliuioni. Si enim admirantur homines opera mirabilia, quæ uident inconsueta, quomodo non admirari debent potentiam facientis? Sic enim ex operibus mirabilibus Dei ipse Deus vbique admirabilis prædicatur. Psalm. 8. Domine, Domine dominus noster, quam admirabile est nomen tuum in uniuersa terra, &c.

Admirabilis Deus dicitur vbique.

1856 *Et dixit, vt disperderet eos, si non Moyses electus eius stetisset in cõfractione in conspectu eius.*

Hic ponitur Dei contra illos indignatio. Hoc enim fuit, quando fecerunt sibi uitulum conflatilem, atque adorauerunt. Tunc enim (vt habetur Exod. 32.) dixit Dominus ad Moysen. Descende, peccauit populus tuus, fecerunt sibi vitulum, & adorauerunt. Cerno enim, quòd populus iste duræ ceruicis sit, dimitte vt irascatur furor meus contra eos, & deleam eos, faciamque te in gentem magnam. Sed Moyses indignationi diuinæ orationibus se opposuit dicens. Quiescat, domine, ira tua, & esto placabilis super malitiam populi tui. Et infra. Aut dimitte eis noxam hanc, aut dele me de libro tuo, quẽ scripsisti. Hanc ergo indignationem domini, & per Moysen factam placationem recolit Psal. dicens, *Et dixit ut disperderet eos, si non Moyses*, &c. Ex quibus verbis ostendit Augus. quantum apud Deũ pro peccatoribus ualeat iustorum oratio, quia Deus dixit Moysi. Dimitte me, &c. Et tamen ipse Moyses tanti peccati indignationem diuinã sua oratione

Oratio iusto rum pro peccatorib. multum proficit apud dominum.

A placauit. Vnde sic ait August. Volebat Moyses, vt filij Israel in domino spem ponerent, & in eius misericordia se ab illa seruitute liberatos crederent. Cuius tamen tantum erat meritum, vt ei diceret dominus. Dimitte me, vt irascar cõtra eos. Quod si sit iubentis cum ait, sine me, aut quasi petentis, vtrunque ui detur absurdum. Nam si Deus iubebat, famulus obedienter non parebat. Et Deum hoc à seruo pro beneficio petere non decebat, qui poterat eos, etiam ipso nolente, cõterere. Significat ergo his verbis Deus plurimum prodesse apud B se illi populo, sic ab illo diligi, quẽ Deus sic diligebat, vt eo modo admoneremur cum merita nostra grauant, ne diligamur à Deo, releuari nos apud Deum illorum meritis posse, quos diligit. Nam, cum à Deo homini dicitur, sine me, & conteram eos, hoc est, conteram eos, nisi diligerentur à te, quasi, noli eos diligere, & conteram eos, quia ne illud faciã, dilectio tua intercedit. Obtemperãdum esset Deo dicenti, noli eos diligere: si hoc iubendo dixisset, & non potius admonendo, exprimẽdo quid illum ab eorum supplicio reuocaret. Nec tamen il- C lo intercedente sine flagello discipl næ populum dereliquit. Nescio enim quomodo, sicut eos diligeret ipse Moyses, Deus occultus illos diligebat, qui mani festa voce terrebat. Et hic in isto versu Gloss. dicit. Hic monstratur quantum valet intercessio sanctorum. Securus enim Moyses de iustitia Dei, qua eum delere non posset, impetrauit misericordiam Dei ijs, qui iuste perirent. Et attende quod Deus orationibus iustorum placatus sic peccatoribus uno modo parcit, vt eos etiam alio modo percutiat. Nam Moyses, qui suis orationibus sceleris à Deo D veniam impetrauit populo, ipsemet postea puniuit populum, vt ibidem habetur Exod. 32. Vnde istum uersum pertractans Greg. ait. Intueri libet in Moysi pectore misericordiam cum seueritate sociatam. Videmus enim piè amantem, & districtè sæuientẽ. Certe cum Israeliticus populus ante Dei oculos penè inueniabilem contraxisset offensam, ita vt eius rector audiret, descende, peccauit populus tuus. Ac si ei diuina vox diceret. Populus, qui in tali peccato lapsus est,

Prelatus misericordiam cum iustitia debet habere.

Greg. lib. 20 mor. c. 6.

est, iam meus non est, ac subiungeret. Dimitte me, vt irascatur furor meus cō tra eos, & deleam eos, faciamque te ingentem magnam. Ille semel, & iterum pro populo, cui præerat, obicem se ad impetum Dei irascentis opponens ait. Aut dimitte eis hanc noxam, aut, si non facis, dele me de libro tuo, quem scripsisti. Pensemus ergo, quibus visceribus eūdem populum amauit, pro cuius uita de Iesu se de libro vitæ petiuit. Sed tamen iste, qui tanto eius populi amore constringitur contra eius culpas pensemus quanto zelo rectitudinis accendatur. F Mox enim ut petitione prima culpæ veniam ne deleretur obtinuit, ad eundē populum ueniens ait. Ponat uir gladiū super fœmur suum, ite & redite de porta usque ad portam per medium castrorum, & occidat unusquisque fratrem, & amicum, & proximū suum. Cecideruntq; in die illa quasi uiginti tria millia homi num. Ecce, qui uitam omnium etiam cū sua morte petiuit, paucorum uitam gladio extinxit. Et intus arsit ignibus amoris, & foris accensus est zelo seueritatis. Tanta fuit pietas, vt se pro illis corā domino offerre non dubitaret, tanta seueritas, vt eos, quos diuinitus feriri timue- G rat, ipse iudicij gladio feriret. Sic amauit eos, quibus præfuit, vt pro eis nec sibi parceret. Et tamen delinquentes sic persecutus est, quos amauit, vt, eos etiā Domino parcente, prosterneret, &c. Et hoc notans Psal. ait. *Et dixit ut disperderet eos, si non Moyses*, &c.

1857 *Vt auerteret iram eius, ne disperderet eos, & pro nihilo habuerūt terram desiderabilem.*

Hic ostenditur placatio. Et est quasi declaratio intētionis Moysi orā- H tis pro populo, quasi dicat, Ad quid fuit Moyses pro populo *in confractione in conspectu* Domini? Respondet. *Vt auerteret iram eius*, scilicet, à populo. Oratio enim iusti hominis tantæ est efficaciæ quòd Deum erga peccatorem placat, & iram Dei auertit à peccatore. In cuius figuram dici tur Num. 25. quòd statim atq; Phinees luxuriantes percussit, scilicet, Iudæum, & Madianitidem, Deus iram suam auertit à populo, vnde ibidem ait

Oratio iusti magni est ponderis.

E Deus. Phinees auertit iram meam à filijs Israel. Similiter & quandocunque nos contriti peccata nostra punimus, Deus iram suam à peccatis nostris auertit. Ergo & nos sibi verè contriti dicamus. Auerte faciem tuam à peccatis meis, &c. Si enim nos aspicimus peccata nostra illa puniendo, Deus ab ipsis auertit iram suam, ne illa puniat, si autem nos ab ipsis faciem nostram auertimus, tunc Deus illa respiciendo punit. Vnde super prællegato verbo. Auerte faciem tuam à peccatis meis, ait Glo. Auerte faciem tuam à peccatis meis. Non dicit à me, sed à peccatis meis, quia, scilicet, ego illa habeo ante faciem meam. Si enim homo auertit, & illa bene respicit: Deus faciem suam auertit ab illis ne ipsa puniat. Auerte ergo peccatum tuū, vt auertat ab illo iram suam Deus, ne tu auertendo, ipse animaduertat. Et nō solum actus pœnitentis à suis peccatis iram Dei auertit, sed etiam actus orationis iusti pro alio orantis, vt in præcedēti uersiculo patuit. Et ad hunc finē Moyses orauit pro populo, & ueniam obtinuit. Sed hic est dubium, quomodo quis pœnitentia, vel orationibus iram Dei potest auertere, cum scriptum sit Iob 23. Et nemo auertere potest cogitationes eius. Hoc declarans Greg. ait. Sicut enim Deus natura est immutabilis, ita immutabilis est cogitatione. Cogitationem quippe eius nullus auertit, quia nemo resistere occultis eius iudicijs præualet. Nam etsi fuerunt quidam, qui orationibus suis eius cogitationem auertisse uiderentur, ita fuit interna eius cogitatio, vt sententiam illius auertere potuissent, & ab ipso acciperent, quod agerent apud ipsum. Dicat ergo. Nemo auertere potest cogitationem eius, quia semel fixa iudicia mutari nequaquā possunt, vnde scriptum est. Præceptum posuit, & non præteribit. Et rursum. Cœlum, & terra transibunt, verba autē mea non transibunt. Cum ergo exterius mutari uidetur sententia, interius consiliū non mutatur, quia de unaquaque re immutabiliter intus constituitur, quicquid foris mutabiliter operatur. Est ergo intentio Greg. quòd sententia (quia stat in signis exterioribus) mutari potest, sicut & signa exteriora mutabilia sunt, sed

Psal. 50.

Auertere Dei iram quomodo quis potest.

Quæstio.

Greg. lib. 16 mor. c. 18.

Psal. 148.
Luc. 21.

Dei

Dei consilium, & cogitatio interius nul A latenus orationibus potest auerti. Sequitur. *Et pro nihilo habuerunt terram desiderabilem.* Hic incipit versus sequens in Hebræo, & in translatione Hieron. Et sic hic incipit quintum peccatum, q.s. fuit incredulitatis, & perfidiæ. Quod fuit.s. quãdo populus territus verbis exploratorum (vt habetur Num.14.) voluit reuerti in Aegyptum. Et hoc est quod dicitur. *Et pro nihilo habuerunt terram desiderabilem*, idest, terram promissam Abrahæ, & semini eius. Vnde ipsam despicientes quasi sterilem, in Aegyptum voluerunt reuerti. Pro cuius intelle B ctu sciendum, quòd Moyses de deserto misit de qualibet tribu vnum principem ad explorandum terram promissionis, vt populo referrent conditiones eius, ad hoc vt populus audita eius bonitate, & pulchritudine patriæ, ad ipsam magis animaretur acquirendam. Inter istos duodecim exploratores fuit Caleb de tribu Iuda. Qui reuersi detraxerunt terræ, dicentes. Nequaquam ad illam terrã valemus ascendere, quia ibi est populus fortior nobis. Terra, quam vidimus, deuorat habitatores suos, scilicet, sterilitate. Populus, quem vidimus, proceræ staturæ est, ibi vidimus gigãtes, &c. Caleb, vero econtrario compescens murmur populi, quod oriebatur contra Moysen, dicebat. Ascendamus securè ad possidendam terram nobis promissam, quoniam optima est, & poterimus obtinere illã. Populus autem credidit maiori parti, & despexit terram promissionis, & dicebat alter ad alterum. Constituamus nobis ducem, & reuertamur in Aegyptum. Et sic illam terram promissam spreuerunt. Et hoc est, quod ait, *Et pro nihilo habuerunt terram desiderabilem.*

1858 *Non crediderunt uerbo eius, & murmurauerũt in tabernaculis suis, non exaudierunt vocem Domini.*

Hic exequitur peccatum incredulitatis illorum. Et primò ponitur ipsorum incredulitatis malignatio. Secũdò ex hoc diuinæ iræ prouocatio, ibi. *Et eleuauit manum.* Quantum ad primũ sciendum, q̃ ista litera duobus modis exponitur. Primo modo, vt pro ly *verbo eius* intelligatur verbum Caleb, quoniã vt statim dictum est, omnes exploratores reuersi terruerunt populum non credẽtes illam terram posse obtineri, solo Caleb dicente, quòd facile erat eis ipsam capere, & eos confortabat, vt ad ipsam ascenderent. Ipsi ergo crediderunt alijs detrahentibus, vt redirent in Aegyptum, & noluerunt credere verbo ipsius Caleb. Et hoc est quod ait. *Non crediderunt uerbo eius.* Vel secundo potest intelligi de verbo Dei, qui multotiens per Moysen promiserat eis introducere illos in terram illam, ipsi aũt audiẽtes exploratores dicentes quòd ibi erat populus fortissimus, & homines quasi gigantes, quòd ibi erant ciuitates fortissimæ vsque ad cœlum muratæ, statim diffidebant illam terram posse obtinere, & q̃ Deus non daret eam illis. Et hoc est, q̃ ait, *Non crediderunt verbo eius*, idest, ipsius Dei. Vnde sequitur. *Murmurauerunt in tabernaculis suis*, quia vt habetur Nu.14. Filij Israel audientes verba exploratorum, fleuerunt tota nocte illa, & murmurabant contra Moysen, & Aarõ cuncti filij Israel, dicentes, Vtinam mortui essemus in Aegypto, & nõ in hac va C sta solitudine. Vtinam pereamus, & nõ inducat nos dominus in terram istam, ne cadamus gladio, & uxores nostræ, & filij ducantur captiui. Nonne melius est reuerti in Aegyptum? Et dicebant ad alterutrum. Constituamus nobis ducem, & reuertamur in Aegyptum. Et de isto murmure hic ait Psalmista. *Et murmurauerunt in tabernaculis suis, & non exaudierunt vocem Domini.* Per hoc autem spiritussanctus intendit reprehendere eos, qui pro nihilo reputant terram uiuẽtium, per istam terram promissionis figuratam, qui de diuino adiutorio diffi D dentes, timent superari à mundo, à carne, vel à diabolo. Et sic non credunt verbis domini dicentis. Ego autem uobiscũ sum omnibus diebus, &c. Et istum sensum hic ponit Glo. dicens. *Et pro ni. ha. ter. desi.* idest, contempserunt, quod per illam significabatur bonum, scilicet, æternum, quod est verè desiderabile. Nec crediderunt verbo eius per parua ad magna uocantis. Pro certo nisi aliquod magnum terra illa significaret ad quod inuitaremur, nullo modo, culparentur,

Terra promissionis significat terram cœlestem.
Matth. vlt.
Glos.

tur, qui pro nihilo habuerunt eam, cuius temporale regnum etiam sancti pro nihilo ducunt, ut Hierusalem, quę est in cœlo, vere desiderabilis, amenti. Sed infidelitas me ito arguitur, quia in eo quod pro nihilo habuerunt eam, non crediderunt uerbum Dei per patua ad magna ducentis. Notandum, quod dixit, *Et murmurauerunt in tabernaculis suis.* Qd murmuratio est querela cum impatientia in ijs, quæ homo deberet sustinere patienter, &c.

Murmuratio quid sit & quã multiplex.

1859 *Et eleuauit manum suam super eos, ut prosterneret eos in deserto.*

POnitur hic ex prædicta incredulitate contra ipsos Dei indignatio. Et primò contra patres. Secundò contra natos ibi. *Et ut deijceret.* Quantũ ad primum sciendum, quòd ut habetur Num. 14 ex peccato prædictæ incredulitatis, & murmurationis, contra eos data fuit diuina sententia, ut omnes maiores natu prosternerentur in deserto, sic quòd nullus eorum terram promissionis intraret. Et voco maiores natu, omnes illos qui in exitu Israel de Aegypto numerati sunt à uiginti annis, & supra, omnes illi mortui sunt in deserto, duobus exceptis, Iosue & Caleb. Vnde dicitur Nume. 14. q. dñs ex peccato prædicto prouocatus ait, Vsquequo multitudo hæc pessima murmurat cõtra me? Querelas filiorum Israel audiui. Dic ergo eis. Viuo ego ait Dominus, sicut locuti estis, audiente me, sic faciam uobis. In solitudine hac iacebunt cadauera uestra, omnes, qui numerati estis à uiginti annis, & supra, & murmurastis contra me, non intrabitis terram, super quam leuaui manum meam, vt habitare uos facerem, præter Caleb, & Iosue. Istam ergo sententiam contra ipsos datam ostendens Psal. ait. *Et eleuauit manum suam super eos ut prosterneret eos in deserto,* quia scilicet sententiam dedit, quòd omnes illi in deserto morerentur. Et hæc fuit causa, quare per quadraginta annos uagi per desertum ambulauerunt, antequã peruenirent ad terram promissionis, cũ tamen non multum distet Aegyptus à terra promissionis, ut scilicet omnes illi qui à uiginti annis & supra ex Aegypto

Mortui sunt in deserto omnes qui exierunt Aegyptum à viginti annis & supra.

E exierunt, primò in deserto morerentur, quàm terram promissionis attingerent, ex quo concluditur, quòd ex illis, qui intrauerunt terram promissionis, nullus erat gratis vltra sexaginta annorum. Mysticè autem per manum domini intellige Dei potentiam, ut patet versicu. 125. quam in iudicio super malos eleuabit, vt eos in deserto infernalis miseriæ prosternat. Item nota, quòd manus domini multa facit uersic. 127. Vel manus Dei dicitur Christus vers. 197. qui in iudicio supra malos eleuabitur.

Manus Dei

F *Et ut deijceret semen eorum in nationibus, vt dispergeret eos in regionibus.* 1860

OStenditur hic diuina indignatio contra filios eorum. Per semen tamen ipsorum intelliguntur filij qui ex ipsorum semine sunt nati. Vbi nota, quòd ista pœna erga filios eorũ a Deo fuit comminata, sed pro tunc precibus Moysi fuit impedita, sed fuit impleta tẽpore captiuitatis Babylonicę, quia tunc descendentes ex illis in nationibus extraneis captiui ducti fuerunt, & in alie-
G nis regionibus, scilicet, in Babylonia, & dispersi per regnum illud. Et si dicas, illi, qui dispersi fuerunt per orbem tempore Nabuchodonosor, quid culpabiles fuerunt incredulitatis patrum suorum: vt pro peccato patrum deberent puniri? Dico, quòd de pœna temporali multotiens filius portat pœnam patris, sed nõ de pœna spiritali. Vel etiam, quia isti fuerunt non solum semen patrum nati ab ipsis, sed etiam peccatorum patrum imitatores. Ideo non solum propter peccata patrum, immò propter sua dispersi, & captiuati fuerunt. Et hoc no-
H tat, cum uocat eos semen eorum, dicẽs. *Et ut deijceret semen eorum,* &c. Nam propriè semen alicuius dicuntur illi, qui sunt eius imitatores, vide versic. 1795. Vel ista pœna in filijs Israel directè fuit impleta, quando per Titum, & Vespasianum fuerunt trucidati, & uenundati, & à propria patria expulsi, & per orbem dispersi, & sic usque hodie manent. Et uide quòd istius dispersionis duo notat. Primò extremum, à quo fuerunt expulsi, dicens, *Et ut deijceret,*

Filius pro peccato patris punitur.

Et

Et exteras nationes, ad quas fuerunt dispersi, dicens, *Et dispergeret eos*.

1861 *Et initiati sunt Beelphegor, & comederunt sacrificia mortuorum.*

POnitur hic sextum peccatum, quod fuit voluptatis, & luxuriæ. Vbi sciendum quòd quamuis textus iste principalius uideatur agere de peccato idololatriæ, tamen ad illud peccatum deueuerunt propter peccatum luxuriæ. Et sic tractando ipsorum idololatriam, principaliùs intēdit manifestare luxuriam ipsorum. Hic aliqua sunt prænotanda. Primò quid est initiare. Vbi sciendum, quòd secundum Grammaticos initior, initiaris, dicitur ab initium. Et est initiare idem quòd inchoare, introducere, vel sacrificare. Vnde initiare, vel initiari est quasi encænia facere, idest, noua festa colere, vel aliquid de nouo sacrificare. Hic autem cum dicitur, *initiati sunt*, stat pro sacrificare. Item notandum quòd Beelphegor erat idolum Moabitarum, pro cuius euidentia sciendum, quòd ut ait Beda, Ninus rex Assyriorum, qui condidit Niniuem, patre suo mortuo, qui Beel uocabatur, fecit imaginem ad eius memoriam fieri, quam vocauit Beel, iuxta nomen patris. Et vt ad maiorem patris memoriam illa imago ab hominibus in maiori reuerentia haberetur, ordinauit quòd quilibet reus ad dictam imaginem confugiens, saluus esset, unde & illa imago cœpit multum ab hominibus uenerari, in tātum etiam quòd diuinos honores cœperunt homines illi exhibere, ab illa gratias postulare, & illam vt Deum colere. Et inde incœpit idololatria, & ad alias gentes est deriuata, ita quòd nomen istius idoli Beel ad alia idola deriuatum fuit secundum diuersitatem linguarum. Et maximè istud nomen Beel, ad omnia idola applicabatur, quia lingua punica Beel idem est quòd Deus. Vnde sicut Assyrij uocabant idolum suum Beel, vel Belus, ita & Babylonij suum idolum vocabāt Beel; alij Baal; alij Beol secundum uarietatem linguarum. Moabitæ autem idolum suum uocabant Beelphegor, quod est nomen cōpositum ex duobus integris, scilicet, ex Beel, & Phegor, quod est nomen cuiusdam montis, in quo colebatur idolum Moabitarum. Istud ergo idolum, scilicet, Beelphegor Iudæi propter derisionem gentium uocabant Beelzebub, asserentes in isto idolo principem dæmoniorum habitare. Erat ergo Beelphegor idolum Moabitarum quòd filij Israel in deserto coluerunt, & ei sacrificauerunt. Et hoc est quod ait, *Et initiati sunt Beelphegor*. Huius autem idololatriæ causa fuit ipsorum luxuria. Nam ut dicunt doctores, & habetur Nume. 22. Balach rex Moabitarum uidens, quòd populus Israel erat iuxta terram suam, timens ne ipsum, & regnum eius caperent, misit pro Balaam, qui erat magnus diuinator, & propheta, ut sibi contra filios Israel consilium daret, ipse autem finaliter tale consilium ei dedit. Non poteris istos superare, quamdiu seruient Deo suo, sed si ipsum offendant, leuiter superabuntur. Mitte ergo puellas pulchras, & nobiles prope castra ipsorum, ut per eas inducantur ad idololatriā, & sic Deus ipsorum irascetur contra eos. Quod & factum est. Videntes ergo filij Israel illas puellas moti ad luxuriam, ibant ad illas. Illæ autem us eductæ erant, nullo modo permittebant se ab illis cognosci, nisi illi cum ipsis prius adorarent Beelphegor Deum illarum. Illi autem impetu brutali deuicti, vt eis consentirent, idololatrabant. Et patet quòd principalis causa istius idololatriæ fuit peccatum luxuriæ. Sic etiam fuit de Salomone, qui per mulieres infatuatus, templa idolis ædificauit, vt habetur 3. Reg. 11. Ponit ergo primo istorum idololatriam. Secūdo Dei displicētiam, ibi, *Et irritauerunt*. Quantum ergo ad primum dicit, *Et initiati sunt Beelphegor*, idest, cōiuncti sunt, vel sacrificauerunt illi idolo Moabitarū, *Et comederunt sacrificia mortuorum*, idest de carnibus animalium mortuorum illi idolo sacrificatorum. Iste versus habetur Num. 25. vbi dicitur, Fornicatus est populus cum filiabus Moab, quæ uocauerunt eos ad sacrificia sua, at illi comederunt, & adorauerunt Deos earū. Quomodo autem Balaam docuit Balach, ut per mulieres induceret filios Israel ad idololatriā, habes in Apoc. vbi dicitur, Balaam docebat mitteret scandalum coram filijs Israel, edere, & fornicari, &c. vide

Margin notes: *Initiari quid est.* — *Beelphegor.* — *Idololatria quomodo incepit.* — A — B — *Nota malū consiliū Balaam prophetæ.* — *Luxuria causat idololatriam.* — C — D — *Apoc. 2.* — *Ad gulam sequitur luxuria.*

vide in postil. Et vide duo uitia coniuncta, scilicet, edere, & fornicari, quia vnū sequitur ad aliud. vnde Hierony. ait, Venter mero æstuans, cito in libidinem spumat, vicina.n. sunt uenter, & genitalia. Ista aūt duo uitia diabolus omnibus cōicat. Vbi nota q Gl. super illud Tob.6. dęmon occidit septem viros Sarræ. dicit, Diabolus de concupiscentia vxore suā nouem filias habuit, quarum septem diuersis generibus hominum maritauit, scilicet, primam simoniam prælatis, & clericis. Secundam, scilicet, hypocrisim monachis luxuriosis, & falsis fratribus religiosis. Rapinam, militibus, & alijs nobilibus. Vsuram, burgensibus. Dolū, mercatoribus. Sacrilegiū, agricolis, qui decimas Deo sacratas auferunt. Fictū seruitium, operarijs conducticijs. Luxuriam aūt, & gulam nulli maritari voluit, sed omnibus generaliter illam exposuit. Ex quibus patet quā pauci sunt hodie sine vxore, sed panciores sine concubina.

Peccata nouem genuit diabolus ex concupiscentia.

Peccata diuersa diuersis applicātur.

1862 *Et irritauerunt eum in adinuentionibus suis: & multiplicata est in eis ruina.*

Hic ponitur erga eos Dei displicentia, secundo ponitur placatio diuina, ibi. *Et stetit.* Quantum ad primum notandum quid sit adinuentio. Quāuis enim adinuentio uno modo idem sit q præceptum, vt dictum est vers. 1401. qnque tamen aliter accipitur. Nam venio, venis, componitur cum in, & fit inuenio, nis, quod est in id quod cupimus, vel quærimus venire. vnde inuenimus quæsita, reperimus vltro occurrentia. Inuenio autem componitur cum ad, & fit adinuenio, idest, valde iuxta nostrum votum inuenire quæsita & desiderata, vnde adinuentio, idest, valde exquisita inuentio, vt quando quis propter id, q concupiscit, diuersas uias ad illud consequendum inuenit. Sicut in proposito, ibi pro concupiscentia illarum puellarū etiam ad idololatriam se inclinauerunt, & sic adinuentiones fuerunt peccata, quæ studiosè, ut quòd quærebant, habere possent, commiserunt. Dicit ergo, *Et irritauerunt Deum in adinuentionibus suis,* idest, in idololatrijs suis, & comestionibus sacrificiorum idolis oblatorū.

Adinuentiones sunt peccata exquisita pro uolito consequendo.

E Qualiter autem fuit irritatus dominus ex istis adinuētionibus, habetur Num. 25. vbi dicitur, q cū initiatus esset Israel Beelphegor, iratus dominus dixit ad Moysen, Tolle cunctos principes populi, & suspende eos contra solem in patibulis, vt auertatur furor meus ab Israel. Quod ideo præcepit, quia peccata subditorū principibus, & prælatis imputantur, maximè, quando perueniunt ad eorum notitiam publicam, & illa nō corrigunt. Et vocat principes primos tribuum. Quælibet enim tribus vnū principaliorem habebat, qui in illa tribu principabat.

F Illis ergo principibus, qui suas tribus habebant corrigere, & non corrigebant, subditorum imputantur peccata. Nam vt dicit Leo episc. & habetur d. 86. inferiorum. Inferiorum ordinum culpæ, ad nullos magis referendæ sunt, quā ad desides, negligentesque rectores, qui multam sæpè incurrunt pestilentiam, dū austeriorem dissimulant, adhibere medicinam. Et ideo dominus peccata populi imputans principibus, iussit, vt omnes principes suspenderentur, vnde sequitur. *Et multiplicata est in eis ruina,* quia scilicet, ex isto peccato multi corruerūt,

G vt enim habetur Nu. 25. Moyses ad præceptum domini dicit, suspēde principes populi, &c. præcepit principibus vt emēdarent negligentiam suam, & corrigerēt malos, vnde dixit ad iudices Israel. Occidat vnusquisque proximos suos, qui initiati sunt Beelphegor. Et occisa sunt 22. milia hominū. Et propter istam stragē. d. *Et multiplicata est in eis ruina.* Ruina. n. dicitur à ruo, is, quod est cadere. Et sic ruina est casus. Multiplicata fuit ergo in eis ruina: quia 23. millia occiderunt.

Prælatis imputātur peccata subditorum.

Ruina. quid.

Et stetit Phinees, & placauit, & cessauit quassatio. 1863

H Hic ponitur diuina placatio, & ponitur per quem facta fuit placatio secundo placantis commendatio, ibi. *Et reputatum.* Quantum ad primum quomodo facta fuit in hoc facto placatio Dei, notandum, quod (vt scribitur Nume. 25.) dum tanta commotio in populo Dei esset, vt principes tribuū occiderent, quos reperiebant initiasse Beelphegor, accidit vt princeps tribus Simeonis, cui

cui nomen Zambri luxuria ductus, publicè coram omnibus uidens puellam pulchram nomine Corbi filiam Sur nobilis principis Madianitarum, introiuit ad eam, Quod vidēs Phinees filius Eleazari sacerdotis filij Aaron, zelo Dei accensus, surrexit de medio multitudinis & arrepto pugione, ingressus est post istū principem Zambri in lupanare, & inuenit eos pariter cōmiscentes, & perfodit ambos simul, virū, s. & mulierem in locis genitalibus. Quo facto statim cessauit quassatio, quia ex zelo istius, & morte illius principis Deus placatus, dixit ad Moysen. Phinees auertit iram meam à filijs Israel, quia zelo meo cōmotus est contra eos. Et hoc est, quod recolēs Ps. ait, *Et stetit Phinees*, &c. Ex hoc apparet, quòd multitudine peccante, non omnisi sed aliquorum cęde Deus placatur.

Peccante multitudine pauci puniuntur.

1864 *Et reputatum est ei ad iustitiam in generatione, & generationem vsque in sempiternum.*

Ponitur hic placantis. s. Phinees commendatio. Deus. n. non tm̄ factum q̄ intentionem aspicit facientis tam in bono q̄ in malo. Et intentionē Phinees respiciens Deus, quia hoc fecit zelo Dei motus, ipsius opus ad meritū sibi & alijs imputauit, & non solum sibi, sed ēt successoribus suis, vnde per hoc à Deo fuit certificatus, ꝙ patri suo succederet in sacerdotio. Nam vt habetur Nu. 25. hoc facto dixit Dominus ad Moysen. Phinees filius Eleazari filij Aaron sacerdotis auertit iram meā à filijs Israel, quia zelo meo commotus est contra eos. Idcirco loquere ad eū. Ecco do ei pacem fœderis mei, & erit illi pactum sacerdotij sempiternum, quia zelatus est pro Deo suo. Sed fortè dices. Cū actus istius Phinees fuerit actus fortitudinis, qūo ei go sibi reputatum est hoc factum ad iustitiā & non potius ad fortitudinē? Sciendum est igitur, ꝙ (vt dicit Philosophus 5. Ethicor.) iustitia est duplex, scilicet, iustitia legalis, & iustitia æqualis. Iustitia enim legalis est quodammodo omnis virtus, sed iustitia æqualis est virtus particularis. Quod autem iustitia legalis dicatur oīs virtus, ex hoc declaratur. Nā ex hoc aliquis dicitur iustus, quia adimplet pr̄e

Iustitia duplex, scilicet legalis & æqualis.

A ceptaad quæ obligatur. Sed vt dicitur in 1. magnorum moralium. Lex præcipit actus omnium virtutum. Vnde & 5. Ethic. dicitur, ꝙ lex præcipit non derelinquere actiue nec fugere, quod spectat ad virtutem fortitudinis. Lex præcipit non mœchari, quod spectat ad temperātiam. Lex præcipit non repercurere, qđ spectat ad mansuetudinem. Et sic vniuersaliter lex iubet actus omnium virtutum adimplere, & omnem malitiam fugere. Cum igitur iustitia legalis sit implere legem, consequens est, quod iustitia legalis actus omniū virtutum præcipit. B Iustitia autē æqualis dr̄ particularis virtus, per quā redditur vnicuiq; quod sibi debetur. Ad propositum ergo patet, quòd Phinees exercendo actum fortitudinis, habuit iustitiam legalem, quę actū omnis virtutis imperat. Dando autem illi Zambri quod meruerat, habuit iustitiam æqualem. Et ideo actus ille reputatus est ei ad iustitiam. Eodem modo actus fidei reputatus fuit Abrahæ ad iustitiam, cum tamen fides sit alia virtus à iustitia particulari. Vnde Gen. 15. Credidit Abraham Deo, & reputatum est ei ad iustitiam.

Philos.

C *Et irritauerunt eum ad aquas contradictionis, & vexatus est Moyses propter eos, quia exacerbauerunt spiritum eius.* 1865

Ponitur hic septimum peccatum, ꝙ fuit prouocationis ad malum, & discordiæ, quod fuit propter defectum aquæ. De quo habetur Num. 20. De qua contradictione, & aquæ datione dictum est superius versicu. 1295. 1296. Et vocatur aqua illa data, aqua contradictionis, quia impatienter, & contentiose lo- D cuti sunt contra Moysen & per consequens contra Deum, non expectantes patienter eius beneplacitum. Vnde vt habetur Numero 20. Cumq; indigeret aqua populus, conuenerunt aduersum Moysen, & Aaron, & versi in seditionē dixerunt, Vtinam periissemus inter fratres nostros coram domino. Cur eduxistis ecclesiam domini in solitudinem, vt nos, & iumenta nostra moriamur? Quare nos fecistis ascendere de Aegypto, & adduxistis in locum hunc pessimum?

Aqua contradictionis quare dicitur.

Rr

mum?&c. Et hoc est, quod ait psalmista. *Et irritauerunt eum*, scilicet, Deum, & & ipsum Moysen, ad aquas cõtradictionis. *Et vexatus est Moyses propter eos*, idest, turbatus mente, in tantum quòd dubitauit aliqualiter de bonitate Dei, ne, scilicet, exaudiret eum, dando eis aquam. Vnde non plene credidit verbis domini, dicentis sibi, & Aaron. Loquimini ad petram coram eis, & illa dabit aquas: vnde & percutiendo petram, locutus est dubitatiuè, d. Num de petra hac uobis aquam poterimus eijcere? vnde quòd Moyses, & Aaron Deo in hoc plene crediderint, apparet, quia propter illorum incredulitatem puniendam fuerunt priuati ambo ingressu terræ promissionis, & in deserto sunt mortui. Vnde dicitur Nume. 20. quòd postquam Deus de petra aquam dederat in abundantia, dixit dominus ad Moysen, & Aarõ. Quia nõ credidistis mihi, vt sanctificaretis me coram filijs Israel, nõ introducetis hos populos in terram, quam dabo eis. Vexatus ergo fuit Moyses tunc propter verba ipsorum, i. turbatus, *quia exacerbauerunt spiritum eius*, idest asperum, & acerbum fecerunt, ne domino crederet. Et ad hoc facit quod subditur, *Et distinxit in labijs suis*, idest, distinctè, & apertè ostendit in verbis suis q̃ non credebat, quando, s. dubie pronunciauit coram populo, dicens, Num de petra hac poterimus eijcere aquam? Et nota, quòd istud peccatum contradictionis præcessit peccatum luxuriæ, & initiationis Beelphegor, quamuis illud hic præponatur. Sicut multoties faciunt etiam Euangelistæ, qui posterius acta prius narrat. Sicut Matthæus 27. narrat desperationẽ, & suspensionem Iudæ, antequam narret examinationem Christi factam per Pilatum, cum tamen post Christi condemnationem Iudas se suspenderit.

Moyses & Aaron non crediderũt Deo.

Matth. 27.

1866 *Et distinxit in labijs suis, & non disperdiderunt gentes, quas dixit dominus illis.*

Hic narratis peccatis, quæ fecerunt in deserto, narrat peccata, quæ fecerunt in terra promissionis. Et diuiditur in duas partes: quia primò ipsorum describitur culpa, secundò pœna, ibi, *Et*

E *iratus*. Quantum ad primum aliqua ipsorum notat peccata. primo peccatum inobedientiæ, secundò peccatum idololatriæ, ibi, *Et commixti*. tertio peccatum homicidij, ibi. *Et immolauerunt*. Quantũ ad primum sciendũ, q̃ prima pars istius versus, scilicet, *Et distinxit in labijs suis*, refertur ad versum præcedentem, cuius est finis, qui intelligitur de Moyse, qui non distinctè, sed dubitatiuè locutus est, quando præcepto domini de petra aquam eduxit, ut dictum est. Vnde hic ait glossa, & est Cassiani. *Et distinxit in labijs suis*, scilicet, hoc miraculũ Moyses

F à priori constantia, quam habuit in alijs miraculis. Hoc enim ambiguè dixit, qui omnia alia certa fide promiserat, Perturbatus namque murmure populi infidelis, nõ tenuit fiduciam, quam debuit, quasi non posset, vel nollet Deus facere qui tanta iam fecerat. Dubitans namq; petram percussit, qui in alijs miraculis non dubitauerat. De hoc autem hac sola pœna correptus est, vel punitus, q̃ nõ intrauit terram illam. Non alienatus est à regno gratiæ, sicut illi, de quorum iniquitatibus loquitur ipse psal. Hæc glossa. Ex quibus patet, quòd ista, in qua in-

G cipit agere de peccatis commissis intra terram promissionis, incipit in sequenti parte istius versus, ibi, scilicet, *Et nõ disperdiderunt gentes quas dixit dominus illis*. Vbi sciendum quod contraria iuxta se posita, semper in inuicem agunt, & patiuntur, & quodlibet eorum alterũ conatur similare sibi, ut patet de calido, & frigido, de sicco, & humido, sic & de bono & malo. Et hinc est, quòd si boni sint mixti cum malis, sicut boni conantur malos ad suam similitudinem ducere, sic & mali bonos, & ratione fragilitatis humanæ, quæ prona est ad malum, ut

H in pluribus, mali ad se magis trahunt bonos, quam trahantur ab eis. Et ideo sciẽs Deus pronitatem populi sui Israel ad malum, ne malorum, & idololatrãtiũ societate ad idololatriam traherentur, præcepit eis, dicens, cum intraueritis terrã Chanaam, dispergite, idest, interficite cunctos habitatores eius, ne, scilicet eorum societas vobis fit in ruinam. Ipsi autem in hoc domino inobedientes fuerunt, quia cupiditate ducti, vt ab eis haberent tributum, sub se illos permiserũt viuere.

Moyses nõ credidit Deo.

Hæc est gl. Augusti.

Contraria agunt adinuicem & patiuntur.

Num. 33.

viuere. Et hoc peccatum hic notans ps. A ait, *Et non disperdiderunt gentes, quas dixit dominus illis.* Vnde & post experti fuerunt, quã malum est Deo non obedire. Quod patere potest, considerato quantum boni sit obedientiæ virtus. De qua ait Greg. lib. 35. mor. c. 12. d. Obediẽtia est uirtus quæ cæteras virtutes menti insecris, insertasque custodit. Vnde primus homo præceptum, quod seruaret accepit, cui si vellet subesse ad æternam beatitudinem sine labore perueniret. Hinc Samuel ait. Melior est obedientia quam victima, & auscultare magis quam offerre adipem arietum, quoniam peccatum B ariolandi est repugnare, & quasi scelus idololatriæ nolle acquiescere. Obedientia quippe victimis rectè præponitur: quia per uictimã aliena caro, per obediẽtiam vero voluntas propria mactatur. Tanto ergo quisq; citius Deum placat, quanto ante oculos eius reprehensa arbitrij superbia, gladio præcipientis se immolat. Quo contra ariolandi peccatum inobediẽtia dicitur, ut quanta sit virtus obedientiæ demonstretur. Ex aduerso igitur melius ostẽditur quid de eius laude sentitur. Si.n. quasi peccatum ariolãdi est repugnare, & quasi scelus idololatriæ nolle acquiescere, obedientia sola C est, quæ meritum fidei possidet, sine qua quisque infidelis conuincitur, etiã si fidelis esse videatur. Hinc per Salomonẽ in ostensionem obedientiæ dicitur. Vir obediens loquetur victorias. Vir quippe obediens victorias loquitur, dum alienæ voci humiliter nos subdimus, nosmetipsos in corde superamus, &c.

Obedientia quantũ bonum sit.

1. Reg. 15.

Prou. 21.

1867 *Et commixti sunt inter gentes & didicerunt opera eorum, & seruierunt sculptilibus eorum, & factum est illis in scandalum.*

POnitur hic secundum peccatum eorum, quod fuit idololatria. Quoniã vt statim est dictum, mali bonos ad suã similitudinem trahunt. Ideo filij Israel habita terra promissionis, illos idololatras reseruauerunt, vnde habitantes cũ eis, ad illorum idololatriam deuenerũt. Propter quod multotiens à Deo derelicti, grauia passi fuerunt, vt patet per totum librũ Iudic. & Reg. Et hoc est, quod ait. *Et commixti sunt inter gẽtes, &c.* Quia hic ait, quòd *Seruierunt sculptilibus suis, & factum est illis in scandalum.* Quod seruire peccatis, est seruire dæmonibus: quia qui facit peccatum, seruus est peccati, Io. 8. Vbi Hier. Imo tot dæmoniorum, quot vitiorum. Quantum autem detestabilis sit talis seruitus, & damnosa apparet si consideres, q̃ illa seruitus inducit Mentis fœditatem, Culpæ pronitatem. Mentis cæcitatem, Pœnæ calamitatem. Primum patet, quoniam sicut seruiens immunditijs carnalibus, & si maculat corpus, multo fortius mentem, quia mores mali plus fœditatis offerunt quã seruitia corporalia etiam corporaliter minus mũda, vt sunt multa artificia, quibus corpus maculatur, de quibus loquitur Philosoph. 1. Polit. Propterea Sen. epist 47. dicit, Erras, si æstimas me quosdam quasi sordidioris operis reiectur ũ, ut puta bubulcum. Nõ enim ministerijs eos, æstimabo fædos, sed moribus. Et sequitur. In illis ex sordida conuersatione seruile est, honestiorum conuictus excutiet. Ideo ad Rom. 6. dicitur. Sicut exhibuistis membra vestra seruire iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete seruire iustitiæ &c. Secundum patet, quia sicut dicitur ad Titum. 1. Coinquinatis, & infidelibus nihil est mundum, inquinatæ sunt eorum mens, & conscientia. Isti non seruierunt Deo, sed Dagõ, sicut illi, de quibus dicitur 1. Reg. 5. Dagõ enim interpretatur piscis iniquus, aut piscis mœroris, quia illi, qui seruiunt vitijs, semper iniquitate grauantur, & miseria. Et tales figurantur per Amon regem Iuda. de quo dicitur. 4 Reg. 21. quòd seruiuit immunditijs, quibus seruierat pater suus, pater enim malorum est dæmon. Tertium patet, nam ut dicitur. 7. Ethic. D Venus furatur intellectum ipsius sapientis, & sic seruitus Veneris excæcat intellectum. Nam vt dicit Sen. multis seruit qui corpori seruit, qui pro illo nimium timet, qui ad omnia illud refert, quod est honestum, illi vile est, cui corpus suum nimis carum est. Ex quo sequitur quod qui seruit corpori, caret iudicio rationis. De quibus dicitur Rom. 16. quod non seruiunt Christo, sed ventri suo. Quartum patet, quia qui seruiunt diabolo, pro præmio seruitij sui habent

Seruitus mala peccati.

Aristot.

Seneca epistol. 15.

pœnam æternam. De hoc Bern. in vno sermone fingit quod esset vnus homo & medio, caro, mundus, & diabolus essent in circuitu eius. Et quilibet eorum clamat quòd ille homo sibi seruiat ostendendo præmium seruitij, quod sibi dabit, sic quod caro clamat, serui mihi, & ego te reficiã. mundus clamat: serui mihi, & ego tibi deficiam, diabolus clamat, serui mihi, & ego te decipiam. Christus clamat, serui mihi, & ego te reficiam. ad cuius seruitium potius declinare debes, & tamẽ excæcatus homo ad seruitium creaturarũ declinat, relicto seruitio creatoris, quod ei in scandalum vertitur. De talibus dicitur ad Rom. 1. quòd seruierunt potius creaturæ quàm creatori, propter quod tradidit illos in reprobum sensum. Conformiter nunc de filijs Israel dicitur, quòd *seruierunt sculptilibus eorum*, idest, idolis sculptis, *& factum est illis in scandalum*.

1868 *Et immolauerunt filios suos, & filias suas dæmonijs.*

Immolabũt filios suos dæmonijs filij Israel.

HIc ostendit tertium ipsorum peccatum, quod fuit homicidii filiorũ suorum. Vbi ostendit, quod illa homicidia erant magnæ peruersitatis, secundò erãt magnæ crudelitatis, ibi, *Et effuderunt.* tertio quòd erant prauæ uoluntatis, ibi, *Et infecta est.* Quantum ad primum sciẽdum, quod, vt ait Hieron. super Matth. idolum quoddam nomine Baal, fuit iuxta Hierusalem ad radicem montis mora, vbi erat vallis aquosa, nemorosa, & deliciis plena, vbi ante per gentiles colebatur idolum Baal, quod ibi erat in loco quodam obscuro. In tantam autẽ dementiam deuenerant filii Israel, quòd ritu gentilium idololatrãdo hostias, & sacrificia immolabant illi idolo. Et quandoque non solum immolabant illi bruta animalia vt Deo, sed ad maiorem deuotionem ad idolum ostendendam immolabant etiam quandoque filios suos, & filias, quod maximæ peruersitatis opus erat. Et hoc recolens psal. dicit. *Et immolauerunt filios suos* &c. *dæmonijs*, idest, idolo, in quo dæmones habitabant. Vbi aduertendum secundum Grammaticos, quod immolo, as, componitur ab, in, & moles, vel mola, qui est lapis grandis. Et est im

Hieron.

Immolare quid est.

molare quasi in molam altaris victimã ponere, unde & immolatio dicta est ab antiquis, eo quod in mola altaris posita victima occideretur, vnde, & mactatio post immolationem erat. Et attende, quod immolo scribitur per duo. m. quia. n. mutatur in, m. cum ante. m. n. stare non possit. Immolabant ergo primo filios, & filias, idest, super altare offerebant viuos, & postea mactabant.

Et effuderunt sanguinem innocentem, sanguinem filiorum suorum, & filiarum suarum, quas sacrificauerunt sculptilibus Chanaam. 1869

4. Reg. 17.

OStenditur hic ipsorum crudelitas. Si enim magnæ crudelitatis est scienter spargere sanguinem innoxium quantumcunque alienum, multo maioris est crudelitatis innocentem sanguinem suorum filiorum spargere, cum nõ sit aliquod animal tam ferum, uel crudele, quod non conseruet, quãtum potest, vitam filiorum. Quam crudelitatem auget motiuum pessimum, quia illos sacrificarunt idolis, quia illos sacrificauerũt sculptilibus Chanaam, idest, idolis Chananæorum, inter quos habitabãt. Et nota, quod per istius sanguinis innocentis filiorum suorum effusionem, iam præsignabant, infelices Iudæi, se crudeliter sanguinem Christi innocentis, & eius sanctorum effusuros, quoniã Christus, & apostoli filii Iudæorum dicuntur, quia ex eis nati. De quibus dicitur psal. 78. Effuderunt sanguinem sanctorum velut aqua in circuitu Hierusalem, non considerantes quod scriptum est Gen. 9. Quicunque effuderit sanguinem humanũ, effundetur sanguis eius. Sanguis. n. humanus dicitur sanguis innocentis. quia cum quis perdit innocentiam peccando, iam limites exit hominis, & mutatur in bestiam. Nos ergo non sanguinẽ innocentẽ sed sanguinem noxium, s. peccatũ effundamus. Sic. n. præceptum est in lege. Effundent filii Aaron sanguinem per circuitum altaris. Quod exponens Radulph. ait, Filii Aaron nonnunquã recto rei ecclesiæ, nonnunquã vero quilibet fideles accipiuntur. Per sanguinem vero in quo vita carnis consistit, prauam intelligimus uoluntatem. Funde sanguinem, & caro

Crudelitas maxima filios occidere.

Sanguis significat peccatum.

& caro morietur, tolle malam uoluntatem, nec erit, qui mala operetur. Fundunt ergo filii Aaron sanguinem, quia doloris sancti assiduitate sua de discipulorũ cordibus expellunt malitiã. Et quóniã Dei timore hoc agitur, hæc ipsa effusio Dei oblatio appellatur. Effundẽt, inquit per altaris circuitum. Altare Christus est, quia oblationes nostras ei imponimus, & per ipsum illas acceptas patri fore posse speramus. Per huius circuitũ altaris sanguinem fundimus, dum Christi uirtutes mente reuoluentes, uitiosos affectus à nobis eiicimus, verbi gratia, dum mansuetudinem illius recolimus, nostram iracundiam abdicamus, & sic de singulis est agendum. Si verò nomine altaris sancta ecclesia designatur, per eius circuitum sanguinem fundimus, dũ sanctorum, qui in ea aut sunt, aut fuerũt sanctitatem considerantes, in singulis oculos tendimus, correctionis nostræ exempla videmus, &c.

Sanguinem peccati qualiter effundere debemus.

Altare dicitur Christus.

1870 *Et infecta est terra in sanguinibus, & contaminata est in operibus eorum, & fornicati sunt in adinuentionibus suis.*

HIc ostenditur eorum praua uoluntas, qua, s. ad tantum scelus à nullo coacti, sed sola libidine malę uoluntatis deuenerunt. Quod notat cum dicit, ꝙ fornicati sunt in adinuentionib. suis, scilicet, studiose, & cum magna diligẽtia in malis ab ipsis adinuentis. Dicit ergo. *Et infecta est terra in sanguinibus*, vbi per terram significat ipsos habitantes in illa terra promissionis, qui infecti sunt ꝗ dupli, quidã corporaliter, s. filii & filię, qui immolabantur idolis, quidam spiritualiter, s. ipsi immolantes. qui tam enormi scelere interficiebant animas suas. Et etiam quia propter talia peccata multoties Deus tradidit eos in manibus inimicorum, à quibus trucidabantur, ut patet in libro Iudicum, & Regum, Sic enim dicitur psal. 77. Et tradidit pulchritudinem eorum in manus inimici. Et cõclusit in gladio populum suum, & hæreditatem suam spreuit. Sacerdotes eorum in gladio ceciderunt, &c. vide hist. 1. Reg. 22. Dicat ergo. *Et infecta est terra in sanguinibus*, idest, in peccatis eorum, Quãuis enim secundum Grammaticos sanguis in plurali non dicatur, tamen illo licentia spiritussancti scriptura sacrã vtitur in plurali, per sanguines significans peccata, vide uers. 847. *Et contaminata est in operibus eorum.* Vbi aduerte, ꝙ contamino, as, componitur ex con, & tamino, as, quod est aduersari, corrumpere, polluere. Et inde contamino, as, idem est quòd simul polluere, deturpare, vel corrumpere. Contaminata est ergo terra in operibus eorum, idest, polluta, & deturpata, vel dehonestata, sicut ciuitas per maleficia deturpatur. *Et fornicati sũt in adinuentionib. suis*, fornicari. n. est idololatrare, quia fornicatio dicitur ipsa idololatria, vide ver. 157. 1209. Et rñ. quod ipsorum grauat peccatum, de istis eos Deus præmunierat d. Caue, ne imiteris gentes, postquam fuerint, te introeunte terram promissionis, subuersæ, & requiras cæremonias eorum dicens, Sicut coluerunt gentes istæ deos suos, ita & ego colam. Offerebant. n. filios suos, & filias comburentes igni. Et tamen hoc nõ obstante, ita sicut gentes fecerũt. Quia fornicati in adinuentionibus suis. Vbi glos. idest, polluti sunt adulterinis pollutionibus suis, quas dicit adinuentiones ipsorum, non quia primi inuenerint, sed quia alios imitati sunt. Nota, quod fornicatio in scriptura est triplex. Prima stat in carnis delectatione. Nu. 25. Fornicatus est populus cũ filialibus Moab. Secunda stat in dæmonis veneratione. Iudic. 8. Fornicati sunt cum Baalim. Tertia stat in cuiusque criminis commissione. Psal. 72. Perdidisti omnes, qui fornicantur abs te.

Terra quomodo infecta est.

Contaminare.

Deuter. 12.

Fornicatio triplex.

Et iratus est furore dominus in populum suum, & abominatus est hæreditatem suam. 1871

HIc ponitur pœna pro illis peccatis eis hic à Deo inflicta. Et diuiditur in partes duas, quia primò ponitur eorum punitio. Secundò diuina miseratio, ibi, *Et vidit cum tribularentur.* Prima pars diuiditur in partes duas, quia primò ponitur ipsorum punitio. Secundò punitionis ostenditur iusta ratio. ibi, *Ipsi autem*, Prima autem diuiditur in tres partes: secundum quòd tres ipsorum pœnas

assignat. Prima fuit diuini auxilij subtra E ctio. Secunda inimicis suis subiugatio, ibi, *Et credidit eos.* Tertia fuit ipsorũ ab inimicis afflictio, ibi. *Et tribulauerunt eos.* Prima ergo pœna fuit, quia à Deo, qui solebat eos protegere, fuerunt derelicti. Deus.n. derelictus à nobis per peccata nostra, nos derelinquit. Vnde ait, *Et iratus furore dominus*, &c. Non quòd propriè ira, vel furor cadat in Deo: sed quia iuxta nostrum modum intelligendi vocatur iratus, quando ad modum irati se habet. Puniens peccata, & furibundus dicitur, quando peccata subito & acriter punit: quæ tamen omnia cum tran- F quilitate facit & mansuetudine, sicut dicitur Sap. 12. Tu autem, domine, cũ tranquillitate iudicas. Quomodo autem furor, vel ira cadat in Deo, vide versic. 12. 54. 55. 684. Vnde hic ait glos. Ira non est in Deo, sed per simile hoc dicitur, quasi potentia vindicandi excitatus est, vt puta, quando reliquit eos viribus proprijs ipsos non defendendo. *Et abominatus est hæreditatem suam.* De hæreditate Dei, vide ver. 178. 410. 975. 556. Et nota, quòd ista abominatio fuit Dei erga eos ad vtilitatem eorum. Qui.n. flagellat aduersitatibus, videtur illum repellere, & abo- G minari, sed tamen hoc multoties facit ad eius vtilitatem temporalem, vel spiritualem. Sic.n. Deus abominatus est populum peccãtem, non vt eum perderet, sed ut eum corrigeret, & castigaret. Sic & nunc dicitur, quòd abominatus est hęreditatem suam. Ex hoc enim quòd ipsum populum abominatũ nominat hęreditatem suã, datur intelligi quòd ista abominatio erat ad reducendum eos, vt hæredes essent domini. Vnde hic ait glo. *Abominatus est hæreditatem suam*, idest, auersus est ab eis, non ad perditionem sed ad disciplinam, quod innuit nominans hæreditatem. Abominatus est ergò eos, quia ad tẽpus auersus est ab eis, tradens eos in manus gentium, quod auerti ab eis, est extremum omnium malorum & pœnarum. Sic enim eos abominari ad correctionem ipsorum eis prædixerat Deus, dicens. Si ambulaueritis cõtra me, & ego incedam contra vos, & corripiam nos, & abominabitur vos anima mea, in tantum vt vrbes vestras redigam in solitudinem. Ex hoc datur nobis

Abominatur Deus peccatores ad vtilitatem eorum.

Leui. 26.

Abominantur iusti peccatores & peccatum.

E exemplum, ut peccatores ratione vitiorum suorum abominemur. Prouer. 29. Abominantur iusti virum impium, & abominantur impij eos, qui in uia recta sunt. Et nota quod quamuis viri iusti generaliter abominentur omnia vitia, de aliquibus tamen in scriptura fit specialis mentio.

Et tradidit eos in manus gentium: 1872
& dominati sunt eorum, qui oderunt eos.

HIc ponitur secunda pœna, quæ fuit F subijcere ipsos inimicis suis. Propter enim ipsorum peccata multoties ipsos permisit Deus ab inimicis subijci: vt quia derelinquentes Deum, idola colebant, merito idololatris subijcerẽtur. Nam, ut habetur Iudicum 2. Fecerunt filij Israel malum in conspectu domini, & reliquerunt Deum patrum suorum, & secuti sunt deos alienos. Iratusq; est dominus contra Israel, & tradidit eos in manus diripientium, qui ceperũt eos & vendiderũt hostibus, nec poterant resistere aduersarijs, sed quocunque pergere voluissent, manus domini erat su- G per illos. Vnde c. 3. nominantur aliqui in quorum manus traditi fuerunt, vbi dicitur. Iratus dominus contra filios Israel, tradidit eos in manus Chusanresataim regis Mesopotamiæ, & seruierunt illi octo annis. Sed postea misertus dominus liberauit eos per manus Othoniel. Et quieuit terra sub Othoniel quadraginta annis. Quo mortuo, fecerunt filij Israel malum coram domino, & tradidit eos in manus Eglon regis Moab, & seruierũt ei decem, & octo annis. Et misertus dominus liberauit eos per manus Ahot. Et quieuit terra octuaginta annis H sub ipso Ahot. Quo mortuo, addiderũt facere malum in conspectu domini, & tradidit eos in manus Iabim regis Chanaam per quadraginta annos. Quibus regebatur populus Israel per unam mulierem, scilicet, Delborã prophetissam. Et misertus dominus liberauit eos per manum Barach, sub quo quieuit terra per quadraginta annos. Quo mortuo, fecerunt filij Israel malum in conspectu domini, qui tradidit eos in manus Madian septem annis, & oppressi sunt ab eis

Filij Israel subditi fuerunt gentilibus multoties.

eis valde. Et misertus dominus liberauit eos per manus Gedeō, & quieuit terra sub eo 40. annis. Quo mortuo, filij Israel fecerunt malum coram domino, & adorauerunt Baalim, & Astaroth deos Philisthinorum, & tradidit eos Deus in manus Philistijm & filiorum Amon. Et afflicti sunt ab eis vehementer annis decem, & octo. Et misertus dominus liberauit eos per manus Iepte, & postea cœperunt inter seipsos dimicare. Multis et alijs vicibus tradidit eos Deus in manus gentium. Et quando pleno corde reuertebantur ad dominum, liberabat eos, ut patet per totum librum Iudicum, & Regum. Hoc ergo recolens Psalmista eis propter peccata sua factum dicit. *Et tradidit eos in manus gentium*, &c. Omnia autem ista quamuis litteraliter sint dicta, ad mysticum tamē intellectum reducuntur, ut per illos, in quorum manus sunt traditi, diuersa denotentur vitia, in quibus Deum derelinquentes cadūt, & per illos à quibus liberantur, denotētur virtutes, quibus ab illis liberantur uitijs.

1873 *Et tribulauerunt eos inimici eorum, & humiliati sunt sub manibus eorum: sæpe liberauit eos.*

HIc ponitur tertia pœna, scilicet, qualiter ab inimicis afflicti, & tribulati fuerunt. Iste versus ex statim dictis patet quomodo sæpe ab inimicis vexati, & tribulati fuerunt, & quomodo ipsi tribulati clamauerunt ad dominū, & ipse sæpe liberauit eos. Sed hic est notandum, q Deus eos tribulari ab inimicis permittebat, non solum vt de suis peccatis punirentur, sed etiam vt tribulatio aurem cordis ipsorum aperiret, & sua peccata facilius cognoscerent, & per consequens ad Deum redirent. Pœna enim oculos mentis aperit, quos culpa claudit, vt ait Greg. Ideo dicitur ps. 82. imple facies eorum ignominia, & quærent nomen tuum domine. Et ps. 77. Cū occideret eos, quærebant eum, & diluculo veniebant ad eum. Vnde Gregor. 6. moralium. Plerumque culpas imminentes non solum minimè vitamus, verum etiam nec cōmissas agnoscimus. Et peccatoris mens tanto altius tenebrescit, quanto nunc damnum suæ cæcitatis in-

Tribulatio & pœna corporalis aperit oculos mentis. *Gregor. 25. mor. cap. 3.* *Gregor. 6. mor. c. 17.*

A telligit. Vnde fit plerumque diuini muneris largitate, vt culpam pœna subsequatur, & flagella oculos delinquentis aperiant, quos inter vitia securitas cæcabat. Torpens quippe animus percussione tangitur, vt excitetur, quatenus qui statum suæ rectitudinis securus perdidit, afflictus consideret quo iacet. Hinc itaque ipsa asperitas correctionis origo fit luminis, vnde per Paulum dicitur, Omne, quod arguitur, in lumine manifestatur. Argumentum vero salutis est vis doloris. Hinc est quod Salomon ait, curatio cessare facit peccata maxi-

Ephes. 5.

B ma. Hinc iterum dicit, Quem enim diligit dominus, flagellat, castigat autē omnem filium, quem recipit. Hinc uoce angelica ad Ioannem dominus loquitur. Ego quos amo, corrigo, & castigo, &c. Sic ergo permisit eos dominus tribulari, vt per afflictionem seipsos cognoscerent & humiliarentur. Et hoc est, quod ait, *Et tribulauerunt eos inimici eorum, & humiliati sunt sub manibus eorum.* Et hoc duobus modis intelligi potest. Nam humiliatio quandoque significat pœnam, & non virtutem. Et sic humiliari est ab alto statu in bassum deponi. Quandoq;

Eccles. 10. *Hebr. 12.* *Apoc. 3.*

C verò significat uirtutem, vide versiculo 616. Potest ergo intelligi, *humiliati sunt*, idest, afflicti & ad bassum deducti. Vel *humiliati*, idest virtuose se cognoscentes Deo se humiliauerunt petētes veniam. Et iste sensus magis prædictis conformari videtur, ac etiam ei, quod sequitur. *Sæpe liberauit*, quia scilicet quandocunque humiliati reuertebantur ad Deum deuotè, ipse liberabat eos, ut patet in versic præcedente. Nota quod liberatio est multiplex versic. 1110.

Ipsi autem exacerbauerunt eum in cō 1874

D *silio suo, & humiliati sunt in iniquitatibus suis.*

POnitur hic ratio punitionis ipsorū, quia scilicet, ipsi peccatis suis quotidie ad iracundiam Deum prouocabāt. Et hoc est, quod dicit. *Ipsi autem exacerbauerunt eum in consilijs suis.* Quid autē sit exacerbare, uide versic. 1322 1816. Per hoc autē, quod dicit. *In consilio suo*, notat quod peccabant non ex infirmitate, vel ignorantia, sed potius ex delibera-

Consilium peccatorū.

 tione,

tione, & certa malitia. Et hæc est ratio punitionis ipsorum. Et ideo subditur. *Et humiliati sunt in iniquitatibus suis*, i. propter iniquitates suas afflicti, depressi, & subiugati, ut hic humiliatio stet pro pœna. Et nota, quòd quamuis consilium debeat esse de ijs, quæ sunt ad finem, isti tamen consilium suum solum dirigebant contra finem, scilicet ad irritandum Deum, per quod homo elongatur à fine humano, sibi scilicet, & alijs malè consulendo, non aduertêtes, quòd prauum consilium primo præcipitat illum, à quo datur, quàm illum cui datur. Propter quod dicitur Iob 18 Præcipitabit eum consilium suum. Quod exponens Gregor. dicit. Habet nunc consilium suum omnis iniquus, scilicet, præsentia appetere, æterna desperare, iniusta agere, iusta deridere. Sed cum iudex iustorum iniustorumque venerit, suo vnusquisque impius consilio præcipitabitur, quia per hoc quòd hic appetere prauis cogitationibus elegit, in æterni supplicij tenebras ingreditur. Quem.n. hic gloria temporalis extollit, illic sine termino pœna premit. Qui hic in voluptate lætatus est, illic perpetua ultione cruciatur. Et fit plerunque, vt hæc ipsa mundi prosperitas, quæ ab aliis inhianter appetitur, eorum gressus ita obliquat, vt etiam cum ad bona opera voluerint redire, vix possint, quia rectè agere nõ valent, cum mundi huius amatoribus displicere timent, vnde agitur vt per gloriam quam impius ex peccato consequitur, adhuc eius peccatum amplius multiplicatur, &c. Et hoc maxime fiet, quando dominus veniet, & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit cousilia cordium, ut dicitur 1. Cor. 4. Et notandum, quòd consilium peccatorum vel criminalis prauitatis in scriptura multiplex reperitur, &c.

Greg. 14. mor. c. 4.

1. Cor. 4.

Consilium peccatorum multiplex.

2875 *Et uidit cum tribularentur: et audiuit orationem eorum.*

Consequenter hic ponitur circa eos diuina miseratio. Et diuiditur in partes tres, quia ponitur primo Dei pietas, ipsos exaudiendo, secundo Dei fidelitas promissa adimplendo, ibi. *Et memor*, tertio Dei largitas ipsos liberando, ibi. *Et dedit eis*. Quantum ad primum notandum, quòd aliter videt Deus peccatores in præsenti, & aliter in futuro. Nam videre Deum peccatorem in præsenti, est cor eius emollire, ut seipsum cognoscat, & se corrigat, in futuro autem videt, ut puniat. Vnde Gregor. super illo verbo Iob septimo. Nec aspiciet me visus hominis, ait, Visus hominis est misericordia nostri redemptoris, qui insensibilitatis nostræ duritiam cum respicit, emollit, Vnde teste quoque euangelio dicitur, Respexit dominus Petrũ, & recordatus est Petrus verbi Iesu, quod dixerat, Et egressus foras fleuit amare. Exutam vero carne animam nequaquã iam visus hominis aspicit, quia post mortem non liberat quem ante mortẽ gratia ad veniam non reformat. Hinc enim Paulus dicit. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. Hinc Psalmi. ait. Quoniam in sæculum misericordia eius, quia nimirũ quem nequaquam modo misericordia eripit, sola post pręsens sæculũ iustitia addicit. Hinc Salomon ait, quia lignum in quocunq; loco ceciderit, siue ad austrum, siue ad aquilonem, ibi erit, quia cum humani casus tempore siue sanctus siue malignus spiritus egredientem animam claustra carnis acceperit, in æternum secum sine vlla permutatione retinebit, vt nec exaltata ad supplicia proruat, nec mersa æternis suppliciis vltra ad remedium ereptionis ascendat. Vir igitur sanctus humani generis damna considerans, quòd à præsenti sæculo sine redemptoris cognitione subtrahitur, atque æternis ignibus irreparabiliter sepelitur, & eius vocem in se suscipiens dicat, Nec aspiciet me visus hominis. Quia nimirum redemptoris gratia, quem nunc non intuetur, vt corrigat, tunc non respicit, vt ab interitu abscondat. In iudicium quippe dominus veniens, peccatorem videt, vt feriat, sed non videt, ut ad largiẽdam salutis gratiam recognoscat, culpas examinat, & uitam pereuntium ignorat. Ex quibus patet, quòd illos, quos scriptura dicit Deum videre in præsenti, ostendit illos ad bonum emollire, & cõuertere. Ad propositũ ergo uidit Deus filios Israel cum tribularentur, quia ipsos ad pœnitentiam prouocabat, scilicet,

Videt Deus peccatorem in præsenti ut parcat, in futuro, vt puniat.

Gregor. 8. mor. c. 13.

Luc. 22.

2. Cor. 6.

Psal. 135.

Eccle. 11.

Iob 7.

vt seipsos cognoscerent,& ad Dei gratiã postulandam redirent. Vnde in lib. Iudicum, quando filij Israel traditi erant in manus gentium,& tribulabantur,semper dicitur, Et clamauerunt filij Israel ad dominum,& liberauit eos. Et quare & vnde clamabãt ad dominum,nisi quia Deus prius eos oculo misericordiæ uidendo,ipsorum corda emolliebat? Et sic cum clamarent,ipsos exaudiebat,immo quod plus est,antequam clamarent exaudiuit. Et ideo quia eos iã exaudierat,ipsos ad clamorem orationis excitabat. Ideo dicitur psal. 16. Ego clamaui,quoniam exaudisti me. Et hoc est, quod hic dicitur, *Et vidit cum tribularentur,& audiuit orationem eorum.*

Exaudit Deus orationem antequam fiat.

1876 *Et memor fuit testamenti sui, & pœnituit eum secundum multitudinem misericordiæ suæ.*

OStenditur hic Dei fidelitas in promissis,quia testamentum,quod promisit Abrahæ, scilicet promissio, quam ei fecit, quòd semen eius multiplicaretur, & quòd in ipso omnes gentes benedicerentur,adimpleuit. Et ideo filios Israel quamuis malos non deserebat finaliter in manus inimicorum,sed ipsos ad tempus in manibus inimicorum propter ipsorum peccata tradebat, sed postea pœnitens ipsos liberabat. Et hoc est quod ait. *Et memor fuit*, & cætera. Vel *memor fuit testamenti sui*,idest,promissionis suę, quam per Moysen fecerat, dicens, Si ad cardines cœli fueris dissipatus, scilicet, propter peccata tua, retrahet te dominus Deus tuus,scilicet,si uerè pœnitueris, & assumet, atque introducet in terram quam possederunt patres tui. *Et pœnituit eum secundum multitudinem misericordiæ suæ*, idest,ad modum pœnitentis se habuit,quando quos propter peccata sua captiuauerat,de captiuitate reduxit. Qualiter autem memoria cadat in Deo, vel obliuio, uide uersiculo 1324. 1363. 349. Quomodo autem Deus possit pœnitere.uide uersiculo 96.Hic gl. duo notat. Primò quòd causa quare Israel pro debito peccati non perijt,fuit testamentum, quod disposuit ad Abraham, scilicet,testamentum nouum, vbi est aduentus domini, qui est Abrahæ promissus.

Deut. 30.

A Et hoc notat,dicens, *Et memor fuit testamenti sui.* Secundum quod notat est,quia quod dicitur: *Et pœnituit eum*, &c. Ideo enim dicit, *Et pœnituit*,non quia pęnitentia in Deũ cadat,sed quia mutauit,quod facturus uidebatur. Tunc enim pœnitet Deum, quando nos pœnitere uidet. Talis est nobis, quales nos illi. Nihil autem repente facit Deus, sed quod ab æterno præsciuit. Sed mutari dicitur, qui cursum causarum sequi non videtur, alijs causis occultis interuenientibus. Sed & causas,& quid fieret,præuidit immutabiliter.

Pœnitet Deus, & qualiter.

B *Et dedit eos in misericordias in conspectu omnium,qui ceperant eos.* 1877

POnitur hic larga Dei bonitas ipsos mirabiliter liberando. Tali enim modo,& mirabili Deus liberabat eos,ut inimici eorum manifestè uiderent misericordias domini ipsos liberare, & non virtus humana. Si consideres quàm mirabiliter Gedeon liberauit populum de manibus Madianitarum, quia contra infinitam multitudinem uenerunt trecenti uiri, pro armis portantes lampa- C des in lagenis, & tubas. Quam mirabiliter liberauit populum de manu Holofernis per manum unius mulieris, scilicet, Iudith. Qualiter liberauit Israel de manu Philistinorum,omnes Philistinorum prouincias peste natium percutiendo,propter quod & compulsi,arcam domini,quam ceperant,honorificè remiserunt. Et sic de multis alijs. Vel aliter. *Dedit eos in misericordias in conspectu omnium,qui ceperant eos*, Quia illimet inimici, qui eos capiebant, illos captiuos misericorditer exaltabant,ut patet de Manasse rege Iuda, quem de captiuitate in D regnum suum restituit. De Ioachim rege Iuda, quem rex Babylonis de carcere eduxit,& ipsum inter maiores sui regni constituit. De Daniele in captiuitate posito,quẽ rex Babylonis super totũ regnum exaltauit. De Thobia cui in captiuitate posito dedit Deus gratiã in cõspectu Salmanasar regis Assyriorũ. Et sic de Mardocheo,de Hester regina,& de multis alijs, quos mirabiliter in conspectu illorum,qui eos ceperant,faciebat gratiosos. Verùm quis de multis hoc legatur,

Iudicum. 1. *Reg.* 5. *Misericordia Dei erga Iudæos.* 2. *Para.* 33. 4. *Reg. vlt.* *Daniel* 2. *Thobia* 1.

quia

quia tamen hoc nō fuit vniuersaliter de omnibus, vt patet de rege Babylonis, qui captum Sedechiam regem Iuda cū filijs suis tenens, omnes filios Sedechiæ occidit coram illo, & oculos Sedechiæ regis eruit, & uinctum catenis duxit in Babylonem. Et ideo ly *omnium*, cùm dicitur, *in conspectu omnium, qui ceperant eos*, accipitur ut nullus fuerit, qui non inuenerit gratiam apud eos captiuantes, nisi hoc Deo faciente. Vel hoc mysticè exponit glo. de prædestinatis de illo populo, quia quicquid boni habent, est misericētis Dei. Prophetæ enim, Apostoli, martyres, & confessores de Iudæis fuerunt, quos dedit in misericordias in conspectu omnium, qui ceperant eos, scilicet, gentium vt gentes mirentur, quæ prius eos despexerant. Vel *dedit eos in misericordias in conspectu omnium*, & cætera, idest, diaboli, & angelorum eius, qui eos prius captiuos tenebant. Nam coram dæmonibus liberi facti sunt, sub quibus sancti fuerant captiui.

1878 *Saluos nos fac, domine Deus noster, & congrega nos de nationibus.*

Hic Psal. se totum ad diuinam misericordiā confert. Et tria facit, quia primò gratiā Dei postulat: secundò Deo se humiliat, ibi, *Et confiteamur*. tertio Deum glorificat, ibi, *Benedictus*. Quantum ad primum sciendum, quòd populus Israel à tempore Iudicum frequenter fuit captiuatus, & ad diuersas nationes ductus propter ipsorum peccata. Et ideo contra hoc Dei misericordiam postulat, vt Dei populus de nationibus educatur, & ad locum diuini cultus introducatur. Et hoc est quod ait. *Saluos fac nos domine Deus noster, & congrega nos de nationibus*, scilicet, ad locum tui cultus. Per hoc autem orat Psalm. ut Deus suos electos in nationibus gentium contentos ad ouile reducat ecclesiæ, dicens, *Congrega nos de nationibus*, idest, de gentibus, vnde hic ait glos. Dominus ait: Alias oues habeo, &c. idest, filios Dei, qui dispersi erant in gentibus, vnde Ioannes euangelista ait de Caypha, qui prophetauit. Expedit, ut unus moriatur, pro populo, ne tota gens pereat. Hoc autem non dixit à semetipso, sed, cùm esset Pontifex anni illius, prophetauit, quòd unus erat moriturus pro gente, & non tantum pro gente, scilicet, Iudæorum, sed vt filios Dei, qui erant dispersi congregaret in vnum, idest, filios Dei dispersos de gentibus congregaret cum Iudæis, vt fieret vnum ouile, & unus pastor. Et hoc est, quod hic orat Psal. dicens, *Congrega nos de nationibus*. Hoc autem falso Iudæi putant impleri per antichristum. Ad videndum autem qualiter electos suos congregat Christus ad diuersa, est notandum, quòd congregatio in scriptura multiplex reperitur, scilicet, congregatio fidelitatis ecclesiæ, congregatio charitatis, atque gratiæ, &c.

Cōgregauit Christus electos de gentibus.

Ioan. 10.

Ioan. 11.

Et confiteamur nomini sancto tuo, & gloriemur in laude tua. 1879

Hic Deo se humiliat, non quærens in persona omnium electorū gloriari, vel lætari in alia, quàm in confessione Dei, & laude. Vbi attende, ꝙ sicut sunt distincta merita, & pręmia, sic distinguuntur & tempora meritorum, & præmiorum. Nam in præsenti est tēpus meriti, sed in futuro præmij. De tēpore ergo meriti dicit, *Et confiteamur nomini tuo*, scilicet, cōfessione laudis ipsum exaltando. Et in hoc stat meritum nostrum, quia per omne bonum, quod agimus, confitemur domino, i. laus datur domino. De qua cōfessione laudis uide uer. 150. Consequenter verò agit de tempore pręmiorum quod erit in futuro, d. *Et gloriemur in laude tua*. Quia in gloria sancti semper Deum laudabunt. vide versi. 1721. Si autem hoc referre nolumus ad gloriam iustorum, quam habent in pręsenti, tunc dicendum quòd iusti gloriantur in multis, vers. 479. 860. Dicat ergo. *Gloriemur in laude tua*, quia gloriam omnium bonorum nostrorum, non nobis sed soli Deo dare debemus.

Meritorum nunc est tēpus sed in futuro præmiorum.

Benedictus dominus Deus Israel à sæculo, & vsque in sæculum, & dicet omnis populus, fiat, fiat. 1880

Hic concludendo ex omnibus prædictis, Deum benedicit, & glorificat d. *Benedictus dominus Deus*. Vbi nota, ꝙ, benedicimus Deum multipliciter,

Benedicimus multis modis.

vers.

vers.502. Item benedicere Deum est bene uiuere. vers.378. Item ꝙ omnia nostra tam interiora quàm exteriora Deū benedicere debent. ver.1732. Itē ꝙ ubique benedicendus est Deus versi.1753. Item ꝙ semper, in præsenti.s.& in futuro. Et hoc est, quod hic ait. *Benedictus dominus Deus Israel à sæculo*, s. præsenti, *& vsque in sæculum*, futurum. Vbi notādum, ꝙ secundum Grammaticos sæculum dicitur à sequor, eris. Et est sæculum hoc qñque spatium centum annorum, quandoque ponitur pro tota uita unius, quandoque pro quolibet longo spatio temporis, qñque vero pro toto tempore vitæ, præsentis. Et dicitur sæculum, quia partes temporis successiuè se habent, ꝙ una sequitur ad aliam. Quandoque & sæculum dicitur vita futura, eo ꝙ sequatur ad istam. Et sic hic sęculū primo loco positum stat pro tota uita præsenti, sed secundo loco positum stat pro uita futura. Et est sensus, *A sæculo vsque in sæculum*, i. à præsenti uita usque in futuram inclusiue, semper Deus sit benedictus. *Et dicet omnis populus, fiat, fiat.* Hic accipit populum pro omnibus bonis tam in præsenti quàm in futuro, qui meritò nomine populi designantur, quia populum non mali propriè, sed solum boni facere possunt, ut dictum fuit uersi.816. Vnde istum textum sic exponit glo. *Benedictus dominus Deus Israel*, & hoc *à sæculo vsque in sæculum*, quia ab æterno in æternum, quia fine fine laudabitur ab eis, de quibus dicitur,

Psal 83. Beati, qui habitant in domo tua, domine, in sæcula sæculorum laudabunt te. *Et dicet omnis populus, fiat, fiat.* Iste est populus prædestinatus tam de Iudæis quā de gentibus, *Fiat, fiat*, i. isti laudi consentiēt omnes prædestinati. Idem.n.est fiat, fiat, quod Amen, amen. Et secundum opinionem illorum, qui dicunt, ꝙ psalterium continet quinque libros, quia vbicunq; in fine psalmi ponitur fiat, ibi est finis vnius libri. Et sic primus liber finiretur in Psal.40. secundus in 71. tertius in 88. quartus hic, s.105. quintus in 150. Hic finitur ergo quartus liber psalmorum. Sed Magister illam opinionē improbat, dicens, ꝙ est solum unus liber psalmorū: licet plures habeat distinctiones, sicut epistolæ Pauli plures habent distinctiones, tamen unum solum librum faciunt.

Sæculum quid dicitur.

Populi sunt propriè solū boni.

Psalterium facit solum vnum librū & non plures.

A Vnde Dauid vnum solum librum ponit, dicēs. In capite libri scriptum est de me, non ait librorum. Et consimiliter in actibus Apostolorum dicitur, sicut scriptum est in libro psalmorum.

Psal. 39. Act. 1.

PSAL. CVI.

Confitemini domino, quoniam bonus, quoniam in sæculum misericordia eius. 1881



PSALMVS hic est 106. qui talem titulum habet, *alleluia alleluia*. Vbi notandum, quòd quamuis iste Psal. habeat eundem titulum cum præcedenti, tamen alia de causa hic ponitur duplex alleluia quam ibi. Nam, vt ibidem dictum fuit, ibi ponitur duplex alleluia pro duplici laude Dei. s. quam ei exhibemus in præsenti, & exhibebit̄ à beatis in futuro. Sed in titulo istius psalmi ponitur duplex alleluia, solum pro laude, quā Deo exhibemus in præsenti, sed à duplici pariete ecclesiæ, quos Christus lapis angularis coniunxit in unum, s. populum Gentilem, & Iudaicum, vt primū alleluia respondeat populo Gentili conuerso: quoniam iste psalmus agit de duobus dictis populis in Christo per fidem coniunctis. Est ergo tituli sensus, *alleluia alleluia*, i. alleluia decantant Iudæi credētes in Christum, ipsum laudantes, & alleluia decantant conuersi ad Christū Gentiles. Quid autem sit propriè dictum alleluia, uide vers.1790. Quantum uero ad materiam psalmi diuersæ sunt opiniones. Nam opinio uidetur esse Augustini, ꝙ iste psalmus est quædam gratiarum actio facta à redēptis omnibus generaliter per Christum. Quoniam Psal. iste prænidit Christum humanum genus redempturū, ideo in persona redemptorū generaliter pro gratiarum actione fecit hunc psalmum. Ad hoc vr̄ facere, quod statim subditur, Dicant nunc, qui redempti sunt à domino, &c. Et quia ista redēptio quo ad sufficientiam fuit generalis omnium, quo vero ad efficaciam fuit generalis quo ad genera singulorum, quia ex omni parte aliquos elegit, ideo subditur, *A solis ortu, & occasu, ab aquilone, & mari.* Sed saluo semper

Quinta pars psalterij.

Duo ecclesiæ parietes gentes, & Iudæi.

semper meliori iudicio, talis expositio est magis mystica quàm literalis, vnde in multis locis litera huius psalmi illi expositioni non conuenit. Est ergo aliorum opinio, q iste psalmus est quædam inuitatio ad gratiarum actionem quorumcūq; à Deo redemptorum, vel liberatorum à pressuris & periculis vndequaque, & maximè ipsorum Iudæorum. Certum est enim, q filij Israel, vt habetur in libro Iudicum, & in 4. Reg. diuersis uicibus, & in diuersis partibus fuit captiuatus, & oppressus. Etsi non uniuersaliter totus populus Israel, tamen particulariter fuit captiuatus ad omnem plagam circunstantem terram promissionis, quãdoque versus oriētem, quandoq; ad occidentē, &c. Et hoc est, quod dicit. *Confitemini domino*, &c. Dicant nunc, qui redempti sunt, à solis ortu, & occasu, ab aquilone, & mari. Et ista opinio est magis literalis. Opinio autem Augustini pulchra est, sed magis moralis, & mystica quàm literalis. Quis autem fecerit ipsum Psal. nescitur & inter ipsos ignotos computatur. His visis, accedo ad psal. diuisionem. Diuiditur ergo psalmus iste in duas partes: quia Psal. inducit ad gratiarum actionē, primò liberatos à periculis, secundò liberatos particulariter, ibi, *Errauerunt*. Quantum ad primū duo facit, quia primo ponit gratiarum actionis modum, secundo ponit debitum, ibi, *Dicant nunc*. Quantū ad primum sciendum, q gratias agimus Deo per confessionem criminis, & per confessionem laudis. Nam qñ cōfitemur crimina, iam Dei prædicamus omnipotētiam, quia ex ipso speramus per ipsum veniam consequi, & iustificari, quod est summæ potestatis, ut dictū est ver. 1158. Similiter quando confitemur Deo confessione laudis, tunc ab ipso recognoscimus bona quæ habemus. Sic ergo intelligitur iste uersus de utraq; confessione, scilicet, laudis, & criminis. De cōfessione laudis, uide uer. 1790. De confessione criminis, uide uers. 1838. Sed quo ad cōfessionem criminis hic addo, quod ibi dictum non fuit, q confessio criminis inter alias cōditiones, quas requirit, est, q debet esse cum spe ueniæ. Si quis enim doleret de peccatis suis omnibus, & omnia confiteretur, non tamen à Deo sperans veniam, nihil in tali confessione proficeret. Iudas.n. tradito Christo, doluit de peccato, quod fecerat, & pœnitentia ductus, confessus est peccatum suū, dicens, Peccaui tradens sanguinem iustum, quia tamen de uenia desperauit, nihil profuit ei. Vnde spem ueniæ in confessione necessariam habere docet Psal. dicens, Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi. Loquitur enim animæ suæ.

Duplex confessio.

Matth. 27.
Cōfessio debet habere spem veniæ.

1882 *Dicant, qui redempti sunt à domino, quos redemit de manu inimici, & de regionibus congregauit eos.*

HIc ponitur gratiarum actionis debitum, scilicet, datum beneficiū, & primò in se, secundo in circunstātijs, ibi, *A solis ortu*. Quantum ad primum sciendum, q Deus multoties redemit filios Israel de manu inimicorū eos opprimentiū. Redemit.n. eos de manu Aegyptiorum, ut patet Exod. 14. Et similiter postquam fuerunt in terra promissionis, multoties fuerunt traditi propter peccata sua in manu gentiū, & miraculosè fuerūt à domino liberati, ut patet uersic. 1782. Istud igitur beneficium recolens Psalm. ait. *Dicant nunc, qui redempti sunt à domino*, &c. Sed quid dicant, s. primum versum præmissum dicant. *Confitemini domino, quoniam bonus*, &c. Ex quo apparet, q in isto uersiculo incipit constructio totius primæ partis istius psalmi, sic q iste versus secundus in constructione præcedit primum. Per hoc autē vult inducere populum Christianū ad gratiarū actiones Christo domino, qui gentiles per mundum dispersos non solum corpore, sed magis mente per diuersum cultum idolorum suo sanguine redemit de manu inimici diaboli, sub cuius potestate pressi tenebantur, & congregauit in unam catholicam fidem, nō quidem omnes simul sed paulatim. Quod & quotidie facit per sacramentum baptismi nos ad unitatem ecclesiæ ducens. Et nō solum ab una plaga mundi, sed de diuersis mundi regionibus, immo & de omni regione aliquos congregauit in fidem ecclesiæ. De istis ergo sic redemptis, & congregatis dicit. *Dicant nunc qui redempti sunt à domino Iesu Christo, quos redemit de manu inimici*, diaboli, *& de regionibus diuersis congregauit eos*, s. in vnam fidem & cultum veri

Redēpti sumus per Christum.

Dei.

Dei. Redempti.n.sumus per Christum, A
ver.263.377.431.535.521.662.794.803.
Notãdum etiam, q Christus nos de mul
tis redemit, s. de praua peccatorum inqui
natione. De uana mundanorum conuer
satione. De dura dæmoniorum subiuga-
Congregatio multiplex. tione. Item notandũ, q multiplex est cõ-
gregatio tam bona quàm mala, & q bo-
na congregatione nos Christus miseri-
corditer congregauit. Et prima est con-
gregatio fidelitatis ecclesiæ, qua. s. Chri-
stus diuersitatem gentium in unam fidẽ
congregauit, & ecclesiam. Et istã congre
gationem per suos Apostolos, & prædica
Matth. 22. tores fieri præcepit, eis præcipiens. Ite B
ad exitus uiarum. & quoscunque inuene
ritis, uocate ad nuptias. Egressi autem
congregauerunt omnes, quotquot inue-
nerunt. De congregatione autem diuer-
sa, uide vers. 1878.

1883 *A solis ortu, & occasu, ab aquilone, & mari.*

HIc ostendit circũstantiam, qua, sci-
licet, augetur beneficium redem-
ptionis. Quia non solum redemit, & cõ-
gregauit ab una parte, sed ab omnibus.
Vnde hic nominat quatuor partes mun
di principales, scilicet, per mare intelli- C
gens partem australem. Sciendum enim,
q filij Israel in terra promissionis odio-
si erant omnibus circunstantibus, ideo
diuersitatem cultus, & ab omni parte
inimicos habebant, à quibus quãdoque
subiugati fuerant, tamen ab omnibus li-
berati. Per hoc enim uult Psal. ostende-
re, q ex omni statu mundi quosdã Chri-
stus redemit, & in vnitatem congregauit
ecclesiæ, quia aliquos ab oriẽte, aliquos
ab occidente, &c. Quia aliquos uocat in
iuuentute, aliquos in senectute, aliquos
in aduersitate, & aliquos in prosperita-
Occidens mors. te. Vbi notandum, quòd per oriens, in D
quo lux solis primò aspicitur, significa-
Oriens vita tur vitæ humanæ principium. Illos ergo
Aquilo aduersitas. uocat ab oriente, quos in principio con
uertit ad fidem, sicut pueros statim or-
Auster prosperitas. tos per sacramentum baptismi. Per occi
dens autẽ in quo lux solaris occidit no-
bis, intelligitur finis humanæ uitæ, sci-
licet, mors. Illos ergo vocat ab occidẽte,
quos solum in fine uitæ conuertit. Sic
enim uocauit latronem cum ipso à dex-
tris crucifixum, qui in hora mortis con-

A uersus fuit ad Deum. Per aquilonẽ autẽ
status significatur aduersitatis, qm̃ vẽtus *Luc. 23.*
aquilonis est frigidus, & tempestuosus. *Eccle. 43.*
Sic & status aduersitatis est frigidus, qa
caret amore siue igne charitatis, eo q in
aduersitate positus nullum habet ami-
cũ. Et est tempestuosus, quia talis multi
plicationem pœnarum sustinet, quia vna
pœna inuitat aliam. Illos ergo ab aqui-
lone redimit, quos in miseria, & pauper
tate positos vocat, sicut vocauit hominẽ
illum, qui uiginti octo annis iuxta pisci *Ioan. 5.*
nã in Hierusalẽ iacuit infirmus, sic & vo
cauit cæcum à natiuitate. Per austrũ ve- *Ioan. 9.*
B ro ipsa prosperitas intelligit, quia pars
australis est calida, & in illa parte sol est
altior, & magis resplendens, sic & homo
positus in prosperitate altè situatur, ac
lucidus, & famosus prædicatur. Sic enim
vocauit ab austro prosperitatis Constã-
tinum Imperatorem, Karolũ magnũ, ac
Romanos principes. Hæc ergo denotãs
Ps. de Christo. d. *Quos redimit de manu
inimici*, aliquos ab ortu solis, aliquos ab
occasu, aliquos ab aquilone, & aliquos
à mari, siue ab austro. Per mare. n. bene *Mare significat superbiam.*
intelligitur pars australis in qua sol est
altior, quia per mare significãtur super-
C bi se in altum eleuantes sæculares, quos
tamen ad fidem reduxit dominus. Quod
ostendit Grego. super illo uerbo Iob 26. *Gregor. 17. mor. c. 15.*
cap. In fortitudine illius maria aggrega-
ta sunt, dicens. Quid aũt maris noĩe nisi *Mare, idest mundũ congregauit Christus.*
præsens sæculũ designatur, in quo corda
hominum terrena quærentium diuersis
cogitationũ fluctibus intumescunt? Qui
elatione superbiæ incitati, dum alterna
intentione se impetunt, quasi aduersita-
tis se vndæ collidũt. Sed iã in fortitudine
illius maria congregata sunt, quia incar
nato dño, discordantia sæculariũ corda
concorditer credunt. Iã Petrus iã in ma-
D re ambulat, quia nimirum Christi predi
catoribus illa quondã tumida corda hu-
mili auditu subtracta sunt. Vnde rectè &
in euangelio huius mundi mãsuetudinẽ
figurauit, q procellosa maris aqua domi
ni pedibus presso tumore calcata est.

Errauerũt ĩ solitudine, ĩ inaquoso, viã ciuitatis habitaculi nõ inuenerunt. 1884

HIc ostenditur, quòd eos liberauit à
periculis particularibus multis, q
communiter hominibus accidere solẽt,
per

per quæ pericula multa tentationum genera intelligit. Et diuiditur in sex partes, secundum quòd sex pericula exprimit, à quibus liberati fuerunt. Et ponuntur sex pericula, secundum quæ ista pars habet sex partes. Primum fuit erroris in itinere. Secundum captiuitatis ab hoste. ibi, *Sedentes*. Tertium fuit infirmitatis in corpore. ibi, *Suscepit eos*. Quartum fuit tempestatis in mare. ibi, *Qui descendunt*. Quintum sterilitatis patriæ. ibi, *Posuit flumina*. Sextum fuit dissensionis interioris, & discordiæ. ibi, *Et pauci facti sunt*.

Errauerũt filij Israel 40. annis in deserto.

Quantum ad primum sciendum, quod in primo periculo quatuor ponit, scilicet, primò ponitur periculi expositio, secundò contra periculum apponitur oratio. ibi, *Et clamauerunt*. tertiò ponitur orationis exauditio. ibi, *Et eduxit eos*, quartò gratiarum actio. ibi, *Confiteantur*. In prima autem parte primo exponitur error itineris, secundo cõsequentia famis. ibi, *Esurientes*. Quantum ad primũ sciendum, quod filij Israel vagi quasi viam nesciêtes, steterunt in deserto quadraginta annis, cùm tamen non multa esset via ab Aegypto vsque ad terram promissionis, quod accidit eis propter peccata eorũ, nec in toto illo tempore habuerunt aliquam ciuitatẽ in qua pacificè habitare possent.

Num. 13.

Nam ut habetur Num. 13. exploratores missi à Moyse ad considerandam terram promissionis quadraginta diebus illã circundederunt, & considerauerunt, qui postea reuertentes ipsam populo diffamauerũt, propter quod populus in Aegyptum uoluit reuerti. Et in pœnam huius peccati Deus decreuit iuxta numerum quadraginta dierum ut quadraginta annis vagabundi per desertum incederent. Vnde illis ait dominus. Omnes, qui numerati estis à uiginti annis; & supra. sic in exitu de Aegypto, & murmurastis contra me, nõ intrabitis terram, pro qua iuraui patribus vestris, filij autem vestri vagi erunt in deserto annis quadraginta, donec cõsumantur cadauera patrum in deserto, iuxta numerum quadraginta dierum, quibus cõsiderastis terrã, annus pro die cõputabitur, & quadraginta annis feretis vltionem meã. Istam ergo per desertum vagationem uocans psal. dicit, *Errauerunt in solitudine, in inaquoso*, quia in solitudine illa aquarum penuria erat, E vt habetur Num. 20. *Et viam ciuitatis habitaculi non inuenerunt*. quia in toto tempore quadraginta annorum nullam ciuitatem habuerunt. Per hoc autem uult ostendere psal. quòd gentilis populus vsque ad Christi aduentum errauit in solitudine huius mundi, nõ inueniens viã, per quam accedere posset ad ciuitatem supernam. Et hanc expositionem notat gl. hic dicens, *Errauerunt*, s. gentiles existentes in solitudine, quia soli erant sine Deo. Existebãt & in inaquoso. Per aquã enim vera doctrina intelligitur. Eccl. 19. Aqua sapientiæ salutaris potauit illum. F Ille ergo existit in inaquoso. i. in loco sine aqua qui vera doctrina fidei caret. Et ideo qui erat sine uera doctrina, non inuenerũt uiam ciuitatis habitaculi. Quid est enim hæc uia, nisi Christus, qui de se dicit. Ego sum uia, ueritas, &c. quæ via ducit ad cœlestem ciuitatem Hierusalẽ in qua habitandum est. Quamdiu ergo gentiles errauerunt uiam, quæ ducit ad ciuitatem, scilicet, Christum non inuenerunt. Qui quantum ad diuinitatem immobilis, sed quo ad humanitatem mobilis, & via ducens existit, ut ostendit Gregor. super illo uerbo Iob 28. Deus intel- G ligit uiã eius: dicens, Sapientia Dei æterna, aliter habet locum, aliter viam. Viam habet per humanitatis transitum, locum vero per statum diuinitatis. Inde. n. non transit vt cœteruaest, sed inde transit, vnde propter nos apparuit temporalis. Sic namque in euangelio scriptũ est quia egrediens à Hiericho transibat, duo autem cæci sedentes iuxta uiam, clamabãt dicẽtes, Domine, miserere nostri fili Dauid. Ad quorum vocem, sicut illic scriptũ est, stetit Iesus, & lumen reddidit. Quid est autem transeundo audire, stando aũt lumen restituere, nisi quod per humanitatẽ H suam nobis misertus est, qui per diuinitatis suæ potentiã à nobis mentis nostræ tenebras exclusit? Quod. n. pp nos natus & passus est, quod resurrexit, ascendit in cęlum, quasi transit Iesus, quia nimirũ hęc actio est tẽporalis. Sed stans nos tetigit, & illuminauit, quia non sicut illa dispensatio uerbi tpalis, ita verbi æternitas trãsit, quæ in se manens innouat omnia. Stare. n. est incommutabili cogitatione mutabilia cuncta disponere. Qui ergo uoces petentium transiens audiuit, stãs lumen

Num. 20.

Eccl. 19.

Ioan. 14.

Christus dicitur Via nostra humanitatis.

Gregor. 19. mor. c. 3.

Matth. 10.

men reddidit, quia etsi propter nos tēpo ralia pertulit, inde tamen nobis lucē tri buit; unde habere mutabilitatis transitum nescit, &c. Ex quibus apparet, quòd Christus uia dicitur ratione humanitatis assumptæ, quam gentiles errantes nō inuenerunt. Notandum etiam, q̃ homines errare contingit ex tribus. Primò ex iustitiæ diuinæ permissione, & tunc talis error non solum peccatum est, sed & pęna peccati, vnde Psal. 106. Errare fecit eos in inuio, & non in uia. Secundo ex negligentia sacrę lectionis, & similiter est peccatum & pœna peccati. Sic errabant Iudæi nolentes scripturas ad verum sensum intelligere. Matth. 22. Erratis, nesciētes scripturas. Tertiò ex fuga humanæ increpationis, quia quando homo non vult corrigi, faciliter cadit in errorem. Prouerb. 19. Qui increpationes relinquit, errat, & Sapien. 17. Indisciplinatæ animæ errauerunt.

Errat quis ex tribus.

1885 *Esurientes & sitientes, anima eorum in ipsis defecit.*

Hic ostenditur defectus proueniens ex prędicto defectu siue errore. Errantes enim per solitudines inuias vbi nō reperiuntur necessaria uitæ humanæ, vt communiter defectum famis patiuntur & sitis. Sic.n. legimus de Agar ancilla Abrahæ quando emissa fuit de domo Abrahæ cum filio suo Hismael, ipsa errabat per solitudinem Bersabee, & consumpta aqua quam portauerat in utre puer fuit in periculo mortis, nisi Deus aliter prouidisset. Sic & filij Israel vagantes per desertum, quandoque esuriebāt, & sitiebant. Quamuis.n. manna haberēt ad sufficientiam, tñ illo cibo non contēti alios cibos, & potum desiderabāt. Sic enim ex desiderio cibi locutus est populus contra dñm, & Moysen, dicens, Cur eduxisti nos de Aegypto, ut moreremur in solitudine? Deest panis, non est aqua: aīa nostra nauseat super cibo isto leuissimo. Et hoc notans Psal. ait. *Esurientes, & sitientes*, &c. Per hoc.n. Psal. uult ostēdere, q̃ inter gentiles multi erāt, qui diuersis studijs inquirebant veritatē doctrinæ cum magno desiderio, & tñ ambulando per multos circuitus errorum ipsam nō inueniebant, & uerum doctrinæ cibum, & potum desiderantes, nec inuenientes, esurientes, & sitientes deficiebant. Sicut Aristoteles eum magno studio indagauit inuenire veram vitam moralē, per quam homo esset verè virtuosus, nec inuenit, quia sine fide nulla uera uirtus habetur. Similiter de beato Augustino legitur, q̃ post multos circuitus errorū quærebat verum animæ uirum, cuius amplexibus semper inhæreret, nec inueniebat. Isti ergo erant esurientes, & sitientes. Esuries enim, & sitis nihil aliud est quàm naturale desideriū cibi, & potus. Et sic esurire, & sitire est desiderare. Et ad istū intellectum exponit glo. d. *Esurientes, & sitientes*, s. ipsi gentiles, qui erant sine cibo verbo Dei, & potu gratiæ. Per hoc autem quod dicit. *Esurientes & sitientes*, curiosos sæculi significat, qui uetitatem diuersis opinionibus exquirebant, nec inueniebant, ideo anima eorum in ipsis defecit, s. à bono interiori. Et hoc ideo, quia aīa eorum mansit in ipsis, quia nō se excessit, sed de se sibi ipsi sufficere putauit. Et aduerte, q̃ cum dr, *Anima eorum in ipsis defecit*, non ostenditur Dei crudelitas, sed monstratur quomodo Deus commendabilem se nobis ostēdat, permittēs hoīem deficere, quod nobis expedit. Deficimus.n. ut rogemus, & ut subuenientē amemus. Nota, q̃ esuries, uel fames est duplex. s. mentis & corporis, versic. 944. Item quòd est multiplex 1805.

Gen. 21.

Num. 11.

Esuriebant & sitiebant gentiles Verbum Dei.

Philosoph.

August.

August. Glossa.

Nota fames duplex.

Et clamauerunt ad dominum, cùm tribularentur, & de necessitatibus eorum eripuit eos. 1886

Hic contra dictum periculum apponitur oratio. Tanta est.n. Dei pietas, ut subueniat omnibus deuotè ad ipsum recurrentibus. Psal. 90. Clamauit ad me, & ego exaudiam eum. Sic & q̃cūq; filij Israel clamauerunt ad dominū, exauditi fuerunt, unde literaliter clamauerūt ad dominum desiderātes cibos, & statim eis per Moysen fuit respōsum. Dabit dominus uobis uespere carnes, & mane saturabimini panibus. Sic etiam clamauerunt desiderantes aquā ad potandum, & statim dominus exaudiuit eos, vnde aqua abundantissimè eis de petra fluxit. Verumtamen quia clamor in talibus filiorum Israel erat magis quoddā murmur, & sic

Clamās ad dominum erādo exauditur.

Exod. 19.

Num. 20.

& sic magis clamor est contra dominum quàm ad dominum: ideo melius intelligendum hoc puto de clamore Moysi, & Aaron: quo orabant Deum vt in prædictis necessarijs populo suo prouideret. Sic enim orãdo clamabant ad dominũ,
Exod. 14. quoniam ipso Moyse orante, ei ait dominus. Quid clamas ad me? Clamauerunt ergo filij Israel ad dominũ in prædicto necessitatis articulo, quia Moyses, & Aarõ pro ipsis orabãt vt Deus eorum saturaret desiderium. Et per hoc vult ps. ostendere quòd gentilibus esurientibus & sitientibus saturari verbo (quando nõ ad vanitatem mundi studebant: sed solũ ad intelligendam veritatem) dominus inspirabat gratiam, qua ipsum intelligerent, sicut fecit Dionysio philosopho, sicut fecit beato Augustino, sicut fecit
Act. 10. Cornelio. Sic enim dicitur Psal. 21. Ad te clamauerunt patres nostri: clamauerunt, & salui facti sunt. Nota ergo, quòd
Clamor orationis. oratio deuota quamuis principalius fiet in mente quàm in voce: tamen dicitur esse quidam clamor spiritualis ad Deũ. Sic enim orans Propheta ad Deum, ait,
Psal. 101. Domine, exaudi orationem meam, & clamor meus ad te veniat. Et q̃ tali clamore pro multis clamare debemus ad dominum, vide ver. 893.

1887 *Et deduxit eos in viam rectã, vt irent in ciuitatem habitationis.*

Ponitur hic exauditio quo ad principale periculum, scilicet, erroris viæ. Secundum enim literam consumptis in deserto murmuratoribus contra Deũ: filios eorum, qui pro peccato parẽtum vagi per desertum fuerant annis quadraginta, dñs per manum Iosue per viã rectam deduxit ad terram promissionis, q̃ obtinuerunt, & ipsorum ciuitates habitauerunt, vt habetur in lib. Iosue per capita multa. Quod hic commemorans ps. ait, *Et deduxit eos in viam rectam*, &c. Per hoc autem vult Psal. ostendere q̃ gentiles, qui prius errabant in diuersis erroribus, diuersa adorantes idola, dominus Iesus Christus incarnatus ad viam veritatis reduxit: quia ipsos à cultura idolorum ad cultum veri Dei deduxit per se, & per apostolos suos, & alios prædicatores, vt per Petrum, in viam rectam fidei deduxit Italiam: per Ioannẽ, Asiam: per Andream, Achaiam: per Bartholomæũ, Indiam: per Matthæum, Aethiopiam: & sic de alijs. Et prædicatione apostolorum deduxit eos in viam rectã, s. in Christũ: vt per illam viam ambulãtes irent in ciuitatem habitationis, s. Hierusalem cœlestem quam prius nesciebant inuenire. Sic enim istum versum exponit gl. dicẽs, *Et deduxit eos in viam rectam*: illos, s. gentiles qui prius errabant, deduxit in viam rectam, quæ Christus est, qui dicit: Ego sum via, veritas, &c. quia. s. Christus eis Ioan. 14.
pulit eos de ignorantia ostendens eis seipsum viam, vt per hanc viam irent bene operando, & eius exempla imitando, in ciuitatẽ habitationis, quã prius inuenire nesciebant. De isto ductore Christo Sap. 10.
dr, Iustum deduxit dñs per vias rectas & Deducũtur
ostendit illi regnũ Dei, quia illũ, quẽ iustificat: per vias rectas deduci t ad gloriã. multi male
O q̃ ergo miseri, qui istũ ducem dimittentes, ad duces se conuertunt erroris, multiplicit.
quia ducuntur illecebrosa sensualitate, alij perniciosa familiaritate, alij præsumptuosa temeritate, alij malitiosa cęcitate. Non sic ductor Christus, qui suos recta via ad patriã ducit, ideo hunc ductorem sequi debemus more formicæ excę Deducit nos Christus ad ciuitatẽ gloriæ.
caræ. De qua d. Albert. 8. de animal. &c. vide ver. 1567. quia Christus se sequẽtes ducit ad fontem vitæ beatæ, Apocal. 7. Apoc. 7.
Agnus qui in medio throni est, reget eos, & deducet eos ad fontem aquarũ.

Confiteantur dño misericordiæ eius: & mirabilia eius filijs hominum. 1888

Hic ponitur pro prædictis gratiarũ actio, & consequenter ponitur beneficij recordatio: ibi, *Quia satiauit*. Inducens ergo filios Israel quibus præfatũ beneficium contulit ad gratiarum actiones, dicit. *Confiteantur domino misericordiæ eius*, idest, misericordiæ quas vobis fecit, debent vos inducere ad confitendum dño confessione laudis. Ac etiam mirabilia eius facta filijs hominũ, ipsos ad confitẽdum domino inducere debẽt. Et sic ex duobus inducit eos ad gratiarũ actionẽ. primo quia misericorditer eos deducit: secundo quia mirabiliter. Per hoc cõformiter vult Psal. ostẽdere fideles quos de regionib. ad vnitatẽ cõgregauit

gauit ecclesiæ ad gratiarũ actionem, d. *Confiteantur domino*. Et quid debent cõfiteri?hoc, s. q̃ eos liberauit ab errore: & hoc attribuant misericordiæ eius, quia misericordiæ eius nos liberauerunt, nõ merita nostra, non virtutes, non sapientia, sed misericordiæ. Etiam mirabilia eius sint filijs hominum materia laudandi Deum. Non enim misericorditer solum gentes vocauit ad fidem, sed cũ mirabilibus suis, idest, miraculis ostensis. Potest & iste textus intelligi de confessione peccatorum. Si enim Deus sua mera misericordia nos vocauit ad fidẽ, nullis nostris meritis præcedentibus, quanto magis misericorditer iam vocatis veniam dabit? vt sit sensus: Misericordiæ domini nobis factæ, & mirabilia nobis ostensa sunt causa sufficiens filijs hominum, vt confiteantur domino, scilicet, peccata sua, ab ipso sperantes veniã. Nota tamen q̃ talis confessio & si voluntaria debeat esse, cũ hoc tamen debet esse verecunda. Ideo enim ordinauit Deus, vt homo homini confiteretur, & secreta suæ conscientiæ reuelaret, vt inde verecundaretur, & sic per verecundiam pęniteret, aliàs puniretur. Quæ verecundia est magna pars satisfactionis.

Cõfeßio debet esse Verecunda.

1889 *Qui satiauit animam inanem: & animam esurientem satiauit bonis.*

HIc recolit beneficium, pro quo illos ad gratiarum actionẽ inducit. Quoniam vt dictum est, desiderium ipsorum cõpleuit ipsis dando panes de cœlo, & carnes in abundantia, & aquam de petra. Propter quod dicitur Psal. 77. Mãducauerunt, & saturati sunt nimis, & desiderium eorum attulit eis dominus, & nõ sunt fraudati à desiderio suo. Et hoc notans Psal. d. *Quia satiauit animam inanem*, &c. Inanis enim idem est quasi annihilatus, depressus, diminutus, vel vacuus. Et attende, q̃ hic accipitur anima pro toto homine. Et sic anima vel homo dr̃ inanis, s. famescens præ fame quasi annihilatus, consumptus vel vacuus. Illis ergo datis abundanter victualibus in eremo, & quibusdam cibis adiungit d. *Quia animam esurientem satiauit bonis*, scilicet, cibis, quia pane cœlesti omne delectamentum in se habenti & omnis saporis suauitatem, vt scribitur Sap. 16. Per hoc vult Psal. ostendere, q̃ Deus illos, quos ad fidẽ misericorditer elegit, spiritualibus hic replet per spem: sed in futuro realiter. iuxta quod dicitur. Satiabor cùm apparuerit gloria tua. Vbi notandum, quod multiplex est bonum, s. temporale, morale, & æternale. Et istud vltimum in patria nos satiat, quod quãuis solum sit vnicũ, tamen propter multiplicem eius effectum, multiplex vocatur, vt puta quia satiantur omnes partes animæ. vide ver. 1014. vnde Ps 64. dicit. Replebimur in bonis domus tuæ. Item nota, q̃ triplex est satietas, scilicet, eriminalis, temporalis, & æternalis. vide versic. 1849. De satietate autem æternali, qua esurientes, & sitientes satiat dominus. dicitur Matth. 5. Beati qui esuriũt, & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur. Quod ad propositum exponẽs Bernardus, ait. Qui esurit, esuriat amplius, & qui desiderat, abundantius desideret adhuc. Quoniam quandocunq; desiderare poterit: tantum est accepturus: imò vero non secundũ imperfectionem moderni desiderij: quoniam donec perfectè habeat, perfectè desiderare nõ potest, sed nec perfectè habere, donec perfectè desideret. Interiori palato cordis & animæ languenti adhuc dura, & insipida res videtur esse iustitia, qua tamen anima satiatur in patria. Sed qui gustauerunt, ipsi sciunt, quoniam beati, qui esuriunt, & sitiunt iustitiam: quoniã ipsi saturabuntur. O verè fœlix, & gloriosa satietas: ò sanctum conuiuium: ò desiderabiles epulæ: vbi anxietas nulla, nullum poterit esse fastidium. Iam vero hoc verbũ aduersus Adam procedere credo, qui portionem vr̃ tenuisse iustitiæ, in eo q̃ mulieri compassus est. Sed si verè esurijsset iustitiam, curasset reddere quod debebat, non modo vxori, sed multo magis creatori. Debebat. n. vxori compassionem, & disciplinam tanquam inferiori. Deo aũt obedientiam, & subiectionem. Sed quàm multi vsq; hodie factum illud grauiter dijudicãt, & tamen insipienter illud imitantur. Indignantur aduersus Adam, q̃ obedierit voci vxoris suæ plusquam Dei, & ipsi Euam, idest, carnem suam audiũt plusquã Deũ. Si modo pręsentem videremus Adam in

Psal. 16.

Satietas beatorum.

in hoc articulo positum, coarctari inter praeceptum vxoris, & praeceptum creatoris, nonne clamaremus aduersus eum dicentes: Caue tibi, miser, seducta est mulier, ne acquiescas ei. Vt quid ergo quotiens apprehendit nos tentatio similis, non persuademus similiter nobisipsis, ut vere sitientes iustitiam, vero fructu iustitiae saturemur? Scriptum est enim. *Quia satiauit animam inanem, & animā esurientem satiauit bonis*, scilicet, aeternis.

1890 *Sedentes in tenebris, & vmbra mortis, vinctos in mendicitate & ferro.*

HIc ponitur secundum periculum, in quo fuerunt filij Israel. Istud n. refertur ad tempus quo in Aegypto miserabili seruitute pressi fuerūt à qua per dominum miraculosè liberati fuerunt. Et diuiditur in quatuor partes, quia ponitur periculi expositio. secundò contra periculum deprecatio, ibi, *Exclamauerunt.* tertiò à periculo liberatio: ibi, *Et eduxit.* quartò gratiarum actio: ibi, *Confiteantur.* Circa primum tria ostenduntur. primò ipsorum dura subiugatio. secundò subiugationis occasio, ibi, *Quia exacerbauerunt.* tertiò ipsorū à Deo derelictio: ibi, *Humiliatum.* Quantū ad primum sciendum, ꝙ per tenebras, vel vmbram mortis in scriptura Aegyptus intelligitur, quoniam Aegyptus tenebrae, & angustia, siue tribulatio interpretatur. Dum autem in Aegypto sederent filij Israel: vincti fuerunt mendicitate, & ferro. mendicitate, quia duris laboribus luti, & lateris victum suum mendicare cogebātur: ferro, idest, morte crudeli: quia statim nati praecepto Pharaonis necabantur, vt habetur Exod. 1. *Exod. 1.* Est ergo sensus versiculi, quòd quando erant sedentes in tenebris, & vmbra mortis. s. quādo erant habitantes in Aegypto, Pharao tenebat eos vinctos mendicitate, & ferro, ut expositum est. Per hoc vult ostendere Ps. ꝙ quamdiu habitamus in uita praesenti, lege peccati, vel carnis uincimur, ne malum, qđ odimus, plenè fugiamus, nec bonum, quod uolumus, perfecte compleamus. *Tenebrae dicuntur vita praesens.* Vbi primo notandum, ꝙ per tenebras vita praesens designatur, quia in ipsa sedentes vndiq; tenebris circūdamur: quia finem nostrum & operū nostrorum

E ignoramus, vt deducit Grego. super illo verbo Iob 3. *Gregor. 5. mor. c. 3.* Viro, cuius abscondita est via, & circundedit eum Deus tenebris, dicens. In praesenti enim vita via sua viro abscondita est: quia etsi iam in qua sit vitae qualitate considerat, adhuc tamen ad quem finem tendit, ignorat. *Ignoramus finem nostrum.* Et si iam superna appetit & plenis desiderijs quaerit, adhuc si in eisdem desiderijs permanebit, nescit. Peccata quippe deserentes ad iustitiam tendimus, & vnde venimus nouimus, sed quo perueniamus, ignoramus, &c. Sequitur infra. Bene autem subditur, Et circūdedit eum Deus tenebris.

F Tenebris namq; homo circūdatur, quia quamuis caelesti desiderio ferueat, quid de semetipso dispositum sit, intrinsecus ignorat, & valde metuit ne quid in iudicio sibi obuiet, quod se de se nunc, & in desiderio boni fructus latet. Tenebris homo circūdatur, quia ignorātiae suae caligine premitur. An tenebris circūdatus non est qui plerunq; praeteritorū nō meminit, futura non inuenit: praesentia vix cognoscit? Tenebris se circūdatū quidā sapiens viderat, cū dicebat. Quae in prospectu nostro sūt inuenimus cū labore, & quae in caelis sunt, quis inuestigabit?

G His tenebris propheta se circundatū viderat: cum dispositionis intimae penetrare interna non potuit, dicens, Posuit tenebras latibulum suum. *Psal. 17.* Auctor enim noster, qui à nobis in hoc exilio deiectis lucē suae visionis abstulit, sese nostris oculis quasi in tenebrarum latibulo abscondit, &c. Ex quibus apparet, quòd per tenebras intelligitur status obscurus vitae praesentis, vt nostrū quilibet in uita praesenti positus merito dicat, Tenebrę circundant me. *Eccles. 25.* Consimiliter per vmbram mortis intellige vitā praesentem, ꝗ nihil aliud est quā prolixitas mortis, vnde in

H hac vita existentes illuminari quaerebat Zacharias, d. Illuminare his, qui in tenebris, & in vmbra mortis sedent. *Vmbra mortis dicitur vita praesēs. Luc. 1.* Similiter & Dei electos in hac vita positos, sedere in tenebris, & vmbra mortis dicit psal. *Sedentes in tenebris, & vmbra mortis.* *Concupiscētia rebellat voluntati.* Quādiu ergo sumus in p̄senti vita astringimur mendicitate, & ferro, idest, difficultate ad bonum agendum, & ad malū fugiendum, *Rom. 7.* vnde & Apostolus Paulus se sic vinctum sentiebat, cum dicebat. Velle adiacet mihi, perficere autem bonum non

non inuenio. Non enim, quod volo bonum, hoc ago, sed quod odi malum, hoc facio. Quod ideo quilibet etiā electus dicere potest: quia concupiscentia carnis ligatur. vnde ibidem ait glo. Attende quòd ait: Velle adiacet mihi: perficere autem bonum non inuenio. Non dicit facere, sed perficere. quia etsi aliquid boni facit, non tamen perficit: rebellat enim concupiscentia, & nō consentit, vt puta, delectat vxor aliena, & non amat, mentem euertit: in secretarium mentis intrat. videt foris strepentem concupiscentiam, agit ergo bonum, quia cōcupiscentiæ nō consentit: sed non perficit bonum, vt, s. non concupiscat. Sic & hostis eius. s. concupiscentia agit malum, quia mouet malum desiderium: sed non perficit malum, quia non parturit malum, repugnāte voluntate. Et in isto bello est tota vita sanctorū. Sic & Petrus erat vinctus catenis duabus ferreis, quarum prima est difficultas perficiendi bonū. Secunda verò difficultas fugiendi malum. Sic ergo omnes electos ponit Psal. hic sedentes in tenebris, & vmbra mortis, vinctos esse mendicitate & ferro.

Act. 12.

1891 *Quia exacerbauerunt eloquia Dei: consilium altissimi irritauerunt.*

HIc ponitur tantæ subiugationis, & captiuationis occasio. Quantum ad literam Deus permisit filios Israel in Aegypto taliter opprimi, quia ibidem primo exacerbauerunt eloquia Dei Nā vt dictū est ver. 1916. exacerbare eloquia Dei est præcepta eius nō obseruare Præceptum aūt principale Dei erat non colere Deum alienum, quod etsi nondum lex erat data per Moysen, erat tñ hoc præceptum patribus eorū à Deo, & ipsi pro se suisq; successorib. obseruare promiserūt, propter quod & Deus vocabat se Deum Abraham, Isaac, & Iacob. Ipsi aūt in Aegypto existētes, hoc præceptū non seruarūt sed adorauerūt idola Aegyptiorū. Vnde super illo verbo Exod. 32. fecit eis vitulum cōflatilem: ait glo. Ideo fecit eis vitulum, quia bouem adorauerūt in Aegypto: forsitan enim aliud idolum nō suscepissent: Hoc ergo ipsorum peccatum innuens Psal. ait. *Quia exacerbauerunt*, &c. Quasi si quæratur quare

Exod. 32.

A permisit Deus filios Israel tāta seruitute opprimi in Aegypto? Rńdet, q ideo hoc permisit, quia exacerbauerunt eloquia Dei, &c. Per hoc aūt vult ostendere Psal. causam quare electi Dei cōcupiscentia repugnāte sic in præsenti vita ligantur, dicens q causa est, quia exacerbauerunt eloquia Dei. Non loquitur de ipsis nūc electis: sed de primis parētibus qui transgressi fuerunt primū præceptū eis à Deo datū, contingendo prohibitū eius lignū. Hoc. n. primum peccatū fuit causa totius carnalis concupiscentiæ & carnalis rebellionis. Dignū namq; fuit B vt aīa q̄ Deo per obedientiā subijci noluit: ipsa quoq; suum inferiorem, s. carnem sibi repugnantē haberet, vnde & in carnali conceptione propter primorum parentum peccatum carnalis oritur peccati fomes. & cōcupiscentia mali. Quod ostendēs Greg. super illo verbo Iob 14. Quis pōt facere mundum de immundo conceptū semine? ait. Is, qui per se solus est mundus, mūdare valet immunda. Homo. n. in corruptibili carne viuēs habet tentationem immunditias impressas in semetipso, quia nimirum eas traxit ab origine. Ipsa quippe propter delectatio- C nē carnis eius conceptio immunda est. Hinc est ergo, q electus quis tētatur et nolens. Hinc est, q immunda quædā in mente patitur, quāuis ex iudicio reluctetur, quia exceptus de immunditia dū ad mūditiam tendit, hoc conatur uincere, quod est. Quisquis autem occultæ tentationis motus aut immunditiam cogitationis eiecerit, nequaquam sibi suam munditiam tribuat, quia de immundo conceptum semine nullus facere potest mundum: nisi is, qui mundus per semetipsum solus est. Qui ergo iam ad locum munditiæ mente peruenit, cōceptionis D suæ viam respiciat, per quam venit, atq; inde colligat, quia ex sua virtute non habet munditiam viuendi, cui de immunda conceptione factum est initium subsistendi. Hinc ergo causam Psa. exprimens ait. *Quia exacerbauerunt eloquia domini*, s. primi parentes *Et consilium altissimi irritauerunt*. qui scilicet. cōsuluit eis, ne de ligno scientiæ boni. & mali comederent, quia vt dicitur Psal. 77. Non custodierunt testamentum Dei, & in lege eius noluerunt ambulare.

Concupiscētia carnis ex origin. di peccato oritur et fimes peccati.

Gregor. 11. mor. c. 28.

Mūdiciam nullus habet.

1892 *Et humiliatum est in laboribus cor eorum, & infirmati sunt: nec fuit, qui adiuuaret.*

OStenditur hic ipsorum à Deo ad tempus derelictio. Peccatis eorum exigentibus Deus permisit eos ad tempus in Aegypto sic affligi ipsos non adiuuando, vt ex afflictione cognoscerent seipsos: & redirent ad Deum. Et hoc notat Psal. dicens, *Et humiliatum est in laboribus cor eorum*. humiliatum, scilicet, humilitate afflictionis, & pœnę, quia vt dicitur Exo. 1. Oderant filios Israel Aegyptij, & affligebant illudentes eis, & ad amaritudinem ducebant vitam illorum operibus dutis, omnique famulatu in terra premebantur, & sic humiliati sunt, idest, bassi, & subiecti effecti. Et vnde hoc? *quia non fuit, qui adiuuaret*, scilicet, Deus non iuuabat eos, ab illis afflictionibus eos liberando, & sic infirmati sunt, idest, debilitati resistere nõ valentes. Et ex hoc vult Psal. ostendere, ꝙ in præsenti vita quandoque Deus derelinquit sanctos suos affligi à diuersis personis, & occidi corporaliter, vt inde magis coronentur. Et quamuis dicatur, ꝙ Dominus nõ derelinquit sanctos suos, G hoc intelligitur de prædestinatis, quos finaliter non deserit. Et nota, ꝙ ad adiutorium diuinum multi multimode se habent, qm̃ aliqui illud spernunt, aliqui illud colunt, aliqui illud impugnant &c. vide versic. 1131. Istud autem adiutoriũ impugnauerunt filij Israel in Aegypto, quando Deum deserentes, idola coluerunt. Ideo non meruerunt adiuuári à Deo, propter quod dicitur: *Et non fuit, qui adiuuaret*, quousq; redirent ad Deũ.

Adiutorio Dei aliqui ad tempus priuantur.

1893 *Et clamauerunt ad dominum, cùm tribularentur: & de necessitatibus* H *eorum liberauit eos.*

HIc ponitur cõtra defectum deprecatio. Quantum enim ad literam: postquam filij Israel in Aegypto sic afflicti fuerunt, & humiliati, reuersi sunt ad Deum, vt eos liberaret, & ad dominum clamauerunt. Sic enim ad literam scribitur Exo. 3 Ingemiscentes filij Israel propter opera, vociferati sunt, ascenditq; clamor eorum ad Deum ab operibus. audi-

Exod. 3. Clamauerunt filij Israel ad dominũ in Aegypto.

E uitq; gemitum eorum, & recordatus est fœderis, quod pepigerat cum Abraham, Isaac, & Iacob. Et infra ait ad Moysen. Vidi afflictioné populi mei in Aegypto, & clamorem eius audiui: descendi vt liberem eũ de manibus Aegyptiorũ &c. Et hoc est, quod hic Psal. ponit, d. *Et clamauerunt ad dominum, cùm tribularētur: & de manibus eorum liberauit eos*. Per hoc autē vult ostendere, ꝙ licet electos suos Deus ad tēpus aduersitatibus affligi permittat, vt seipsos cognoscāt, ipsos tamē finaliter liberat. Expone vt suprà versi. 1886. Nota ergo ꝙ clamor oppressorum F ab alijs iniustè exauditur à domino.

Clamor oppressorũ auditur à domino.

Et eduxit eos de tenebris, & vmbra mortis: & vincula eorum dirupit. 1894

POnitur hic à prædicta seruitute liberatio. Vt enim dictum est ver. 1890. per tenebras, & vmbram mortis significatur Aegyptus. Tunc ergo quando filij Israel reuersi fuerunt ad dominum afflicti, & clamauerunt: ipse mirabiliter liberauit eos, & eduxit eos per manũ Moysi, & Aaron de Aegypto. vt habetur Exod. 14. Per hoc vult ostendere Psal. ꝙ Deus electos, si in præsenti vita, quæ dicitur tenebræ, & vmbra mortis ipsos affligi permittit, de tali tamen afflictione ipse illos gloriose educit ad gloriam, & uincula ipsorum disrumpit, quando ipsos de præsenti uita educit ad gloriam. Nam ut dictum est uer. 1890. per tenebras, & umbram mortis intelligitur uita præsens. Quamuis enim concupiscentia carnis, & difficultate ad bonum agendum, & ad malum fugiendũ in præsenti uita ligentur electi: tamen omnia ista uincula disrumpuntur, cùm de hac uita electi deducuntur ad gloriam. Et hoc est quod ait. *Et eduxit eos de tenebris* &c. Sic enim educi de uinculis præsentis uitæ orabat ps. 141. Educ de custodia animam meam: ut cõfiteantur nomini tuo. Ad ipsum enim deuote recurrendum est, quia ipse est, qui educit uinctos in fortitudine. Et nota, quòd tria sunt mystica uincula, scilicet, uinculum culpæ, & inquinationis, pœnæ, & afflictionis, gratiæ, & charitatis. Prima tria uincula in suis electis disrumpit dominus, ut eos ad charitatis perfectæ uincula perducat.

Psal. 67. Vincula multiplicia.

Confi-

1895 *Cōfiteantur domino misericordiæ eius: & mirabilia eius filijs hominum.*

POnitur hic gratiarum actio primò, & consequenter ponitur beneficij recordatio, ibi. *Quia contriuit*. Quantum ad primum certum est, quòd iuxta literam Deus misericorditer liberauit filios Israel de Aegypto, faciens pro eis multa mirabilia, vide psal. 77. 104. 105. Quæ omnia mouere debuerāt filios Israel ad confitendum Deo. Sic enim ait dominus Exod. 3. Percutiam Aegyptum in mirabilibus meis. Per hoc vult Psal. inducere Dei electos de uinculis huius mundi absolutos, & mirabiliter ad gratiarum actiones, multoties enim mira ostēdit, & magna miracula in morte sanctorum ostendit, ex quibus sancti liberati, tenentur gratias Deo reddere. Et hoc est, q.d. *Confiteantur domino misericordiæ*, &c. expone vt verb. 1886. Potest etiam hoc intelligi de confessione criminis, vt misericordia nostris patrib. exhibita, & mirabilia pro ipsorum liberatione ostensa, nos ad confessionem criminis induceret. Et quantum ad hoc præter aliās de confessione dicta criminis, hic notādum, q̄ confessio criminis inter cætera dēt esse volita, & libere facta &c.

Cōfessio debet esse uoluntaria.

1896 *Quia contriuit portas æreas, & uectes ferreos confregit.*

REcolitur hic datum liberationis beneficium. Vbi nota, quòd captiuitas populi Israel in Aegypto propter magnam oppressionem duram, vocabatur carcer ferreus. Sic enim ad literram dixit Moyses populo. Nos autem tulit dominus, & eduxit de furnace ferrea Aegypti. Et per consequens quando eos liberauit de captiuitate illa, vectes ferreos, & portas æreas dicitur confregisse. Quamuis dicant aliqui, q̄ ciuitas Gessen, vbi habitabant filij in Israel in Aegypto, claudebatur portis æreis, & vectes ferreos habebat. Quæ omnia in nocte, qua primogenita Aegyptiorum per manum domini fuerunt occisa, angelico ministerio confracta fuerunt, quod beneficium rememorans Psalmista ait, *Quia contriuit portas æreas* Per hoc autem vult Psalmista ostendere, quod Deus in ele-

Deut. 4.

Exod. 12.

A ctis suis, quando ipsos eduxit de præsenti uita, quæ est vmbra mortis, & tenebræ, omne obstaculū soluit carnalis concupiscentiæ. Vel per portas æreas intellige secundum glos. carnalem cupiditatem, & per uectes ferreos, diabolicas suggestiones. Portæ enim æreæ sunt hominum cupiditates uiciosæ, quæ clausos non sinunt exire, vectes autem sunt spiritus immundi, qui portas obseruant. Aereas autem portas, & vectes ferreos pro fortitudine ponit. Quæ omnia disrumpuntur, cum anima cuiuslibet electi à corpore migrat. Ricardus autem

Portæ æreæ sunt consuetudines malæ.

Vectes ferrei sunt dæmones.

Ricardus.

B versum aliter exponit, dicens, *Quia contriuit portas æreas*, &c. Portis procedentium transitum obstruimus, vectibus autem ipsam clausuram munimus, atq; obfirmamus. Quid itaque per portam accipimus, nisi cōtradictionem? quid per vectes, nisi rebellionem? Per ferrum enim quod omnia metalla domat, audacia, quæ neminem formidat, accipitur. Per æs vero, quod est cæteris durabilius, pertinacia designatur. Porta enim ærea, cōtradictio pertinax, vectis ferreus est rebellio audax. Portas itaque æreas, & vectes ferreos dominus confregit, quando

Porta ærea contradictio pertinax.

Vectis ferreus audax rebellio.

C pertinacem contradictionē, & audacem rebellionem interna aspiratione, & cordis compunctione conterit, & dissoluit. Hic potest notari, quòd in scriptura est multiplex vectis. Primo est vectis sapientiæ, quo portatur uinum consolationis spiritualis Num. 13. Absciderunt palmitem cum vua sua, quem portauerunt in vecte duo uiri. Secundo vectis pudicitiæ ad portandum arcam sanctitatis. Exod. 25. Facies vectem de lignis setihim, quæ sunt ligna imputribilia, quia sacerdotes & clerici, qui arcam legis prædicando circumferre debent, debent esse per ca-

Vectis multiplex.

Nu. 13.

Exod. 25.

D stitatem incorruptibiles. Tertio publicæ iustitiæ ad dandum vrbi debili fortitudinē firmitatis. Prou. 18. Iudicia, quasi vectes vrbium. Quarto est vectis diuinæ potentiæ ad præstandum rei labili quietudinem stabilitatis. Iob. 38. Posui vectem, & ostia, & dixi, hucusque uenies, & non procedes amplius hoc dicitur mari labili. Quinto est vectis diabolicæ malitię ad obdurandum cor peccatoris quē Deus sua gratia frangit, de quo hic. *Et vectes ferreos confregit.*

Prou. 18.

Iob. 38.

1897 *Suscepit eos de via iniquitatis eorum: propter iniustitias enim suas humiliati sunt.*

PONitur hic tertium periculũ: quod est infirmitatis corporalis. Et diuiditur vt prius in quatuor partes, quia primo periculum exponitur, secũdo remediũ à Deo quæritur, ibi, *Et clamauerunt.* tertio à Deo remedium conceditur, ibi, *Misit verbum.* quarto gratiarũ actio exoluitur, ibi, *Confiteantur.* Quantum ad primum sciendum, ꝙ dum filij Israel vagarentur per desertum, cœpit eos tædere laboris, & itineris, & locuti sunt contra dominum, & Moysen, dicentes, Cur eduxisti nos de Aegypto, vt moreremur in solitudine? deest panis, non est aqua, anima nostra nauseat super cibo isto leuissimo. Propter quam murmurationem dominus serpentes ignitos misit in populum, qui mordebant populum, & plures ad ipsorum plagas moriebantur. Quod ideo fecit dominus, ut per istã mirabilẽ punitionem eis præmissam ipsi recognoscerent potentiam Dei, & per infirmitatem corporis, ipsi à tali murmuratione cessarent. Multoties enim Deus percutiens corpora, sanat animas. Et hoc est, quod recolens ps. ait, *Suscepit eos de via iniquitatis eorum*, s. qua contra dominum murmurabant, per illam, s. plagam, quã immisit, quia per illam seipsos recognouerunt, & reuersi sunt ad dominum. Et hoc est, quod subditur. *Propter iniustitias enim suas humiliati sunt*, idest, propter iniustitias suas remouendas, humiliati sunt, idest, afflicti, & puniti per plagas serpẽtum. Sic enim multoties Deus percutit corpora, ut sanet animas, exemplum de Ezechia rege Iuda. Sic igitur suscepit eos de via iniquitatis eorum, scilicet, suscepit eos ad puniẽdũ infirmitate corporali, sicut pater accipit filium ad castigandum. Per hoc vult ps. ostendere, quòd Deus suis electis multoties aduersitates temporales immittit, ut ipsis peccata cõmissa purgentur. vide ver. 1842. Nam pœna corporalis oculos aperit mentis. 1873. Et nota, ꝙ Christus diuersos suscipit ad diuersa. Primò suscipit innocentes per gratiam conseruantem. psalm. 40. Me autem propter innocentiam suscepisti, & cõfirmasti, &c. Secundò, suscipit pœnitentes per gratiam reparantem. Hiere. 3. Reuertere ad me, & ego suscipiam te. Tertiò, suscipit patientes per gloriam præmiantem. Act. 7. Dñe Iesu, suscipe spiritum meum. Quartò, suscipit delinquentes per disciplinam corrigẽtẽ, sicut hic. *Suscepit eos de via, &c.*

Deut. 4. — *Infirmitas corporis multoties sanat animam.* — *4 Reg. 20.* — *Suscipit nos Christus multipliciter.* — *Hiere. 3.* — *Act. 7.*

Omnem escam abominata est anima eorum, & appropinquauerunt vsque ad portas mortis. 1898

HIc exaggerat & peccatum eorum, & pœnam. Peccatum: quia *omnem escam abominata est anima eorum*, quia, scilicet, mannã, quæ dicebatur omnis esca: (quia in se omnem saporem habebat, & suauitatem omnium escarum) ipsi abominati sunt, vnde & dixerunt de manna. Nauseat anima nostra super cibo isto leuissimo, quod fuit magnę ingratitudinis. Consequenter exaggerat pœnam, dicẽs, *Et appropinquauerunt vsque ad portas mortis*, idest, tanta fuit pœna eis per illos serpentes immissa, quòd quasi omnes mortui sunt. Vel aliter, inualescente infirmitare, omnem escã abominata est anima eorum, sicut infirmus omnem cibũ abominatur. Et sic *appropinquauerunt vsque ad portas mortis*, s. ex desperatione recuperandæ sanitatis, sicut legitur de Ezechia: qui auditis uerbis Esaiæ prophetæ, sibi dicentis ex parte domini, Dispone domui tuæ, &c. ait. Ego dixi in dimidio dierum meorum, vadã ad portas inferi. Sed prior expositio magis litteræ conformatur. Per hoc uult Psal. ostendere, ꝙ defectus verbi Dei, mortem inducit animæ. Nam verbum Dei esca, & cibus est aiæ. Matth. 4. Non in solo pane viuit homo, sed, &c. Quandocunq; ergo anima istam escam abominatur, & ipsam non percipit, moritur spiritualiter. Vnde gl. *Omnẽ escam abominata*, &c. i. verbum Dei, quo anima uiuit. De hoc uide versi. 1805. Illi ergo istam escam abominantur, qui verbum Dei reijciunt, nec reuerenter ipsum audire satagunt. Sic. n. Iudæi istã escam abominabantur, qñ Christũ prædicãtem contempserunt. De quo Christus conqueritur, dicẽs, Abominati sunt me quõdam consiliarij mei, & quem maxime diligebam, aduersatus est mihi. Consiliarij enim Dei dicti sunt prophetæ, & maiores

Num. 21. — *Esa. 38.* — *Verbi Dei carentia occidit animã sine mors est anima.* — *Abominati sunt Iudæi Christum.* — *Iob 19.*

res Iudæorum: quia consilia etsi non Deo in se, tamen ipsi in membris suis ministrabant. Vnde prædicta verba ad propositum exponens Gregorius, ait. Constis liquet, quia dominus consiliarijs non indiget &c.

Gregor.15. mor.23.

1899 *Et clamauerunt ad dominum, cùm tribularentur: & de necessitatibus eorum liberauit eos.*

HIc contra dictũ periculum opponitur humilis oratio. Sic enim ad literã habetur Nu.21. q filij Israel percussi ab illis serpentibus: orauerunt pro sua liberatione. vnde ibi dicitur, q vidẽtes serpentũ plagas, mortesq; plurimorum: venerunt ad Moysen dicentes, Peccauimus: quia locuti sumus cõtra Deũ, & contra te. Ora vt Deus tollat à nobis serpentes, quæ quidem ipsorum oratio clamor quidam fuit in auribus Dei. Per hoc vult Psal. ostẽdere q aduersitas corporalis, ad orationem consurgere facit. vide versic. 1783. Et nota quòd orantes dicuntur clamare. Cuius causam ostendit Grego. dicens, Vera quippe oratio, vel postulatio non est in oris vocibus, sed in cogitationibus cordis. V. lentiores namq; voces apud secretissimas aures Dei nõ faciunt verba nostra, sed desideria. Aeternam quippe vitam si ore petimus, nõ tamen corde desideramus, clamando tacemus. Si vero desideramus ex corde, & tamen ore conticescimus, tacentes clamamus. Hinc est, quòd in eremo populus vocibus perstrepit, & Moyses à strepitu verborum tacet, & tamen silens, aure diuinæ pietatis auditur, cui dicitur, Quid clamas ad me? Intus ergo in desiderio est clamor secretus, qui ad humanas aures non peruenit, & tamen auditum conditoris replet &c. Ex quo apparet, quòd omnis deuota oratio apud Deum clamat: etiamsi vox corporis sileat. vide de clamore orationis versic. 24. 412 898. 1886. 1893.

Num.21.

Gregor. 22. mor. c.58.

Clamat oratio cordis ad Deum.

Exod.14.

1900 *Misit verbũ suum, & sanauit eos: & eripuit eos de interitionibus eorũ.*

HIc contra dictam tribulationẽ apponitur à Deo remedium. Vbi notandum, quòd (vt habetur Nu.21.) cum

A populus Israel pœnitens propter plagam serpentum de murmuratione quam fecerant contra Deum & Moysen, dixisset Moysi, peccauimus, qm̃ locuti sumus cõtra Deum, & cõtra te: ora pro nobis ad dñm, vt tollat à nobis serpentes. orauit Moyses pro populo, & dñs locutus est verbũ Moysi, per quod sanati fuerunt, & cessauit plaga. Et quod fuit verbũ quod misit dñs Moysi, i. dixit Moysi? hoc. s. fac serpentem æneum, & pone eum pro signo, qui percussus aspexerit serpentẽ, viuet. Fecit ergo Moyses serpentẽ ęneũ, & posuit eum pro signo, quem percussi

Serpens æneus sanauit à morte.

B aspicientes sanabantur. Et hoc est ad literam, verbum, quod misit dominus ad sanandum eos, qñ. s. dixit Moysi, fac serpentem æneum. Accipitur enim multoties verbum pro significato verbi, non pro ipso verbo, sicut cũ dicit Christus, Qui audit verba mea hęc, & facit ea &c. scilicet, illa quæ per verba significantur. Sic. n. facimus verbũ Christi, qñ significata per verbum eius obseruamus. Verbũ ergo q Deus misit, fuit serpens æneus, quem fieri præcepit. Et hoc notãs Psal. ait. *Misit verbum suum & sanauit eos*, i. effectum verbi. *Et sanauit eos de interitio-*

Matth.7.

C *nibus eorum.* Interitus enim idem est, q mors. Interitiones ergo idẽ sunt q mortes. Saluauit ergo eos de interitionibus eorum, i. à mortibus, quia abstulit serpẽtes, quibus illi percussi moriebantur, ac ẽt percussos ad mortem intuitu serpẽtis sanauit. Quid aũt ex hoc Psal. velit innuere Christus satis expressit Io. 3. cum Nicodemo dixit. Sicut Moyses exaltauit serpentẽ in deserto: ita exaltari oportet filium hominis, vt omnis, qui credit in eum &c. Vnde verba prædicta exponens Augu. ait. Serpentum. n. morsibus multi in deserto moriebantur, ac sic Moyses

Serpens æneus significat Christũ crucifixũ.

Ioan.3.

D ex præcepto dñi serpentem ęneum exaltauit: quẽ videntes sanabantur cõtinuo. Quid est aũt exaltatus serpẽs: nisi mors Christi eo modo significandi, quo per efficientẽ effectus designatur? A serpẽte quippe mors venit, qui peccatũ quo mori mereretur, homini persuasit. Dñs aũt in carnem suam, non peccatum trãstulit tanq̃ venenum serpentis, sed mortẽ, vt esset in similitudine carnis peccati pęna sine culpa, vt in carne peccati pœna solueretur & culpa. Sicut ergo cũ qui cõ-

Aug. in lib. de baptismo paruulorũ.

ſpiciebant exaltatum ſerpentem, à veneno ſanabantur, & liberabantur à morte, ſic nunc qui conformatur ſimilitudini mortis Chriſti per fidem baptizatus, & à peccato per iuſtificationem, & a morte per reſurrectionem liberatur. Sic ergo per ſerpentem qui fuit cauſa mortis, intellige mortem. Chriſtus ergo ſerpēs dr̃, quia verbum caro factum, in cruce pro nobis mortem ſuſcepit. Et hoc notans Pſal. d. *Miſit verbum ſuum in carne*, vt in ipſa mortem ſuſciperet. *Et ſic ſanauit eos à peccatis: & eripuit eos de interitionibus eorum*. Vnde prædictam ſerpentis

Theophyl.

figurā ad Chriſti mortē applicās Theo. ait. Videas igitur figuram veritate impletam. Ibi enim ſerpentis ſimilitudo, ſpeciem quidem beſtię habet, ſed venenum non habet. Sic & hic, Chriſtus à peccato liber. in ſimilitudinem carnis peccati venit. Exaltari aūt ſerpentem audiens, ſuſpenſionē intellige in altum, vt ſanctificaret aerem, qui ſanctificauerat terram, ambulando in ea. iſtam miſſionem verbi pro ſanatione à morſibus ſerpentum factam,

Sapien. 16.

expreſſè prauidit ſapiens de prædicta ſerpentum plaga d. Etenim cùm ſuperueniret illis ſæua beſtiarū ira, morſibus peruerſorum colubrorū exterminabantur, ſed non in perpetuū permanſit ira tua, ſed ad correptionem in breui turbati ſunt, ſignum habentes ſalutis, ſ. ſerpentem exaltatū. Qui enim non per hoc, q̄ videbant, ſanabantur, quia, ſ. ſerpens ille ſolum erat figura Chriſti paſſionis. Ideo dicit, nō enim per hoc, quod videbant, ſanabātur, ſed per te omnium ſaluatorem, ſ. in illo ſerpente figuratū. Neq; enim herba, nec malagma ſanauit eos, ſed tuus, dñe, ſermo, qui ſanauit oīa.

Malagma.

Malagma, atis. enim eſt quoddam medicamentum ex herbis confectum. Ex quibus verbis apparet, q̄ per illū ſerpētem exaltatū in deſerto non ſanabantur aſpicientes in eum, ſed per ſignificatū eius, quod erat Dei verbum. De quo nūc ait, *Miſit verbum ſuum, & ſanauit eos* &c.

1901 *Confiteantur dño miſericordiæ eius: & mirabilia eius filijs hominum.*

HIc conſequenter ponitur ex dicto beneficio gratiarū actio. Et exponitur vt ſuprà ver. 1888. 1895. Si aūt in-

E. telligatur, q̄ per hoc nos inducat ad cōfeſſionem criminis, circa confeſſionē criminis vltra cōditiones eius alias dictas, nota q̄ confeſſio debet eſſe lucida, nulla omiſſa circunſtantia. Non enim ſufficit peccatum ſimpliciter confiteri, niſi circunſtantiæ omnes, quæ peccatū mortaliter aggrauant, confiteantur, &c.

Cōfeſſio exprimere debet circunſtantias.

Et ſacrificent ſacrificiū laudis: & annunciēt opera eius in exultatione. 1902

OStendit hic qualiter Deo gratias debemus reddere, & cōfiteri. Nā,

F vt ſæpius dictum eſt, duplex maximè eſt confeſſio, ſ. laudis, & criminis, & vtraq; dicitur ſacrificium laudis. Nam laudare Deum, dr̃ ſacrificium, pſal. 49. Immola Deo ſacrificium laudis. Cōfeſſio etiam, quæ contritionē includis, dicitur ſacrificium, pſal. 50. Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus. Et eſt ſacrificium laudis, quia confitens peccata ſua laudat Deū, dum ſe ei humiliat cū ſpe veniæ, credēs ipſum peccatis veniam poſſe dare. Nota tñ generaliter, q̄ nullū ſacrificiū Deus acceptat, quod ei corde bono non ſacrificatur. Vnde Greg. in ſuo paſtorali. li. 4.

Sacrificiū ſolū ex corde Deus acceptat.

G ait. Hoc ſolum Deus ſacrificiū accipit, quod ante eius oculos ī altari cordis boni operis charitatis flāma incendit. De diuerſis ſacrificijs antiquæ legis, & qualiter ſpiritualiter illa ſacrificia ſacrificare debemus, vide ver. 817. Poſſumus etiā notare, q̄ multa ſunt ſacrificia, quę Deo ſacrificare debemus, ſ. Sacrificium corporalis macerationis, & pœnitentiæ. Sacrificium temporalis diſtributionis, & eleemoſynæ. Sacrificium ſacramentalis conſecrationis, & euchariſtiæ. Primū eſt ſacrificium pniæ. pſal. 50. Sacrificiū Deo ſpiritus contribulatus &c. De hoc vide

Sacrificiū multiplex.

H ver. 849. 34. Secundum eſt ſacrificiū eleemoſynæ. Nam eleemoſyna, quæ ex corde datur, ſacrificium dicitur. quod probatur: Sacrificium ſumme Deo acceptū eſt obſeruatio diuinorum mādatorum. vnde Eccl. 35. Sacrificiū ſalutare eſt attendere mandatis domini. Cū ergo eleemoſyna cadat ſub præcepto. Eſa. 58. Frāge eſurienti panē tuum: egenoſque, &c. ſequitur, q̄ eleemoſyna ſit ſacrificium. Sed nota, q̄ iſtud ſacrificium non acceptat Deus niſi à iuſto. vide ver. 484. 592.

Eſa. 58.

Tertium est sacrificium eucharistiæ. de quo psal. 4. Sacrificate sacrificium iustitiæ &c. Et psal. 49. Sacrificium laudis hõ notificabit me. Respice de isto sacrificio vbi de eucharistia.

1903 *Qui descẽdunt mare in nauibus: faciẽtes operationem in aquis multis.*

POnitur hic quartum periculũ à quo Deus liberat suos. Et diuidit in quatuor partes: & primò periculum exponitur. secundò suffragium postulatur: ibi, *Et clamauerunt*: tertiò adiutorium impetratur: ibi, *Et statuit.* quartò ex hoc Deus laudatur: ibi, *Confiteatur.* Quantũ ad primum: ostendit pericula maris ex multis: primò ex parte nauis. secundò ex parte maris: ibi, *Ipsi viderunt*. tertiò ex parte venti: ibi, *Dixit & stetit.* quartò ex parte fluctus: ibi, *Ascendunt*. quintò ex parte effectus: ibi, *Turbati sunt.* Quãtum ad istud periculum maris, Psal. vertit ad historiam Ionæ prophetæ, qui in mari, sæuiente tẽpestate, fuit proiectus, & à ceto deuoratus, & sic à Deo finaliter liberatus. Et primò ostendit maris periculum ex parte nauis. Quantum enim sit periculum modico ligno nauis credere vitam suam in mare, apparet cogitanti pelagus & ligni fragilitatẽ. Vnde Galfre. super illo verbo Prou. 30. Quatuor sunt mihi difficilia &c. via nauis in medio mari. ait, Nihil enim in rebus humanis terribilius, nihil periculosius, quàm inter flatus aeris, & fluctus maris, inter auras mutabiles, & vndas mobiles ligno fragili credere vitam suam, & vix duobus digitis à morte distare. vnde Sap. 14. dicitur. Alius nauigare cogitans, & per feros fluctus incipiẽs iter facere, exiguo ligno credit animam suam. Hoc periculum expertus fuit Ionas: de quo habetur Ionæ 1. Nam cùm præcepisset dominus Ionæ vt iret in Niniuen ciuitatem magnam ad prædicandum, quod ipse timore motus facere recusauit, Ionas cogitauit fugere in Tharsis, & descendit in Ioppen, & inuenit nauẽ, quæ ibat Tharsis, & intrauit in illam vt fugeret præceptum domini. Dominus autem immisit ventum magnum in mare, & facta est tẽpestas magna in mari, & nauis periclitabatur conteri, & timuerũt nautæ, & clamauerũt vnusquisque ad Deum suum. Et Ionas descenderat in profundum nauis, & dormiebat. Et accessit ad eum gubernator dicens. Quid tu sopore deprimeris? Surge inuoca Deum tuum, si forte cogitet de nobis, & non pereamus. Et dixerunt adinuicem Mittamus sortem, & sciamus quare hoc malum sit nobis. Et miserũt sortem, & cecidit sors super Ionam. Et dixerunt ei. Indica nobis, quare hoc malum sit nobis? Quod est opus tuum? quæ terra tua? quo vadis? vel ex quo populo es tu? Et respõdit eis Ionas. Hebræus ego sum, & dominũ Deum cœli ego timeo, qui fecit mare, & aridam. Et indicauit eis, quod à facie domini fugeret. Et dixerunt ei. Quid faciemus tibi, vt cesset mare à nobis? Et tũc Ionas recognoscens peccatum suum, dixit eis, Tollite me, & proijcite in mare, Scio enim, quod propter me uenit hæc tempestas. Tunc nautæ soliciti euadere periculum, omnia vasa, quæ erant in naui proiecerunt in mare, & similiter proiecerunt ipsum Ionã. Sic ergo omnes istas operationes, quas isti fecerunt in aquis maris positi vt euadere possent, quia quilibet clamauit ad Deum suũ, sortes miserunt, omnia uasa proiecerunt, & finaliter ipsum Ionam proiecerũt in mare: Notans Psal. ex periculo nauis ait. *Qui descendunt mare in nauibus*, supple ipsi sunt facientes operationẽ in aquis multis. Per hoc vult Psal. ostendere, quã periculosum sit in mari huius mundi mẽte conuersari, quia tales operationes multas oportet facere in aquis multis, s. aduersitatũ, quia implicati mundo, semper solicitantur inter aduersa mundi, & operantur. Per mare enim mundus significatur. Et de periculis, vide versic. 653.

Ioann. 2.

Nauis exiguo ligno credunt homines animas suas.

Ionas i mare fuit proiectus.

Ion. 1.

Ipsi viderunt opera domini: & mirabilia eius in profundo. 1904

HIc ponitur periculum ex parte maris. Vbi aduertendum, quòd realiter in maris profundo mirabilia uidentur, quando nautæ quandoq; cautè siue studiosè descendunt sub naui, vel ad aptandum vel ad colligendum anchoras. Ibi enim sunt mirabiles species animalium. Propter quod dictum est Psal. 103. Hoc mare magnum, & spaciosum: illic reptilia, quorum non est numerus.

Dicunt

Dicunt ergò aliqui quod proiecto Iona in mare, statim facta fuit maris tranquillitas, quod nautæ uidentes admirati, aliquos miserunt in mare ut uiderẽt, quid de ipso Iona factum esset. Et tunc uiderunt mirabilia opera domini in profundo maris: quia, scilicet, uiderunt cetum grandem, qui Ionam sine aliqua læsione

Mirabilia iudicia Dei.

deglutiuit. Et hoc notans Psalmista, ait, *Ipsi*, scilicet, descendentes, *uiderunt opera domini* &c. Per hoc enim uult ps. ostẽdere quomodo in profundo maris huius sæculi Deus mirabilia operatur. Nõne mirabile est, quòd vnus homo bene viuat, & malè moriatur? Nonne mirabilius, quòd vnus sit in profundum maris huius mersus per uitia, & tamen quòd bene moriatur? Quæ tamen sæpe uide-

Greg. li. 29. mor. c. 9.

mus contingere, vt notat Greg. lib. 29. moral. cap. 9. vide vers. 1760. Nonne mirabilia in huius profundo maris operatur Deus? ut duo ex eisdem parentibus in eadem constellatione, eodemque tempore concepti, & nati, & tamen unus eorum inclinatur ad virtutes, alius ad ui-

Gen. 25.

tia? vt exemplũ patet de Iacob & Esau. Et de istis & consimilibus mirabilibus ait Psal. quòd ipsi, scilicet, qui descendũt per humilitatem considerando iudicia

G Dei, uiderunt opera domini & mirabilia

Mirabile quid dicitur multipliciter.

eius in profundo. Iob 5. Qui facit mirabilia absque numero. Et quotidie multa mirabilia Deus operatur. Vbi nota, quòd mirabile aliquid dicitur propter multa, quandoque propter nouitatem, vt in naturalibus insolita operatio, vt ꝙ de petra arida educatur aqua abundantissime, sicut Moyses fecit. Et de hoc Ec-

Eccl. 36.

cle. 36. Innoua signa, & immuta mirabilia. Quandoque propter raritatem, vt quòd homo magnæ potestatis sit humilis, quòd diues homo sit bonæ conuersa-

H tionis. Propter quod dicitur Eccles. 31. Beatus diues qui inuentus est sine macula, & qui post aurum non abijt. Quis est hic, & laudabimus eum? fecit enim mirabilia in uita sua. Quandoque propter naturalem contrarietatem, ut quia naturale est, quòd ignis ardeat apposito combustibili. Quod tamen non fecit in fornace tribus pueris. quod ignis ardeat in aqua, quod tamen fecit Deus. Vnde

Sap. 16.

Sap. 16. quod enim mirabile erat in aqua quç omnia extinguit, plus valebat ignis.

E Quæ tamen mirabilia in huius profundo sæculi Deus operatur spiritualiter in nobis, quoniam mirabiliter aquã educit de petra, quando cor peccatoris lapideum conuertit ad lachrymas per pœnitentiam. Diuites facit humiles, quia tyrannos, & principes mundi cõuertit ad fidem. Naturalem usum immutat quando sancti propter fidem seipsos ad supplicia tradunt. Et ista mirabilia videmus Deum facere sæpe.

Dixit, & stetit spiritus procellæ, & exaltati sunt fluctus eius. 1905

F

POnitur hic periculum ex parte venti, qui faciliter agitatur in mari. Hoc namque periculum realiter fuit in naui Ionæ. Nam vt dictum est vers. 1903. dũ Ionas intrasset nauem, dominus immi- *Iona 1.*

sit ventum magnum in mare, & facta est tempestas magna in mari. Quod notans Psal. ait. *Dixit*, scilicet, Deus, cuius dicere est facere, quia dixit, & facta sunt. Dixit ergo, ad cuius præceptum stetit spiritus procellæ. Spiritus namque idem est, quòd ventus. Ioan. 3. Spiritus vbi vult, *Psal. 32.*

spirat, &c. *Stetit ergo spiritus procellæ*, *Ioan. 3.*

idest, surrexit ventus procellosus. Vbi nota quòd cello, is, idem est quòd percutere, & componitur cum pro, & sit procello. vnde hæc procella, æ, idest, subita uis uentorum cum pluuia, quia procellat, idest, percutit. Quandoque *Procella*

dicitur procella eleuatio fluctuum ma- *quid.*

ris ex vi ventorum. Est ergo sensus. *Dixit, & stetit spiritus procella*, idest, ad præceptum domini surrexit uentus vehemens procellæ, idest, tanquam procella percutiens aquas maris, propter quam procellam cõturbatum est mare, & per consequens exaltati sunt fluctus eius. Per hoc autem vult Psal. ostendere, ꝙ *Aduersa &*

dominus quandoque mare huius mun- *pericula cõ*

di contra suos agitat aduersitatibus, vt *tra suos ex*

& sua uirtus aduersa placando, amplius *citat Deus*

cognoscatur. Sic enim fecit cęcum nasci *ad multa.*

à natiuitate, vt opera sua manifestaret in illo. Sic enim (vt habetur Marc. 4.) cum esset in naui cum discipulis suis, facta est procella magna, venti fluctus mittebant in nauì ut impleretur nauis. Et simile habetur Matth. 8. Et ecce motus *Matth. 8.*

magnus factus est in mari, ita ut nauicu-

la

Orige. la operiretur fluctibus. Vbi ait Orige. Hæc tempestas non ex se orta est, sed potestati paruit imperantis, quæ educit ventos de thesauris suis. Facta est autẽ tempestas magna, vt magnum opus ostẽderetur, quia quãto amplius fluctus nauiculæ irruebant, tanto magis discipulos timor conturbabat, vt plus desiderarent se liberari per miracula saluatoris. *Chry. in opere imperf.* Et ideo secundum Chrysost. postquam multa & magna operatus fuerat in terra, transiuit ad mare vt ibi excellentiora opera demonstraret, quatenus terræ marisque dominum se omnibus demonstraret. Hoc autem etiam ipse permittit, vt patientes deuotius ad orationem cõsurgant, quia aduersitatibus pressi deuotius ad orandum consurgunt. Quæ omnia in naui Ionæ apparuerunt. Ibi enim cognita fuit Dei potentia, quia proiecto Iona in mare, statim facta fuit tranquillitas magna. Propterquod (vt dicitur Ionæ 1.) stetit mare à feruore suo, & timuerunt uiri timore magno dominũ, & immolauerunt hostias domino, &c. Ibi etiam ad orationem surrexerũt, vnde, vt dictum est quilibet inuocabant Deum suum. Non ergo credas, quòd suos Deus aduersis agitari permittit, nisi quia illis ipsos, ad deuotionem excitat, & fidem. Et nota quòd in hoc q ait. *Exaltati sunt fluctus eius*, q fluctus habent tres conditiones, quibus tria significant. *Fluct⁹ multa significat.* Primò sunt instabiles, quia à ventis agitantur faciliter, & sic significãt mobilitatem conscientiæ peccatoris quæ nulla stabilitate fulcitur. *Iacob. 1.* Iacob. 1. Qui enim hæsitat, similis est fluctui maris, qui à uento mouetur, &c. Secundò sunt eleuabiles, quia in altum eleuantur ac deprimuntur. Psal. 92. Eleuauerunt flumina fluctus suos. Tertiò sunt formidabiles, vnde etiam & apostoli dum cum Christo essent in naui, uidentes fluctus maris, timuerunt ualde. Et sic significant diuinam iustitiam, quæ cuilibet redditur formidabilis. *Iob 31.* Iob 31. Quasi tumentes super me fluctus, sic timui dominum. Primi fluctus quietantur per animi constantiam. Ecclesi. 25. in fluctibus maris ambulaui. Secundi dissipantur per Dei potentiam. *Matth. 6.* Iob 38. Ibi confringes tumentes fluctus suos. Tertij mitigantur per satisfactionem & pœ-

A nitentiam. Psal. 88. Motum autem fluctuum eius tu mitigas.

Ascendunt vsque ad cælos, & descendunt usque ad abyssos; anima corũ in malis tabescebat. 1906

POnitur hic periculum ea parte fluctus maris, qui, scilicet, quando mare turbatur, de profundo maris in altũ aeris spacium ascendunt, & statim de alto descendunt in abyssum. Quod fuit in naui Ionæ. Nam ut dicitur Ionæ 1. Mare orta tempestate ibat, & intumescebat

B super eos. Quod notans Psal. de illis fluctibus, ait. *Ascendunt vsque ad cælos*, &c. Per cœlum enim intelligitur altum aeris spacium, ad quod aues ascendunt uolando, propter quod & dicuntur aues cęli. Per abyssum vero intelligit maris profunditatem inuisibilem nobis. *Luc. 8.* Vnde ex tali ascensu fluctuum & descẽsu illi, qui in naui erant, timebant mori. *Ascendunt superbi ad cælos sed descendũt ad infernum.* Nam ut habetur Ionæ 1. remigabant viri vt reuerterentur ad aridam, & non valebant, quia mare intumescebat super eos, & clamauerunt ad Deum, & dixerunt, quęsumus domine, ne pereamus, &c. Et hoc

C notans Psal. ait. *Anima eorum in ipsis tabescebat.* Per hoc vult ostendere Psalm. quòd superbi, qui in mari huius mundi ascendunt vsque ad cœlos per superbiã: trahuntur consequenter vsque ad abyssos, idest, vsque ad infernum per diuinã iustitiam. Sic fuit & de lucifero qui dixit. *Esa. 14.* In cœlum ascendam, &c. sequitur. Veruntamen ad infernum detracta est superbia tua. Et nõ immerito per abyssum significatur infernus, quia sicut abyssus, quos capit, retinet, sic & infernus quos semel cepit, amplius non relaxat. *Abyssus significat infernum.* Istum uersum exponit Gregor. de viris

D contemplatiuis, qui contemplatione usque ad cœlestia eleuantur, & inde tentati statim ad turpia cogitanda descendũt. *Contemplatiui ascendunt vsque ad cælos & descendunt ad abyssos.* Vnde exponens illud verbum, Iob 9. Cũ inuocantem me exaudierit, non credo quòd exaudierit me, dicit, Plerunque enim mens desiderio diuini amoris accẽditur, atque ad intuenda cœlestia subleuatur, ad summa iam rapitur, & perfecto desiderio compuncta ab infimis eleuatur, sed repentina tentatione percussa quæ intentione forti erecta in Deum

fuerat

fuerat abortis cogitationibus transfixa curuatur, ita vt seipsam discernere nesciat, atque inter uitia, virtutesque deprehensa, ex qua parte sit valentior, nō agnoscat. Nam sæpe ad hoc vsque perducitur, vt mirentur quomodo tam summa comprehendit, quam cogitatio illicita polluit. Et rursum quomodo illicitam cogitationem recipit, quam supra se valde fortior spiritus rapit. Quos alternantes cogitationum motus in animo bene per Psal. intuens ait. *Ascendunt usque ad cœlos, & descendunt usque ad abyssos.* Vsque ad cœlos quippe ascendimus, cum summa penetramus, sed vsque ad abyssos descendimus, cum repente a contemplationis culmine per turpia tentamenta deijcimur, &c.

1907 *Turbati sunt, & moti sunt sicut ebrius & omnis sapientia eorum deuorata est.*

OStendit hic periculum consequēs talem maris perturbationem exteriorem in tali commotione habitum. Nam, vt docet experientia ex maris cōmotione cerebru magitatur, stomachus perturbatur, & omnes uires sensitiuę debilitantur. Vnde quædam vertigo in capite generatur, sicut ebrijs accidere solet, propter quæ impeditur intellectus ab actu suæ virtutis intellectiuæ. Quamuis in ebrio maneat habitus artis vt puta habitus scribendi, tamen, quandiu durat talis commotio cerebri, atque vertigo, actum scribendi elicere non potest. Sic & de virtutibus moralibus, & intellectualibus, quia quāmuis maneant, & sic commoto, illarum tñ virtutum actus habere non potest. Sic enim accidit illis qui erant in naui cum Iona. Vnde & amisso actu sapientiæ, conabantur contra fluctus nauigare, cum magis fluctus sequi debuissent. Et hoc est quod notans Psal. ait. *Turbati sunt, & moti sunt sicut ebrius: omnis sapientia eorum deuorata est*, idest, omnis actus sapientiæ non habitus in eis perditus fuit. Aliqui autem textus habent: *omnis substantia deuorata est.* Et tūc hoc intelligitur, quia omnem substantiam, idest, omnes merces, omnia vasa quæ habebant in naui proiecerunt in mare, & sic a mari omnia consumpta

Actus virtutis perditur quandoque manente habitu.

E fuerunt. Communius autem habetur. *Omnis sapientia eorum deuorata est*, quia, scilicet, ipsi ab actu sapientiæ alienati fuerunt. Nec mirum, quoniam vt hic ait Gloss. tempore prosperitatis aliqui sapientes apparent, quando loquuntur, & quando legunt, sed adueniente tempestate, omnia consilia humana deficiunt, & quid agendum sit, nō vident. Propter quod dicitur *Omnes sapientia eorum deuorata est.* Vnde Apostolus ait: Supra modum grauati sumus, ita ut tæderet nos viuere, & ipsi in nobismetipsis responsum mortis habuimus, vt non simus fidētes in nobis. Orta enim maris tempestate quantumcunque se vertant, fluctus fremunt, tempestas sæuit, brachia deficiunt, quo prora impingatur, quo nauis impulsa dimittatur, à quibus saxis, ne pereat, refrenetur, omnino à rectoribus non videtur. Nihil ergo restat nisi clamare ad Deum vt dirigantur. Et nota quòd hic Psal. turbatum, & commotum comparat ebrio, quia omnia mala, quæ facit ebrietas, facit & commotio iræ. Ebrietas autem multa mala facit, propter quod maximè in prælatis, & principibus est uitanda.

Maris pericula.

2. Cor. 1.

F

Ebrietas multa mala facit.

G *Et clamauerunt ad dominum, cum tribularentur, & de necessitatibus eorum eduxit eos.* 1908

HAec secunda pars istius periculi, in qua suffragiū postulatur à Deo. Realiter enim illi, qui erant in naui cū Iona videntes se in periculo mortis, pro subsidio clamauerunt ad dominum, vnde Ionæ 1. dicitur. quòd orta tempestate timuerunt valde, & clamauerunt ad dominum suum, & iosra, clamauerūt ad dominum, atq; dixerunt, Quæsumus, domine, ne pereamus, Quod notans Ps. d. H *Et clamauerunt ad Dominum*, &c. Exponitur vt sup. ver. 1893. 1899. Per hoc vult notare Psal. quòd quādoq; Deus immittit aduersa, vt ad ipsum per deuotā orationem clamare cogamur. Ista enim ratione (vt habetur Matth. 8.) dum esset in nauicula cum discipulis suis, commoto mari, ipse Iesus dormiebat, vt discipuli cogerentur ipsum excitare. Vnde Chrys. ibi assignat duas rationes, quare mare tunc commouit, & dormiebat. d.

Chry. in opere imperf.

Beneficia in propria personaplus mouēt, quā in aliena.

Quia

Quia enim uiderat apostoli alios Christi beneficia recepisse, non autem similiter quis æstimat, quæ in alienis corporibus fiunt, & quæ in seipso, ideo oportuit per familiarem sensum eos potiri beneficij Christi, & ideo voluit hanc fieri tempestatem, ut per liberationem manifestiorem accipiant beneficij sensum, sed vt daret tempus formidini, ipse dormiebat. Si enim eo vigilante, facta esset tempestas, vel non timuissent, vel nõ rogassent. Et quia ideo dormiebat, accesserũt ad eum, & suscitauerunt eum, dicentes, Domine, salua nos perimus. Et sic aduersa ad Deum per orationem nos redire cogunt. Psal. 77. Cum occideret eos, quærebant eum, &c. & Psal. 82. Imple facies eorum ignominia, & quærent nomen tuum, domine.

Aduersa ad orationem inducunt.

1909 *Et statuit procellam eius in auram, & siluerunt fluctus eius.*

PONitur hic adiutorij impetratio, & consequenter ex impetrato adiutorio exultatio, ibi. *Et lætati*, Quantum ad primum, vt habetur Ionæ 1. facto clamore ad Deum, & proiecto Iona in mare, statim tempestas maris cessauit, vnde dicitur ibidem. Clamauerunt ad dominũ, tulerunt Ionam, & proiecerunt in mare, & stetit mare à feruore suo. Quod nũc ostendit Psal. d. *Et statuit procellam eius in auram*. Aura enim dicitur leuis motus aeris quo aer non tempestuos è, sed dulciter mouetur, & leniter. Et sic procella, ac tẽpestuosi fluctus maris in aurã sunt conuersi. Cõsimile dicitur Matt. 8. Quia cum discipuli essent cum Christo in naui, & tempestas magna esset, Christus à discipulis inuitatus surgens imperauit uentis, & mari, & facta est tranquillitas magna. Per hoc vult Psal. ostendere, quòd Christus est æqualis patri ratione suppositi, quia quod hic dicitur de patre, quòd statuit procellam eius in aurã, Christus adimpleuit, quando imperans mari, & ventis tranquillitas magna facta est in mari. Vnde Chrysostom. super Matth hoc inducens ait. In hoc enim quòd Christi imperio omnis subito soluta est tempestas, sic quòd neque semita quidem turbationis aquarum remansit: quod quidem extraneum erat, Cum naturaliter maris fluctuatio terminatur,

Mare tranquillatur à Christo miraculose.

A naturaliter maris fluctuatio terminatur, vsque ad multum tempus aquæ concutiuntur, sed hic simul omnia soluebatur. Vnde quod de patre prædixit Psal. dixit, & stetit spiritus procellę, & statuit procellam eius in auram, hoc Christus opere adimpleuit, solo enim verbo mare sedauit, & refrenauit. In hoc etiã prouidebat Psalm. ad tempestuosas procellas, & fluctus persecutionum, quas mare huius mundi in primitiua ecclesia cõtra Christum, & eius ecclesiam per tyrannos, & principes excitauit. Hæc omnia Christus verbo suæ prædicationis per Apostolos suos placauit. Quod notans

B Greg. super illo verbo Iob 9. Qui graditur super fluctus maris, ait. Quid enim maris nomine nisi in bonos sæuiens mũdi huius amaritudo signatur? De quo per Psal. dicitur. Congregans quasi in vtre aquas maris. Aquas enim maris quasi in vtre congregat, cum miro moderamine cuncta disponẽs in suis clausas cordibus carnalium minas frenat. Super fluctus ergo maris dominus graditur, quia cum se procellæ persecutionis erigunt, miraculorum eius obstupefactione frãguntur. Qui enim tumores humanæ ve-

C saniæ mitigat, quasi erectas in cumulo vndas calcat. Nam cum morem suũ gentilitas destrui nouæ conuersationis prędicatione conspiceret, cum mundi huius diuites elationi suæ contraire uiderent facta pauperum, cum sapientes sæculi aduersari sibi imperitorum verba pensarent, in persecutionis protinus tẽpestate intumuerunt. Sed qui verborum aduersitate commoti ad persecutionis procellas insiliunt, signorum vt diximus admiratione temperantur. Tot ergo in istis fluctibus Dominus gressus posuit, quot superbis persecutoribus miracula

D ostendit. Vnde bene rursum per Psal. dicitur, Mirabiles elationes maris, mirabilis in altis dominus. Quia contra electorum vitam ad persecutionis undas mundus se mirabiliter extulit, sed has supernorũ conditor subleuata uirtute prædicantiũ, mirabilius strauit. Ministros etenim suos plus ostendit posse per miracula, quàm potestates terrenę tumuerãt per iram. Et hoc est, quòd nunc Psal. prę uidens ait. *Et statuit procellam eius in aurã, & siluerunt fluctus eius*, s. mũdi maris,

Greg. lib. 9. mor. c. 5.

Psal. 32.

Persecutiones ecclesiæ per tempestatem maris significatas Dominus placauit.

Psal. 92.

Et

1910 *Et lætati sunt, quia siluerunt, & deduxit eos in portum uoluntatis eorū.* E

Ponitur hic consequenter exultatio impetrati adiutorij. Naturaliter.n. quantum malum turbat, tantum lætificat ablatio, vel terminatio mali. Et sic quàm turbati, & cōmoti fuerunt existentes in naui, cum Iona exorta tempestate, tantum læti fuerunt in eius sedatione. Vnde vt habetur Ionæ 1. Ex lætitia immolauerunt hostias domino, & vouerunt vota, & sic peruenerunt tranquillè ad portum voluntatis eorum. Per hoc vult Psalm. ostendere, quòd per aduersa præsentis vitæ, Dominus electos suos deducit ad portum salutis æternæ. Similiter & Ionam deduxit ad portum suæ voluntatis, quia quando Ionas fuit proiectus in mare (vt habetur Ion. 2.) Dominus parauit piscem grandem, qui deglutiuit Ionam. Et erat Ionas in ventre ceti tribus diebus, & tribus noctibus, & euomuit Ionam in aridam. Et sic iuit ad locum, quem præceperat illi Deus, scilicet, in Niniuem ad prædicandum pœnitentiam. Nota quòd in beneficijs & donis Dei spiritualibus lætari debemus, & non in rebus temporalibus. Et quæ sit lætitia mundi, & quæ iustorum, vide versicul. 155. Item nota quòd iusti lætantur in multis, versic. 479. Item quòd lætitiā mundi ducit ad interitum & mortem, sed lætitia in Christo ad uitam æternam. versic. 1666. F

Per aduersa huius uita dominus electos ducit ad portum salutis.

1911 *Confiteantur dn̄o misericordiæ eius: & mirabilia eius filijs hominum.*

Hic ex prædictis Deus laudatur, & consequenter modus laudis ostenditur, ibi, *Et exaltent.* Quantum ad primum expone ut supra versic. 188. 1895. Si autem hoc intelligatur de confessione criminis, tunc circa illam vltra cōditiones alibi positas, nota quòd confessio debet esse debita, scilicet, debito facta confessori, quia non omnis habet potestatem absoluendi sacerdos, quāuis quilibet habeat ecclesiæ claues ordinis, nō iurisdictionis. Solus enim summus pontifex habet claues iurisdictionis plenariæ super omnes, & in omnibus casibus. Alij autem sacerdotes hoc habent ex cō- H

Confessio debitum; confessorem debet habere.

missione super illos, quos Papa in hoc illis subditos fecit, & solum in illis casibus, quos tales illis uoluit subijci. Et hinc est, quòd vnus curatus habet claues ligandi, non quidem super omnes homines ciuitatis, quia Papa non subiecit omnes ei, sed solum illos de cura sua. Nec etiam in illis habet potestatem in omnibus casibus, sed solū in certis, quia aliquos retinet sibi Papa, aliquos episcopus, &c. Est ergo confessio debita, quando peccatum confitetur illi, qui potestatem habet iurisdictionis supra confitentem, & supra casum, de quo confitetur.

Et exaltent eum in ecclesia plebis, & in cathedra seniorum laudent eū. 1912

Ostendit hic modum, quo Deus est laudādus, vt scilicet, laudetur vniuersaliter ab omnibus tam subditis quā prælatis, & rectorib. Vnde per ecclesiam plebis intelligit subditorum congregationem, quoniam ecclesia est communis locus, in quo plebs conuenit ad orādum. Psalm. 67. In ecclesijs benedicite Deo domino de fontibus Israel. Qualiter autem ecclesia differt à synagoga, vide versic. 1406. Sed per cathedram seniorum intelligit præsidentes, & prælatos, qui alios habent regere. Vnde hic ait Gl. *Laudent eum in ecclesia plebis*, idest laudent eum populi minores, qui reguntur. *Et in cathedra seniorum laudent eum*, idest, laudent eum seniores, & prælati, qui alios regunt, & docent. Qualiter autem Deus exaltetur à nobis vide vers. 69 Nota quòd multiplex est cathedra, in qua Deus debet laudari, & una, quæ est maligna, quæ debet exterminari. G

Cathedra multiplex.

Posuit flumina in desertum, & exitus aquarum in sitim. 1913

Ponitur hic quintum periculum, quod fuit sterilitatis patriæ, ex carentia pluuiæ. Et primò ponitur terræ siccitas, secundò terræ sterilitas, ibi, *Terram fructiferam*, tertiò terræ reddita fertilitas, ibi, *Posuit desertum.* Quantum ad hoc sciendum quòd Psal. istam terræ sterilitatem applicat ad sterilitatem, quæ fuit in regno Israel tempore Heliæ prophetæ ex nimia siccitate terræ sub rege Achab

Pluuia tempore Helia cessauit tribus annis, & sex mensibus.

Achab: de qua habetur 3. Reg. 17. quando, scilicet propter peccatum Achab regis Israel ad orationem Heliæ clausum est cœlum annis tribus, & mensibus sex, quibus non pluit super terram, scilicet, illius regni, unde propter siccitatem terra facta est sterilis. Et hoc est, quod commemorans Psalm. dicit. *Posuit flumina in desertum*, scilicet, illa deficcãdo ab aquis fecit deserta. Sicut enim ex pluuijs augẽtur torrentes, & flumina, sic ex defectu pluuiarum minorantur, & aliquãdo desiccantur totaliter, similiter & fontes, ex quibus oriuntur flumina. Et hoc est, quod ait, *Posuit flumina in desertum*, scilicet, illa exiccando. *Et exitus aquarum*, idest, fontes unde scaturiunt aquæ in sitim, idest, in siccitatem, sicut dicimus ꝙ terra sitit quando est sicca. Per hoc vult Psal. ostendere, quòd synagoga Iudæorum, quæ gratijs abundare solebat, in aduentu Christi priuaretur, & à gratia Dei maneret aliena, vnde ait. *Posuit flumina in desertum*, idest, Iudæos, qui ad modum fluminum gratijs abundare solebant, vbi erant doctrinæ, vbi currebãt prophetæ, posuit in desertum, quia ibi iã non est propheta, non fides Christi, non sacerdos, non sacrificium, nec templum vt ait Glo. Et hoc idem alijs verbis exprimit, dicens, Posuit exitus aquarum in sitim, idest, Iudæos, vnde alijs manabãt aquæ doctrinæ, posuit in sitim, idest, sine aqua doctrinæ atque gratiæ. Nota, quod non immerito per aquam intelligit diuinam gratiam, qua Iudæi sunt expoliati propter suam incredulitatem, quoniam ipsa gratia ad modũ aquæ purificat maculam deformantem, refrigerat fomitem ardescentem, viuificat animam morientem, &c.

Iudæi gratia Dei sunt priuati.

Aqua significat gratiã.

Aqua ascẽdit quando que vsque ad talos, vsque ad genua, vsque ad renes.

1914 *Terram fructiferam in salsuginem: à malitia inhabitantium in ea.*

HIc consequenter ponitur terræ sterilitas propter penuriam aquæ. Quoniam terra Israel, quæ lacte, & mel le manare consueuerat, ad tantam sterilitatem peruenit tempore ipsius Achab, deficiente pluuia, quòd nec modicam herbam pro equis, & iumentis saluandis reperire poterant. Vnde ut habetur. 3. Reg. 18. Achab præ penuria herbarum dixit ad Abdiam dispensatorem domus suæ. Vade ad vniuersos fontes aquarum & ad vniuersas valles, si forte inuenire possimus herbam, & saluare equos, & mulos nostros. Et ista tanta sterilitas terræ fuit propter cessationem pluuiæ, quã impetrauit Helias propter peccata ipsius Achab regis, & Iezabel reginæ. Et hoc est, quod notans psal. ait: *Quia Deus posuit terram fructiferam in salsuginem*, id est, posuit terram illam, quæ prius faciebat fructus vberes, in sterilitatem. Sal enim in terra positum facit terram sterilem, quia desiccat, & consumit humorem terræ. Et causam subdit, dicens, *A malitia habitantium in ea* idest propter malitiam, & peccata Achab regis, & Iezabel reginæ. Per hoc vult Psal. ostendere, quòd terra, idest, natio Iudæorum quæ prius electa fructus meritorum solebat producere, & bonorum operum, propter ipsorum malitiã sterilis est effecta à bonis operibus. Vnde Gloss. *Posuit terram fructiferam in salsuginem*, id est, Iudæam, quæ prius bona opera faciebat, posuit sterilem à bonis operibus, quia sine fide impossibile est placere Deo. Salsus enim humor vbi dominatur, tollit fœcunditatem. Et hoc secundum malitiam habitantium in ea, scilicet, sacerdotum, scribarum, & pharisæorum, qui in ea dolosis mentibus dominabantur. Ex quo habes, quòd propter peccata principis multoriens punitur populus. Sic enim propter Dauid numerantis populum puniti fuerunt subditi, unde vt habetur 2. Reg. vltim. infra tres dies mortui sunt peste angelico ministerio septuaginta milia uirorum. Et hic nota, quod sicut sal facit sterilitatem terræ, sic malitia sterilitatem mentis inducit, quoniam ipsa malitia in homine maliciosa est rectæ rationis peruersiua, humanæ cõuersationis turbatiua, & in proprium auctorem reflexiua.

Sterilitas terræ tempore Heliæ.

Iudæi steriles sunt effecti.

Punitur populus propter peccato domini.

Malitia multa mala facit.

Posuit desertum in stagna aquarũ, & terram sine aqua in exitus aquarũ. 1915

POnitur hic terræ reddita fertilitas. Sicut enim Helias sua oratione clausit cœlum, & non pluit tribus annis, & sex mensibus, sic & consequenter sua oratione aperuit cœlum, & cęlum dedit pluuiam 3. Reg. 17.

pluuiam suam,& sic terra,quæ facta fue
rat ex siccitate sterilis,adueniente plu-
uia,fructificauit,vt dicitur Iac.5.Et cir-
ca hoc multa ostenduntur,primò sequi
tur terræ irrigatio, secundò terræ deser
tæ inhabitatio, ibi, *Et collocauit*, tertiò
terræ fructificatio, ibi, *Et seminauerunt*,
quartò bonorum multiplicatio,ibi. *Et
benedixit eis*. Quantum ad primum ad
orationem Heliæ apertum fuit cœlum,
& terra dedit pluuiam. Nam vt habetur
3.Reg.18. Postquam cœlum clausum
fuerat tribus annis,& sex mensibus,He
lias qui tẽpore illo fugerat à facie Achab
ex præcepto domini seipsum Achab præ
sentauit,& dixit ipsi Achab. Ascende,
quia sonus pluuiæ est.Helias autẽ ascen
dit in verticem montis Carmeli, & di-
xit ad puerum suum:Respice contra ma
re. Qui respiciens dixit. Non est quic-
quam.Et rursum ait illi.Respice septem
vicibus,In septima autem vice uidit ne-
bulam paruulam quasi vestigiũ hominis
ascendentem de mari. Et tunc dixit ad
Achab. Iunge currum tuum, & descen-
de,ne occupet te pluuia. Et ecce cœli
contenebrati sunt,& nubes & ventus, &
facta est pluuia grandis,ita q̃ terra,quæ
prius erat sicca, aquis sufficienter com-
pluta fuit. Et hoc in breuibus recitans
ps.ait. *Posuit desertum in stagna aquarũ*,i.
terram prius desertam aquis,& desicca-
tam,posuit in stagna aquarum,s. dando
pluuias,in tanta abondantia,vt in statũ
pristinũ reducerentur fontes,&flumina.
Et hoc idem alijs verbis exprimit.d. *Et
terram sine aqua*, i. quæ prius erat sine
aqua,posuit in exitus aquarum, sic.s. q̃
aqua exibat de fontibus & replebat flu-
mina vt prius. Per hoc.n.vult Psal. ostẽ
dere q̃ per aduentũ Christi gentilitas,
quæ erat deserta,& sine aquis gratię,vel
diuinæ sapiẽtię exiccata,aquis gratiarũ,
& sciẽtiæ Dei fuit irrigata,& fertilis ef-
fecta.Et istum intellectũ ponit hic Gl.d.
Posuit desertum in stagna aquarum,i.
gẽtes desertas aquis gratiæ irrigauit, vt
velut in stagno in eis manerẽt aquæ gra
tiarum. Et repetit idem.d. *Et terram*,s.
quæ prius erat sine aqua in exitus aqua
rum,vt.s. ab ipsis alijs emanent aquæ vi
uæ gratiarũ.Per aquã ergo intellige gra
tiam vt vers.1913.Vel per aquã intellige
sapientiã fidei salutarẽ,quæ data est gen

Gẽtes aquã gratiæ & scientiæ perceperunt.

Glossa.

E tibus per Christi aduentũ. Nec mirũ,q̃
per aquã significatur fidei sapiẽtia salu-
taris,si consideres, q̃ aqua habet superfi
cialẽ continuationẽ,summã humectatio
nem,& figuralem repræsentationẽ, &c.

Aqua significat sapientiam Dei.

1916 *Et collocauit illic esurientes, & consti
tuerunt ciuitatem habitationis.*

CONsequenter hic ponitur terræ
prius derelictæ inhabitatio.Verisi
mile est enim,quòd propter prædictam
siccitatem & sterilitatẽ terrę regni Is-
rael, multi inde ad alias partes recesse-
F rint fertiles, vt viuere possent. Sicut &
Israel quandoque cum omnibus suis in
trauit in Aegyptum ad habitandũ pro-
pter sterilitatem terræ Chanaan, vt ha-
betur Gen.46.Et per consequens multa
loca deserta remanserunt inhabitata.
Sed consequenter adueniente pluuia, &
terræ fœcunditate,ad proprias mansio-
nes inhabitandas reuersi fuerũt. Et hoc
notans Psal.d. *Et collocauit illic esurien-
tes*,scilicet Deus,restituendo pluuiam il
luc induxit vagos esurientes,& ciuitates
prius desertas inhabitauerunt, *Et consti-
tuerunt ciuitatem habitationis*. Per hoc.n.
G vult Psal. ostendere, quòd Christus in-
carnatus,gentes,quæ prius esuriebant,
quia cibo verbi Dei carebant, ad fidẽ vo
cauit,ex quibus ciuitas ecclesiæ est con
stituta. VndeGl. *Et collocauit illic*,scilicet
in gratia fidei, *esurientes*,idest, gentiles,
qui auidè verbum Dei reciperent: *Et
constituerunt ciuitatem habitationis*, scili-
cet, ecclesiam diuinis obediendo præce
ptis. Potest etiam hoc & melius intel-
ligi de Apostolis, quos primò in fide
Christus collocauit, vt ciuitatem eccle-
siæ suis prædicationibus ex vtroque po
pulo fabricarent. Ipsa namque ecclesia
H dicitur ciuitas,versicul.461.758.775.Et
hæc fundata fuit per Apostolos, versi-
cul.1474.1475.

Ecclesia dicitur ciuitas.

1917 *Et seminauerunt agros, & plantaue-
runt uineas, & fecerunt fructum
natiuitatis.*

HIc ponitur terrę fructificatio,quia
scilicet, isti reuersi post datam plu
uiam terram suã,quæ prius inculta fue-
rat, incœperunt colere, & vineas plan-
tare.

tate. Et tandem terra sic culta, & plãtatę vineę fecerunt fructum natiuitatis, i. naturalem, & bonum. Quando enim terra diu quieuerit à cultura, si postea colitur, meliores & vberiores fructus producit. Per hoc vult psal. ostendere ꝙ gentiles, qui prius absque rore gratiæ erant aridi: postquam compluti fuerunt aqua salutaris sapientiæ, ipsi verbum Dei per agrum mundi prædicando seminauerũt: & fructum multum attulerunt, alios ad fidem conuertendo: sicut fecerunt Dionysius, Augustinus, Ambrosius, Hieronymus, & Gregorius, de gẽtilibus ad fidem conuersi. Ecclesia enim quandoq; in scriptura dicitur ager. Matth. 13. Simile est regnum cœlorum thesauro abscõdito in agro, &c. quandoque dicitur vinea. Matt. 20. Simile est regnum cœlorum homini, qui exijt primo mane conducere operarios in vineam suam. Vel hoc intellige de Apostolis, qui uerbum Dei per totũ orbem etiam vsque ad mortem certãtes fideliter seminauerunt: de quibus Psal. 125. Euntes ibant, & flebant mittẽtes semina sua. Ipsum enim agrum totius mundi per duodecim partes diuisum semine verbi Dei impleuerũt, ut puta Petrus seminauit in agro Italiæ. Ioannes Græciæ. Matthæus Aethiopię, Bartholomæus Indiæ: & sic de singulis, & fructum plurimũ domino fidelium attulerunt, eis dicente Christo. Ite prædicate euangelium omni creaturæ, &c. Vel secũdum Glo. seminãt agros, plantant vineas, qui corpora sua cœlesti institutione purificant: vt fructus bonorum operum ferant. Vnde hic nota, ꝙ ager mysticus in scriptura est multiplex, scilicet, ager vniuersalis ecclesiæ meritorum productiuus, &c.

Semẽ verbi Dei per gẽtiles & Apostolos fuit seminatũ.

Matth. vlt. Glossa.

Ager multiplex.

Ager dicitur ecclesia

1918 *Et benedixit eis, & multiplicati sunt nimis: & iumenta eorum non minorauit.*

HIc ponitur bonorũ per benedictionem Dei multiplicatio. Quia, s. in regno Israel reddita fertilitate terræ per Dei gratiam, & benedictionem, multum fuerunt multiplicati & in hominibus, & in iumentis. Et per hoc vult ostendere psal. quomodo ecclesia per verbum prædicationis Apostolorum, qui agrũ mundi fide seminauerunt; mirabiliter & subito augmẽtata fuit & merito, ac numero. Quod totum fuit: non principalius virtute Apostolorum: sed uirtute benedictionis diuinæ. Sicut etiam in carnali generatione uirtute verbi Dei, quo primis parentibus benedicens, dixit: Crescite, & multiplicamini, & replete terram: homines mirabiliter cito fuerunt multiplicati: mediante tamen humano opere. Sic & in generatione spirituali, mediãte Apostolorum prædicatione: principaliter tamen virtute benedictionis diuinæ multiplicati sunt. Et hoc est quod ait: *Et benedixit eis, & multiplicati sunt nimis*, id est, multum, sicut alibi dicitur: Nimis honorati sunt amici tui, Deus: nimis confortatus est, &c. Vide de nimis quomodo dupliciter accipitur versi. 1607. 1645. *Et iumenta eorum non minorauit*. Et nota, ꝙ iumentum quandoque significat prædicatores, & prælatos: quia iuuant, & aliorũ onera sustinent, & sic coadiutores Dei dicuntur. psalm. 72. Vt iumentum factus sum apud te: & ego semper tecũ. Et hoc est magnæ dignitatis onera Christi portare, imo potius ipsum Christum per patientiam. Vnde de isto iumẽto dicit Bernard. super illo uerbo psalm. 48. Homo, cum in honore esset, non intellexit: comparatus est iumentis, &c. Quid tantopere propheta plangit in homine similitudinẽ iumentorum: præsertim qui alio loco de se loqui uidetur, & dicere. Vt iumẽtum factus sum apud te, &c. Scio aliquã similitudinem iumẽtorum, & hominum commendati, s. patientiæ, & mansuetudinis. Neque enim plangentis vox videretur si diceret, homo, cum sub Dei honore esset, non recalcitrauit: ut iumentum factus est apud eum. Quis nõ illi iumento plurimum inuideret, in cuius humili tergo saluator sedere dignatus est? si cum illius tam preciosi oneris intelligẽtia quoque tam singularis honoris habuisset. Vt iumẽtum ergo esto: non tam iumentum quidem patienter sustinens onus, sed et honorem intelligens sapienter, & delectabiliter cogitãs tã ipsius oneris dignitatẽ quam propriã utilitatẽ. Népe gestare eũ, cui seruire regnare est, non oneris est: sed honoris, &c. de istis iumentis dicitur, Interroga iumenta, & docebunt te. Quandoque verò iumentum significat simplices, & inferiores, qui

Benedictio Dei multiplicat tẽporaliter & spiritualiter.

Gen. 1.

Iumentum multiplex.

Iumentum dicitur prædicator & quilibet prælatus virtute patientia

iumenta dicuntur: quia superiores in těporalibus iuuant, sicut à superioribus iuuantur in spiritualibus. Et in ipsorum cōparatione prælati, & prędicatores dicuntur homines. Ps. 35. Homines, & iumenta saluabis. Quandoq; iumětum significat peccatores, q vt iumětum in stercoribus iacent peccatorum. Iohel 1. Cōputruerunt iumenta in stercore suo. Hic ergo cum dicitur, quod Deus iuměta eorum nō minorauit: de duobus primis generibus iumentorū intelligit. Itě nota, q̃ bñdictio Dei valet ad multa. vers. 1444.

1919 *Et pauci facti sunt: & vexati sunt à tribulatione malorum, & dolore.*

HIc ponitur sextum periculum: qđ fuit interioris diuisionis, & discordiæ. Hic. n. loquitur de dissensione, & discordia orta in populo Dei, quãdo Moyses misit duodecim principes, scilicet, de qualibet tribu vnū principem ad explorandum terram promissionis: qui cum reuersi fuissent, dixerūt populo, q̃ impossibile foret populo illam acquirere, propter quod populus in seditionem versus fuit cōtra Moysen, vt habetur Num. 14. Circa istud seditionis periculum, primò ponitur eius narratio: secundò ex omnibus prædictis gratiarum actio, ibi, *Videbunt*, tertiò ad cōsiderandum pdicta omniū excitatur intentio, ibi, *Quis sapiens.* Circa primū tria facit, quia ponitur primo populi turbatio: secundo principum punitio: ibi, *Effusa est*, tertiò humilium directio ibi, *Et adiuuit pauperem.* Quantum ad primum sciendum, q̃ istæ primæ tres partes satis patere possunt ex dictis versi. 1884. & infra: quia ibi istud periculum tractatū est. Melius ergo exponitur de discordia in populo orta contra Moysen per Dathan, Chore, & Abirō, de qua habitum est supra ver. 1850. Sciědum est ergo, q̃ cum Chore, Dathan, & Abiron cùm ducentis quinquaginta alijs viris de maioribus insurrexissent cōtra Moysen, nolentes, q̃ ipse populum regeret: diuino iudicio primò oēs, qui erant cū Chore, igne diuino interfecti fuerunt: & consequenter Dathan, & Abiron cum omni sua familia à terra fuerunt absorpti, vnde in summa ceciderunt de illis quatuordecim milia 950. hominū, vt habetur Num. 16. & 17. Et sic de complicibus ipsorū pu

Contětio exploratorum.

Num. 16.

E niti remanserunt. Ex quo omnis multitudo turbata fuit, vnde vt dicitur, Num. 17. Murmurauit oīs multitudo cōtra Moysen dicěs, Vos interfecistis populū domini. Et hoc est, q̃ notans Psal. ait. *Et pauci facti sunt.* s. illi qui erant ex parte Chore, Dathan, & Abiron, quia, scilicet tot milia mortui sunt. Ex quo alij hoc videntes vexati sunt à tribulatione, & dolore, scilicet malorum, quia videbant, scilicet tantum de populo interfici. Per hoc vult Psal. ostendere, q̃ insurgentes cōtra ecclesiam hæretici, & schismatici à veris catholicis superati ad paucum numerū du

F cerětur, respectu catholicorū, vnde Glo. *Et pauci facti sunt*, quia oēs diuisi ab vnitate fidei. s. hæretici, qui cum catholicis communia habent sacraměta & speciem pietatis: pauci sunt, non tam meritis quã numero. Vel per oppositum potest intelligi, q̃ quia in ecclesia sunt boni mixti cum malis, & mali multiplicãtur: & semper bonos persequuntur: ideo ipsi boni pauci facti sunt, & vexati à tribulatione & dolore malorū. s. per malos illata. Sic enim p multos mali intelligūtur, sed boni per paucos: Matth. 20. Multi sunt vocati: pauci verò electi, vide vers. 895.

Pauci sunt boni & multi mali, & econtrario.

Glossa.

G *Effusa est cōtětio super principes eorū: et errare fecit eos i inuio, et nō in uia.*

OStenditur hic principum cōtětio, quia, vt dictum est, principes populi, s. Chore, Dathã, & Abiron cōtra Moysen, & Aaron, quia à Deo instituti erant principes populi, contendere cœperunt, volentes dominari ipsi in populo. Vnde cum Moyses vocasset eos, ipsi contětiosè responderunt: dicentes, Non ueniemus. Nunquid parū tibi est, q̃ nos eduxisti de terra Aegypti, quæ lacte, & melle manabat: an ět oculos nostros vis eruere? Nō

H veniemus. Et hoc est, q̃ ait. *Effusa est contentio super principes eorum.* s. eorū aduersus Moysen, & Aaron. Et propter tales cōtentiones, & cōsimiles Deus fecit eos errare in inuio. i. in deserto, quod erat in uiū, & non in via: quia non posuit in viã rectam eos propter ipsorum peccata: sed errare fecit eos per desertum circumeundo p annos quadraginta, donec oēs morerentur, qui exierãt de Aegypto ab annis viginti, & supra, vt habetur Num. 14. Et sic dū essent in inuio & nō in via, s. in

Contentio Dathan & Abiron, & Chore cōtra Moysen. Num. 16.

Inuium dicitur desertū i dest sine via.

deser-

deserto: errare fecit eos, vide versi. 1884. A

Hæreticorũ contẽtio & superbia. Per hoc vult Psal. ostendere, ꝙ Deus iusto iudicio errare à via veritatis fecit hæreticos: quia contẽtiosè cõtra ecclesiam se erexerunt, in ecclesia quærentes habere primatum. Sed ex hoc ipsi magis contempti fuerunt. Vnde hic ait Glo. *Glossa.* *Effusa est contentio super principes eorum*, scilicet, hæreticorum, i. super hęresiarchas, & magistros hæresum. unde reprobati sunt ab ecclesia: & magis contempti sunt: qa principes esse voluerunt. *Osee 8.* De quibus dñs per prophetam ait, Ipsi regnauerũt, & nõ ex me: principes extiterunt, & non cognoui, vnde *errare fecit eos* ipsos, s. sibi relinquẽdo, sicut dr Ro. 1. Tradidit eos Deus in reprobum sensum, &c. B Boni enim positi sunt in via recta, vt vadant in ciuitatẽ cœlestem: superbi verò à Deo relicti, in inuio extra viam sunt positi. *Cõtentio uitiosa.* Et nota, ꝙ licet sit multiplex contentio in scriptura, quædam virtuosa, & quædam vitiosa: hic solum agitur de contentione vitiosa, quæ est contentio iniquitatis, & malitię, atque discordiæ.

1921 *Et audiuit pauperem de inopia: & posuit sicut oues familias.*

POnitur hic humilium directio. In illa. n. plaga, quando percussi fuerunt C *Num. 16.* Chore, Dathan, & Abiron: solum superbi, & præsumptores ceciderunt, humiles uerò non contradicentes directi fuerũt, & terram promissionis intrauerunt. Et hoc est ꝙ ait Psal. *Et audiuit pauperem de inopia*: quia, s. illos humiles, qui intrauerunt terram promissionis, ditauit bonis gentium. qui terram promissionis habitabant: quas ingressi exterminauerũt, & ipsorum bona possederunt, quos non solũ multiplicauit diuitiis temporalibus, sed filijs ipsos mirabiliter multiplicando. Et hoc est, ꝙ ait, *Et posuit sicut oues familias.* D Ouis. n. est animal, quod multum fœcunditate multiplicatur. *Ecclesia per secutionibus crescit.* Per hoc vult Psalm. ostendere, quod dissipatis hæreticis, Deus suos fideles adiuuat, & multiplicat. Et quanto fideles plus impugnantur: tanto amplius crescunt. Et sic dũ cõtra fideles crescit contentio impugnantium: dilatatur ecclesia, vide vers. 22 t. 448. Ponit autem Deus sicut oues familias, quilibet enim electus est de familia *Ioan. 14.* Dei. Istos autem per distinctos gradus collocat in patria: quia diuersæ, & multæ mansiones sunt in domo patris mei. Sed quia nullum ad suam familiam admittit, nisi sit innocens: ideo dicitur, ꝙ ponit sicut oues familias. *Adiuuat Deus pauperes & patiẽtes.* Et nota quòd Deus maximè pauperes adiuuat: quia isti à mundo premuntur. Si enim homo iustus dici non potest, si pauperes iniustè oppressos nõ adiuuat, quos adiuuare potest: quomodo Deus iustus diceretur, si pauperes oppressos non adiuuaret? *Psal. 9.* Propter quod de ipso dicitur. Factus est dominus refugium pauperi: adiutor in opportunitatibus in tribulatione.

Videbunt recti, & lætabuntur; & omnis iniquitas oppilabit os suum. 1922

HIc ex prædictis concludit lętitiam iustorum, & gratiarum actionem. *Lætãtur iusti in omnibus operib. Dei, mali tristantur.* Iusti enim gaudent de omni opere Dei tam iustitiæ, quàm misericordiæ, vnde etiam beati videntes supplicia damnatorum quæ sunt opus diuinæ iustitiæ, lætantur. Psal. 57. Lætabitur iustus, cum uiderit vindictam. Lætantur de præmiatione bonorum: quod est opus misericordiæ. Psal. 5. Lætentur omnes qui sperant in te: quoniam tu benedices iusto. Et de istis duobus dicitur simul. Psal. 66. Lætentur & exultent gentes: quoniam iudicas populos in æquitate. Et hoc quo a d opera iustitiæ. Et gentes in terra dirigis: quo ad opera misericordiæ. Cum ista duo genera operum Dei sint tractata superius, scilicet, quòd malos per iustitiam punit, ibi: effusa est cõtentio sup principes, &c. & quòd bonos adiuuat per misericordiã, ibi: & audiuit pauperem de inopia, sequitur quòd iusti ista videntes opera, lætantur in patria. Quod notans Psal. ait. *Videbunt, & lætabuntur.* Sed econtra mali, & peccatores de omni opere Dei dolebunt, & tristabuntur: quia dolebunt de supplicijs, quæ per iustitiam patiũtur; dolebunt de præmijs iustorum, quæ se perdidisse vident. Et hinc est, quòd ad augendam lętitiam iustorum beati semper supplicia damnatorum videbunt, ad mitigãdam uerò pœnam damnatorum, nõ semper damnati uidebunt beatos: quia non post iudicium, ut ostendit magister li. 4. distin. 50. vnde de malis subditur, *Omnis iniquitas oppilabit os suum.* Iniqui enim æterno supplicio pressi videndo iusto-

Tt 2 rum

rum præmia, loqui non possunt qui hic positi iustos ore aperto lacerabant, Et hoc est quod dicitur Iob 5. Erit egeno spes: iniquitas autem cõtrahet os suum. Quod exponẽs Greg. ait, Sic enim Deus mentes humilium in se solidat, vt eas ad perpetrandam nequitiam nec blandimẽta suasionum pertrahãt, nec dolores suppliciorum sternant: Spes quippe in æternitate animũ dirigit: & idcirco nulla mala, quæ exterius tolerat, sentit. Ad cuius spei fructum cum pauper peruenit: omnis elatus obmutescit. Propter quod subditur, *Iniquitas autem contrahet os suum.* Nunc. n. malus bonis derogat: & recta, quæ agere negligit hęc in alijs obtrectãdo lacerare non cessat. Sed tũc iniquitas os suum contrahit: cum iustis quãta suppetat gloria retributionis; agnoscit. Tũc enim ei loqui contra bonos non uacat: quia malorum suorum digna retributio ne linguam tormenta ligant. Vnde benè Anna prophetante dicitur. Pedes sanctorum suorũ seruabit, & impij in tenebris conticescent. Quod similiter nunc ait Psal. dicens, *Et omnis iniquitas oppilabit os suum*, quia nihil est, qđ tãtam audaciam præstet loquendi, sicut innocentia, & nihil quod tantum intumescere faciat, sicut culpa perpetrata.

Gregor. 6. mor. c. 16.

Ut malorũ ne loquatur claudit iniquitas.

1. Reg. 2.

1923 *Quis sapiens, & custodiet hæc, & intelliget misericordias domini?*

HIc ad opera misericordiæ Dei, quibus ab omnibus periculis oppressos liberat, mente consideranda omnes excitantur. Vbi aduertendum, q hic ly, *quis*, non stat interrogatiuè, sed magis indicatiuè. Et est sensus. Ille qui est sapiẽs custodiet hæc, scilicet, prędicta opera misericordiæ Dei conseruabit in corde suo illa sæpè meditando. Sicut de gloriosa virgine dicitur, Maria autem cõseruabat omnia verba hæc conferẽs in corde suo. Et quis est fructus istius custodiæ, subdit quia ille, qui ista custodiet, intelliget misericordias domini. i. non attribuet sibi aliquod bonum, quod habeat, non quòd de errore sit ductus ad viam ueritatis: nõ quòd pericula euaserit, sed omnia hæc cognoscet misericordias domini in illo fecisse, & omni in ipso speranti, fideliter subuenire. Quilibet & iustus opera Dei mente consideràdo intelliget misericor-

Luc. 2.

Misericordia Dei

E dias Dei multas esse in ipso. Quod notãs Bernar. super illo verbo: Misericordias domini in æternum cãtabo, dicit. Septẽ in me misericordias Dei intelligo. Prima est conseruatio gratiæ, quæ a multis peccatis, &c. vide vers. 1500. Ergo intelligite hæc, qui obliuiscitur Deum, ne quãdo rapiat, & non sit, qui eripiat.

multiplex in nobis.

Psal. 88.

PSAL. CVII.

1924 PAratum cor meum, Deus, paratũ cor meum: cantabo, & psallam in gloria mea.

F HIc Psalmus hunc habet titulum. *Canticum Psal. ipsi Dauid.* Vbi notàdum, q iste Psal. est cõpositus ex duobus Psal. pręcedentibus. s. ex Psal. 56. & 59. Nam prima pars istius Psal. vsque ad illũ locum. *Et super omnem terram gloria tua*, habetur formaliter in vltima parte Psal. 56. Totum uerò q in isto Psal. sequitur, habetur in Psal. 59. s. *Vt liberentur dilecti tui*, & infra. Ita q ex duabus partibus illorum Psal. Dauid illas partes recapitulando, istum Psal. composuit: volẽs ostendere, q illi duo Psal. ad vnum concurrãt

G intellectum: non quidẽ secundũ superficiẽ historiæ, in qua fundantur, sed secundum sensum propheticum. Verba ergo de duobus prędictis Psal. hic in vnũ Psal. coniuncta, ducuntur ad alium intellectũ in hoc Psal. quam ibi contineant secundum superficiem historiæ. In illis. n. duobus primis Psal. agitur in primo de fuga Dauid à facie Saulis. In secundo aũt agitur de fortitudine & victoria Dauid. Cõformiter ad illa duo hic agitur de Christo secundum duas Christi naturas: quia hic agitur de Christi humilitate secundũ

H hominem: quæ significatur per fugã Dauid. agitur secundò de Christi altitudine secundum diuinitatem: quæ per fortitudinem, & victoriam Dauid significatur. Quod declarat huius Psal. titulus, dicẽs, Canticum Psal. ipsi Dauid. Et est sensus tituli. Iste Psal. dicitur canticũ: quia agit de mentis iocũditate. Dicitur & Ps. quia mouet ad bonam operationẽ. Canticũ. n. ad diuinas res pertinet. Ps. verò ad actiuales operationes. Attribuitẽ ipsi Dauid. i. Christo: in cuius psona Dauid hic loquitẽ.

Inten-

Intentionem mouent vt Christum verũ Deum credamus & hominem, & litera patet ex dictis duobus præteritis Psal. ex quibus huius Psal. litera accipitur. Ideo hic solũ sensum tractabo propheticum. Iste ergo Psal diuiditur in partes duas, quia primò Christus gratias agit patri suo, quia à mortuis resurrexit gloriosè. secũdo ostendit fructum, qui secutus est ex sua resurrectione, ibi, *Vt liberentur dilecti tui.* Quantũ ad gratiarum actionem Christ⁹ tria ostẽdit, primò gratiarũ actionis modum, secũdò gratiarũ actionis effectum, ibi, *Exurge.* tertiò ostendit causam, ibi, *Quia magna.* Quantũ ad primũ gratias agit Christus patri, quia in passione sibi dedit perfectã patientiã, vt esset pleno corde paratus pro nobis mortem subire. Et hoc est ꝙ ait. *Paratum cor meũ Deus, paratum cor meum.* Quod bis dicit: quia gratiarũ actio fit duobus modis, &c. vide vers. 223. Quæ duo alijs verbis distinguit. d. *Cantabo & Psalmũ dicam,* &c. vt ibi. Vbi notandũ, ꝙ ex istis verbis nos docet Christus cor nostrũ in oĩbus Deo subiugare in aduersis, & prosperis, ut in aduersis sit paratũ per patientiã, in prosperis sũt per humilitatẽ. Ad tantam. n. elationẽ venit cor nostrũ ex fomite primi peccati, ꝙ plus appetit apparere quã realiter existere, plus falsam apparentiã ꝙ ueram existentiam, plus vana quã solida. Propter quod dicitur, Nõ est in ore eorũ veritas, cor eorum vanum est, &c.

Gratiarum actio fit duplicitur.

Cor nostrũ sanum debet Deo humiliari.

1925 *Exurge, psalterium, & cithara, exurgam diluculo.*

HIc ponit Christus effectũ gratiarũ actionis. Et ponit duplicem effectũ. f. suæ gloriosæ resurrectionis, & gentium ad fidem conuersionis, ibi. *Confitebor.* Quantũ ad primum nota ꝙ ista verba prima possunt esse patris ad filiũ, vel ipsius Christi ad corpus propriũ, prout sunt verba patris ad filiũ. d. *Exurge, psalterium & cithara.* Vbi notandũ ꝙ Christus per Psalterium & citharam intelligitur, dicitur enim psalteriũ, vt hic ait gl. propter morum probitatem. Psalteriũ decem chordas continens manu pulsatur, & significat consummationem legis quæ in decẽ præceptis consistit, ꝙ Christus perfectè adimpleuit, & perfecit Mat thę. 5. Non ueni legem soluere, sed adim

Christus dicitur psalterium & cithara.

A plere. Dicitur aũt citharã, vide vers. 481. Sub istis ergo duob. noĩbus pater loquitur filio. d. *Exurge psalteriũ,* &c. Ex quo apparet effectus gratiarum actionis, qui fuit Christi resurrectio. Possunt ẽt esse verba Christi ad corpus suum diuinitati vnitum, ꝙ eis rationibus psalterium, & cithara dicitur. Et sic est sensus. *Exurge.* i, exurges. Ad quæ verba Christus rñdet. d. *Exurgam diluculo.* Quod ideo dicit, quia Christi resurrectio primo diluculo fuit facta. Diluculum. n. dr prima pars diei, & vltima noctis. f. qñ iã lux aliqualiter incipit apparere, vide vers. 943.

B Et illa hora Christus resurrexit. In Ps. autem 56. præmittitur ante, Exurge gloria mea, ꝙ hic non præmittitur, sed non variat sensum, quia Christi caro, gloria Christi dicitur. vide vers. 924.

Confitebor tibi in populis, domine, & psallam tibi in nationibus. 1926

POnitur hic secundus effectus, f. ex Christi resurrectione gentium ad fidem cõuersio. Expone sicut vers. 925. Et nota, Christus patri confitetur, & per ipsum, dũ patri gratias agit, & per alios qui per fidẽ in Deũ credũt. De prima cõ

C fessione, quæ est filialis sapientiæ, dixit Christus. Confiteor tibi, dñe, pater cœli, & terræ, quia abscondisti hæc à sapiẽtibus, & reuelasti ea paruulis. Ita pater, qm̃ sic placitum est ante te. Ista. n. confessio Christi ad patrẽ quid aliud quàm nostra eruditio? ne. f. iudiciorum occultorum Dei aliam quæramus, nisi ipsam Dei voluntatẽ. Quod ostendens Greg. 25. mor. c. 18. exponens illud Iob 34. Ipso concedente pacem, quis est qui condemnet? &c. Nemo discutiat, cur stante populo Iudaico in fide, dudum in fide litate gentilitas iacuit. Et cur ad fidẽ gẽ

D tilitate surgente, Iudaicũ populũ infidelitatis culpa prostrauit. Nemo discutiat cur alius trahatur ex dono, alius repellatur ex merito. Si. n. miraris gentilitatẽ assumptã ipso concedente pacẽ, quis est qui condẽnet? Si Iudæã obstupescis per ditã, ex quo abscõderit vultũ suum, quis est, qui cõtempletur eum? Itaq; consiliũ summæ & occultę virtutis satisfactio fit apertæ rationis. Vnde in Euangelio cũ dominus de huius rei causa loqueretur, ait. Confitebor tibi, domine pater cœli & ter-

Confessio Christi ad patrem est nostra eruditio.

Iudiciorum Dei aliam non quæramus causam nisi diuinam uolũtatem.

& terræ, quia abscondisti hæc, &c. Atque mox tanquam rönem quandã absconsionis, ac reuelationis adiungẽs ait, quia sic placitum fuit ante te. Quibus nimirũ verbis exẽpla humilitatis accipimus, ne temere discutere superna consilia de aliorũ vocatione, aliorumq; repulsione præsumamus. In cunctis ergo, quæ exterius disponũtur, aperta causa rõnis est occultæ iudiciũ voluntatis. Et ideo quia Christus in tali confessione nostram reprimit superbiam, & paternæ voluntatis prædicat potentiã, ipsius confessionem mente considerare debemus, vt dicit Apostolus ad Hebr. 3. dicens, Considerate Apostolum, & Pontificem confessionis nostræ Iesum qui fidelis est ei qui fecit illum.

1927 *Quia magna est super cælos misericordia tua, & vsq; ad nubes veritas tua.*

HIc ponitur causa tãtæ actionis gratiarum. Vbi sciendum, ꝙ merito passionis Christi ipse fuit exaltatus supra oẽm creaturam angelicam, uel humanã, cœlestem, vel terrestrem, vt ostẽdit Apostolus ad Philip. 2. Propter quod Deus dedit illi nomẽ, quod est super omne nomen, vt in nomine Iesu omne genu flectatur, &c. Quod hic notãs Christus ait patri, *Quia magna est super cęlos misericordia tua,* &c. Vbi nota ꝙ nomine misericordiæ Dei ipse Christus homo intelligitur, uel ipsa Christi humanitas à verbo assumpta. De qua dicitur Psal 47. Suscepimus, Deus, misericordiam tuã in medio templi tui, &c. Expone ut uers. 926. Solum autem in hoc distat ista litera ab illa, quia ibi dr̃, Quoniam magnificata est vsque ad cœlos misericordia tua. Hic autem dr̃, quia magna super cęlos misericordia tua. Eadem. n. est sententia, quia magnificatus idem est ꝙ magnus factus. Et sic magnus in creatura idem est, quod factus magnus, quia nulla creatura est magna nisi ab alia facta, & magnificata. Item ibi dr̃ vsque ad cęlos, hic autem dr̃ super cœlos. Illud. n. non obuiat isti, sed istud magis est illius declaratiuũ. Sequitur, *Et vsque ad nubes veritas tua.* Exponitur vt ibi. Notandum autem ꝙ cum de humanitate Christi dicitur, *Quia magna est super cęlos misericordia tua,* hic potest accipi cœlum materialiter: Christus autem super omnes cœlos ascendit corpo- E raliter ad Eph. 4. Vel possunt accipi cęli magis mysticè. Vbi notandum, ꝙ cęlum in scriptura sacra stat pro cognitione diuina, & hoc ratione suæ luminositatis. Et secundum, quòd est triplex uisio vel cognitio Dei, sic dicitur esse triplex cœlũ. Et hoc est quòd Paulus fuit raptus vsq; ad tertium cœlum in illo triduo, qñ. s. circumfulsit eum lux de cœlo, & fuit tribus diebus cæcus corpore, non manducans neque bibens, ut habetur Act. 9. De quo tertio cęlo ipse ait. Scio hoiem in Christo raptum vsque ad tertium cœlum, &c. Ad propositum uerò ex hoc ꝙ Christus F dicit humanitatem suam magnam super cœlos, uult ostendere ꝙ humanitas sua omnia illa genera transcendit, clarius videns diuinitatem & perfectius aliqua alia creatura. Sed nunquid sic super oẽs cœlos isto modo fuit exaltata humanitas Christi per meritũ suæ passionis? Rñdeo, ꝙ anima Christi à principio suæ creationis habuit omne meritum & præmiũ in se, quod postea habuit. Vnde nunquam profecit in merito, non in gratia, non in scientia, nõ in præmio. Vnde omnia quæ meruit in passione, iam illa omnia meruit in primo instanti suæ conceptionis, G sed idem pluribus actibus meruit. Hæc satis deducit Magist. lib. 3. dist. 18.

Cęlum triplex dicitur triplex cognitio.

2. Cor. 12.

Christus nõ profecit in merito.

Christus dicitur misericordia Dei.

Magnus idẽ est in creaturis, quòd magnificatus.

Exaltare super cælos Deus, & super omnem terram gloria tua, vt liberentur dilecti tui. 1928

POnitur hic fructus qui ex resurrectione secutus est. Quamuis propriè versus hic non incipiat, sed in Hebræo incipit ibi, ut liberentur dilecti tui, vsq; enim ad illũ locum exclusiuè totũ sumptum est de Ps. 56. sed ab illo loco, vt liberentur, & infra sumptũ est 59. Sed quia H sm psalterium nostrum totũ in uno uersiculo continetur, ideo totum insimul legam, hic incipiens secundam partẽ istius Psal. Sic ergo ista sequens pars diuiditur in tres, quia ponitur primò electorum consolatio. secundò diuinæ uirtutis recognitio: ibi, *Quis deducet.* tertiò reproborum finalis damnatio: ibi. *In Deo.* Prima pars diuiditur in partes quinq; quia ponitur primò ecclesiæ gñalis deprecatio. secundò gẽtium ad fidem conuersio, ibi. *Deus locutus est.* tertiò gentium cõuersarum

rum applicatio: ibi, *Meus est*. quartò tribulationũ consolatio: ibi. *Iuda rex meus*. quinto euangelij Christi per orbẽ prædicatio. ibi, *In Idumaam*. Quantum ergo ad primum sciẽdum, ꝙ ista verba possunt esse uerba psal. ad Christum, uel uerba Christi ad patrem. Si autẽ sint uerba Ps. tunc Psal. visis iniurijs Christo in passione illatis, uisa Christi triumphali resurrectione, desiderãs ꝙ Christus super omnem creaturam cognoscatur gloriosus, & verus Deus, optat prædicendo & prædicit optando, ꝙ nomen diuinitatis sibi dabitur ut super omnem creaturã uerus Deus nuncupetur. Quamuis. n. in sua cõceptione uerus esset Deus, tñ quia mortalis & passibilis, non apparebat hoĩbus, & dæmonibus clarè ipsum esse Deum, vt postea apparuit per resurrectionẽ eius, & ascensionem. Dr ergo per resurrectionem & ascensionẽ, exaltatus super oẽm terram & creaturã, vt Deus fieret, qđ tñ erat ante, sed dr Deus factus per resurrectionem & ascensionẽ, eo loquẽdi modo quo res dr fieri qñ innotescit. Illud ergo qđ ante resurrectionẽ erat, non tñ euidens erat, post resurrectionẽ fuit in euidenti positum, vt euidenter scirent homines & dæmones ipsum esse verũ Deum, quod eis ante ineuidens erat. Hæc oĩa habentur à magistro lib 3. d. 18. Quæ oĩa præuidens psal. ait Christo, *Exaltare super cęlos Deus*. i. super angelos vt Deus cognoscaris. Noĩe. n. celorum ipsi beati angeli intelliguntur, vnde in oratione dominica cœlum angelicam naturam dicimus cum oramus, fiat voluntas tua sicut in cęlo & in terra. Quod exponẽs Greg. dicit. Per cęlos. n. ij qui i cęlestibus sunt cõditi angelici spiritus designãtur, vnde & orando uoce dñica instruimur: Fiat voluntas tua sicut in cœlo & in terra, ut nimirum volũtas Dei sicut à superiori. i. ab angelica natura agitur, ita & in omnibus ab humana infirmitate seruetur. Cũ ergo Psalm. Christo d. *Exaltare super cęlos Deus*, hoc prædicit, ꝙ Christus per resurrectionem & ascensionem cognoscatur verus Deus, & per consequens super oẽs angelos, exaltatur. n. Deus, non in se, sed in nobis, qñ ipsum exaltatum cognoscimus, quod prius nesciebamus. Et istũ sensum aperiens consequenter ait, *Et super omnem terram gloria tua*. i. sic exaltare ut

Christ⁹ qualiter in resurrectione dicitur exaltatus.

Christo in resurrectione datũ est vt sit Deus & qualiter.

Angeli dicuntur cęlum.

Gregor. 27. mor. c. 25. Matth. 6.

A gloria tua in qua uerus Deus es, in omni terra cognoscatur & dilatetur. Quod sic factum fuit quãdo Apostoli post eius resurrectionem & ascensionẽ Christum esse uerum Deum per oẽm terram prædicauerunt, & euidẽtibus miraculis ostẽderunt, qñ ut habetur Ps. 18. In omnem terram exiuit sonus eorum, &c. Si autẽ ista sint verba Christi ad patrẽ, tunc est sensus vt Christus patri dicat. O tu Deus pater *exaltare super cœlos*. i. fac in me per qđ cognoscaris super oẽs cœlos. i. angelos exaltatus. i. fac me resurgere & ascendere ad dexterã tuã. Et tunc apparebit

B hoĩbus quod gloria tua excedit gloriam angelorum: quia. s. tunc Apostoli mei per oẽm terram gloriam tuam prædicabũt. Et hoc est quod subdit: *Et super omnem terrã gloria tua*. s. per Apostolos erit manifestata. Sequitur, *Vt liberẽtur dilecti tui*. Et hic est principium uersus sequẽtis in Hebræo, & ẽt apud nos in Ps. 50. vnde totum quod in isto psal. sequitur, fuit sumptum ita ꝙ ista pars continuatur cum sequenti uers. Sciẽdum ergo quod Christi passio in se fuit sufficiẽs pretium pro redemptione oĩum, imò infinitorũ mundorum si essent, tñ quo ad efficaciã solum

C dilectis applicatẽ & prædestinatis à Deo, qui fidem formatã cum operibus habẽt. maior autẽ pars electorum erat in gentilibus, ex quibus ecclesia Christi fabricãda erat, oportebat gẽtiles ut per Christi passionem liberarentur, & ipsos in Christum credere. Sed qũo crederent nisi audirent? Qũo autem audirent sine prædicãte? Qũo autem prædicabunt, nisi mittantur? vt deducit Apost. Ro. 10. Sed quis habebat eos mittere per orbẽ, nisi Christus post suã resurrectionem, ascensionẽ & spiritussancti missionẽ? Et ideo vt spiritussanctus per Christum mittatur, orat

D Ps. ut Christus resurgat, & in cęlum ascẽdat, quia nisi ascenderet, spiritussanctus non mitteretur, ipso dicente. Nisi ego vadam, paracletus non ueniet ad uos. Orat ergo Ps. ut Christus ascendat, d. *Exaltare super cœlos Deus*, ad hoc, s. vt spiritussanctus mittatur, quo Apostoli edocti ad prædicandum per oẽm terrã mittantur, ad hoc vt fide Christi per orbem ꝓdicata prædestinati Christi fidem accipiãt. Qđ totum hoc ad hoc tendit, ut, s. per passionem tuam liberentur dilecti tui. Quod

Vt prædestinati saluarẽtur oportuit Christũ ascendere, & spiritum sanctũ mittere.

Ioan. 14.

declarat versus sequens cuius hoc quod dictum est, est principium.

1929 *Saluum fac dextera tua, & exaudi me, Deus locutus est in sancto suo.*

Sic ergo continuatur iste versus, vt, s. liberentur dilecti tui, saluũ fac dextera tua, &c. Vbi notandum ꝙ in scriptura per dexteram Dei aliqñ significatur Dei gratia bonorũ præmiatiua, sicut per sinistrã diuina iustitia malorũ punitiua. Et hoc significatur ex hoc ꝙ in iudicio statuet beatos à dextris, s. ad partem misericordiæ per ipsum præmiãdos, malos aũt à sinistris, s. ad partem iustitiæ per ipsum puniendos. Vnde Christus pro suis fidelibus orãs ad patrẽ ait. *Saluum fac*, s. populum mihi creditum. Non quidẽ peto vt saluetur meritis suis, sed dextera tua, i. misericordia & gratia tua. *Et exaudi me.* s. pro eis orantẽ. Orabat enim Christus pro suis tpe suæ passionis, d. patri. Non pro mundo rogo, sed pro eis quos tradidisti mihi. Nõ rogo vt tollas eos de mundo, sed vt serues eos à malo. Et nõ pro eis rogo tm̃, sed pro eis, & qui per verbum eorum credituri sunt in me. Et ista orõne se postulat exaudiri. Sed fortẽ dices. Qũo ista sunt possibilia quæ postulat Christus, vt non tollantur de mũdo, & tñ seruentur à malo, cũ in mundo nullus sine multis pœnis & miserijs viuere possit? Respondeo ꝙ duplex est malum, s. culpæ & pœnæ. 15. q. 1. Illa cauenda sunt. Orat ergo Christus vt sui seruẽtur à malo, non quidem pœnæ, sed culpæ, vt, s. mala pœnæ quæ patientur illos corrigant, non per impatientiam ad peccatum inducant. Qũo aũt omnis oratiõ Christi fuit exaudita, vide vers. 190. 291. 406. 1105. 1703. Et ꝙ Christus se exaudiendum à Deo reputet, certũ ostendit, cũ subdit. *Deus loquutus est in sancto suo.* Vbi nota ꝙ per ly, *sanctum*, quando ponitur absolutè Christus intelligitur, qui per excellentiam dr̃ sanctus cæteros sanctificans. Vnde ipsum sanctum absolutè vocauit Angelus Mariæ, d. Quod enim ex te nascetur, sanctũ &c. Vñ & Leu. 60. ait. Ego sanctus sum qui sanctifico vos. Sed quid locutus est Deus pater in isto sancto, nisi ꝙ per ipsum redimeret genus humanum? Sic. n. per angelum dixit Mariæ. Vocabis nomen eius Iesum, ipse enim saluum faciet populum, &c. Vnde hic ait glo. *Deus locutus est in sancto suo*, idest, in me Christo. Non ait Deus locutus est per sanctum suũ, sed *in sancto suo*, ne per eũ putaretur loqui sicut per prophetas & apostolos, quia Deus est in Christo per gratiam vnionis, in alijs aũt per gratiã adoptionis. *Locutus est* ergo, *in sancto suo*, ꝙ per ipsum dilecti liberentur. Cum ergo diuina promissio irrita esse nõ possit, certificatus erat Christus de salute dilectorum, & quòd prædestinati ad fidem vocarentur. Et hoc est quod subditur.

Matth. 25. | Orauit Christus pro suis vt seruarentur à malo. | Ioan. 17. | Sanctus absolutè dicitur Christus. | Luc. 1. | Luc. 1.

Exultabo, & diuidã Sichimam: & cõuallem tabernaculorum dimetiar. 1930

Hic ponitur ex Christi oratione gẽtium electarum ad Christi fidem cõuersio. Iste versus plenè expositus est versicu. 963. Dic vt ibi. Ista enim sunt verba Christi, qui exultat in conuersione peccatorum.

Meus est Galaad & meus est Manasses: et Ephraim susceptio capitis mei. 1931

Ponitur hic gentium conuersarũ applicatio. Vbi aduertendum ꝙ Deus fideles suos conuersos ad fidẽ ad diuersa applicat officia, &c. Dic vt versi. 964. quia ille est in omnibus idem cum isto, nisi ꝙ ibi dicitur Ephraim fortitudo capitis mei. Et hic dicitur, *Ephraim susceptio capitis mei.* Prima littera ibi exposita est, sed ista hic debet exponi. Nã per Ephraim ꝙ interpretatur crescens, siue augmentũ, significãtur prædicatores, per quos fideles multiplicantur, & crescũt, vt ibi dictum fuit. Hic aũt vult aliam assignare causam multiplicationis fideliũ, quæ fuit susceptio capitis Christi, s. quãdo caput Christi suscepit spineam coronam. Illa enim susceptio coronæ præfigurabat gentibus Christum per passionem gloria & honore coronandum, vt ẽt regnaret in gentibus. Et sic illa corona non solũ figura fuit augmentationis fideliũ, quæ per Ephraim significatur, sed etiam causa fuit. Et hoc est quod ait, *Susceptio capitis mei*, s. corona est Ephraim, idest, augmẽtatio fidelium. Et istum sensum hic ponit gloss. dicens. *Ephraim*, id est, augmentum vel fructificatio, *est susceptio capitis mei.* quia dum spineam coronam

tonam caput meum suscepir, vltra omnes fructificauit. Totum enim mundum hæc susceptio lucrata est, quia, scilicet, me totius orbis regem fecit, id est, meũ regnum mundi esse manifestauit.

1932 *Iuda rex meus: Moab lebes spei meæ.*

POnitur hic consolatio tribulationũ. Vbi notãdũ q iusti ad Deũ conuersi plus consolantur aduersis q̃ prosperis, & plus prospera timent quã aduersa, &c. expone vt supra versic. 964. quia in nullo hic & ibi variatur litera, nisi quia ibi dicitur, Moab olla spei meæ: hic autem, *lebes spei meæ*. Sed nõ est diuersitas, quia B pro eodem accipitur lebes & olla.

1933 *In Idumæam extendam calceamentum meum: mihi alienigenæ amici facti sunt.*

POnitur hic Euangelij per orbẽ prædicatio. Hic versus est idem cũ versi. 966. Ideo expone sicut ibi. Solũ in hoc differunt, quia ibi dicitur, Mihi alienigenæ subditi sunt, hic aũt dr, *Mihi alienigenæ amici facti sunt*. Tamen idem vtrobique designatur, quia omnis voluntarie subditus Christo per fidem formatã amicus est Christi. Quib. Christus loquitur. C d. Vos amici mei estis, si feceritis, quæ ego præcipio uobis. Et hic notãdũ, q ad hoc

Ioan. 14. q quis sit verus Christi amicus, ac etiã

Amicus verus multa debet habere. cuiuslibet alterius multas conditiones debet habere. s. Intẽtionis puritatẽ, dilectionis æqualitatẽ, volitionis cõformitatẽ, patiẽtiæ stabilitatẽ, cõuersationis iucũditatẽ, & castigationis synceritatem.

1934 *Quis deducet me in ciuitatẽ munitã? quis deducet me vsq; in Idumæam?*

POnitur hic diuinæ virtutis recognitio. Iste versus in nullo discrepat à D versi. 967. Ideo per omnia exponatur vt

Ciuitas gloria, ciuitas inferni. ibi. Vel s̃m glo. hic per ciuitatem munitam, i. benè clausam, & firmam, infernus intelligitur, quam nullus poterat penetrare, nec aperire. Christus ergo de hoc interrogat vt respondendo ostendat, q ad infernum aperiendum post mortem, & Idumæam, i. dest, ad gentes conuertendum, nullus eum deducere potest, nisi solus Deus, & nõ alius purus homo. Vnde ad hoc respondet, d. statim. *Nonne tu*

A *Deus*. Sic ergo iste versus de duplici ciuitate intelligitur, s. de cœlesti, & infernali.

Nonne tu, Deus, qui repulisti nos, & nõ exibis, Deus, in virtutib. nostris? 1935

REspondetur hic prædictæ interrogationi. Ista responsio potest esse Christi loquentis in persona suorũ mẽbrorum, quæ à Deo repulsa videntur cum pœnis & aduersitatibus exponatur in uita præsenti. Istum versum expone, vt versic. 968. quia idem sunt.

Da nobis auxilium de tribulatione: quia vana salus hominis. 1936

EXponitur vt versic. 969. quia idem sunt penitus. In tribulationibus. n. & aduersitatibus anima intus fortificatur. Et sic per tribulationes Deus suis electis auxiliũ præstat, vt deducit Greg. 23. lib. mor. c. 22. Notandum ergo, q diuinum auxilium maximè datur agonizantibus tribulatis, & laborantibus, quia est confortatiuum militantium. *Auxilium Dei datur tribulatis, & pugnãtibus.*

In Deo faciemus virtutem, & ipse ad nihilum deducet inimicos nostros. 1937

POnitur hic reproborum finalis damnatio. Iste vers. est idem cũ versi. 970. ideo exponitur vt ibi. In hoc. n. solum est differentia istius literæ, & illius quia ibi dicitur, Tribulantes nos, hic dicitur *inimicos nostros* quæ pro eodem accipiũtur, scilicet pro malis, & reprobis qui electos Dei persequuntur.

PSAL. CVIII.

DEus, laudem meam ne tacueris quia os peccatoris, & os dolosi super me apertum est. 1938

PSALMVS iste talem habet titulum. *In finem psalm. Dauid*. Qui titulus patet ex multoties superius dictis. Quantum ad materiam notãdum, q iste ps. est quintus inter illos qui latius de Christi passione loquuntur. Quorũ primus est ps. 21. Deus, Deus meus, secundus est psal. 34. Iudica domine, nocentes me. tertius est psal. Exaudi, Deus, orõnẽ. quartus est ps. 68. Saluũ me fac. quitus est iste

Deus

Deus laudem meam. Hic ergo ps. agit spe cialiter qualiter Christus à Iuda fuit tra ditus, qualiter ipse Iudas de Apostolatus gradu fuit depositus, & Matthias in locũ eius substitutus. vnde literã istius ps. de Iuda ad literã allegat Petrus apostolus Actu. 1. d. Viri fratres, oportet im pleri scripturã, quã prædixit spiritussanctus per os Dauid de Iuda, qui fuit dux eorũ, qui cõprehenderũt Iesum. Et subdit, Scriptũ est. n. in libro ps. Fiat habitatio eorũ deserta, & non sit, qui inhabitet in ea, & episcopatũ eius accipiat alter. Prima pars istorum verborũ habetur in ps. 68. sed secunda, s. & episcopatum eius accipiat alter, habetur in isto ps. In eo ergo quod agit de proditione & ingratitudine Iudæ, cõsequenter agit de oĩbus inimicis Christi, ingratisq; Iudæis, quorũ personas exprimit Iudas: quibus etiã competunt illa quæ hic de Iuda sunt expressa. Intentione monet iste psal. Iudæ malitiã declinare, & humilitatem Christi passionis, & patiẽtiam imitari. In isto ergo ps. Christus loquitur ad patrẽ orãdo, vnde est quædã Christi oratio declarans suam innocentiam, & Iudæ, ac Iudæorum malitiã. Diuiditur ergo ps. Iste in partes quinq; quia in ista Christi orõne primo præponitur Christi innocẽtia secundò Iudæorũ demõstratur malitia, ibi. *Locuti sunt.* Tertio Iudæorũ prædicitur miseria, ibi, *Cõstitue.* Quarto resurrectionis Christi postulatur gloria, ibi, *Et tu domine.* Quinto obstinatorum prædicantur futura supplicia. ibi, *Induãtur.* Quãtũ ad primũ notãdũ, ꝙ illa sola est veralans, quæ fit ab illo qui nec decipi, nec decipere põt. Cũ igitur Deus sit huiusmodi, sequit, ꝙ ille quẽ laudat verè laudabilis existit. Et ideo à Deo, cui omnia sunt nota, laudes, non ab hominib. sunt quærẽdæ. Sed fortè dices. Nunquid licet homini quantũcunq; iusto laudari vel lẽ, vel seipsum laudare? Et videtur ꝙ nõ, dicente Christo Matt. 9. Nesciat sinistra tua, quid facit dextera tua. Qm̃ & Luc. 18. abiectus est Pharisæus ille, qui seipsum laudabat. Ad oppositũ Paulus Apostolus laudans seipsum d. Bonum certamen certaui, fidem seruaui, &c. Ad hoc respondet gl. super verbo Christi, Attendite ne iustitiã vestrã faciatis coram hominibus, &c. dicẽs, prohibet Deus opera

Quæstio.

Laudare se ipsum, an sit licitum.

2. Tim. 4.

E nostra bona facere corã hominibus ad hunc finem, vt videamur ab eis, & laudemur. Præcepit aũt vt videant opera nr̃a bona proximi, vt Deus glorificetur. Ad quod magis declarãdũ, sciendũ, ꝙ Deus, qui omniũ corda scrutatur, nõ verba nostra attendit principaliter, sed magis nostræ mẽtis intentionem. Nã eisdẽ verbis à duobus intentione diuersa dictis, ab vno Deus placatur, ab alio verò irritatur. Qđ ostendit Greg. d. Sicut. n. grauis culpa est hominẽ sibi arrogare quod nõ est, sic plerũque nulla culpa est, si humiliter bonũ dicit, quod est. Vnde sæpe cõ

F tingit, ꝙ iusti, & iniusti habent verba similia, sed tñ semper cor longè dissimile. Et ex quibus dictis dominus ab iniusto offenditur, in eisdem quoque à iustis placatur. Nam Pharisæus ingressus in templũ dicebat, Ieiuno bis in sabbatho, decimas do omnium, quæ possideo. Sed iustificatus magis publicanus q̃ ille exijt. Ezechias quoque rex, cum molestia corporis afflictus ad extremitatẽ vitæ peruenisset, in oratione compunctus dixit, Obsecro domine, memento quæso quõ ambulauerim corã te in veritate, & in corde perfecto. Nec tamẽ dominus hãc

G confessionem perfectionis eius despexit, aut renuit, quem mox in suis precibus exaudiuit. Ecce Pharisæus se iustificat in opere. Ezechias se iustum asseruit & in cognitione, atque unde ille offendit, inde iste dominum placauit. Cur itaque hoc, nisi quia omnipotens Deus singulõrũ verba atq; cogitationes pensat, & in eius aurib. superba nõ sũt, quæ humili corde proferũtur &c. Ex quib. verbis clare patet, quod licitè põt quis in casu vel le laudari, sed hoc nõ pro se, sed pro proximorũ vtilitate. Nã certũ est, ꝙ quique qui bonus est intus, exterius diffamatur, & malus creditur. Et ecõtra qui ma-

H lus est intrinsecus, exterius commendatur, & bonus creditur. Si ergo quis doctor, vel prælatus alios habens docere vel regere, quãuis intus sit bonus, si exterius diffamatus videt auditores suos doctrinã eius despicere, subditos eius præcepta cõtemnere, nonne talis pro vtilitate subditorum, appetere licitè potest suã bonitatẽ esse subditis manifestam, & suã bonam famam apud suos rur[illegible]c? Certũ est ꝙ sic, imo in tali casu [illegible]elicitatis argue-

Greg. li. 12. mor. c. 16.

Luc. 18.

4. Reg. 20. Esa. 38.

Famã suã nullus negligere debet.

arguetetur si circa bonam suam famam A negliges foret. Vnde Greg. dicit, Sicut viri de sua bona opinione nonnunquā gaudent, sed cū hanc proficere audientibus pensant, nec iā de opinione sua, sed de proximorū gaudent vtilitate, quia aliud est fauores quærere, aliud de prouectibus fauorū exultare. Sicut infirmus libenter medicinam amaram recipit rōne consequendæ sanitatis, sic & iustus laudes suas quærit ratione consequendæ vtilitatis subditorum. Et huiusmodi exemplū nobis Christus dedit, qui laudes suas à Deo publicari quæsiuit d. *Deus, laudem meam ne tacueris.* B Si.n. Christi infamia iniustè sibi illata, vt puta q̄ esset seductor, & dæmoniacus, apud mentes hominum remāsisset, quis ad eius fidē fuisset cōuersus? Certū, est, quòd nullus. Dicat ergo Christus patri, *Deus laudem meam ne tacueris*, sed ipsam mūdo manifesta. *Quia os peccatoris super me apertum est*, i. populi Iudaici. Ex quibus apparet, quod in casu peccatū esset, suas virtutes, & laudes tacere, Sed pone. Duo sunt quorum vnus se laudat vltra condignum, alius seipsum vituperat vltra condignum. Certum est, quod vterque peccat. Sed quis istorum magis pec C cat? vide ad Titum 6.

Greg. 22. mor. c. 9.

Laudans se vltra condignū vel vituperans quis magis peccat.

1939 *Locuti sunt aduersum me lingua dolosa, & sermonib. odij circūdederūt me, & expugnauerunt me gratis.*

Ponitur hic Iudæorū erga Christū malitia quia Christo summè fuerūt ingrati. Et diuiditur in tres partes, sm q̄ suā malitiā & ingratitudinem contra Christum habuerūt in tribus. Primò in falsa oblocutione. Secūdò in praua emulatione, ibi. *Pro eo*, Tertio in iniqua operatione ibi, *Et posuerunt.* Quantū ad pri- D mum notandum q̄ Iudæi cōtra Christū qn̄q; loquebātur dolose, qn̄que inique. Loquebantur dolosè, qn̄ ficte eum commendabant vt ipsum deciperent & caperent in sermone, sicut qn̄ dolose sibi dicebant. Mag scimus, quia uerax es, & viā Dei in veritate doces, &c. qn̄ adduxerūt ei mulierē in adulterio deprehensam, d. Mag. hæc mulier modo deprehensa est in adulterio, &c. Locuti sunt dolose, qn̄ consilium fecerunt, quō Iesum dolo te-

Matth. 22.

Ioan. 8.

Matth. 26.

nerent, & occiderent. Loquebātur dolose, qn̄ ipsis congregatis vt dolose Iesum tenerēt, ad ipsos Iudas accessit, d. Quid vultis mihi dare, & ego eū uobis tradā? Loquebantur dolose, qn̄ vt ipsum traderet, ei pecuniam dare promiserunt. Quę oīa præuidens ps. in persona Christi d. *Locuti sunt aduersum me lingua dolosa.* Et ab ista lingua dolosa per suam resurrectionem se liberari postulabat Christus, dicens patri, Dn̄e, libera animā meam à labijs iniquis, & à lingua dolosa, Aliqn̄ vero non dolose, i. absconse, sed inique, & aperte contra Christum loquebātur, vt puta qn̄ apertis vocibus dicebāt. Nōne bene dicimus nos, quia Samaritanus es tu, & dęmonium habes? Qn̄ Pilato dicebant. Ioan. 19. Si non esset hic malefactor, non tibi tradidissemus eum. Qn̄ clamabāt, Tolle, tolle, crucifige eum. Quæ oīa verba ex fomite odij procedebant. Quæ notans hic Christus ait. *Sermonibus odij circundederunt me, & expugnauerunt me gratis*, i. sine iusta causa. Sicut. n. pijs placet per se æquitas, sic & impijs iniquitas. Nota, q̄ aliquis contra alium potest loqui multipliciter. Primo iusta iuste, vt puta qn̄ aliquis peccatum quod alius fecit loquitur iusta intētione, ut, s. ille corrigatur. Secundo iniusta iniustè, vt cum quis alium false diffamat, & iniqua intentione, tunc loquitur iniusta, quia falsa, & iniustè, quia intentione sinistra. Tertio iniusta iuste, vt cum quis credens verum dicere, alteri crimē obijcit falsum, tamen bona intētione. Quarto iusta iniuste, vt cum quis loquitur vera, sed malo animo & intentione nō corrigendi sed vituperandi. Vnde Greg. d. Omne, quod dr̄, quadrifaria pōt qualitate distigui. Quia aut mala male, aut bona bene, aut mala bene, aut bona male dicuntur. Malum. n. male dr̄ cum res p̄uersa suadetur sicut scriptum est. Benedic Deo, & morere. Bene bonum dr̄, cū recte recta prædicantur. Sicut Ioan. ait. Agite pniam, appropinquabit. n. regnū cœlorum. Malum benè dr̄, qn̄ per os dicentis idcirco uitium exprimitur, ut reprobetur, sicut Paulus ait. Fœminæ eorum immutauerunt naturalem vsum in eum, qui est contra naturam, quo loco execranda quoq; virorum facinora subdidit. Sed honeste inhoneste narrauit: vt

Psal. 119.

Ioan. 8.

Loquimur quatuor, scilicet, benè mala, malè, mala, malè, bona.

Greg. 23. mor. c. 3.

Matth. 3.

Ioan. 1.

Rom. 1.

vt multos ad honestatis formã ab inhonestis reuocaret. Male aũt bonum, dr, cũ rectum aliquid non recto studio profertur, sicut illuminato cęco Pharisęi dixisse perhibentur. Tu sis discipulus eius, quod maledictionis vtique dixerunt studio, nõ orationis voto. Et sicut Caiphas ait, Oportet unum hominem mori pro populo, vt nõ tota gens pereat. Bonum quippe, sed non bene locutus est, quia dum crudelitatem vocis appetijt, redẽptionis gratiam prophetauit. In proposito ergo isti cõtra Christum locuti sunt mala male, quia, s. falsa & intẽtione corrupta. Quod explicans Christus ait, *Locuti sunt aduersum me lingua dolosa*, &c.

Ioan. 9.

Ioan. 11.

1940 *Pro eo vt me diligerent, detrahebant mihi, ego autem orabam.*

OStendit hic, quòd contra Christũ ostenderunt suam ingratitudinẽ in praua æmulatione, quia. s. pro dilectione ipsi rependebant odia, & pro oratione detractiones. Et hoc est quod ait Christus, *Pro eo vt me diligerent, detrahebant mihi*, i. pro eo quod debebant diligere, detrahebãt mihi, s. negando me esse filium Dei, vt puta detrahebant Christo qñ dicebant, In Beelzebub principe dæmoniorũ eijcit dæmonia. Ioa 9 Nos scimus, quia hic homo peccator est. Matth. 11. Hic homo est vorator, & potator vini, & publicanorum amicus. Nota ꝙ aliqui textus aliter habent, s. *Pro eo vt me diligerent, detrahebant mihi*, q. d. ſm gl. ideo interfecerunt, quia detraxerunt. Plus. n. nocent membris Christi detrahentes Christo, qui animas creditorũ interficiunt, quàm qui eius carnem mox resurrecturam peremerũt. Et sic est sensus. Pro bono mala reddebãt, quia illi detrahebant, ego autem orabam, non solum pro discipulis, sed &t pro illis, vt puta qñ existens in cruce ait ad patrem. Pater, dimitte illis, &c. Sed d. Nunquid Christi oratio fuit exaudita à patre, cum illi Iudæi obstinati permanẽtes vsq; hodie nõ sint cõuersi ad Christum? Dicitur ꝙ oĩs Christi oratio fuit exaudita, vnde & oẽs illi conuersi sunt, pro quibus orauit. Nã vt d. Hier. super Matth. in prolatione huius orõnis vltra quinq; millia conuersi sunt. Orabat ergo pro illis, quos videbat electos, & illi conuersi fuerunt. Nos autem quia discernere non valemus inter electos, & præscitos, generaliter oramus pro omnibus, & de primis exaudimur, non pro secundis. Nota quod detractio est multiplex, quædam bona, quædam mala. Vide versic. 629. Item nota, quid proprie est detractio mala, & quam multiplex sit versi. 818. Item nota ꝙ detractio per corũm figuratur, & quot mala facit. Vide supra. versi. 1698.

Detractio. quam graue sit peccatum.

Luc. 11.

Quæstio. Luc. 23.

Orauit Christus pro electis nõ pro præscitis.

E

Detractio multa mala facit.

Et posuerunt aduersum me mala pro bonis, et odium pro dilectione mea. 1941

F HIc ostendit, ꝙ suam ingratitudinẽ Christo ostenderunt per iniquam operationem, quia, s. non solum verbis, sed operib. mala pro bonis acceptis reddebant. Christus. n. multa bona fecerat eis prædicando, infirmos eorum sanando, mortuos suscitando, & pro ipsis orãdo. Pro quibus omnibus ipsi ipsum persequebantur ad mortem. Et hoc est, qđ Iudæis Christus dicebat. Multa bona opera ostendi vobis ex patre meo, propter quod eorum opus vultis me lapidare? Quæ omnia præuidens psal. in persona Christi dicit de Iudæis. *Et posuerunt aduersum me mala pro bonis.* Sed quæ fuit G causa omnium illorum malorum? Certè sola illorum mala intentio & odiũ, propter quod subdit, *Et odium pro dilectione mea*. Nam occidere Christum, non fuit malum nisi inquantum ex odio, & mala voluntate ipsorum processit. Nam pater tradidit pro nobis Christum in mortẽ, sed quia nõ odio, sed charitate ideo commendatur. Sic & Christus tradidit seipsum, vnde eius charitas vbiq; cõmmẽdatur. Sed quia Iudas, & Iudæi ipsum tradiderunt odio, ideo reprobantur, vt deducit Mag. li. 3. d. 20. Vnde ait hic gl. *Et odiũ pro dilectione mea* Hic est oĩs, & magnus H reatus eorũ. Non. n. nocere Christo potuerunt persequentes, non necessitate sed voluntate morientem, sed totum crimen persequentium fuit odium. Hic notat Aug. super istum locum, quod retributionis sex sunt differentiæ. Et similiter ponitur 23. q. 3. sex sunt. Vnde ait, Notãdum, quòd in reddendis bonis vel malis pro bonis vel malis, sex sunt differentiæ, quæ commemoratæ animaduerti facile possunt, scilicet, reddere bona pro malis, non reddere mala pro malis.

Ioan. 10.

Odium & mala voluntas omniũ peccatorũ est causa. Occidisse Christum ex charitate non fuisset peccatũ.

Reddere sex sunt differentiæ.

Hæc

Hæc duo bonorum sunt, & primum qui A dem melius est. Item non reddere bona pro bonis & reddere mala pro bonis. Et hæc duo malorum sunt, sed posterius peius est. Item reddere bona pro bonis, & mala pro malis. Et hæc duo sunt mediorum, s. illorum, qui sunt vel mediocriter mali, & primum propinquius est bonis. Quod Christus non arguit in euangelio, sed plus oportere dicit, quia ethnici hoc faciunt, diligunt enim diligentes se. Postremum vero, s. reddere mala pro malis propinquum est malis, conuenit tamen bonis. Vnde & lex modum ultionis statuit, oculum pro oculo, & dentem B pro dente, & huiusmodi, quæ (si dici potest) iniustorum iustitia est, non tamen ideo, quia iniqua sit vltio, quam lex statuit, sed quia uitiosa est libido expertis desiderio vlciscendi. Hoc autem non ad hominem, sed magis ad iudicé pertinet. Cum. n. homo hoc agit, reddit malū pro malo. Iudex vero nō, sed delectatio ne iustitiæ iustū reddit pro iniusto, quod est reddere bonum pro malo, quod etiā Deus iudex facit. Trib. ergo modis omne peccatum contrahitur in huiusmodi redditionibus. Primus gradus est nō reddere bona pro bonis. Secundus reddere C mala pro malis. Vltimus est reddere mala pro bonis, & hoc est deterius. Et hoc Iudæi elegerunt, scilicet, ut Christo detraherent, & odium pro dilectione redderent. Contra hæc sunt alia tria, quæ spectant ad bonos. Primum est dare bona pro bonis. Secundū non reddere mala pro malis. Tertium vero quod est perfectum, est reddere bona pro malis. Et hoc Christus orans pro Iudæis fecit. Et hoc est quod contra Iudæos ait. *Posuerunt aduersum me mala pro bonis.*

Matth. 5. Exod. 21.

1942 *Constitue super eum peccatorem, & diabolus stet à dextris eius.*

Consequenter hic ex præmissis peccatis Iudæ, & Iudæorū prædicitur miseria. Et diuidit in partes duas. Quia primò ponitur pœna Iudæ in speciali. Secundo pœna Iudæorum in generali Secunda pars ibi, *Nutantes.* Prima pars diuiditur in quatuor partes secundum quod quatuor pęnas de ipso prædixit, qu a ex illo peccato primo Iudas diabolo fuit deputatus, Secūdo ad pœnā æternam fuit condemnatus, ibi, *Cum iudicatur.* Tertio de Apostolatu fuit cancellatus, ibi, *Fiant dies.* Quarto vita cito fuit priuatus, ibi, *Fiant filij eius.* Quantum ad primū sciendū, quod in scriptura noīe peccatoris simpliciter positi significatur diabolus, tū quia primo ipse peccauit, tū quia primos parentes ad peccandū induxit, tum quia omnium peccatorum est caput: vnde hic ait gl. *Constitue super eū peccatorem*, i. super Iudā diabolū, vt qui noluit esse Christo subditus, diabolo subijciatur. Vnde & si quæras quem peccatoré constituet super eū? Respondet diabolū. Vñ subditur, *Diabolus stet à dextris eius.* Vñ notat gl. q̄ hoc cuilibet dextrū vocatur, quod cęteris alijs præponitur, & tāquā melius elucet, q̄a dextera pars fortior est, nobilior & ad operandū promptior. vt qui præponit castitatem libidini, castitas est illi dextrum, qui uero libidinem, libido est ei dextrum. Similiter qui pręponit diuitias, scientię, diuitię sunt ei dextrum, & ecōuerso. Iudæ ergo quod erat dextrum, s. opera diaboli, quę prępo suit operib. Christi, auaritia, quā ꝓposuit suę saluti. Stetit ergo diabolus à dextris eius, quia diabolum præposuit Christo, dū prępo suit auaritiam sapientię, pecuniam suę saluti, ut eum pecunia traderet, à quo debuit possideri, ne à diabolo possideret. Hęc ergo præuidēs ps. ait. *Constitue super eum peccatorem, &c.* prædicit, nō optat. Hoc aūt maximè impletum fuit in Iuda, qñ Christus cum intinxisset bucellam panis, tradidit Iudę, & post buccellā introiuit ī eū Sathanas, quia tunc, s. plenius ipsum possedit, vnde August. super Ioan. Tunc introiuit in Iudam sathanas, introiuit in eum, ut iā sibi traditū plenius possideret. Neq; enim nō D in illo ante erat, qñ de pretio tradendi dominum ad Iudæos pactus est, cū Lucas dicat, Intrauit aūt sathanas in Iudā, & abijt, & locutus est cum principibus sacerdotum, vt proderet eū illis. Talis iā venerat ad comedendum, sed post panē introiuit ī eū diabolus, nō vt adhuc alienū tētaret, sed vt proprium possideret. Tūc. n. verificatū est, quod per ps. prędictū fuerat. *Cōstitue super eū peccatorē. &c.* Quod Deus dicitur facere, quia iusto iudicio illud permittit. Istum aūt versum aliter exponit Nicolaus, & iudicio meo magis

Peccator absolute dicitur diabolus.

Dextrum dicitur cuilibet quod sibi praponit.

Diabolus super Iudam fuit constitutus.

magis extrãneo modo d Hoc intelligen
dum nõ solum de Iuda, sed etiam de po
pulo illo Iudaico, vt sit sensus, *Constitue*,
idest, cõstitues super eum, s. populũ Iu-
Caiphas peccator dicitur.
daicũ peccatorẽ, idest, Caiphã, qui erat
põtifex anni illius, qui ideo hic dicitur
peccator absolute, quia dedit vltimum
consilium de morte Christi: vt habetur
Ioan. 11. *Et diabolus, stet à dextris eius*, i.
stabit, quia ad hoc à diabolo principali-
ter incitabatur, quia cum esset pontifex
anni illius, & per cõsequens magnæ au-
ctoritatis, poterat alios ad suam sentẽtiã
facilius inclinare. Et tunc diabolus ste-
tit à dextris eius, quia uoluntatẽ diabo-
li. s. de morte Christi sentẽtiãdo prælegit.

1943 *Cum iudicatur, exeat condemnatus, & oratio eius fiat in peccatum.*

Matth. 16.
HIc ostendit quo inde ad æternam
pœnam fuit condemnatus. Vbi no
tandum q cum Christus in cena suis
dixisset discipulis, vnus vestrũ me tradi-
turus est, adiũxit d. Filius quidẽ hoĩs va
dit, sicut scriptũ est de illo, statim sñiam
Væ significat damnationem æternam.
contra proditorẽ Iudã protulit d. Væ
autem homini illi, per quem tradetur.
Per væ. n. significatur damnatio æterna,
vt apparet Matth. 23. vbi Christus hypo
critas ostendit damnandos æternaliter
dicens, Væ vobis, scribæ, & pharisæi hy-
pocritæ, qui clauditis regnũ cęlorum an
te homines, nec uos intratis, &c. Dicẽs
ergo Christus de Iuda proditore, vę aũt
homini illi, per quẽ tradetur, ipsum ex
peccato suo. quod præsciebat, condem-
nauit ad æternam pœnã. Qñ aũt Chri-
stus illã sñiam protulit adhuc erat in cœ
na cum illo, ut habetur Matth. 26. post
autem prædictam sententiam contra Iu
dam datam discipuli uolentes scire con
tra quem data esset sententia aspiciebãt
se mutuo hæsitantes, de quo diceret. Cũ
ergo Ioannes recumberet in sinu Iesu,
ad nutũ Petri dixit ad Iesum. Dñe, quis
est qui tradet te? Cui dixit Iesus. Ille est,
cui intinctum panem ego porrexero. Et
cum intinxisset panem, dedit Iudæ, Cũ
ergo accepisset ille buccellam, exiuit cõ
Iudas exiuit à cęna condemnatus.
tinuo, vt habetur Ioan. 13. Ex quibus pa
tet, quod Iudas antequam de societate
Christi in nocte cenę exiret, iam contra
eum data erat sententia damnationis æ-
ternæ per Christum. Et hoc est, quod p-

E uidens ps. in persona Christi d. *Cũ iudicatur*, s. in cœna à Christo, *exeat condemnatus*, i. exibit iam condemnatus, quia
post prolatam sententiam à Christo Iu-
das exiuit à consortio Christi, & Apo-
stolorum ad perficiendum proditionem
suã, quã ante facere principibus sacer-
dotum promiserat, s. vt de facto traderet
Christum in manibus eorum, vt habetur
Io. 18. Sequitur quod est mirabile. *Et ora*
Oratio idem est quod oris ratio, siue locutio.
tio eius fiat in peccatum. Vbi notandũ, q
oratio sm grammaticos dr quasi oris ra
tio. Et sic omnis ad alterum prolocutio,
oratio põt nuncupari. Vnde & legati ad
F loquendum alicui missi oratores dicun-
Oratio quomodo fit in peccatum.
tur. Et sm istum intellectũ, oratio Iudæ
fuit, qñ exiuit de cœna à consortio Chri
sti, q directa via iuit ad principes sacer-
dotum ad orandum, i. ad loquendum cũ
eis q modo erat hora capiendi Christũ,
& ad petendũ ab eis cohortem, & mini-
stros, vt caperent Iesum. Et sic nulli du-
biũ, q talis Iudæ oratio illi fuit in pec-
catum, s. tractatio q Christus caperetur,
Oratio bona oratio qua fit per Christum.
quod & de facto fecit. Et hoc est, quod
præuidens ps. ait. *Et, oratio eius fiat in peccatum*, s. ipsi Iudæ, & alijs, qui ad oratio-
nem eius dederunt ei cohortem, & mi-
G nistros. Magis aũt hic mysticè notat glo.
q illa oratio oranti fit in peccatum qua
quis non vult sequi Christum sed perse
qui magis. Non. n. est iusta oratio, nisi il
la, quæ fit per Christum, Illa aũt, quæ
non fit per Christum, non solum nõ de
let peccatum, sed ẽt ipsa fit peccatũ. Illa
aũt oratio non fit per Christũ quæ nec
affectu bono fit, nec bonum petit. Sicut
econtrario illa oratio fit per Christum,
qua petitur, quod petendũ est, & eo mo
do, quo petendum est. Alióquin aut sic
oratur vt in parte fit oratio per Chri-
stum, & in parte non, qñ, s. bonum non
H bene, vel bene non bonum petatur. Iu-
das aũt nec bonum, nec bene petit. Qñ
aũt Iudas sic orare potuit, ut oratio eius
fieret in peccatum, certe iam non pote-
rat orare per Christum cum iam cogita
ret de illo tradendo? Ex quo habes, q
omnis orans peccat orando, qui orãdo
aut petit, quod non decet, aut petit affe
ctione, & modo, quo non petere decet.
Quid ergo dicemus de petẽtibus in ora
tione temporalia, non æterna: salutem
Esaia 1.
corporis, non animæ & huiusmodi? De
talibus

talibus: n. dicitur. Cum multiplicaueritis orationes vestras, non exaudiam vos, manus: n. vestræ plenæ sunt sanguine.

1944 *Fiant dies eius pauci, & episcopatum eius accipiat alter.*

Philes. 4. Ethic.

HIc ponitur tertia pœna Iudæ. s. quod in Apostolatu modicum stetit, & de collegio Apostolorũ fuit cãcellatus. Et hæc vtenti rõne maxima pœna esse videtur. Nam sicut honor in præsenti vita vſ. bonũ supremũ, sic priuatio honoris qua quis ab honore alto ad confusionẽ cadit, pœnarũ temporaliũ maxima esse vſ. Considera ergo quã altus honor, & gradus erat Christi apostolatus, ad quẽ gratuite à Christo Iudas fuerat electus, quia de toto orbe ad tã altã dignitatem duodecim elegit, ut essent totius orbis lumen, sęculi totius iusti iudices, vt cœlum verbo clauderent, ferasq; eius solue rent, aĩas hominũ ligare, & soluere possent. Et ideo quanto gradus apostolatus honore erat altior, tanto ab ipso deponi, maior fuit pœna. In isto autẽ gradu apostolatus Iudas paucis stetit dieb. quia apostoli à Christo fuerunt electi postquam Christus incepit prædicare, cuius prædicatio durauit per tres annos Petrus aũt Apostolatũ tenuit post mortem Christi per multos annos, sic & Andreas, Matthæus, &c. Et hoc ꝓuidens ps. ait. *Fiant*, i. erunt dies eius pauci, s. in apostolatu. *Et episcopatum eius accipiat*, i. accipiet alter, quia s. dignitatẽ apostolatus loco eius accepit Matthias, vt habetur Act. 1. vbi hunc textũ pro electione Matthiæ facienda allegat Apostolus Petrus, ad literam dictum esse de Iuda, dicẽs, viri fratres, oportet impleri scripturam, quam prædixit spiritussanctus per os Dauid de Iuda, qui fuit dux eorum, qui comprehenderunt dominum Iesum, qui connumeratus erat in nobis, & sortitus est sortem ministerij huius, &c. Scriptũ est. n. in li. ps. *Fiat commoratio eorum deserta, &c. Et episcopatum eius accipiat alter.*

Iudas modicũ tempus stetit in apostolatu.

Episcopatus est nomen honoris & laboris.

Nota ergo quod episcopatus in ecclesia alti est honoris, sed magni laboris, qđ ex suo patet nomine. Nam scopin quod est intendere, vel speculari componitur cum epi, quod est supra, & inde dicitur episcopus, quasi speculator, & superintendens, curam subditorum gerẽs. Vel dici-

A tur ab epi & copos, quod est labor quasi superlaborans supra gregem sibi commissum. Et quia talis labor, & speculatio est labor bonus & meritorius, ideo de episcopatu ait Apostolus. Si quis episcopatum desiderat, bonũ opus desiderat. Sed vt ait catholicon, hodie magis videtur esse nomen honoris quàm oneris, magis dñi quàm ministratoris. De tanto ergo officio depositus fuit Iudas, quia oportet esse episcopum sine crimine. Ipse autem radicem omnium criminum in se continebat, s. auaritiam, qua inebriatus Christum vendidit suum dominum, & B magistrum. Vnde istius iustam depositionem propter cupiditatem auaritiæ notans Ioan. Chrys. in sermone de proditione Iudę, sic ait, Ait Iudas principib. sacerdotum. Quid vultis mihi dare, & ego eum vobis tradam. Dic, Iuda omniũ sceleratissime, hoc te magister docuit? hoc tibi tantus doctor ostendit? Ideo. n. diuitias debere te contemnere prædicabat, ideo admonebat. Nolite possidere aurũ, nec argentũ in zonis vestris, vbiq; auidam cupiditatem pecuniarum excludens. Nam & hoc tibi persuadebat d. Si quis te percusserit in una maxilla, præ C be ei alterã. Quid vultis mihi dare, &c. Dic mihi quæ causa proditionis est? Tradis magistrum, nũquid laceratus ab eo? audiam læsionem tuam. Forsitan quod tibi dęmonũ tradidit potestatem, quod fecit te languentibus subuenire, quod mortuos suscitare didicisti, has beneficiorum vices exoluis, d. Quid vultis mihi dare, & ego vobis eum tradam? O dementia, imo cupiditas proditoris. Cuncta enim mala cupiditas procurauit. Hac affectus Iudas magistrum tradidit. Nam cupiditas huiusmodi fortita est naturam, captas animas retinet, & omnibus modis alliga D tas constringit, beneficiorum omnium obliuionẽ imponit, & alienationẽ mẽtis ostẽdit, & aię. Iudas captus cupiditatis insania, quãta beneficia conuersationis mẽsæ apostolatus admonitionis, suasionis oblitus est, cupiditati intentus? Vnde & apostolus oĩum malorũ radicẽ cupiditatẽ dicit esse. Hæc Iudã à Christi mensa expulit, de libro uitæ cancellauit, ac de episcopatu sui apostolatus exclusit, vt alter sui loco poneretur, d. ps. *Fiant dies eius pauci & episcopatũ eius accipiat alter.*

1. Tim. 3.

1. Tim. 3.

Iudas auaritia, tradidit Christũ

Matth. 26.

Matth. 10.

Matth. 5.

Matth. 26.

Matth. 6.

Fiant

1945 **Fiant filij eius orphani, & vxor eius vidua.**

HIc ponitur quarta pęna Iudæ: quia scilicet, cito post proditionem suā fuit vita priuatus, quia, s. eodem die quo Christus fuit passus Nā vt habetur Mat. 27. videns Iudas, quòd damnatus esset, s. Christus ad mortem, pęnitentia ductus retulit triginta argenteos principib. sacerdotum, dicens, Peccaui, tradens sanguinem iustum, & abiens laqueo se suspēdit, & diffusa sunt omnia viscera eius, vt habetur Act. 1. Hoc ergo notans psal. dicit. *Fiant filij eius orphani* Filij enim alicuius fiunt orphani ex morte patris, q̃a, scilicet, eodem die passionis se suspendit. Quod alijs verbis repetit, d. *Et vxor eius vidua*; quia vxor alicuius non fit vidua nisi per mortē illius, cuius est vxor. Habebat enim Iudas vxorē, & filios, vt hic ait gl. Ex hoc enim vult notare psal. quòd etiam filij, & vxor Iudæ propter ipsius peccatum sunt passi: quia scilicet, filij effecti sunt orphani, & vxor vidua. Sed gl. mouet quæstionem, quare hic nominat filios Iudæ, & vxorem? vult ne forte ex hoc innuere quod ad pœnā Iudæ spectet, q̄ sui cari hic relicti passi sunt: an etiam nullus dolor tangat mortuos de ijs, quæ in suis caris post mortem cōtingunt, vel quomodo ea, quæ circa nos aguntur, nouerunt spiritus mortuorum. Ad istud respondet gl. dicens, Breuiter dici potest, quòd mortuis est cura de suis caris, vt de diuite legitur, qui dum tormenta apud inferos pateretur, leuauit oculos ad Abraham, & inter alia dixit, Habeo enim quinque fratres, ne & ipsi veniant in hunc locum tormentorum. Habent enim mortui curam de viuis, quos sciunt viuere, quia nec in locis pœnarum vident eos, vbi diues sine fratribus erat, nec in requie beatorum vbi Abraham, & Lazarum agnoscebat. Damnati enim videbunt beatos vsq; ad diē iudicij, non tamen ideo consequens est eos scire, quæ circa caros illorum aguntur hic, vel læta, vel tristia. Vult dicere, quod mortui sciunt suos viuere, ex hoc quia non vident eos ibi esse, nec cū beatis neque cum malis, non tamen eos hic vident, vnde nesciunt quid circa eos, scilicet, viuos agatur.

Glossa.

Mortui an cognoscant quæ hic agūtur.

Glossa.

Luc. 16.

Damnati videbunt beatos vsque ad diē iudicij.

E **Nutantes transferantur filij eius, & mendicent, & eijcientur de habitationibus suis.** 1946

HIc ponitur Iudęorum pœna in generali. Et diuiditur in duas partes, quia primo ipsorum multiplex pęna ponitur, secundo dictæ pœnæ causa ostenditur, ibi, *Fiant contra dominum semper*. Quantum ad primum, pęna multiplex Iudæorum prædicatur, quam pp̄ Christi mortem erant passuri, quia primo à suis habitationibus fuerunt expulsi, secundo suis bonis omnibus fuerunt expoliati,
F ibi, *Scrutetur*, tertio omni adiutorio fuerunt destituti, ibi, *Non sit illi adiutor*, quarto de mundo cito fuerunt eradicati, ibi, *Fiant nati eius*, quinto pro patribus filii fuerunt trucidati, ibi, *In memoriam*. Prima pęna, quā ponit Iudæorū pro p̄cō mortis Christi, est: q̃a de suis habitationibus fuerunt expulsi. Quod fuit q̄n Titus, & Vespasianus Romani pricipes obsederunt ciuitatē Hierusalē in die festo, & ipsa capta oēs trucidauerūt, vendiderunt, vel sic captiuarūt, q̄ in toto regno Iudææ nullus ipsorū remanere potuit. Et hoc præuidens ps. d. *Nutantes transfe-*
G *rantur filij eius*, i. populi Iudæorum, i. cadentes, vel ruentes. Nam nuto, as, idem est quod cadere, vel ruere, quia ipsi nutātes in captione ciuitatis, multi ipsorum venundati ad alias regiones translati fuerunt. Et notandum, q̄ non dicit de Iudæis, qui Christū persecuti sunt, sed de filiis, quia cum quadraginta duo anni transierunt inter Christi passionem, & captionem ciuitatis per Titum, & Vespasianū, verisimile est q̄ persecutores Christi iā erant mortui, vel saltē maior pars ipsorū: p̄ quorū peccato filij puniti fuerunt, & expulsi. Et ideo sicut vagabundi
H omnibus suis priuati, exierūt coacti mēdicare. Et hoc est quod subdit. *Et mendicent, & eijcientur de habitationibus suis*. Hoc autem intelligit gl. dictum de filijs, & vxore Iudæ, qui post mortem Iudæ expulsi fuerunt, & expoliati etiam ab ipsis Iudæis in detestationē proditionis commissę. Licet enim quandoque malæ placeāt proditiones, quibus suos inimicos euertant, nunquā tamen proditores, maximè cum secundum aliquos vxor Iudę cum filijs fuerint cōsentiētes proditioni

Iudæorum captiuitas per Rom.

Christi,

Christi, quàm Iudas eis reuelauit propter lucrum inde recipiendum.

1947 *Scrutetur fœnerator oēm substantiam eius: & diripiant alieni labores eius.*

HIc ostendit, q Iudæi oībus bonis tēpalibus fuerūt expoliati. Vbi primò aduertendū, q noīe fœneratoris intelligitur princeps Romanus Titus. Cuius rō est. Nā vt dictū fuit, ver. 1177. vsura, siue fœnus est triplex, s. culpæ, gratię, & pœnæ. Et dicuntur fœnus pœnæ, qñ plus exigitur in pœnis q̃ cōmissum fuerit in culpis, quod multipliciter accidit, vt patet ibidē, quod & fecit Titus, quia à Iudæis vnus solus iniustè fuit mortuus, & ipse tot millia Iudæorum trucidauit pro vindictā nillius. Vñ & alia litera hēt *exactor*: vbi hic habetur *fœnerator*. Secūdò notandū q noīe substantiæ tria intelliguntur, qm̄ substātia est triplex, s. interior, & sic aīa nostra dr̄ substantia, quia est corporis humani forma substātialis, vt deducit Philos. 3. de anima. Et de hac substantia d. Psal. Deo. Et substātia mea apud te est. Secundò est substantia superior, s. fides, quia dr̄ fundamentum primum omnibus virtutibus substans. Et de hac ad Hebr. 11. Fides est substātia rerū sperandarum, ar. &c. Tertiò est substātia exterior, s. omnia bona tēporalia, quæ dicuntur substantia, quia subesse debent homini, & non dñari. Sic enim de bonis tēporalibus dr̄ Gen. 13. de Abraham & Loth q erat substantia eorum multa, & nequibant simul habitare. Et in ista temporali & exteriori substantia tria debēt attēdi. Primum ne indebitè acquiratur. Eccl. 13. Bona est substantia, cui nō inest peccatum in cōscientia. Secundū ne iniustè dissipetur: sicut fecit ille adolescēs, qui accepta portione substantiæ, quæ ipsum contingebat, à patre recessit, & dissipauit substantiā suam cū meretricibus, & postea cœpit egere, vt habeť Luc. 15. Tertiū, ne nimis cupidè retineatur, Eccle. 14. Viro cupido, & tenaci sine rōne est substantia, Ad propositū hic accipitur substantia pro diuitijs, & temporalibus bonis, quibus omnibus per Titū, & eius exercitum Iudæi expoliati fuerūt, qñ ab eo ciuitas Hierusalē capta fuit in vindictam mortis Christi. Et hoc est, q

Substantia accipitur tripliciter.

Hebr. 11.

A prænidens Psal. de populo Iudæorū ait. *Scrutetur*, i. scrutabitur fœnerator, i. Titus cum suo exercitu, *omnem substātiam eius. Et diripiant alieni labores eius*, i. Romani, qui alieni erant à Iudæis, & natione, & cultu. Vbi per labores intellige diuitias ipsorum laboribus acquisitas. Vel aliter istum textum intelligit gl. dictum de vxore Iudę relicta, & filijs eius, de quibus etiam intelligitur versus præcedēs. Sed tunc facit dubitationem, vnde Iudæ vxor & filij habebant substātiam rerum temporalium quam Iudas pater eorum non habuit, qui cum alijs Apostolis sequebatur dominum, & omnia reliquerat. Ad hoc respondetur, quod quāuis Iudas à principio qñ secutus est Christum omnia reliquerit: tñ postea à Christo factus societatis procurator, habebat loculos, & ea, quæ Christo dabātur, ipse portabat. Et sic vsu pecuniarū mutato, animo factus est fur. Et de illis, quæ dabantur Christo, & Apostolis, ipse partem furabatur. (vt habetur Io. 12.) & illam dabat vxori, ac filijs, & ex hoc habetur verisimiliter, q illos triginta argenteos, quos recepit pro Christi proditione, retulit vxori, ac filijs, & sic vnde illos habuerat intimauit illis. Ex quo satis apparet, q illi ēt consentientes fuerunt in Christi traditione. Vnde hic ait gl. Oīa, quæ Iudas habuit, vxori. & filijs dimisit, scilicet, quæ de loculis Christi furabať. Et de istis substantijs, quas Iudas dimisit vxori, & filij hic dicitur: *Scrutetur fœnerator omnem substātiam eius* &c. quia istis ipsi postea expoliati fuerunt. Sed dicet quis, Cū dñs cognosceret Iudam ad furtum dispositum, quō ei commisit loculos dans ei occasionem furandi? Ad hoc respondet Chrysost. super Ioan. d. Ideo enim Iudę furi existenti loculos commisit dominus, vt omnē ab eo furandi abscindat occasionem. Non enim habebat dicere, quoniam propter pecuniarū desiderium hoc fecit. Etenim sufficientem habebat ex loculo concupiscentiæ mitigationem.

B

C

D

Glossa.

Iudas habuit diuitias quia fur erat.

Glossa.

Iudam quare Christus fecit procuratorem cū sciret eū furem.

Non sit illi adiutor: nec sit, qui misereatur pupillis eius. 1948

HIc ponitur tertia pœna, scilicet, q in illa captiuitate omni fuerunt adiutorio destituti, quia propter timo-

rem potestatis Romanorũ nullus alius populus ausus fuit illi præbere auxiliũ contra Romanos, & ẽt quia aliæ nationes circunstantes erant gentiles,& propter cultus disparitatem ipsos habebant odio. Quinimo Agrippa Rex, qui erat Iudæus,populo Iudæorum relicto, cõsęderauit se, & iunxit cũ Romanis,vt dicit

Iosephus. Iosephus in lib.de bello Iudaico. Istum

Glossa. aũt textum intelligit.gl. de Iuda, dicens sic, *Non sit illi adiutor*. De Iuda hoc ideo dicit,quia & boni quandoq; tentantur, sed dominum habent adiutorem. De Iuda aũt dicitur *non sit illi adiutor*, f.ad iuẽdum eius posteritatẽ, propter quod subditur. *Nec sit qui misereatur pupillis eius*. Pupilli.n.dicuntur quasi pusilli. Vnde & pupillus dicitur quasi paruus. Hoc dicit,quia filij Iudæ non habuerunt protectorem,qui eos à morte tueretur, vt statim dicetur in sequenti versic. Et nota,

Auxilio diuino quis priuatur propter ma. q͙ diuinum adiutorium multiplici ratione à multis subtrahitur, quibus omnib. merito à Iuda & sua posteritate fuit subtractum. Subtrahitur.n.primò rõne præuaricationis & inobedientiæ. Qui enim Deo inobediens est, qualiter eius auxilio fulciri meretur? Sic enim de populo Iudæorum,qui Deo fuit rebellis dicitur ps.88. Auertisti adiutorium gladij eius, & non es auxiliatus ei in bello. Iudas autem Christo inobediens fuit, quia ei cũ alijs præceperat Christus. Nolite possidere aurum,nec argentum, &c. Secũdò ratione præsumptionis, & superbiæ. Sic enim superbus & facinorosus Nicanor deposita veste gloriæ fugiẽs solus, omni auxilio destitutus venit Antiochiam, vt habetur 2.Machab.8. Tertiò ratione humanæ confidentiæ. Quãdo.n.quis in auxilio mundi sperat,& non Dei,merito di-

Matth. 10. uino priuatur adiutorio. Sic enim accidit Iudæis,qñ in mundo sperabãt.Es.30. Væ filij desertores sperantes in auxilio, & fortitudine Pharaonis, & habentes fiduciam in vmbra Aegypti. Talis erat Iudas, & ideo furabatur, spem in temporalibus ponẽs,vt ab illis adiuuaretur. Quartò ratione sustentationis malitiæ, quando,f. quis malis auxilium præstat, & ipsos fouet. Vnde 2. Paral. 19. Impio præbes auxilium, & ijs qui oderunt dominum, amicitia iungeris, idcirco iram dñi merebaris. Talis fuit Iudas, q͙ auxi-

E lium præstitit principibus sacerdotũ ad Christũ capiẽdum. Quintò pusillanimitatis,& vecordiæ. Qui.n.indigenti timet præstare auxilium,quo ipse à Deo auxiliari meretur? Sic.n.accidit Assyrijs, de quibus 2.Reg.10.Si præualuerũt aduersum me Syri, eris mihi in adiutorium,si autem filij Ammon præualuerint aduersum te, auxiliabor tibi. Sic fuit Iudas, qui Christo auxiliũ debuit pstare, & per oppositum fecit. Sextò ratione obstinationis uolũtariæ. Vnde de obstinato Antichristo dicitur. Veniet vsq; ad summitatem eius,& nemo auxiliabitur ei. Ta-

F lis fuit Iudas,qui obstinatus perijt. Septimò ratione damnationis,& perpetuę miseriæ. Damnatis.n.non præstabitur auxilium Dei, unde Esa. 10. Quid facietis in die visitationis, & calamitatis de longe venientis, ad cuius confugietis auxiliũ? Quasi dicat. Nullus auxiliabitur uobis. Talis fuit Iudas,de quo Deus ait. Væ autem homini illi, &cætera. Et hæc omnia etiam populo Iudæorum possunt applicari iuxta primam expositionem.

Fiant nati eius in interitum,in generatione vna deleatur nomen eius. 1949

G HIc ponitur quarta pœna.f.quòd de mũdo cito essent eradicati. Hic de populo Iudæorum intelligitur. Vbi notãdum, q͙ non omnes Iudæi tractauerunt mortem Christi, quinimo aliquibus displicebat, quod contra Christũ agebatur. Quoniã ut dicitur Luc.23.dũ Christus duceretur ad crucem, sequebatur eum multa turba populi,& mulierũ,quæ plangebant, & lamentabantur eum. De illis ergo Iudæis,qui principales fuerunt contra Christum,intelligitur hic textus. Tales.n. iam verisimiliter erant mortui tpe captionis ciuitatis. Sed ne aliqua po-

H steritas talium remaneret, omnes nati illorũ in illo excidio ciuitatis interierunt. Quod præuidens Psal. de illis principalioribus dicit, *Fiant nati eius in interitum*, scilicet, eius gentis, quæ principaliter Christi mortem tractauit,ut.f. memoria eorum ex toto eradicetur de terra. Et hoc, quod subditur, *In generatione vna deleatur nomen eius*,i.in generatione prima. Nã prima generatio patris est filius, secunda filius filij, tertia filius filij filij, & sic ulterius. Tales ergo non habuerũt

Iudæi tractãtes Christi mortem omnes sunt exclusi cũ suis.

secun-

secundã generationem, quia oẽs ipsorũ nati mortui sunt in illo excidio absq; filijs. Quod quidem satis est verisimile. Si enim in vindictã mortis Christi, Romani tantã stragẽ Iudæorũ fecerunt, credẽdum est, q̃ omni diligentia adhibita ipsi principalius quærebant illos occidere, qui fuerũt causa mortis Christi, & natos eorũ. Aliter istũ textum Nicolaus de oĩbus Iudæis intelligit generaliter, quia anno quadragesimo secundo post passionem domini: Romani ceperũt ciuitatẽ, & natos multorũ, qui fuerãt eo tẽpore, occiderũt. Et taliter illos, qui de Iudæis remanserunt, dispersérũt hincinde per mundum alijs nationibus subiectos; q̃ hodie per se nõ faciunt populum habitantem aliquam terram, vel habentẽ aliquod dominium. Et sic in prima ipsorũ generatione deletum est nomen eorũ, quod erat populus Dei, vel populus Israel, quo amodò noĩe carẽt. Et hoc prævidens Psal. ait, *In generatione vna deleatur nomen eius.* Aliter istũ versum de Iuda proditore, & eius filijs exponit gl. d. quia supra de Iuda, & filijs eius ait Psal. Non sit illi adiutor: nec sit, qui misereatur pupillis eius. Et possent sine adiutore filij Iudæ (licet in ærumnis) crescere, & genus suũ propagationẽ seruare, ideo de ipsis subdit, *Et in generatione vna*, s. prima, deleatur nomen eius, i. quod de Iuda generatũ est, cito per interitũ transeat, & deficiat. Ricardus aũt de S. Victore, istum textum magis mysticẽ exponit de tentatione, quæ ne robur acquirat, in prima generatione debet occidi, vnde dicit sic, *Fiant nati eius in interitum* &c. de prima suggestione, cui in ipso exordio non resistitur, praua desideria tanquam filij vel filiæ oriuntur, contra quã sobolem increpationis iaculum, propheta valida manu deuotionis intorsit, cũ dixit, *Fiant nati eius in interitũ.* Filiæ ergo sunt species, quæ mentẽ alliciunt: nati verò, cũ per consuetudinẽ robur acquiritur. In fœminis. n. forma quæritur, i viris aũt virtus præfertur. Qm̃ ergo quasdã prius assuetas, quasdam quamuis minus assuetas, tñ multũ illecebrosas cogitationes toleramus, nunc contra filios, nunc cõtra filias pugnamus. *Fiãt inquit nati eius in interitum*, &c. Noluit eos viuere cũ d. *In generatione vna deleatur nomen eius.*

Iudæi nomẽ suum perdiderũt quod erat populus.

De Iuda proditore nullus superest.

Tẽtatio statim debet occidi.

A Prima proles est in cogitatione: secũda in delectatione, tertia in cõsensu, & quarta in effectu. Vigilanter tñ attẽdendum est q̃ non dixit, sine generatione deleatur nomen eius, sed ait. *In generatione vna deleatur nomen.* Si enim non tentemur, non coronabimur, quia si non pugnemus, non superabimus. Sed quia internæ pacis gaudia, quæ exuperant oẽm sensum, non contẽplamur, quandiu tentationis perturbationum molestijs fatigamur, non ipsum tantum, sed nomen eius etiam deleri desiderat, vt vel nulla memoria conscientiam remordeat.

B *In memoriam redeat iniquitas patrum eius in conspectu domini: & peccatum matris eius non deleatur.* 1950

Hic ponitur quinta pœna, qua pro peccato patrũ filij puniri fuerũt, quod generaliter de Iudæis intelligitur. Nã, vt d. Nicolaus, ista dissipatio Iudæorũ fuit facta per Romanos per quadragiota duos annos post mortem Christi. Et verisimile est, q̃ illi, qui tractauerũt mortẽ Christi: iã erãt mortui, vel saltem p̃ maiori parte. Sed ipsorũ iniquitas ad
C memoriã fuit reducta dñi, qñ in vindictã Christi mortis nati eorũ captiuati, & interfecti fuerunt. Sed fortè d. Quæ iustitia est Dei, vt filium non peccantẽ puniat pro peccato patris? cum ip̃e dñs dicat, Oẽs animæ meæ sunt: ita aĩa patris, ita anima filij. Anima, quæ peccauerit, ipsa morietur, filius nõ portabit iniquitatẽ patris, &c. Istam materiã tractat Greg. lib. 15. mor. c. 22. super illo verbo Iob 21. Deus seruabit filijs eorũ dolorẽ patris, dicẽs sic. Scriptum nouimus, qui reddis peccata patrum in filijs, ac nepotibus usq; in tertiã, & quartã generatio-
D nẽ. Et rursus scriptũ est. Anima, quæ peccauerit ipsa morietur, filius nõ portabit iniquitatem patris, &c. In vtraq; igitur hac sñia dum dissimilis sensus inuenit, sed auditoris animus ut distinctiõis viã subtiliter requirat, instruitur. Peccatum quippe originale à parẽtibus trahimus, & nisi per gratiã baptismatis soluamur: etiam parentũ peccata portamus, quia unum adhuc videlicet cum illis sumus. Reddit ergo peccata patrũ in filijs dũ p̃ culpa parentis ex originali peccato ani-

Quæstio.

Ezech. 18.

Quõ pro peccato patris filius puniatur.

Exod. 34.

Ezech. 18.

ma polluit prolis. Et rursum nō reddit patentū peccata in filijs, quia cū ab originali culpa per baptismū mundamur, non iā parentū culpas, sed quas nos ipsi cōmittimus, habemus. Quod tñ aliter intelligi pōt, quia quisquis parentū iniquitatem imitatur, ēt ex eius delicto cōstringitur, quisquis ēt parentum iniquitem nō imitatur, nequaquam delicto illius grauatur. Vnde fit vt iniquus filius iniqui patris imitator, non solum quæ addidit, sed ēt peccata patris persoluat, cū vitijs patris, quib. iratū dñm nō ignorat, ēt suam adhuc malitiā adiungere nō formidat. Et iustum est, vt qui sub districto iudice vias parentis iniqui nō timet imitari, cogatur in vita præsenti ēt culpas parentis iniqui persoluere. Vnde & illic dictum est, anima patris mea est, aīa filij mea est, anima quæ peccauerit ipsa morietur, quia in carne nonnunquā filij ēt ex patris peccato puniuntur. Deleto aūt originali peccato, ex parentū nequitia in aīa nō tenētur. Quid enim est ꝙ paruuli nonnunꝗ à dæmonibus arripiuntur, nisi ꝙ caro filij ex patris pœna vulneratur. In semetipso enim percutitur pater iniquus, & percussionis vim sentire contēnit. Plerūq; percutitur in filijs vt acrius vratur, vnde dolor patris carni filiorū redditur: quatenus per filiorū pœnas mens patris iniqua puniatur. Cū verò nō iam paruuli, sed prouectiores filij ex parentum culpa feriuntur, quid aliud apertè datur intelligi, nisi ꝙ illorū ēt pœnas luunt, quorum facta secuti sunt? Vñ rectè dr vsq; ad tertiam, & quartā progeniem. Quia. n. vsq; ad tertiā, vel quartā progeniē eam quā imitantur filij parētum vitam possunt videre, vsq; ad eos vltio extenditur qui viderunt ꝙ malè sequerentur, &c. Istum aūt textū applicat gl. non ad Iudæos generaliter, sed ad Iudā, & eius filios, quia Iudas fuit imitatus peccatū patrū, qui iustos, & prophetas persequebantur, & similiter filij ipsius Iudę peccata patris sui. ideo pro ipsis puniti fuerunt, vnde ait, Peccata. n. patrum ei redduntur, qui à malis eorū nō recedunt, sed nō eis qui morati sunt in Christo, qui iam nō sunt filij iniquorum, quia iam non imitantur mores eorum. Si ergo Iudas teneret adoptionē ꝗ ceperat, non pertineret ad eum vel sua

E præterita, vel parentū iniquitas, sed quia redijt ad malū vetusti generis: redit iniquitas patrum in conspectu dñi, vt in eo puniretur. Vel breuiter ad difficultatem pōt dici, quod pro peccato alterius non punitur quis spūaliter, sed solum tpaliter, vel corporaliter, sicut pro peccato patris adulterantis, filius ex adulterio natus punitur temporaliter, quia hæreditate priuat, vel corporaliter, quia ex seruo natus in seruitutem redigitur.

Fiant contra dominum semper, & di- 1951
spereat de terra memoria eorum,
F *pro eo quòd non est recordatus facere misericordiam.*

HIc ostenditur dictarū pœnarū causa. Et assignatur multiplex causa, prima ipsorū peruersitatis obstinatio: secunda crudelitatis persecutio, ibi. *Et persecutus est*, tertia peruersitatis electio, ibi, *Et dilexit*, quarta diuinæ æquitatis retributio, ibi. *Hoc opus eorum*. Quantū ad primū notādū, ꝙ quilibet obstinatus est contra dñm, quia negat bonitatem dñi, quod maximè intelligitur de finaliter in malo obstinatis, illi enim propriè dicun- *Obstinatus est semper cōtra dominum.*
G tur semper contra dñm. Cuius ratio est, qm̃ in eodē statu in quo anima separatur à corpore quo ad bonitatem & malitiā, semper sine fine perdurabit. Et ideo quia mali morientes obstinati semper erūt obstinati, & oīs obstinatus opponitur dño, ideo de talibus dr, quod semper erunt cōtra dñm. Hoc ergo intelligitur de Iudęis generaliter, quia Iudæi, qui remanserunt post captionem ciuitatis, & trucidationē multorū, vt in pluribus cōtra Christum manent obstinati, & infideles, & sic permanebunt vsq; ad finē sæculi. Sed quia malorū nomen, & fama cito
H trāsit (vt ostēdit Greg.) hinc est, ꝙ fama *Greg. li. 14 mor. c. 7.* Iudæorum, quæ per totum orbē diuulgabatur, ad nihilum est redacta. Quod cōsiderans Psal. ait, *Et dispereat de terra memoria eorum*, s. quātum ad virtutes, & bonam famam, licet eorū memoria duret in malū ipsorū, & infamiā. Sic enim dicitur Prouer. 10. Memoria iusti cum laudibus, & nomen impiorum putrescet. Quæ aūt sit causa ipsorū talis infamiæ p orbē subdit de illo populo; *Pro eo quòd non est recordatus facere misericordiam.*

Minus

Minus ponit, & plus significat. Per hoc A enim intelligit q populus Iudaicus crudelitatem maximam fecit Christū persequendo. Ex quo patet, q per illā propositionem negatiuam, s. *non est recordatus facere misericordiam*, vult inferre istam affirmatiuam, fecit magnam crudelitatem. Sed illa propositione negatiua vsus est, ut ostendat populum Iudæorū iustè derelictū à Deo, sine misericordia finali puniendum, iuxta illud quod dr Iacob 2. Iudiciū sine misericordia fiet illi, qui nō fecerit misericordiā. Aliter istū versum exponit glos. de Iuda, & parentibus eius. Pro quo notandum, q hic dictio *contra*, B quãque significat contrarietatem, qñque præsentialitatem. Notat. n. contrarietatem, sicut vnū contrariorum alteri contrariatur, vt calidum frigido, album nigro, sic mali contra bonos continuè bellant, sic & Iudæi contra Christum. Filij matris meæ pugnauerunt contra me. Quandoque verò notat præsentialitatem rei ante conspectum positæ. Sic. n. dixit Christus Apostolis. Ite in castellū, quod contra vos est, quę, scilicet, ciuitas Hierusalem directè erat ante oculos ipsorum. Et isto modo dicebat. Psalm. 50. Peccatum meum contra me est semper, C idest, ante oculos meos. Dauid enim peccatum suum post tergum habuit, & non contra se, idest, ante, cum sententiam cōtra diuitem qui rapuerat ouē pauperis dedit, oblitus q ille erat qui Bersabe rapuerat. Sed tunc illud contra se habuit, cum per Nathan reprehensus peccatū suum recognoscens fleuit, dicens, Peccatum meum contra me est semper. i. ante me, in conspectu meo. Isto etiam modo accipitur contra pro ante Psalm. 49. vbi Deus ait peccatori. Arguam te, & statuā cōtra faciem tuam. Vnde ibidem ait gl. Arguam te, &c. idest arguendo ostēdam D te tibi ipsi, & displicebis tibi, q & modo faceres, si te uideres mihi non placens quasi dicat, Statuam contra faciem tuā, quia peccatum tuum quod post tergum posuisti, ante faciē tuam ego ponam, ut scias quòd malè egisti, & fœditatem tuā erubescas. Ad propositum ergo hic accipitur ly *contra* secundo modo, scilicet, vt notat præsentialitatem. De Iuda ergo & parentibus eius ait Psal. *Fiant contra dominum semper*, ibi glossa. idest, pater, &

Negatio infert affirmationem.

Contra accipitur dupliciter.

Cant. 1.

Matth. 21.

mater Iudæ fiant contra dominum, non quidem vt aduersentur domino, sed vt Deus mala ipsorū aspiciēs, nō obliuiscatur in isto. Et est sensus. *Fiant contra dominum*, idest in conspectu domini. *Et moriatur memoria eorum* idest, parētum eius *dispereat de terra*, quia memoria parentum in successoribus dicitur continuari, sed successores Iudæ in prima generatione fuerūt deleti, vt dictum est vers. 1949. Et causam assignat. *Pro eo quò non est recordatus facere misericordiam* cum effectu. s. cū Christo, sed ipsum prodidit in mortem.

Et persecutus est hominem inopem, & mendicum, & compunctum corde mortificare. 1952

HIc ostendit secundā causam tanti exterminij Iudęorum, quæ fuit ipsorum persecutionis crudelitas. Vbi aduerte, quòd in Christo erat duplex natura. s. diuina, & humana, diuinā Iudæi persequi non poterant, sed humanam persequebantur, quæ adhuc mortalis erat, & infirmitatibus subiecta. Et in illa natura Christus erat inops, & mēdicus, inops idest, sine ope, quia nihil habuit sibi proprium ipso. d. Vulpes foueas habēt, & volucres cœli nidos, filius aūt hominis nō habet, vbi reclinet caput suum. Et quia nihil habuit qñ mendicando vixit, vt. d. Bern. in illo triduo qñ remāsit in Hierusalē recedentibus parentibus eius, cū esset annorum duodecim. Nec derogat dignitati Christi mendicasse, cui non derogat, imò ei gloriam infert, q cū in forma Dei esset, tantū se pro nobis humiliauit, vt eius humanitas non solum in manibus diaboli, sed q amplius est in manibus mēbrorū eius traderetur. Assumpsit. n. oēs defectus nostros non culpabiles, excepta ignorantia, vt ostēdit mag. lib. 3. d. 15. Cū ergo mēdicitas in nobis sit defectus non culpabilis distinctus ab ignorantia, sequitur q hūc assumpsit. Quod aūt non sit defectus culpabilis, patet intuēti quid sit mēdicitas, vel mendicare. Nam sm grāmaticos, manus cōponit cū dicis, vel ducis & fit mēdicus. a. ū i. ex toto pauper, quasi manu dicens, vel manu ducēs, eo q mos erat antiquitus egenū os claudere, & manum extendere, quasi manu dicere, vel manu ducere. Nihil

Christus fuit inops & mēdicus.

autē aliud includit, quod fit culpabile. Dicit ergo de populo Iudęorū ꝙ idō tantam cladem fuit passus: quia persecutus est hoīem inopem & mendicum.s. Christū gratis & iniustè, quod fuit maximæ crudelitatis. Vnde hic ait gl. Pauperes.n. persequi sola sæuitia est. Alij aūt vt diuites persequunt, qñq; vel pro diuitiis ipsorū habēdis, vel ipsorū dignitatib. Vel ꝭm gl. hoc totū intelligitur de Iuda, qui spāliter persequutus est Christū, ipsum in manus hostium tradendo. Propter ꝙ tantam pœnam ipse meruit cum oībus suis natis. De Christi mēdicitate & inopia, in qua eum sequi debemus. vide ver. 67. Et de isto eodem inope & mēdico, s. Christo, sequitur. *Et compunctum corde mortificare*, Christus.n. compunctus, i. totus simul pūctus, & vulneratus fuit ī carne, & ī corde: carne per flagella, mēte p peccata Iudæorum, quibus videbat alias electum populū Iudæorū morte sua perire. Vnde dolore tactus cordis, pro populo Iudæorum dixit patri in cruce. Deus, Deus meus, vt quid dereliquisti me? Qđ secundū Theo. sic intelligitur. hoc pro Iudæis dixit, quasi & ipse ꝭm carnē Iudæus existēs, quasi patri diceret. Vt quid dereliquisti populum Hebraicū in tantū cadere flagitium, vt tuum crucifigeret filium? Plus.n. me afflīgūt ipsorum peccata, quā vulnera mea. Et istum Christū sic corde compunctum, ipse populus Iudaicus quæsiuit mortificare.i. mortuum facere. Nam iudicante Pilato illum dimittendum, acquiescere noluerunt, sed clamātes dicebāt. Si hūc dimittis, nō es amicus Cæsaris. Similiter & Iudas hūc mortificare quæsiuit, dū ipsum ad mortem tradidit. De populo ergo Iudęorū, & de ipso Iuda dr̄, ꝙ quæsiuit compunctū corde mortificare. Per hoc.n. vult ostendere, quomodo vterque illorum persecutus est hominem inopem & mendicum.

Christus cō pūctus fuit carne & corde.

Matth. 27.

Ioan. 19.

1953 *Et dilexit maledictionem, & veniet ei: & noluit benedictionem, & elōgabitur ab eo.*

Hic ostendit tertiā causam, quæ fuit ipsorum uoluntatis, vel electionis peruersio. Et diuiditur in tres partes, qa primo ponit ipsorū electionis puersitas. Secundo ipsorū punitionis grauitas, ibi,

E *Et induit.* tertiò ipsorū captiuationis qualitas, ibi, *Fiat ei sicut.* Quātū ad primum sciēdū, ꝙ Deus ad malū neq; bonū nullū cogit, quia qđ coactè fit & nō liberè, neq; peccatū est, nec meritū, nec laudabile, nec uituperabile. Sed hoī dedit rōnē, qua posset cognoscere, & deliberare, qđ agēdū, quid fugiēdū, & volūtatē qua posset eligere libere partē quā uellet. Et si eligeret bonū, ordinauit tali debitū præmiū, si aūt ex peruersitate uolūtatis eligeret malū, tali ordinauit pœnā, & supplicium. Et hoc est qđ dr̄ Eccl. 15. Deus ab initio creauit hoīem, & reliquit eum in F manu cōsilij sui. adiecit mādata, & præcepta, apposuit tibi aquā & ignē, ad quodcūq; uolueris, porrige manū tuam. ante hoīem uita, & mors, bonū, & malū quod placuerit ei, dabitur illi. Etiam sciēdū ꝙ oīa præcepta legis ad dilectionē proximi terminabātur, ut deduxit Apost. ad Roma. 13. dicens, Qui proximū diligit, legē impleuit. Nā nō adulterabis, nō occides, non furtum facies, & si qđ aliud est mandatum, in hoc verbo instauratur, diliges proximum tuū sicut teipsum. plenitudo ergo legis est dilectio. Et ideo vt dilectionē proximi nullus uiolaret, certas maG ledictiones & pœnas statuit cōtra persequentes proximum, ut patet Deut. 27. & certas benedictiones obseruātibus legē, & dilectionē proximi. Qui ergo studiosè & gratis eligit proximū persequi, & inuistè talis consequentes eligit mala, quæ psecutoribus proximorū sunt ordinata, ut puta eligit inquinari peccato, à Deo derelinqui, æternis pœnis deputari. Non ꝙ ista per se cadāt sub electione, qa nullus pōt uelle malū per se sub rōne mali, sed per accidens, quia eligit illud agere, ad quod ista mala sequūtur, sicut eligēs fornicari, per accidēns eligit pœnā fornicantibus H debitam. Ad proposi um ergo Iudæorū populus habebat legē de dilectione proximi, habebat insuper maledictiones, & pœnas debitas iniustè persequentibus proximū. Sed his non obstātibus, peruersum habentes iudiciū elegerūnt Christū innocentē persequi, & ideo ex consequenti maledictiones, & pœnas talibus debitas elegerunt. Et hoc est, qđ de illo populo ait, *& dilexit maledictionē*: quia dilexit persequi proximū, ad quod sequitur debita maledictio, *& veniet ei*. Et si-

Deus nullum cogit ad peccatū, neq; ad meritum.

Cant. 1.

Malum per se nullus eligere potest.

Et sic noluit benedictionẽ: sicut.n. maledictionẽ nullus per se pōt eligere, sic nec benedictionẽ per se nullus pōt nolle, sed per accidens vt dictum est, nolendo aliquid, ad quod sequitur benedictionis priuatio. Et isto modo nolentes dilectionẽ proximi, benedictionẽ debitā diligentibus proximū noluerūt. Isti ergo populo merito venit maledictio, quia à Romanis grauiter, & merito afflicti fuerūt, & venūdati, & sic ab istis elōgata fuit benedictio, quia Romani illius populi nullatenus miserti fuerūt. Vñ istū passum tā de populo Iudæorū q̄ de ipso Iuda exponit glo. d. *Dilexit maledictionem*, s. ipse Iudas furando de loculis, & magistrum suum vendendo. Vel et populus Iudæorum dilexit maledictionem, d. Sanguis eius super nos, & super filios nostros. *Et veniet ei*, quia adhuc vsq; hodie maledictio pro illa Christi persecutione durat in eis. *Noluit benedictionẽ*, quia Christum regem negauerunt, d. Non habemus regem, &c. Vnde & cęco nato dixerūt. Tu discipulus eius sis: nos aūt non. *Et elongabitur ab eo:* quia benedictio in lege promissa ipsi Abrahæ, cui dictū est, In semine tuo benedicentur oēs gentes, ab ipsis Iudæis elongata transiuit ad gentes. Et verè merito populus Iudæorum benedictione Dei est priuatus, quoniā Dei benedictio ex virtutibus haberi meretur, quibus omnibus in Christi persecutione priuati fuerunt Iudæi.

Maledictionem voluerunt Iudæi & nō benedictionem.

1954 ***Et induit maledictionem sicut vestimentum, & intrauit sicut aqua in interiora eius, & sicut oleum in ossibus eius.***

Hic ostēditur ipsorū maledictionis, siue punitionis grauitas. Vbi notādum, q̄ Iudæi triplicē maledictionē passi fuerūt in persecutione Romanorū, & ipsorū excidio. Primò bonis exterioribus. s. temporalibus fuerunt priuati. Vñ de ipsis hic prædicitur. *Mendicent, & eijciantur de habitationibus suis.* Secūdò corporaliter populares fuerunt interfecti, venundati, & captiuati. Sic.n. dictum est, *Fiant nati eius in interitum*, &c. Tertiò ipsorū multi in tanta persecutione desiderati fuerunt, & sic in aīa perpetuò mortui. Vnde de eis prędictū est. *Fiant contra dominum semper.* Volens ergo Psal. ostēdere acerbitatē maledictionis, q̄ super Iudæos venit, ista tria hic insimul cōprehendit. Et primò tangit bonorū tēporalium expoliationē, d. *Fiat ei sicut vestimentum, quo operitur.* Vestimentum.n. est inter exteriora bona. Et sicut maledictio fuit eis sicut vestimentum, q̄ñ loco bonorum exteriorū maledictionē induerunt. Secundò tāgit corporū trucidationem vel captiuationem, d. *Et intrauit sicut aqua in interiora eius.* Aqua.n. significat mortē corporis, quia sicut aqua corpus semper fluit ad mortem. 2. Reg. 14. Oēs morimur, & sicut aquæ dilabimur super terrā quæ non reuertuntur. Inter bona aūt intrinseca & non extrinseca cōputantur corpora nostra, q̄ sunt intrinsecæ partes hoīs. Maledictio ergo sicut aqua intrauit in interiora eius, q̄ñ mors corporalis in dicta strage ad Iudæorum corpora peruenit. Tertiò tangit mortē aīæ ipsorū d. *Et sicut oleū in ossibus eius.* Quid.n. per ossa quibus totum corpus fortificatur, & totus homo sustentatur intelligitur: nisi aīa quā corpus viuit, & sustinetur? Quid aūt per oleū, quod est summe penetratiuū, nisi peccatū figuratur? Maledictio ergo sicut oleū intrauit in ossibus eius. s. Iudę, q̄ñ abiens laqueo se suspendit, & sic irrecuperabiliter eius aīa peccato mortua fuit. Vel populi Iudæorum, q̄ñ in illa strage multi desperati obierūt: Aliter aūt istum versum exponit gl. d. *Induit maledictionem*, s. peccata, quæ modo delectant, sed dicūtur maledictio, quia tormenta parant *Sicut vestimētum*, q̄ quia corporis est, per ipsum deprauatum corpus significatur. Et eadē maledictio intrauit, *sicut aqua in interiora eius*, per quod intelligitur deprauata anima, Foris enim in corpore, & intus in anima maledictionem habuit, incidens in eius iudiciū, qui corpus & animā perdit in gehennam. Et eadem maledictio fuit ī ossibus eius, per quod notatur deprauata ratio. Addit aūt, *sicut oleum*, per quod ostenditur, quia delectat eos modo malè agere. Et nota q̄ maledictio est multiplex. s. opprobrij: vnde maledicta erat sterilis in lege. Deut. 7. Et istā malèdictionem hodie sustinēt Iudæi, quia in opprobrium sunt toti mundo. Secunda est maledictio culpæ: vnde maledictus dicitur,

Vestimētū significat bona temporalia.

Aqua significat mortē

Ossa significat animā. Oleū significat peccatū.

Maledictio multiplex.

citur, qui in homine cōfidit plus quàm in Deo. Hier. 17. Maledictus homo qui confidit in homine. Istā maledictionem sustinent Iudæi, quia infideles effecti. Tertia temporalis pœnæ. Esa. 24. Dabo eos in maledictionē & vexationem. Istā sustinent Iudæi, quia per orbē vagabundi. Quarta pœnæ æternæ. Matth. 25. Discedite à me maledicti in ignem, &c. Et istam sustinebunt æternaliter, nisi conuertantur ad Christum.

1955 *Fiat ei sicut vestimentum, quo operitur: & sicut zona, qua semper præcingitur.*

OStenditur hic captiuationis qualitas, siue modus. Hic.n. vult Psal. ostendere, φ maledictio Iudæ, & Iudæorū confusio ex Christi morte erit publica toti mūdo, & perpetua. Erit publica, & quantum ad hoc dicit, *Fiat ei sicut vestimentum, quo operitur.* Quamuis enim sit dřia inter vestimentum, & operimentum, quia vestimentum non totū hominem operit, imò aliquam partem liberā dimittit, vt caput & manus, operimentū aūt vt palliū totū operit & nihil inopertum dimittit, vt notatur ver. 1189. Tamē Psal. hic accipit vestimentum largo modo vt etiam se extendat ad operimentū. Propter quod statim exponit seipsum d. *Fiat ei sicut vestimentum.* Vnde quod vestimentum accipiat pro operimento: statim subdit *quo operitur.* Vnde gl. hic ait, Supra dixit. *Et induit maledictionem sicut vestimentum*, accipiens vestimentū pro tunica, hic verò dicit vestimentum quo operitur vt pallio. Quod ideo dicit, quia sicut homo opertus pallio, hominis perdit apparentiā: quia si vna statua lignea sit operta pallio & vnus homo sit opertus pallio, non plus intuenti apparebit, H sen in conspectu hominū homo, quā statua. Sic & Iudæi in conspectu totius orbis: sic indumento vel pallio maledictionis operiuntur, vt ab oībus nō hoīes esse videantur, i. s̄m rationem viuentes, ideo quia vt dř psal. 72. Quia tenuit eos superbia, operti sunt iniquitate & impietate sua, quæ. s. faciunt hominem desinere esse à vero esse hominis. Vel ideo Iudæi dicuntur maledictione operti, quia Christi persecutionem falsis coloribus

Operti fuerunt Iudæi maledictione.

E operiebant vt puta dicētes eū legis trāsgressorem, Deum blasphemantem &c. Tn̄ istud operimentum falsorum colorum hodie toti mundo denudatū est, vt non zelo iustitiæ: sed liuore, & odio ipsum Christum fuisse persecutos credatur, vt prædixit propheta. Esa. 22. Reuelabitur operimentum Iudæ, s. populi Iudæorum, vel etiam ipsius Iudæ, qui reuelabit operimentum suæ malitiæ, qn̄ pœnitens dixit, Peccaui tradēs sanguinem iustū. *Matth. 27.* Quantum verò ad s̄m. s. φ ista maledictio sit eis durabilis declarat d. *Et sicut Zona qua semper præcingitur.* Præcin- F ctus enim siue ab hoste zona ligatus, nō potest se ad libitum liberare. Sic & Iudæi maledictione, vt zona semper præcincti dicuntur: quia ab ista maledictione nullatenus liberari possunt, quia ligatas habēt manus, & pedes, s. affectiones, & opera ad bonū, vel ideo hoc dicit, quia in illa clade à Romanis captiuati ligati fuerunt vt captiui, & tracti extra patriā suam. Nota quod in scriptura multiplex zona reperitur, scilicet mala, & bona. Primo est zona mala, scilicet prauæ consuetudinis, qua homo in peccato ligatus tenetur, & ducitur ad perpetuam miseriam G & ista zona ligati sunt Iudæi, vt hic dicit̄. Secundò est zona bona. Et hæc est quadruplex, qua multipliciter accingi debemus. Prima zona est puritatis, & munditiæ. Et hæc est zona poderis, quę, scilicet est quædam vestis sacerdotalis linea, qua sacerdotes induebantur, quæ descendebat vsq; ad pedes sed circa pectus erat stricta, & hac significatur munditia castitatis. Et ista circa pectus accingi debemus exēplo Christi: de quo Apoc. 1. Vidi similem filio hominis vestitū poderе præcinctum ad mamillas zona aurea. Secunda zona est funea, & significat virtutem asperitatis & pœnitentiæ, & ista debet poni ad renes contra impetus libidinis, & luxuriæ. Iob 12. Balteum regū dissoluit & præcingit fune renes ipsorū. Tertia est zona pellicea, significans memoriam nostræ mortalitatis, & hæc debet poni ad lumbos, vbi est virtus generatiua, vt geniti nos semper cognoscamus morituros. Ista zona pellicea accinctus erat Helias. Et de Ioanne Baptista, quòd habebat zonam pelliceam circa lumbos suos.

Zona multiplex qua multipliciter debem⁹ accingi.

4. Reg. 1. Matth. 3.

Hos

1956 *Hoc opus eorum, qui detrahunt mihi apud dominum, & qui loquuntur mala aduersus animam meam.*

Detrahebãt Iudæi Christo dupliciter.

HIc ostẽditur diuinæ ęquitatis retributio. Vbi notandum ꝙ Christus ex duabus naturis cõsistebat, diuina, s. & humana, & vtriq; naturæ Iudæi Christo detraxerunt, s. primo diuinæ, qñ, s. negabant eũ filium Dei esse. vnde ex hoc allegauerunt Pilato ipsum dignũ morte, quia filium Dei se dixerat Christus, d. Nos legem habemus, & ſm legẽ debet mori. quia filium Dei se fecit. Et quantũ ad hoc dicit, *Hoc opus eorum qui detrahũt mihi apud dominum* Nam ſm gloss. apud dominum Christo detrahunt, dicentes, ipsum non esse filium Dei, non esse illũ, quem lex, & prophetę Deum venturum pronunciauerunt, qui dicunt eũ non esse ex patre, vel minorem patre. Secundò Christo detraxerunt quantum ad humanitatem, vt puta, qui dicebant ipsum peccatorem, & hominẽ maleficum, sicut qñ dixerũt. Nos scimus quia hic homo peccator est. & Matth. 11. Hic homo vorator, & potator vini, & publicanorũ amicus, &c. Et quantum ad hoc d. *Et qui loquuntur mala aduersus animam meã*. Per animã enim accipitur totus homo qñque, sicut aliqñ per carnem totus homo intelligitur. vt, Verbum caro factum est. Item nota, quod hic, *opus eorum*, accipitur non pro ipsorũ malis operibus, sed pro pœna illis operibus malis debita, vt sit sensus, *Hoc opus eorum*, i. hæc est retributio operis eorũ, *qui detrahũt mihi*, &c. scilicet, pœnæ supradictæ sunt retributio operis Iudæorum contra Christum.

Ioan. 19.

1957 *Et tu, domine, domine, fac mecum propter nomen tuum: quia suauis est misericordia tua.*

HIc expositis malis & calamitatib. Iudæ, & Iudæorum, qui Christum perduxerunt ad mortem, consequenter ponitur à Christo resurrectionis eius postulatio. Orat. n. Christus vt per resurrectionẽ de manibus Iudęorum eripiatur. Et primò quod debeat in hoc exaudiri multiplicẽ adducit rationẽ. Secundò expresiè suã postulat orationẽ: ibi. *Adiuua me*. Quãtum ad primum Christus adducit tres rationes, ꝑꝑ quas à patre debet exaudiri. Prima sumitur ex parte diuinę clementiæ, secunda ex parte Christi miseriæ: ibi, *Libera me*, tertia ex parte Iudæorũ malitiæ: ibi, *Et ego factus sum opprobrium illis*. Quãtũ ad primũ sciẽdũ, ꝙ nõ nostris meritis Deus nostras preces exaudit, sed sua sola misericordia, qm (vt ait Mag.) meritis nostris, inquãtum hmõi, non debetur gratia, sed pœna. lib. 2. dis. 26. Et hoc ostendens Christus solã Dei misericordiã ꝓ exauditione sua inuocat, d. *Et tu, domine, domine, fac mecum propter nomen tuum, quia suauis est misericordia tua*, q. d. *Et tu, domine, domine, fac mecum*, s. misericordiam tuam me resuscitando, *propter nomen tuum*, s. per mundum prædicandũ, & dilatandũ. *Quia suauis est misericordia tua*, i. assueta preces istas exaudire. Nam ſm Grãmaticos suauis dr̃ à sueo, sues: quæ assueta sunt, suauia solent esse. Sic ergo misericordia Dei dr̃ suauis, quia sueta exaudire. Et nota ꝙ cũ Christus d. patri, *fac mecum*: ly *mecum*, tenetur merè passiuè, vt sit sensus, *fac mecum*, i. fac mihi. Vel potest teneri actiuè, vt sit sensus, *fac mecum*, i. id quod ego facio, tu mecum facis. Et hunc sensum magis approbat glossa. Et ideo præmittit coniunctionem, d. *Et tu, domine*, Christus enim inquantum verbum omnia opera ad extra faciebat, vt patet Io. 6. Pater meus vsque modo operatur, & ego operor. Inquantum enim verbũ resuscitauit se mortuum unà cũ patre: inquantum verò homo, resuscitatus fuit à patre & à verbo. Vnde hic ait glo. Nota, quòd ait, *Et tu, domine, domine, fac mecũ*: quia non sine causa præposita est coniunctio, ac si diceret, *Et tu, domine, fac*: quia ego facio. vnde sequitur, *Fac mecũ*, idest, operare, vt ego in uasa misericordiæ: vel, *Fac mecum*, idest, adiuua me secundum hominem. Et sic gl. notat vtrũque sensum. Et sic vides, quòd idem homo Christus rogat patrem, qui omnia agit vna cum patre. Rogat vt homo, ideo patrem dominum vocat, dicens, *Et tu, domine*. Agit cum patre, in quantum verbum, & ideo d. *Fac mecum*, i. tu & ego insimul faciamus. Sed quòd ad tantam dignitatem peruenerit Christus, vt assumptus à verbo patri dicere possis, *Fac mecũ*, hoc nõ habuit Christus homo aliqui-

Suaue dicitur quasi assuetum.

Merita nulla præcesserunt vt homo Christus esset Deus.

bus

bus suis præcedentibus meritis, sed sola gratia Dei sibi collocatum fuit tantum beneficium. E Et hoc notans. d. *propter nomen tuum.* q.d. ꝙ ego Christus homo tibi patri dicere possim, *Fac mecum*, hoc est, quia in unitate personæ assumptus sum, sed talis assumptio non est pp merita mea præcedentia, sed solum pp nomē tuum. Et sic in hoc gratiam Dei commēdat. Nullis.n. operū Christi meritis præcedentibus in tantam celsitudinem subuecta est humana natura, ut totum simul verbum, & caro, hoc est Deus, & homo vnigenitus filius diceret. Vnde hoc totū misericordiæ Dei attribuit. d. *Quia suauis est misericordia tua.* F Sicut.n. nullis præcedentibus meritis ab æterno Deus elegit & prædestinauit quos voluit, sed sola gratia eligentis, sic nullis præcedentibus meritis humanitas Christi assumpta est à verbo, sed sola inæstimabilis gratia creatoris. Qd notās Christus ait. *Quia suauis est misericordia tua.* Verè suauis nobis est misericordia qua Deus humanā naturā assumpsit, quia in hoc eius misericordia nobis subuenit in multis. s. primò contra commodū nostræ infirmitatis per suā omnipotentiā, quia natura humana in Christo omnipotentiæ Dei G fuit copulata, ipso. d. Data est mihi oīs potestas in cęlo, & in terra. Et de hac misericordia Dei. d. Sap. 11. Misereris oium quia oia potes. Secundò contra incōmodum ignorantiæ, quia natura humana in Christo facta est oīa sciens, quia oia nouit, quæ Deus. Et sic nostra per illum illustratur ignorātia. Eccle. 36. Miserere nostri Deus, & respice in nos, & ostende nobis lucem miserationum tuarum. Tertiò cōtra incommodum peccati, vel malitiæ, quia natura humana in Christo innocens fuit absq; omni macula. 1. Pet. 2. Non fecit peccatum, &c. H Imo accepit potestatem purgandi peccata, dicens, Ecce agnus Dei: ecce, qui tollit peccata mūdi. Vnde Ion. 4. Scio, quia tu, dñe, clemens, & misericors es, & patiens, & multæ miserationis, ignoscēs super malitia.

Rom. 8.

Misericordia Dei in Christo nobis valet ad multa.

Matth. vlt.

1958 *Libera me: quia egenus, & pauper ego sum, & cor meum conturbatum est intra me.*

HIc Christus assumit rationes, ꝙ debeat à patre exaudiri, ex parte pœnæ suæ, & miseriæ. Quātò.n. quis in maiori miseria est, tanto amplius alium inclinat ad misericordiam sibi exhibendā. Christus autem ut homo hic suas miserias exprimit, quę maximè sunt tres. Primò miseria paupertatis, & inopiæ, secundò miseria persecutionis variæ, ibi. *Sicut umbra*, tertiò miseria infirmitatis, & pœnæ, ibi. *Genua mea*. Quantum ad primū experientia docet, ꝙ alterius paupertas, & miseria hominem inclinat ad misericordiam. Quid enim aliud est misericordia, nisi miserū cor ex alterius miseria? Christus aūt pp nos hō factus (vt aliàs dictum est) defectum nostrum non culpabilem assumpsit præter ignorantiam, siue ignorātia excepta. Et sic quoad corpus assumpsit paupertatem, quo ad mentē tristitiā. Et ista hic allegat patri, vt ipsum iuxta nostrum modum loquēdi ad misericordiam flectat, & facilius exaudiatur, d. *Libera me.* s. de manibus Iudæorū, & de morte, & hoc per resurrectionē. *Quia egenus, & pauper sum ego*, quia cū esset diues, pro nobis egenus factus est, vt sua paupertate nos faceret diuites. Vel egestas, & paupertas Christi est assumptæ carnis infirmitas ex qua crucifixus est, *& cor meum conturbatum est intra me.* Quod fuit, qñ in passione sua ait, Tristis est anima mea usq; ad mortem. Cor enim Christi vel anima sic potuit conturbari sicut, & caro crucifigi. Ex hoc in vtroq; ostēditur vera humanitas. Cōsimilem orationē fecit Christus supra ps. 39. d. Ego aūt mendicus sum; & pauper, dominus sollicitus est mei. Et ps. 69. Ego verò egenus & pauper sum, Deus, adiuua me. vide vers. 672. 1136.

Miseria inclinat ad misericordiā.

Matth. 26. & Mar. 14.

Sicut umbra, cū declinat, ablatus sum: & excussus sum sicut locusta. 1959

COnsequenter hic Christus allegat suam persecutionem variè. Vbi notandū, ꝙ Christus à principio suę natiuitatis persecutus fuit, & de terra sua excussus, vt qñ à facie Herodis fugit in Aegyptū, similiter grādis effectus à Iudæis, & principibus sacerdotū, & sic finaliter ductus ad mortem. Vbi notandū, ꝙ per vmbram mutabilitas vitæ præsentis designatur. Vnde de homine, qui in continua mutatione persistit, dicitur Iob 14. ꝙ fugit uelut vmbra, & nunquā in

Vmbra significat uitam præsentem.

in eodẽ statu permanet. Sic & Christus se vmbræ comparat, quia diuersas perse cutiones passus diuersimodè agitabatur vita eius, & tandem eleuata super ipsum persecutione finita, & ablata fuit eius uita. Quod notans, d. *Sicut umbra cum declinat ablatus sum.* Pro cuius euidẽtia sciẽdum, q vmbra causatur à sole interposito corpore opaco, sic q quanto sol est bassior, maiorem & altiorem vmbrã causat, quanto aũt est altior, tanto paulatim minuitur vmbra. Et si tantum eleuaretur, q directè esset supra corpus opacũ, nullam vmbram causaret. Vnde dicitur, q in monte Sion est una columna, quæ dicitur esse in medio mundi, & cum in solstitio æstiuali in meridie sol respicit illam columnam, q nullam umbrã causat, sed ex omni parte illuminatur à sole. Cuius ratio est, quia cum corpus solare multo maius sit illa columna, ad omnem partẽ eius expandit radios suos & per consequens totam illius vmbram euacuat. Ista similitudine vtitur hic Christus. Vbi notandum, q per solem rationem sui ardoris significatur qñq; in scriptura persecutionis ardor, & crudelitas, q ostendit Greg. d. Per solem in scriptura persecutio designatur, sicut dñs in euangelio dicit, q orta sine radicibus semina, orto sole aruerunt, quia videlicet verba uitæ in corde terrenorũ hominũ tpali momento uirentia superueniente persecutionis ardore siccantur. Sol ergo persecutionis quanto magis erigitur, tanto vmbra vitæ præsentis minoratur, & qñ est in summo, ipsa vmbra uitæ præsentis aufertur. Sic ergo qñ persecutio Iudæorum contra uitam Christi fuit in summo, quia ipsorum contra Christum malicia erat confirmata, & potestas eis à Deo permissa, statim ad nihilum dedu xit uitã Christi per mortem. Et hoc est, q de se Christus ait. *Sicut umbra cum declinat ablatus sum*, s. à persecutione erecta. Sequitur. *Et excussus sum sicut locusta.* Quod ideo dicit, quia fugiendo persecutores, multoties transiuit de loco ad locum quousq; venit tps eius passionis à Deo præfinitum, vt puta fugiendo persecutionem Herodis fugit in Aegyptum. Iam grandis effectus fugiẽdo persecutionem Iudæorum, fugit trans Iordanem. Vnde cum Christus prędicaret,

Vel significat persecutionis aduersitatem.
Greg. li. 34. mor. c. 6.
Matth. 3.
Christi uita sicut umbra fuit ablata.
Fugit Christus multoties à facie persecutorũ
Matth. 1.
Ioan. 10.

A quærebant Iudæi apprehendere eum, & ipse exiuit de manibus eorum, & abijt trans Iordanem. Item cum dixisset Iesus Iudæis. Amen dico uobis, antequã Abraham fieret, ego sum, tulerunt lapides ut iacerent in eum, Iesus aũt abscondit se, & exiuit de templo. Item cum deliberato consilio ad uerbum Caiphæ dicentis: expedit vt vnus homo moriatur pro populo, &c. deliberassent Iudæi interficere Christum, Iesus iam non in palam ambulabat apud Iudæos, sed abijt in regionem iuxta desertum in ciuitatẽ, quæ dr̃ Ephrem, & ibi morabatur cũ discipulis

B suis, & sic multis alijs uicibus cõtigit. Et pp istas fugas frequentes, & mutationẽ locorum comparat se Christus locustis, quæ in eodem loco non perdurant, sed saliant hinc inde, d. *Et excussus sum sicut locusta.* Istũ aũt textum. *Excussus sum sicut locusta*, exponit Greg. de Christi resurrectione, ostendens q locusta in scriptura multa significat, d. Locustarũ nomine aliqñ Iudæorũ populus, aliqñ conuersa gentilitas, aliqñ adulantiũ lingua, aliqñ verò resurrectio dominica, vel prędicatorum uita significatur, & procedit de singulis, vide ibi, & subdit ad proposi-

C tum. Locustæ nomine per comparationem redemptoris nostri resurrectio designatur, vnde & uoce eius per prophetam. d. *Excussus sum sicut locusta.* Teneri enim se Christus vsq; ad mortem à persecutoribus pertulit, sed sicut locusta excussus est, quia ab eorum manibus saltu subitæ resurrectionis euolauit, &c.

Ioan. 8.
Ioan. 11.
Locustis cõparatur. Christus.
Locusta multa significat.
Greg. li. 31. mor. c. 11. et 20.
Locusta significat Christi resurrectionẽ.

Genua mea infirmata sunt à ieiunio, & caro mea immutata est propter oleum. 1960

D HIc Christus allegat miseriam suæ infirmitatis & pœnæ. Vbi sciendũ, q in genibus maximè debilitas apparet corporis, in quibus totum corpus vertitur. Hinc est q homo fessus statim sedere quærit, q maximè facit propter genua, quæ laborem corporis portant & pondus. Christus autem in uita præsenti multos labores sustinuit, vt puta itinerando, ieiunando, unde & eius genua infirmata sedere quærebat qñq; Ioan. 4. Iesus aũt fatigatus sedebat sic super fontẽ. Cum ergo Iesus statim post baptismum ieiu-

Genua præsentiunt debilitatem corporis.

ieiunauerit xl. diebus,& xl. noctibus ni E hil penitus gustando,& postea esurierit, consequens est, q ex defectu cibi eius genua debilitata,& infirmata fuerint nō modicum. Et hoc est q ait. *Genua mea infirmata sunt à ieiunio*. Sequitur. *Et caro mea immutata est*. i. intrinsecus mutata & debilitata, sequitur causa, *propter oleū*. Quod exponit Nicolaus, d *propter oleum* idest, propter defectum olei, quia Christus sine condimento olei,& multo fortius alterius pinguedinis sua cibaria comedebat. Et sic in hoc notatur tenuitas cibi eius. Et probat, q sic debet exponi *propter oleum*. i. pp defectum olei, primò F per textum Hiero. qui sic. d. *Et caro mea lenta est absque oleo*. Et in Hebræo habetur. *Et caro mea macilēta pinguedine*. Corpus enim Christi optimè complexionatum erat, quia uirtute spiritussancti formatum, qui errare non poterat, & ideo in iuuentute habuit conuenientem carnositatem, quæ tñ mutata fuit in maciē ex ieiunijs, vigilijs, itinerationibus, & alijs laboribus. Et hinc est, quòd in apparentia videbatur amplioris temporis quam de facto esset. Vnde & Iudæi dixerunt ei quinquaginta annos nondum habes. Sic enim locuti fuerunt, quia licet G solum tunc haberet triginta duos annos cum dimidio, vel ƒm alios triginta tres, videbatur tñ multo plures habere pp mutationem faciei,& corporis ex causis prędictis. Vel aliter, Christus hic assumit personam discipulorum suorū, quos vocat genua, quia in genibus stat virtus ambulationis. Et ipsi Chr stum per totū orbem portauerunt, ambulantes prædicādo. Isti aūt Christo capto, & ab eis subtracto, sic infirmati fuerunt, vt Petrus ipsum negaret, Ioannes nudus fugeret, & cæteri oēs relicto eo fugerunt, & sic tūc ieiunabat, quia verus panis, s. Christus H ab eis subtractus. Et hoc est q ait. Genua mea in firmata sunt à ieiunio. Vbi gl. Hoc apertè de Christi membris intelligitur. Et est sensus. *Genua mea infirmata sunt à ieiunio*, idest fortes mei, apostoli mei, pane, idest, Christo subtracto defecerūt, vt patuit in Petro,& alijs. De quibus etiam subdit, *Et caro mea immutata est propter oleum*. Per oleum. n. vnctio spiritussancti designatur, quia, squos tāgit, vngit spiritualibus donis. De quo dr. 1. Ioan. 2. vnctionem habetis à spiritusancto, qui sicut unctio vos docet. Caro igitur Christi, idest, apostoli eius qui prius erāt debiles,& infirmi, immutata est pp oleū. i. spiritūsanctū fortificata, quia accepto spūsancto, sic fortes sunt effecti in Christo, vt non uerba timerēt, nō minas, nō verbera, sed nec mortē. Et hoc est quod ait glo. *Et caro mea immutata est propter oleum*, idest, apostoli confirmati sunt per spiritum sanctum.

Christus amplius tempore appareba quā esset.

Ioan. 8.

Oleum dicitur spiritus sanctus.

Et ego factus sum opprobriū illis, viderunt me, & mouerunt capita sua. 1961

Hic assignat tertiam rationem suæ exauditionis, quæ sumitur ex crudelitate Iudæorū persequentium. Aperta enim iniuria alicui crudeliter illata mouet ad compassionē. Quæ aūt maior poterat esse Iudæorum crudelitas, quā postquam ipsum ceperunt, ligauerūt, flagellauerunt, & posuerūt in cruce, adhuc non contenti, dum in cruce penderet, ipsum opprobrijs lacerabant, & blasphemabant mouentes capita sua. d. Si Christus rex Israel est, descendat nūc de cruce,& credimus ei. Alij insultabant, dicētes. Alios saluos fecit, seipsum non pōt saluū facere,& similia. Quæ omnia præuidens Psal. in persona Christi. d. *Et ego factus sum opprobrium illis*. Consimili et Psal. 21. Ego sum vermis,& non homo, opprobrium hominū,& abiectio plebis, oēs videntes me, deriserunt me, locuti sunt labijs,& mouerūt caput. Et hoc idē nūc prauidēs Ps. ait. *Viderunt me, & mouerunt capita sua*. vide vers. 196. 197. Dicat ergo. *Viderunt me, & mouerunt capita sua*. q. d. viderunt me pendentem in cruce, sed non resurgentē. *Viderunt me*, qñ genua mea infirmata sunt, sed non quando caro mea immutata est. Et ideo mouerunt capita sua tanquam furiosi, qui commotione capitis adhuc minantur.

Iudæorum crudelitas contra Christum.

Matth. 27.

Caput mouere est minari.

Adiuua me dñe, Deus meus, saluū me fac secundum misericordiā tuam. 1962

Hic Christus expresse à patre suam postulat resurrectionem. Et diuiditur in partes tres, quia Christus primò postulat resurrectionem, secūdo ex hoc manifestat Dei potestatem, ibi. *Et sciāt*, tertiò ex hoc ostendit Apostolorum cōmatione, ibi, *Maledicent*. Quantum ad pri-

primum sciendum, ꝙ Christus qui erat A verus Deus, & homo, vt homo orat, sed vt Deus exaudit orationem. Dicit ergo. *Adiuua me domine Deus meus*, s. me Iudæorum manibus liberãdo, ꝙ fit per resurrectionẽ, qñ corpus mortale immortale fuit effectũ, & sic in ipsum amplius Iudæi potestatẽ non habuerũt, vnde subdit, *Saluũ me fac*. Anima.n. Christi ante resurrectionem erat verè beata, & Deo fruebat, sed corpus nõdũ à miserijs mũdi erat ereptũ, sed in resurrectione beatitudinis dotes assumpsit. Et ideo quantũ ad hoc ait. *Saluum me fac*. s. corpus resuscitãdo. Et qa resurrectio Christi fuit opus non solũ iustitiæ, sed ẽt misericordiæ, vide vers. 69. 918. & in ipsa maximè Dei misericordia relucet, iõ ipsam Christus petit magis ex misericordia q̃ ex iustitia d. *Secundũ misericordiã tuam*. vnde ẽm gl. non petit adiuuari ex debito operũ, sed à misericordia. Qualiter aũt adiuuat Deus inuocãtes eũ, vide sup. in multis locis, vbi de adiutorio Dei tractatur.

1963 *Et sciant, quia manus tua hac: tu, domine, fecisti eam.*

HIc ostẽdit Christus ex sua resurrectione, ꝙ manifestabatur mundo eius potestas, quia cũ resurrectio erit mũdo publicata, cũ solus Deus mortuos sua potestate suscitare possit, ex consequẽti eius potestas publicatur. Vel aliter, ex hoc vult ostendere, ꝙ per resurrectionẽ Christus cognosceetur verus Dei filius. Vbi aduertendum ꝙ manus Dei dr̃ eius potentia, quia per manũ operamur. Cũ ergo Deus oĩa operetur per verbum, ideo ipsum verbum rectè manus Dei dr̃ q̃ manum petebat Psal. in mũdum emitti. d. Emitte manum tuam de alto, eripe me, &c. vide versic. 197. 469. 1215. 1520. De ista ergo manu, quę est Christus, ait, *Et sciãt quia manus tua hac*. i. cũ resuscitatus fuero, electi qui sunt inter peruersos, conuertẽtur, & scient, quia hæc est manus tua, s. cognoscent, ꝙ Christus est manus tua. i. verus filius tuus. Et nota, ꝙ ista manus Dei, quæ est Christus, duas partes habet. s. duas naturas, diuinitatis, & humanitatis, ẽm primã non est facta, quia filius à solo patre est, nõ creatus, nõ factus, sed genitus, quia factũ à faciete essentialit differt, nõ aũt Dei filius

Manus Dei dicitur Christus. Psal. 143.

à patre, sed ẽm humanitatem est factus, qñ, s. verbum caro factum est Gal. 4. Misit Deus filium suũ factũ ex muliere, &c. Secundũ humanitatẽ ergo dixit, *Et sciãt quia tu fecisti eam*. Sic ergo quantũ ad diuinitatẽ. d. *Et sciãt, quia manus tua hac*, sed quantũ ad humanitatem, sciãr, quia tu fecisti eam. Et nota ꝙ Christus dr̃ factus multipliciter, vide vers. 1551.

Athanasi in symbolo. Factus multipliciter dicitur.

Maledicent illi, & tu benedices: qui insurgunt in me, cõfundantur, seruus autem tuus lætabitur. 1964

B HIc ex resurrectione ostẽditur apostolorũ cõfirmatio, vt. n. habeť pluribus locis in actibus apostolorũ, dum apostoli prædicarẽt Iudæis Christi resurrectionẽ, Iudæi ipsos persequebãtur, & maledicebant, ẽt verberib. flagellabãt præcipientes eis ne in nomine Iesu amplius prædicarent. Vnde dicitur Act. 4. & 5. Quia prędicantibus apostolis ad populum, superuenerunt sacerdotes, & magistratus tẽpli dolentes, ꝙ docerẽt populum, & annunciarent Iesum resurrexisse à mortuis, & iniecerunt in eos manus, & posuerũt eos in carcere. Et in crastinũ C cõgregato cõcilio, vocauerunt apostolos, præcipientes eis, ne amplius docerẽt in nomine Iesu. Sic ergo ẽt Christo iã resuscitato maledicebãt, dũ ipsum dicebãt malũ, prohibẽtes ne eius nomẽ diuulgaretur. Sicut ergo de bonis electis qui inter malos erant, statim ostẽdit, ꝙ per resurrectionẽ erant credituri. d. *Et sciant, quia manus tua hac*. Ita nunc de reprobis dicit, ꝙ per resurrectionẽ magis obstinabũtur, & Christo maledicẽt: eius nomen tanq̃ malũ prohibeãt annũciari populo. Et hoc est ꝙ ait. *Maledicẽt illi*. s. Christo resuscitato. Vel maledicẽt D illi. i. membris eius electos, & prædicatores persequendo. Et sequitur. *Et tu benedices*, quia quanto amplius impugnabãt nomen Christi, tanto plures conuertebantur ad fidẽ Christi, & sic nomẽ Christi benedicebant, i. bonum esse dicebãt, & ipsum adorabant, imo quod plus est vide ꝙ propter maledictionem à reprobis factam nominis Christi, nomẽ Christi per totum orbem fuit diuulgatum, & honoratum, quia propter illorum maledictionẽ Apostoli de Iudæa expulsi, totum

Maledicebant Iudæi Christo resuscitato.

Benedicebat Apostolis Deus ipsos confirmando.

tum mundum fide Christi repleuerunt, q totum fuit diuina virtute factũ. Quæ omnia præuidens Psal. dicit. *Maledicent illi & tu benedices*. s. nomini Christi, vel ipsis Apostolis, ipsos in fide cõfirmando. Vnde propter magnam apostolorum in Christi fide cõstantiam ipsi sacerdotes, & Magistratus in seipsis cõfundebantur nec sciebant apostolorum verbis respõdere. Sic enim habetur Act. 4. q cũ præcepissent apostolis ne amplius prædicarent Christi resurrectionem, Petrus eis respondit. Si iustum est in conspectu Dei vos potius audire, quam Deum, vos ipsi iudicate. Et tunc confusi sunt, nesciẽtes quid responderent, nõ inuenientes quo modo punirent eos. Et sic illi torquebãtur inuidia, & apostoli ibant gaudentes à conspectu consilij. Et hoc notans. Ps. in persona Christi ait. *Qui insurgunt in me confundantur*. i. confundentur. *Seruus autem tuus latabitur*, loquitur enim in persona apostolorũ, vnde Act. 3. dicitur, q, cum Petrus sanasset Aeneam ad portam speciosam templi sedentem mendicando, adduxerunt apostolos in conciliũ suum, & illum hominem sanatũ. Audientes autem Petrum prædicantem, & uidẽtes Petri constantiam & Ioannis, cõperto, q essent homines idiotæ, & sine literis confundebantur, sciẽtes eos fuisse cũ Iesu, videntesque hominem, qui curatus fuerat stantem cum eis, nihil contradicere poterant. Nec mirandum si Apostoli à Deo benedicti tantam habebant in fide constantiam, quoniam benedictio Dei valet ad multa, vide literam, benedictio, parte secunda.

1965 *Induantur, qui detrahũt mihi pudore: & operiantur sicut diploide confusione sua.*

HIc obstinatorum prædicunt futura supplicia. Et tria facit, quia primò ponit ipsorum damnationem. Secundò gratiarum actionem, ibi. *Confitebor Domino*. Tertiò Christi exaltationem, ibi, *Qui astitit*. Quantum ad primum notandum, quòd confusio spectat ad mentem, cum sit quædam uerecundia mentis, & cõpunctio de malis commissis. Sed pudor ẽm grammaticos est verecundia corporis. i. per aliquod signum extrinsecum apparens in corpore ex aliquo malo commisso. Volens ergo ostẽdere Ps. q damnati patientur verecundiã, & confusionem intus, & extra in corpore, & in mente, in seipsis, & in conspectu aliorũ, dicit. *Qui detrahunt mihi*, s. infideles, qui dicunt Christum non esse verum Deũ, tales inquam *induantur pudore*, id est, circundabuntur uerecũdia exterius in corpore coram alijs, sicut homo circundatur vestimento. *Et operiantur sicut diploide confusione sua*. i. intus in mente totaliter erunt confusi, & sic confundentur intus, & extra. Diplois. n. est duplex vestimentum. Vnde ad hũc sensum istũ versum exponit Greg. d. Duobus aũt modis in hac uita hominem iudicat Deus, quia aut per mala præsentia irrogata iã tormenta sequẽtia, flagellis præsentibus extinguit. Nisi. n. delictis exigẽtibus iustus iudex & nunc & postmodum quosdam percuteret Iudas Apostolus minimè dixisset, secundũ eos, qui non crediderunt perdidit. Et de iniquit Ps. non. d. *Induantur qui detrahunt mihi pudore, & operiantur sicut diploide confusione sua* Diploidẽ duplex vestimentum dicimus. Confusione ergo sicut diploide induti sunt, qui iuxta reatus sui meritum & tẽpali, & ęterna animaduersione feriuntur. Solos. n. illos pœna præsens ab æterno supplicio liberat, quos immutat. Nam quos præsentia mala non corrigũt, ad supplicia æterna perducunt. Vel, *Operiantur confusione sicut diploide*, quia dupliciter confundentur. s. coram Deo, & coram hominib. Et hoc est q dr̃ Hier. 17 Duplici contritione contere eos domine Deus noster. Et notanter. d. *Operiantur*, quia nihil eis à pœna manebit liberum. Quãta aũt erit dãnatorum confusio, vide vers. 455. 550. 55. Vel posset exponi iste vers. in bono, vt. s. oret Christus pro electis, qui adhuc sunt de numero malorũ, vt de peccatis suis verecundentur, & confundantur, & sic per pœnitentiã veniãt ad statum gratiæ. Sed ista expositio licet pulchra, tñ non est literalis, sed magis mystica.

Damnatorum confusio duplex.

Greg. lib. 9. mor. c. 33.

Diploidis significat dãnatorumdu plicẽ punã.

Confitebor domino nimis in ore meo: & in medio multorum laudabo eũ. 1966

HIc consequenter Christus ex omnibus prædictis consurgit ad gratiarum actionem. Confessio est, multiplex,

plex, ſcilicet, laudis, & criminis, vt multo tiens ſuperius dictum eſt. Hic autem accipitur pro confeſſione laudis, quia qui laudat Deum in beneficijs ſuis, de illis ei gratias agit. Dicit ergo, *Confitebor domino*, ideſt, laudem dicam domino, & in meipſo & in membris meis, & non ſolũ corde, ſed etiam ore. vnde ſubdit, *Nimis in ore meo*. Et attende, quòd hic ly *nimis* non accipitur, prout ſonat ultra debitũ, ſed accipitur pro ualde. ſicut dicitur pſ. 95. Nimis exaltatus es ſuper oẽs Deos. vide verſ. 1607. 1645. De confeſſione laudis vide verſ. 81. 91. 250. 806. 1044. 1236. 1468. Sed quia non ſufficit confiteri corde, niſi etiam & homo confiteatur Dei laudes ore, vbi adſit facultas, vt oſtẽſum fuit verſ. 1926. ideo ait. *Confitebor domino nimis in ore meo*, quia corde creditur ad iuſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem, Sequitur. *In medio multorum laudabo eum*. Quod realiter verificatũ fuit in Chriſto, quando poſt reſurrectionem ſuam diſcipulis apparuit, & ſtetit in medio eorum, oſtendens ſe à Deo reſuſcitatũ ad Dei laudẽ. d. Videte manus meas, & pedes meos, &c. Hoc etiam quotidie Chriſtus in membris ſuis facit.

Ioan. 20.

1967 *Qui aſtitit à dextris pauperis, vt ſaluam faceret à perſequentibus animam meam.*

HIc finaliter concludit Chriſti exaltationem. Vbi notandum, quòd nomine pauperis, Chriſtus intelligitur. Sic. n. ſe pauper uocabat ſuperius. d. *Libera me quia egenus, & pauper ego ſum*. De hoc vide verſ. 315. 574. 1408. 1958. Item ſciendum, quòd per dexteram ſignificatur illud, quod quis ſibi prælegit, & per ſiniſtram id, quod minus, vt dictum eſt uer. 1942. Et quia Chriſtus elegit ſibi Deũ: Ideo Deus dicebatur dextera Chriſti, ſicut, quia Iudas elegerat ſibi congregare diuitias, ideo diuitiæ erant dextera eius. Eſt ergo ſenſus. *Qui*, ſcilicet, *Deus aſtitit à dextris pauperis*, ideſt, ipſe Deus fuit dextera Chriſti pauperis, ſicut & Diabolus ſtetit à dextris Iudæ, q. ſ. fuit dextra eius. Vel aliter Dominus habet dexteram, & ſiniſtram, dextera ſunt electi, vnde & ponet eos à dextris in iudicio, ſiniſtra autem ſunt reprobi, vnde ipſos po-

Dextera eſt illud quod prgeligimus

Dextera ſunt electi.

A net à ſiniſtris. Matth. 55. Aſſiſtit ergo Deus à dextris, quia ſuos electos adiuuat, & ſaluat. Non autem aſſiſtit à ſiniſtris, quia reprobos ſibijpſis dimittit, & damnat, Aſſiſtit ergo à dextris pauperis ſcilicet, vt ſaluam faciat animam meam. quia, ſcilicet, protegit pauperem, ideſt, humiles, ne paupertate, uel infirmitate deficiant, quia ipſi humiles ſunt dextera Chriſti. Vel aliter, vbi ſciendũ, quòd per ſacramenta eccleſiæ, quæ uirtutem habent ex Chriſti paſſione, ſaluantur animæ noſtræ. Quæ quidem ſacramenta fluxerunt de latere Chriſti dextro dor- B mientis in cruce, vt ait mag. lib. 2. diſ. 18. Volẽs ergo Deus ſaluare animas noſtras *aſtitit à dextris pauperis*, quia, ſcilicet, virtutem ſacramentorũ, quibus ſaluamur, poſuit in latere dextro pauperis Chriſti. Et hoc eſt, quod per dexteram Chriſti orabat propheta Pſal. 59. d. Saluum me fac dextera tua, & exaudi. A latere enim dextro Chriſti in cruce pendentis ſalus noſtra proceſſit, quando vnus militum lancea latus eius perforauit, & continuò exiuit ſanguis, & aqua. Ioan. 19. Per ſanguinem enim, & aquam intellige tria ſacramenta, in quibus ſalus no- C ſtra conſiſtit principaliter. Nam aqua ſignificat ſacramentum baptiſmi, ſine quo nullus poteſt ſaluari. Ioan. 3. Significat & ſacramentum pœnitentiæ, quo quis aquis lachrymarum à peccatis purgatur. Sanguis autem ſignificat ſacramẽtum euchariſtiæ, in quo realiter Chriſti ſanguis continetur, & corpus. Et iſta ſacramenta ſalutis cauſa proceſſerunt à dextera Chriſti. Pro quorum euidentia dicit Iſidorus. 17. etim. de ſucco balſami, quòd arbore balſami percuſſa vngulis ferreis in cortice, per illa foramina exit gutta balſami eximij odoris, quæ eſt D inter omnes guttas maioris ſalutis. Nã hæc gutta fœtum mortuum expellit de ventre matris, cicatrices curat, & corpora à putreſactione præſeruat. Sic & in propoſito Chriſtus quaſi arbor balſami, & lignum vitæ vngulis ferreis percuſſus in cortice, ideſt, in carne, guttam ſuauiſſimam diſtillauit ex foraminibus vulnerum, ſcilicet, perforatus clauis, & lãcea. Quæ quidem gutta, vel vnda ſanguinis, & aquæ fœtum mortuum expellit, ideſt peccata, & opera mortua, cicatrices, id

A dextera Chriſti proceſſit ſalus noſtra.

Balſami gutta utilis eſt ad mẽbra.

eſt,

est, inordinatas affectiones sanat, & tam corpus, & animam saluando seruat à putrefactione. vnde Ambrosius super Psal. Beati immaculati, dicit Christus in ligno compunctus est lancea, & exiuit ex eo sanguis, & aqua omni suauior vnguento. Et quasi balsamum ex arbore, sic virtus de Christi corpore exibat. Compuncta ergo dextera Christi, odorē remissionis peccatorum, & redemptionis effudit. Hæc Ambrosius. Vnde Psal. 19. in potētatibus salus dexteræ eius. Et Ezec. 47. Aquæ redundabant à latere dextro, & erunt pisces multi satis, postquam illuc peruenerint aquæ istæ, & sanabuntur, & viuent. Exiuit etiam sanguis à dextera. Sanguis enim præcipuè audaciā cōfert, & vires. vnde dicitur in libro de naturis rerum, quod aues prædales de sanguine

Sāguis Christi audaciā & fortitudinē confert.

E auium venatarum magnam sumunt audaciam, & venandi conatum. Sic regenerati in aqua baptismi, cū sint quasi aues prædales, vt puta quarum præda Christus est, qui est quasi auis. Esa. 46. vocās ab oriente auem, & de terra longinqua virum voluntatis meæ. Auis ista re vera in sacramento eucharistiæ sumitur. Et ideo sanguis eius magnam audaciam, & potentiam venandi, idest, strenuè prædā


F suam capiendi confert. Quæ omnia facit virtus Dei, quam collocauit in dextera Christi, vt meritò de ipsa dicamus illud Psal. 117. Dextera domini fecit virtutem, dextera Domini exaltauit me. Et hoc ideo, quod *Dominus astitit à dextris pauperis: vt saluam faceret à persequentibus animam meam.*

Secundi Tomi Finis.



VENETIIS,

Apud Ioannem Guerilium. M D CI.



ADDITIONES
NOVITER DESVMPTAE
ex Commentarijs manuscriptis
R. P. MICHAELIS DE AYGVANIS BONONIENSIS
Ordinis Carmelitarum, Sacræ Theologiæ Magistri,
& Doctoris Parisiensis:

Ad Tomum Secundum.

Ver. 1053. Psal. 67. *Deus in loco sancto suo Deus qui inhabitare facit vnius moris in domo.*

Conscientia locus Dei.



PER istum etiam Dei locũ in quo habitat, intellige cõscientiam iustã in qua omnes virtutes concordant, quia ibi non sunt vitia, quæ sola generant discordiam. Illi ergo qui sunt vnius moris, habitant in domo. i. in propria conscientia, non vagantes exterius per bona temporalia, & illi etiam sunt locus Dei sanctus vnde hic ait August. *Deus in loco sancto suo.* Dominus enim iustos in tẽplũ sibi fabricat, quia Deus in loco sancto suo. Sed quis sit locus eius, apertius ostendit d. *Deus qui habitare facit vnius moris in domo*, i. homines vnum sentientes. Iste est locus sanctus Dei in quo etiam ipse habitare dignatur. In nobis. n. est locus sanctus Domini: & hunc locũ sæpe homines quærunt vt habeãt, sed sunt ipsi hoc quod quærunt.

Ver. 1055. Psal. 67. *Deus iam egredereris in conspectu populi tui, cũ pertransieris in deserto.*

Fluuius Dorix, filius Dei.

ET bene quasi fluuius Dorix quia secundum glo. ibidem fluuius Dorix est fluuius Armeniç primo sic dictus, qa

A rapacitate sua, cuncta prosternit. Sic & Dei filius egrediẽs de Paradiso, sua violentia sanctitatis & gratiæ, cuncta vitia prosternit. vnde Dan. 7. *Fluuius magnus & rapidus egrediebatur.* Modos autẽ quo fluuius egrediĩ est duplex. Primus quia à paruo fonte incipiens, in magnum dilatatur spacium. Secundum, quia ab alto semper tendit ad ima. Sic verè istius incarnationis egressio, incepit à paruo fonte. s. humilitatis, & creuit in magnum

Dupliciter fluuius egreditur, sic in carnationis egressio.

B spacium fidei & credulitatis. Humilitas namq; fuit virtus qua Dei filius per incarnationem ad nos egressus est Phil. 2. *Exinaniuit semetipsum formam serui accipiens*, &c. Sed in magnũ fluuium creuit, quando multitudinem gentium ad fidẽ traxit ratione quarũ dicitur Hester. 10. *Fons paruus creuit in fluuium magnũ, & in aquas plurimas redundauit.* Sic etiam egressus fluminis semper est de alto, ad ima, sic & istius incarnationis egressus

C quia de immortalitate, ad mortalitatẽ, ad crucem, flagella & mortem, per omnia nobis humilitatis præbẽs exemplũ, vt ad Patrem reducat: in cuius figura Luc. 15. de Prodigo dicitĩ q Pater eius egressus cœpit ipsum rogare, vt. s. ingrederetur ad Patris hospitium. Secũdò in dicta figura, vide matris fœcunditatem,

cum dicitur q egrediebatur de loco voluptatis. Quid.n. locus siue Paradisus terrestris significat, nisi gloriosam Virginem Mariam? Vnde vt dicitur in de proprietatibus rerum lib. 15. Paradisus est locus in Oriente positus, omni terra altior, temperato & purissimo aere fulgēs plantis semper floridis ornatus, bono plenus odore, lumine repletus, diuina regio. Iste locus significat Virginis Mariæ fœcunditatem. quoniam ex conditionibus ipsius loci prædictis ostēditur gloriosæ Virg. Mariæ Primo, pietatis prōptitudo, qua ab ipsa, gratiæ deriuatur abundantia, quia est locus in Oriēte positus. Secūdo, dignitatis altitudo, qua ab ipsa Angelorum excellentia superatur. quia est locus omni terra altior. Tertio, pubertatis pulchritudo, qua ab ipsa Christus generatur cum munditia, quia est purissimo aere fulgens. Quarto, sanctitatis magnitudo, qua ab ipsa excluduntur vitiorum seminaria, quia est plantis semper floridis ornatus. Quinto, honestatis valetudo, qua ab ipsa exempla deriuantur sanctimoniæ, quia est plenus bono odore. Sexto, veritatis limpitudo, qua ab ipsa Arcanorum possidetur sapiētia, quia est locus lumine repletus, &c. Primò hic locus. s. terrestris Paradisus significat Virginis Mariæ pietatis promptitudinem, quia est in oriente positus, sicut enim à parte oriētali egreditur sol, & cum suo calore ad nos extenditur, sic ab istius matris pietate, sol iustitię Christus, tanquam ab oriente iam gratiarum copia ad nos progreditur, per quē omnis nostra subleuaretē indigētia. Psal. 22. *Dominus regit me & nihil mihi deerit in loco pascua ibi me collocauit.* Secundum patet quia sicut ille locus est omni terra altior, sic ipsa omni pura creatura sublimior, quæ in hominibus nescit comparare, & angelicam superat dignitatē. Tertium patet, quia sicut ille locus purissimo fulget aere, sic ista puritatis fulget pulchritudine quæ produxit filium, salua virginitate. Quartum patet, quia sicut ille locus est plantis semper floridis ornatus, sic ipsa omni veritate fuit ornata, quia nihil gratiæ, vel virtutis est, vel esse potest, q totū non splendeat in hac Virgine sicut ait Hieronymus. Quintū patet, quia sicut ille locus plenus est bo-

Maria fœcunditas ex multis ostēditur.

E no odore, sic ista sanctitatis exemplo vbique per mundum fulget. Sextum patet, quoniam sicut ille locus plenus est lumine, sic ipsa omni veritate perlustrata. Ista est ergo ille locus de quo fons sapientiæ Dei egressus fuit. Quia fons egrediebatur de loco voluptatis. & Michæa 1. *Egredietur Dominus de loco sancto suo.* Tertiò in antedicta figura, vide generantis visitatæ vtilitatem, quia egrediebatur ad irrigandam superficiem terræ. Nam per Christi incarnationem totus mundus gratia fuit irrigatus, quod non deduco, causa breuitatis, &c.

F *In ecclesijs benedicite Deo Domino de fontibus Israel.* Ver. 1075. Psal. 67.

VEl aliter: nam iste versus est quasi declaratio præcedentis, quoniam in præcedenti versiculo dictum fuerat, q princeps ecclesiæ erat in medio iuuencularum tympanistriarum: ne quis ex hoc ad lasciuiū prouocetur malè intelligendo: exponit quid sunt istę iuuenculæ tympanistriæ, dicens q sunt ecclesiæ in quibus nos in medio stantes Dominum debemus benedicere Apostolorum exemplo & hoc est q ait in ecclesijs benedicite dominum, tanquam si diceret. Vt quid enim audistis Adolescentulas tympanistrias, lasciuiæ delectamēta cogitatis? In ecclesijs Benedicite dominum: ecclesia quippè nobis hac mystica significatione monstratur. Ecclesiæ sunt Adolescentulæ, noua gratia decoratæ: ecclesiæ sunt tympanistriæ, castigata carne. In ecclesijs ergo benedicite domino de fontibus Israel. Ex Israel quippè prius elegit quos fontes faceret: nā inde sunt electi Apostoli & ij primitus audierunt, qui biberit. s. de aqua ista quā ego dabo, non sitiet vnquam. Sed fiet in eo fons aquæ sali. in vitam æternā. Et nota q non solum Apostoli, sed etiam quilibet ex sanctis Prædicatoribus fons dicitur multipliciter. Primo, dicitur fons signatus per fidem. Cant. 4. *Ortus conclu. fons signatus*, s. charactere fidei, hic est fons in quo fidelis baptizatur. Iudit. 12. Exibat noctibus in vallem Betuliæ, & baptizabat se in fontem aquæ &c. Secundo, fons viuus per charitatē. Prouer. 13. *Lex sapientis fons vitæ, vt declinet à rui-*

Iuuenculæ tympanistriæ sunt ecclesiæ.

Sancti Prædicatores fontes multipliciter dicuntur.

G / H

na mortis. Hic est fons in quo oculi læ-
tātur Psal.38. Qm̄ apud te est fons vitæ
& in lumine tuo videbimus lumen, &c.
Tertio, Fons saliēs per humilitatē. Io 4.
Fons aquæ salientis in vitam æternam.
Et hic est fons quem intuentes lætan-
tur. Esa.12. Haurietis aquas in gaudio de
fontibus Saluatoris. Quarto, Fons cla-
rus per Prudentiam. Eccles.1. *Fons sa-
pientiæ verbū Dei in excelsis*. Hic est fons
ex quo dogmata scripturæ sacræ deri-
uantur. Prou.8. *Aqua profunda ex ore ui-
ri & fons redundās*, &c. Quinto, fons ir-
rigans per iustitiam. Gen.2. *Egrediebatur
de loco voluptatis ad irrigandam vniuer-
sam superficiem terræ*. Hic est fons quo
terreni irrigantur. Prouer... *Deriuen-
tur fontes tui foris*. &c. Sexto, fons refri-
gerans per temperantiam. Cant.4. *Fons
hortorum puteus aquarum viuentium*, &c.
Hic est fons quo sordidi mundantur.
Zach.13. *Erit fons patens domui Iacob in
ablutionem peccatorum*. Septimo, fons in-
deficiens per fortitudinem. Isa.58. *Qua-
si hortus irriguus, & sicut fons, cuius nō de
ficient aquæ*. Hic est fons crescens in
fluuium magnum. Hester.8. *Fons paruus
crescit in fluuium magnum, & in aquas
plurimas redundauit*. Et isti sunt fontes
quos debemus desiderare & ipsorū exē-
plo Dominum benedicere. Psal.41. *Sitiuit
anima mea ad Deum fontem uiuum*.

Ver.1082. Psal.67.

Regna terræ cantate Deo, psallite domino.

ET vide quàm congruenter Ps. præ-
misit conuersionem gentium ad fi-
dem dicēns venient legati ex Aegypto.
Post verò conuersionem, Dei laudem &
bona opera imponit dicens eis iam con
uersis. Regna terræ cantate Deo. Fides
huiusmodi comēdari mihi videtur, quæ
opera præcedit, quia sine bonorum ope
rum meritis, per fidem Deus iustificat
impium, sicut dicit apostolus credēti in
eum qui iustificat impium reputatur fe-
des ei ad iustitiam, vt deinde ipsa fides
per dilectionē incipiat operari: ea quip-
pè sola bona opera dicēda sunt quæ fiūt
per dilectionem Dei. Hic autem necesse
est vt antecedat fides, vt inde ista non ab
istis incipiat illa, quoniam nullus benè
operatur, nisi per dilectionem Dei, hæc

Fides præcedit opera bona, & hæc videtur hic à Psal. laudari in gentiū conuersione.

A est fides de qua dicitur: in Christo enim
Iesu nec circuncisio aliquid ualet ne-
que præputium, sed fides quæ per dile-
ctionem operatur.

Ver.1083. Psal.67.

Psallite Deo qui ascendit super cœlum cœli ad orientem.

VEl ideò dicitur q̄ ascēdit ad orien
tem quia locus vbi surrexit Chri-
stus & unde ascēdit, est in partibus oriē-
tis, & sic hunc passum exponit Augu. d.
Qui ascēdit super cœlum &c. In istis ver-
bis ille non intelligit Christum, qui eius
B resurrectionē & ascensionem non cre-
dit. Ad orientem autem addidit, qm̄ ip-
se locus in partibus orientis est, vbi re-
surrexit Christus, & unde in cœlū ascen
dit. Ergo super cœlum cœli sedet ad dex
teram Patris & hoc est quod dicit Apo-
stolus: *ipse est qui ascēdit super omnes cælos*.
Quid enim cœlorum restat post cœlū
cœli? Vel aliter & magis mysticè, super
cœlum cœli ascendit Christus, ut. s. hic
accipiamus cælum intellectuale, scilicet
animam iustam, supra quam Christus
ascendit ipsam inhabitando. Et ad istum
intellectum hunc versum exponit Ber-
C nar. d. Psalite Deo qui ascendit &c. Hoc
cœlum cœli, cœlum intellectuale intelli
ge, & spiritnale, ipse enim est qui fecit
cœlos, in intellectu, & ipsum cœlū inha-
bitat. Veruntamen sicut cœlum cœli di-
citur singulariter illa multitudo colle-
cta beatorum, sic cœli cœlorum propter
singulos utique qui cœli sunt, nominan-
tur, & ad singulos spectat quod dicitur
extendens cœlum sicut pellem, sed quo
nam modo, id uideamus. Cœlum quidē
intellectuali, beatorum. s. spirituū mul-
titudo extentum est sicut pellis, nō qui-
dem locorum spacio, sed affectibus ani-
D morum: benigni siquidem sunt atq; ex-
tenti in caritate pertingentes usque ad
nos, quibus gloriam quā habent non in-
uidēt, sed optant, ita ut ex ipsis huius rei
gratia demorari apud nos aliqui nō gra
uentur seduli circa nos, & curam nostri
gerentes, omnes administratorij spiritus
missi propter eos qui hæreditatē capiūt
salutis. est etiam cælum sancta aliqua ani
ma, nec immeritò hoc usurpat sibi no-
men undè duxit originem. Si propter
corpus de terra homo terra dicitur, cur

Celū, aia iusti quam Christus inhabitat.

Beati dicūtur cœlū cœli, & extēsi sicut pellis.

Anima sancta cælū est.

non etiam propter animam quæ de cœlo est, cœlum esse gloriabitur: præsertim cum testetur, originem vitæ, naturæ dignitatem & potentiæ. Vnde Deum adorat & colit, quomodo Angeli, Christū super omnia amat, quomodo Angeli, casta est sicut Angeli, idque in carne fragili, quod non Angeli, quærit postremò quæ apud illos sunt, non quæ super terram. Quid euidentius cœlestis originis insigne, quàm ingenitum & in regione dissimilitudinis, retinere similitudiné gloriæ vitæ cœlibis in terra, & ab exule vsurpari, & in corpore penè bestiali viuere. Cœlestis sane ista potentiæ, non terrenæ. Et ꝙ verè de cœlo ipsa sit anima, quæ hic potest agere indicant. Est itaq; cœlum sancta anima habens solem intellectum, lunam, fidem, astra virtutes, vel certè sol, iustitiæ zelus, aut claritas, luna vero, continentia: sicut enim claritas lunæ non nisi à sole est, sic absque iustitia, continentiæ meritū nullum est: hinc Sap. ait: ò quā pulchra est casta generatio cum claritate, stellas verò ideo virtutes dixerim, quia quomodo stellæ in nocte lucent, in die verò latent: sic vera virtus quæ sæpè in prosperis non apparet, emicat in aduersis. Illud sanè cautelæ est, hoc necessitatis: ergò virtus, sydus est, homo, virtutū cœlum, vita & opinione conspicuum, fide purum, spe firmum, latum caritate, suspēsum contemplatione, pluens verbi pluuiam salutarem, tonans increpationibus, coruscans miraculis.

Sol intellectus, luna fides, Astra virtutes.

Ver. 1136. Psal. 69.

Ego vero egenus et pauper sum, Deus adiuua me.

ET verum est, quilibet nostrum quātumcūque etiam iustus pauper est & egenus, & semper alieno indigens auxilio. quod hic ostendit Aug. dicēs. *Ego vero egenus & pauper sum*, q.d. ille. scilicet Deus diues, ille abūdans, ille nullius indigens. Et quid tu. *Ego vero egenus & pauper sum*. Ego tāquā pupillus anima mea tamq; vidua destituta & desolata auxilium quæro, semper infirmitatem
Rom. 7. meam confiteor. *Ego egenus, & pauper sum.* Quia video aliam legem in membris meis repugnanté, legi mētis meæ,
Matth. 5 *pauper sum ego & egenus*, quia beati qui
E esuriunt & sitiunt iustitiam adhuc esurio, adhuc sitio, facietas mea dilata est, & non ablata & ideo *quia egenus, & pauper sum ego Deus adiuua me*, semper. n. quisq; confiteri debet adiutorium sibi opus esse, hoc verum est, hoc pium est, ille verus Dominus, quia bonorum nostrorum non indiget, ille non eget nostro, nos egemus adiutorio suo, ideo ille verus dominus nō tu, si putas egere tui seruum tuum vt des ei panem, eges & tu serui tuo vt adiuuet labores tuos, vtrumque vestrum altero vestro indiget: itaq; nullius vestrum verus Domi-
F nus & nullius vestrum verè seruus. audi verum dominum cuius es verus seruus, dixi dominus Deus meus es tu. Quare tu Dominus? quia bonorum nostrorum non eges: quid aūt tu? *Ego vero egenus, & pauper sum*, ideo rogo: Deus adiuua me.

Verus Dominus, & putatiuus.

Multiplicasti magnificentiam tuam, & conuersus consolatus es.

Ver. 1160. Psal. 70.

VEl aliter vt ista multiplicatio magnificentiæ referatur magis ad ipsius effectus. s. Christi, qui est magnificentia Dei vt sit sensus, *multiplicasti ma-
G gnificentiam tuam* i. gratias, & ipsius gratiæ effectus per Christum nobis collatos, quibus ipsam magnificentiam amplius cognoscimus, & ipsis consolamur: vt puta quia per Christū resuscitamur, mortui resuscitamus anima, resuscitabuntur & corpora nostra. Vel per magnificentiam intellige iustitiā Dei qua immittit nobis flagella: vnde & textus Aug. sic habet. *multiplicasti iustitiā tuā*. Ad ipsam iustitiam pertinet flagellum per hanc iustitiam nos consolatur: quia per flagella quæ multiplicantur in Christum consolantur electi, quia per Chri-
H stum redempti, flagellat autē Deus omnem filium quem recipit, quia iam non filio suo pepercit, sed quibus æternā seruas disciplinam non deseruisti & sic *consolatus es me*: & propter corpus in finem resurrecturos de abissis terræ iterū reduxisti me. Et nota quod flagellis & aduersis aduersos diuersimodè consolatur iram consolatur aliquos per flagella corripiendo, & erudiendo, virga tua & baculus tuus ipsa me consolata sunt: quia scilicet mentem ad dominum eleuant, Psal. 22.

Flagellis quomodo cō solatur nos.

qui

qui est vera consolatio.secundo. Conso latur aliquos post flagella ipsos liberando, & eis subueniendo:nam tanto liberatio est dulcior quanto grauior fuerit tribulatio,conuersus est furor tuus, &
Isa.12. consolatus es.tertio. Cōsolatur aliquos inter flagella gratiam, & patientiam tribuēdo, sic.n.martyres quāto acriora patiebātur tormēta exterius,tāto amplius
2.Cor.2. cōsolabātur.Benedictus Deus qui cōsolat nos in omni tribulatione nostra &c.

Ver. 1165. *Iudicare populum tuum, in iustitia,*
Psal.71. *& pauperes in iudicio.*

SIc ergo pro eodem accipit hic populum Dei, & pauperes Dei:vnde primo præmittit populum Dei deinde subiungit pauperes Dei sic quod secundū est primi declaratiuum,quia nullus potest esse de populo Dei nisi prius sit pauper Dei,& humilis.Et hoc hic ostendit cum dicit.*Iudicare populū tuum* &c.i. da iudicium tuum regi, &c. adiudicandum populum tuum: quod autē prius dicit *populum tuum*, posterius autem, *pauperes tuos*,repetitio est, & demostrat populū Dei pauperē esse debere. i. non superbum,sed humilem quia beati pauperes spiritu;vnde etiā sanctus Iob antequam illas magnas terrenas diuitias amisisset. Quandoque sunt quidam qui facilius omnia sua pauperib. distribuūt quam ipsi pauperes Dei fiant, inflati.n. sunt iactantia, putant sibi esse tribuendū,non gratiæ Dei quod.s. benè viuūt, & ideo iam non benè, viuunt quātumcūq; opera bona facere videant.De suo quippe se habere putant & gloriantur quasi nō acceperint, diuites isti sunt nō pauperes Dei,abundantes sibi non egētes Dei, & ideo, tales non pertinent ad populū Dei,quia nō sunt pauperes Dei.

Ver. 1174. *Et adorabunt eum omnes reges ter-*
Psal.71. *ræ,omnes gentes seruient ei.*

ET ibidem vide qualiter humanitas Christi est adoranda: vel aliter vbi habetur ꝙ rex dr̄ à rego regis:& ideo soli illi verè reges dicuntur qui seipsos bene regunt, qui dominum suū superiorē recognoscunt,& ei animam suam subijciunt,& corpus animæ, ꝙ solum iusti faciunt,ideo solum iusti vere reges dicuntur,oēs aūt iusti Christum adorant sine cuius fide nunquam fuit salus, ex quib. sequitur quod *omnes reges terræ* Christū adorant. *Et omnes gentes seruient ei.* De bonis nulla est dubitatio, mali etiā seruiunt Christo quamuis ignoranter, & non voluntariè: quia etiā per mala opera prauorum Christi voluntas adimpletur vt ostendit Greg.20.mor.c.18.

Vt iumentum factus sum apud te? Et Ver. 1205.
ego semper tecum. Psal. 72.

QValiter autem homines per patientiam Christi iumenta dicantur vide Psal. 49.

Quoniam cogitatio hominis confite- Ver. 1255.
bitur tibi, & reliquiæ cogitationis Psal. 75.
diem festum agent tibi.

ISTam autem intentionem ponit hic Aug.d.*Quoniam cogitatio hominis*, &c. prima cogitatio, posteriores cogitationis reliquiæ: quæ est cogitatio prima? inde incipit illa bona cogitatio, vnde incipies confiteri, confessio adiūgit nos Christo, iam verò ipsa cogitatio.s. confessio facit in nobis reliquias cogitationis & ipsæ *reliquiæ cogitationis diem festū agent tibi.* Quæ est cogitatio quæ confitebitur tibi?quæ dare potest vitam priorem,qui displices quod eras, vt sis quod non eras?ipsa est prima cogitatio videlicet quia debes sic recedere à peccatis vt tibi non recedat a memoria quia peccator fuisti,ideo per hoc quia peccator fuisti festum celebras Deo: prima ergo cogitatio confessionem habet & recessum à veteri vita,sed si oblitus à quibus liberatus fueris, non agis festum Deo. Et declaratur per exemplum. Quid.n. putas dixisse Dauid ex persona omniū, peccauit sanctus Dauid grauiter, missus est ad eum Nathan propheta,& corripuit illum,& cōfessus Dauid dixit peccaui, hæc fuit prima cogitatio hominis quæ confessa est domino. Quæ erant *reliquiæ cogitationis?* Quando ait & peccatum meum contra me est semper, quæ fuit ergo prima cogitatio? vt recederet peccato, sed quia illa transit, reliquiæ cogitationis festum celebrant,quia sem per

per se peccatorem recordatur. dicens ei peccatum meum cōtra me est semper

Ver. 1325. Psal. 77. *Sicut posuit in Aegypto signa sua, & prodigia sua in campo Taneos.*

PRimo nobis ostendit signum placationum diuinæ iracundiæ, & hoc ait misericordiæ: quod figuratur per virgā auream Asueri, quam extendebat illis quibus erat placatus in signum clementiæ, sic Dominus noster Iesus Christus propter peccata nostra contra nos irascitur, sed nobis per pęnitētiam parcit, vnde in signum vere indulgentiæ nobis porrigit virgam auream. i. suam misericordiam quæ per aurū designatur quia ad modum auri, ductibilis est, & mollis. Istud signum figuratur per arcum cœlestem datum in signum reconciliationis humano generi post diluuium de quo dixit dominus ad Noe Arcum meum ponam in nubibus, & erit signum fęderis inter me & terram. Quid autem significat iste arcus nisi ipsum Christum qui pacis verum est signum? quod suis coloribus ostēdit pariter & forma. Colores namque habet quatuor. s. ceruleum vel aqueum: rubeum vel igneum: cœlestem vel aereum, & viridē. Per quatuor istos colores notantur quatuor sacramenta singularia diuinæ misericordiæ. In colore aqueo vide sacramentum baptismi quod in aqua celebrat. In colore igneo vide spiritum sanctum per ignem figuratum, qui in sacramento confirmationis plenius confertur. In colore cœlesti vide sacramentum pœnitentiæ, quod peccatores, & terrestres, cęlestes efficit. In colore autem viridi, qui visum confortat, & conseruat, vide sacramentum eucharistiæ quod animam ad Deū fortius per contemplationem eleuat. Quæ oīa sacramenta signa sunt nostræ recōciliationis cum Deo, & ideo de istis mirabilib. signis diuinæ misericordię possumus dicere signa & mirabilia fecit apud me Deus excelsus. Insuper vide, & formam istius figur. s. arcus cœlestis, quia cornua tenet versus terrā. Vbi nota q arcus nunq; ferit partem illā versus quam habet cornua, sed oppositam, quapropter arcus cœlestis cornua habens versus terram significat Christum

Hest. 4.

Christus figuratus per arcum cęli.

Colores arcus.

Gen. 9.

Dan. 4.

E nobis reconciliatum, vt magis seipsum quam nos vellet ferire, quod & fecit quando seipsum pro nobis in Cruce obtulit patri. Merito ergo hic arcus est signum nostræ reconciliationis. Sed perdolendum quia licet Christus nobis sit datus in signum reconciliationis, & misericordiæ multi tamen ipsum vilipendunt, & peccando sibi contradicunt: vnde dicitur, positus est hic in signum cui contradicetur. Secūdum est signum humanæ immunditiæ, quod est pœnitentiæ & hoc nobis ostendit Christus quā do ipse peccata nostra purgando signū F Crucis, & suæ passionis nobis ostendit q erat signum nostræ pęnitentiæ. Quia sicut ille propter peccata nostra pertulit pęnam, nobis dabat signum q multo fortius nos peccatorum nostrorum pęnam portare debemus. Et propter hoc Christus in cruce positus fuit vt in signo. Fac serpentem æneum, & pone eū in palo pro signo. Huius ergo signi prima figura habetur Ezechiel. 9. Vbi dicitur q Dominus dixit Ezechieli vt videret abominationes quas faciebant filij Israel. Et primo vidit aliquos qui offerebant Thura Idolis, & illa adorabant. G Secundo vidit quasdam mulieres portātes adonidem: tertio vidit aliquos habentes dorsa ad templum. videns ergo dominus abominationes istas misit sex viros qui omnes illos interficerent. In medio autem istorum sex virorum erat quidam vir indutus lineis habens attramētum scriptoris, cui dominus dixit q transiret per mediam ciuitatem & poneret signum Thau super viros gementes & illos sic signatos non poterant occidere illi sex viri, cæteros autem notare fecerat. Pro huius figuræ declaratione quatuor sunt videnda. Primo quid sint H illę abominationes. Secundo quid sint illi sex viri. Tertio quid sit ille vir in medio eorū. Quarto quid sit signū Thau. Quantum ergo ad primum nota quòd tres illæ abominationes sunt tria capitalia vitia ad quę cætera omnia reducūtur. Primum adorantes idola sunt auari, qui, s. nūmos tanquā idola pro Deo adorant. Auaritia est idolorum seruitus. Secundi, s. mulieres plorantes adonidem significant peccatum luxuriæ. Secundum. n. fabulas Adonis fuit amasius mulie-

Luc. 2.

Num. 24.

Col. 3.

mulierum quo mortuo in signum dolo ris de morte sua mulieres semel in anno congregabantur plorantes eius mortē. Et sic significat libidinosos qui gaudēt quando voluptates suas adimplere possunt, & plangunt quando nō possunt: de quib. dicitur Risus dolore miscetur, & extrema gaudij luctus occupat. Tertij autem .s. qui dorsa vertebant ad templū significant superbos, qui diuina mandata contemnentes, ei dorsum .s. Deo, & non faciem vertunt, de quibus conqueritur dominus, verterunt ad me terga & non faciem. Sic ergo illę tres abominationes significāt tria peccata principalia de quibus dicitur: tria sunt insaciabilia .s. auaritia, quia auarus non impletur pecunia: luxuria, quia voluptas non extinguit desiderium, sed accendit, superbia. quia superbus hominibus non satiatur. De quib. ait dominus: tres species odiuit anima mea. Quantum vero ad secundum notādum, quod illi sex viri quibus præceptū est vt omnes prędictos interficiant, sunt sex pœnæ damnationis deputatæ quibus propter primorum parentum peccatum traditum est genus humanum flagellandum, quæ sunt. Priuatio glorię: remorsus conscientiæ: desperatio veniæ: ignis gehennæ: dæmonum associatio, & omnium creaturarum persecutio, istas sex pęnas dat dñs damnatis, de quib. dicitur, sex sunt quæ odit dominus. Quantum verò ad tertiū vir ille indutus lineis est Christus, qui purissima carne quam assumpsit de Virgine Maria fuit indutus. Cuius vestimēta facta sunt alba sicut nix: hic habebat attramentum scriptoris; quia .s. pietate motus vidēs austeritatem legis antiquæ nouam legem. s. misericordiæ scripsit; dicens misericordiam volo non sacrificium. Quia non veni vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam. Quantum verò ad quartum .s. signum Thau, est litera T facta in modum crucis, & significat ipsam pœnitentiam quæ crux a cruciatu dicitur. Iste ergo isto signo Thau significat seruos fideles ipsos ad pœnitētiam ducens corde Paulus apostolus signauit nos, & dedit nobis pignus spiritus in cordibus nostris. Ad propositum ergo omnem hominem aliquo prędictorum peccatorum fędatū nisi isto signo

Prou. 14. *Iob. 2.* *Prou. 29.* *Prou. 6.* *Matth. 17.* *Matth. 9.* *2. Cor. 1.*

A Thau fuerit signatus; illi sex uiri .s. sex pœnæ infernales arripiunt: sed signatos per Christum signo Thau tangere non possunt, vnde illis sex viris .s. pœnis præceptum est vt non lęderent nisi tantum modo homines qui non habent signum Dei in frontibus suis. Tertium principaliter est signum omissiuū diuinæ potentiæ, & ista fuerunt signa in Aegypto facta vt suam infidelibus demostraret potestatem de quibus hic ait Psal. *Quòd posuit in Aegypto signa sua*, &c. Et de istis signis prosequitur hic psal. ostendendo scilicet quæ fuerint illa signa. *Apoc. 9.*

B

Quia comederunt Iacob, & locum eius deso lauerunt. Ver. 1362. Psal. 78.

HIc autem notandum quod comedere aliquando in scriptura accipitur pro peccare. vnde & primus actus comestionis quem in scriptura legimus vitiosus fuit quo .s. primi parentes comederunt de ligno scientiæ boni & mali cōtra domini præceptum. Tulit mulier de fructu eius & comedit, deditq; viro suo. Vnde notandū est quod in scriptura multiplex comestio vitiosa reperitur .s. am- *Gen. 2.*
C bitionis & vanæ gloriæ. Detractionis, & nequitiæ, tribulationis & iracundiæ, torpositatis & acidiæ: gulositatis: crudelitatis & sęuitiæ. Primum patet quia cum quis bona operatur propter vanā gloriam vt placeat hominibus, alij quibus placere cupit suæ actionis bonitatē comedunt .i. intentio ipsis placendi: & de quolibet tali dicitur. Effraim panis subcinericius qui nō reuersatur, comederūt alieni robur eius & ipse nesciuit. Panis. n. subcinericius substantiam habet bonam, sed exteriori apparentia vi *Comestio multiplex.* *Ose. 7.*
D lescit, sic opera bona propter vanā gloriam facta substantiam habent bonam cum sint de genere bonorum sed exteriori apparentia vilescunt dum hominibus placere cupiunt, & talia non reuertuntur, reuersatur. n. res quando ad latus vnde eggreditur iterum reuertitur, sic & bona opera tunc reuertuntur quādo vnde procedunt .s. ad dominum referuntur. Quia ergo vanæ gloriæ opera non tendunt in Deum, ideo non reuersantur, reuersari. n. est iterum versari, & ideo alieni comedunt robur eius dū

voluntas

Ose. 9. voluntas complacendi non Deo, sed alijs bonitatē operis euacuat, vt ad meritum non imputetur. Vnde Stephanus exponens illud, & quasi tinea Effraim ait: tinea de veste nascitur quæ comedit vestem de qua nascitur, & magis corrumpit: Effraim vero fructificans interpretatur: sunt itaque quidam & fructificantes bonis operibus, sed per ostensam religionem magis sæcularia cōmoda quàm diuinam adipisci gratiam cupiētes: quibus vt plurimum contingit, vt hoc quod actione cupiūt assequātur, & ad exteriora prouecti dum multiplicibus curis indesinenter inseruiunt bona quæ non nisi recta intentione incohantur derelinquunt. Dum ergo eis suscepta cura quæ ratione ostensæ religionis eis imponitur eiusdem religionis studia dissipat quasi tinea vestem de qua nascitur, comedit, lacerat & consumit. Cum ad hoc peruenerint, vt & diuina cœperint fastidire, & ad fabulas conuertētes auditum à veritate conuertant, & sicut solent homines ab intuitu putredinis auertere faciem, sic illi a spiritualibus intentionem, & ideo tunc eis dominus putredo & tinea, qui eos comedat non immerito fieri prædicat, quod q a iusto dicio permittit fieri, ipse facere dicitur ꝙ eius permissione efficitur. Et sic desideria vana comedunt quicquid boni est in operibus de genere boni: propter qđ consuluit sapiens cauere ab elatione dicens. Non te extollas in cogitatione animæ tuæ ne forte elidat virtus tua, & folia tua comedat & fructus tuos perdas. Eccl. 6. & ecce prima comestio. secunda est comestio detractionis, quid enim aliud est detrahere nisi famam illius quasi dentibus comedendo dissipare? & de talibus dicitur ps. 77. misit in eos cynomiam, & comedit eos, & ranā & disperdidit eos: vbi glossa cynomia est musca caninæ aculeum gerit in ore quo fortiter pungens carnes comedit, & sanguinem potat, & directē detractionem significat, & quia detractores semper sunt garrulosi, ideo sequitur ranam & disperdidit eos, rana enim est animal multum garrulum, & quia detractores se amicos esse simulāt illis quibus detrahunt, ideo de illis dicitur Abdiæ cap. 1. qui comedit tecum ponit insidias super te, & Ier. 9. vnusquisq;

E carnes amici sui comedet. Tertia est comestio turbationis & iracundiæ. Iratus enim alium dētibus comedere uidetur, sicut & irati contra Iudæos reges gentium eos comedisse dicuntur ps. 77. Iuuenes eorum comedit ignis, & per ignē secundum glossam ira inimicorū. Quarta est comestio torpositatis & acidiæ, ipsa enim acidia ociosum comedit ea consumit Eccles. 4. Stultus complicat manus suas, & comedit carnes suas dicēs melius est pugillus cum requie quā plena vtraque manu cum labore. & cōtra quemlibet talē dicitur Prouerb. 6. F vade ad formicam ô piger & considera vias eius: quæ cum non habeant præceptorem parat sibi cibum in æstate & cōgregat i messe quod in hieme comedat. Quinta comestio gulositatis: vnde Luc. 12. dicebat diues ille anima mea habes multa bona: sequit requiesce, comede bibe, & crapulare &c. Et quia mulieres fornicariæ maximè isto vitio peccant ideo dicitur Prou. 30. Talis est via mulieris adulteræ quæ comedit, & tergens os suum dicit non sum operata malum. Sexta est comestio crudelitatis vnde de crudelibus qui aliorum carnes delectan G tur quasi comedendo lacerare dicuntur hic *qui comederunt Iacob & locum eius desolauerunt*, narrat Val. lib. 9. c. 2. quòd Numulsiris tanta fuit crudelitas quòd viuos homines secabat medios, & parentes faciebat comedere corpora filiorū, talis comestionis crudelitas accidit populo Dei in Samaria tempore Iorā regis Israel. 4. Reg. 6. vbi dicitur quòd mulier quædam exclamauit ad regem dicens: mulier ista dixit mihi da mihi filium tuum vt comedamus eum hodie, & filium meum comedemus cras &c. *Exemplum Crudelitatis.*

H *Mitigasti omnem iram tuam, auertisti ab ira indignationis tuæ.* Ver. 1446. Psal. 84.

Qvandoq; est auersio actus æquitatis & iustitiæ: quandoque est actus paternalis diligentiæ, & de istis duobus membris est hic dicendum. Dico ergo quòd auersio Dei quādoque est actus æquitatis & iustitiæ, Deus a damnatis ex iustitia se auertit eos æternaliter puniendo, ut nullus ipsum quibuscunque precibus ab hoc actu iustitiæ *Auersio multiplex.*

auertere

auertere ponit. Iob 23. ipse solus est & nemo potest auertere cogitationē eius, ꝙ ideo dicit quia eius iudicia nullus mutare pōt. Et si legamus aliquos suis precibus auertisse Dei iudicia, id tñ prius in eius cogitatione erat præfixum vt tali modo auerteretur, vnde Greg. exponens verba prædicta, 16. mor. c. 16. dicit & nemo pōt auertere cogitationes eius, sicut. n. Deus immutabilis est natura, sic Imutabilis est cogitatione, cogitationē quippe eius nullus auertit: q. nemo resistere eius occultis iudicijs præualet. Nā & si fuerunt quidam qui deprecationibus suis, eius cogitationem auertisse viderentur, ita fuit interna ipsius cogitatio, ut sententiam eius auertere depredando potuissent, & ab ipso acciperent ꝙ agerent apud ipsum: dicat ergo, & nemo potest auertere cogitationem eius: quia semel fixa Dei iudicia nequaquā mutari possunt: vnde scriptum est, præceptum posuit, & non præteribit. Damnatorum ergo sentētiam nullus auertere potest, quia interna eius iustitia disposuit ipsos æternaliter puniendos: vnde de damnatis dicitur psal. 34 auertantur retrorsum & confundantur, &c. & fiant tanquam puluis ante faciem venti, &c. Dico secundo quod auersio Dei quandoque est actus paternalis diligentiæ: si enim pater naturalis a filijs suis quantū pōt mala auertit: quanto magis Deus omnia mala a suis auertit electis & beatis? ipsos auertendo ab omnibus peccatis & ab omnibus peccatorum periculo propter quod Iob 33. aperit aures virorum: & erudiens eos instruit disciplina, vt auertat hominem ab his quæ fecit. s. peccatis, & liberet eum de superbia. s. diaboli eruens animā eius ab omni corruptione. s. perpetuæ damnationis. Vnde cum Deus auertit faciem suam a peccatis nostris, & pœnam remittit, tunc gaudium & exultationem nobis immittit ps. 13. cum auerterit dominus captiuitatem plebis suæ (s. culpæ & pœnæ) exaltabit Iacob, & lętabitur Israel. Et de ista tali auersione qua se auertit ab ira & indignatione sua, peccata & pęnā remittendo nunc loquitur psal. dicens *Mitigasti omnem iram tuam, auertisti ab ira indignationis tuæ.*

A *Sicut lætantium omnium habitatio est in te.* Ver. 1480. Psal. 86.

IN ciuitate triūphatis Ecclesiæ, quanta lætitia & iocunditas erit beatorū hic ostēdit Aug. dicens. *Sicut lætantium omnium* &c. ibi habitatio nostra sola iocunditas erit, perit languor & gemitus transeunt orationes, succedunt laudationes: ibi ergo erit habitatio lætantiū, nō erit gemitus desiderantium, sed lętitia perfruentiū. Aderit enim quod modo suspiramus. Similes ei erimus: videbimus eum sicuti est: ibi totum negotium B nostrum, non erit nisi laudare Deum, & frui Deo: & quid aliud quæremus, vbi solus sufficit ille per quē facta sunt oīa?

Vt quid domine repellis orationem meam auertis faciem tuam à me? Ver. 1495. Psal. 87.

AD istum propositum dicit Aug. *Vt quid domine auertis faciem tuam à me?* Vt autē oratio nostra feruescat & exerceatur, quod nobis expediat nullis, vt opinor verbis explicari potest. Differtur bonum quod in æternum dabitur, & mala transeuntia crebrescūt, vnde & C ait: *Vt quid domine repellis orationem meam.* Hoc & alijs verbis superius dictū est. Deus Deus meus, vt quid me dereliquisti? causa cognoscenda proposita est, non tamen sine causa hoc faceret diuina sapientia occulta. Ita & hic *Vt quid domine repellis orationem.* Huius enim rei causa diligēter aduertatur; ad hoc enim sanctorum oratio dilatione tanti beneficij & tribulationum aduersitate quasi repellitur, vt tanquam ignis flatu percussus inflammetur ardentius &c.

D *Inueni Dauid seruum meum, oleo sancto meo vnxi eum.* Ver. 1519. Psal. 88.

ITem notandum quod Christus inuenitur tripliciter vnctus a Maria Magdalena: primo in capite, in pedibus, & in corpore: in capite enim Christi diuinitas intelligitur ad Ephes. 1. ipsum dedit caput super omnem ecclesiam. 1. Cor. 10. caput Christi Deus. In pedibus autem Christi humanitas psal. 8. omnia subiecisti sub pedibus eius, in corpore Christi vnitas mystici Christi corporis intelligitur.

Multipliciter vngimus Christum.

tur. Rom. 12. multi vnum corpus sumus in Christo: in istis ergo significatur q ad vngendum Christum per opera misericordiæ nos tria debēt inducere, scilicet, sublimitas diuinationis significata in capite. Matthæ. 26. accedit ad eum mulier habens alabastrum vnguenti preciosi & effudit super caput eius. Benignitas condescensionis figurata in pedibus, quo ad humilitatem carnis assumptæ. Ioan. Maria accepit libram vnguenti nardi pistici preciosi, & vnxit pedes Iesu. Cōmunitas ecclesiasticæ vnionis designata in Christi corpore. Math. 14. præuenit vngere corpus meum. Ipse autem Christus multipliciter vngit nos, scilicet vnctione misericordię in remissionē peccatorum, sic enim hic ait psal. *Inueni Dauid seruum meum.* scilicet, peccatis perditum. *Oleo sancto meo*, s. gratię; *vnxi eū.* vnctione gratię in super effusionē donorū. Isa. 61. Spiritus domini super me &c. vnctione lætitiæ in collectione præmiorum psal. 44. vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ.

Multipliciter vngimur à Christo.

Ver. 1599. Psal. 88.

Adhuc multiplicabuntur in senecta vberi, & bene patientes erunt, vt annuncient.

VEl & hoc potest dici de modernis prædicatoribus, qui patienter malos tolerantes annunciant regnum cœlorum: vnde hic ait August. *Et bene patientes erunt vt annuncient.* Et modo annunciandus est Christus subsannātibus hominibus. O miseri homines amatores mundi annunciant vobis qui plantati in domo Domini: Qui cōfitentur domino in cantico & cythara in verbo, & opere, annunciant vobis, & dicūt vobis: Nolite seduci fęlicitate iniquorum: Nolite aduertere ad iniquos, ad tēpus beatos, & in æternum miseros. Non ista beatitudo quæ modo foris videtur vera est, non in corde beati, quia torquētur mala cōscientia: tu autem tranquillus esto sperans de promissis domini Dei tui, q autem annunciabitur in trāquilitate sequitur. *Quoniam rectus dominus.*

Ver. 1777. Psal. 103.

Exibit homo ad opus suum, & ad operationem suam vsq; ad vesperam.

VEl per hoc psal. vult ostendere q pax ecclesiæ durabit vsque in finē sæculi, idest vsq; ad aduentum antichristi, & interim poterit quilibet fidelis liberè Christi fidem confiteri & prædicare quòd non licebit tempore antichristi, & istum intellectum, hic August. dicit. *Exibit homo ad opus suum.* Quid tu ò homo Dei ò Ecclesia Dei, quid tu facis ò vnitas Dei? *Exibit*, (inquit) *homo ad opus suum.* Operetur ergo iste homo opera bona sinceritate pacis Ecclesiæ: operetur, vsq; in finem, aliquando enim erit quædam contenebratio & fiet quidam impetus; sed in vespera, idest, in fine mundi, modo autem in pace & tranquilitate operatur Ecclesia.

Pax ecclesiæ durabit.

Ver. 1854. Psal. 105.

Et mutauerunt gloriam suam in similitudinem vituli comedentis fœnū.

ET quia hic ait quòd *mutauerunt gloriam suam*, &c. Nota quòd duplex est mutatio, scilicet bona, & mala. Mutatio bona est multiplex: Mutatio pœnitētiæ: Mutatio iustitię: Mutatio gloriæ: Prima est mutatio pœnitentiæ qua. s. mutatur quis de vitio ad virtutē, de culpa ad gratiam, de filio Diaboli in filiū Dei, & de ista dr Gen. 35. mūdamini & mutate vestigia vestra. i. mundamini à peccatis per veram pœnitentiam, & mundate vestigia vestra. i. opera per mandatorū obseruantiam. Secūdo, est mutatio iustitiæ quæ. s. debilis in spiritualibus in eisdem fortis: terrenis intētus ad spiritualia eleuatur de qua dicitur Isa. 40. Qui sperāt in domino mutabunt fortitudinem assument pennas vt Aquilæ, volabunt, & nō deficiēt. Tertio, mutatio glorię qua quis de mortalitate ad immortalitatē, de miseria mutatur ad gloriam, Quod solum dextera Dei facere potest psal. hæc mutatio dexteræ excelsi. Mutatio autē mala est multiplex. s. mutatio fatuitatis & stultitiæ, voluptatis & luxuriæ, peruersitatis, & idololatriæ. Primū patet de ijs qui in proposito bono stabilitatem non habent: sed faciliter de bono mutantur ad malum de quorum quolibet dicitur Eccl. 27. stultus vt luna mutatur. Secundum, patet de illis qui de castitate ad incontinentiam mutātur, sicut fecit Thamar q mutato habitu sedit in biuio &c. Gen. 38. Vnde & Prou. 25. nequitia mulieris immutat faciem. Tertium, in proposito de Iudæis, qui faciliter de cultu

Mutatio multiplex.

Mutatio mala multiplex.

veri

veri Dei ad idololatriā mutabantur, de quibus ad literam dicitur Thren. 4. quo modo obscuratū est aurum, mutatus est color optimus, dispersi sunt lapides sanctuarij &c. de quibus & nunc dicit psal. *Mutauerunt gloriam suam in similitudinem vituli comedentis fœnum.*

Ver. 1858. Psal. 105. ***Et immolauerunt filios suos, & filias suas dæmonijs.***

NOtandum autem quod nos multa debemus immolare Deo. s. animā per sacrificiū mētalis deuotionis ps. 49. Immola Deo sacrificium laudis & redde &c. Linguam per sacrificium vocalis confessionis. Psal. 26. circuiui & immolaui in tabernaculo eius hostiam vociferationis &c. Vitam per sacrificium sanctæ cōuersationis 1. Esd. 6. purificati fuerunt sacerdotes ad immolandū pascha. Terrenam substantiam per sacrificium dignæ oblationis. Nee 13. immolauerūt illa die victimas magnas, & læstati sunt. Ecclef. 24. Immolatio eius oblatio est immaculata.

Debemus immolare Deo multa.

Ver. 1878. Psal. 105. ***Saluos nos fac, domine Deus noster, & congrega nos de nationibus.***

COngregatio iniquitatis & malitiæ: congregatio æquitatis & iustitiæ: congregatio fœlicitatis, & gloriæ: congregatio pœnalitatis, & miseriæ: Primo ergo est congregatio fidelitatis ecclesiasticæ qua, s. Deus diuersitatem gentium in vna fidem cōgregauit & in vnam Ecclesiā per se ipsum & per Apostolos suos & seruos dicēs eis Matth. 22. Ite ad exitus viarum, & quoscunque inueneritis bonos & malos. Quod ad propositū exponens Chrys. super Matth. d. Viæ sunt omnes professiones hmōi mundi (vt puta) profectiæ, militiæ, & huius, dicit ergo ite ad exitus viarum vt cuiuslibet conditionis & professionis homines vocēt ad fidem; sicut castitas via est quæ ducit ad Deum: sic fornicatio via est quę ducit ad diabolum: sic & de cæteris virtutibus & vitijs: iubet ergo dominus suis ministris, vt ad fidem vocando congregent homines cuiuscunque conditionis: Et Origenes super Matth. d. Egressi vero serui cōgregauerunt omnes: egressi serui. i. Apo

Cōgregatio multiplex.

A stoli de Iudæa & Hierusalem, & venientes ad vias diuersas morum congregauerunt, & congregabunt omnes quos inuenerint, & non curant, utrum ante uocationem fuerint boni uel mali: Bonos autem hic simpliciter conuenit intelligere, humiliores & recētiores ex eis qui ueniebant ad cultum Dei de quibus dicebat Apostolus: gentes, quæ legē nō habent ea quæ legis sunt faciūt ipsi sibi ipsi sunt lex, & de ista congregatione ad fidem fuerat prædictum Iob 26. in fortitudine illius maria congregata sunt: Quid enim sunt maria nisi tumentia gē-
B tilium corda? quæ modo in unam fidem sunt congregata? vnde Greg. 17. moral. cap. 14. d. quid aliud maris nomine nisi præsens sæculum designatur in quo cor da hominum terrena quęrentiū diuersis cogitationū fluctibus intumescūt? Quia elatione superbiæ incitati dum alterna intentione se impetunt quasi aduersantes se undæ collidunt: sed iam in fortitudine illius maria congregata sunt, quia incarnato domino discordantium sæcularium corda in fide congregata concorditer credūt. Iam Petrus in mare ambulabat, quia nimirum Christi prædicatio-
C nibus illa quōdam gentiliū tumida corda humili auditu subiecta sunt, unde recte in Euangelio huius mundi congregatam mansuetudinem figurauerat, quia procellosa maris aqua dñi pedibus pressa tumore calcata est. Vnde de isto mari, sic in fide congregato dici potest illud Gen. 1. Congregationesq; aquarum appellauit maria. & Iob 39. de ista congregatione dicitur. Nunquid credes q̄ reddat sementem tibi, & aream tuā congreget? Quod ad propositum exponit Greg. 31. mor. cap. 4. d. Quid aliud semē nisi prædicationis uerbum accipitur? si-
D cut in Euangelio Dominus d. Exijt qui seminat seminare semen suum, & sicut propheta ait: beati qui semināt super os aquas. Quid autem area nisi uniuersalis intelligitur ecclesia? De qua pręcursoris uoce dicitur, & permūdabit aream suā. Quis ergo in initio nascentis Ecclesiæ crederet dum contra eam ille indomitus principatus terræ minis, & cruciatibus sæuiret, quod rinoceros iste Deo sementem redderet, & acceptum prædicationis uerbū operibus repensaret? Quis

Mare significat mundū, & gentiles.

infirmorum posset tunc credere q eius aream cōgregaret? Ecce enim modo pro ecclesia leges promulgat, qui dudum contra eā per uaria tormenta sæuiebat. Ecce qualiter gētes capere potuit, quia illas ad fidei gratiam suadendo perduxit easque ad æternā uitam inducat quibus capris præsentem seruat. Cur hoc? quia uidelicet, nunc aream congregat, qui hanc aliquando superbo cornu uentilando dispergebat. Audiat igitur beatus Iob qđ gētilitatis principes faciant, & nequaquā se apud semetipsum de gloria tantæ uirtutis suæ extollat. Audiat rex & potens potentiores mundi reges quanta Deo deuotione famulentur, & Ecclesiæ areā congregēt. Quia ergo ista ecclesiæ congregatio facta est per Christi natiuitatē, ideo dicitur psal. 103. ortus est sol & congregati sunt &c. Et istā congregationem fidelium hic petebat, psal. d. *Saluos nos fac domine & congrega nos de nationibus.* De alijs autē membris nihil ad præsens.

Ver. 1893. *Et clamauerunt ad dominum cum tri*
Psal. 106. *bularentur & de necessitatibus eorum liberauit eos.*

ISte uersus positus est formaliter supra 1886. expone sicut ibi. Complendo autem distinctionem de clamore positam superius psal. 17. est notandum, q est quidā clamor iubilationis quo. s. sancti clamando & iubilādo Deum laudāt: iste clamor nihil aliud est quam diuinā bonitatē attestari vocis clamore q omnes creaturæ faciunt licet differenter. Nam hoc modo clamant beati angeli diuinam bonitatem cōtemplantes Isa. 6. Seraphyn stabant &c. Et clamabāt alter ad alterum & dicebant. Sāctus, Sanctus, Sanctus dominus Deus exercituum, plena est omnis terra gloria eius. Clamant homines eius misericordiam implorando & per consequēs eius maiestatē cōfitendo Matth. 21. Turbæ aūt quæ præcedebant, & quæ sequebantur clamabant dicētes O sanna filio Dauid. O sanna. n. hebraice, latinè aūt obsecro domine saluum me fac, & isto modo cōfitentes peccata sua sub specie ueniæ iubilando clamant ad dominū ut ostendit Greg. 21. mor. c. 22. dicens omnis iniquus cū ini-

E quus sit sanctus uideri non appetit. in flagelli percussione depræhensus fateri quod iniquus sit non erubescit, qui verò iniqua agens humana de se iudicia sub specie sanctitatis intercipit, & cum flagellis percutitur, iniquum se prodere refugit quia sanctus uideri consueuit Si quando autē grauiter coarctatur iniquum se vix super facie tenus cōfitetur quia interna sua detegere veraci confessione confunditur, quasi vero liberi sumus cum nulla correctione castigamur quasi vero uincimur cum flagello percussionis constringimur: vincti ergo tan
F to clamamus altius in percussione post peccata nostra veracius confitemur: apud aures quippe Dei vox valida est deuota confessio. Clamant etiam Dæmones quamuis coacti diuinam maiestatem. Luc. 4. Exibant dæmonia clamentia & dicentia quia tu es filius Dei. Clamant, & corpora insensata vt lapides. Luc. 19. Si hi. s. rationem habentes tacebunt, lapides clamabunt.

Cōfiteantur domino misericordię eius: Ver. 1895.
& mirabilia eius filijs hominum. Psal. 106.

G EST notandum præter alia dicta de confessione criminis: quod cōfessio criminis est volita idest voluntaria, & libere facta. Nō. n. placet Deo, sed neque hominibus coacta seruitia. Vnde si quis confiteatur peccatum suum acerbitate pęnarum, vel illarū timore, & non libere amore iustitiæ, talis confessio nō proficit ad salutem propter q psal. 27. ex omni voluntate mea confitebor illi: ex necessitate cōfiteri vł qui timore pęnæ vel solum in mortis confitetur articulo. Ex voluntate autem qui detestan do culpam confitetur amore iustitiæ. Et
H vide quā voluntaria debeat esse confessio sacramentalis ex comparatione eius ad confessionem rei factam in foro iudiciali. Quoniam ibi iudex procedit secundum rigorem iustitiæ: hic aūt secundum dulcorem misericordiæ: ibi simpliciter non crederetur reo pro se, sed solum contra se: hic simpliciter statur verbis confitentis: ibi iudex veritatem tormentis extorquet: hic autē humilibus verbis: ibi contra reū confessum datur sñia cōdemnationis, hic aūt pro reo cōfesso

fesso datur sententia absolutionis. Ideo istis consideratis dicitur psal. 118. Confitebor tibi in directione cordis. Cor.n. hominis si aliquando aspiciat odio vel timore, ipsum recta intentione non aspicit, sed tortuosa, sed illud rectè dicitur aspicere, ꝙ ex amore aspicit & voluntate libera: sic ergo ille confitetur in directione cordis, idest corde recto qui non timore sed magis liberè confitetur amore iustitiæ, & quia solum ille iustus dicitur qui non coactè sed libere amore iustitiæ operatur bonum, ideo in tali numero se confitendo ponebat psalmista dicens psal. 110. Confitebor tibi domine in toto corde meo, i cõsilio iustorũ.

Ver. 1907. Psal. 106. *Turbati sunt, et moti sunt sicut ebrius & omnis sapientia eorum deuorata est.*

NOta tantum ergo ꝙ ebrietas multa mala facit. Quoniam generat ignominiam, ducit in apostasiam: tollit amicitiam: inducit ignorantiam, affert desidiam, meretur miseriam, mouet petulantiam. Primum patet, quia omnis ebrius est intemperatus, intemperantia aũt est vitium multũ ignominiosum, & detestabile & patet. 3. & 7. Ethic. Vnde Hier. in epistola ad oceanum dicit ꝙ in tãtum ebrietas est ignominiosum vitiũ quod patuit in Noe qui ad vnius horæ ebrietatem, femora nudauit, quæ per sexcentos annos texerat: ideo dicitur Abac. 2. Væ qui potũ dat amico (sequitur) inebrians vt aspiciat nuditatẽ eius. Secundum patet: quia ebrietas sic facit errare hominem, ꝙ ebrius ignorat se & nescit quid dicit: vt dicitur. 7. Ethic. In passionibus humanis existentes. s. ebrietate & insania demostrationes & verba empedoclis sciunt autem nequaquam, & Seneca epistola 85. dicit ebrietates continuæ in furorem adducunt, quia induratа vitia uino concepta, & sine ipso volent. Vinolentiam enim sequitur violentia: vnde Augus. in epistola ad sacras virgines dicit. Quisquis immoderatus conuiuio ebrius amissa modestiæ frena insania fremit: ebrietate prostratus aduersos respicit stantes quos integros respicere nequit: aut sermone longo superflua verba emittit, & male dicta cõponit, male clamans & si bene sonans, ideo dicitur Eccl. 30. vinum & mulieres apostatare faciũt, & Isa. 38. præ ebrietate errauerunt. Tertium patet. Vnde Seneca epist. 83. ponit exemplum de Alexandro magno, qui quendam sibi carissimum, & fidelissimum inter epulas trãsfodit: qui intellecto post modum facinore mori voluit, & sequitur, cogita quas clades ediderit ebrietas, huic aceruans gentes bellicosas quæ hostibus tradat, hinc cõtumacissimas & iugum recusãtes in alienum redegit, tamen inuictum acie ebrietas mero domuit. & Aug. vt supra dicit, ꝙ Alexander omniũ victor, victus est vino, quia occidit carissimũ sibi. Etiam quia ebrietas secreta amici reuelat, vt dicit Seneca vbi supra, sed reuelatio secretorum tollit amicitiam, vt habetur Eth. 3. igitur ebrietas tollit amicitiam. Quartum patet vnde Eustratius 7. Ethic. dicit, ꝙ si quis est grammaticus & inebriatur ascendunt euaporationes & in cœlum obnubilant, & quousq; dominatur euaporatio non põt vt grãmaticus operari: sed post solutionem euaporationis potest operari: vnde Iuuenalis: fęcundi calices quẽ nõ fecere disertum: quia homo ebrius ignorat se: ideo dicitur Iob 12. errare fecit eos sicut ebrios. Quintum patet, quia homo ebrius non potest se iuuare. Vnde Ambr. lib. de pęnit. dicit ebriosus cum absorbet vinum absorbetur a vino, abominatur, despicitur ab angelis, deridetur ab hominibus destituitur a virtutibus, viribus confunditur, a dęmonibus cõcolcatur, ideo dĩ Ose. 4 Ebrietas aufert cor. Et Luc. 21. attẽdite vobis a crapula & ebrietate ne grauentur corda vestra. Sextum patet, & primo in naturalibus: quia vt dicit Petrus Ra. in quodam sermone. Vbi regnat ebrietas, ratio exulat, intellectus obtunditur: cõsilium deuiat: iudicia subuertuntur, & temporalem substantiam perdit, & minuit. Exemplũ de Holoferne, qui vino laxus perdidit vitam cum regno, ideo dicitur Eccl. 19. operarius ebriosus non ditabitur. Septimum patet exemplo in vitis patrum, cuidam dictum fuit ab angelo quod ipse eligeret vnum de tribus. s. aut homicidium, aut adulterium, aut ebrietatem, qui credẽs ebrietatem esse minus peccatum ipsam elegit:

elegit: quo facto ipse erat in quadam villa, & qa uenus, & calefacta uino fortius ardet, ipse intrauit lupanar ac adulterio cõmisso, cũ quidã ueniret ibi, & derideret eũ, quia erat in habitu monachi & sibi minaret, ipse occidit eũ, & sic ille ex uini petulantia tria peccata commisit. Vnde Philosoph. 2. rhetor. dicit: maius damnũ lege statuitur si quis inebriatus peccauerit, ideo dr̃ Isa. 5. Væh qui consurgitis mane ad ebrietatem. Octauum patet sicut dicit Amb. lib. de pęni. Ebriosus confundit naturam, amittit gratiã, perdit gloriam, incurrit damnationem æternam, ideo, 1. cor. 6. dicitur, ebrij regnum Dei non possidebunt.

Ver. 1911. Psal. 106. *Confiteantur dño misericordiæ eius: & mirabilia eius, filijs hominum.*

Sed notandũ quòd debitus cõfessor potest esse dupliciter ant. s. ratione officij, vt sunt episcopi, & curati, aut ratione commissionis, vt sunt pęnitentiarij & religiosi priuilegiati, sed apud aliquos. Et satis rationabiliter dubitatur an confessio facta secundis. s. religiosis priuilegiatis sit reiteranda primis. s. curatis, & proprijs sacerdotibus. Ideo nũc istam dubitationem declarare intẽdo. Est ergo opinio aliquorum quòd sic, & hoc propter decretalem quæ habetur extra de pœnit. omnis vtriusque sexus, cuius tenor talis est, omnĩs vtriusq; sexus postquã ad annos discretionis peruenerint omnia sua solus confiteatur peccata saltẽ semel in anno proprio sacerdoti &c. Sed salua illorũ reuerẽtia istud statutum non sic debet intelligi, vt confessi priuilegiatis iterum eadem peccata proprio sacerdoti quem dicunt esse sacerdotem curatum, iterum debeant confiteri, quia tunc episcopus non posset alicui nõ curato cõmittere authoritatẽ suã audiendi confessiones, imo nec Dñs Papa, q̃ hæresim sapit, & ut hoc magis elucẽscat inducã aliquos super hoc doctores. Primo Henricus de Gãdauo ĩ suo decimo quolib. q. 1. probat multis rationibus q̃ sit hereticũ dicere. q̃ verè pęnitens confessus & absolutus a priuilegiatis teneatur iterũ eadẽ peccata cõfiteri ꝓprio sacerdoti. s. curato virtute illius statuti omnis vtriusq; sexus. Et ad hoc adducit multas rationes quarũ

Confessi priuilegiatis religiosis, curato non tenentur reconfiteri.

E vltima est per locũ ab authoritate: quia ista propositio, q̃ verè pœnitẽs & cõfessus, & absolutus ab eo qui põt ex gratia priuilegij teneatur eadem peccata iterũ confiteri illi cui tenetur de iure cõi sit error, fuit approbata, & determinata Parisijs per facultatem theologicam, in quorum testimonium de hoc fuit factũ instrumentum publicũ sigillis 17. magistrorum munitũ quare, &c. Secundo magister Durandus lib. 4. dist. 17. q. 6. sub tribus conclusionibus determinat hoc idẽ. Tertio Sanctus Doctor primo quolibet q. 12. tenet idem. Quarto magister

F Egidius de Roma libro 4. q. 17. quærit vtrum contra voluntatẽ proprij sacerdotis liceat confiteri alteri districtori, & in responsione vltimi argumenti dicit. Quod malo velle sacerdotum parochialium subditi eius possunt confiteri priuilegiatis, nec sacerdos est audiẽdus si prohibet, quia manifeste male mouetur. Quinto frater Ioãnes Theutonicus in sũma cõfessorũ hoc idẽ tenet in multis locis lib. 3. tit. 34. q. 38. 46. 47. & 48. Sexto magister Lãdulphus lib. 4. d. 17. q. 11. & 14 hoc idẽ determinat. Et ne videar solũ adducere Doctores religioso

G rũ priuilegiatorũ. Inducam ẽt & seculares & pręcipue illũ eximiũ & famosum doctorẽ D. Ioannẽ Andreæ in apparatu clemẽtinarũ in rublica de sepulturis c. dudũ exponentem illud verbum de priuilegiatis dicens libere valeant pœnitẽtib. pęnitentias imponere salutares &c. dicentẽ. Ex quo dicit liberè denotat q̃. nõ est necessaria licentia parochialis sacerdotis. Itẽ idẽ exponẽs illud verbũ valeant absolutionis beneficiũ impertiri dicit absoluti ergo ab priuilegiatis nõ habẽt vlterius necesse cõfiteri proprio sacerdoti. Nec obuiat decretalis oĩs vtri-

H usq; sexus de pęn. & re. quia intelligitur de illo qui alteri legitime confessus non est, vt dicebat Benedictus in cõstitutione inter cunctos. Et vide q̃ scripsit post Hostiẽmse in c. oĩs vtriusq; sexus sup illo verbo proprio sacerdoti. itẽ idẽ in nouella super illo verbo licentiã prius postulet in cap. omnis vtriusq; sexus dicit nisi cõfiteatur a priuilegiatis a sede apostolica vel a iure, item idem in Rub. de pęn. & rem. in c. oĩs vtriusq; sexus dicit quod sacerdotes non habentes curã ani

matum

marũ sine licentia proprijs sacerdotis aliorum confessionum audire non possint: sed de prædicatoribus & minorib. dicit ut in constitutione Bonifacij super cathedra. §. statutũ innouata per Côc. Vien. de sepulturis. Dudum. Quæ sĩ p Clemen. V. protogata fuit ad heremitas. S. Aug. & per Ioan. 22. ad Carmelitas. item idem Doctor ibidem exponẽs illa verba postulet a proprio Sacerdote dicit quòd proprius sacerdos est Papa, Episcopus, & parochialis curatus, si ergo de prædicti vel alterius ipsorum li centia quis confiteatur, tenet confessio & absolutio. quia facta est a suo iudice, item idem ibidẽ dicit qđ per cõstitutionẽ Ioan. 22. quæ incipit. Vas electionis, est determinatũ quod nunquã pœnitẽs indiget licentia parochialiũ sacerdotũ, vt priuilegiatis confiteatur, hæc omnia Ioannes Andreæ. Ex prædictis ergo patet cui facienda est confessio & quis sit debitus confessor. ad quam confessionẽ nos inducit psal. dicens. *Confiteantur domine misericordia eius*, vt supra ver. 1901.

Ver. 1933. Psal. 107. *In Idumæam extendam calceamentum meum: mihi alienigenæ amici facti sunt.*

PRimum patet quia verus amicus ab amico nihil inhonestum exigere debet: quia alteri verus amicus esse nõ potest qui Dei amicus non est: omnis autẽ q ab altero q in iustũ est exigit Dei amicus non existit, vnde Prou. 22. qui diligit cordis munditiam habebit amicum regem. Et hanc amicitiæ conditionem ostẽdit Ambr. in suo pastorali de moribus Episcopi d. lib. 3. nõ pôt homini esse verus amicus: qui Deo fuit infidus: pietatis custos est amicitia, & æquitatis magistra, & iferiori superior se equalẽ exhibeat, inter dispares. n. mores amicitia esse non pôt. Quid est. n. amicus nisi amoris consors? ad quẽ animũ tuũ coniũgas atq; applices & ita misceas vt vnum ex duob. velis fieri, cui te tãq̃ alteri cõmittas a quo nihil timeas, nihil inhonestũ petas. Nõ est. n. vectigalis amicitia sed plena decoris gratiæ, & virtutis. Deniq; meliores sunt plerumq; amicitiæ inopiũ quã diuitũ, & frequẽter diuites sine amicis sunt, quibus pauperes abundant, A nõ. n. est vera amicitia vbi fallax est adulatio. diuitibus autem plerumq; adulãtur, erga pauperẽ nemo simulator est, verũ est quicquid defertur pauperibus huius amicitia inuidiã vitat, huius amicitiæ firmã nobis Christus expressit cũ ait. Vos amici mei estis si feceritis q̃ præcipio vobis: quã sequimur, vt amici volũtatem faciamus, ut aperiamus amico secreta nostra quæcunque habemus in pectore, & illius non ignotemus archana: nihil enim occultat amicus, si verus est amicus. Et hinc est q ipse rõne puritatis q̃ inter amicos debet esse, increata sapiẽtia aĩam suã vocat amicã d. Cant. 1. tota B pulchra es amica mea, &c. Secundũ, patet, quia amicus amicũ tm̃ debet amare quantũ amatur, & tm̃ amari quã amat, quia amicitia consistit in actuum retributione; vnde d. Tul. de Offic. amicus tãtum debet diligere quantum credit diligi, i. quãtum pôt, & sic actus amicitiæ est reciprocus. vnde Sen. epist. 6. d. mostrabo tibi amatoriũ sine medicamẽto, si vis amari ama: iocũdius est amicum facere quã habere: sicut ponitur exemplum in pictore qui plus delectatur in pingẽdo quã in picto esse, & hoc est q ait philo. 8. C Ethic. q equalitas & similitudo in amicitia est vnde Cãt. 1. dr̃. assimilaui te vnica mea, i. me tibi similem feci. Tertium, patet propter quod dr̃. 8. Ethic. q amicitia re exigit amicitiã, & ideo amicorum est idem velle, & idem nolle, nec amicus habet volũtatem propriã; sed amici. Est. n. amicitia vera quasi glutinium, quia conglutinat quasi naturali amore. quia naturam imitari nõ potest, & inde est vt d. Tull. in de amic. Quod amicitia & sempiterna, & huius exemplũ satis patet in natura. Cũ. n. similitudo inter aliqua sit quędam ipsorũ vnio: videmus quod quã D tum aliqua ad inuicẽ magis similia sunt, vt cõiter magis amicantur adinuicẽ, vñ magis amicatur homo proximo suo noto quã extraneo; quia per conuersationem magis est sibi similis: Conformiter & in gradu consanguinitatis, illi magis amicantur, qui in sanguine sunt magis similes nobis. Rõ est quia vera amicitia in vnitate fundatur, & ista amicorũ volũtatis vnitas figuratiue ostẽditur Cãt. 5. vbi dr̃. Comedite amici mei & inebriamini. Quod. n. comeditur & bibitur, saltem

tem in parte transmutatur in naturã eo medentis,& vnum cũ eo efficitur. Quartũ, patet:nam vera amicitia ficut amicũ non vult lędere,ita impossibile putat ab amico se lædi,& si quid asperum ab amico patitur totum virtute patientiæ reputat leue. Vnde Chrysost.in lib. Quòd nemo læditur, nisi à seipso,d.vbi vera amicitia permanet nihil facile reperitur q offendat.Si verò inimicitia, semel amicos occupauerit,oĩa quæ fiunt,quæ dicũtur, & quæ audiuntur offendunt, vt ad inimicitias maiores proficiant. Si quid enim boni de inimico dr non creditur, si quid mali statim credit. Christus nos orare pro calumniantibus iubet: nos verò insidias & dolos amicis paramus: Christus maledicẽtibus benedici iubet: nos aũt econtrario,aut prius amicis maledicimus,aut maledictis alterius multiplicata maledicta restituimus. Si aũt adinuicem veri essemus amici,nihil nos ab amico dictũ vel factũ offendere posset. Et hoc est, quod signaliter dr Cant.9. Vinum nouũ amicus nouus veterascet & cum suauitate bibes illud, vinũ enim nouum faciliter per suum calorẽ hominem inebriat,& fumum ad cerebrũ mittit:sed vinum antiquum cũ meliori suauitate potatur:sic vult sapiens dicere, q amicus nouus, qui.s.nondum est in amicitia cõfirmatus admodum uini noui faciliter amicũ uerbis uel factis offendit, q non facit amicus antiquus. Quintũ, patet, qm amicus de uisione amici multum lætatur:vnde ait Sen.epist. 109. q sapiens sine amicis niuere non potest:sapiens. n. alio sapiente, qui sibi prodesse possit non indiget, sicut summa calida amplius calefieri superfluũ est:sicut agricola oĩbus rebus instructus ab alio instrui non quærit: vnde ostendens q ista non sunt similia amicitiæ subijcit, q sapiens non potest in habitu suæ mentis stare nisi aliquos amicos similes sui admiserit,cum quibus virtutes suas cõicet, & subdit similia delectãt vtiq; vbi honesta sunt:sic.n.amicus amicum ad gaudiũ suum prouocat iuxta illud Luc.15.conuocat amicos suos d.cõgratulamini mihi,&c.Sextũ,patet, quia si amicus amicũ in aliquo deficere videt,ipsum solicitè corrigere debet, Prou. 25. homo qui blãdis fictisq; sermonibus loquitur amico suo rete expandit ei, vide Adam in de perseuerantia super illo Prouer. 27. meliora sunt ubera diligentis, quã fraudulenta oscula odientis d. Oscula adulationis noli amico imprimere: veritatem amico manifesta, quia & si ueritas odiũ parit,non tñ id agit inter illos,qui sanctæ charitatis uinculo astringuntur, in odium uitiorum sanctus amor ignescit, & loquitur, & in illos inuehitur magis quos magis diligere cõprobatur amicus: parcere uitijs amici adulatio est nõ dilectio, nec tam amicitiam quam amentiã sapit amicos non redarguere quos amamus, & hoc est q dr Eccles. 19. corripe amicũ tuum ne fortè non intellexerit,& dicat,non feci,& si fecerit ne iterũ addat facere corripe amicũ tuum. Ex quibus apparent ueri amici,tam Dei,quàm hominum conditiones.

Quis deducet me in ciuitatem munitam,quis deducet me vsque in Idumaam. Ver.1934. Psal. 107.

DE quibus dicendũ est & primo de ciuitate infernali. Infernus.n. est ciuitas deputata pro captiuis regis inferni:qui i perpetua desolatione permanẽt cuius princeps est diabolus de quo Iob 15.dicitur: habitabit in ciuitatib.desolatis,& in domibus desertis,quæ in tumulos sunt redactæ, & uocatur infernus: in plurali ciuitates desolatæ propter pœnarum multitudinem: vnde ista ciuitas figuratur per ciuitatem Ierico de qua dicitur Iosu.6.fit ciuitas ista anathema cum omnibus quæ in ea sunt: Ierico enim luna interpretatur, luna aũt nunquã in eodem statu permanet:sic & ciuitas inferni in pœnarum varietate nunquã, quiescit in ista ciuitate effunditur diuina maledictio super omnes damnatos Deuter.28. maledictus erit in ciuitate, maledictus in agro,&c. sed Christus in istam ciuitatem ingressus sanctos patres inde captiuos eduxit, unde de ipso dicitur id Matthæ.21. Cum intrasset Iesus cõmota est uniuersa ciuitas dicens, quis est hic? de ciuitate uerò gloriæ,uide ps.30.& ps.32.

Additionum Secundi Tomi Finis.

